BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 21
Número: 180

Biblioteca Universitaria
GRANADA

R. 1119

Tomus Tertiusdecimus.

D. THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI

COMPLECTENS

Expositionem

In Iob, In primam Dauidis quinquagenam, In Canticum Canticorum, In Esaiam, Ieremiam, & in Threnos.

Qui autem sunt integre expositi, qui uero mortis uitio imperfecti relicti, propriis manifestum est locis.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. C. N.

ROMAE M D LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN LIBRVM BEATI IOB EXPOSITIO.

PROLOGVS. S. THO.

SICVT in rebus, quæ naturaliter generantur, paulatim ex imperfecto ad perfectum peruenitur: sic accidit hominibus circa cognitionem veritatis. nam a principio parum quid de veritate attigerunt, posterius autem quasi pedetentim ad quandam pleniorem mensuram veritatis peruenerunt: ex quo cõtingit, multos propter imperfectã cognitionem circa veritatem errasse. inter quos aliqui extiterunt, qui diuinam prouidentiam auferentes, omnia fortunæ, & casui attribuebant: & priorũ quidem in tantũ ad hoc inualuit opinio, vt ponerẽt mundum casu factum esse, & ea, quæ naturaliter generantur, casui attribuerent, sicut percipi potest ex opinionibus antiquorũ naturaliũ, ponẽtium solum cãm materialem. Posteriorũ ẽt quidam, vt Democritus & Empedocles, plurima casui attribuebãt. Sed posteriorum philosophorum diligentia perspicacius intuẽs veritatem, euidentibus indiciis & rationibus ostendit res naturales prouidentia regi. non enim tam certus cursus in motu cæli, & siderum, & in aliis naturæ effectibus inueniretur, nisi hæc omnia a quodam intellectu supereminente ordinata gubernarentur. Opinione igitur plurimorum firmata in hoc, quòd res naturales non casu, sed prouidentia regerẽtur, propter ordinem qui manifeste apparet in eis, dubitatio mansit apud plurimos de actibus hominum, vtrum res humanæ casu procederent, an aliqua prouidentia vel ordine quodam superiori gubernarentur. Cui quidem dubitationi maxime fomentum ministrauit, ꝙ in euentibus humanis nullus certus ordo apparet. non enim semper bonis bona eueniunt, aut malis mala, neque rursus semper bonis mala, aut malis bona: sed indifferenter bonis & malis, bona & mala. Hoc igitur est, quod maxime corda hominum commoueat ad opinandum res humanas prouidentia diuina nõ regi: sed quidam eas casualiter procedere dicũt, nisi quatenus prouidentia & consilio humano reguntur: quidam vero cælesti fato eorum euentus attribuunt. hæc autem opinio maxime humano generi nociua inuenitur. diuina enim prouidentia sublata, nulla apud homines Dei reuerentia, aut timor, cum veritate remanebit: ex quo quanta desidia circa virtutes, quanta pronitas ad vitia subsequeretur, satis quilibet perpendere potest. nihil enim est quod tantum reuocet homines a malis, & ad bona inducat, quantũ Dei timor, & amor. vnde eorum qui diuino spiritu sunt sapientiam consecuti, ad aliorum eruditionem primum, & præcipuum studium fuit, hanc opinionem a cordibus hominũ amouere: & ideo, post datam legem, & prophetas, in numero agiographorum. i. librorum, per spiritum Dei sapienter ad eruditionem hominum conscriptorum, primus ponitur liber Iob, cuius tota intentio in hoc versatur, vt per probabiles rationes ostendatur, res humanas diuina prouidentia regi. Proceditur autem in hoc libro ad propositum ostendendum ex suppositione, ꝙ res naturales ex diuina prouidentia gubernentur. Id autem, quod præcipue prouidentiam Dei circa res humanas impugnare videtur, est afflictio iustorum. Nã ꝙ malis interdum bona eueniant, etsi irrationabile primo aspectu videatur, & prouidentiæ cõtrarium, tamen vtrumquo habere potest aliqualem excusationem ex miseratione diuina. sed quòd iusti sine causa affligãtur, totaliter videtur subruere prouidentiæ fundamentum. Proponitur ergo ad quæstionem intẽtam, quasi quoddam thema, multiplex & grauis afflictio cuiusdam viri, in omni virtute perfecti, qui dicitur Iob. Fuerũt autem aliqui, quibus visum est, quòd iste Iob non fuerit aliquid in rerum natura, sed quòd fuerit quædam parabola conficta, vt esset quoddam thema ad prouidentiæ disputationem, sicut frequẽter homines cõfingunt aliqua facta ad disputandum de eis: & quãuis ad intentionem libri non multũ referat, vtrũ sic vel aliter fuerit; refert tamen quantũ ad ipsam veritatem: videtur. n. prædicta opinio authoritati sacræ scripturę obuiare. dicit. n. Ezechielis 14. ex persona Domini: Si fuerint tres viri in medio eius, Noè, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Manifestum est autem, Noè, & Daniel homines in rerum natura fuisse: vnde nec de tertio eis connumerato. s. de Iob, in dubium debet venire. dicitur etiam Iacobi 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt: sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis. Sic igitur credendum est Iob, hominem in rerum natura fuisse. Quo autem tempore fuerit, vel ex quibus parẽtibus originẽ duxerit, & quis etiam huius libri fuerit author, vtrum. s. ipse Iob hunc librum conscripserit de se quasi de alio loquens, an alius de eo ista retulerit, non est præsentis intentionis discutere. Intendimus enim compendiose ꝙm nostram possibilitatem, de diuino auxilio fiduciam habentes, librum istum, qui intitulatur beati Iob, ꝙm literalem sensum exponere: eius enim mysteria tam subtiliter, & discrete beatus Papa Gregorius nobis aperuit, vt his nihil vltra addendum videatur.

CAPITIS PRIMI.

LECTIO PRIMA.

VIR erat in terra Hus nomine Iob. & erat uir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs a malo. natiq; sunt ei septẽ filij, & tres filię: & fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. eratq; vir ille magnus inter omnes oriẽtales. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent, & biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, &

LECTIO PRIMA.

VIA, sicut dictum est, intentio huius libri ordinatur ad ostendendum, qualiter res humanæ prouidentia diuina regantur: præmittitur, quasi totius fundamentum disputationis, quædam historia, in qua cuiusdam viri iusti multiplex afflictio recitatur. Hoc. n. est quod maxime videtur, diuinam prouidentiam a rebus humanis excludere. Huius igitur viri primo persona describitur: & quantum ad sexum dum dicitur; *Vir erat.* hic enim sexus ad perferendas molestias inuenitur robustior. describitur etiam quãtum ad patriam, cum dicitur; *In terra Hus*, quæ est in partibus orientis: & quãtum ad nomen, cum dicitur; *Nomine Iob.* & videtur hæc duo posita esse, ad firmandum hoc quod dicitur, non esse parabolam, sed rem gestam. Et ne aliquis aduersitates, quæ postmodum inducuntur, pro peccatis huius viri ei accidisse, crederet, consequẽter describitur eius virtus, per quam a peccatis demõstratur immunis. Sciendum quidem est hominem tripliciter peccare. Sunt enim quædam peccata, quibus peccatur in proximum, sicut homicidia, adulteria, furta, & alia huiusmodi: quædam, quibus peccatur in Deum, sicut periurium, sacrilegium, blasphemia, & huiusmodi: quædam, quibus vnusquisque in seipsum peccat, secundum illud Apostoli 1. Cotint. 6. Qui fornicatur, in corpus suũ peccat. In proximum autem quis peccat dupliciter, occulte per dolum, & manifeste per vim. hic autẽ vir non circũuenit per dolum proximum, unde dicitur; *Et erat vir ille simplex*. Simplicitas enim proprie dolositati opponitur, nulli violentiam intulit: sequitur

sequitur enim; *Et rectus*. rectitudo.n. proprie ad iustitiã pertinet: quæ in æqualitate consistit secundum illud Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Quòd autem in Deo non peccauerit, aperte ostenditur per hoc quod sequitur; *ac timens Deum*. in quo reuerentia ad Deum designatur. Quòd etiã in seipsum non peccauerit, ostenditur in hoc, quod sub ditur; *Ac recedens a malo*. quia malũ odio habuit ꝓpter se ipsum, non solum propter nocumentũ proximi, vel offensam Dei. Descripta ergo huius viri & ꝑsona, & virtute, eius ꝓsperitas cõsequẽter ostendit, vt ex ꝓcedenti prosperitate, grauior sequẽs iudicetur aduersitas. Similiter etiam ad ostendendum, quòd ex pura Dei intentione iustis semper bona tribuuntur, non solum spiritualia, verum etiam temporalia. Sed quòd aliquãdo iusti aduersitatibus premantur, accidit propter aliquam specialem causam. vnde sic a principio homo institutus fuit, vt nullis subiaceret perturbationibus, si in innocentia permansisset. Principium autem prosperitatis temporalis, post bonam consistentiam personæ proprię, consistit in personis coniunctis, & ꝑcipue in natis, qui sunt quodam modo aliquid parentum. describitur igitur primo eius prosperitas, quantum ad fecunditatem prolis, cum dicitur; *Natiq; sunt ei septem filii, & tres filiæ*. Consequenter numerosior multitudo marium, quàm feminarum ponitur: quia parentes affectare solent magis filios, quàm filias, tum quia id, quod perfectius est, desiderabilius est: mares autem comparantur ad feminas, sicut perfectum ad imperfectum: tum quia in auxilium rerum gerendarum, solent esse parentibus magis potentes nati, quàm natæ. Deinde ostenditur prosperitas eius, quantum ad multitudinem diuitiarum, & ꝑcipue in animalibus. nam circa principium humani generis propter hominum paucitatem, agrorum possessio non ita pretiosa erat sicut animalium, & maxime in partibus orientis, in quibus etiam vsque hodie sunt pauci habitatores, ꝓ latitudine regionis. Inter animalia autem primo ponuntur ea, quę maxime deseruiunt ad victum & vestitum personæ, vt oues. vnde dicitur; *Et fuit possessio eius septem millia ouium*. Secundo ponuntur ea, quę maxime deseruiunt ad onera deferenda, scilicet cameli. & hoc est quod subditur; *Et tria millia camelorum*. Tertio ponuntur ea, quę deseruiunt ad culturam agrorum: & hoc est quod subditur; *Q̃ iugenta quoque iuga boum*. Quarto ponuntur animalia, quibus homines ad vecturam vtuntur: vnde sequitur; *Et quingentæ asinæ*. ex quibus muli generantur, quibus antiqui maxime insidebant. Sub istis autem quatuor generibus animalium, cõprehenduntur omnia alia, quę ad eosdem vsus deseruiunt; puta sub ouibus, omnia victui & vestitui necessaria: & sic de reliquis. Et quia homines multas diuitias possidentes, ad eas gubernandas, multitudine indigent famulorum, conuenienter subditur. Ac familia multa nimis. Consequẽter ponitur prosperitas eius, quantum ad honorem & famam, quę longe lateq̃ue diffundebatur: & hoc est quod dicitur; *Erat vir ille magnus inter omnes orientales*, idest honoratus & famosus. Ad maiorem autem ipsius Iob commendationem, consequenter disciplina domus eius describitur: quę immunis erat ab illis vitiis, quę opulentia generari solent plerunque. nam diuitiarum abundãtia discordiã parit: vnde legitur Gene. 13. quòd Abraã & Loth nequiuerunt simul habitare, ad vitandum iurgium, qd̃ ex rerum abundantia proueniebat. Frequenter etiam homines multa possidentes, dum ea quæ possident, immoderate amant, eis tenacius vtuntur, vnde dicitur Eccles. 6. Est & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines: vir, cui dedit Deus diuitias, substantiam, & honorem, & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedat ex eo. Ab iis ergo malis immunis erat domus beati Iob. erat enim ibi concordia iocunda, & æqua frugalitas, quod significatur, cum dicitur; *Et ibant filii eius, & faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo*. hæc autem charitas & concordia non solum inter fratres erat, sed vsque ad sorores extendebatur, quæ frequenter despiciuntur a fratribus propter superbiam, quam opulentia plurimum gignit: vnde subditur, *Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis*. Similiter etiam designatur in hoc securitas, quę de castitate filiarum habebatur: alias enim non circumducendæ erant, sed includendæ ꝓm illud Ecclesiastici 26. In filia non auertente se, firma custodiam, ne inuenta occasione vtatur se. Sicut autem in domo Iob frugalitas & concordia vigebat; sic in ipso Iob uigebat sancta solicitudo puritatis, quã frequenter diuitię obruunt, vel etiam minuunt, ꝓm illud Deut. 32. Incrassatus est, dilatatus, & recalcitrauit. & postea sequitur, Dereliquit Deum factorem suum &c. Et quidem de sua puritate in tm̃ solicitus erat, q̃ ab iis quæ inquinare poterant, totaliter procul erat. vnde non solum dicit, Quòd erat timens Deum, & recedens a malo; sed etiam circa filiorum puritatẽ maxime solicitus erat. permittebat siquidem eos conuiuia agere, eorum indulgẽs ætati. Quædam enim in iuuenibus tolerantur, quæ in personis grauibus reprehensibilia sunt. Et quia in conuiuiis vix aut nũquam homines immunditiam uitare possunt, quin vel per ineptam lætitiam, vel per inordinatam loquacitatem, aut etiam immoderatum vsum cibi offendãt filiis, quos a conuiuiis non arcebat, purificationis remediũ exhibebat: vnde dicitur; *Cumque in orbem transissent dies conuiuii, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos*. dicuntur autem in orbẽ dies transire conuiuii, quia cum septem filii essent, & vnusquisque in die sua conuiuium faceret, per omnes dies septimanę seriatim huiusmodi consumebant conuiuia: post modum quasi circulariter, siue orbiculariter, sicut in diebus septimanæ, ita in conuiuiis ad principium rediebatur. Notandum autem est, quòd licet Iob filiis indulgeret vt conuiuia ãgerẽt, tamen ipse suam grauitatẽ conseruans, eorum conuiuiis se nõ immiscebat. vnde dicitur q̃; *Mittebat ad eos*, non quòd ipse ad eos iret. Modus autem sanctificationis, quo per interpũctum sanctificabat eos, potest intelligi dupliciter, vel quia salubribus monitis eos instrui faciebat, vt siquid inconuiuiis deliquerãt, emendarent: vel etiam quia aliquem expiationis ritum habebãt, quo huiusmodi delicta expiabantur, sicut & sacrificia etiam ante legem data fuerant, & primitiarum, & decimarum oblatio. Inconuiuiis autem homines interdum non solum impuritatem contrahunt modis prædictis, sed etiam grauioribus peccatis immergũtur: aliquando vsque ad Dei contemptum, & propter lasciuiam, ratione absorpta, & a reuerentia diuina abstracta, sicut in Exodo dicitur, Sedit populus manducãre, & bibere, & surrexerunt ludere, idest fornicari, vel idolis immolare. Iob ergo non solum contra leuia delicta, filiis, sanctificando, subueniebat, sed etiam contra grauiora remedium studebat apponere, quo eis Deus placaretur: vnde sequitur; *Consurgẽs q̃; diluculo offerebat holocaustum per singulos*. in quibus verbis, ostenditur perfectio deuotionis ipsius, & quantum ad tempus, quia diluculo consurgebat, secũdũ illud psal. 5. Mane astabo tibi &c. et quantum ad modum oblationis, quia holocausta offerebat, quæ totaliter comburebantur ad honorem Dei, nulla parte relicta in vsum offerentis, uel eius pro quo offerebantur: sicut erat in hostiis pacificis, & pro peccato. Dicitur. n. holocaustum, quasi totum incensum. & quantum ad numerum quia pro singulis filiis holocausta offerebat. singula enim peccata conuenientibus satisfactionibus sunt expianda. Causam autem oblationis holocaustorum subiungit dicens, Dicebat enim, scilicet in corde suo Iob: nõ quidem de peccatis filiorum certus, sed dubitans; *Ne forte peccauerint filii mei*. s. opere, vel verbo. *Et benedixerint Deo in cordibus suis*. quod quidem dupliciter intelligi potest, vno modo, vt totum intelligatur coniunctim. quamuis enim benedicere Deum sit bonum, tamen benedicere Deum de hoc, quòd homo peccauit, significat voluntatem in peccatis quiescentem, & quantum ad hoc vituperatur, sicut in Zach. 11. dicitur contra quosdam, pasce pecora occisionis: quæ qui possidebant occidebant, & non dolebant: & vendebant ea dicentes, Benedictus Deus, diuites facti sumus. Alio modo, vt intelligatur diuisim a contrario sensu: & sic per hoc quòd dicitur, Benedixerint, intelligatur maledixerint. Crimen enim blasphemiæ tam horribile est, vt pia ora ipsum nominare ꝓprio nomine reformident: sed ipsum per contrarium significant: & conuenienter pro peccato blasphemię holocausta offerũtur; quia ea quæ in Deum committuntur, honoratione diuina sunt expurganda. Solet autem contingere, quòd diuinus cultus a quibusdam deuote persiciatur, si rarus sit. cum autem frequens fuerit, in fastidium uenit: quod est peccatum accidiæ, cum aliquis scilicet tristatur de spirituali labore: cui quidem peccato Iob subiectus non erat: nam subditur; *Sic faciebat Iob cunctis diebus*: quasi perseuerãtem in diuino cultu deuotionem conseruans.

LECTIO II.

VADAM autem die cũ uenissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Sathan. cui dixit Dominus, vnde uenis? qui respondens ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixitq; Dominus ad eum: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo? Cui respõdẽs Sathan ait: Nũquid frustra Iob timet deũ? Nonne tu uallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substãtiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti: & possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, *nis*? Et notandum est quòd non dicit ei Dominus, quid facis, aut vbi es? sed vnde venis? quia ipsa facta, quæ per dæmones procurantur, interdum ex diuina voluntate proueniunt, dum per eos vel puniuntur mali, vel exercentur boni. sed dæmonũ intentio semper mala est, & a Deo aliena, & ideo a Sathan quæritur, Vnde venis? quia eius intentio, a qua procedit omnis ipsius actio, a Deo est aliena. Sciendum autem est, ꝓ dicere, dupliciter accipitur, nam quandoq; refertur ad conceptum cordis, quandoq; autem ad significationem, qua huiusmodi conceptus alteri exprimitur. Secundum igitur primum modum, dicere Dei est æternum, & nil est aliud quàm generare filium, qui est verbũ ipsius. Secundo vero modo specialiter Deus aliqua dicit, diuersimode tamen, secundum quòd congruit eis, quibus dicit. Nam hominibus corporeos sensus habentibus, aliquando Deus locutus est aereo sono, formato in aliqua subiecta creatura: sicut uox sonuit in baptismo, & in transfiguratione Christi, Hic est filius meus dilectus. Aliquando autem per imaginariam visionẽ, sicut multotiẽs legitur in prophetis. Aliquando autem intelligibili expressione: & hoc modo intelligendum est Dominum ad Sathan dixisse, inquantum eum intelligere facit, quòd ea quæ ipse agit, a Deo conspiciuntur. Sicut ergo dicere Dei ad Sathan, *est et notitiam præbere*: *ita* Sathan respondere Deo, est non quidem alicuius rei notitiã tradere deo, sed considerare omnia sua diuino conspectui aperta esse: & secundum hunc modum dicitur; *Q̃ui respondens ait: circuiui terrã, & perambulaui eam*. Per hoc igitur quòd Dominus dicit ad Sathan, Vnde venis? intentionẽ & acta diaboli Deus examinat: ꝑ hoc ãt q̃ Sathan rãdet, Circuiui terrã, & perambulaui eã, quasi suorũ actuũ Deo rõnẽ reddit: vt ex vtroq; ostẽdãt, oia q̃ per Sathan fiunt, diuinæ prouidentiæ subiecta esse. Per circuitionẽ aũt Sathan, calliditas eius ostendit, ad explorãdũ quos decipere possit, ꝓm illud primæ Petri v. Itimo: Aduersarius vester diabolus tãquã leo rugiens, circuit q̃rẽs quẽ deuoret. Cõueniẽter aũt per circuitũ calliditas designãt, sicut ꝑ rectũ simplex & iustus. nam rectũ est, cuius mediũ nõ exit ab extremis. Cũ ergo actio iusti a suo principio, quod est Dei volũtas, & fine illi intẽto, nõ discrepat; cõueniẽter iustis adscribit rectitudo. callidorũ aũt est aliud ꝑtendere, ac aliud intẽdere: & sic id quod demõstrãt de suo opere, exit ab extremis, dũ nec principio cõcordãt, nec fini. vnde recte callidi circuire dicunt: ꝑ q̃ quod scriptũ est, In circuitu ipsi ambulãt. Sciẽdũ aũt est, q̃ etsi diabolus erga cunctos rã bonos q̃ malos calliditatis suæ studio utatur, effectus tm̃ calliditatis suæ in solis malis cõsequitur, q̃ recte terra nominãtur. Cũ. n. homo cõpositus sit ex natura spirituali, & carne terrena, malum hominis in hoc cõsistit, q̃ *dereliẽtis spiritualibus bonis*, ad q̃ ꝓm rõnẽ mente ordinatur, terrenis bonis inhæret, q̃ sibi cõpetunt ꝓm carnẽ terrenã. & ideo mali, inquantũ carnẽ terrenã sequuntur, recte terra dicuntur. Huiusmodi igitur terrã nõ solũ circuit Sathan, sed ẽt perambulat: quia in eis effectũ suæ malitiæ cõplet. Perambulationẽ. n. cõplementũ processus ipsius designatur: sicut ecõuerso de viris iustis dicitur, q̃ in eis Deus perambulat. vnde Apost. 2. Cor. 6. inducit, Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos. Põt etiã ex hoc aliud intelligi. Triplex. n. est status viuentiũ. quidã. n. sunt supra terrã. i. in cælo, ut angeli, & beati homines: quidã in terra, sicut homines in mortali carne viuentes: quidã aũt sub terra, vt dæmones, & damnati oẽs. Primos igitur Sathan neq; circuit, neq; perambulat: quia in cælestibus ciuibus nulla malitia esse potest: sicut nec i cęlestibus corporibus inuenitur aliquod malum naturę. Illos autem qui sunt in inferno perambulat, sed nõ circuit: quia eos totaliter suę malitię subiectos habet: nec oportet, vt ad eos decipiẽdos, aliqua calliditate vtatur, Eos aũt qui sunt in terra, circuit, & perambulat: quia & calliditate eos decipere nititur, & quòsdam eorum ad suam malitiam trahit, qui maxime per terram designantur, vt dictũ est. Et quòd per terram homines terreni designentur, satis apertę

esse, præmittitur quõ Deus de rebus humanis curam habet, & eas dispensat. Hoc autem symbolice, & sub ænigmate proponitur ꝓ̃m consuetudinem sacræ Scripturæ, quæ res spirituales sub figuris rerum corporalium describit: sicut patet Esaiæ 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. & in principio Ezech. & in pluribus aliis locis. Et quamuis spiritualia sub figuris rerum corporaliũ proponantur: non tamẽ ea, quæ circa spiritualia intẽduntur per figuras sensibiles, ad mysticum pertinent sensum, sed literalẽ: quia sensus literalis est, qui primo per verba intenditur, siue proprie dicta, siue figurate. Sciendum est autem q̃ diuina prouidentia tali ordine res gubernat, quòd inferiora per superiora dispensãt. corpora enim generabilia & corruptibilia subdunꝑtur motui corporum cælestium: & similiter inferiores spiritus rationales mortalibus corporibus vniti. Animæ, per superiores spiritus incorporeos administrãtur. Hæc autem habet ecclesiastica traditio, q̃ inter incorporeos spiritus, quidam sunt boni, qui puritatem in qua creati sunt, conseruantes, diuina gloria perfruuntur, a Dei voluntate nunquam recedentes: & hi quidem spiritus in scripturis interdum dicuntur angeli. i. nuncii: quia diuina hominibus annũciant: interdum autem filii Dei dicuntur, inquantum Deo per participationem gloriæ similantur. Mali autem spiritus quidem fiunt non per naturam, aut per creationem (cum vniuscuiusque naturæ author sit Deus, nec summum bonum potest esse causa nisi bonorum) sed sunt mali propter propriam culpam. Huiusmodi autem spiritus in scripturis dæmones dicuntur, & eorum primus dicitur diabolus, quasi deorsum cadens, vel etiã Sathan, idest, aduersarius. Vtriq; igitur spiritus, homines ad aliqua agẽda mouent, boni quidem ad bona, mali autem ad mala. Et sicut homines mouentur a Deo per spiritus supradictos; ita etiam ea quæ per homines aguntur, dicuntur in Scripturis, eisdem spiritibus mediantibus, ad diuinum examen referri. Ad ostendendum igitur quòd tam bona, quàm mala, quæ homines agunt, diuino iudicio subsunt, dicitur; *Q̃ quadam autem die, cum venissent filii Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Sathan*. Sciẽdum vero est, quòd angeli, qui hic filii Dei dicuntur, assistere dicuntur Domino dupliciter, vno modo inquantum Deus ab eis conspicitur, sicut scriptum est in Daniele 7. Millia millium ministrabant ei: & decies millies centena millia assistebant ei. Alio modo inquantum ipsi angeli, & eorum actus a Deo conspiciuntur: nam qui alicui domino assistunt, & eum conspiciunt, & ab eo conspiciuntur. Primo igitur modo, assistere non conuenit angelis nisi bonis, qui diuina visione perfruuntur: nec iis omnibus, sed illis tm̃, qui inter eos superiores existunt, qui magis intime diuina visione perfruuntur, & ad exteriora ministeria, secũdum Dionysii sententiam, non exeunt: vnde & a ministrantibus, in prædicta authoritate Danielis assistentes distinguuntur. secundo autem modo assistere conuenit nõ solum omnibus bonis angelis, sed etiam malis, & etiam hominibus: quia quæcunque per eos aguntur, diuino conspectui & examini subdunꝑtur: & ꝓpter hoc dicitur, q̃ cum venirent filii Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiã Sathan. Et quãuis ea, quæ per angelos bonos vel malos administrantur, continue diuino cõspectui & examini subiiciãtur, & sic semper filii Dei assistãt, & Sathan inter eos assistere dicitur &c. dicitur tamen; Quadam die, secundum morem Scripturæ, quæ ea quæ supra tempus sunt, interdũ per tempus designat ex aliquibus, quæ dicuntur in tempore: sicut in principio Gen. dicitur Deus aliqua dixisse primo, vel secundo die. quamuis eius dicere sit æternum propter hoc, quòd ea quæ ab ipso dicuntur, fiebant in tempore: ita & nunc quia factum, de quo nunc intenditur, determinato tempore extitit, dicuntur administratores huiusmodi facti, quadam die coram Domino astitisse: quamuis coram ipso assistere nunquam desistant. Considerãdum est etiã, q̃ ad Dei iudicium aliter referuntur ea, quę per bonos angelos aguntur, aliter ea quæ per malos. nã boni angeli hoc intendunt, vt ea quæ agunt, referant in Deum: & ideo dicitur, q̃ filii Dei venerunt vt assisterent coram Domino, quasi primo motu & intentione oia diuino iudicio subdentes. mali vero angeli non intẽdunt ea quæ agunt, referre in Deum: sed eis nolentibus hoc accidit, vt quidquid agunt, subdatur diuino iudicio, vel diuinæ prouidẽtiæ: & ideo nõ dicitur de Sathan q̃ venerit vt assisteret corã Domino, sed solũ q̃ affuit inter eos. Dicitur aũt, *Inter eos*, tum ꝑ ꝑ naturæ parilitatem, tum ad insinuandum q̃ mala non sunt ex principali intentione, sed superueniunt bonis, quasi per accidẽs. Est aũt differentia inter ea, quę per bonos angelos, & malos agũtur. nam boni angeli nil agunt, nisi ad quod diuino iussu & voluntate mouentur. in oibus. n. voluntatem diuinã sequuntur. mali vero sua voluntate discordant a Deo: vnde ea, quæ ipsi agunt, a Deo aliena existunt, quantũ ad eorũ intentionem. Et quia nõ cõsueuimus interrogare de iis quæ nos facimus, sed de iis, quæ absq; nobis fiunt: ideo non dicitur, quòd Dominus aliquid quæsierit a filiis Dei, sed solum a Sathan. : & hoc est quod subditur; *Cui dicit Dominus, vnde ve*

Cap. 7.

ostenditur per hoc, quòd Dominus Iob, quamuis in terra habitantem, a terra tamen segregare videtur. nam cum Sathan dixisset, Circuiui terrã, & perambulaui eam subiungitur; *Dixitq; Dominus ad eum. Nunquid consideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis &c.* Fruſtra enim quæſitum videretur, an Iob conſideraſſet, q terrã circuiſſe & perambulaſſe ſe aſſerebat, niſi ſeruũ ſuum Iob præter terram eſſe intelligeret: & maxime oſtendit, in qno a terra ſegregetur, in hoc quod dicit, Seruum meum Iob. Homo enim quaſi medius conſtitutus eſt inter Deum & res terrenas: nam mente inhęret Deo, carne autem rebus terrenis coniungitur. Omne autem medium duorum eo magis ab vno extremo recedit, quo magis alteri appropinquat. homo igitur quanto magis Deo inhæret, tanto remotior eſt a terra. hoc autem eſt, ſeruum Dei eſſe, quod mente Deo inhærere. nam ſeruus eſt, qui non ſui cauſa eſt: ille autem, quia mente Deo inhæret, ſeipſum in Deum ordinat vt ſeruus amoris, non timoris. Et notandum eſt quòd affectiones terrenæ aliquo modo a remotis imitantur ſpirituales affectus, quibus mens Deo coniungitur: ſed ad eorum ſimilitudinẽ nullo modo peruenire poſſunt. Nam & amor terrenus ab amore Dei deficit, & per conſequens omnis affectio: nam cuiuſlibet affectionis, amor eſt principium. Vnde conuenienter poſtquam dixerat, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob; ſubditur, Quòd non ſit ſimilis ei in terra: quia nihil in terrenis ſpiritualibus ęquari poteſt. quamuis & poſſit aliter intelligi. Nam in vnoquoque ſancto eſt aliqua virtutis præeminentia, quantum ad aliquem ſpiritualem vſum: ꝑp quod de ſingulis confeſſoribus in Eccleſia canitur, Non eſt inuẽtus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi: niſi ꝙ in Chriſto omnia ſm perfectiſſimam excellentiam fuerunt: & ſm hũc modum intelligi poteſt, quòd nullus in terra habitantium ſimilis erat Iob: inquantum Iob præeminebat quantum ad aliquem vſum virtutis. In quo autem Iob fuerit ſeruus Dei, & nullus ei ſimilis in terra fuerit, oſtendit cum ſubdit; *Homo ſimplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo.* quæ quia ſupra expoſita ſunt, ad præſens dimittantur. Conſiderandum autem ꝙ Dominus, iuſtorum vitam non ſolum ad eorum bonum ordinat, ſed etiam aliis eam conſpicuam reddit. ſed conſpiciẽtes eam, nõ ſimiliter afficiuntur ad ipſam. nam boni eam pro exemplo habẽtes, ex ipſa proficiunt: mali vero ſi nõ corriguntur ex ea, vt eius exemplo boni fiant, ex ſanctorum vita inſpecta deficiunt, dum vel per inuidiam torquentur, vel falſis iudiciis eam peruertere conantur, ſm illud Apoſtoli 2. Cor. 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo, & in iis qui ſalui ſunt, & iis qui pereunt: aliis quidẽ odor mortis in mortem, aliis aũt odor vitæ in vitam. Sic igitur Deus vitam ſanctorum non ſolum ab electis cõſiderari vult ad profectum ſalutis, ſed etiam ab iniquis ad cumulum damnationis: quia ex vita ſanctorum, condemnabilis oſtenditur peruerſitas impiorum, ſm illud quod dicitur Sap. 4. Condemnat iuſtus mortuus viuos impios. & ideo Dominus ad Sathan dicit, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob? quaſi diceret, terram quidem circuis, & perambulas: ſed ſeruum meum Iob ſolum conſiderare potes, & eius virtutem mirari. Solet aũt peruerſorũ hominum, quorum princeps eſt Sathan, & eorum hic perſonã gerit, talis eſſe conſuetudo, vt cum ſanctorum vitam reprehendere non poſſunt, non ex recta intentione eos agere calumniẽtur, ſm illud Eccleſia. 11. Bona in mala conuertens inſidiatur, & in electis imponit maculam: & hoc apparet ex hoc quod ſubditur; *Cui reſpondens Sathan ait: Nunquid fruſtra Iob timet Deum?* quaſi dicat. negare non poſſum quin bona faciat: ſed hoc non agit recta intentione ꝑp amorem & honeſtatem, ſed ꝑp temporalia, q̃ a te cõſecutus eſt. & ideo dicit, Nũquid fruſtra Iob timet Deũ? Illud enim fruſtra facere dicimur, ex quo id quod intendimus, aſſequi nõ poſſumus. Iob autem tibi ſeruit propter temporalia, quæ a te aſſecutus eſt, vnde non fruſtra, quòd tibi ſeruiendo, te timeat. Et quòd temporalem proſperitatem conſecutus ſit, oſtendit quantum ad duo, primo quantum ad immunitatem malorum: quia. ſ. præſeruatus erat a Deo ab omni aduerſitate; & hoc eſt quod dicit; *Nonne tu vallaſti.* i. protexiſti ſicut protegit vallũ, aut murus; *Eum*; quantum ad ſuam perſonam; *Ac domum eius*: quantum ad eius prolem & familiam; *Vniuerſamque ſubſtantiam eius*: quãtum ad poſſeſſiones eius. & addit; *Per circuitum*: vt perfecta immunitas oſtendatur, quia illud quod per circuitum vallatur, ex nulla parte poteſt pati inſultum. Secundo oſtẽdit eius proſperitatem quantum ad multiplicationem bonorum: & hoc eſt quod dicitur; *Operibus manuũ eius benedixiſti.* Et quia cũ Deus dicendo omnia faciat, benedicere Dei eſt bonitatem rei dare. Tunc ergo Deus alicuius operibus benedicit, quando ea ad bonum producit, vt finem debitum conſequantur. & quia quędam bona proueniũt homini abſque ſuo opere & intentione, propter hoc addit; *Et poſſeſſio eius creuit in terra.* Sic igitur Sathan calumniatur facta beati Iob, quaſi ea ageret ex intentione proſperitatis terrenæ. vnde manifeſtum eſt, quòd ea bona quæ agimus, non referuntur ad proſperitatem terrenam quaſi ad præmium: alias non eſſet peruerſa intentio, ſi quis propter proſperitatem temporalem Deo ſeruiret: & ſimiliter econuerſo, aduerſitas temporalis non eſt propria pœna peccatorum: de quo fere in toto libro quæſtio erit. Vult autem oſtendere Sathan per ſuum reſpõſum, quòd propter proſperitatẽ terrenam, quam conſecutus erat, Iob Deo ſeruiebat, ꝑ oppoſitum. ſi enim ceſſante proſperitate terrena, Iob Dominum timere deſineret, manifeſtum fieret, quòd propter proſperitatem terrenam, qua fruebatur, Deũ timebat: & ideo ſubdit; *Extende paululũ manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet.* ſcilicet ea auferendo; *Niſi in faciem benedixerit tibi.* id eſt manifeſte maledixerit: ſupple malum mihi accidat. Et notandum quòd ex magna aduerſitate etiam nec iuſtorum corda interdum commouentur: ſed ſimulate iuſti, ex modica aduerſitate turbantur, vel ut nullam virtutis radicem habentes. vult ergo Sathan per hoc innuere, quòd Iob non vere iuſtus erat, ſed ſimulate. & ideo dicit ꝙ ſi paululum aduerſitate tangeretur, murmuraret contra Deum, quod eſt Deũ blaſphemare: quod ſignanter dicit; Niſi in faciem benedixerit tibi. vt ſignificet, quia ẽt in proſperitate in corde ſuo Deum quodãmodo blaſphemabat, dum eius amori temporalia præponebat. Sed proſperitate ſublata, etiã in facie blaſphemaret. i. manifeſte. Poteſt & aliter intelligi hoc quod dicit, Niſi in faciem benedixerit tibi. vt benedictio proprie ſumat: & ſit ſenſus. ſi tu paululum eũ tangas, proſperitatẽ terrenã. ſ. auferẽdo, hoc mihi accidat, niſi manifeſtũ fiat, ꝙ antea benedixerit tibi, nõ in vero corde, ſed in facie. i. ad apparentiã hoium. Et quia ſicut dictum eſt, Dominus ſanctorũ virtutẽ vult oĩbus eſſe notã & bonis, & malis: placuit ſibi, vt ſicut bona facta eius oẽs conſpexerunt, ita & recta eius intentio oĩbus fieret manifeſta: & ideo voluit Iob proſperitate terrena priuare: vt eo in Dei timore perſeuerante, manifeſtum fieret ꝙ ex recta intentione, & non ꝑp temporalia Dominum timebat. Sed ſciendũ eſt, ꝙ Deus malos punit & per bonos angelos, & per malos, ſed bonis nunquã aduerſitatem inducit niſi per malos: ideo ſuper beatum Iob aduerſitatẽ nõ niſi ꝑ Sathan induci voluit: & ꝑp hoc ſubdit, Dixit ergo Dominus ad Sathan, Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt. i. potentiæ vel poteſtati tuæ trado. Tantum in eum ne extendas manum tuam. ex quo manifeſte datur intelligi, ꝙ iuſtis viris Sathan non quantũ vult, ſed quantũ permittitur, nocere poteſt. Conſiderandum ẽt eſt, ꝙ Dominus non præcepit Sathan vt Iob offenderet, ſed ſolum ei poteſtatem dedit: quia voluntas nocendi ineſt cuilibet malo ex ſeipſo, ſed poteſtas non niſi a Deo. Patet igitur ex prædictis, hanc fuiſſe cauſam aduerſitatis beati Iob, vt eius virtus oĩbus fieret manifeſta. vnde & de Tobia dicitur, ꝙ ideo Dominus ei tentationẽ euenire permiſit, vt poſteris daretur exemplũ patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Cauendum eſt aũt, ne credatur Dominum ex verbis Sathan inductum eſſe ad permittendum Iob affligi: ſed æterna diſpoſitione hoc ordinauit, ad manifeſtandam. ſ. virtutem Iob contra omnes calumnias impiotum: & ideo præmittitur calumnia, & ſubſequitur diuina permiſſio.

nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Sathan: Ecce, vniuerſa quę habet, in manu tua ſunt: tantum in eum ne extendas manum tuam.

filij & filię eius comederent, & biberent uinum in domo fratris ſui primogeniti, nũcius uenit ad Iob qui diceret: Boues arabant, & aſinæ paſcebãtur iuxta eos: & irruerũt Sabæi, tulerũtq; oĩa, & pueros percuſſerũt gladio: & euaſi ego ſolus, ut nunciatem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, uenit alter, & dixit: Ignis Dei cecidit de cælo, & tactas oues puerosq; conſumpſit: & effugi ego ſolus, ut nũciarem tibi. Sed adhuc illo loquente, uenit alius, & dixit: Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos: necnon & pueros percuſſerunt gladio: & effugi ego ſolus, ut nunciarẽ tibi. Adhuc loquebat ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus ueſcentibus, & bibentibus uinum in domo fratris ſui primogeniti, repente uentus uehemens irruit a regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit liberos tuos, et mortui ſunt: & effugi ego ſolus, ut nũciarem tibi.

LECTIO III.

GRESSVSQVE eſt Sathan a facie Domini. Cum autem quadam die

LECTIO IIII.

VNC Surrexit Iob, & ſcidit ueſtimẽta ſua: & tonſo capite, corruens in terrã, adorauit, & dixit. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factũ eſt: ſit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

bona quæ agimus, non referuntur ad proſperitatem terrenam quaſi ad præmium: alias non eſſet peruerſa intentio, ſi quis propter proſperitatem temporalem Deo ſeruiret: & ſimiliter econuerſo, aduerſitas temporalis non eſt propria pœna peccatorum: de quo fere in toto libro quæſtio erit. Vult autem oſtendere Sathan per ſuum reſpõſum, quòd propter proſperitatẽ terrenam, quam conſecutus erat, Iob Deo ſeruiebat, ꝑ oppoſitum. ſi enim ceſſante proſperitate terrena, Iob Dominum timere deſineret, manifeſtum fieret, quòd propter proſperitatem terrenam, qua fruebatur, Deũ timebat: & ideo ſubdit; *Extende paululũ manum tuam, & tange cuncta quæ poſſidet.* ſcilicet ea auferendo; *Niſi in faciem benedixerit tibi.* id eſt manifeſte maledixerit: ſupple malum mihi accidat. Et notandum quòd ex magna aduerſitate etiam nec iuſtorum corda interdum commouentur: ſed ſimulate iuſti, ex modica aduerſitate turbantur, vel ut nullam virtutis radicem habentes. vult ergo Sathan per hoc innuere, quòd Iob non vere iuſtus erat, ſed ſimulate. & ideo dicit ꝙ ſi paululum aduerſitate tangeretur, murmuraret contra Deum, quod eſt Deũ blaſphemare: quod ſignanter dicit; Niſi in faciem benedixerit tibi. vt ſignificet, quia ẽt in proſperitate in corde ſuo Deum quodãmodo blaſphemabat, dum eius amori temporalia præponebat. Sed proſperitate ſublata, etiã in facie blaſphemaret. i. manifeſte. Poteſt & aliter intelligi hoc quod dicit, Niſi in faciem benedixerit tibi. vt benedictio proprie ſumat: & ſit ſenſus. ſi tu paululum eũ tangas, proſperitatẽ terrenã. ſ. auferẽdo, hoc mihi accidat, niſi manifeſtũ fiat, ꝙ antea benedixerit tibi, nõ in vero corde, ſed in facie. i. ad apparentiã hoium. Et quia ſicut dictum eſt, Dominus ſanctorũ virtutẽ vult oĩbus eſſe notã & bonis, & malis: placuit ſibi, vt ſicut bona facta eius oẽs conſpexerunt, ita & recta eius intentio oĩbus fieret manifeſta: & ideo voluit Iob proſperitate terrena priuare: vt eo in Dei timore perſeuerante, manifeſtum fieret ꝙ ex recta intentione, & non ꝑp temporalia Dominum timebat. Sed ſciendũ eſt, ꝙ Deus malos punit & per bonos angelos, & per malos, ſed bonis nunquã aduerſitatem inducit niſi per malos: ideo ſuper beatum Iob aduerſitatẽ nõ niſi ꝑ Sathan induci voluit: & ꝑp hoc ſubdit, Dixit ergo Dominus ad Sathan, Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt. i. potentiæ vel poteſtati tuæ trado. Tantum in eum ne extendas manum tuam. ex quo manifeſte datur intelligi, ꝙ iuſtis viris Sathan non quantũ vult, ſed quantũ permittitur, nocere poteſt. Conſiderandum ẽt eſt, ꝙ Dominus non præcepit Sathan vt Iob offenderet, ſed ſolum ei poteſtatem dedit: quia voluntas nocendi ineſt cuilibet malo ex ſeipſo, ſed poteſtas non niſi a Deo. Patet igitur ex prædictis, hanc fuiſſe cauſam aduerſitatis beati Iob, vt eius virtus oĩbus fieret manifeſta. vnde & de Tobia dicitur, ꝙ ideo Dominus ei tentationẽ euenire permiſit, vt poſteris daretur exemplũ patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Cauendum eſt aũt, ne credatur Dominum ex verbis Sathan inductum eſſe ad permittendum Iob affligi: ſed æterna diſpoſitione hoc ordinauit, ad manifeſtandam. ſ. virtutem Iob contra omnes calumnias impiotum: & ideo præmittitur calumnia, & ſubſequitur diuina permiſſio.

Thobię 2.

LECTIO TERTIA.

POſita cauſa aduerſitatis beati Iob, conſequenter oſtenditur, qualiter ei huiuſmodi aduerſitas ſuperuenit: & quia tota hic aduerſitas inducta eſt per Sathan, ideo de ipſo dicitur primo; *Egreſſus eſt a facie Domini.* quaſi dicat, ad utendum poteſtate ſibi permiſſa. & ſignãter dicitur quòd egreſſus eſt a facie Domini. nam Sathan, ſecundum quòd poteſtas ei permittitur nocendi alicui, coram facie Dominj eſt: quia ex rationabili Dei voluntate hoc accidit: dum autem exequitur permiſſam ſibi poteſtatem, a facie Domini exit: quia ab intentione permittentis recedit. quod quidem in propoſito apparet. permiſſum enim fuit a Deo, vt poſſet nocere Iob, ad manifeſtandam eius virtutem: ſed Sathan non propter hoc eum afflixit, ſed vt eum ad impatientiam, & blaſphemiam prouocaret. Similiter autem in hoc apparet manifeſte, verum eſſe quod ſupra diximus, Sathan affuiſſe inter filios Dei corã eo aſſiſtentes: ſecũdũ quòd aſſiſtere dicuntur Deo aliqui, prout diuino, ſcilicet iudicio & examini ſubdũtur: non ſm quòd aſſiſtere Deo dicuntur, qui Deum vident. vnde & hic non dicitur, quòd Sathan abiecerit a facie ſua Deum, ſed quòd egreſſus eſt a facie Domini: quaſi ab intentione prouidentiæ eius recedens, ordinationem prouidentiæ effugere non valens. Conſiderãdũ eſt aũt, quòd in aduerſitate enarranda, ordo contrarius obſeruatur, ordini, quo fuerat proſperitas enarrata. nam in proſperitate enarrata, a maioribus ad minora proceſſit, incipiens a perſona ipſius Iob: & poſt hoc poſuit prolem: deinde animalia, & primo oues & deinceps alia: & hoc rationabiliter: quia perpetuitas q̃ in perſona ſaluari non poteſt, quæritur in prole, ad cuius ſuſtẽtationem poſſeſſionibus indigetur. In aduerſitate autem propõnitur econuerſo. Nam primo narratur amiſſio ſubſtantiæ, ſecundo oppreſſio prolis, tertio afflictio propriæ perſonæ: & hoc ad aduerſitatis augmentum. nã ille, qui maiori aduerſitate oppreſſus eſt, minorẽ non ſentit, ſed poſt minorem ſentitur maior: & ideo vt a ſingulis aduerſitatibus Iob propriam afflictionem ſentiret, & ſic magis ad impatientiam cõmoueretur, incepit Sathan a minore aduerſitate Iob affligere, & paulatim proceſſit ad maiora. Conſiderandum etiam eſt, quòd ab iis, quæ ſubito ſuperueniunt hominibus, animus magis commouetur. nam præcogitata aduerſa facilius tolerantur: & ideo vt Iob magis commoueretur in tempore maximæ iocunditatis, quãdo minus de aduerſitate cogitari poterat: ei Sathan aduerſitatem induxit, vt etiam ex ipſa præſenti iocunditate aduerſitas grauior apparet. nam contraria iuxta ſe poſita magis elucęſcunt: & ideo dicitur; *Cum autem quadam die filii & filiae eius comederent, & biberent uinum.* quod ſpecialiter ponitur ad iucunditatis indicium ſecundũ illud Eccleſiaſtici. 31. Vinum in iucunditate creatum eſt, non in ebrietate ab initio; *In domo fratris ſui primogeniti.* quod etiam ad maiorem ſolemnitatem ponitur. probabile enim eſt quòd in domo primigeniti ſolemne conuiuium celebraretur; *Nuncius uenit ad Iob, qui diceret, Boues arabant.* vt ex memoria fructus, damnum intolerabilius videretur. *Et aſinae paſcebãtur iuxta eos.* quod etiã ponitur ad augmentum doloris dum conſideraret, quòd eo tempore ſuperuenerunt, quo plura ſimul poſſent rapere; *Et irruerũt Sabaei.* hoſtes a remotis venientes, a quibus non de facili recuperari poſſent, quæ rapuiſſent; *Tulerunt omnia.* ne, ſi aliqua reliquiſſent, ea ſaltem ſufficerent ad neceſſarium vſum, & ad propaginem; *Et pueros percuſſerunt gladio.* quod uiro iuſto grauius fuit. *Et euaſi ego ſolus ut nunciarem tibi.* quaſi dicat, ideo hoc euenit diuina diſpenſatione; vt ego ſolus euaderem, vt tu poſſes habere nuncium tanti damni, quòd Deus te dolore affligere intendit. hac autem aduerſitate nũciata, ſtatim altera nunciatur, ne, ſi aliquod interuallum fieret, intus ad cor ſuum rediret, & ſe ad patientiam præpararet, & ſic ſequentia facilius ſuſtineret: & ꝑp hoc ſubditur; *Cumque adhuc loqueretur ille, uenit alius, & dixit, Ignis Dei.* i. a Deo miſſus; *Deſcendit de cælo.* ut eius menti imprimeret, quòd non ſolum ab hominibus, ſed etiam a Deo perſecutionem pateretur, & ſic facilius contra Deum protiocaretur; *Et tactas oues puerosq; conſumpſit.* quaſi diuinitus hoc procreatũ ſit, vt ſtatim ad tactum ignis, omnia conſumarentur: quod eſt contra naturalem virtutem ignis; *Et effugi ego ſolus ut nunciarem tibi.* ſequitur; *Sed adhuc illo loquente uenit alius, & dixit, Chaldaei,* ſupple, qui erant feroces & potentes: vnde ad eorum potentiam oſtendendam ſubditur; *Fecerunt tres turmas.* vt ſic vindicta ſperari non poſſit, nec recuperatio damni: de quo damno ſubditur; *Et inuaſerunt camelos &c.* Sequitur de oppreſſione prolis; *Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filii tui, & filiae bibebant uinum in domo fratris ſui.* vt ex hoc eius mens triſtior foret, quo Iob poterat dubitare, eos ſi ſtatu alicuius peccati fuiſſe mortę præuentos. nã ꝑpes ipſe ſanctificabat, & holocauſta per ſingulos offerebat, quia timebat ne in conuiuiis aliquod peccatum incurriſſent. & ne forte poſſet credi, quòd pœnituerint, & animę ſuæ ꝑuiderint, ſubditur; *Repente uenit uentus uehemens, & irruit a regione deſerti, & cõcuſſit quatuor angulos domus.* quod dicit ad oſtendendũ vehementiã venti: & præter conſuetudinẽ, totam domum ſubuertit ſimul: & vt per hoc oſtendatur ex diuina voluntate proceſſiſſe: & ſic facilius cõtra Deũ moueret, dum affligebat ab eo, cui deuota mente ſeruierat: & ad maiorẽ doloris cumulũ, ſubditur damnũ iteremptę prolis, cum dicit; *Quae corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* ſ. oẽs: ne ſaltẽ in aliquo euadẽre ex liberis, poſteritatis ſpes remaneret: & hoc eo magis credebatur doloroſum, quo liberis oĩbus interemptis, aliquis famulorũ euadere potuit ad concitandum dolorem. nam ſequitur; *Et euaſi ego ſolus, ut nunciarem tibi.* Cõſiderandum eſt, quòd cum omnis prædicta aduerſitas ſit per Sathan inducta, neceſſe eſt cõfiteri, quòd Deo permittente, dæmones poſſunt turbationem aeris inducere, ventos concitare, & facere vt ignis de cælo cadat: quamuis enim materia corporalis non obediat ad nutum angelis nec bonis, neque malis ad ſuſceptionem formarum, ſed ſoli creatori Deo, tamen ad motum localem natura corporea nata eſt ſpirituali naturæ obedire, cuius iudicium in homine apparet. nam ad ſolum imperium voluntatis mouentur membra, vt affectum voluntate diſpoſitum proſequantur. Quæcunque ergo ſolo motu locali fieri poſſunt, hoc per naturalem virtutem non ſolum ſpiritus boni, ſed etiam mali facere poſſunt, niſi diuinitus prohibeantur: venti autem & pluuiæ, & aliæ huiuſmodi aeris perturbationes, ex ſolo motu vaporum reſolutorum ex terra & aqua fieri poſſunt. Vnde ad huiuſmodi procuranda, naturalis virtus dęmonis ſufficit, ſed interdum ab hoc diuina virtute prohibentur, vt non liceat eis facere omne, quod naturaliter poſſunt. non eſt autem contrarium quod dicitur Hier. 14. Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium; qui pluant? aut cæli poſſunt dare imbres niſi tu voluerit? Aliud eſt enim naturali curſu pluere, quod ſoli Deo conuenit, qui cauſas naturales ad hoc ordinauit: aliud, artificialiter vti aliquo ad pluuiam, vel ventum, interdum quaſi extraordinarie producendum.

LECTIO QVARTA

ENumerata aduerſitate beati Iob, agit hic de patiẽtia, qtiam in aduerſitate monſtrauit. Sciendũ aũt eſt, ad euidentiã eorum, quę hic dicunt, ꝙ circa corporalia bona, & circa animi paſſiones, antiquorũ philoſophorũ diuerſa opinio fuit. Nam Stoici dixerunt, bona exterjora nulla bona hominis eſſe, & ꝙ pro eorum amiſſione, nulla triſtitia in animo ſapientis poterat ineſſe. Peripateticorũ vero ſentẽtia fuit, ꝙ bona exteriora, ſunt quędã aliqua hominis bona, nõ quidẽ principalia, ſed quaſi inſtrumentaliter ordinata ad principale hominis bonũ, quod eſt bonũ mẽtis: & ꝑp hoc ſapientem in amiſſionibus exteriorũ bonorũ moderate contriſtari concedebant, ita. ſ. quòd per triſtitiã, ratio nõ abſorbeatur, vt a rectitudine declinare: & hęc ſententia verior eſt, & eccleſiaſticę doctrinę concordat, vt patet per Aug. in lib. de ciuitate Dei. hanc igitur ſententiã Iob ſecutus, triſtitiã quidem in aduerſitate monſtrauit, tñ ſic moderatam, vt rõni ſubiecta eſſet: & ideo dicitur; *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit ueſtimenta ſua.* quod apud hoĩes ſolet eſſe triſtitię indicũ. Notandũ vero eſt, ꝙ dicit, Tũc. ſ. poſt mortẽ filiorũ auditã, vt de eis magis q̃ de amiſſione rerũ doluiſſe videat. de amicis. n. mortuis non dolere, duri & non ſenſibilis cordis eſſe videt: ſed virtuoſi eſt huiuſe dolorem moderatum habere, ſm illud Apoſtoli Theſſa. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nõ contriſtemini ſicut & cęteri, q ſpem nõ habent. vnde hęc in beato Iob fuit, vnde & ſtatus mentis eius ꝑ actũ exteriorẽ aperuit. quia. n. ratio ſtetit, cõgruenter dicitur, quòd Iob ſurrexit, quãuis hoĩes dolentes magis ſoleant proſternj, quia triſtitiam patiebatur, ſed non penetrantẽ vſque

ad intima rationis: tristitiæ signum ostendit quantum ad duo. s. quantum ad ea, quę sunt extra naturam corporis, vnde dicitur; *Et scidit uestimenta sua*: & quantum ad ea quæ de natura corporis procedunt, vnde dicitur; *Et tonso capite.* quod apud eos, qui comam nutriunt, solet esse doloris indicium. vnde hæc duo signa tristitiæ conueniēter præmissis aduersitatibus respondent. nam scissio tunicæ respondet amissioni rerum, tonsio capitis amissioni filiorum. Tunc autem mens recta stat, quādo humiliter Deo subiicit. vnumquodque enim ī tāto maiori nobilitatis altitudine cōsistit, quāto magis suæ pfectioni substat: sicut aer dū subditur luci, & dū subditur materia formæ. Quòd ergo mens beati Iob per tristitiam deiecta non erat, sed in sui rectitudine existens, manifestatur per hoc, quòd Deo humiliter se subdidit. Nam sequitur; *Corruens in terrā adorauit.* ad humilitatis, & deuotionis indicium demonstrandum: & non solum factis statum suæ mentis declarauit, sed etiam verbis: rationabiliter enim demonstrauit, etsi tristitiam pateretur, se tristitię non debere succumbere, primo quidem ex conditione naturæ, vnde dicit; *Et dixit, Nudus egressus sum de utero matris meae.* scilicet terræ, quæ est communis mater omnium; *Nudus reuertar illuc.* idest in terram. & secundum hunc modum dicitur Eccl. 11. Occupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adam, a die exitus de vtero matris eorum, vsque in diem sepulturę in matrem omnium. Potest & aliter intelligi, vt quod dicitur, de vtero matris meæ, accipiatur ad literam, de vtero mulieris, quæ genuit eum. quod autē dicitur, *Nudus reuertar illuc*, intelligitur ꝙ hæc dictio, illuc, facit simplicē relationē. nō enim aliquis iterato in uentrē matris reuertit, sed reuertitur in illum statū, quē habuit in utero matris, quantū ad aliquid. s. quātum ad hoc, quod est alienum esse a conuersatione humana. hoc ergo dicens, rōnabiliter ostenditur, ꝙ pp amissionē rerum, & exteriorum bonorum, nō debet homo tristitia absorberi: quia exteriora bona non sunt ei connaturalia, sed accidentaliter adueniunt: qđ ex hoc patet, ꝙ homo sine eis in hoc mundo venit, & sine eis recedit. vnde accidentalibus bonis sublatis, si substātiale maneat, nō debet homo tristitia obrui, ēt si eum tristitia tangat. Secūdo ostendit idē ex diuina operatione. s. ꝙ tristitiæ homo non debet succumbere, dicens; *Dominus dedit, Dominus abstulit.* ubi primo cōsideranda est vera eius sententia de prouidentia diuina circa res humanas. in hoc. n. ꝙ dixit; *Dominus dedit.* confessus est prosperitatem mundanā hoībus aduenire, nō casualiter, nec ex fato stellarū, nec solo humano studio, sed ex dispositione, & dispēsatione diuina. in hoc vero ꝙ dicit; *Dominus abstulit*, cōfitetur etiā aduersitates in hoībus diuinæ prouidentiæ iudicio prouenire. hic aūt innuit ꝙ nō habet homo iustam querelā de Deo, si tēporalibus bonis spolietur: quia qui gratis dedit, potuit vel usq; ad finē, vel vsq; ad tēpus largiri, vnde cū ante finē homini tēporalia aufert Deus, homo conqueri non pōt. Tertio ostendit idē ex beneplacito diuinæ voluntatis dicens; *Sicut Domino placuit ita factum est.* Est aūt amicorū idē velle, & nolle. vnde si ex beneplacito diuinæ prouidētiæ procedit, ꝙ aliquis bonis tēporalibus spolietur, si Deū amat debet voluntatē suā diuinæ voluntati cōformare, vt hac consideratione tristitia non absorbeatur. Hic ergo tres rōnes debito ordine ponuntur. nā in prima rōne ponitur, ꝙ bona temporalia sunt homini extranea: in secunda ꝙ a Deo homini dantur & auferuntur. in tertia, ꝙ hoc accidit śm beneplacitum diuinę voluntatis: vnde ex prima rōne concluditur, quòd homo pp amissionem temporalium bonorum nō debet tristitia absorberi: ex secunda, quòd nec ēt pōt conqueri: ex tertia, quòd ēt debet gaudere. non. n. esset placitum Deo, quòd aliquis aduersitatem pateretur, nisi pp aliud inde proueniens bonum. vnde aduersitas, licet ipsa ex se amara sit, & tristitiam generet: tamen ex consideratione vtilitatis, pp quam Deo placet, debet esse iucunda: sicut & de Apostolis dicitur. Ibāt Apostoli gaudētes &c. Nā & de sumptione medicinæ amaræ, aliquis rōne gaudet pp spem sanitatis, licet sensu turbetur. Et quia gaudium est materia gratiarum actionis, ideo hanc tertiam rōnem in gratiarum actionem concludit dicens; *Sit nomen Domini benedictum.* Vnde dicit quidē nomē Domini ab hoībus benedicendū, inquantū de eius bonitate notitiā habent: ꝙ. s. oīa bene dispenset, & nil agat iniuste. sic ergo concluditur innocentia Iob cū dicitur; *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.* vt. s. per verba, impatientiæ motum exprimeret. *Neque stultum quidquam contra Deum locutus est.* i. vt supra, de diuina prouidentia blasphemaret. stultitia enim sapientiæ opponitur, quæ proprie est diuinorū.

CAPITIS SECVNDI.

LECTIO I.

FACTVM est autem, cum quadā die uenissent filii Dei, & starent coram Domino, uenisset quoque Sathan inter eos, & staret in cōspectu eius, ut diceret Dominus ad Sathan: Vnde uenis? qui respondens ait: Circuiui terrā, & pambulaui eā. Et dixit Dominus ad Sathan: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd nō sit ei similis in terra, uir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedēs a malo, & adhuc retinens innocentiam? tu autem commouisti me aduersus eum, ut affligerem eum frustra. Cui respondens Sathan ait: Pellem pro pelle, & cuncta, quę habet homo, dabit pro anima sua. alioquin mitte manum tuam: & tange os eius, & carnem: & tūc uidebis quòd in faciē benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Sathan: Ecce in manu tua est: uerūtamen animā illius serua.

LECTIO I.

CVm triplex sit hominis bonū. s. animæ, corporis, & exteriorum rerū: hoc modo adinuicem ordinantur, ut corpus sit propter animam, res vero exteriores & propter corpus, & ꝑpter animam: sicut ergo est peruersa intentio, siquis bona animæ ordinet ad corporis salutē; & quidē quòd Iob in actibus uirtutum abundauit, quæ sunt aīæ bona, sensibiliter cūctis poterat esse manifestū. unde & Dñs ad Sathan supra dixerat, Nunquid considerasti seruū meū Iob &c. sed Sathan calumniam inferebat, quasi Iob actibus uirtutum intenderet propter temporalia bona: sicut & mali homines, quorum Sathan princeps est, experimento sui iudicant de intentione iustorum. sed hæc calumnia repulsa erat per hoc, quòd post exteriorum bonorum amissionem, adhuc in uirtute stabilis permanebat: ex quo sufficienter est ostensum, quòd eius intentio non erat ad exteriora bona obligata. Restat ergo ostendere ad perfectam demōstrationem uirtutis Iob, quòd nec etiam ad salutem proprii corporis incuruata erat eius intentio: & ideo rursus inducit diuinum iudicium, quo hoc manifestatur, hoc est quod dicitur; *Factum est autem cum quadam die uenissent filii Dei, & assisterent coram Domino: uenisset quoque Sathan inter eos, & staret in conspectu eius, ut diceret Dominus ad Sathan: unde uenis?* Quibus uerbis supra expositis diutius immorandū nō est: nisi quòd hoc notandum est, quòd propter aliquod factum alia dies hic inducitur, sicut in principio Gen. secundum diuersa rerū genera, quæ creabantur, diuersi dies describuntur. Quid autem Sathan examinatus respondit, ostenditur consequenter cum dicitur; *Qui respondens ait: circuiui terram, & per ambulaui eam.* & hoc ut supra. Et rursus Dominus uirtutem Iob ei, quasi conspicuam proponit, ut supra. unde sequitur; *Et dixit Dominus ad Sathan, Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod nō est illi similis in terra, uir simplex, & rectus, & timens Deum, ac recedens a malo?* Sed quia iā quædam uirtus beati Iob manifesta erat, quæ prius manifesta non fuerat. s. constātia in aduersis: & ideo nunc addit; *Et adhuc*: . s. post amissionem temporalium bonorū; *Retinens innocentiam.* ex quo ulterius Dominus ostēdit suspicionem Sathan fuisse calumniosam, & intentionem frustratam. unde sequitur; *Tu autē commouisti me aduersus eum.* non est intelligendum, ꝙ Deus ab aliquo ꝓuocetur ad uolendū quod prius nolebat, sicut est apud homines consuetum. dicitur enim Numer. 23. Non est Deus ut homo, ut mentiatur: neq; ut filius hominis, ut mutetur. sed loquitur hic scriptura de eo figuraliter more humano. homines enim quādo aliquid facere uolunt propter aliquem, ab illo moueri dicuntur. Deus autem uult quidem facere, sicut & facit hic propter illud tamen absque omni mentis commotione, quia ab æterno in mente habuit id quod factum est. Disposuerat ergo Dominus ab æterno Iob temporaliter affligere, ad demonstrandum uirtutem eius, ut omnis malignorum excluderetur calūnia. unde ad hoc signādum hic dicitur; *Tu autem commouisti me aduersus eum.* quod autem dicitur; *Vt affligerem eum frustra.* intelligendum quantum ad intentionem Sathan, non quantū ad intentionem Dei. expetierat enim Sathan aduersitatē Iob, intēdens ex hoc eum in impatientiā & blasphemiā deducere, quod consecutus non erat. Deus autem hoc permisit, ad declarandā uirtutem eius, quod & factum erat. sic ergo frustra afflictus est Iob, quantum ad intentionem Sathan, non quantum ad intentionem Dei. Repulsus autem Sathan non quiescit, sed adhuc calumniam inserit, ostendere uolens ꝙ omnia bona, quæ Iob fecerat, & etiam hoc ipsum, quòd patienter aduersa tolerauerat, non pro amore Dei fecerat, sed ꝓ sui corporis salute. unde sequitur; *Cui respondēs Sathan ait, pellē pro pelle, & cūcta quae habet homo dabit pro anima sua.* Considerandum est autem, quòd Iob afflictus fuerat, scilicet in amissione possessionum, & etiam in amissione natorum. Intendit igitur Sathan dicere quòd utranque

vtramque afflictionem Iob patienter tolerauerat propter corporis sui salutem, & quòd hoc non erat magnæ virtutis, sed erat humanum, & apud homines consuetum. & hoc est quod dicitur; Homo. quasi quicunque etiam non virtuosus dabit de facili, Pellem pro pelle. i. carnem alienam pro carne sua. sustinet. n. homo non virtuosus, vt quicūque alii etiā quantumcunque coniuncti, potius corpore affligantur, quàm ipse. & similiter homo quicunque dabit cuncta exteriora, quæ possidet, Pro anima sua. i. pro vita sua conseruanda. Exteriora enim bona ad conseruationem vitæ quæruntur, vt sint in subsidium victus, & vestitus, & aliorum huiusmodi, quibus vita hominis commode conseruetur. & qa posset aliquis dicere ad Sathan, vnde potest pbari, quòd Iob amissionem natorum & possessionum patienter tulerit, timens damnum pellis suæ, & vitæ suæ? quasi huic quæstioni respondens subdidit; *Alioquin.* idest si simplici verbo non credatur; *Mitte manum tuam*, idest exerce virtutem tuam: *Et tange os eius, & carnem*, idest affligas eum in corpore, non solum in superficie, quod significatur per tactum carnis, sed etiam in profundū, quod significatur per tactum ossis: vt scilicet tactus vsq; ad intima perueniat. *Et tunc uidebis.* idest manifeste ab omnibus cōspici poterit, Quòd in faciem benedicat tibi. quod exponēdum est vt supra. Voluit igitur Dominus ostendere, ꝙ Iob Deo non seruierat propter corporis salutem, sicut supra ostenderat, quòd ei non seruiuit, propter exteriora bona, vnde subditur; *Dixit ergo Dominus ad Sathan, ecce in manu tua.* idest potestatem tibi trado eum in corpore affligendi; *Veruntamen animam illius serua*, idest vitam ne ei auferas. Non enim totaliter Deus seruos suos volūtati Sathan exponit, sed secundum mensuram conuenientem, secundum illud Apostoli 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui nō patitur vos tentari supra id, quod potestis.

LECTIO II.

EGRESSVS Igitur Sathan a facie Domini percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem eius. qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locuta es: si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malū, quod accidisset ei, uenerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites. condixerāt enim, ut pariter uenientes, uisitarent eum & consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos non cognouerunt eum: & exclamantes plorauerūt: scissisq; uestibus, sparserūt puluerem super caput suum in cœlum: & sederunt cum eo in terra septem diebus & septē noctibus: & nemo loquebatur ei uerbum: uidebant enim dolorem esse uehementem.

LECTIO SECVNDA.

ACcepta potestate Sathan ad eius executionem procedit. vnde dicitur; *Egressus igitur Sathan a facie Domini, percussit Iob.* percussit quidem eum turpi & abominabili ulcere, incurabili, & doloroso, vnde dicitur; *Pessimo.* & vniuersaliter; *A planta pedis vsque ad verticem eius.* solent autem ægrotantium afflictiones remediis exterius adhibitis, & deliciis alleuiari: sed Iob sic alleuiatus non fuit: sequitur enim; *Qui testa saniem radebat.* in quo ostenditur, quòd lenitiua medicamenta, & delicata ei non adhibebantur. *Sedens in sterquilinio.* ex quo ostenditur ꝙ non recreabatur nec loci amœnitate, nec stragulorum mollitie, nec alicuius odoris oblectatione, sed magis contrariis vtebatur. poterat autem hoc duplici ex causa contingere, vel quia percussus a Domino ipse etiam se magis sponte affligebat, & humiliabat; vt misericordiam facilius obtineret: vel quia cuncta, quæ habebat, amiserat, vnde non poterat sibi conuenientia remedia exhibere. & hoc satis probabile est ex hoc, quod supra Dominus dixit. Solent etiam afflictiones hominum verbis consolatoriis releuari: sed afflicto Iob verba exasperantia dicuntur, tanto magis prouocantia, quanto a persona magis coniuncta proferuntur. Sequitur enim; *Dixit autem illi uxor sua.* quam solam diabolus reliquerat ad occidendum, vt per eam viri iusti mentem pulsaret, qui per feminam primum hominem deiecerat. hæc autem primo in verba impatientiæ irruit dicens; *Adhuc tu permanes in simplicitate tua?* quasi dicat saltē post tot flagella cognoscere debes, quòd inutile tibi fuit simplicitatem seruare: sicut etiam ex quorundam persona dicitur, Malachiæ. 3. Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentū erit nobis, quia custodiuimus præcepta eius? Secūdo procedit ad verba peruersæ suggestionis dicēs; *Benedic Deo.* i. maledic. q. d. ex quo tibi benedicenti Deo aduersitas superuenit; maledic Deo, vt prosperitate potiaris. Vltimo prorumpit in verba desperationis dicens; *Et morere.* quasi dicat pro mortuo te habe: quia nihil tibi residuum est in simplicitate remanenti, nisi vt moriaris. vel aliter; *Benedic Deo, & morere*: idest, ex quo post tantam Dei reuerentiam sic aduersitate afflictus es, si adhuc Deo benedicas, nil restat nisi ut mortē expectes. Sanctus autem uir, qui sua incommoda patiēter tulerat, ait; *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* recte eam stultitiæ arguit, quæ contra diuinam sapientiam loquebatur. quòd autē stulte locuta fuerit, ostendit dicēs; *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?* in quo perfectam hominis sapiētiam docet. cum enim tēporalia bona, & corporalia non sint amāda, nisi propter spiritalia, & æterna; istis saluatis, quasi principalioribus, non debet homo deiici, si illis priuetur, nec eleuari, si eis abundet: Docet ergo nos Iob tantā animi constantiam habere, ut bonis temporalibus, si nobis a Deo dentur, sic utamur, ut ex hoc in superbiā non eleuemur & contraria mala sic sustineamus, ut ex eis noster animus non deiiciatur, secundum illud Apostoli ad Philip. ultimo: Scio humiliari, scio & abundare. & post subdit: Omnia possum in eo qui me confortat. Deinde concluditur perseuerans innocentia Iob, cum dicitur; *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis.* Non solum per vxorem diabolus mētem beati Iob exasperare nitebatur, sed etiam per amicos: qui quamuis ad solandum venirent, tamen ad verba increpationis processerunt, de quibus dicitur: *Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset, venerunt singuli de loco suo*, Eliphaz Themanites, Baldath Suites, & Sophar Naamathites. Et quia inter hos fere versatur tota disputatio huius libri, considerandum est, quòd hi tres in aliquo eiusdem opinionis erant cum Iob: vnde amici eius dicuntur: & in aliquo ab eo differebant inter se inuicem concordantes: vnde ergo inuicem connumerantur, & a Iob discernuntur. conueniebant enim cum Iob, quòd non solum res naturales, sed etiam humanæ, diuinæ prouidētiæ subiacerent. sed differebant ab eo, quòd putabant hominem pro bonis, quæ agit, remunerari a Deo prosperitate temporali, quasi temporalia bona sint præmia virtutum, & temporalia mala sint propriæ pœnæ peccatorum. hanc autem opinionem quilibet eorum propriis modis defendere nititur, secundum quòd sibi proprium ingenium suggerebat, propter quod dicuntur uenisse singuli de loco suo. Iob autem huius opinionis non erat, sed credebat bona opera hominum ordinari ad remunerationē spiritalem futuram post hāc uitam, & similiter peccata futuris suppliciis esse punienda. quòd autem prædicti amici Iob ad consolandum uenerint, ostenditur ex hoc, quod sequitur; *Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur.* in quo ueros amicos se ostenderunt in tribulationibus sibi non deficiētes. & primo quidem ipsa uisitatio cōsolatoria erat. nam uidere amicum, & ei conuenire, delectabilissimum est. Consolantur etiam ipsum factis compassionis suę ad eum signa ostendendo: pro quibus compassionis signis præmittitur prouocamentum ad compassionem, cum dicitur; *Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum.* erat enim immutata facies ex ulcere, & habitu, & reliquo cultu, & rerum amissione. Quod autem dicit; Procul, intelligendum est secundum eam mensuram, qua homo a remotis potest cognosci: hæc autem immutatio amici eos prouocauit ad tristitiam, & compassionem, quam per signa ostenderunt. sequitur enim; *Et exclamantes*, scilicet præ magnitudine doloris: *Plorauerunt, scissisq; vestibus sparserunt puluerem super caput suum*: insignum humilitatis, & deiectionis, se ex deiectione amici deiectos reputantes. Addit autem, *In caelum*, ut quasi hac humiliatione cælestem misericordiam prouocarent. Considerandum est autem, quòd amicorū compassio cōsolatoria est: uel quia aduersitas quasi onus quoddam leuius fertur, quando a pluribus portatur: uel magis, quia omnis tristitia ex admistione dilectionis alleuiatur. delectabilissimum autem est, experimentum sumere de amicitia alicuius, quod maxime sumitur ex compassione in aduersis: & ideo consolationem affert. non solum autem ex compassione ostensa eum consolabantur, sed etiam ei societatem exhibendo. sequitur enim; *Et sederunt in terra cum eo septem diebus, & septem noctibus.* Intelligendum tamen est, non continue, sed congruentibus horis indigebat in magna tristitia consolatione diuturna. sed tertium, quod maxime est consolatorium,

rium, scilicet, verbum non exhibebant. sequitur enim; *Et nemo loquebatur ei verbum.* taciturnitatis autem ostenditur causa, cum dicitur; *Videbant enim dolorem esse vehementem.* quæ causa magis redditur secundum consolantium opinionem, quàm secundum statum afflicti. cum enim mens alicuius fuerit dolore absorpta, cōsolationis verba nō recipit: vnde & poeta dicit. Quis natus, nisi mentis inops, in funere nati flere vetatur? Iob autem nō sic erat dispositus, vt prę tristitia consolationē recipere non posset: sed magis ipse secundum rationem consolabatur seipsum, vt ex verbis eius supra inductis apparet.

CAPITIS TERTII.

LECTIO I.

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Pereat dies, in qua natus sum: & nox, in qua dictum est, Conceptus est homo. dies ille uertatur in tenebras: non requirat eum Deus desuper: & non illustretur lumine. obscurent eum tenebræ, & umbræ mortis. occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sūt suscitare Leuiathan. obtenebrentur stellæ caligine eius: expectet lucem, & non uideat, nec ortū surgētis aurorę, quia nō conclusit ostiū uentris, q portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.

LECTIO I.

SICVT supra dictum est, circa passiones animæ duplex fuit antiquorum opinio. Stoici enim dixerunt, tristitiā in sapientē nō cadere. Peripatetici uero dixerunt, sapientē quidē tristari, sed in tristitiis ſm rōnē moderate se habere. & hæc opinio veritati cōcordat. Ratio .n. contradictionē naturæ auferre nō potest. est aūt naturale sensibili naturæ, vt de cōueniētibus delectetur: & gaudeat & de nociuis doleat, & tristetur. Hæc igitur ratio auferri non potest, sed sic moderatur per iustitiam ratio, quòd a sua rectitudine nō diuertat. concordat enim hæc opinio sacræ scripturæ quæ tristitiam in Christo ponit, in quo est omnis uirtus, & sapientiæ plenitudo. Sic igitur Iob ex prænarratis aduersitatibus tristitiam quidem sensit: aliàs patientiæ uirtus in eo locum non haberet: sed propter tristitiam ratio a rectitudine non declinauit, quin post tristitiam dominaretur. Ad hoc igitur ostendendum dicitur; *Post haec aperuit Iob os suum.* dicit autem, Post hæc, idest, post septem taciturnitatis dies. ex quo manifestum fit quòd uerba, quæ sequuntur, secundum rationem prolata sunt, per tristitiam non perturbatam. si enim ex perturbatione mentis dicta fuissent, prius ea protulisset, quando uis tristitiæ uehementior erat. tristitia enim quælibet longitudine temporis mitigatur, & in principio magis sentitur: vnde propter hoc tacuisse videtur, ne perturbata mente loqui videretur. quod etiam ostēditur per hoc quod dicitur; *Aperuit os suum.* cum enim aliquis loquitur ex impetu passionis, non ipse aperit os suum, sed passione agitur ad loquendum. non enim per passionē nostri actus domini sumus, sed per solam rationem. loquendo autem, tristitiam, quam patiebatur, ostendit. consuetum enim est apud sapientes, ut ex ratione loquantur passionum motus, quos sentiunt, sicut & Christus dixit: Tristis est anima mea usque ad mortem. & Apostolus dixit Ro. 7. Non enim, quod uolo bonum, hoc ago: sed, quod odio malum, illud facio. Sicut etiam Boetius in principio de consolatione tristitiam aperuit, vt ostenderet quo modo eam ratione mitigaret: sic etiam Iob loquendo tristitiam suam aperuit. vnde sequitur; *Et maledixit diei suo.* quod videtur contra illud Apostoli Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Sed sciendum est, quòd maledicere multipliciter dicitur. Cum enim maledicere nihil aliud sit, quàm malum dicere, totiens dicitur maledicere, quotiens contingit malum dicere. contingit autem aliquem alicui maledicere, primo declarando malum, quod alicui debetur: & sic sententia iudicis aliquem iudicantis, est causa pœnæ eius, qui condemnatur. Per hunc modum intelligitur, quod Dominus dixit Gen. 3. Maledicta sit terra in opere suo. Secundo, imprecando malum, uel optando, sicut legitur in primo Regum, quòd Philistæus maledixit Dauid in diis eius. Tertio, conuenit aliquem dicere malū, simpliciter enunciando uel in præsenti, uel in præterito, uel in futuro, siue uere, siue false: Prohibet igitur Apostolus maledicere tali maledictione, qua quis imprecatur malum alicui, uel cum false diffamatur: non autem eo modo, quo iudex reum condemnat, uel aliquis uerax malum alicuius rei ordinate demonstrat, uel demonstrando præsens, uel recitando præteritū, uel præmittēdo futurum. Sic ergo intelligendum est Iob sic diei maledixisse, quia eum malum esse denunciauit, non secundum suam naturam, qua a Deo creatus est, sed secundum illam scripturæ consuetudinem, qua tempus dicitur bonum, uel malum, sed secundum ea, quæ in tempore aguntur, secundum illud Apostoli Eph. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Maledixit igitur Iob diei suo, inquantum mala sibi in ipsa die accidisse commemorat. quomodo autem maledixerit, subditur; *Et locutus est: Pere at dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo.* Sciendum est autem, quòd licet esse & uiuere secundum se sit appetibile, tamen esse & uiuere in miseria est fugiendum, secundum quòd huiusmodi: licet interdum esse in miseria, libenter sustineatur propter aliquem finem. Vnde ista misera uita, quæ non ordinatur ad aliquem finem bonum, nullo modo est eligenda: propter quod Dominus dicit Matthæi 26. Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille. Bonū autem, quod ex aliqua miseria expectatur, sola ratio apprehēdit. Vis autem sensitiua non percipit ipsum; sicut amaritudinem medicinę gustus percipit, sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis ergo passionē sui gustus uellet exprimere, denunciaret medicinā esse malā, quāuis ratio iudicaret eā esse bonam propter finem. sic igitur miseria, quam beatus Iob sustinebat, ratione quidem poterat videri quantum ad aliquid utilis esse, sed inferior pars animæ, quæ ex illa tristitia afficiebatur, aduersitatem totaliter repudiabat: unde & ipsum uiuere sub tali aduersitate, odiosum ei erat. quando autem est nobis aliquid odiosum, omnia abominamur, per quæ in id deuenimus. Et ideo Iob secundum inferiorem partem animæ, cuius passionem nunc exprimere intendebat, & natiuitatem & conceptionem suam, ex quibus in hanc vitam deuenerat, odio habebat, & per consequens diem natiuitatis, & noctem conceptionis, secundum illum loquendi modum, quo ex iis, quæ in tempore aguntur, aliquid adscribere tempori bonum, vel malum consueuimus. Sic igitur Iob, quia secundum partem sensitiuam vitam sub aduersitate repudiabat, nunquam natum, vel conceptum fuisse optabat. & hoc est quod dicit; *Pereat dies in qua natus sum.* ac si diceret, nunquam natus fuissem: *Et nox, in qua dictum est.* idest, vere dici potuit; *Conceptus est homo.* idest, vtinam numquam conceptus fuissem. & congrue ordinat: quia, natiuitate sublata, conceptio non aufertur: sed econuerso. Congruenter etiam nocti conceptionem adscribit, & natiuitatem diei: quia secundum astrologos, natiuitas diurna est laudabilior principaliori sidere existente super terram, idest sole. Hiere. 20. Maledicta dies, in qua natus sum: & dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Posita ergo maledictione diei natiuitatis, & noctis conceptionis, prosequitur sigillatim de maledictione vtriusque, & primo de maledictione diei natiuitatis, dicens; *Dies illa vertatur in tenebras.* Considerandum est autem, quod, sicut Hieronymus dicit in prologo, a verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, vsque ad eum locum, vbi ante finem voluminis scriptum est, Iccirco ipse me reprehendendo; exametri versus sunt, dactylo spondeo currentes: & sic patet, quòd liber iste per modum poematis conscriptus est: vnde per totum hunc librum figuris & coloribus vtitur, quibus poetæ vti consueuerunt. Solent autem poetæ, vt vehementius moueant, ad eandem sententiam diuersa inducere. vnde & hic Iob ad maledicendum diei suæ secundum modum, quem diximus, ea inducit, quibus aliquis dies solet esse odiosus. Dignitas autem diei est claritas eius: hoc enim a nocte distinguitur. hanc igitur dignitatem excludit, dicens; *Dies ille vertatur in tenebras.* quæ quidem sententia, quantum ad superficiem literæ, friuola videtur, & vana. dies enim natiuitatis præterierat, & iam non erat: quod autem præterit, immutabile est. quomodo ergo poterat dies, quæ præterierat, in tenebras verti? Sciendum est igitur, quòd quędam per modum optandi dicuntur ad exprimendum desiderium, quod de aliqua re habetur. sic ergo dicitur; *Dies ille uertatur in tenebras;* ac si diceret, Dies natiuitatis meę debuisset esse tenebrosus, vt congrueret tenebris & miseriæ, quam patior. quia enim aspectus luminis delectabilis est, secundum illud Eccles. 11. Dulce lumen, & delectabile est videre solem: consuetum est in scripturis, vt per tenebras tristitia significetur, secundum illud Eccles. 5. Comedet in tenebris, & in curis multis, & in ęrumna, atque tristitia. Est autem aliquis dies clarus tripliciter, primo quidem ex Dei sanctificatione, qui eum celebrem esse instituit, sicut habetur Exodi 20. Memento vt diē sabbathi sanctifices. Hanc ergo claritatem a prędicto die remouet dicens, *Non requirat eum Dominus desuper.* quasi

quasi diceret. Non exigat Deus ab hominibus, vt hunc diem celebrem agant: dies enim aliqui exiguntur a Deo ad celebritatē propter aliquod insigne beneficium in illa die hominibus collatum, sicut sabbathum in veteri lege, propter beneficium creationis: & dies paschæ, propter beneficium liberationis ex Aegypto. quod etiam manifestū est in diebus festorū, quæ in nouo testamēto cælebrantur. Vult ergo propter hoc significare, quòd sua natiuitas non debet cōputari inter insignia Dei beneficia, cū magis ad miseriam natus esse videatur, q̄ ad lętitiam. Secundo, aliquis dies clarus est ex hominum recordatione. Solent enim homines aliquos dies celebres agere, in quibus aliqua magna & iucunda eis contigerūt: sicut Herodes, & Pharao diem natiuitatis cælebrabant. hanc igitur claritatem a prædicto die remouet dicens; *Et non sit in recordatione.* scilicet hominum: quia nihil iucundum in illa die accidit, sed magis triste, vt ex euentu apparet. Tertio, dies clarus est ex corporali lumine: quæ quidem claritas minuitur, primo ex subtractione radiorum solis illuminantium terram, vt patet quā do sol est eclipsatus. & quantum ad hoc dicit: *Nec illustretur lumine.* Secundo, ex oppositione nubium, vel aliquorum huiusmodi occultantium radios solis. & quantum ad hoc dicit; *Obscurent eum tenebrae.* Tertio, ex defectu propriæ virtutis. cum enim aliquis moritur, vel visu priuatur, quantum ad eum oscuritas diei aufertur. & quantum ad hoc dicit; *Et umbra mortis.* Modū autem obtenebrationis præmissæ exponit dupliciter, primo quidem quantum ad ordinem: & hoc est; *Vel occupet eum caligo.* tunc enim dies caligine occupatur, quando diei prius splendenti subito & ex insperato tenebræ inducuntur. simile & in vita Iob apparet. Secundo, quantum ad genus tenebrarum, in hoc quod dicit; *Et inuoluatur amaritudine.* per hoc daṫ intelligi, quòd totū, quod de obtenebratione dictum est, ad tenebras tristitiæ est referendum. Hunc enim morem obseruare videtur, vt parabolicā locutionem ex aliquo subsequenti exponat. Per omnia igitur hic dicta, nil aliud dicere intendit, quàm quòd dies suæ natiuitatis non debet iudicari dies gaudii, sed mæroris, cum quidem per suā natiuitatem, ad vitam tantæ aduersitati subiectam deuenerit. Post maledictionem igitur diei suæ natiuitatis, consequenter maledicit nocti suæ conceptionis, secundum similem modum loquēdi. & primo attribuit ei illud, vnde nox magis horribilis reddiṫ. Cum enim nox pp tenebras ſm se ipsam horrida sit: quanto magis tenebræ noctis augmentantur, tanto magis horrida redditur: quod contingit, cum aliqua magna tempestas in nocte oboritur: & quantum ad hoc dicit; *Noctem illam tenebrosus turbo possideat.* quasi dicat, Cōgruum fuisset noctem illā tenebroso turbine possideri, vt vitæ meæ congrueret, quæ tanto aduersitatis turbine inuoluitur. Deinde remouet ab ea illa, quæ pertinere videntur ad bonum noctis, & primo quantum ad opinionem humanam. Cum enim homines tempora distinguant secūdum ea, quæ agūtur in tempore, in nocte autem pauca, vel non multa fiant memoria digna: nox non notatur per se ipsam in hominum memoriis, nisi ex die coniuncta. hoc ergo bonum a nocte prædicta remouet dicens; *Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.* quasi dicat, Nox illa non est memoria digna, cum nil insigne in ea acciderit, sed magis aliquod dolorosum. Inter noctes autem, quæ in memoriis hominum aguntur, quædam non solum memorales sunt, sed etiam celebres: & festiuæ, in quibus scilicet homines ad aliqua festa agenda congregantur, & hoc remouet dicens; *Sit nox illa solitaria.* hoc modo autem hominum cōgregatio in aliqua nocte fit in laude, & celebritate illius noctis, pp aliqđ celebre factū, qđ in illa nocte recoliṫ: sicut apud fideles agiṫ ī nocte Dnicę resurrectionis. & ideo subdit; *Nec laude digna.* est enī aliqua nox digna laude, pp aliquod magnum factū in illa nocte contingens. Ex hoc ergo nihil aliud intendit, quàm significare, quòd sua conceptio non fuit ad aliquod magnum, nec ad bonum ordinata, sed potius ad malum aduersitatis, quam sentiebat. unde subdit; *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.* quod quidem secundum litteram dupliciter potest exponi, vno modo secundum quòd per Leuiathan intelligitur aliquis magnus piscis, prout videtur congruere iis, quæ in fine huius libri de eo dicuntur, scilicet, An extrahere, inquit, poteris Leuiathan hamo? & secundum hoc intelligendum est, q illi, qui huiusmodi magnos pisces piscantur, de nocte eos inuadunt in tenebris. & ideo, quando dies incipit apparere, maledicunt diei: quia per hoc eorum opus, & intentio impeditur. Alio modo potest intelligi, vt per Leuiathan significetur draco antiquus, scilicet diabolus, secundum illud Esaiæ. 27. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grādi, & forti super Leuiathan serpentem tortuosum. Illi ergo parati sunt suscitare Leuiathan, qui student ad suggestiones diaboli implendas, operibus inquinatis vacando: qui etiam diei maledicunt: quia, vt dicitur Ioannis. 3. Omnis, qui male agit, odit lucem. Et Iob. 24 dicitur. Oculus adulteri obseruat caliginē. & infra; si subito apparuerit aurora, arbitratur vmbrā mortis. Secūdum hoc igitur, sicut per hoc quod dixerat; Nec laude digna, vult prædictam noctem esse odiosam bonis: ita per hoc, quod subdit, Maledicāt ei &c. vult eam esse odiosam malis: nam maledictionem & boni, & mali abhorrent. Deinde excludit a prædicta nocte, quæ videntur ad bonum noctis pertinere secundum veritatem: quorum vnum est, quòd nox decoratur aspectu stellārum: & hoc remouet dicens; *Obtenebrentur stellae caligine eius.* aliud est, quòd decoratur ex specie diei, & hoc remouet dicens; *Expectet lucem, & non uideat.* quasi dicat, Quamuis naturale sit vt in nocte lux expectetur, illa tamen nox diei habet tenebras infinitas, quæ numquā diurnæ lucis successione terminentur. noctis quidem tenebrę plena luce diei totaliter excludūtur, aurora vero & crepusculo diminuuntur. Imprecatur autem prædictæ nocti, non solum vt eius tenebræ non excludantur per diem, sed quòd nec minuantur per auroram. vnde sequitur; *Nec ortum surgentis aurorae.* sed quia, quod dixerat, impossibile videbatur, vt scilicet nocti non succederet dies, nec aurora, ostendit ex quo supra id dictum est, subdens; *Quia non conclusit ostia uentris, qui portauit me.* vita enim hominis in ventre matris abscondita est, vnde tenebris noctis comparatur. Cum autem per natiuitatem in manifestum prodit, tunc claræ diei similitudinem habet. ideo ergo dixit, quòd nox illa diem, nec auroram succedentem haberet, vt ostenderet se desiderare quòd suus conceptus nūquā venisset ad partum, nec ad pueritiam, quæ per auroram intelligitur: nec ad iuuentutem, quæ per plenam lucem diei significatur. dicit enim; *Quia non conclusit ostia &c.* sed quia in nocte hoc agitur, ex ipsa enim conceptione potest præstari impedimentum, ne conceptus ad partum perueniat. & quia hoc videbatur mirabile, quòd aliquis vitam abhorreret, dum omnibus desiderabile sit esse, & viuere: ostendit ex qua ratione id dixerit, cum subsidit; *Nec abstulit mala ab oculis meis.* quasi dicat: Non ipsam vitam propter se abhorreo, sed propter mala quæ patior. & quanquam vita secundum se desiderabilis sit, non tamen vita miseriis subiecta. Vnde considerandum est, quòd omnia, quæ supra figuratiue locutus est, hac finali clausula exposuisse videtur. idem etiam in aliis eius dictis aduertendum est.

LECTIO II.

QVare non in uulua mortuus sum? egressus ex utero nō statim perii? quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nūc enim dormiēs silerem, & somno meo requiescerem cum regibus, & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento: aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, uel qui concepti non viderunt lucem. ibi impii cessauerunt a tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore, & quōdam uincti pariter sine molestia non audierunt uocem exactoris. Paruus, & magnus ibi sunt, & seruus liber a domino suo.

LECTIO SECVNDA.

POstquam diei natiuitatis, & nocti conceptionis suæ maledixerat: vt ostenderet initia suæ vitæ abhorrere. nunc ostendit se abhorrere suam conseruationem in vita, vt ex his manifestius ostēderet, quòd vita eius est ei onerosa. Est autem duplex status vitæ, vnus occultus, quo concepti viuunt in vtero: alius manifestus, quo viuunt homines post natiuitatem ex vtero. quantum ergo ad primum statum dicit; *Quare non in uulua mortuus sum?* quantum ad secūdum; *Egressus ex utero non statim perii?* & de hoc secundo, primo prosequitur. Sciendum est autem, quòd exterior vita dupliciter perditur, quandoque quidem ex aliquo nocumento superuenienti, vel intrinseco, sicut est morbus: vel extrinseco, sicut est gladius, aut aliud huiusmodi. & ad hoc potest referri, quod dixit; *Egressus ex utero non statim perii?* quandoque vero ex subtractione necessarii subsidii, quod quidem est vel extrinsecum, vt vehicula, fomenta, & alia huiusmodi adiumenta: & quantum adhoc dicit; *Quare exceptus genibus?* vel intrinsecum, sicut est cibus: & quantum ad hoc dicit; *Aut lactatus uberibus?* his enim adminiculis indiget vita nati in sui primordio. Et quia cum aliquis dicit, quare hoc factum est? dat intelligi hoc inutiliter esse factum: ideo consequenter ostendit inutile fore sibi, se fuisse conseruatum in vita, immo potius nocumētum: quod quidem ostendit primo quantum ad mala, quæ nunc patitur,

patitur,dicẽs; *Nunc enim dormiens silerem.* mortem quidem somnum dicit propter spem resurrectionis, de qua post modum plenius loquitur. per silentium autem intelligit quietem,quam nõ habet in aduersitatibus, quas patiebatur. quasi dicat, si statim post ortum mortuus fuissem,his malis,quæ patior,non inquietarer.

LECTIO III.

QVARE Data est misero lux, & uita iis,qui ĩ amaritudine animę sunt? qui expectant mortem, & non uenit, quasi effodientes thesaurum;gaudentq; uehementer cum inuenerint sepulcrum. Viro, cuius abscondita est uia, & circumdedit eum Deus tenebris. Antequam comedam;suspiro:& quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor, quem timebam, euenit mihi, & quod uerebar, accidit. Nonne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui? & uenit super G me indignatio.

Secundo ostendit quãtum ad bona,quæ primo habuerat. posset enim aliquis dicere: si in uita conseruatus non esses,nõ habuisses bona,quæ dudum habuisti. unde quasi ad hoc respondens ostendit, ꝙ nec ꝑpter illa bona, uitę cõseruatio sibi fuisset optanda. nam etiam illi,qui in tota vita sua maximis prosperitatibus florent, hoc fine concluduntur.s.mortis.hoc est ergo quod dicit, *Et somno meo,* idest morte: *Requiescerem,* a vitæ inquietudinibus immunis essem: *Cum regibus, & consulibus terrae.* sciendum est autem, ꝙ eorum,qui in dignitatibus constituti sunt,qui maxime prosperari videntur,intentio est vel ad voluptatibus fruẽdum: & quãtum ad hoc dicit; *Qui aedificant sibi solitudines:* ad literam,causa venationis, vel aliarum voluptatum solitarii esse volẽtes: vel ad diuitias congregandum:& quantum ad hoc dicit; *Aut cum principibus, qui possident aurum, & replent domos suas argento.* quasi dicat: si statim mortuus essem post ortum, nil non minus haberem,quàm habeant illi post mortem, qui in multis prosperantur. Considerandum est autem,ꝙ,cum quiescere nõ sit nisi subsistentis,ex his verbis dat intelligere hominem ẜm animã post mortem subsistere. Si autẽ aliquis obiiciat, quòd huiusmodi reges,aut principes,de quibus loquitur,forte non quiescunt, sed sunt in profundo inferni; vel etiam ꝙ ipsi Iob in hoc fuit vtilis vita, ꝙ sibi meritum acquisiuit:aduertendum est,ꝙ, vt supra diximus, Iob nunc loquitur ex persona sensualis partis,exprimẽs eius affectum,qui non habet locum,nisi ad corporalia, & præsentia bona, vel mala. sic ergo postquam ostendit sibi desiderandum non fuisse, quòd post ortũ conseruetur,consequenter ostendit sibi desiderandum non fuisse,quòd conseruatus in vtero peruenit ad ortum:vel explicans quod supra dixerat, Quare nõ in vulua mortuus sum?considerandum est autem, quod in vulua aliqui moriuntur ante infusionem animæ rationalis, quæ sola immortalis est:& quantum ad hoc dicit; *Aut sicut abortiuum absconditum.* ab huiusmodi enim abortiuis fetibus nihil perpetuũ remanet.aliqui vero moriuntur post infusionem animæ rationalis: qui quidem post mortẽ subsistunt ẜm animã, sed lucẽ huius mundi non vident:& quantum ad hoc dicit; *Vel.* supple sicut. *Qui concepti non viderunt lucem,* scilicet vitæ præsentis.& quòd hoc fuisset sibi optandum,ostendit per hoc,quòd non esset subiectus malis huius vitæ.vnde dicit; *Ibi.* scilicet in statu, quem habent. *Qui concepti non viderunt lucem: Impii cessauerunt a tumultu,* scilicet quem aliis inferebant, eos affligendo.quod refertur ad immunitatem a malo culpæ. *Et ibi.* scilicet in statu mortuorum: *Fessi robore.* idest ueri bellatores,qui bella gerendo fatigati sunt: *Requieuerunt.* caruerunt huiusmodi labore: quia, vt dictum est,non loquitur nunc,nisi de quiete a malis præsentis vitæ.Potest etiam intelligi & de fatigatione in quocunq; labore,quem quis patitur sua fortitudine operando.& illi qui fuerunt *Vincti,* erunt ibi *Sine molestia,* idest sine priori angustia. *Pariter:* cum eis,qui eos vinctos detinebant: & ibi homines oppressi angariis vel seruitutibus; *Non audiuerunt vocem exactoris.* ẜm id quod dicitur Esaiæ 14. Quomodo cessauit exactor: quieuit tributum.& quòd hoc sit verum,ostendit per hoc, quod subdit: *Paruus & magnus ibi sunt.* supple pariter: quòd paruitas & magnitudo est in hac vita ẜm inæqualitatem prosperitatis terrenæ,qua sublata,remanent ẜm naturam æquales.quod ergo dicit; *Paruus, & magnus:* intelligendum est.i.illi qui fuerunt in hac vita differentes ẜm magnitudinem terrenæ prosperitatis.Sciendum tamen est,quòd differentia magnitudinis, & paruitatis secundum spiritalia bona remanent etiam ibi: sed de his nũc nõ loquitur, vt iam dictum est. *Et ibi erit seruus liber a domino suo.* vnde non habebit ibi locum exactor, vel aliquod huiusmodi.

LECTIO TERTIA.

POstquam Iob vitam propriam detestatus fuerat multipliciter, nunc detestatur communiter totius humani generis vitam, tam ad eos,qui in prosperitate sunt, quàm ad eos qui sunt in aduersitate, de quibus primo prosequitur a manifestiori incipiens. Sciendum est autem, ꝙ in viuentibus duo videntur esse F præcipua.s.viuere, & cognoscere.& quidem ipsum cognoscere quamuis delectabilissimum sit,& nobilissimum: tamen cognoscere ea,quæ hominem affligunt, pœnosum est: & ideo dicit; *Quare data est misero lux?* quasi dicat, ad quid prodest homini in miseriis constituto,ꝙ lucem cognitionis habet,cum per eam cõsideret, quibus affligitur? viuere autem delectabile est propter animam. quòd si anima ĩ amaritudine sit, ipsum prorsus viuere redditur amarum. & ideo dicit; *Et uita iis, qui in amaritudine animae sunt.* resume.Quare data. & ꝙ in vtile detur, ostendit hac ratione, quia cõtrarium eius desideratur a miseris:vnde dicitur, *Qui expectant mortem,* & non venit.s.tam cito,sicut optant.Et vt ostendat, quòd tales expectent mortem non horrentes,sed desiderantes eam, subiungit; *Quasi effodientes thesaurum.* quasi dicat, magno desiderio attendunt,vt fodiant terram sua sepultura.& quia desiderium,cũ completur,gaudium parit,subiũgit; *Gaudentque uehementer cum sepulcrum inueniunt,* i.cum vident se peruenire ad mortẽ,per quã sepulcrũ inueniunt.quidã aũt hoc referunt ad eos, qui terrã effodiunt,qui gaudẽt sepulcro inuento: quia in sepulcris antiquis cõsueuerũt thesauri inueniri.sed prima expositio melior est. & quia posset aliquis dicere, ꝙ vita etsi inutiliter detur miseris, vtiliter tñ datur iis,q in ꝓsperitate sunt, ad hoc remouendũ subdit; *Viro, cuius abscondita est uia.* supple, Quare data est lux & vita. viri.n.via abscondita est:quia nescitur primo, si status pręsen H tis prosperitatis durauerit.dicitur autem Prouerb.14.Risus dolore miscebitur:& extrema gaudii luctus occupat.& Hiere.10. dicitur. Non est in homine uia eius.Ecclesiast. 7. Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi in uita sua numero dierum peregrinationis suæ? quomodo autem sit uia hominis abscondita, exponit subdens: *Et circundedit eum Deus tenebris.* quod quidem multipliciter manifestum est, & quantum ad ea quæ sunt ante & post, secundum illud Eccles.8. Multiplex hominis afflictio, quia ignorat præterita, & uentura nullo scire potest nuncio, & quantum ad ea,quæ sunt iuxta, scilicet homines, secundum illud primæ Cor. 2. Quis scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? & quantum ad ea,quæ sunt supra,secundum illud primæ Tim. ultimo. Lucem habitat inaccessibilem, scilicet Deus,quem nullus hominũ uidit,sed nec uidere potest.& in psal. 17. dicitur: Qui posuit tenebras latibulum suum.& quantum ad ea, quæ sunt infra:dici- I tur enim Eccles. primo, Cunctę res difficiles : non potest homo eas explicare sermone. Dicitur autem Deus hominem tenebris circumdedisse,quia Deus ei talem intellectum tribuit, ꝙ prædicta cognoscere non possit. Ostenso ergo quòd vita hominũ difficilis est propter miseriam & amaritudinem, hæc, quæ cõuenienter dixerat,sibi adaptat exprimens suam amaritudinem,cum dicit: *Antequam comedam suspiro.* sicut enim gaudii, risus signũ est, ita suspirium,amaritudinis animæ. Ostendit ergo ex modo suspirii suæ amaritudinis modum. suspirium ergo eius tempestiue incipiebat:dicit enim; Antequam comedam,suspiro.& continuum erat,& magnum;vnde subdit: *Et quasi inundantes aquae, sic rugitus meus.* sicut enim suspirium moderatæ tristitiæ signũ est,ita rugitus,vehementis,& quæ vix tolerari potest. hic autẽ rugitus,aquæ comparatur:aqua enim de facili motu, murmuris sonum facit:sic & homo in magna afflictione constitutus,ex leui memoria suæ miseriæ prouocatur ad rugitum. addit autem; K *Inundantes aquae.* vt ostendat suæ amaritudinis continuitatem. aqua enim inundans continue mouetur, & sonitum facit: sed quia animæ amaritudo ex miseria nascitur, post amaritudinem animæ, de sua miseria subiungit dicens; *Quia timor, quem timebam, euenit mihi.* Et notandum est,quòd miseria hominis ad amaritudinem proueniens, in duobus consistere videtur, in damnis rerum vel personæ,& in dehonorationibus. quantum ergo ad personam,dicit; *Timor quem timebam euenit mihi.* idest ea quæ timebam,euenerunt mihi:vbi magnitudo miseriæ damnorum & pœnarum exprimitur.quanto enim aliquis prudentior est, tanto in statu prosperitatis magis recogitat,quæ in aduersitatis tẽpore sibi accidere possunt,ẜm illud Ecclesiastici 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Magnam ergo miseriam Iob prudentissimus patiebatur,dum sibi,quæ timuerat, euenerant. Quantum aũt ad secũdũ.s.ad dehonorationes dicit, Et quod verebar accidit.est enim uerecundia ẜm philosophum timor inhonorationis. per hoc ergo ostendit quòd in magna gloria multa opprobria,& dehonorationes acciderant.Solet autẽ aliquis miseriam

seriam & amaritudinem pati, sed ex propria culpa. sed hoc remouet Iob dicens; *Nonne dissimulaui?* Et sciendum est, quòd aliquis offendit, vnde pœnam meretur a Deo dupliciter, vno modo quando ex iniuriis sibi illatis, vltra modum prouocatur ad vindictam, secundum quod dicitur in psalmo. 8. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. hoc autem a se remouet dicens; *Nonne dissimulaui?* scilicet iniurias mihi factas. Alio modo,dum ipse aliũ primitus offendit vel verbis: & hoc remouet dicens; *Nonne silui?* quasi dicat nulli contumeliosa aut iniuriosa verba protuli. vel factis: & hoc remouet a se dicens; *Nonne quieui?* Impii autem quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest. Isaiæ. 57. Et quãuis innocens sim, tamen venit super me indignatio. idest pœna a Deo. Ira enim in Deo non accipitur pro commotione animi, sed pro punitione: in quo recognoscit aduersitates huius mundi, non a casu, sed diuino nutu prouenire. Si quis ergo colligere velit, quę in hac deploratione Iob dicta sunt, sciendum est tria in eo contineri. primo enim ostendit sibi suam vitam esse odiosam: secundo magnitudinem miseriæ, quàm patiebatur, ibi; Antequam comedam. tertio ostendit suam innocentiam, cum dicit; Nonne dissimulaui &c.

CAPITIS QVARTI.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites dixit: Si cœperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies. sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, & manus lassas roborasti. uacillantes cõfirmauerunt sermones tui: & genua trementia confortasti. nunc autem uenit super te plaga. & defecisti: tetigit te, & cõturbatus es. ubi est timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua, & perfectio uiarum tuarum?

LECTIO II.

RECORDARE, obsecro te, quis unquam innocens perijt, aut quando recti deleti sunt? quin potius uidi eos, B qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt, eos flãte Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis, & vox leęnæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. tigris periit eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.

LECTIO PRIMA.

AMici Iob, qui ad consolandum eum venerant, cum prius propter doloris magnitudinem tacuissent, post locutionem Iob audaciam sumpserunt loquendi. Et primo loquitur Eliphaz Themanites, qui verba a Iob proposita non eo animo accepit, quo erant dicta. nam odium præsentis vitæ, quod dixerat se pati, desperationi imputabat, magnitudinem amaritudinis impatientiæ, innocentiæ confessionem præsumptioni. Primo igitur arguit eius impatientiam, & incipit loqui ad eum, quasi ad hominem impatientiæ vitio subiacentem: qui ex verbis ab eo prolatis indignatur, vnde dicit; *Si coeperimus loqui tibi,* forsitan moleste accipies: vbi satis impatientis & irati consuetudinem exprimit, qui non patitur audire verba vsque ad finem, sed statim in ipso verborum exordio prouocatur. addit autem, *Forsitan,* ne de temerario iudicio condemnetur, quamuis etiam in præsumptionibus in meliorẽ partẽ dicta vel facta interpretãda sint. sed dum ipse Iob de impatientia arguit, se ipsum impatientiæ, & fatuitatis reum ostendit dicens; *Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* secundum illud Eccl.19. Sagitta infixa femori canis, sic verbum in corde stulti. quamuis & iusti ex zelo diuino interdum ea, quæ concipiunt ad honorem Dei dicenda, tacere non possint, secundum illud Hier.20. Dixi non recordabor eius, scilicet sermonis diuini, nec loquar in nomine illius. & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans clausus in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Vlterius autem procedit ad magis eius impatientiam ostẽdendam. exaggerat autem eius impatientiam ex duobus, scilicet ex præcedenti doctrina, & ex præcedenti vita: ex præcedenti quidem doctrina, quia turpe est homini cum non seruat id, ad quod alios inducit, secundum illud Matthæi. 23. Dicunt enim & non faciũt. Iob autem antea multos ab impatientia retraxerat, & diuersimode, secundũ quod diuersis congruebat. sunt enim aliqui, qui in patientia deficiunt ex ignorantia, dum nesciunt aduersis vti ad virtutem: & quãtum ad hoc dicit; *Ecce docuisti multos.* Quidam vero primo quidem in aduersis virtuose agunt, sed, aduersitate durante, quasi recta actione fatigati deficiunt: & quantũ ad hoc dicit; *Et manus lassas roborasti,* scilicet bonis inductionibus. Sunt etiam aliqui, qui in aduersis in dubitationẽ incidunt, scilicet an ex diuino iudicio proueniant: & quantum ad hoc dicit; *Vacillantes confirmauerunt sermones tui.* Sunt etiam aliqui, qui paruam quidem aduersitatẽ sustinent, sed sub magna aduersitate, quasi sub magno pondere deficiunt: & quantum ad hos dicit; *Et genua trementia confortasti,* scilicet tuis sermonibus. tremunt enim genua homini magnum pondus portanti. Ad prædicta autem implenda exhortatur Dominus Isaiæ.35. dicens, Conforta te manus dissolutas, & genua debilia roborare. Vult autem con- A sequenter ostendere, quòd ea quæ docuerat, non impleuit, vnde subdit; *Nunc autem uenit super te plaga, & defecisti.* a firmitate scilicet mentis, quam habere videbaris, & quam aliis suggerebas. & hoc referendum est ad aduersitatem, quam passus fuerat in exterioribus rebus; *Tetigit te, & conturbatus es.* idest quietem mentis, quam habuisse videbaris, amisisti, quod referendum est ad afflictionem corporis, quam sustinebat, vnde supra Sathan dixerat. mitte manum tuã & tãge os eius, & carnẽ: hic ergo Iob arguitur, quòd præcedentẽ doctrinam subsequenti patientia non cõfirmauerit, contra id qđ scriptũ est Prouer.19. Doctrina viri per patientiam noscitur, sed vita præterita, quæ in Iob videbatur, subsequentem impatientiã exaggerat. videt enim non fuisse vera virtus quæ tam cito in tribulatione deficit: quia sicut scriptum est Eccl.2. In igne probatur aurum, & argentum: homines vero receptibiles in camino humiliationis. Multiplici autem virtute aliquis in tribulationibus cõfirmatur, ne deficiat. primo quidem per reuerentiam diuinã, dũ homines considerant, mala, quæ patiuntur, ex diuina prouiden- C tia prouenisse, sicut & Iob supra dixerat; Sicut Domino placuit ita factum est. & ad hoc excludendum dicit; Vbi est timor tuus? quo, scilicet Deum reuereri videbaris. Secundo aliqui conseruantur in animi firmitate: quę quidem duos gradus habet. in quibusdam enim tanta est animi firmitas, vt eorum animus aduersitatibus non nimium molestetur: & hoc ad fortitudinem pertinere videtur: vnde dicit; *Vbi est fortitudo tua?* nec accipitur hic fortitudo secundum quod conseruat hominem, ne succumbat timori, sed vt non deiiciatur. Quidam vero grauem tristitiæ passionem ex aduersitate patiuntur, sed ab ea per rationem bene dispositã non abducuntur: & hoc videtur ad patientiam pertinere; vt talis sit differentia inter patientiam, & fortitudiuem, qualem assignãt philosophi inter continentiam, & castitatem, & ideo adiungit; *Patientia tua.* Tertio vero conseruantur aliqui ex amore honestę actionis, & ex eo quòd horrent turpiter agere: qui etsi interius conturbentur in aduersitatibus, tamen nec verbo, nec facto in aliquid indecens prorumpunt; & propter hoc addit; *Et perfectio* D *viarum tuarum?* per viam enim actiones intelliguntur, quibus quasi quibusdam viis peruenitur ad finem. vel per viam possunt intelligi excogitata consilia, quibus aliquis se euadere confidit: vnde aduersitates facilius tolerantur.

LECTIO SECVNDA.

POstqnam Eliphaz arguerat Iob impatientiæ, occasione accepta ex eo, quod dixerat, Ante quam comedam, suspiro; nunc intendit eum præsumptionis arguere, eo quòd se dixerat innocentem. Ad ostẽdendum autem eum non esse innocentem, ex eius aduersitate argumentum assumit dicens; *Recordare, obsecro te, quis unquam innocens periit, aut quando recti deleti sunt?* vbi considerandum est hanc fuisse opinionem Eliphaz, & aliorũ duorum, vt supra dictum est, quòd aduersitates huius mundi nõ adueniunt alicui, nisi in pœnam peccati, & econtrario prosperi- E tates pro merito iustitiæ. vnde secundum eius opinionem inconueniens videbatur, quòd aliquis innocens periret, aut quòd aliquis rectus, idest iustus secundum virtutem, destitueretur per amissionem glorię temporalis, quia credebant principium esse iustitiæ. & hanc quidem opinionem intantum veram esse credebãt quòd etiam Iob ab ea discordare non posset. existimabat tamen, quòd perturbata mente ipsius veritatem, quam aliquãdo cognouerat, quasi oblitus esset: vnde dicit; *Recordare.* Posito ergo quòd innocentibus & rectis aduersitas non contingat, consequenter adiungit, quibus aduersitas cõtingat dicens; *Quin potius uidi eos, qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo periisse, & spiritu irae eius esse consumptos.* In hoc autem quòd dicit, Vidi, dat intelligere se ista per experimentum probasse. Per eos autem, qui operantur iniquitatem, intelligit eos, qui aliquam iniustitiam faciunt, & præcipue in nocumentum aliorum. per eos autem, qui seminant dolores, & metunt eos, intelligit eos, qui ꝑ dolũ aliis nocent. ii enim dolores seminant dum calumnias

lumnias præparant,quibus alios dolentes reddant; qui dolores, metunt, dum malitiam suam ad effectum perducunt: & hoc pro magno fructu habent.quam quidem metaphoram vlterius prosequitur quantum ad pœnam . consueuerunt enim segetes vento vrente siccari, & consumi:vnde dicitur Malachiæ.3. Increpabo scilicet ventum , & non corrumpet fructum terræ vestræ. & hoc est,quod dicit, ꝙ *Flante Deo periit*, quasi ipsum diuinum iudicium ad vindictam iniquitatis procedēs, flatus quidam vēti sit ipsa autem Dei vindicta dicitur Spiritus , idest ventus iræ eius.non solum autem dicit,quòd periit , sed ꝙ consumuntur:quia non solum in propriis personis puniuntur , sed & eorum familia tota periit,vt nil ex eis residuum videatur: in quo videbatur tangere Iob , qui & in suo corpore flagellatus erat,& filios,& familiam,& opes amiserat.sed quia hoc videbatur esse contra opinionem Eliphaz,quòd pro peccato parentis, filii & familia puniretur, cum ipse intendat hanc opinionem defendere,quòd aduersitates in hoc mūdo sunt pœnæ peccati:huic obiectioni respondens subiungit; *Rugitus leonis,& uox leaenae & dentes catulorum leonis contriti sunt*, vbi primo considerandum occurrit , quòd homo cæteris animalibus præeminet ratione. cum ergo,ratione prætermissa,passiones brutales sequitur, efficitur similis bestiis,& illius bestię nomen sibi competit , cuius passionē imitatur:vtpote qui subiacet concupiscentiæ passionibus, equo, vel mulo comparatur,secundum illud psal.31. Nolite fieri sicut equus,& mulus,in quibus non est intellectus. propter ferocitatē autem,vel iram leo,aut vrsus nominatur , secundum illud prouerb.28. Leo rugiens,& vrsus esuriens,princeps impius. sic ergo & nunc hominem ferocem leoni comparat dicens; Rugitus leonis.Rugitus,est leoninæ ferocitatis indicium. Contingit autem frequenter,quòd ferocitas viro additur ex suggestione vxoris: & sic ea,quæ vir ferociter agit, vxori imputantur in culpam : sicut patet de vxore Herodis,quæ impulit eum ad decollationem Ioānis:propter quod dicitur; *Et uox leaenae*.iis autem,quę tyrannus aliquis ferociter acquirit , eius filii interdum luxuriose vtuntur & sic iu rapina patris delectantur:vnde & ipsi a culpa immunes non sunt:propter quod subditur; *Et dentes catulorum leonum contriti sunt*. secundum illud Naum, Et leo cœpit sufficienter catulis suis:& sic obiectioni præmissæ respondisse videtur : quia cum pro peccato viri punitur vxor,& filii, non est iniustum , cum & ipsi culpæ participes fuerint,quod totum dicebat, volens Iob & eius familiam de rapina culpabilem reddere. videbatur tamen hoc,quod dixerat, ad Iob non pertinere : quia eius vxor punita non videbatur, & ideo ad hoc remouendum subiungit; *Tigris perit eo quod non habebat praedam*. ii enim,qui rapere consueuerūt in hoc ipso puniri se existimant,quòd eis rapere non licet.Considerandum est autem,quòd mulierem leęnæ comparat propter ferocitatem iræ,& tigridi propter promptitudinem, siue velocitatem ad iram,dicitur enim Eccl.25. Non est ira super iram mulieris.Et iterum,Breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Et quia filii Iob totaliter perierant,subiungit; *Et catuli leonis dissipati sunt*.

LECTIO III.

PORRO Ad me dictum est uerbum abscōditum, & quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurrij eius . In horrore uisionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me,& tremor,& omnia ossa mea perterrita sunt, & cū spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ . stetit quidam , cuius non agnoscebam uultū : imago coram oculis meis: & uocem quasi auræ lenis audiui. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir?Ecce; qui seruiunt ei, non sunt stabiles ; & in angelis suis reperit prauitatem.quāto magis ii, qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum , consumentur uelut a tinea?De mane usque ad uesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. qui autem reliqui fuerint , auferentur ex eis: morientur,& nō in sapiētia.

LECTIO TERTIA.

QVia asserebat Eliphaz , quòd aduersitates in hoc mundo non adueniunt alicui, nisi propter eius peccata;volens ex hoc arguere Iob,& eius familiam fuisse peccatis subiectam , cuius contrarium videbatur ex iis , quæ maxime in Iob & in eius familia apparuerant;vult ostendere quòd nec Iob, nec eius familia fuerit a peccato immunis.& quia propter auctoritatem Iob , & famam ipsius eius verbum inualidum videbatur , recurrit ad maiorem auctoritatem,ostendens ea,quæ propositurus est, se ex reuelatione didicisse.& ad ostendendum altitudinem reuelationis proponit eius obscuritatem. quanto enim aliqua sunt altiora,tanto humano aspectu sunt minus perceptibilia.vnde & Apostolus dicit.2.Cor.12.Quòd raptus est in paradisum Dei, & vidit arcana verba,quæ non licet homini loqui. iuxta quem modū & Eliphaz vel vere,vel ficte loquitur dicens; *Porro ad me dictum est uerbum absconditum*. Considerandum est autem quòd aliqua veritas,quamuis propter sui altitudinem sit hominibus abscondita,reuelatur tamen quibusdam manifeste, quibusdam vero occulte.ad effugiendam ergo notam iactantiæ,hanc veritatem abscondite dicit sibi esse reuelatam:vnde subdit ; *Et quasi furtiue suscepit auris mea uenas susurrei eius*. Vbi triplex modus occultationis inuenitur , qui solet in reuelationibus contingere. quorum

F primus est, cum intelligibilis veritas alicui reuelatur per imaginariam visionem,secundū quod dicitur Numeri.12.Si quis fuerit inter vos propheta Domini in vi.ap.ei.vel so. lo. ad eū. at nō talis seruus meus Moyses,qui in omni domo fidelis est ; ore ad os loquar ei palam,& non per ænigma & figuras videt Deum. Moyses ergo hoc verbum abscōditum per modum claræ vocis audiuit , alii vero per modū susurrii. Secūdus modus occultationis est,quia in ipsa imaginaria visione ꝓferuntur quandoque aliqua verba expresse continentia veritatē , sicut est illud *Esaiæ*.7.Ecce virgo concipiet.quādoque vero sub

G quibusdam figuratis locutionibus , sicut est illud Esaiæ.11.Egredietur virga de radice Iesse,& flos &c. In hoc igitur, qđ Esaias audiuit,Ecce virgo concipiet, percepit ipsum susurrium. In hoc autem,quod audiuit,Egredietur virga de radice Iesse,&c.percepit venas susurrii.Nam figuratæ locutiones sunt quasi quędam venæ,ab ipsa veritate per similitudinem deriuatæ. Tertius modus occultationis est, quòd aliquando aliquis reuelationem diuinam frequentem,& diuturnā habet,sicut dicitur de Moyse,Exodi.33.Quòd locutus est Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Aliquando autē aliquis habet reuelationem subitam,& transitoriam. hunc ergo subitū reuelationis modum significat ib hoc,quod dicit; *Quasi furtiue*. nam ea quasi furtiue audiuimus,quæ raptim , & quasi pertranseundo ad nos perueniunt. Sic ergo altitudinem visionis ostensam prosequitur de circunstantiis reuelationis, & primo de tempore dicens; *In horrore uisionis nocturnae,quando sopor solet occupare*

H *homines*. tempus enim nocturnum propter quietem,magis est cōgruum reuelationibus percipiendis.in die enim a tumultibus hominum , & occupationibus sensuum mens quendam strepitū patitur , ita vt susurrium verbi absconditi percipere nequeat. Secundo ex dispositione percipientis,vnde subdit ; *Pauor tenuit me*. homines enim ad insolita pauere consueuerunt:vnde quando alicui fiunt insolitæ reuelationes,in principio timorem patitur, & ad magnitudinem huius timoris ostendendam subiungit ; *Et tremor*. est enim tremor corporis indicium magnitudinis timoris . & ad magnificandum huius tremorem subiungit ; *Et omnia ossa mea perterrita sunt*, quasi dicat tremor non fuit superficialis , sed uehemens , & intimus,qui etiam ossa concuteret. Simile est,quod habetur Danie. 10. Visionē hanc grandē, & non remansit in me fortitudo : sed & species mea immutata est in mę:& emarcui:& non habui in me quidquam uiriū. Causam autem huius timoris consequenter ostendit dicens; *Et cum*

I *spiritus me praesente transiret,inhorruerunt pili carnis meae* . Rationabile enim est,ꝙ ad præsentiam maioris uirtutis,minor obstupescat.manifestum est autem uirtutem spiritus esse maiorē,quam carnis. unde non est mirum, si ad præsentiam spiritus pili carnis inhorrescunt , qui ex subito timore procedit, & præsertim cum præsentia spiritus aliquo corporali indicio insolito sentitur.quæ enim insolita sunt,admirationem,& timorem inducere solēt.Et huic timori,quem se passum esse commemorat, temporis dispositio conuenire.supra dixit ; *In horrore uisionis nocturnae*.quia enim in tempore noctis, res uisu discerni non possunt, quæcunque modica commotio perturbationem inducere solet æstimātibus aliquod maius esse : iuxta quod dicitur Sapientiæ 17. Siue spiritus sibilans , aut inter spissos ramos auium sonus suauis deficientes facit illos præ timore.Tertio ponitur persona reuelans cum dicitur; *Stetit quidam,cuius non agnoscebam uultum imago coram oculis meis*. ubi tria ponit ad uisionis certitudinem

K pertinentia. Sciendum est enim quòd aliquando, ꝓpter nimiā commotionem fumositatum, & humorum,uel omnino non apparēt somnia,uel perturbata & instabilia, sicut & febricitantibus solent accidere:& huius somnia cum parum aut nihil spiritualitatis habeant,omnino usque significatione existunt. Cum autem humores,& fumositates resederint, apparēt somnia quieta,& ordinata,q̄ cū sint magis spiritalia,in intellectiua parte ēt quendam uigorem habent:& huius somnia solent esse ueriora : & ideo dicit; *Stetit quidam*.quod stabilitatem uisionis ostendit . Item considerandum est,quòd somnia,cum sunt quieta,plerūque sunt reliquiæ præcedentium cogitationum . unde homo in somno frequentius uidet illos,cum quibus consueuit conuersari. & quia talia somnia causam habent ex nobis, & non ab aliqua superiori natura,non sunt magnæ significationis.& ad hoc ergo remouendum dicit; *Cuius non agnoscebā vultum* , per quod ostendit huius uisionē non traxisse originem ex prius uisis , sed ex aliqua occultatiori causa.Tertio considerandam est,ꝙ huius

visu

visu,quæ ex aliqua superiori causa oriūntur, qn̄q; apparent dormientibus,quandoque autem vigilantibus, & veriora solēt esse, & certiora,cum vigilantibus apparent, q̄ cū dormientibus eo ꝙ in vigilando est ratio magis libera.& quia in somno spiritales reuelationes minus discerni possunt a somnis friuolis , & consuetis , ideo vt ostendat hanc reuelationē nō dormienti, sed vigilāti factam esse,subiungit;*Imago coram oculis meis*. per quod significat se hoc vidisse cū oculis per vigiliam apertis : quod etiam supra significauit , cū diceret ; *Quando sopor solet occupare homines*. vbi innuit se sopore occupatum nō fuisse.Deinde modum denunciationis sibi factæ narrat dicens; *& vocem quasi aurae lenis audiui*. Vbi considerandum est,quòd huiusmodi apparitiones aliquando fiunt a spiritu bono,aliqn̄ a malo. vtroq; autem modo in principio timorem patitur homo per insolitam visionem:sed cum a bono spiritu apparitio procēdit,timor in consolationem finitur, sicut patet de angelo confortante Danielem,Danielis.10.& de Gabriele confortante Zachariam ; & Mariam: sed malus spiritus hominem perturbatū relinquit. per hoc ergo quod dicit ; *Vocem quasi aurae lenis audiui*. consolationem quandam sedantem pauorem præteritum demonstrat, vt ꝑ hoc visio demonstretur esse a spiritu bono,non a malo, a quo frequenter visiones mendaces ostenduntur , ſm illud scripturæ.3. Reg.c.22. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.per hunc etiam modum. 3. Regum. c. 19. legitur de apparitione facta Heliæ: quòd post commotionem tenuis aurę sibilus vbi Dominus auditus est. Sciēdum tamen est , quòd etiam in visionibus,quæ a bono spiritu procedunt,interdum cōmotiones magnæ , & voces horribiles audiuntur, vt patet Ezechielis.1.vbi dicitur.Et vidi,& ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone. & post multa subditur; Et audiebam sonum alarum , quasi sonum aquarum multarū.& Apoc.1. dicitur. Audiui post me vocem magnam,tanquam tubæ.sed hoc est ad significandum comminationes,aut aliqua grauia pericula , quæ in huiusmodi reuelationibus continentur . sed quia hoc ad consolandum ordinabatur , ideo inducitur loquentis vox similis auræ leni. Vltimo autem ponuntur verba, quæ sibi asserit esse reuelata,cum dicit ; *Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur* ? quæ quidem verba inducit ad confirmandum suam opinionem,quam supra tetigerat:quasi dicat, aduersitates in hoc mundo non proueniunt alicui , nisi pro peccato. vt ergo nullus posset se excusare,quia aduersa patitur per hoc, quòd se asserat a peccato immunem,inducit tres rationes : quarum prima sumitur ex comparatione ad Deum & est ducens ad impossibile.Si enim homo absq; culpa punitur a Deo , sequitur quòd homo sit iustior Deo. cum enim opus iustitiæ sit reddere vnicuique, quod suum est:si Deus homini innocenti, cui non debetur pœna , inferat pœnam homo iustior videtur esse Deo.homo autē qui a Deo patitur,nulli homini absque culpa pœnam intulit:quod oportet dicere, si homo innocens puniatur:sequitur ergo, ꝙ homo punitus a Deo sit iustior Deo:quod est,hominem cōparatione Dei iustificari , & quia forte alicui hoc non videretur inconueniens, ducit ad aliud apparentius inconueniens dicēs;*Aut factore suo purior erit uir*?Quælibet enim res puritatem habet,ſm ꝙ in sua conseruatur natura quod ex causis propriis habet. puritas ergo vniuscuiusque effectus a sua causa dependet:vnde suam causam in puritate superare non potest:vnde nec vir potest esse purior suo factore , scilicet Deo.Secundam autem rationem ponit ex comparatione ad angelos:& est a maiori cum dicit ; *Ecce qui seruiunt ei,non sunt stabiles,& in angelis suis reperit prauitatem* , quæ quidem sententia secundum doctrinam catholicæ fidei plana est.tenet enim fides catholica,omnes angelos bonos fuisse creatos : quorum quidā per propriam culpam ceciderunt a statu rectitudinis : quidam vero ad maiorem gloriam peruenerunt. quòd antem angeli a statu rectitudinis ceciderunt,mirum videtur propter duo:quorū vnū ꝑtinet ad vitā cōtemplatiuam,aliud ad vitam actiuam ipsorū.Ex vita enim contemplatiua vr̄ ꝙ in angelis esse deberet stabilitas. manifestū est enim, ꝙ causa immutabilitatis est potentia , causa immutabilitatis est actus.est enim de ratione potentiæ, ꝙ se habeat ad esse & non esse:sed ſm quod aliquid magis perficitur ab actu,firmius fit in illo.id vero quod ſm se actus est,oīno immutabilis est.Sciendū est aūt,ꝙ sicut materia cōparatur ad formam vt potentia ad actum:ita voluntas ad bonū:id ergo, quod est ipsum bonum.s.Deus,omnino immutabile est,Cæterarū vero naturarū voluntates,quę non sunt ipsum bonū,comparantur ad ipsum,vt potentia ad actum.vnde quanto magis inhærent ei,tan-

A to magis stabiliuntur in bono. & ideo cum angeli inter ceteras creaturas magis & propinquius Deo videantur inhærere,vtpote ipsum subtilius contemplantes, stabiliores inter cæteras creaturas videntur:& tn̄ non fuerunt stabiles.vnde multo minus inferiores creaturæ.s.hoīes,quantūcunq; Deo inhęrere videantur ipsum colēdo, qđ est ei seruire, stabiles indicari non possunt. Ex vita vero actiua vr̄,ꝙ in angelis vel nihil vel minimū de prauitate esse possit.quāto enim quis ꝓpinquior est primę rectitudini, minus habet de obliquitate.Deus autem,

B in quo est prima rectitudo , sua prouidentia dirigens vniuersa, inferiores creaturas per superiores disponit.vnde in superioribus creaturis,quæ dicuntur angeli,quasi a Deo missi ad alia dirigenda,minimum vr̄ esse,vel nihil de prauitate. vnde cum in angelo inuenta sit prauitas,credendum est ꝙ in quouis hoīum,quātuncunq; bonus appareat,prauitas possit inueniri. Cauendum autē est ne ex iis verbis aliqs in errorem incidat Origenis : qui etiam quoscūq; spūs creatos instabiles asserit,& posse ad prauitatē perduci.hoc enim aliqui ꝑ gratiā assecuti sunt,vt immobiliter Deo inhæreāt,ipsum ꝑ essentiā vidētes,& ſm hoc etiā aliquibus hominibus,quāuis sint inferioris naturæ q̄ angeli,ꝑ gratiā cōcedit̄ etiā in hac vita,ꝙ sint a prauitate peccati immunes. Tertiā rōnē ponit sumptā ex condicione humana,cui coniungit̄ cōclusio pręcedentis rationis. vnde etiā posset ex duobus vna ratio formari : & hoc cū dicit,quāto magis ii , qui habitant domos.est aūt hu-

C mana cōditio talis , ꝙ ex terrena materia corpus eius compactū est,qđ designat cū dicit; *quanto magis ii,qui habitant domos luteas*. Corpus enim humanū lutū dr̄ , ꝗ ex terra & aqua grauioribus elemētis abundātius cōstat:qđ eius motus declarat. Vnde Gen. 1.dr̄ ꝙ formauit Deus hoīem de limo terræ.hoc ergo luteū corpus,domus animæ dr̄:q̄a aīa humana quantū ad aliquod est in corpe,sicut homo in domo,vel sicut nauta in naui,inquātū.s.est motor corpis.Fuerunt aūt aliqui,qui ꝑꝑ hoc dixerūt, ꝙ aīa nō vnit̄ corpori nisi accidentaliter,sicut homo vestimento,aut nauta naui:sed vt hanc opinionē excluderet, subdit ; *Qui terrenum habent fundamentum*. per hoc datur intelligi ꝙ aīa humana vnit̄ corpori etiā vt forma materiæ.dr̄ enim materia fundamentū formæ,eo ꝙ est prima pars in generatione, sicut fundamentū in cōstitutione domus.vtit̄ aūt tali modo loquēdi, vt id qđ est aīæ,attribuat hoī:nō ꝙ aīa sit homo, vt quidā posuerāt dicētes hoīem nihil aliud esse,q̄ aīam indutā corpore:sed quia aīa est principa-

D lior pars hoīs:vnūquodq; aūt cōsueuit appellari id, qđ est in eo principalius.Hæc aūt duo,q̄ de hoīs infirmitate dicit,vident̄ contraponi iis,q̄ supra de angelorū excellentia dixerat , Nā hoc qđ dicit,Qui habitant domos luteas;vr̄ ponere cōtra id qđ dixerat, Qui seruiunt ei,qđ est inhærere ei, & etiā in ipso spiritaliter habitare.Quod vero dicit,Qui terrenū habent fundamentū, ei qđ dixerat,In angelis suis; angeli enim incorporei sunt ſm illud psal.103.Qui facit angelos suos spūs.Pręmissa aūt hoīs cōdōne miserabilē eius euentū cōcludit dicens;*Consumentur velut a tinea*, & quidē pōt hoc ſm superficiē litteræ de morte corporali intelligi,quā homo necessario patit̄ ex eo,ꝙ terrenū habet fundamentū.& ſm hoc pōt designari duplex mors.s.naturalis , in hoc qđ dicit,Consumentur velut a tinea.sicut enim tinea vestimentum corrodit,q̄ ex vestimento nascitur : ita mors naturalis ex causis interioribus corpis exoritur.& mors violenta,in hoc qđ subdit; *De mane usque ad uesperam succidentur* . succisio enim arboris ex

E causa exteriori ꝓcedit.& sic signanter dicit,De mane vsq; ad vesperā,q̄a mors naturalis pōt per aliqua naturalia signa ꝓcognosci:sed mors violenta oīno ignota est,vt pote diuersis casibus subiecta: vnde nō pōt sciri si homo de mane perueniat vsq; ad vesperū.Sciendū tn̄,ꝙ hæc non est intentio litteræ.nā supra proposuit de defectu pcti,cū diceret,Et in angelis suis. vnde vt conclusio ꝑmissis rn̄deat,oportet hoc etiam ad peccatū referre : ꝑꝑ qđ vita iustitiæ in hoīe cōsumitur dupliciter,vno modo,ex interiori corruptione:qđ significat,cū dicit; *Consumentur uelut a tinea*. sicut enim vestimentū consumit̄ a tinea,q̄ ex eo nascit̄:ita iustitia hoīs cōsumit̄ iis,q̄ in hoīe sunt,sicut est corruptio fomitis malæ cogitationis,& alia huiusmodi.alio modo ex exteriori tētatione qđ vr̄ in hoc dici; *De mane usque ad uesperam succidentur* . Sed cōsiderandū est,ꝙ interior tentatio nō subito hoīem ꝓsternit; sed paulatim,dū per negligentiā aliquis in se ipso peccati initia reprimere nō curat,ſm illud Eccl.Qui minima negligit,paulatim defluit.sic etiā vestimentū,quod non excutitur a tinea cōsumi . Exterior aūt tentatio hoīem plerūq; subito prosternit: sicut Dauid ad aspectū mulieris,in adulteriū prorupit: & etiam multi in

tormentis

tormentis fidem negauerunt.quocunq; aũt modo,homo per peccatũ ruit,dũmodo peccatum suum recognoscat, & pæniteat,misericordiã consequetur.sed quia nullus est,qui oĩa pctã possit cognoscere,ſm ilud psal.18.Delicta qs intelligit?sequitur ꝙ plurimũ hoĩes peccata nõ cognoscentes,eis remedia non adhibent,

CAPITIS QVINTI. LECTIO I.

VOCA ergo, si est qui tibi respondeat; & ad aliquẽ sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Ego vidi stultum firma radice: & maledixi pulchritudini eiꝰ statim. G Longe fient filij eius a salute,& cõterentur in porta:& non erit, qui eruat. Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus.& bibent sitiẽtes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit: & de humo nõ egrediet dolor.Hõ nascitur ad laborẽ, & auis ad uolatũ.

per quę liberentur,& hoc est, quod subditur; *Et quia nullus intelligit* .s.lapsus peccatorum;*In aeternum peribunt*.s.plurimi. quasi dicat,a peccato nũquã liberantur. Sed quia aliqui sunt qui contra peccata remedia adhibent, licet ea non plene intelligãt, sicut Dauid, qui dicebat;Ab occultis meis mũda me Dñe subiũgit; *Qui autem reliqui fuerint*.s.de numero eorũ, qui in æternũ pereunt;*Auferentur ex eis*. idest segregabuntur ex eorum cõsortio.*Morientur quidem*. quia quãuis homo a peccato pæniteat,a mortis tñ necessitate non liberatur.sed sapientia in eis nõ moritur.& hoc est qđ dicit; *Et non in sapientia*. vel hoc, qđ dicit,Morienť,& non in sapiẽtia,non rñdet ad immediate dictũ,sed ad id quod supra dixerat, In æternum peribunt. vt sit sensus: ꝙ morientur sine sapientia. vel hoc,quod dicit,Qui reliqui fuerint,põt intelligi de filiis,qui relinquuntur ex parẽtibus pereuntibus:& propter peccata parẽtum,quæ imitantur, & ipsi auferuntur sine sapientia morientes. Vult ergo ex omnibus istis Eliphaz habere,ꝙ cũ conditio hominis sit tam fragilis,de facili cadit in peccatum:& quidẽ dũ homo non cognoscit,in perditionem vadit ipse,& filii eius.& sic Iob licet se peccatorem non cognosceret, credendum erat, quòd propter peccata aliqua ipse,& filii eius perierint.Sic igitur postquã reuelationem sibi factam exposuerat,quia posset Iob reuelationi non credere,ideo subiungit quod sequitur.

LECTIO PRIMA.

QVasi dicat:si mihi hoc esse reuelatum non credis,tu ipse inuoca Deum:si forte ipse ad hanc dubitationem respondere tibi voluerit.Etsi per merita propria hoc a Deo obtinere non putas,*Ad aliquem sanctorum conuertere*: vt eo mediante,huius rei veritatem a Deo cognoscere possis.Et notandũ est,ꝙ dicit,Ad aliquem sanctorum: quia non licet per immundos spiritus quocunque modo,vel arte occulta perquirere,sed solum per Deum, vel sanctos Dei,ſm illud Esaiæ.8.Cũ dixerint ad vos,quærite a phitonibus,& a diuinis, qui student in incantationibus suis.nunqđ nõ populus a Deo suo requirit visionem pro viuis,aut mortuis? *Virum stultum interficit iracundia*.quia in reuelatione, quam sibi factam esse commemorat Eliphaz,inter cætera hoc continetur, quod homines,qui terrenum habent fundamentum,consumuntur velut a tinea,vult hoc ostendere per hoĩum diuersas cõditiones.non est enim aliqua conditio hoĩum, cui non adsit pronitas ad aliquod peccatum. Suñt autem duæ hominum conditiones. Quidam enim sunt magni, & elati animi, qui facile prouocantur ad iram:quod ideo est,quia ira est appetitus vindictæ,ex præcedenti offensa proueniens:quãto aũt aliquis est magis elati animi,tanto ex leuiori causa se putat offensum:& ideo facilius prouocatur ad iram.& hoc est,quod dicit; *Virũ stultum interficit iracundia*. vocat aũt eum,qui est superbi & elati animi,stultũ,quia ꝑ supbiã homo ꝑcipue metas rationis excedit.sed humilitas irã sapientiæ parat,ſm illud Prouerb.11.Vbi humilitas, ibi sapientia. Simul cũ hoc etiam stultitia iracundiæ competit. iracundus enim, vt docet philosophus, vtitur quidem ratione, dum pro offensa intentat vindictam,sed peruerse, dum in vindicta modũ rationis non seruat. peruersitas autẽ rationis stultitia est. Quidam vero sunt pusillanimes,& hi proni sunt ad inuidiam, vnde subdit; *Et paruulum occidit inuidia*. & hoc rationabiliter dr̃.Inuidia enim nil aliud est,q̃ tristitia de prosperitate alicuius: inquantum prosperitas illius, existimatur propriæ prosperitatis impedimentũ. hoc aũt ad paruitatem animi pertinet, ꝙ aliquis non se existimet posse prosperari inter alios prosperantes. Sic ergo manifestum vr̃,ꝙ homo,cuiuscunq; conditionis existat, pronus est ad aliquod peccatum.facile enim esset his similia,de aliis peccatis inducere.Sic ergo per omnia supradicta, Eliphaz probare intendit,ꝙ aduersitates in hoc mundo non adueniunt alicui, nisi pro peccato.Contra quod,videntur esse duæ obiectiones. quarũ vna est ex hoc, ꝙ multi iusti videntur aduersitatibus subdi, sed hanc obiectionem soluere visus est per hoc,ꝙ hoĩes ostendit esse

F faciles ad peccandum. Secunda obiectio est, ꝙ aliqui inique in hoc mundo prosperantur. Cui consequenter satisfacere intendit ꝑ hoc, ꝙ prosperitas eorum in malum ipsorum redundat. vnde dicit,*Ego vidi stultum*,.i.hoĩem ĩ diuitiis superbientem. *Firma radice*. idest, firmatũ in ꝓsperitate huius mũdi,vt videbať. sed ei* prosperitatem nõ approbaui:quinimmo; *Malidixi pulchritudini eius statim*.vbi considerandum est,ꝙ loq̃tur de hoĩe sub metaphora arboris. cuius enim radix fuerit firma, pulchritudinẽ habet in ramis,& fructibus.Comparat ergo prosperitatẽ hoĩs in diuitiis firmati pulchritudini arboris, q̃ maledicit.i. malã esse pronũciat,& nociuã, ſm illud Eccle.5. Est & alia infirmitas pessima, quã vidi sub sole.diuitię cõseruatę in malũ dñi sui.Addidit aũt;*Statim*,vt ostẽdat se de hac sentẽtia nullatenus dubitare. qđ aũt mala ex ꝓsperitate stulti ꝓueniãt,ostẽdit primo quãtũ ad filios: frequẽter enĩ cõtingit,ꝙ qñ aliquis diues & potens,filios sine disciplina nutrit,qđ propriũ est stulti;filii eius in multa pericula incidunt.& qñq; quidẽ ꝑp odia,q̃ in se cõcitant,absq; iudicio perimuntur, vel etiam dũ ipsi sibi non cauent inordinate delectamẽto vtẽtes, vitã amittunt:& quãtũ ad hoc dicit;*Longe fient filii eius a salute*.

H qñq; vero dũ calũnias, & iniurias aliis inferunt, corã iudicibus cõueniunt,& ibi cõdemnantur,& quantũ ad hoc dicit;*Et conterentur in porta*.i.per sententias iudicũ. nã iudices olim in portis sedere solebant. & quia homines stulti in prosperitatibus nullum dubitant offendere, in aduersitatibus non inueniunt adiutorem:ideo subdit;*Et non erit qui eruat*. Sed quia posset aliquis dicere,non curo quidquid accidat filiis meis, dũmodo ego prosperitate fruar in hoc mundo: ideo secundo ponit mala prouenientia ipsi stulto,& in rebus,& in persona, dicens;*Cuius messem famelicus comedet*, frequenter enim homines stulti, diuitiis abundantes,pauperes opprimunt:qui plerunque grauamina sustinere non ualentes, quasi quadam necessitate ad rapienda bona diuitum coguntur. & quia tales homines deliciose viuentes solent per uitæ diuitias animi uigorem amittere,& imbelles esse:de facili a pauperibus bellicosis destruuntur.unde sequitur; *Et ipsum rapiet armatus*. quasi absque omni resistẽtia. & ut quod

I dixerat de messe,generaliter intelligatur, subiungit; *Et bibent sitientes diuitias eius*. idest homines cupidi. Remotis ergo prædictis obiectionibus, finaliter rationem inducit ad probandũ principalem intentionem, scilicet quòd aduersitates in hoc mundo non proueniãt alicui,nisi pro peccato:& est talis. Quæcumque fiunt in terra,ex propriis, & determinatis causis proueniunt.si ergo aduersitates huius mundi alicui accidunt,hoc habet determinatam causam,quę nulla uidetur esse nisi peccatum. hoc est ergo,qđ dicit; *Nihil in terra sine causa fit*. uidemus enim omnes effectus ex determinatis causis procedere: ex quo quasi concludens subdit; *Et de humo non orietur dolor*.& est metaphorica locutio. quædam enim herbæ sine semine producuntur: de quibus dicitur,quòd eas humo sponte profert. quidquid ergo sine causa propria uidetur contingere,quasi sine semine,per quandam similitudinẽ metaphorice potest dici,quòd oritur de humo.Dolor autem,idest aduersitas, Non orietur de humo,idest non est

K sine causa.quod autem dixerat, Nihil in terra sine causa fit, ex hoc præcipue redditur manifestum,quòd omnia habent dispositionem naturalem,congruam propriæ operationi:ex quo apparet,quòd dispositiones naturales rerum,non sunt sine causa,sed ꝑpter determinatum finem:& ideo dicit; *Homo ad laborem nascitur,& auis ad volatum*:manifestũ est enim,ꝙ quia proprius motus,quem natura auis requirebat,est uolatus:ideo oportuit auẽ habere ex sua natura instrumenra congrua ad uolãdum,& alas & pennas:homo uero,qui rationem habebat,per quam proprio labore posset sibi omnia necessaria adiuuamenta acquirere, naturaliter productus est absque omnibus adiuuamentis,quæ natura aliis animalibus dedit.s. absque tegumento,absque armis, & aliis huiusmodi,quæ sibi proprio labore parare poterat ex industria rationis.

LECTIO II.

QVAMOBREM ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponã eloquiũ meum: Qui facit magna,& inscrutabilia, & mirabilia absque numero: Qui dat pluuiã super faciem terræ, & irrigat aquis uniuersa: Qui ponit humiles in sublime,& merentes erigit sospitate: Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorũ quod cęperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum,& cõsilium prauorũ dissipat.Per diem incurrẽt tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie.Porro saluum faciet egenũ a gladio oris eorũ,& de manu uiolẽti pauperem.Et erit egeno spes:iniquitas autem contrahet os suum.

LECTIO SECVNDA.

QVia Eliphaz proposuerat omnia,quæ in terris sunt, determinatam causam habere, & hoc probauerat per hoc, ꝙ res naturales apparebãt esse dispositę ꝑpter finem: hoc autem, scilicet quòd res naturales sunt propter finem, potissimum argumentum est ad ostendendum,mundum regi diuina prouidentia,& non omnia agi fortuito:iccirco Eliphaz statim ex præmissis concludit de regimine diuinæ prouidentiæ. Sciẽdum est autem,quòd,diuina prouidentia sublata, orationis fructus tollitur, & cognitio Dei circa res humanas: q̃ tamen necesse est ponere ei, qui regimen prouidentię concedit, & ideo Eliphaz cõcludẽs dicit.Ex quo omnia,quæ in terra fiũt, sunt propter finẽ. necesse est concedere regimen prouidentiæ. Quamobrem ego deprecabor Dominum, quasi oratiõe fructuosa existente, vtpote Deo disponẽte res humanas. Et ad Deũ ponam eloquiũ meũ. vtpote Deo cognoscente facta, & dicta, & cogitata humana: ad cuius confirmationem subiungit ea, quæ maxime diuinam prouidentiam ostendunt. Est autem sciendum, quòd illi qui prouidentiam negant, omnia, quæ apparent in rebus mundi, ex necessitate naturalium causarum prouenire dicunt, vt pote ex necessitate caloris, & frigoris, grauitatis, & leuitatis, & aliorũ huiusmodi.ideo ex his potissime prouidentia diuina manifestatur: quorum ratio reddi non potest ex huiusmodi materialibus principiis:inter quæ,vnum est determinata magnitudo corporis huius mundi.non enim potest assignari ratio ex aliquo principio naturali, quare sol,ac luna,aut terra sit tantæ quantitatis,& non maioris, aut minoris,vnde necesse est dicere, quòd ista dispositio quantitatum sit ex ordinatione alicuius intellectus.& hoc designat in hoc, quòd dicit, *Qui facit magna*, idest qui res interminata magnitudine disponit. rursus si omnia ex necessitate principiorum naturalium prouenirẽt,cum principia naturalia sint nobis nota; haberemus viam ad inquirẽdum omnia,quæ in hoc mundo sunt.sunt autem aliqua in hoc mundo, ad quorum cognitionem nulla inquisitione possumus peruenire,vtpote substantiæ spirituales quot sint,distantię stellarum, & alia huiusmodi, vnde manifestum est, non procedere omnia ex necessitate principiorum naturalium,sed ab aliquo superiori intellectu res esse institutas.propter hoc addit; *Et inscrutabilia*. Item quędam sunt quæ videmus, quornm rationem,nullo modo possumus assignare, puta quòd stellæ disponuntur secũdum talem figuram in hac parte cæli,& in alia secundum aliam.vnde manifestum est hoc non prouenire ex principiis naturalibus sed ab aliquo superiorum intellectu: & propter hoc addit; *Et mirabilia*. sic enim differt inscrutabile & mirabile,quòd inscrutabile est,quod latet, & perquiri non potest:mirabile est, quod ipsum quidem apparet,sed causa eius perquiri nõ potest. Sciendum est etiam,quòd aliqui posuerunt dispositionem rerum, per quendam ordinem numeri a Deo procedere,vt pote quòd a primo vno simplici procedit tantum vnus effectus primus, in quo iam aliquid compositionis & pluralitatis habetur: & sic ex ipso procedunt duo,vel tria,quæ sunt adhuc minus simplicia: & sic gradatim secundum eos progreditur tota rerum multitudo: secundum quam quidem positionem totius vniuersi dispositio non est ex ordinatione intellectus diuini,sed ex quadam necessitate naturæ. vnde ad hanc positionem remouendam adiungit, *Absque numero*. vel quia absq; necessitate ordinis numeralis res in se productæ sunt:vel quia a Deo immediate, & non ex ordine numeri productæ sunt:quod præcipue apparet in primo cælo,in quo sunt plurimæ stellæ.sic ergo Eliphaz ostendit productionem rerum esse a Deo,& non ex necessitate naturæ.Consequenter ostendit & rerum factarum cursum diuina prouidentia gubernari,& primo in rebus naturalibus,ex hoc quòd res naturales contemperatæ esse videntur ad hominum & aliorum animalium vsum:licet naturalis cælorum ordo aliud requirere videatur.siquis enim in elementis grauitatem, & leuitatem consideret;manifestum est naturaliter terram aquæ subiacere,aeri vero aquas,aerem autem igni.inueniuntur autẽ aliquæ partes terræ discoopertę ab aquis immediate aeri subiacere: aliter.n.animalia respirantia in terra viuere non possent, & rursus ne terra ab aquis discooperta sua siccitate infructuosa, & inhabitabilis redderetur,dupliciter humectatur a Deo,primo quidẽ per pluuiam,qua superficies terrę infunditur,& quantum ad hoc dicit;

A *Qui dat pluuiam super faciem terrae*. Alio modo quantum ad fontes,riuos, & flumina,quibus terra irrigatur: quorum principiũ sub terra est,sicut pluuię in alto:& quantum ad hoc dicit;*Et irrigat aquis vniuersa*.Deinde cum dicit; *Qui ponit humiles in sublime*:operationem prouidentię etiam in rebus humanis ostendit. & quidẽ si res humanę currerent secundũ quòd earum dispositio videtur exigere, nullum videlicet vel paruum in eis prouidẽtię diuinę uestigiũ appareret, sed rebus humanis alio mõ currentibus,stulti,qui superiores causas nõ cõsiderant, hoc casui & fortunę attribuũt. ex quorum persona Salomon Eccles.9. dicit, Vidi sub sole nec velociũ esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panẽ, nec doctorũ diuitias, nec artificum gratiã, sed temporis casum in omnibus. Eliphaz autem in altiorẽ causam refert hoc,scilicet in prouidentiam Dei: & primo quantum ad oppressos,qui de infimo eleuantur in altum:& quantum ad hoc dicit;*Qui ponit humiles*.idest deiectos.*In sublime*, & qui de dolore transferuntur ad gaudium:& quantum ad hoc dicit,*Et merentes erigit sospitate*.

LECTIO III.

BEATVS Homo,qui corripitur a Domino. increpationem Domini ne reprobes: quia ipse uulnerat,& medetur: percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. In fame eruet te de morte,& in bello de manu gladij. A flagello linguæ absconderis, & B nõ timebis calamitatem, cum uenerit.In uastitate,& fame ridebis, & bestias terræ non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et scies quòd pacẽ habeat tabernaculum tuũ:& uisitans speciem tuam non peccabis.

C Secundo quantum ad opprimẽtes, quorum duplex est genus. quidam enim maxime alios opprimunt per potentiam: & quantum ad hoc dicit; *Qui dissipat cogitationes malignorum:ne possint implere manus eorum,quod ceperant*, quia scilicet in ipsa operis prosecutione impediuntur a Deo, ne vnquam cogitationem possint perducere ad effectũ. Quidam vero per astutiam aliquos decipiunt: & quantum ad hoc dicit; *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum*. inquantum scilicet ea, quę astute cogitant, in contrarium propositi eorum cedit. *Et consilium prauorum dissipat*. dum scilicet ea, quę ab eis sapienter consiliata videntur, aliquibus impedimentis superinductis ad effectum perducere non possunt. Quandoque vero stulte consiliata non solum impediuntur in opere,sed etiam eorum mens obscuratur, ne inconsiliando possint discernere meliora: vnde subdit; *Per diem incurrent tenebras*. quia scilicet in re manifesta omnino quid faciant nesciunt: *Et quasi in nocte sic palpa-*

D *bunt in meridie*, idest iis, quę nullo modo sunt dubia, sic dubitant,sicut in rebus obscuris.& quòd hæc ex diuina prouidentia præuideantur, subiungit utilitatem ex præmissis prouenientẽ. dum enim malignorum astutia impeditur, pauperes ab eorum deceptionibus liberantur: & hoc est quod subdit; *Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum*. quia enim sunt astuti in malo, & blandis verbis, & fictis alios seducere solent: quæ quidem verba in nocendo gladio comparantur,secundum illud psal.56. Lingua eorum gladius acutus.Cum vero operationes malorum potentum impediuntur a Deo, manifestum est etiam quòd pauperes saluantur. vnde sequitur. *Et de manu violenti pauperem*. & ex hoc duo sequuntur: quorum unum est, quòd homines,qui ex se ipsis impotentes sunt, de diuina potentia confidunt, tanquam Deo de rebus humanis curante:unde subdit; *Et erit egeno spes*. Aliud est, quòd homines potentes & iniqui se ipsos retrahunt, ne ex toto malignentur. unde sequitur; *Iniquitas autem*

E *contrahet os suum*. ne.s.se ex toto effundat in perniciem aliorum.

LECTIO TERTIA.

SIcut supra dictum est, Eliphaz in superioribus beatum Iob & impatientię arguebat, & præsumptionis,super hoc, quòd se asseruerat innocentem.nunc autem ab eo desperationem nititur auferre:ex quo uerba illa prouenire credidit, quibus Iob uitam suam fuerat detestatus. Sciendum est autem, quòd prouidentiam tam circa res naturales, quam circa res humanas esse asseruerat. hoc accipit tanquam notum, quòd omnes aduersitates hominibus diuino iudicio inducantur, sed quibusdam ad vltimam condemnationem,qui sunt incorrigibiles: quibusdam autem ad correctionem,qui per aduersitates emendantur, quos asserit esse beatos dicens; *Beatus homo,qui corripitur a Domino*. si enim correptio ab homine salubris est; qui tamen perfecte scire non potest mensuram & modum,secundum quòd possit esse salubris correptio; nec est omnipotens ad mala.s.remouenda, & ad bona tribuenda:multo magis reputari debet salubris & felix

Dei

Dei omnipotentis & omnia scientis correptio. ex qua sententia ad propositum concludit dicens; *Increpationem Domini ne reproboes* quasi dicat, licet hanc aduersitatem patiaris a Deo propter tua peccata, tamen debes existimare, q̃ hoc sit quasi quædã Domini increpatio ad te corrigendum. vnde non debes hanc aduersitatem in tantum reprobare, quòd ꝓpter hoc vitam tuam habeas odiosum: & prædictorũ causam subiungit dicens; *Quia ipse vulnerat.* scilicet grauiori aduersitate: *Et medetur.* auferendo mala, & restituendo bona: *Percutit.* i. leuiori aduersitate: *Et manus eius.* idest operationes ipsius. *Sanabunt.* idest liberabunt. non enim Eliphaz eum, qui corripitur a Deo, beatũ asseruit propter futuram vitam, quam nõ credebat, sed propter præsentẽ, in qua post correptionem homo ex supradictis a Deo obtinebat immunitatem a malis, & abundantiam bonorũ, vnde consequenter subiungit de immunitate a malis dicẽs: *In sex tribulationibus liberabit te: & in septima non tanget te malum.* quia enim septenario dierum, omne tempus agitur, solet septenario numero vniuersitas designari: vt sit sensus, quòd ei, qui a Domino corripitur, post emendationem nulla nocebit aduersitas: & quia secundum eius sententiam, quanto aliquis magis fuerit purgatus a culpa, tanto minus aduersitatem patitur in hoc mundo, ideo dicit; *In septima non tanget te malum.* quasi ante emendationem homo ab aduersitate non liberetur, cum autem incipit liberari, ab ea tangitur, sed non opprimitur Deo liberante: post perfectam autem liberationem omnino non tangitur. quod quidem verum est, quantum ad mentem: quæ tũ finem suum in rebus mundanis constituit, aduersitatibus mundanis opprimitur. cum autem ab eis animum suũ reuocans, amare Deum cœperit, tristatur quidem in aduersitatibus, sed nõ opprimitur: quia spem suam non habet in mundo. cum autem totaliter mundum contempserit, tunc eum aduersitates mundanæ vix tangunt. non est autem hæc sententia vera, quantum ad corpus, sicut Eliphaz eam intellexit: cum perfectissimi viri interdũ grauissimas aduersitates patiantur, secundum illud psal. 44. Propter te mortificamur tota die. quod de Apostolis inducitur. Et quia septem tribulationes retigerat, eas subsequenter enumerat. Est autem prima aduersitas contra vitam corporalem eius, qui patitur sublationem necessariorum: & quantum ad hoc dicit; *In fame eruet te de morte.* quasi dicat: patieris quidem famem, vtpote increpatus a Domino: sed ex hoc nõ peruenies ad mortem Deo te liberante. & hæc est prima tribulatio. Quandoque vero aufertur vita corporis per violentiam alicuius inferentis nocumentum: & quantum ad hoc dicit; *Et in bello de manu.* idest potestate, *gladii:* quasi dicat, Superueniet tibi bellum, sed in potestate gladii, non deduceris. & hæc est secunda tribulatio. Aufertur autẽ & vita corporalis per mortem naturalem, sed hæc inter tribulationes nõ computatur: cum natura hominis hoc requirat. Quãdoque autem spiritale periculum est cõtra famam hominis, quę pertinet ad vitam ciuilem: & quantum ad hoc dicit; *A flagello linguæ absconderis.* dicitur autem flagellum linguæ detractio grauiter infamantis, a quo tunc homo absconditur, quando facta sua, de quibus possit infamari, latent detrahentem. & hæc est tertia tribulatio. Quandoque autem est aduersitas ex aliquo periculo generali: quod quidem imminet vel personis, vel rebus: personis quidem, vtpote quando alicui patriæ exercitus hostiũ superuenit: per quem etiam contrahitur vel mors, vel captiuatio: & quantum ad hoc dicit; *Et non timebis calamitatem cum venerit.* quasi dicat: in imminente calamitate ab hostibus tuæ patriæ tu non timebis. & hęc est quarta tribulatio. Rebus autem imminet commune periculum vel per sterilitatem terræ, quod est tempore famis, vel per aliquam deuastationem fructuum ab hostibus: & quantum ad hæc duo dicit; *In fame, & vastitate videbis.* i. abundantiam habebis, quæ erit tibi materia gaudii & sic tangit quintam & sextam tribulationem. Quandoque autem est aduersitas ab impugnatione brutorum animalium siue in communi, siue in particulari: & quantum ad hoc dicit; *Bestias terræ non formidabis.* & hæc videtur esse septima tribulatio, in qua non tangit malum. Post immunitatem autem a malis ponit abundantiam in bonis. & primo quantum ad fertilitatem terrarum dicens; *Sed cum lapidibus regionis pactum tuum.* quasi dicat: & etiam terrę lapidosæ & steriles tibi afferent fructum, secundum illud Deut. 32. Vt sugeret mel de petra &c. Secundo quãtum ad animalia bruta, & quãtum ad hoc dicit; *Et bestiæ terræ erunt tibi pacificæ.* i. non te offendẽt. Possent & hæc duo aliter exponi, vt scilicet per lapides intelligantur homines duri, & rudes: p bestias homines crudeles. Tertio quãtũ ad homines domesticos, cũ dicit; *Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum.* idest familia tua pacem habebit adinuicem. Quarto specificat quãtum ad vxorem: & quantũ ad hoc dicit; *Et visitans speciem tuam non peccabis.* q.d. habebis vxorẽ honestã, & pacificã, cum qua cõuersari poteris sine peccato. Quinto quantũ ad filios, vnde dicit; *Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.* idest habebis multos filios, & nepotes. Sexto quantum ad pacificam & quietam mortem: & quantum ad hoc dicit; *Ingredieris in abundantia sepulcrum.* quasi dicat: in bona prosperitate, non spoliatus rebus tuis: *Sicut infertur acervus tritici in tempore suo:* quasi non præuentus intempestiua & subita morte. Vltimo quidem approbat ea, quæ supra dixerat dicẽs: *Ecce hoc vt inuestigauimus ita est.* & quia existimabat Iob ita esse tristitia absorptum, quòd talia nõ multum cogitaret, eum reddidit attentum dicens; *Quod audiuit mente pertracta.*

Et scies, quoniam multiplex erit semen tuũ: & progenies tua quasi herba terrę. Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc ut inuestigauimus ita est; quod auditum mente pertracta.

CAPITIS SEXTI.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Iob dixit, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quã patior, in statera. Quasi arena maris hęc grauior appareret. vnde & uerba mea dolore sunt plena: Quia sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritũ meum: & terrores Domini militant cõtra me. Nũquid rugiet onager cum habuerit erbam, aut mugiet bos cum ante præsepe plenũ steterit? Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatũ affert mortem? Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi ei sunt. quis det ut ueniat petitio mea; & quod expecto, tribuat mihi Deus? Et qui cœpit, ipse me conterat? soluat manum suam, & succidat me? Et hæc mihi sit consolatio, ut affligẽs me dolore non parcat: nec contradicã sermonibus Sancti? Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam, aut quis finis meus, ut patienter agã? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.

LECTIO PRIMA.

Sicut ex superioribus patet, Eliphaz in lamento Iob tria notauerat, desperationem quidem, quæ uidebatur apparere propter odium præsentis uitæ: impatientiam autem, siue immoderatam tristitiam, propter suspiria, & gemitus quos se pati dicebat: præsumptionem uero, quia se innocentem asseuerat: & circa hæc tria totus superior Eliphaz sermo uersat. in quo ad ostẽdendum Iob peccato fuisse subiectum, & ideo aduersa tolerasse, proposuit inter cętera fragilitatem cõditionis humanæ, ex qua nullus potest se præsumere immunem esse a peccato. Hinc ergo Iob sumit suæ responsionis initium. certum est enim, quod ex fragilitate conditionis humanę nullus homo est immunis a peccato, quantumcunque iustus appareat: sed tamen in uiris iustis non sunt peccata grauia, & mortalia, sed sunt in eis peccata leuia, & uenialia, quæ ex negligentia, & surrectione proueniunt. Si autem hoc esset uerum, quod Eliphaz asserere nitebatur, ꝓ propriæ pœnæ peccatorum essent aduersitates præsentis uitæ; homines paterentur & propter grauia peccata graues, & propter leuia leues: & sic uiri iusti nunquam grauibus aduersitatibus subiacerent: quod patet esse falsum. hãc ergo rationem Iob contra disputationem Eliphaz proponit. unde dicitur: *Respondens autem Iob dixit: vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui.* quasi dicat, dicere non possum, in me nulla esse peccata: confido tamen in me non esse mortalia, sed uenialia. si ergo pro peccatis huiusmodi iram, idest pœnã a Deo meruit, debuisset saltem in statera iustitiæ appendi calamitas, & peccatum, ut secundum æqualitatem unum alteri responderet. sed aduersitas apparet multo maior ipso peccato: & hoc est quod subdit; *Quasi arena maris.* idest incomparabiliter: *Haec.* scilicet calamitas; *Grauior appareret.* si sentẽtia Eliphaz esset uera, quod aduersitates in hoc mundo infliguntur solum secundum peccata, pro grauibus peccatis, hæretici graues pœnas sustinerent. sed hæc sua sententia non est uera: cum appareat multos sceleratos, quorum peccatis peccata Iob comparata, quasi nulla erant, quasdam leues aduersitates

sustinere. Ex hoc autem, vlterius procedit ad excusandum se a tristitia, quam verbis expresserat dicens; *Vnde & uerba mea plena dolore sunt.* quasi concludendo infert, quia dolor ex aduersitatis magnitudine causabatur. Causam autem doloris subiungit duplicem. causatur enim dolor interdum ex iis, quæ aliquis iam perpessus est. interdum vero ex iis, quæ pati timet. primo ergo assignat causam sui doloris ex iis, quæ perpessus fuerat, dicens; *Quia sagittæ Domini in me sunt.* in quo ostendit ex improuiso se fuisse afflictum. Nam sagitta ex remoris, & ex improuiso venit, & vt ostendat percussionis magnitudinem, subiungit; *Quarum indignatio ebibit spiritum meum.* idest me respirare non permisit, sed totaliter, quidquid in me virium, aut consolationis esse poterat, sustulit. Deinde ostendit causam doloris ex iis, quæ pati timebat, dicens: *Et terrores Dei militant contra me.* solent enim afflicti ex spe melioris status consolari: sed cum post afflictionem, aliquis iterum similia uel maiora timet, nulla videtur esse consolatio residua. Posset autem aliquis dicere: causam quidem doloris habes, sed ex ea in verba doloris prorumpere non deberes. Contra quæ respondet Iob ex iis, quæ in aliis animalibus inuenimus. homo enim aliis animalibus similis est, in natura sensitiua. unde ea, quæ naturam sensitiuam sequuntur, adsunt homini, sicut & aliis animalibus. quod autem naturale est, non potest totaliter vitari. inuenitur autem in aliis animalibus, quòd afflictionem cordis ore exprimant; & hoc significat dicens: *Nunquid rugiet onager, cum habuerit herbam: aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit?* quasi dicat, non. Rugit autem onager, & mugit bos, cum necessario victu caruerint. in quo apparet, naturale esse animalibus, quòd interiorem afflictionem exprimant voce. Rursus, aliquis diceret, posset, naturale esse, quòd dolor conceptus, voce exprimatur, sed ad sapientem non pertinere, quòd ex quibusdam causis tristitiam corde concipiat, vt Stoici posuerunt. Sed hoc ostendit Iob esse contra naturam sensitiuam. Nam sensus non potest non refugere id, quod est nociuum, vel inconueniens. & ideo dicit; *Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum?* quasi dicat, non: quia videt, quòd huiusmodi insipida non conueniunt ad delectationem gustus, & similiter ea, quæ non sunt delectabilia, non potest cor hominis libenter acceptare, & multo minus illa, quæ sunt amara & noxia. unde subdit: *Aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?* quasi dicat, non. & sicut hoc est impossibile in sensu exteriori, ita impossibile est, quòd ea, quæ per sensus exteriores apprehenduntur, vt noxia, sine tristitia recipiantur: sed quia sapiens, licet tristitiam patiatur, eius tamen ratio a tristitia non absorbetur, sicut Iob, qui licet tristitiam pateretur, tamen ei maxima inerat solicitudo, & timor, vt se contra tristitiam tueretur, ne p tristitiã duceretur in aliquod uitiosum, qd̃ vt vitaret, præoptabat mortẽ, & ad hoc exprimẽdũ dicit: *Quæ prius tangere nolebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* quasi dicat, ea, q̃ prius anima mea abhorrebat, nunc delectabiliter appetit: & quæ sunt ista, ostendit dicens; *Quis det ut ueniat petitio mea. & vt* hanc petitionem non ore teneat tantum, sed etiam ex intimo corde proponere ostendatur, subiungit; *Et quod expecto, tribuat mihi Deus?* & quæ sit ista petitio, ostendit subdens; *Et qui cœpit.* scilicet me affligere. *Ipse me conterat.* super mortem. & hoc est quod subdit. *Soluat manum suam, & succidat me.* manum Dei dicit potentiam diuinam qua ipsum Deus afflixerat, quæ quidem manus, quodammodo ligata videtur diuina voluntate, dum per misericordiam affligere desistit, soluitur autem quodammodo, dum ad finem occisionis percussio diuina perducitur: & quia dixerat ea, quæ prius tangere nolebat, nunc cibos suos esse, ostendit quomodo hoc sit intelligendum: quia, scilicet mors, quæ sibi fuerat horribilis, nunc effecta est dulcis. unde subdit: *Et hæc mihi sit consolatio, ut affligat me. do.* scilicet Deus. *Non parcat.* idest non retrahat manum suam, sed me ad mortem perducat. & quare hoc optet, ostendit per id, quod subdit; *Nec contradicam sermonibus Sancti.* idest Dei. hoc est eius iudiciis sanctis, quibus me afflixit. timebat enim Iob, ne per afflictiones multas ad impatientiam deduceretur, ita quòd ratio tristitiam reprimere non posset. Impatientiæ autem ratio est, cum ratio alicuius, adeo a tristitia deducitur, quòd diuinis iudiciis cõtradicat. si vero aliquis tristitiam quidem patiatur secundum sensualem partem, si ratio diuinæ voluntati se conformet, non est impatientiæ defectus, & sic falsò Eliphaz arguebat Iob, vbi dixerat, Nunquid venit super te plaga, & defecisti? licet enim tristaretur, non tamen defecerat. Deinde assignat rationem de propria fragilitate, quare timebat, ne ad hoc perduceretur, vt contrediceret sermonibus Sancti. huiusmodi enim timor ex duplici causa posset tolli, primo quidem, si tanta esset sibi rationis fortitudo, vt nullo modo superari posset, sicut est in illis, quorum est liberum arbitrium per gratiam confirmatum: sed hanc fortitudinem in se non sentiebat: vnde dicit; *Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam?* scilicet tot tribulationes. Secundo, si tribulationes, & tristitias aliquo breui tempore tolerare oporteret. & ideo ad hoc remouendum adiungit: *Aut quis finis meus, ut patienter agam?* quasi dicat, quis terminus tribulationibus meis positus est, vt vsque ad illum expectans, possim præsumere me patientiam seruaturum? & ad horum expositionem subiungit dicens; *Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea.* fortitudo enim lapidis, sine sensu est, fortitudo autem hominis est, cum sensu eorum quæ noxia sunt: propter quod subdit: *Nec caro mea ænea est.* idest sine sensu, quia quamtumcunque ratio mortalis hominis fortis sit, necesse est quòd ex parte carnis experiatur sensum doloris, & per hoc excluditur increpatio Eliphaz, qui tristitiæ beatum Iob arguebat. Etsi enim inesset beato Iob fortitudo mentis, aderat tamen ex parte carnis sensus doloris, quem tristitia sequebatur. Similiter etiam per hoc confutatur opinio Stoicorum, dicentium sapientem non tristari, cuius opinionis Eliphaz fuisse videbatur. beatus autem Iob hoc defendere intendit, quòd sapiens tristatur quidem, sed ad hoc studet per rationem, vt ad inconueniens non deducatur: quod etiam Peripathetici posuerunt.

LECTIO II.

NEC non est auxilium mihi in me: & necessarii quoque mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo misericordiam: timorem Domini derelinquit. Fratres mei præterierunt me, sicut torrens: qui raptim transit in conuallibus. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Tempore quo fuerunt dissipati, peribunt: & vt inealuerint, soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt. Considerate semitas themam, itinera saba: & expectate paulisper. Confusi sunt, quia speraui. Venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. Nunc venistis, & modo videntes plagam meam, timetis. Nunquid dixi, afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi? vel liberate me de manu propria fragilitate, quare timebat, ne ad hoc perduceretur, vt contrediceret sermonibus Sancti. huiusmodi enim timor ex duplici causa posset tolli, primo quidem, si tanta esset sibi rationis fortitudo, vt nullo modo superari posset, sicut est in illis, quorum est liberum arbitrium per gratiam confirmatum: sed hanc fortitudinem in se non sentiebat: vnde dicit; *Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam?* scilicet tot tribulationes. Secundo, si tribulationes, & tristitias aliquo breui tempore tolerare oporteret. & ideo ad hoc remouendum adiungit: *Aut quis finis meus, ut patienter agam?* quasi dicat, quis terminus tribulationibus meis positus est, vt vsque ad illum expectans, possim præsumere me patientiam seruaturum? & ad horum expositionem subiungit dicens; *Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea.* fortitudo enim lapidis, sine sensu est, fortitudo autem hominis est, cum sensu eorum quæ noxia sunt: propter quod subdit: *Nec caro mea ænea est.* idest sine sensu, quia quamtumcunque ratio mortalis hominis fortis sit, necesse est quòd ex parte carnis experiatur sensum doloris, & per hoc excluditur increpatio Eliphaz, qui tristitiæ beatum Iob arguebat. Etsi enim inesset beato Iob fortitudo mentis, aderat tamen ex parte carnis sensus doloris, quem tristitia sequebatur. Similiter etiam per hoc confutatur opinio Stoicorum, dicentium sapientem non tristari, cuius opinionis Eliphaz fuisse videbatur. beatus autem Iob hoc defendere intendit, quòd sapiens tristatur quidem, sed ad hoc studet per rationem, vt ad inconueniens non deducatur: quod etiam Peripathetici posuerunt.

LECTIO SECVNDA.

OSTENDERAT Iob in præcedentibus se rationabiliter dolorem sensisse, & verba doloris protulisse, sed dolore non esse absorptum, propter ea, quæ passus erat. sed quia interdum homo, licet aliqua aduersa patiatur, ita se suo & alieno auxilio, & solatio contra aduersa tuetur, vt vel paruum, vel nullum inde dolorem concipiat. vult ostendere beatus Iob se huiusmodi remediis esse destitutum, vt ex hoc appareat euidentius, se rationabiliter verba doloris protulisse. & primo quidem ostẽdit se prædictis remediis destitutum esse ex parte sua, cum dicit: *Ecce non est auxilium mihi in me.* & si enim bona eius aliqualiter direpta fuissent, posset hoc absque tristitia tolerare, si se posset adiuuare ad recuperandum bona amissa, & ad vindicandum iniuriam illatam. sed hoc non poterat, omnibus diuitiis, filiis, & proprii corporis sanitate destitutus. rursus multa per nos ipsos non possumus, quæ possumus per amicos. & ideo Iob secundo ostendit se etiam auxilio amicorum destitutum esse, cum dicit: *Necessarij quoque mei.* idest familiares, & domestici, *Recesserunt a me.* & quòd hoc non sine culpa illorum sit, ostendit subdens: *Qui tollit ab amico suo misericordiam*, scilicet in tempore miseriæ, *Timorem Domini derelinquit*, idest reuerentiam, quam debet habere ad Deum, & propter quem, & in quo proximus diligendus est. Qui non diligit fratrem suum quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? vt dicitur Ioann. Epist. 1. Capit. 4. De-

inde ostendit se etiam a consanguineis esse derelictum, dicens: *Fratres mei*. idest, consanguinei mei, *Præterierunt me*. loquitur ad similitudinem simul in via incedentium, ac si vno cadente in foueam, alij nihilominus præcedant, eo dimisso. Et quidem aliqualiter excusabiles essent, si postquam aliquo tempore auxilium tulissent, dimisissent, vel ꝓpter tædium, vel propter desperationem adiuuandi. Et ideo, ut inexcusabiles sint, ostendit, se statim, & subito ab eis esse desertum; quod significat cum subdit: *Sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus*, qui uelocissime mouetur. Et ne hoc se impune fecisse credant, subiungit; *Qui timet pruinam, irruet super eum nix*. Quasi dicat; qui propter timorem minoris periculi, a iustitia & misericordia discedit, in maiora pericula deducetur, vnde & fratres Iob, qui eum præterierunt compati nolentes, ipsi tristitiam in propriis personis suis sustinebunt, & quòd eorum pericula futura sint sine remedio, ostendit subdens: *Tempore quo fuerint dissipati*, idest, tempore quo incurrent aliqua pericula: *Peribunt*, scilicet totaliter; *Et ut incaluerint, soluentur de loco suo*, loquitur sub metaphora niuis, de qua fecerat mentionem: quæ cum multum firmata fuerit per congelationem, non statim a propria solis calefactione dissoluitur, sed cum non est congelata, statim ad radium solis dissoluitur, & fluit. Hoc est ergo quod dicit. Vt incaluerint, soluentur de loco suo, idest, statim ad primum impetum aduersitatis, quasi cuiusdam caloris, tota eorum prosperitas dissoluetur. vnde dicit: *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum*. illud enim, quod inuoluitur, in se ipsum quadam tortuositate redit. illorum quidem semitæ inuolutæ sunt, qui in consanguineis & amicis nihil, nisi propriam vtilitatem quærunt: propter hoc, in tempore prosperitatis amicitiam simulant, sed in tempore aduersitatis derelinquunt. Sed homines qui fraudulenter propriam vtilitatem quærunt, plerunque a sua spe deficiunt. Et ideo subdit; *Ambulabunt in uacuum*. tunc enim aliqui in vacuum ambulare dicuntur, quando a fine ambulationis deficiunt. & non solum eorum spes euacuabitur, sed etiam contrarium eis accidet. vnde sequitur; *Et peribunt*. idest, totaliter destruentur. Sic ergo, cum Iob neque in seipso, nec in domesticis, nec in consanguineis auxilium haberet, non immerito doloris verba protulerat. Consequenter ostendit, quòd nec in aliis amicis. Vnde dicit; *Considerate semitas Themam, itinera Saba*. in quibus regionibus maxime videbatur habuisse amicos. Nam & Eliphaz de Themam venerat; *Et expectate paulisper*, considerantes. scilicet: vtrum aliqui per has vias veniant, ad auxilium mihi ferendum: & hoc non videbitis: *Quia confusi sunt*. scilicet venire ad me: *Quia speraui*. idest, quia tempus erat, in quo ab eis auxilium sperare debebam. homines enim, qui auxiliari nolunt, confunduntur visitare illos, a quibus existimant sibi rationabiliter posse peti auxilium: venerunt quoque aliqui, qui scilicet, non mihi dederunt auxilium, cum cognoscerent se debere, nec est mirum de aliis, cum etiam uos, qui sapientiores videmini, in hoc deficiatis. Vnde subdit. *Nunc uenistis, & modo uidentes plagam meam, timetis*. ne forte, scilicet, oporteat uos mihi auxilium ferre: sed non timeatis: quia in nullo auxilium vestrum requisiui, nec requiro a vobis vt subueniatis mihi in denariis. Hoc est quod dicit; *Nunquid dixi, afferte mihi, & de substantia uestra donate mihi?* nec petii a uobis auxilium in bello contra hostes, & hoc est quod subdit; *Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me*. nec petii a vobis auxilium doctrinæ, & hoc est quod dicit; *Nunquid dixi, docete me?* scilicet in speculatiuis. *Et ego tacebo, & siquid forte ignoraui, instruite me*, scilicet in agendis. Nec solum vos mihi auxilium non præbetis, sed etiam quantum in vobis est, me verbis affligitis, & hoc est quod subdit; *Quare detraxistis sermonibus ueritatis?* quos scilicet, primo protuli in mea lamentatione, quam Eliphaz reprehendere uisus est, vt dictum est. Et ut hæc detractio inexcusabilis ostendatur, excludit omnia illa, quibus aliquis reprehensor a detractione potest excusari.

hostis, & de manu robustorum eruite me? Docete me, & ego tacebo: & siquid forte ignoraui, instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e uobis nullus sit, qui possit arguere me? Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. Veruntamen quod cœpistis, explete. Præbete aurem, & uidete an mentiar. Respondete obsecro, absque contentione: & loquentes id, quod iustum est, iudicate. Et non inuenietis in lingua mea

G

iniquitatē, nec in faucibus meis stultitia personabit.

F

Quorum primum est, cum aliquis maioris authoritatis alium pro culpa reprehendit, & hoc excludit dicens: *Cum in uobis nullus sit, qui possit arguere me*. Secundum est, cum aliquis contra aliquem verba dura profert ad eius vtilitatem, & non ad ipsum exacerbandum, & hoc est quod subdit: *Ad increpandum tantum*, & non ad vtilitatem. *Eloquia concinnatis*, idest, studiose componitis, vt non videantur leuiter esse dicta. Tertium est, cum aliquis uerba, quæ profert contra aliquem, efficacibus rationibus munit: & hoc remouet dicens: *Et in uentum uerba profertis*. quasi dicat, verba vestra inania sunt, nullum robur rationis habentia. Quartum est, cum aliquis aliquem reprehendit eo tempore, & in illo statu, in quo præsumi potest, quòd non fiat inde deterior, sed melior. Sed si aliquis eo tempore aliquem reprehendere velit, quo consternatus animo & ad iram dispositus est, videtur non velle correctionem, sed subuersionem. Et ideo dicit; *Super pupillum irruitis, subuertere nitimini amicum uestrum*. se ipsum pupillum nominat, quia in tristitia positus, omni auxilio destitutus erat: & ne quis putaret, quòd hoc diceret, timens contendere cum eis, quasi de veritate suæ sententiæ, & iustitia suæ causæ non præsumeret, subiungit; *Veruntamen, quod cœpistis explete*. vt scilicet ex mutua disputatione, veritas elucescat, vnde subdit: *Præbete aurem*, idest

H

auscultate: *Et uidete*, idest considerate: *An mentiar*. hoc est enim primum impedimentum veritatis inueniendæ per disputationem, cum aliquis ea, quæ ab aduersario dicuntur, audire non vult. Secundum impedimentum est, cum ad audita clamose & contumeliose respondet, & ad hoc remouendum dicit; *Respondete obsecro absque contentione*. Est enim contentio, ut Ambrosius dicit, impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Tertium impedimentum est, cum aliquis in disputatione non intendit ad veritatem, sed ad victoriam & gloriam, vt accidit in disputationibus litigiosis, & sophisticis, & quantum ad hoc dicit: *Et loquentes id quod iustum est, iudicate*. vt scilicet concedatis ea, quæ vobis videntur vera, & negetis quæ videntur falsa, & si hoc feceritis:

I

Non inuenietis in lingua mea iniquitatem. scilicet aliquid contra iustitiam quæ debetur proximo, *Nec in faucibus meis stultitia personabit*. scilicet aliquid contra sapientiam, qua recte sentitur de Deo. Intendebat enim circa diuina, & circa humana & defendere, & probare veritatem.

K

CAPITIS SEPTIMI.

LECTIO PRIMA.

MILITIA est uita hominis super terram, & sicut dies mercenarii dies eius.

B

Sicut ceruus desiderat vmbram: & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam: quando consurgam? & rursum expectabo vesperam: & replebor doloribus vsque ad tenebras.

LECTIO PRIMA.

ELIPHAZ in superioribus volens, beatum Iob a desperatione remouere, ei quandam terrenam beatitudinem repromiserat, si increpationē Domini non reprobaret. Vnde beatus Iob postquam tristitiæ suæ rationabiles causas ostendit, vult vlterius ostendere prædictam consolationem Eliphaz, ex repromissione terrenæ felicitatis esse incongruam. Et primo hoc ostendit ex conditione præsentis vitæ, postmodum vero id ostendet ex sua propria conditione. Circa conditiones uero præsentis vitæ, diuersa fuit hominum sententia. quidam enim posuerunt in hac vita vltimam felicitatem esse, & hanc sententiam videtur sequi Eliphaz: ibi enim, est vltimus finis hominis; vbi expectat finalem retributionem pro bonis aut malis; vnde si in hac vita homo remuneratur a Deo pro bene actis, & punitur pro malis, vt Eliphaz videbatur asserere: consequens videtur, quòd in hac vita sit vltimus hominis finis. Hanc autem sententiam intendit Iob reprobare, & vult ostendere, quòd præsens vita hominis non habet in se vltimum finem, sed comparatur ad ipsum, sicut motus ad quietem, & via ad terminum, & ideo comparat eam illis statibus hominum, qui tendunt ad aliquem finem, scilicet statui militum, quia militando ad victoriam tendunt. & hoc est quod dicit; *Militia est uita hominis super terram*. ac si dicat, vita præsens, qua super terram viuimus, non est sicut status victoriæ, sed sicut status militiæ. comparat etiam eam statui mercenariorum: & hoc est quod subdit. *Et sicut mercenarij dies eius*. scilicet hominis super terram viuentis. Comparat autem præsentem vitam his duobus statibus propter duo, quæ imminent homini in præsenti vita, vt scilicet resistat impedimentis & nociuis, & propter hoc comparatur militiæ: & vt operetur utilia ad finem: & propter hoc comparatur mercenario. Ex vtroque autem exemplo datur intelligi præsens vita diuinæ prouidentiæ subdi, nam milites sub duce militant: & mercenarii a patrono operis mercedem expectant. Satis etiam in his duobus exemplis apparet falsitas sententiæ, quam Eliphaz defendebat. Manifestū est enim quòd dux exercitus, strenuis militibus non parcit periculis aut laboribus, sed secundum ꝙ militiæ ratio exigit interdum eos & maioribus laboribus, & maioribus periculis exponit, sed post uictoriam adeptā magis strenuos plus honorat. sic & paterfamilias, melioribus mercenariis maiores labores committit, sed in tēpore mercedis eis maiora munera largitur. vnde nec diuina prouidentia hoc habet, vt bonos magis ab aduersitatibus & vitæ præsentis laboribus eximat, sed quòd in fine eos magis remuneret. Quia ergo ex his Eliphaz sententia tota subruitur, ad eorum confirmationem Iob intendit, & eam efficaci ratione demonstrat. Manifestum est enim quòd quælibet res adepto vltimo fine, quiescit. vnde necesse est, quòd cum ipsa uoluntas humana vltimum finem consecuta fuerit, in illo quiescat, & vlterius ad alia desideranda non moueatur. hoc autem contrarium in præsenti vita experimur. nam semper homo quasi non contentus præsentibus, futura desiderat. Vnde manifestum est in hac uita vltimum finem non esse, sed hanc vitam ad alium finem ordinari, sicut ordinatur militia ad victoriam, & dies mercenarii ad mercedem. Sciendum est autem, quòd in præsenti uita præsentia non sufficiunt, sed desiderium tendit in futura propter duo, scilicet propter afflictiones præsentis uitæ, & propter hoc inducit exemplum animalis desiderantis vmbram dicens; *Sicut ceruus*. ab æstu afflictus, *Desiderat umbram*: qua refrigeretur, & propter defectum perfecti boni & fi-

A

nalis, quod hic non habetur, & ideo ponit exemplum de mercenario, dicens; *Et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui*. perfectum enim bonum est hominis finis: *Sic & ego habui menses uacuos*. idest, reputaui menses, præteritos mihi vacuos præteriisse: vtpote, in quibus perfectionem finalem adeptus non eram: *& noctes* deputatas quieti contra afflictiones; *Laboriosas numeraui mihi*: idest, reputaui ac si essent laboriosæ, inquātum in eis retardabar a prosecutione finis. Quomodo autem habuerit menses vacuos, & noctes laboriosas, exponit, subdens; *Si dormiero*, idest, cum fuerit tempus dormiendi de nocte: *dicā quando consurgam?* exoptans diem. *Et rursum*. facto die. *Expectabo uesperam*. & sic semper in futurum per desiderium tendens, & hoc quidem est commune omni homini uiuenti super terram, sed plus, & minus hoc sentiunt homines, secundum quod magis, aut minus gaudiis aut tristitiis afficiuntur. nam qui in gaudio est, minus considerat futurum, plus autem qui in tristitia. & ideo, vt hoc desiderium Iob in se esse vehemens ostendat, subiungit, *Et replebor doloribus usque ad tenebras*.

C

propter quos dolores, præsens tempus si est mihi tædiosum, futurum magis desidero.

LECTIO II.

INDVTA est caro mea putredine: & sordibus pulueris cutis mea aruit, & contracta est.

LECTIO SECVNDA.

OSTENDERAT supra beatus Iob consolationem Eliphaz ex promissione felicitatis in vita æterna fuisse ineptam, ex generali conditione vitæ hominis super terram, nunc autem intendit ostendere eandem consolationem ineptam esse ex sua propria conditione, & proponit duo, quæ impediunt ipsam expectare prosperitatem super terram, quorum primum est infirmitas corporis, quam patiebatur, homini enim graui infirmitate detento, nil potest contingere,

D

quod eum in hac uita faciat esse felicem, & ideo dicit: *Induta est caro mea putredine*. quasi dicat, vndique corpus meum circundatum est putredine, sicut corpus circundatur vestimento. & quia vulnera in principio curata ad sanitatem perueniunt, ostendit vulnera sua esse neglecta, vnde dicit; *Et sordibus pulueris*. non enim erant debito modo curata, quia (ad litteram) in sterquilinio iacebat, vt supra dictum est. Expectatur autem sanitas vulnerum, etiam si vulnera sint neglecta, quando natura est fortis, sed in Iob etiam vigor naturæ defecerat. vnde dicit; *Cutis mea aruit & contracta est*. quia humor naturalis iam consumptus est, vel propter senectutem, vel propter infirmitatem. vnde non videtur locus, vt in hac vita vlterius fælicitatem expectem. Secundum est, quòd plurimum tempus vitæ suæ iam præterierat. vnde modicum tempus restabat, nec in eo poterat magnam fælicitatem

E

expectare. & propter hoc dicit; *Dies mei uelocius transierunt quàm a texente tela succiditur*, vita enim hominis quantum ad aliquid similis est texturæ. sicut enim ille qui texit telam, fila filis adiungit, vt ad perfectionem telæ perueniatur: qua perfecta, eam succidit: sic ad hoc vt uita hominis perficiatur, dies diebus adduntur. cum autem fuerit perfecta, totaliter succidetur. Ideo autem ait, quòd velocius transeunt dies hominis quàm tela succidatur: quia in opere telæ textor interdum quiescit: sed tempus uitæ hominis absque quiete continuo labitur. Sed posset aliquis dicere, quòd licet plurimum temporis vitæ eius transierit, adhuc tamen posset expectare reditum ad statum vitæ præteritæ.

uitæ. posuerunt enim aliqui, quòd post mortem transactis plurimis annorum circulis, homo rediturus erat ad eandem uitæ seriem, quam prius egerat, ut puta, quòd Plato in futuris temporibus lecturus erit Athenis: & eadem acturus, quæ prius egit. & sic homo licet plurimum temporis uitæ eius transierit, posset expectare restitutionem beatitudinis in uita terrena: & ideo ad hoc remouendum, subiungit Iob: *Et consumpti sunt absque ulla spe*. redeundi, scilicet ad pristinos dies. & ad hoc probandum, subiungit; Ad dominum loquens. ad quem, ab illo loco; Militia est uita hominis super terram, uidetur direxisse sermonem, dicens: *Memento, quia uentus est uita mea*. idest uento similis. sicut enim ventus pertransit, & ultra non reuertitur; ita uita hominis cum pertransierit, non redit, & hoc est quod subdit: *Et non reuertetur oculus meus, ut uideat bona*. scilicet terrenæ uitæ, quæ quondam habui, & nunc amisi, & sicut cum uita mea præterierit, ego non reuertar, ut uideam bona terrena, sic nec videbor ab oculo terreno. unde sequitur; *Nec aspiciet me uisus hominis*, ponit enim hic duo, ut significet quòd non reuertetur ad conuersationem humanam, quæ maxime consistit in uidere, & uideri. nam uisus, cum sit subtilior sensuum, principatum tenet in uita sensibili. Sed quamuis post mortem ab hominis oculo se dixerit non uidendum, confitetur tamen se uidendum esse ab oculo diuino, in hoc quod subdit; *Oculi tui in me*. scilicet erunt. Deo enim mortui conspicui sunt, qui spiritualia intuetur, quia mortui secundum spiritum uiuunt, non secundum carnem, quam visus hominis aspicere potest. Posset autem aliquis ex hoc intelligere, quòd oculi *Dei ita* respiciant mortuum, non secundum statum præsentem, sed secundum quòd respicit futura, quasi homo mortuus iterum rediturus sit ad uitam, quam dimisit. & ideo ad hoc excludendum, subiungit; *Et non subsistam*. quasi dicat, sic dico, quòd oculi tui in me erunt post mortem, quòd tamen ego postmodum iterato, non subsistam in statu huius uitæ terrenæ. & hoc probat per simile, cum subdit; *Sicut consumitur nubes, & pertransit*, sic qui descendit ad inferos & non ascendet. Dicuntur autem mortui ad inferos descendere, uel quia secundum animam ante Christi mortem omnes ad infernum descendebant, uel quia secundum carnem sub terra ponuntur. quantum enim ad præsens pertinet, nihil differt quo modocunque exponatur. nihil enim aliud uult dicere, nisi quòd mortui non redeunt ad uitam præteritam. & hoc probat in quadam simili probatione sufficienti. Sicut enim Philosophus docet in secundo de Generatione, tam in corporibus corruptibilibus, quàm in corporibus incorruptibilibus, quidam circularis motus apparet. sed hæc est differentia, quia in corporibus cælestibus secundum circulationem reiteratur idem numero, sicut idem sol numero, qui occidit, redit ad ortum: & hoc ideo, quia substantia non corrumpitur in tali mutatione, sed solus locus mutatur. In motu uero generabilium & corruptibilium non redit idem numero, sed idem specie, patet enim quòd secundum circularem motum solis, nubium circulatio quædam fit in dispositione aeris. nam in hyeme *fiunt* nubes, & postmodum in æstate consumuntur. & iterum redeunte hyeme, redeunt nubes. non tamen eædem numero, sed specie: quia illæ nubes, quæ priùs fuerunt, omnino disparuerunt: & similiter est in hominibus: non enim iidem homines per generationes redeunt, qui prius fuerunt secundum numerum, sed solum secundum speciem. Ex quo patet solutio rationis illorum, qui ponebant reditum ad eandem uitam, & ad eosdem actus. credebant enim quòd inferiora disponuntur secundum motum corporum cælestium: unde, cum redierit eadem constellatio post plurima temporum spatia, crederent, quòd rediret eadem res numero. non est autem necesse quòd redeant eadem numero ut dictum est, sed solum similes secundum speciem. Ponebant autem isti, quòd homo mortuus post certa temporum spatia, non solum rediret ad uitam, sed etiam ad easdem possessiones & domos, quas prius habebat: & ideo ad hoc excludendum, subiungit; *Nec reuertetur ultra ad domum suam*. ponebant etiam quòd eadem opera acturus erat, quæ prius egit, & eadem officia, & dignitates habiturus. unde ad hoc etiam excludendum, subiungit; *Nec cognoscet eum amplius locus eius*. idest nō redibit ulterius ad locum suum. & accipitur hic locus pro statu personæ, illo modo loquendi, quo dicere consueuimus, Iste habet magnum locum in ista ciuitate. Manifestum est autem ex his, quòd Iob hic resurrectionem, quam fides asserit, non negat; sed reditum ad uitam carnalem, quam Iudæi ponunt, & alii quidam philosophi posuerunt. Nec hoc etiam contradicit narrationi scripturæ de hoc, quòd aliqui sunt resuscitati ad uitam præsentem. quia aliud est quod miraculose agitur, aliud est, quod agitur secundum cursum naturalem, prout hic loquitur Iob. Considerandum est etiam, quia quod supra dixit, Memento quia ventus est uita mea, non ideo dixit, quasi in Deum obliuio cadat: sed loquitur ex hypothesi positionis aduersariorum. Si enim Deus repromitteret homini, cuius uita iam quasi præteriit, bona in hac uita terrena, videretur quasi oblitus, quia uita hominis ad modum ventri, sine reditu transit.

Dies mei uelocius transierunt, quàm a texente tela succiditur: & consumpti sunt absque ulla spe. Memento, quia ventus est uita mea, & non reuertetur oculus meus, ut uideat bona, nec aspiciet me uisus hominis. Oculi tui in me: & non subsistam. Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur ultra in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius.

LECTIO III.

QVAPROPTER, & ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere? Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor, loquens mecum in stratu meo: Terrebis me per somnia, & per uisiones horrore concuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Desperaui, nequaquam ultra iam uiuam.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM ostendit Iob consolationem Eliphaz, promittentis prosperitatem terrenam fuisse incongruam per rationes ostensuas, nunc idem ostendit, deducendo ad inconueniens: quia, si illi consolationi inniteretur, quæ ex spe terrenæ prosperitatis sibi aliquando secūdum Eliphaz danda erat, cum ista spes friuola sit & vana, ut ostensum est, sequeretur, quòd oporteret eum adhuc in tristitia remanere, & doloris verba proferre, & penitus desperare. & ideo quasi contra populum disputans, concludit; *Quapropter*. scilicet vanum est expectare prosperitatem terrenam, ut ostensum est; & aliunde non habetis, unde me consolemini: ergo: *& ego*, quasi consolatione destitutus, *Non parcam ori meo*, quin loquar verba lamentationis, prout mens suggeret. & hoc est quod subdit: *Loquar in tribulatione spiritus mei*. scilicet, secundum quòd tribulatio, quam patior, spiritum meum impellit ad loquendum. nec solum aderat ei tribulatio exterior, sed & tristitia interior exinde concepta, & ideo subdit; *Confabulabor cum amaritudine animæ meæ*. idest in amaritudine, quasi fabulosa verba loquar, secundum quòd amaritudo animæ meæ mihi ministrabit. Inter cetera autem quæ homines amaricati confabulari solent, præcipue solent inquirere de causis suæ amaritudinis, quia vix est aliquis amaricatus, quin videatur sibi uel penitus iniuste, uel plus iusto afflictus esse. & ideo Iob gerens personam hominis amaricati, inquirit de causa afflictionis suæ, dicens; *Nunquid mare sum ego, aut cetus, quia circundedisti me carcere?* vbi notandum est, quia aliter prouidentia diuina operatur circa creaturas rationales, & aliter circa irrationales. In creaturis enim rationalibus, inuenitur meritum, & demeritum, propter liberum arbitrium, & propter hoc debentur eis pœnæ & præmia, creaturæ vero irrationales, cum non habeant liberum arbitrium, nec merentur, nec demerentur pœnas & præmia: sed operatur Deus circa eas ad earum ampliationem, uel restrictionem, secundum quòd competit ad bonum uniuersi.

Ex qua

Ex qua quidem prouisione, seu ratione contingit, quòd Deus mare coercet ne totam terræ superficiem occupet, ut sit locus animalibus ex terra nascentibus. sic etiam cete infra mare oceanum coercet, ne si in alia maria deduceretur, aliquibus posset esse etiam nocumētum. & ideo inquirit Iob utrum similis causa sit suæ afflictionis causa, propter quam coarctatur mare aut cetus, ut scilicet afflictus sit, non propter aliquod suū detrimētum: sed propter aliquam utilitatem exinde aliis prouenientem. Dicit autem se carcere circūdatum, eo quòd ita oppressus erat tribulatione, quòd ex nulla parte patebat sibi uel liberatio, uel consolatio, & ideo consequenter ostēdit se priuatum esse illis remediis, quibus afflicti solent consolari, quorū unum est somnus, nam propter somnum tristitia mitigatur, & hoc notatur cū dicit: *Si dixero consolabitur me lectulus meus*. scilicet tēpore dormitionis. Aliud remedium est cum homines sapiētes per deliberationem rationis se ipsos consolantur, & hoc remedium tangit cum dicit: *Releuabor*. scilicet ab oppositione tristitiæ. *Loquens mecum*. per deliberationem rationis *In stratu meo*. homines enim sapientes quando solitarii sunt, & a tumultibus hominum & negotiorum semoti, tunc magis secum loqui possunt, secundum rationem aliquid cogitando: sed ista remedia eum iuuare non poterant, quia tempore quo his remediis uti debebat, aderant sibi alia impedimenta, quibus perturbabatur, scilicet somnia terribilia, & uisiones horribiles, & hoc est quod subdit: *Terrebis me per somnia*. quæ scilicet dormienti apparent *Et per uisiones*. quæ scilicet apparent uigilantibus ab usu exteriorum sensuum alienato. *Horrore concuties*. solent enim nocturna phantasmata conformia esse diurnis cogitationibus. unde quia Iob in die mæstores cogitabat, similibus phātasmatibus perturbabatur in nocte: infirmitas etiam corporis ad hoc operatur, ut perturbata phantasmata dormientibus appareant. sic ergo undique consolatione exclusa, nullus modus mihi remanet tot angustias euadendi nisi per mortem, & ideo prelegi mortem quamtuncunque abiectam, ut uitem tantam miseriam, & hoc est quod dicit; *Quamobrem elegit suspendium animæ meæ?* & ne putaretur hæc electio ex aliqua infirma cogitatione prouenire, aliis fortibus cogitationibus repugnantibus subiungit, nil esse in se tam forte, quod mortem non desideret. & hoc est quod dicit; *Et mortem ossa meæ*: solet enim per ossa in scriptura id quod est in homine robustius, designari, & quare hoc eligit, ostendit cum subdit; *Desperaui* idest a spe quam mihi dedisti, ut iterum fruar prosperitate terrena. & quare desperauerat ostendit subdēs; *Nequaquam ultra iam uiuam*. in quo duo possunt intelligi, quæ supra poluerat; scilicet quòd maius tempus uitæ suæ iam præterierat, & quòd non erat reditus post mortem ad eandem uitam, ut scilicet uiueret super terram. hoc ergo inconueniens inferebat ipse Iob ex consolatione Eliphaz, quòd scilicet desperatus mortem eligeret, & non haberet unde tristitiam reprimeret.

LECTIO IIIII.

POSTQVAM ostendit Iob, quòd consolatio Eliphaz ex promissione fœlicitatis terrenæ, inducebat eum ad desperationem & desiderium mortis, ostendit quid sibi sperandum relinquatur a Deo, ut scilicet tribulatio illata cesset, & hoc est quod dicit; *Parce mihi Domine*. quasi dicat, a spe prosperitatis terrenę decidi, hoc mihi sufficit ut parcas, idest flagellare desistas. & quia ad parcendum inducere solet paruitas & miseria hominis, subiungit; *Nihil enim sunt dies mei*. quod videtur referri ad hominis paruitatem, & ad uitæ breuitatem, & cōmuniter quantum ad omnes, & specialiter quantum ad seipsum, cuius dies iam præterierant. Vtrunque autem consequenter prosequitur, & primo de paruitate dicens: *Quid est homo*. idest quàm paruum quidem & infirmum secundum corpus: *Quia magnificas eum*. honore grandi inter ceteras creaturas: *Aut quid apponis erga eum cor tuum*. eum scilicet speciali cura custodiendo & protegendo. Vbi considerandum est, quòd licet omnia subsint diuinæ prouidentiæ: omnia tamen secundum statum suum ordine prosequenti a Deo aliter, & aliter disponuntur. Cū. n. omnia particularia bona, quæ sunt in uniuerso, ordinari uideantur ad commune bonum uniuersi, sicut pars ad totum, & imperfectum ad perfectū, eo modo aliqua disponuntur secundum diuinam prouidentiam, secundum quòd habent ordinem ad uniuersum. Sciendum est autem, quòd secundum modum, quo aliqua participāt perpetuitatem, essentialiter ad perfectionem uniuersi spectant, secundum autem quòd a perpetuitate deficiunt, accidentaliter pertinēt ad perfectionem uniuersi, & non per se, & ideo secundum quòd aliqua perpetua sunt, propter se disponuntur a Deo, secundum autem quòd corruptibilia sunt, propter aliud. Quæ ergo perpetua sunt & specie & indiuiduo, propter se gubernantur a Deo. Quæ autem sunt corruptibilia indiuiduo, perpetua specie tantum, secundum speciem quidē propter se dispēsantur a Deo, secundum autem indiuiduū propter speciem tantum, sicut bonum & malum, quod accidit in brutis animalibus, vtpote quòd hæc ouis occiditur ab hoc lupo, uel aliquod aliud huiusmodi, non dispensatur a Deo propter aliquod meritū uel demeritum huius lupi, uel huius ouis. sed propter bonum speciei, quia diuinitus unicuique speciei ordinatus est proprius cibus, & hoc est quod dicit; *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* dum scilicet ei prouides propter eius bonum, non apponit autem in brutis erga singularia cor suum. sed erga bonum speciei, quod potest esse perpetuum. Quo modo autem apponat erga eum cor suum ostendit, cum subdit; *Visitas eum diluculo*. idest a principio natiuitatis, tua prouidentia administrans ei, quę sunt necessaria ad uitam & magnificationem, tam corporalem, quàm spiritualem: *Et subito probas illum*. per aduersa, in quibus apparet qualiter se habeat ad uirtutē, quia sicut habetur Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Dicitur autem Deus hominem probare, non ut ipse discat qualis est homo, sed ut alios eum cognoscere faciat, & ut ipsemet seipsum cognoscat. Hæc autem uerba non sunt intelligenda tanquam improbantis diuinam circa homines solicitudinem: sed tanquam inquirentis, & admirātis. id enim quod de homine uidetur exterius paruū quidē est, fragile, & caducum. Vnde mirum uidetur, quòd Deus tantam solicitudinem habeat de homine, nisi aliquid lateret, eo quod esset perpetuitatis capax. & per hanc inquisitionem & admirationem, sententia Eliphaz excluditur, quia si non esset alia uita hominis, nisi quæ est super terram. non uideretur condignus homo tanta Dei solicitudine circa ipsum. Ipsa ergo solicitudo, quam Deus specialiter habet de homine, demonstrat aliam esse uitam hominis post corporis mortem. Deinde aliam rationem subiungit, ut sibi parcatur, sumptam ex breuitate uitæ. eam sub interrogatione proponens cū dicit; *Vsquequo non parcis mihi*. quasi dicat: tempus hominis breue est, & tēporis uitæ meæ maior pars transiit. quis ergo terminus expectatur, ut mihi parcas, si modo nō parcis, ut saltem aliquod breue spatium habeam in quo, quiescam? quod significat in hoc quod subdit; *Nec dimittis me, ut glutiam saliuam meam*: homines enim dum uerba proferuat, saliuam glutire non possunt. ne cessarium est ergo in loquendo aliquam modicam pausam fieri, ut saliua uel expuatur, vel gluriatur. Cui quidem horulæ residuum tempus uitæ suæ comparat, ac si dicat, si parcere differas, non remanebit mihi a laboribus aliqua quies, saltem illi pausæ similis, qua loquētes saliuam glutiunt. & hoc etiam non procedit ex suppositione sententiæ Eliphaz, quia si non sit uita alia hominis, nisi quæ est super terram: non restat quando Deus parcat, si in hac uita non parcit. Posset autem aliquis dicere: Iob indignum esse ut sibi parcatur a Deo, quia peccata sua merentur eum ulterius affligi, secundum sententiam Eliphaz, qui eum propter peccata flagellari putabat, & ideo subdit. *Peccaui*. quasi dicat: esto quòd peccauerim, & propter hoc merear flagellari, adhuc remanet ratio, quare mihi parcere debeas, & subiungit adhuc tres rationes, quare parcere Deus debeat, sumptas ex hominis infirmitate. Quarum prima sumitur ex impotentia satisfaciendi: homo enim nihil condignum facere potest propriis uirtutibus, ad recompensandum ostensam, quam contra Deum commisit, & hoc est quod dicit; *Quid faciam tibi custos hominum?* quasi dicat, si tantam solicitudinem de hominibus habeas quasi custos eorum, ut de singulis eorum actibus rationem requiras, non suppetunt meæ uires ad faciendum aliquod, propter quod peccata mea remittas. unde si hoc expetatur: nunquam mihi parceres: & ideo hoc non obstante, mihi parcere debes. Secunda ratio sumitur ex impotentia perseuerandi. homo. n. post corruptionem humanæ naturæ perseuerare non potest sine gratia Dei. unde & in sacra scriptura consuetum est dici, quòd

Deus aliquē indurat vel excecat, ex hoc quòd gratiam non largitur, per quam emolliatur & videat: secundum ergo hunc modum hic loquitur dicens; *Quare posuisti me contrarium tibi?* idest, quare mihi gratiam non dedisti, per quam in hoc perseuerarem, ut mihi contrarius non esses propter peccatum? Quicunque enim peccat, quantum in se est, Deo contrarius est, dum scilicet, diuinis mandatis repugnat, siue quę sunt in lege scripta trasita, siue naturaliter indita hominis rationi. Sciendum est autem, quòd hominis ratio fortior est inter omnes animæ virtutes; cuius signū est, quòd aliis imperat, & eis utitur ad suum finem. Contingit tamen, quòd ratio interdem ad modicum absorbetur per concupiscentiam, vel iram, aut alias inferiorum partium, & sic homo peccat. non tamen inferiores uires sic possunt rationem ligatam tenere, quin semper redeat ad suam naturam, qua in spiritualia bona homo tendit, sicut in proprium finem. Sic ergo pugna quædam fit, etiam hominis ad seipsum, dum synderesis remurmurat rationi propter hoc, quòd per concupiscentiam vel iram absorpta, peccauit, ex quo ex peccato præterito inferioribus uiribus est addita pronitas. & ideo ad similes actus propter consuetudinem ratio non potest libere uti inferioribus uiribus, ut eas scilicet, ad superiora bona ordinet, & ab inferioribus retrahat, & sic homo, dum fit contrarius Deo per peccatum, fit etiam sibimetipsi grauis. & hoc est quod subdit; *Et factus sum mihi metipsi grauis*. In quo apparet, quòd peccatum statim suam pœnam habet, & sic post hanc pœnam facilius videtur homini esse parcendum. Tertia ratio sumitur ex impotentia hominis ad purgandum peccatum. homo enim per seipsum in peccatum labitur: sed solius Dei est peccatum remittere, & ideo quærit Iob, si pœna mea cessare non debet quamdiu peccatum manet, & tu solus peccatum auferre potes; *Cur non tollis peccatum meum*, quod in te Deum, uel in meipsum commisi? & adhuc subditur; *Et quare non aufers iniquitatem meam?* si qua est contra proximum commissa. Considerandum est autem, quòd huiusmodi quæstiones Iob non facit, quasi temerarius diuinorum iudiciorum inquisitor, sed ad felicitatem destruendam, quam aduersarii asserere nitebantur, scilicet quòd in hac uita tantum essent expectanda a Deo bona, uel mala pro factis humanis, quo quidem posito, tota ratio diuinorū iudiciorum turbatur, quibus homines in hac uita punit propter peccata, vel peccata remittit secundum quòd eos præordinat ad uitam futuram uel prædestinando, uel reprobando. Si autem non esset vita futura, sed tantum præsens, non esset ratio, quare Deus differret parcere iis, qui bus parcere intēdit, aut eos iustificare & remunerare, & ideo Iob, ut suam intentionem aperiat, subdit; *Ecce nunc in puluere dormiam*; quia iam in promptu est finis uitæ meæ, cum moriar resoluendus in puluerē, & propter incertitudinem mortis tempus vitæ non potest expectari, *finitur etiam dies crastinus*, & ideo subdit, Et *si mane me quæsieris non subsistam*: quasi dicat, non possum repromittere mihi tempus uitæ vsque in mane, ne dum longa vitæ spatia, in quibus expectare possim, quòd mihi parcas, si alia vita non erit. Considerandum est autem, quòd Iob procedit more disputationis, *cui* a principio sufficit falsam opinionem repellere, & postmodum aperit quid ipse de veritate sentiat. Notandum est etiam, quòd Iob in verbis præmissis tres rationes tetigit, quare aliquis in hac vita flagellatur a Deo. Prima est, ut cohibeatur eius malitia, ne aliis possit nocere, & hanc rationem tetigit, cum dixit. Nunquid mare sum ego, aut Cetus, quia circundedisti me carcere? Secunda est, ut habeatur hominis experientia, ut scilicet uirtus eius manifestetur, & hanc tetigit cum dixit, *Visitas eum diluculo, & subito probas illum*. Tertia est in pœnam peccatorum, & hanc tetigit cum dicit, Peccaui, quid faciam tibi o custos hominum?

LECTIO PRIMA.

IN superioribus, beatus Iob dictis Eliphaz respondit, eius sententiam efficaciter & profunde euacuando, sed Baldath Suites in eandem sententiam cum Eliphaz concordans, profunditatem beati Iob non comprehenderat, & ideo contra responsionem beati Iob loquitur, sicut solent homines loqui contra sententias non intellectas, homines autem non comprehendentes mentes loquentium, in duobus deficere solent, quorum unum est, quia nesciunt quando ille qui loquitur, ad finem propositi peruenerit. Aliud est, quòd ordinationem sermonum loquentis capere non possunt, & hoc liquet ex his Baldath Suites, manifeste apparet: dicit enim; *Respondens autem Baldath Suites dixit. Vsque quo loqueris talia?* Videbatur enim ei quòd nimis protraxisset sermonem, non considerans nec intelligens ad quem finem Iob suum sermonē producere uolebat. Similiter etiam ordinationem eorum, quæ Iob dixerat, qualiter scilicet adinuicem compacta erant, non capiebat: & ideo subsungit; *Et spiritus multiplex sermonis oris tui?* reputabat enim, (quia Iob multa protulerat, quorum ordinem ipse non capiebat) quòd essent verba diffuta, & quasi hominis sine ratione, ex impetu *spiritus uaria loquentis* absque ordine rationis. & quia, vt dictum est, Baldath intentionem Iob non comprehenderat, eius uerba in alia intentione accipiens, ad inconueniens deducere conatur. Volens enim Iob superioribus excludere sententiam Eliphaz, ponentis quòd aduersitates in hoc mundo pro peccatis hominum contingebant, & quòd peccatores flagellatia Deo si conuertantur, ad statum prosperitatis reducentur, contra vtramque locutus fuerat. Nam contra primum, vt supra expositum est, dixerat. Vtinam appenderentur peccata mea: Contra secundum dixerat, Desperaui, nequaquam vltra iam uiuam, & multa huiusmodi, vt ex superioribus patet. Hoc autem dicebat Iob, intendens quòd pœnæ peccatorum & iustitię præmium, non sunt expectanda a Deo in hac vita. Baldath autem, qui aliam vitam nesciebat, sic accepit hæc verba, ac si iob intenderet dicere, quòd Deus peccata non punit, nec benefacta remunerat, quod vi detur esse diuinæ iustitiæ contrarium: & Ideo Baldath proponit dicens; *Nunquid Deus supplantat iudicium, & omnipotens subuertit quod iustum est?* quasi dicat, hoc sequitur ex tuis verbis, si homines in hoc mundo absque peccato punit, aut vltra mentiuram peccati, vel si ad se reuersis bona non reddit. Et notandum est, quòd iustitia dupliciter corrumpitur, scilicet per astutiam alicuius sapientis, & per uiolentiam alicuius potentis. In Deo autem vtrumque est, & perfecta sapientia, & omnipotentia. Nec tamen per sapientiam, quę nomine Dei intelligitur, quasi astute agens, supplantat iudicium, nec per omnipotentiam, quasi violenter subuertit quod iustum est. Duo autem erant, quæ videbantur impedire Iob, ne pristina prosperitas ei restitui posset, etiam si conuerteretur ad Deum, vt Eliphaz dixerat: quorum vnum erat, quia filii quos amiserat, mortui erant, nec expectari poterant quòd resuscitarentur per suam conuersionem ad vitam, & ideo Baldath dicit; *Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ*. quasi dicat, cum tu conuersus fuerit ad Deum, illa recuperabis, quæ pro peccatis tuis amisisti. Filii autem tui morte oppressi sunt, non propter peccata tua, sed propter peccata eorum. Vnde non est contra sententiam Eliphaz, qua dixerat, quòd per conuentionem redibis ad prosperitatem si filii tui, pe conuerso, non resuscitentur. Et notandum est, quòd quia iste Baldath pœnas præsentis vitæ pro peccatis accidere credebat, vltima autem pœnarum præsentium est mors, tunc homo uidetur perfecte pro peccato punitus, quādo vsque ad mortem pro peccato perduciturr, & ideo subiungit & dicit; *Et dimisit eos in manu iniquitatis suæ*. quasi diceret, in potestate peccatorum suorum, vt absque aliquo retinaculo vsque ad vltimam pœnam pro peccatis deducerentur. Aliud autem est, quòd reditum ad pristinam prosperitatem impedire videbatur, quòd plurimum tempus vitæ Iob iam transierat, & parum restabat, vt ipse supra dixerat, vnde non videbatur quòd in illo modico tempore sufficienter sibi pristina prosperitas posset restitui, etiam si conuerteretur ad Deum. & ideo Baldath ei promittit possessionum recompensationem fiendam ad tempus, vt scilicet multo maiora, bona obtineat, quam prius habuit per hoc quòd modico tempore ea esset habiturus. & ideo Baldath primo describit ei modum debitæ conuersionis, ad quam tria requiruntur. Quorum primum est, ut peccator celeriter surgat, & hoc est quod dicit;

Tu tamen si diluculo. i. tempestiue: *Consurrexeris ad Deum*. i. elicitis peccatis, secundū illud Ecc. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum. Secundū est, ut homo pro peccatis satisfaciat, & quantū ad hoc dicit; *Et omnipotentem fueris deprecatus*. inter satisfactionum. n. opera, quasi præcipuū videtur esse oratio. Tertium est, ut homo perseueret, cauēs sibi a recidiuo peccati. & ideo dicit; *Si mūdus & rectus incesseris*. s. cauens tibi ab immunditiis carnis, & ab iniustitiis quibus lædit proximus. Sic autē perfecta cōuersione descripta, subiungit promissionem prosperitatis dicens; *Statim euigilabit ad te*. s. Deus. et enim quasi dormire uidetur, cum iustos affligi permittit: euigilare autem, quando eos defendit, secundum illud, Exurge quare obdormis Domine, & effectū huius euigilationis subiungit dicēs; *Et pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ*. quasi dicat, domus & familia tua tempore peccati tui, cum erant reproba, fuit perturbata: & tempore iustitiæ tuæ pacem habebit, & ne posset conqueri de temporis breuitate, repromittit excessum prosperitatis dicens intantum *vt si priora tua fuerint parua*. scilicet comparatione sequentium, & hoc est quod subdit; *Et nouissima tua multiplicentur nimis*. ita quòd magnitudo prosperitatis, recompenset tibi tempus, quo in aduersitate fuisti.

LECTIO SECVNDA.

BALDATH Suites in præcedentibus eandem sententiam cū Eliphaz Themanites defendēs, poluerat homines pro peccato in præsenti uita diuinitus puniros, post conuersionē ad prosperitatis statū reditueros, quod quidem placitum probare intendit dupliciter, primo quidem experimento: secundo ex similitudine. experimentum. n. in rebus particularibus, maxime efficax est ad probandū, & tanto magis, quanto diutius est obseruatum, & infallibiliter inuentum. Ea autē, quæ diuturnitatē temporis requirunt, per antiquorū memorias, maxime probantur. & ideo ad propositi probationem, recurrit ad antiquorum memorias, quantū ad antiquos cum dicit; *Interroga enim generationem pristinam*. & quantū ad immediate præcedentes, cū dicit: *Et diligenter inuestiga patrum memoriam*. i. ea quę patres tui in memoria habent. Interrogatio aūt generationis pristinæ, est considerare antiquorū gestorū scripta, & ea, quæ de antiquis per famā feruntur. Et quia de rebus antiquis multa fabulose scribuntur & narrantur, ne ex hoc al quis se falli reputet, remittit ad patres, qui narrare possunt ea quæ viderunt: necessitatē autē huius inuestigationis ostendit subdens: *Hesterni quippe sumus*. quasi heri nati. *Et ignoramus*. s. hæc antiqua. & hoc quidē dicit ad ostendendā uitæ nostræ breuitatem. vnde subdit: *Quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram*. vmbra. n. cito transit, statim. s. dum remouetur obstaculū hæc s, & dū corpus mouetur a quo fit vmbra, prior vmbra transit, & alia succedit, sic etiā dies hominis sunt in cōtinuo trāsitu, dū alij diis succedunt. Quid aūt ex præcedenti inuestigatione vtilitatis subsequatur, ostendit subdens: *Ipse enim pristini*. s. patres interrogati *Docebunt te*. s. veritatē super præmissis, uel verbis patrū, vel scriptis & forma antiquorum. *Et de corde suo proferent* eloquia. Quod subdit, ad ostēdendā veritatem huius doctrinæ, quasi dicat, no aliud docebunt, quàm quod corde senserunt, quia nulla inest causa eis decipiendi. Deinde inducit similitudinē ad propositi probationē, ex rebus corporalibus sumptā & ponit exemplū de duobus ex terra nascentibus, quorū vnū ad sui conseruationē exigit humorē in terra. s. scirpus. n. iuncus. vnde dicit, *Nunquid potest scirpus absque humore uiuere?* aliud aūt requirit loca aquosa, vt sunt herbæ latæ, & in summitate acutæ, quæ non crescunt nisi in locis aquosis. vnde subdit; *Aut crescere rare Etum sine aqua?* dicitur. n. carectū, locus in quo huiusmodi herbæ crescunt, & q scirpus humorē requirat & carectū aquā, ostēdit, quia per solā subtractionē humoris aut aquæ, faciliter desiccantur, nulla alia causa desiccationis existente. Est aūt duplex causa in aliis ex terra nascentibus desiccationis. una est naturalis, quę est propter antiquitatē, altera aūt est violenta, quæ est quando euelluntur. vtraque antē causa cessante, scirpus & carectum arescunt ex sola subtractione humoris & aquē; & hoc est quod subdit: *Cum adhuc sit in flore*. i. cum adhuc sit in sua virtute, & suo vigore, per quod excluditur temporis antiquitas: *Nec carpatur manu*. per quod excluditur violentia: *Ante omnes herbas arescit*. idest præ omnibus aliis herbis facilius. Hoc autem aptat ad propositū. vbi cōsideandum est, quòd iste Baldath adhæsionē hominis ad Deum, hoc modo intellexit esse causam prosperitatis mundanæ, sicut humor est causa viriditatis herbæ, & hoc ideo, quia bonū hominis existimabat esse prosperitatem terrenam: bonū autem hominis manifestum est esse ex hoc, q̄ homo Deo inhæret, & ideo credidit, quòd ex quo Deo non inhæret, eius prosperitas terrena deficiat. & quidem uerū est de fœlicitate spiritali, quæ est uerum hominis bonum, non autem de prosperitate terrena, quæ inter minima bona cōputatur, vtpote organice deseruiens ad veram hominis felicitatē, & ideo subdit, *Sic uiæ omnium, qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit*. Vbi considerandum est, quòd duobus supra positis, duo hic correspondentia subdit: carectum enim manifestam aquam requirit ad viriditatem, & per eius subtractionem arescit: scirpus autem requirit aquam in terram ocenitatā, & per eius defectum siccatur. sic & aliqui sunt, qui secundū eius sententiam pereunt per hoc, quòd eis subtrahitur in manifesto adhæsio ad Deum, scilicet quia opera manifeste agunt Deo contraria, quos significat per eos, qui obliuiscuntur Deum. qui enim manifeste mala agunt, nec formidant, omnino Dei reuerentiam postponere uidentur, ut etiam eum in memoria non habeant. Aliqui autem sunt, qui secundum eius sententiam pereunt propter subtractionem occultæ adhæsionis ad Deum: & hi sunt hypocritæ, qui exterius pretendunt ac si Deo inhæreant, sed cor eorum est ad terrena, & ideo de hypocrita loquens, nominauit spem, sed de obliuiscentibus Deum, nominauit uias, idest operationes, quia eorum opera sunt auersa a Deo. quomodo autem spes hypocritæ pereat, ostendit cum subdit: *Non ei placebit uecordia sua*. ubi considerandum est, quòd hypocrita habet cor unum, quòd est negligens ad spiritualia, ad temporalia uero solicitum, & hoc quidem ei placet, quàm diu in tēporalibus ei succedit secundum quòd sperat: si autem ei temporalia subtrahantur, tunc necesse est quòd ei displicear, quia circa Deum cor eorum & firmum non habuit. dicit ergo: *Non ei placebit uecordia sua*: idest aduersitate veniente, displicebit ei, quòd ad Deum correctum non habuit, & solicitudo eius quam circa temporalia habuit, omnino deficit. & hoc est quod subdit: *Et sicut tela aranearū fiducia eius*. idest ea, in quibus confidebat, de facili frangentur, sicut aranearum tela. confidebat enim non in diuino auxilio, sed in fortitudine domus suæ, idest in abundantia diuitiarum, multitudine consanguineorum, & aliis huiusmodi. Sed hæc ei de facili deficient, vnde sequitur; *Inniteiur super domum suam*. idest fiduciā habebit stabilitatis, in prosperitate domū suæ, & tamen non stabit, quia cum defecerit ei diuinum auxilium, ruet. Cōtingit autem, quòd aliquis in futūrum aduersa prospiciens, aliqua adminicula sibi & domui suæ cōtra aduersa parat, sed & hoc ei non valebit. sequitur enim: *Fulciet eam*. aliquibus. s. remediis contra aduersa, sicut domui, quæ minatur ruinam, fulcimēta aliqua adhibētur, & ri nō consurget, uel ipse vel domus sua ad prosperitatis statū. Ad hanc aūt sententiā quā de fragilitate fiduciæ dixerat, præmissam similitudinē de scirpo adaptat, ex duobū. n. de scirpo fiducia haberi vī, primo quidē ex propria viriditate, quæ tñ adueniēte sole, & deficiente terræ humore, cito deficit, & quantū ad hoc dicit; *Humectus uidetur*. s. scirpus, ante q̄ ueniat sol, qui eius viriditatē tollat; *Et in ortu suo germen eius egredietur*, cito. n, crescere & propriū fructū facere vī, & similiter hypocritæ accidit, quia a principio sibi fortuna p̄ficere vī: sed veniēte sole. i. tribulatione cito prosperitas eius deficit. Secūdo pōt haberi fiducia de scirpo ex aliis. s. vel ex multitudine aliorū scirporū ei cohærentū, vel ex soliditate loci, in quo crescit, dū nascitur in loco lapidoso, & ideo cōsequēter dicit: *Super acervum perrarum radices eius*. s. scirpi, *densabuntur*. inquantū simul cōiungūtur multorū scirporū radices, & hoc dicit quantū ad primum. Quantum ad secundū dicit: *Et inter lapides commo-*

rabitur. ita aliquis hypocrita poteſt habere fiduciam de ſua ſtabilitate: non ſolum propter proſperitatem propriam, ſed etiam propter multitudinem conſanguineorum & domeſticorum, aut etiam propter fortitudinem regni, aut ciuitatis, in qua habitat. Sed hæc fiducia eius deficit ei, ſicut & circa ſcirpum accidit. Sequitur enim; *Si abſorbuerit eum*, ſcilicet ſcirpum; *Aliquis de loco ſuo*. Locus eius; *Negabit, & dicet, non noui te*. quaſi dicat, ſcirpus de loco ſuo euellitur, quod nec veſtigium eius in loco apparet, nec locus eius. Quãdoque autẽ aliquis operatur ad hoc, quòd ille idem ſcirpus iterum renaſcatur: & tamen ſubiungit dicẽs; *Hæc eſt enim lætitia uiæ eius, ut rurſum de terra alij germinentur*. quaſi dicat, proceſſus & uita ſcirporum in aliquo loco commorãtium, non ad hoc naturali appetitu tendit, nec per hoc conſeruatur, q̃ idem numero ſcirpus, qui ereptus eſt, renaſcãtur, ſed ad hoc, quòd alii eiuſdem ſpeciei renaſcatur: ita etiam eſt cum aliquis per mortem aut alio modo ab aliqua fortium ſocietate ſeparatur, ſtatim quaſi oblitioni traditur, ſecundum illud Pſal. 30. Oblitioni datus ſum tanquam mortuus a corde. ſed huius ſocietas gaudet in iis, quæ ei ſuccedunt, ſecundum illud Eccleſ. 4. Alius natus in regno, inopia conſumatur. Hæc autem ad hoc introducta ſunt, ut oſtendat, quòd ſi aliqua proſperitas interdum malis eueniat, non tamen eſt firma, de qua conſidere poſſint, ſed cito tranſit: vnde pro nihilo reputanda eſt. Ex omnibus autem ſupradictis, oſtendit conſequenter, quod intendit dicens; *Deus non proiicet ſimplicem*, ideſt a ſe eum non elongabit, ut non ſuſtentet, qui ſimplici corde ei adhæret; *Nec porriget manum malignis*, ideſt non dabit eis auxilium, ut eorum proſperitas cõfirmetur. & quia poſſet dicere Iob, quicquid tu dicas & ſimilitudinibus confirmare uelis, tamen ego contrarium in me ſum expertus, qui cum ſimplex eſſem, aduerſitatem patior, & maligni aduerſarii mei contra me præualuerunt: ideo ad hoc excludendum ſubiungit; *Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo*. quaſi dicat, hoc quod dixi, intantum verum eſt, quod inte ſentes: ſi tamen fueris ſimplex, ita ſcilicet quòd proſperitate quæ ſubſequetur, lætitia tua prorumpet in riſum & iubilum, quæ ſolent ex magnitudine gaudii prouenire, & econtrario; *Qui oderunt te, induentur confuſione*, ideſt, manifeſte ac multipliciter cõfundentur: ut ſic ſit eis confuſio quaſi ueſtimentum. Et ne hoc alicui uideatur impoſſibile propter proſperitatem præſentem, qua uidentur florere, ſubiungit; *Et tabernaculum impiorum non ſubſiſtet*. per tabernaculum enim, in quo plurimi orientalium habitare conſueuerũt, ibi ſuas diuitias, & ſupellectiles habẽtes, pôt intelligi omne illud, quod pertinet ad proſperitatem uitæ præſentis. Conſiderandum eſt autem, quòd ideo Baldath de hypocrita & ſimplici facit mentionem, quia exiſtimabat Iob non uere ſanctum, ſed hypocritam fuiſſe, & quod propterea proſperitas eius firma non fuit: ſed ſi ſimplex eſſe incœperit, promittit ei proſperitatem aſſuturam.

& inter lapides commorabitur. Si abſorbuerit eum de loco ſuo: negabit eum, & dicet, Non noui te. Hæc eſt enim lætitia uiæ eius: & rurſum de terra alii germinentur. Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manum malignis: donec impleatur riſu os tuũ, & labia tua iubilo. Qui oderint te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

LECTIO PRIMA.

BEATVS Iob in ſuperiori reſponſione, qua uerbis Eliphaz reſponderat, unum prætermiſiſſe uidebatur, quod Eliphaz de dei iuſtitia propoſuerat cum dixerat; *Nunquid homo comparatione Dei iuſtificabitur?* quinimmo quadam quaſi comparatione uel diſputatione uiſus eſt ad Deum loqui, cum dixit; *Nunquid mare ſum ego, aut Cetus &c.* Et iterum; *Vſque quo non parcis mihi &c.* quod Baldath Suites replicans contra reſponſionem beati Iob, a defenſione diuinæ iuſtitiæ incœpit dicens; *Nunquid Deus ſupplantat iudicium &c.* & in hoc idem ſermonem terminauit cum dixit; *Deus non proiicies ſimplicem &c.* & ideo beatus Iob in hac reſponſione primo oſtendit ſe diuinæ iuſtitiæ contradicere nolle, nec contra Deum uelle contendere, ut illi ſuſpicabantur. & hoc eſt quod dicit; *Reſpondens Iob ait; Vere ſcio quod ita ſit*, ſcilicet quòd Deus non ſupplantat iudicium, & quòd non proiiciet ſimplicem, ut Baldath propoſuit; *Et ſcio quod non iuſtificetur homo comparatus Deo*, ideſt comparatus ei. & hoc dicit reſpondens ei, quod ſupra Eliphaz dixerat, Nunquid homo comparatione Dei iuſtificabitur. & unde hoc ſciat, conſequenter oſtẽdit ex quodam ſigno. Cum enim aliquis comparatione alterius iuſtus eſt, libere, & ſecure poteſt cum eo contendere, quia per mutuam diſceptationem iuſtitia & veritas manifeſtatur. Nulli autem homini tutum eſt cum Deo contendere: & ideo ſubdit; *Si noluerit contendere cum eo*: ſcilicet homo cum Deo, *Non poterit reſpondere ei*, ſcilicet homo Deo: *Vnum pro mille*. Sciendum quidem eſt, quòd maior numerus, qui apud nos proprium nomen habeat, eſt millenarius: nam apud nos maiores numeri per replicationem inferiorum minorum nominantur, vt puta decem millia, centũ millia: & hoc rationabiliter accidit. Nam ſecundũ quoſdam antiquos, ſpecies numerorum vſque ad decem protenduntur. poſtmodum enim priores numeri repetuntur, quod quidem ſecundum nominationem maiorem eſt, quicquid ſit ſecũdum rei veritatem. Cubus autem ex denario cõſurgens millenarius eſt: decies enim decem decies, mille ſunt. millenarium ergo numerum apud nos pro quantocunque magis indeterminato numero ſumpſit. idem eſt ergo quod dicit, quòd non poteſt homo Deo reſpondere vnum pro mille: ac ſi diceret, quòd nulla determinata numeri menſura inueniri poteſt ſecundum quam diuina inſtitia humanam excedat, cum hæc ſit finita, illa autem infinita. quòd autem homo in contendendo nulla proportione poſſit ad Deum accedere, oſtendit conſequenter, cum dicit: *Sapiens corde eſt, & fortis robore*. ſcilicet Deus. duplex enim eſt contentio, vna qua contenditur diſputando, & hæc eſt per ſapientiam, alia qua contenditur pugnando, & hæc eſt per fortitudinem: in vtroque autem excedit Deus, quia & fortitudine & ſapientia omnem fortitudinem & ſapientiam excedit. & vtrunque horum exceſſum oſtendit conſequenter, & primo exceſſum fortitudinis, quem quidem oſtendere incipit, quantum ad homines cum dicit: *Quis reſtitit ei & pacem habuit?* quaſi dicat, nullus. Sciendum eſt ſiquidem, quòd aliter homo obtinet pacem a potentiori, aliter a minus potente, vel ab æque potente. manifeſtum eſt enim, quòd potentior a minus potente pacem acquirit contra eum pugnando, ſicut cum Rex potens contra aliquem rebellem in ſuo regno bellum mouet, & victoriam obtinens, pacem regni reformat. Similiter etiam ab æquipollente, cum aliquis pacem obtinet pugnando. licet enim eum ſuperare non poſſit, tamen aſſiduitate pugnæ eum fatigat vt ad pacem reducatur: ſed a magis potente nunquam aliquis pacem obtinet reſiſtendo vel pugnando, ſed ſe ei humiliter ſubdendo. Hoc eſt ergo euidens ſignum quòd fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit; quia nullus cum eo pacem habere poteſt reſiſtendo, ſed ſolum humiliter ei obediendo. vnde dicitur Eſa. 26. Seruabis pacem quia in te ſperauimus. ſed impii, qui Deo reſiſtunt, pacem habere non poſſunt, ſecundum quòd dicit Eſa. Non eſt pax impiis dicit Dominus, & hoc eſt quod hic dicitur: *Quis reſtitit ei & pacem habuit?* Demum oſtendit, quòd fortitudo Dei omnem fortitudinem rerum naturalium excedit, & hoc quidem oſtendit, tam in corporibus ſuperioribus, quàm inferioribus: in inferioribus hoc quidem oſtendit ex hoc, quòd ea, quæ maxime videntur eſſe ſtabilita & firma in inferioribus corporibus, pro ſua voluntate mouet. Inter corpora ergo magna, ad quæ poſt hominem tranſitum facit, maxime videntur eſſe firma & ſtabilia montes, quorum ſtabilitati ſanctorum ſtabilitas in ſcripturis comparatur, ſecundum illud pſal. 124. Qui confidunt in Dño ſicut Mons Syon. & tamen montes Deus ſua virtute mouet & hoc eſt quod ſubditur: *Qui tranſtulit montes*. quod quidem etſi miraculoſe diuina virtute fieri poſſit, cum hoc videatur firmitate fidei repromiſſum, ſecundum illud Matthæi 21. Si habueritis fidem, & non hæſitaueritis, & ſi monti huic dixeritis, tollere, & iactare in mare, fiet. & 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam. Tamen congruentius videtur, vt hoc ad naturalem curſum rerum referatur. hoc enim habet naturæ ordo, vt omne quod naturaliter generatur, etiam determinato tempore corrumpatur. vnde cum generatio montium ſit naturalis, neceſſe eſt q̃ quandoque montes naturaliter deſtruantur. & hanc quidem naturalem montium corruptionem translationem vocat, eo quòd diſſolutio montium, & ruina, cum quadam translatione partium eius accidit. Nec eſt irrationale, ea quæ naturaliter contingunt, diuinæ virtuti attribui, cum natura agat propter finem. omne autem quod

CAPITIS NONI.

LECTIO I.

ET reſpondens Iob ait: Vere ſcio quòd ita ſit, & quòd nõ iuſtificetur homo comparatus Deo. Si noluerit contendere cum eo: poterit reſpõdere ei vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui tranſtulit montes, & neſcierunt his, quos ſubuertit in furore ſuo: Qui commouet terram de loco ſuo: & columnæ eius concutiuntur Qui præcipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.

quod ad finẽ certum ordinatur, uel ſeipſum dirigit in finem, vel ab alio dirigente in finem ordinatur, neceſſe eſt, quòd res naturalis, quæ finis notitiam non habet, ut ſe in ipſum dirigere poſſit, ab aliquo ſuperiori intelligente ordinetur in finem. Comparatur igitur tota naturæ operatio ad intellectum dirigentem res naturales in finem, ſicut cõparatur motus ſagittæ ad ſagittatorem. vnde ſicut motus ſagittæ conuenienter ſagittatori attribuitur, ita conſequenter tota naturæ operatio, attribuitur naturæ diuinæ: vnde ſi per operationem naturæ montes ſubruuntur, manifeſtum eſt quòd a virtute diuina montium ſtabilitas ſubruatur. Contingit autem quandoque apud homines, quòd ſi aliquis rex ſua virtute aliquam fortem ciuitatem expugnat, quòd quanto citius & inſenſibilius fit, tanto magis uirtus regis demonſtratur. hoc ergo quòd montes transferuntur, maxime virtuti diuinæ atteſtatur, cum quaſi ſubito & inſenſibiliter fiat, ita ut etiam ab iis, qui circa montes habitant, per ſubuerſionem montis pereant, & ſibi cauere non poſſint: cum huius ſubuerſio præcognoſci non poſſit. & hoc eſt quod ſubditur. Et neſcierunt ii, quos ſubuertit in furore ſuo: quaſi dicat, adeo ſubito Deus tanram rem operatur, quòd etiam ii, qui circa montes habitant, præcognoſcere non poſſunt: quod manifeſte euidens fit: quia ſi præcognoſcerent, ſibi cauerent ut non ſubuerterentur. addit autem, In furore ſuo, ad oſtendendum quòd Deus interdum naturales operationes, moderatur ſecundum ordinem ſuæ prouidentiæ, prout neceſſarium eſt ad hominum in pecca ta puniendа, quibus quidem peccantibus, metaphorice iraſci dicitur, cũ in eos uindictam exercet quæ apud nos ſolet eſſe iræ effectus. Ex corporibus autem miſtis tranſit ad elementa, inter quæ firmiſſimum & ſtabiliſſimum videtur eſſe terra, quæ eſt immobilis, ſicut centrum motus totius. & tamen quandoque ſecundum aliquas partes ſuas mouetur naturaliter ex uapore incluſo, vt philoſophi tradunt. & hoc eſt quod ſubditur: *Qui commouet terram de loco ſuo*. non quidem totaliter ſecundum totum, ſed ſecundum aliquas partes eius, quæ habitantur, ſicut in terræ motu accidit. in quo quidem motu etiam montes concutiuntur, qui ſunt quaſi columnæ ſuper terram fundatæ. vnde ſequitur; *Et columnæ eius concutientur*. poſſunt etiam per columnas ad litteram intelligi columnæ & quæcunque alia ædificia, quæ videntur terræ adhærere, quæ in terræ motu conquaſſantur, uel poſſunt intelligi per columnas inferiores terræ partes, & intimæ: eo quòd ſicut domus ſtabilitas ſuper columnas firmatur, ita ſtabilitas terræ ex centro procedit, ad quod omnes partes terræ naturaliter tendunt, & per conſequens, omnes inferiores partes terræ ſunt ſuperiorum partium ſuſtentatrices, & quaſi columnæ, & ſic cũ terræ motus ex profundis partibus terræ procedat, videtur quaſi ex concuſſione columnarum terræ cauſari. Hoc habito, vltimo ad corpora cæleſtia procedit idem oſtendẽdo, ſcilicet quæ etiam virtuti diuinæ cedunt. Conſiderandum eſt autem, quòd ſicut de natura terræ eſt immobilitas, & quies, ita de natura cæli eſt, quòd ſemper moueatur. Sicut ergo virtus terræ oſtenditur ſuperari a virtute diuina per motum, qui in ea apparet, ita virtus cæleſtis corporis oſtenditur a virtute diuina ſuperari per hoc, quòd motus eius impeditur, per quem fit, Solis, & aliorum ſiderum ortus & occaſus. & ideo ſubdit; *Qui præcipit Soli, & non oritur*. quod quidem non dicitur propter hoc quòd ortus ſolis impediatur ſecundum rei veritatem, cum motus cæli continuus ſit: ſed quia ſecundum apparentiam alicubi oriri non videtur, puta, cum aer fuerit nubiloſus intantum, quòd ſolis ortus habitantibus ſuper terram in ſolita claritate apparere non poſſit. huius autem nubiloſitas cum per operationem naturæ fiat, conuenienter diuino præcepto attribuitur: a quo tota natura in ſua operatione regulatur, ſicut inſtrumentum ab agente, ut dictum eſt. & quod ſic intelligat ſolem oriri, ſcilicet in quantum ſolis ortus occultatur, maxime apparet ex hoc quod ſubditur *Et ſtellas claudit, quaſi ſub ſignaculo*. ſtellæ enim quaſi ſub ſignaculo claudi videntur, cum nubibus cælum obtegitur, ne ſtellæ inſpici poſſint.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM beatus Iob oſtendit robur diuinę fortitudinis, hic incipit oſtendere profunditatem diuinæ ſapientiæ. procedit autem contrario ordine nunc & prius. nam primo quidem incipit ab oſtenſione diuinæ fortitudinis in rebus humanis, & proceſſit vſque ad corpora cæleſtia. hic autem incipit a corporibus cæleſtibus, & procedit vſque ad res humanas, quaſi circulum faciens, & hoc rationabiliter. nam ſapientia factoris oſtenditur in hoc, quòd opera ſtabilia facit. & ideo in oſtenſione diuinæ ſapientiæ, incipit a creaturis magis ſtabilibus, vtpote ab habentibus euidentius diuinæ ſapientiæ indicium. Robur autem alicuius fortitudinis oſtenditur ex hoc, quòd poteſt aliqua a ſuo ſtatu immutare; vnde homines conſueuerunt examinare in eleuatione, uel proiectione lapidum, proſtratione hominum, & huiuſmodi, fortitudinem ſuam: & propterea Iob, cum oſtendebat robur diuinæ fortitudinis, incepit ab iis, in quibus manifeſtius apparet mutatio. ſic ergo ad oſtendendam diuinam ſapientiam a corporibus cæleſtibus incipit dicens: *Qui extendit cælos ſolus*. Sciendum autem eſt, quòd ſapientia Dei in tribus præcipue commendabilis apparet, primo quidem in hoc, quòd aliqua magna ſuo intellectu & ſapientia metiri poteſt: & quantum ad hoc dicit: *Qui extendit cælos ſolus*. In extenſione enim cęlorum magnitudo quantitatis eorum exprimitur. ſic igitur Deus ſolus extendiſſe cælos dicitur, inquantum ipſe ſolus tantam quantitatem ſua ſapientia menſuratam cælis dare potuit. Secundo, Dei ſapientia commendabilis apparet in hoc, quòd res variabiles & quaſi in incertũ fluctuantes, in certum ordinem reducit, & ſuæ gubernationi ſubditas eſſe facit, & quantum ad hoc ſubdit; *Et graditur ſuper fluctus maris*. fluctus enim maris inordinatiſſimi eſſe videntur, vtpote qui a ventis variis nunc hac, nunc illac circunferuntur, & tamen ſuper eos Deus graditur, inquantum eos Deus ſuæ gubernationi ſubdit. Tertio, Dei ſapientia commendabilis apparet ex eo, quòd Deus multa condidit ſecundum ſuæ ſapientiæ rationem, quæ mirabilia hominibus apparent, & eorum rationem inueſtigare non poſſunt, & hæc præcipuę ſunt, quæ in ſitu & diſpoſitione ſtellarum apparent: quę tamen a Deo ſapientiſſime & rationabiliter ſunt inſtituta: & hæc quidem enumerat incipiens a polo ſeptentrionali, & procedens vſque ad polum meridionalem. vnde dicit: *Qui facit Arcturum*. Arcturus quidem eſt quædam conſtellatio in cœlo, quæ vocatur Vrſa maior, & habet ſeptem ſtellas claras, quæ nunquam nobis occidunt, ſed ſemper circumeunt polum ſeptentrionalem. ſequitur: *Et Orionis*. Orion eſt quædam conſtellatio multum euidens in cælo propter ſui magnitudinem & claritatem ſtellarum, quæ dicuntur eſſe in Tauro, & Geminis. ſequitur: *Et Hyadas*. quæ ſunt quædam ſtellæ, in pectore Tauri, vt dicitur, exiſtentes, & ſunt etiam multum notabiles viſu. ſequitur; *Et interiora auſtri*. Vbi conſiderandum eſt, quòd iis, qui ſub æquinoctiali habitant, ſi tamen aliqui ibi habitant, vterque polus conſpicuus eſt, cum orizon eorum ad rectos angulos æquinoctialem ſecet, & ſic oporteat, quòd tranſeat per vtrumque polum æquinoctialem. vnde vterque polus redditur conſpicuus habitantibus ſub æquinoctiali, vt dictum eſt, recedentibus autem ab æquinoctiali, & accedentibus verſus polum ſeptentrionalem, eleuatur ſuper orizontem poli ſeptentrionalis, & deprimitur polus auſtralis ſecundum modum elongationis ab æquinoctiali. vnde nobis, qui in parte ſeptentrionali ſumus, polus auſtralis nunquam poteſt eſſe conſpicuus. & ſimiliter ſtellæ ei vicinæ, occultæ ſunt nobis ſecundum quantitatem, qua elongantur ab æquinoctiali. & hæc dicuntur hic interiora auſtri, quia ſunt nobis occulta, quaſi ſub orizonte abſcondita & depreſſa. & ne aliquis credat, quòd in prædictis ſolum diuina ſapiẽtia manifeſtetur, oſtendit conſequenter, quòd multa alia & ſimilia innumerabilia nobis Deus fecit dicens: *Qui facit magna*. In quibus ſcilicet commendabilis apparet Dei ſapientia ex commenſuratione magnitudinis. & hoc reſpondet ei, quòd dixerat: Qui extendit cælos ſolus: *& inſcrutabilia*. quæ ſcilicet homines ſcrutari non poſſunt propter eorum inſtabilitatem, quæ tamen diuina gubernatione ordinantur. & hoc reſpondet ei, quod

quod dixerat, Et graditur super fluctus maris: & mirabilia, quorum scilicet rationes homines considerare non possunt, licet a Deo secundum rationem sint facta: & hoc respondet ei quod dixerat, Qui facit arcturum &c. quod autem addit; *Quorum non est numerus*: ad singula referendum est, ita tñ, quòd intelligatur, diuina opera innumerabilia esse hominibus: sunt tamē numerabilia Deo, qui facit oīa in numero, pondere, & mēsura.

quorum non est numerus.

LECTIO II.

SI uenerit ad me non uidebo eum: si abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis respondebit ei? Vel quis dicere potest ei, cur ita facis? Deus, cui iræ nemo resistere potest & sub quo curuantur, qui portant orbem, Quantus ergo sum ego, ut respondeam ei, & loquar verbis meis cū eo? Qui etiā si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum inuocantem me exaudierit, non credo, quòd audierit uocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit uulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur: robustissimus est. Si æquitas iudicij: nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me uoluero: os meum condemnabit me. Si innocentem ostendere: prauum me comprobabit. Etiā si simplex fuero: hoc ipsum ignorabit aīa mea, & tædebit me vitæ meæ.

LECTIO IIII.

VNVM est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel: & non de pœnis innocentiū rideat. Terra data est in manus impii: vultum iudicium eius operit.

LECTIO III.

BEATVS Iob uolens ostēdere suā intentionem non esse, ut cum Deo contendat, per plura indicia profunditatem diuinæ sapientiæ in rebus naturalibus ostendit: nunc autem uult ostendere profunditatem diuinæ sapientiæ in rebus humanis. Considerandum est autem, quòd ad rectorem humanarum rerum tria pertinere uidentur. Primum est, vt suis subiectis iustitiæ præcepta & alia beneficia dispenset. secundum est, ut actus subditorum examinet. tertium est ut quos culpabiles inuenit, pœnis subiiciens exterminet, uel purget. In his ergo tribus immensam profunditatem diuinæ sapientiæ ostendit. Primo quidem, quia tam profunde & subtiliter suis subditis prouidet sua beneficia, quòd etiam eis incōpræhensibile est qui recipiunt. & hoc est quod dicit; *Si uenerit ad me, non uidebo eum: si abierit, non intelligam eum*. Vbi considerandum est, quòd in scripturis Deus uenire ad hominem dicitur, quando ei sua beneficia largitur, siue intellectum eius illuminando, siue affectum inflammando, siue qualitercumque ei benefaciendo. unde dicitur Esai. 35. Deus noster ipse ueniet, & saluabit nos. Econtrario uero, Deus ab homine recedere dicitur quādo ei sua beneficia, uel suam protectionem subtrahit, secundum illud Psal. 9. Vt quid Domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione? Contingit autem quandoque, quòd Deus aliquibus vel tribulationes, vel etiam aliquos spiritales defectus euenire permittit, ad procurādum eorum salutem. sicut dicitur Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. sic ergo Deus ad hominem uenit eius procurando salutem: & tamen homo eum non uidet: quia beneficiū eius non percipit. Econtrario vero multis Deus sua manifesta beneficia non subtrahit: quæ tamen in eorum perniciem uergūt: & ideo dicitur, quòd Deus sic recedit ab homine, quod homo eum non intelligit recedentem. sic ergo apparet profunditas sapientiæ diuinæ in dispensatione suorum beneficiorum. Ostenditur autem secundo diuinæ sapientiæ profunditas, in examinatione humanorum actuum: quia uidelicet sic subtiliter & efficaciter examinat, ut eius examinatione nullus per quācunque cauillationem subterfugere possit. & hoc est quod dicit; *Repente interroget, quis respondebit ei?* Interrogat autem Deus hominem quando eum ad considerandum suam conscientiam reducit, vel interius inspirando, vel exterius prouocando beneficiis, aut flagellis, secundum illud Psal. 10. Dominus interrogat iustum & impium. Tunc autem homo sufficienter Deo respondet, quando in eo nihil inuenitur, quod iuste a Deo reprehendi possit: quod nulli hominum in hac uita contingit, secundum illud Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum? scilicet purum a peccato: signanter autem dicit, Si repente interroget. quia si homini spatium respondendi detur, potest per pœnitentiam delicta diluere. contingit autem quandoque, quòd aliquis in examinādo aliorum excessus, remissus inuenitur, timens ne & sui excessus, uersa uice ab aliis examinentur. sed hoc Deo formidandum non est, ut in sua examinatione molestetur: quia non habet superiorē qui de eius factis iudicare possit, & ideo subdit; *Vel quis dicere ei potest, cur ita facis?* quasi eum castigando. Tertio autem ostenditur diuinæ sapiētię profunditas, in punitione delictorum: quia quocunque se uertat homo, nulla astutia, nulla potentia, Dei uindictam declinare potest, secundum illud Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam? & hoc est quod dicit; *Deus cuius iræ resistere nemo potest.* Ira enim secundum quòd Deo attribuitur in scripturis, non importat commotionem animi, sed uindictam. huius autem probationem consequenter inducit dicens; *Et sub quo curuantur qui portant orbem.* Intelligendi autē sunt portare orbem cælestes spiritus: quorum ministerio tota corporalis creatura diuinitus procuratur, ut dicit Aug. 3. de trinit. hi autem cælestes spiritus sub Deo curuantur, quia ei per omnia obediunt, secundum illud Psal. 102. Benedicite domino omnes angeli eius, ministri eius, qui facitis uoluntatem eius. sic igitur angelis Deo obedientibus, manifestum est, quòd totus cursus rerum corporalium, qui per angelos administratur, diuinæ subiacet voluntati: & sic ex nulla creatura potest homo habere auxilium ad effugiēdum Dei vindictā, secūdum illud psal. 138. Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero ad infernum, ades, quinimo vt dicitur Sap. 5. pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Possunt etiam intelligi portare orbem reges & principes mundi, qui sub Deo curuantur, secundum illud Prouer. 8. Per me reges regnant. vel quia nec ipsi reges iræ diuinæ resistere possunt, vt ex hoc, a maiori, idem de aliis concludi possit. Sic igitur ostensa multipliciter immensitate diuinæ potentiæ, & profunditate diuinæ sapientiæ concludit propositum, quòd scilicet suæ intentionis non est cum Deo contendere. & hoc est quod dicit; *Quantus ergo sum ego*. idest quàm potens, quàm sapiens; *Qui respondeam ei*, scilicet Deo interroganti potentissimo & sapientissimo. *Et loquar uerbis meis cum eo.* examinando facta eius & dicendo, Cur ita facis? ac si diceret, non sufficiens sum ut contendam cum Deo. Contentio enim in respondendo & obiiciendo consistit. contingit autem quandoque, quòd aliquis etsi non sit multum potens, aut sapiens, tamen propter securitatem suæ conscientiæ, non formidat contendere cum quouis iudice. sed hanc etiam causam contendendi cum Deo, a se excludit dicens; *Qui si etiam habuero quippiam iustum, non respondebo.* scilicet Deo examinanti, quasi meam iustitiam defendendo. *Sed meum iudicem deprecabor.* quasi non petens iudicium, sed misericordiam. signanter autem dicit, *Si habuero quippiam iustum*, ad designandum incertitudinem humanæ iustitiæ. per hoc quod dicit, Si habuero, secundum illud Apostoli 1. ad Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. & ad ostendendum quòd iustitia hominis parua est & imperfecta ad diuinum examen relata. propter quod dicit, Quippiam. secundum illud Esa. 64. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ, sic sunt coram illo. Quid autem ex sua deprecatione consequatur, ostendit cum subdit; *Et cum inuocantem me exaudierit, non credo, quòd audierit uocem meam.* Contingit enim quandoque quòd Deus hominem exaudit non ad votum, sed ad profectum: sicut enim medicus non exaudit ad uotum, sed ad profectum infirmum, postulantem amoueri medicinam amaram, si medicus eam non remoueat, eo quòd scit eam esse salutiferam: exaudit tamen ad profectum, quia per hoc sanitatem inducit, quam maxime infirmus desiderat: ita Deus homini in tribulationibus constituto, tribulationes non subtrahit, quamuis deprecanti, quia scit eas expedire ad finalem eius salutem. & sic licet Deus uere exaudiat, tamen homo in miseriis constitutus se exaudiri non credit, & quare non credat ostendit subdens; *In turbine enim conteret me.* & more suo, quod metaphorice dictum est, exponit subdens, *Et multiplicabit uulnera mea etiam sine causa.* hoc etiam est conterere, quod multiplicare vulnera & tribulationes. hoc est, In turbine. in horribili obscuritate. quod dicit, Sine causa. scilicet manifesta, & ab homine afflicto perceptibili. Si enim homo afflictus perciperet causam, quare Deus eum affligit. & quòd afflictiones sunt ei vtiles ad salutem, manifestum est, quòd crederet se exauditum, sed quia hoc non intelligit, credit se non exauditum. & ideo non solum exterius affligitur, sed etiam interius: sicut infirmus, qui si nesciret se per medicinam amaram sanitatem habiturum, non solum affligeretur in gustu, sed etiam in animo. & ideo subdit; *Non concedit requiescere spiritum meum.* requiescit enim spiritus licet carne afflicta propter spem finis. secundum quòd Dominus docet Matthæi 5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & postea subdit, Gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: & sic dum affligor exterius & interius, non requiesco. *Implet me amaritudinibus.* scilicet intus & extra, & est considerandum, quòd ab illo loco, Et cum inuocantem &c. euidenter proposuit quod supra occulte dixerat, Si venerit ad me, non uidebo. Hoc enim fere ubique in dictis Iob obseruandum est, quòd obscure dicta, per aliqua consequentia exponuntur. & quia supra breuiter & summarie dixerat Iob, Quantus ego sum, qui respondeam ei: hic consequenter diffusius explicat, ubi etiam assignat causam, quare non respondet, sed iudicem deprecatur. Quòd enim aliquis audacter iudici respondeat, potest ex duobus contingere. Primo quidem, si iudex sit debilis, qui subditos coercere non possit. sed hoc excludit dicens; *Si fortitudo quæritur.* s. in Deo ad subditos coercendū; *Robustissimus est.* omne robur excedens. Secundo, aliquis audacter respondet iudici, quia confidit de sua causa, quod aliquando contingit, quia habet multos excusatores, sed hoc excludit dicens; *Si æquitas iudicij*, scilicet requiritur, secundum quam aliquis habens pro se, multos testes absoluitur; *Nemo pro me audet testimonium dicere.* Intellectus enim hominis hoc non capit, quòd hominis iustitia sit maior quàm veritas Dei redarguentis. Aliquando vero homo, & si hoc non habeat aliquos testes pro se, confidit tamen de causa sua, innitens testimonio conscientiæ suæ: sed testimonium conscientiæ non potest ualere homini contra redargutionem diuinam: & hoc ostendit per singulos gradus. Habet enim testimonium conscientiæ tres gradus. quorum primus est, quando alicui conscientia sua testimonium reddit, quòd sit iustus secundum illud. Romanorum 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quòd sumus filii Dei: sed hoc testimonium non ualet contra diuinam reprehensionem. unde dicit; *Si iustificare me uoluero*, idest, si uoluero dicere me esse iustum, Dominus mihi obiiciet quòd sim impius; *Os meum condemnabit me*, idest condemnabilem me reddet propter blasphemiam. Secundus gradus est, quando aliquis etsi non præsumat se esse iustum, tamen non reprehendit eum conscientia de aliquo peccato, secundum illud 1. ad Corinthios, 4. Nihil mihi conscius sum: sed nec hoc testimonium ualet contra Deum. vnde dicit; *Si innocentem ostendere*, idest si innocentem uoluero me ostēdere & esse sine peccato; *Prauum me comprobabit* inquantum mihi uel aliis, manifestabit peccata quorum mihi non sum conscius. quia ut dicitur in Psalm. 18. Delicta quis intelligit? Tertius gradus est, quando aliquis etsi sit sibi conscius de peccato, tamen præsumit: uel quia non habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malitia uel dolo: sed ex ignorantia & infirmitate, sed nec hoc testimonium ualet homini contra Deū, ideo dicit; *Etiam si simplex fuero*, idest sine dolo, uel duplicitate prauæ intentionis; *Hoc ipsum ignorabit anima mea.* homo enim nō potest ad liquidum motum sui affectus comprehendere: tum propter uariationem eius, tum propter permistionem & impetum multarum passionum, propter quod dicitur Hierem. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? & propter huius ignorantiam, quòd homo seipsum non cognoscit nec statum suum, & redditur etiam iustis sua uita tædiosa, & propter hoc subdit; *Et tædebit me uita meæ*

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Beatus Iob ostendit, nō esse suæ intentionis ut cum Deo contendat, proponit illud, de quo cum aduersariis eius disputatio ei erat. Dixerat enim Eliphaz quòd pœnæ a Deo non nisi pro peccatis immittuntur, contra hoc, quod in superiori responsione Iob locutus fuerat. quia Baldath sententiam Eliphaz conatus fuerat asserere, Iob iterato sententiam suam repetit dicens; *Vnum est quod locutus sum, impium & innocentē ipse consumit.* quasi dicat, non solum peccatoribus, sed etiam innocentibus mors a Deo immittitur: quę tamen est maxima pœnarum præsentium. & sic non est uerum quod dicis, quòd solum pro peccatis propriis homo puniatur a Deo: quod autem mors a Deo sit dicitur Deutero. 32. Ego occidam, & ego uiuere faciam: sed cū mors communiter omnibus immittatur a Deo, unum est quod durum uidetur, scilicet quòd innocentes præter necessitatem cōmunem multiplices aduersitates sustinent in hac uita. cuius rei causam inuestigare intendit: & ideo subdit; *Si flagellat, occidat semel*, quasi dicat, detur, quòd flagellum mortis omnibus sit commune: uidetur tamen rationabile, quòd innocentibus qui ex propriis peccatis non sunt rei, propter mortem quæ debetur pro peccato communi, aliam pœnam infligere non deberet. Si enim ut uos dicitis, nulla alia causa est, quare iuste aliter pœnam alicui infligi possit, nisi peccatum, & manifestum est innocentes pati pœnam in hoc mundo: videtur quòd sine causa puniantur, ac si ipsæ pœnæ propter se Deo placerent, ideo subdit; *Et de pœnis innocentium non rideat.* de illis enim ridere solemus, quæ nobis secundum se placent, si autem hoc est inconueniens, quòd pœnæ innocētū Deo secundum se placeāt: inueniuntur enim innocentes frequenter in terris puniri, videtur sequi aliud inconueniens, scilicet, q istæ pœnæ ex diuino iuditio non procedāt sed ex malitia alicuius iniqui Domini, q potestatem habet in terra, & punit innocētes, vnde sequitur: *Terra data est in manus impii.* quasi dicat, si ipsi Deo non placerēt secundum se pœnæ innocentum, qui tamen puniuntur in terra, oportebit dicere, quòd Deus regimen terræ alicui impio commiserit, ex cuius iniquitate iudicium in terra peruertitur, vt innocentes puniantur, & hoc est quod subdit; *Vultum iudicum eius operit.* idest, rationem eorum obnubilat, vel cupiditate, aut odio, aut amore, ne veritatem iudicii in iudicando sequantur; *Quòd si ille non est*, scilicet ipsius, cui tradita est terra, a quo scilicet causatur innocentum punitio, *Quis ergo est*: scilicet huius punitionis causa? non enim dici potest, vt ostensum est, quòd hoc sit a Deo, supposita vestra positione, quòd solum peccatum sit causa pœnarum præsentium. hoc autem quod dixit, Terra data est in manus impii. est quidem secundum aliquid verum, inquantum scilicet, terreni homines sub potestate diaboli a Deo relinquuntur, secundum illud Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. simpliciter autem est falsum, non enim diabolo absolute, terræ dominium est concessum, vt scilicet libere in terra facere possit quod velit, sed quidquid facere permittitur, ex diuina dispensatione procedit, quæ omnia ex rationabili causa dispensat. vnde hoc ipsum, quòd innocentes puniuntur, non dependet absolute ex malitia diabolica, sed ex sapientia Dei permittentis. Vnde, si peccatum non est causa punitionis innocentum, non sufficit hoc ad malitiam diaboli reducere: sed oportet vlterius aliquam rationabilem causam esse, propter quam Deus permittit, & ideo signanter dicit, Quod si non est ille, quis ergo est? quasi dicat, si malitia diaboli non est sufficiens causa punitionis innocentum, oportet aliam causam inuestigare. Ad inuestigandum igitur rationem, quare innocentes puniantur in hoc mundo, primo proponit defectum, quem sustinuerat in amissione bonorum, ostendens mutabilitatem prosperitatis præsentis ex similitudine eorum, quæ uidentur uelocissima in hoc mundo. sed considerandum est, q ad prosperitatem huius mundi, aliqui diuersimode se habent. Quidam enim ipsam prosperitatem pro fine habent, nihil vltra ipsam sperantes, ad quod videbatur declinare illorum opinio, qui omnia præmia, & pœnas in hac vita constituebant: tales autem non pertranseunt prosperitatem huius mundi, sed prosperitas huius mundi fugit ab eis, quando eam amittunt. Quidam vero, de quorū numero fuit Iob, non in prosperitate huius mundi finem non ponunt, sed ad alium finem tendunt, & tales prosperitatem huius mundi magis pertranseunt, quam pertranseātur ab ea. Tendentibus autem ad aliquem finem, tria sunt necessaria. Primum est, ut in nullo alio cor suum figant, per quod retardari possint a fine, sed festinent ad finem consequendum: & ideo ponit exemplum de cursore, qui sic tendit ad finem sui cursus, quòd in via moram non trahit, vnde dicit; *Dies mei uelociores facti sunt cursore.* in quibus verbis & instabilitatem præsentis fortunæ, & intentionem suam in aliud tendentem demonstrat *Fugerunt*, quasi in rebus huius mundi, requie cordis non inuenta. vnde sequitur, *Et non uiderunt bonum*, scilicet in quod mea intentio ferebatur, quod est verum bonum? unde pro iustitia me remuneratum non reputo. quod si prosperitatem præsentem remunerationem putant, ea subtracta, innocens punitus sum. Secundo requiritur, quòd tendens in aliquem finem, acquirat sibi illa per quæ possit ad finem peruenire, sicuti qui vult sanari, oportet quòd acquirat medicinas, quibus sanetur, sic qui vult ad verum bonum peruenire, oportet quòd acquirat uirtutes, quibus illud consequi possit. vnde subdit: *Pertransierunt quasi naues poma portantes.* in quo etiam duo demonstrat, & labilitatem præsentis fortunæ: quia naues poma portantes ad uendendum festinant, ne per moram putrescant, & studium tendentis in finem, quasi dicat: dies mei pertransierunt uacui: sed

sed uirtutes congregaui, cum quibus tendo ad finem consequendum. Tertium restat, consecutio finis. unde dicit: *Sicut aquila uolans ad escam*. in quo etiam duo prædicta designantur. nam aquila velocius uolat, præcipue cum a fame impellitur: & escam habet pro fine qua reficitur. quia ergo in his uerbis, quasi innuerat se esse iustum, & innocentem, quod præsumptuosum ab aduersariis reputabatur, incipit de sua innocentia conferre cũ Deo, qui solus est conscientiæ iudex. vnde subdit; *Cum dixero*. scilicet in corde meo, *Nequaquam ita loquar*, ut scilicet sim iniustus, & innocẽs. Commuto faciem meam, scilicet a fiducia, quam conceperam de mea innocẽtia, ad quandam solicitudinem inuestigãdi peccata: *Et dolore torqueor*. in conscientiæ propriæ discussione recogitans, ne forte pro aliquo peccato sic puniar, & causam doloris subdit dicens; *Verebar omnia opera mea*. est enim alicui magna causa doloris. quando magnam solicitudinem habet de re aliqua, & tamen incidit in illud, quod uitare studebat: ipse autem circa omnia opera sua magnam solicitudinem apponebat, timens ne in aliquo a iustitia declinaret, & hoc est quod dicit: *Verebar omnia opera mea*. & causa quare sic uerebatur in omni opere suo, erat timor de seueritate diuini iudicii, vnde subdit; *Sciẽs quod non parceres delinquenti*. nisi scilicet conuertatur, quia sicut in psal. 7 dicitur, Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit: *Si autem*. post tantum studium innocentiæ: *Et sic impius sum*. ut cum grauibus pænis a Deo puniri meruerim, quare frustra laboraui in tanta solicitudine innocentię conseruandæ? frustra enim laborare dicitur, qui suo labore tendit ad finem, ad quem non pertingit. sed quia puritas hominis quantacunque sit, ad diuinum examen relata, deficiens inuenitur, ideo consequenter ostendit quòd cum se purum & innocentẽ dicit, se purum & innocentem intelligit, quasi hominem, nõ quasi in nullo penitus a rectitudine diuinæ iustitię recedentem. Est autem sciendũ, quòd duplex est puritas, una quidem innocentis, altera pænitentis. utraque autem imperfecta est in homine, si ad perfectam rectitudinem diuinæ regulæ comparetur. dicit ergo quantũ ad puritatem pænitentis: *Si lotus fuero*, idest si a peccatis meis me purgare studuero. Q *uasi aquis niuis*. quæ ualde ablutiuæ esse dicũtur. quantum uero ad puritatem innocentis dicit: *Et fulserint uelut mundissimæ manus meæ*. idest & in operibus meis quæ per manus designantur, nulla inueniatur immunditia: sed fulgeat in eis iustitiæ claritas. dicit autem, Velut mundissimæ, ad insinuandum q̃ in homine perfecta munditia esse non potest. Si inquit fuerint mũdissimæ *tamen sordibus intinges me*. idest sordibus intinctus demonstrabor, tuæ iustitiæ comparatus, & per tuam sapiẽtiam conuictus. semper enim in operibus humanis aliquis defectus inuenitur, quãdoque quidem ex ignorantia propter debilitatem rationis, quandoque autem ex negligentia propter infirmitatem carnis, quandoque autem aliqua infectio alicuius terrenæ affectionis, etiam in bonis operibus admiscetur, propter mobilitatem humani cordis, quod non firmum in eodem perseuerat. unde semper aliquid in humanis operibus inuenitur, quod deficit a puritate diuinę iustitiæ. Cum autem aliquis immundus est, & tamen exterius aliquã iustitiæ ostensionem habet, signa iustitiæ, quæ de eo exterius apparent, ei non competunt. & ideo subdit, *Et abominabuntur me uestimenta mea*. per uestimenta enim, exteriora opera designantur, quibus homo quasi contegitur, secundum illud Matt. 7. Veniunt ad uos in uestimentis ouium. tunc ergo uestimenta alicuius eum abominantur, quando exteriora hominis. quæ iustitiam prætendunt, interioribus non concordant: quare autem quantumcunque sit purus, non potest se defendere, quin a Deo conuincatur impurus, cõsequenter ostendit ex duobus, in quibus Deus hominem excellit, uidelicet ex iustitiæ puritate, & ex maiestatis authoritate. quantũ ergo ad primum dicit; *Neque enim uiro, qui similis mei est respondebo*. quasi dicat: si aliquis homo me impurum uellet conuincere, possem ei resistere, si mihi obiiceret, quæ ipse sentiret in homine seruari non posse de perfecta iustitiæ puritate: sed sic respondere non possum Deo, in quo nullus defectus inuenitur. Quantum ad secundum dicit; *Nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri*. cum enim duo homines adinuicem contendunt, iudicem possunt habere, qui utriusque dicta examinet: sed hoc inter Deum & hominem esse non potest duplici ratione. Vna ratio est, quia oportet, quòd in iudice sit altior sapientia, quę sit quasi regula ad quam examinentur dicta utriusque partis. Manifestum est autem, quòd diuina sapientia est prima regula ad quam omnis ueritas examinatur, & propter hoc subdit; *Non est qui utrunque ualeat arguere*. quasi dicat, nõ est alius superior Deo ex cuius maiori sapiẽtia corrigi possit. Alia ratio est, quia oportet, q̃ in iudice sit maior potestas, qua possit utranque partem comprimere & hoc excludit dicens; *Et ponere manum suam in ambobus*. idest, coercere utrunque. hoc enim excluditur per immensitatem diuinæ potentiæ, quã supra ostendit. & quia, ut dictum est, intendit perscrutari, qua ratione innocentes puniantur in hoc mundo, consequenter ostendit, quid eum impedire possit ab hac perscrutatione, & qua intentione hoc perscrutari uelit. impediri autem posset ab hac perscrutatione ex duobus, primo quidem ex afflictione, quam patiebatur. homines enim, quorum mens occupata est tristitia, non possunt subtiliter perscrutari. & quantum ad hoc dicit: *Auferat a me uirgam suam*. Secundo, ex reuerentia quam ad Deum habet. homines enim aliquando ex quadam reuerentia, quam ad Deum habent, omittunt ea, quæ Dei sunt, perscrutari. & quantum ad hoc dicit; *Et pauor eius non me terreat*. quasi dicat: concedat spiritum meum requiescere ab afflictione quam patior, & non imputetur mihi ad irreuerentiam, quòd de diuinis disputo. & sic potero perscrutari. vnde sequitur; *Loquar & non timebo eum*. idest, ac si non timerem eum: *Neque enim possum mutuens respondere, idest*, dum a reuerentia eius reuocor a perscrutatione. Sciendum est autem, q̃ timor Dei aliquando timentes Deum a perscrutatione diuinorũ non reuocat, quando scilicet perscrutantur diuina, desiderio ueritatis cognoscendę, non ut incomprehensibilia comprehendant, sed semper eo moderamine, ut intellectum suum diuinæ subiiciãt ueritati. reuocantur autem per timorem Dei, ne sic perscrutentur diuina, quasi comprehendere uolentes, & intellectum suum diuina ueritate non regulantes: sic igitur per hæc verba Iob intendit ostendere, quòd eo moderamine de iis, quæ ad diuinam prouidẽtiam pertinent, perscrutatur, ut intellectum suum diuinæ ueritati subiiciat, non vt diuinam veritatem impugnet: quod esset contra reuerentiam diuini timoris.

qui utrunque ualeat arguere, & ponere manum suam in ambobus. Auferat a me uirgam suam, & pauor eius non me terreat. Loquar & non timebo eum: neque enim possum metuens respõdere.

CAPITIS DECIMI.

LECTIO I.

AEDET animam meam uitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ, Dicam Deo, Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi uidetur, si calumnieris me, & opprimas me, opus manuum tua-

LECTIO PRIMA.

K POSTQVAM superius proposuit Iob, quòd tam innocentes, quam impii in hoc sæculo tribulantur, & tetigit caulam punitionis innocentum, quæ posset existimari scilicet: quòd terra quasi de relicta a Deo, sit exposita uoluntati iniquæ potestatis, innocentes pro libito punientis, hoc autem remoto, quia manifestum inconueniens continet, inquisiuit quis esset innocentum punitor, & qua de causa. & hanc quæstionem hic prosequi intendit, prius tamen quam ad inuestigationem procedat, ostẽdit quo animo hic loquatur. loquitur enim in persona hominis afflicti secundum conceptiones quas ei tristitia subministrat. unde primo ponit tædium quòd patitur in hac uita. quod quidem tædium est propter tribulationes, quas patitur, quæ intantum graues sunt, quòd etiam ipsam vitam reddunt tædiosam: licet enim viuere secundum se delectabile sit, tamen in angustiis uiuere tædiosum est. vnde dicit: *Tædet animam meam uitæ meæ*. sicut autem homo, cui delectabilis est sua vita, optat se viuere, ita cui tædiosa est sua vita, optat se vita priuari, & ideo subiungit: *Dimittam aduersum me eloquium meum*. tunc enim homo aduersum se loquitur, quando se vita priuari exoptat; sed signãter dicit; Dimittam. multotiẽs enim homo aliquos

aliquos motus in corde patitur propter aliquam passionem, vel tristitiæ, vel concupiscentiæ, vel irę, aut cuiuscũque alterius: sed tamen ita ratione eius motus reprimit, quòd ad verbum exterius non procedunt: quãdo autem ratio ostendere vult, quid interius patiatur, occultos motus in verba producit, & tunc hoc eloquium dimittere dicitur, quasi prius retẽtum: & propter hoc subdit; *Loquar in amaritudine animæ meæ*. quasi dicat, verba quæ exterius proferam, interiorẽ amaritudinem ostendẽt, scilicet, vt det intelligere se in persona hominis amaricati loqui: sed ne rursus intelligatur, quòd ista eloqui dimissus sit per hoc, quòd ratio a tristitia superatur, subiungit; *Dicam Deo, nõli me condemnare*. cum enim ratio a passione vincitur, homo cõtra Deum murmurat: & quandoque vsque ad blasphemiam procedit: sed dum inter tribulationes hominis ratio recta manet, Deo se subdit, & ab ipso remediũ præstolatur; *Dicam Deo, noli me condemnare*. simul etiam in hoc ad soluendam quæstionem accedit. cum enim supra quæsiuisset, quæ esset causa innocentium pænæ in hoc mũdo, hic confitetur Deum esse authorem punitionis huius, dum petit quòd ab eo non condemnetur, secundum illud. 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat: ex quo Manicheorum hæresis confutatur. iis autem præmissis, supposito quòd Dominus sit punitionis author, inquirit de causa suæ punitionis, ad Deum loquens; *Indica mihi, cur me ita iudices?* idest facias me cognoscere causam, propter quam a te punior. Sciebat enim, quòd rõnis inuestigatio ad veritatis terminum peruenire non potest, nisi diuinitus doceatur. scire autẽ causãm suæ punitionis necessarium est homini, vel ad correptionem, vel vt patientius flagella sustineat. Ad inquisitionem autem huius quęstionis, procedit sub quadam disiunctione. necesse est enim, quòd ipse qui punitur, vel sit innocens, vel peccator. Primo autem procedit, supponendo quòd sit innocens. & quia ad cognitionem diuinorũ per res humanas peruenimus, proponit duos mõdos, quibus in humano iudicio, quãdoque innocentes puniuntur: primus mõdus est propter malitiam punientis, ex qua contingit triplicitẽr pœnas innocentibus irrogari, aliquãdo quidem dum per astũtiam innocentibus calumnias ingerunt, & quantum ad hoc dicit; *Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris?* Aliquando vero per potentiam opprimuntur. Et quantum ad hoc subdit; *Et opprimas me opus manuum tuarum*. Aliquando vero ipsi quidẽ ex proprio motu innocentes non puniunt, sed quia inordinate aliquos impios diligunt, eos etiam in oppressione innocentium iuuant, vnde subdit; *Et consilium impiorum adiuues?* Sed considerandũ est, quòd aliquando aliquid in diuersis naturis, vnũ & idem potest esse bonum, & malum, sicut iracundum esse, cani quidem est bonum, homini autem malum. nullus autem sanæ mentis hoc in dubitationẽ deducit, quòd Deus ex malitia aliquid operetur: non enim potest in summo bono aliquid mali esse, sed potest contingere, quòd aliquod malum est in homine, quod ad diuinam pertinet bonitatem. sicut non misereri, secundũ quòd misericordia compassionem sonat, in homine quidem vituperatur, quòd tamen bonitas diuina ex sui perfectione requirit. Manifestum est autẽ, quòd tria prædicta calumniari, opprimere, & consilium impiorum adiuuare, in hominibus mala sunt. vnde hoc in quæstione inducit: vtrum Deo possint esse bona. vnde nõ quærit. Nunquid calumniaris, & opprimis, sed; *Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris & opprimas*, scilicet supponẽs pro firmo, quòd Deus nunquam aliquid facit, nisi quod bonum sibi videtur: & hoc vere est bonum. Item, considerandum est, quòd ea quę naturaliter sunt, non imputantur in culpam vel in malum: naturale autem est, quòd vnumquodque perdat suum contrarium. vnde & Deus, qui est summe bonus, odit ea quæ contra se sunt, & ipsa disperdit, secundum illud Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes &c. si ergo homines nõ essent a Deo facti, sed a principio contrario, vt Manichei fabulantur, bonum videretur, quòd Deus homines opprimeret propter seipsum. Ad hoc igitur excludendum, non simpliciter dicit; *Et opprimas me*, sed addit; *Opus manuum tuarum*. Item, bonum videtur, quòd Deus iustorum uolũtates adimpleat, qui autem innocentem calumniari aut opprimere volunt, non sunt iusti, sed impii, & præcipue si non ignoranter vel casu, sed ex cõsilio & deliberatione hoc velint. vnde cum se innocentẽ supponat in prima parte quæstionis, sequitur impios esse, qui eum ex deliberato cõsilio opprimere vel calumniari volunt. & ideo

signanter dicit; *Et consilium impiorum adiuues?* Hac igitur causa remota, quia Deo hoc bonum uideri non potest, cum ipse sit opus manuum Dei, & cum eius hostes, qui ipsum oppresserant, impii probentur, procedit consequenter ad secundum modum, quo in humano iudicio, quandoque innocentes affliguntur. Cõtingit enim quãdoque, quòd quandoque aliquis innocens falso apud iudicem accusatur, iudex ad exquirendam veritatem, eum tormentis subiicit, secundum iustitiam agens. sed huius rei causa est defectus cognitionis humanæ, qui est triplex. Vnus qui dem est, quia omnis cognitio hominis a sensu procedit. & quia sensus corporis, & corporalium sunt, non potest iudex interiorem conscientiam accusati cognoscere. vt ergo hoc excludat, ideo dicit, *Nunquid oculi carnei tibi sunt?* ac si dicat, nunquid tu corporalibus sensibus cognoscis; vt sola corporalia videas, & interiora cognoscere nõ possis? ponit autem oculos, quia visus inter alios sensus, excedit. Secundus defectus est, quòd homo per sensus corporeos nec etiam omnia corporalia conspicere potest, non enim potest cognoscere quæ a remotis & in absconditis fiunt, quod a Deo remouet, dicens; *Aut sicut uidet homo, ita & tu uidebis?* vt scilicet non possis, quæ vbique fiunt etiam occulta cognoscere. Tertius defectus humanæ cognitionis est ex tempore, tum quia, homo de die in diem plura cognoscit, tum etiam, quia per temporis longitudinem obliuiscitur ea, quæ nouit: vt sic oporteat eum iterato quasi addiscere, hoc a Deo remouet dicens; *Nunquid sicut dies hominis dies tui?* vt scilicet de die in diem tua crescat cognitio? *Et anni tui sicut humana sunt tempora?* vt scilicet per cursum temporum aliquid tuæ cognitioni decrescat. & subdit: *Vt quæras iniquitatẽ meã & peccatũ meum scrutaris?* idest vt per flagella inquiras, an ego peccauerim opere, & iniquus sim mente, sicut homines per tormenta peccata exquirunt, & sic post inquisitionem huiusmodi, in me peccata non inuenies: *Et sciãs quòd nihil impium fecerim*. quasi hoc aliunde cognoscere nõ possis, nisi per flagella peccata mea exquiras, & hoc libere facias absque contradictione. *Cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere*. aliquando enim ab hac inquisitione, quæ est per tormenta, iudices deficiunt, dum ii, qui torqueri debent, ab eorum manibus eruuntur. Et quia supra dixerat, se esse opus manuum Dei, vt ex hoc ostenderet, quòd bonum Deo videri non potest, vt eũ opprimat propter se, quasi in oppressione eius delectetur, quod suppofuerat, manifestat, vnde subdit; *Manus tuæ fecerunt me*. & ne aliquis credat, secundum Manicheorum hæresim, hominis animam a Deo factam, corpus vero contrario actore formatum, subiungit; *Et plasmauerunt me totum in circuitu*. In circuitu dicit, quia corpus videtur esse animæ in circuitu, sicut vestimentum vestito: vel sicut domus habitatori. Totum dicit, ut ad singula corporis membra referatur. Plasmauerunt dicit, vt alludat ei, quòd homo ex limo terræ dicitur esse formatus. per manus autem, operatio diuina intelligitur. vnde dicitur pluraliter, Manus tuæ. quia licet sit vna diuina virtus operans, multiplicatur tamen eius operatio in effectibus, tum propter diuersitatem effectuum, tum etiam, propter varietatem causarum mediarum, quibus mediantibus suos effectus producit. subdit autem; *Et sic repente præcipitas me*; quia repentinum videtur esse, vt aliquis, qui aliquam rem produxit, eam absq; causa manifesta corrumpat. Qui enim facit aliquid, vult illud esse: ad hoc enim facit, vt sit. qui aũt ipsum corrũpit, vult illud non esse. Si aliquis igitur destruat quod prius fecit, videtur repentina eius mutatio voluntatis, nisi aliqua manifesta causa de nouo oriatur, ex qua appareat, prius illud esse corrumpendum, quod prius fuit fiendum. huiusmodi autem repentina mutatio voluntatis in Deum cadere non potest, & ideo quasi admiratiue quærit: *Et sic repente præcipitas me?* quasi dicat, hoc inconueniens videtur, si quem prius fecisti, sine causa nunc destruas. vel quod dixit: *Fecerunt me*. potest referri ad constitutionem substantiæ. quod autem dixit; *Et plasmauerunt me totum in circuitu*, potest referri ad ea, quæ substantiæ adueniunt, siue sint bona animæ, siue corporis, siue exterioris fortunæ: & quia in generali se factum & plasmatum a Deo posuerat, in speciali prosequitur de modo suæ factionis ad similitudinem alicuius, qui cum alicui vult reducere aliquid ad memoriam, particulariter cũcta ei edisserit, vt sic videlicet, ei in memoriam reducat: videtur autem Deus tunc benignitatis, quam ad suam facturam habet, obliuisci, cum eam corruptioni exponit, & ad modum obliuiscentis se habet: & secundum

manu tua possit eruere. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, & sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quòd sicut lutum feceris me: & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus uestisti me:

dum, hũc modum dicitur in Psalmo 12. Vsquequo Domine obliuisceris me in finem? & ideo dicit; *Memento, quæso, quòd sicut lutum feceris me*. Vbi considerandum est, quòd duplicem hominis factionem commemorat, primo quidem eam, quæ pertinet ad primam institutionem naturæ, alludens ei quod dicitur Gen. 1. Deus hominem de limo terræ formauit. & ideo dicit; *Quod sicut lutum feceris me*. ubi etiam compositionem hominis ex primis elementis tangere videtur. & quia etiã primo homini dictum est, Puluis es, & in puluerẽ reueterris, consequenter subiũgit: *Et in puluerem reduces me*. quod etiam naturali materiæ competit. nam ea quæ ex terra generantur, consequens est secundum naturæ ordinem, ut resoluantur in terram. Sed de hoc aliquis mirari potest, cum maius uideatur de terra formare hominem quàm hominem formatum retinere, ne in puluerem redigatur. vnde est, quòd Deus, qui hominem formauit, eum in puluerem redigi permittit: cum scilicet, hoc sit solum ex necessitate materię, vt homo in hoc nihil plus habeat aliis, quæ ex terra formantur, vel hoc sit ex diuina prouidentia aliquam hominis culpam puniente. Consequenter autem tangit factionem hominis quantum ad opus propagationis, secundum quòd homo ab homine generatur: vbi considerandum est, quòd quia omnia naturæ opera Deo attribuit, non excludit naturæ operationem, sed eo modo quo principali agenti attribuuntur ea, quæ per causas secundas aguntur, ut artifici ipsa operatio serræ, hoc enim ipsum quod natura operatur, a Deo habet, qui ad hoc eam instituit. In hac autem hominis generatione, primo occurrit seminis resolutio, & quantum ad hoc dicit. *Nonne sicut lac mulsisti me*. sicut enim semen est superfluum alimenti, ita & lac. secundo autem concurrit compactio massæ corporeæ in vtero mulieris. & quantum ad hoc subdit; *Et sicut caseum me coagulasti*. ita enim se habet semen maris ad materiã, quam fœmina ministrat in generatione hominis, & aliorum animalium, sicut se habet coagulum in generatione casei. Tertio autem occurrit distinctio organorum, quorum quidem consistentia & robur est ex neruis & ossibus, circundatur autem exterius a pelle & carnibus. vnde dicit; *Pelle & carnibus uestisti me, ossibus & neruis compegisti me*. Quartum autem est animatio fetus, & præcipue quantum ad animam rationalem, quæ non infunditur nisi post organizationem. simul autem cum anima rationali infunduntur homini diuinitus quædam seminaria virtutum, aliqua quidem communiter omnibus, aliqua vero specialiter alicui quibus, secundum quòd homines quidam sunt naturaliter dispositi ad vnam virtutem, quidam ad aliam. Iob autem dicit infra cap. 31. Ab infantia creuit mecũ miseratio, & de vtero egressa est mecum, vnde & hic dicit: *Vitam & misericordiam tribuisti mihi*; Vltimum autem est conseruatio vitæ, tam in materno vtero, quàm post exitum ab vtero. quæ quidem conseruatio est partim quidem per principia naturalia, partim autem per alia Dei beneficia naturæ superaddita, siue pertineãt ad animã, siue ad corpus, siue ad exteriora bona, & quantũ ad hoc subdit: *Et visitatio tua custodiuit spiritum meum*. sicut. n. Deus ab aliquo recedere dicitur in scripturis, quando Deus ab eo sua dona subtrahit, sic eum visitare dicitur, quando ei sua dona largitur. Ne autem ex hoc. quod Iob Deo dixerat: *Memento quæso quòd sicut lutum feceris me*. aliquis credere posset eum huius opinionis esse, quòd obliuio in Deum cadere posset, excusat se ab hoc dicens: *Licet hæc cælet in corde tuo; tamen scio quia uniuersorum memineris*. dicitur autem Deus per similitudinem hominis aliquid in corde cęlare, quando non ostendit per effectum quod habet in cognitione vel affectione. sic itaque Deum prædicta in corde cęlare dicitur, quia in effectu non ostendit, quòd eum sua factura recognoscat, quam sic repente præcipitare videtur.

ossibus & neruis compegisti me. vitã & misericordiã tribuisti mihi: & uisitatio tua custodiuit spiritũ meũ. Licet hæc cæles in corde tuo: tamen scio quia uniuersorum memineris.

LECTIO II.

SI peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea, mundum me esse non patetis? Et si impius fuero, uæ mihi est: & si iustus, non leuabo caput saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiam quasi leænam capies me: reuersusque mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me: & multiplicas iram tuam aduersum me: & pœnæ militant in me.

LECTIO III.

QVARE de vulua eduxit me? Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me, ut plagã paululũ dolorem meum antequã uadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miserię & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

LECTIO SECVNDA.

SVPERIVS inquisiuit Iob causam suæ punitionis, supposito quòd innocens esset, nunc autem procedit ad inquirendũ, si propter hoc puniatur, quòd peccator est: & quòd propter peccatum non puniatur, primo ostendit, vtens tali ratione. Si enim peccatum commisit, maxime hoc commisisse videtur tempore prosperitatis. si autem peccatũ est tota causa, quare aliqui puniantur aduersitate quam sustinent in præsenti: posita causa, ponitur effectus: oporteret quòd statim cum aliquis peccat, aduersitas sequẽtur. Manifestum autẽ erat, quòd Iob tempore suæ prosperitatis eundem modum viuendi seruauit: vnde si peccauit, hoc modo viuendo, diu ante peccauerat quàm aduersitatem pateretur. oporteret ergo dicere, quòd cum statim post peccatum aduersitas secuta nõ sit, quòd Deus pro tempore illo ei pepercit, quo aduersitates non induxit. Inconueniens autem est dicere, quòd peccatum quod Deus pepercit, iterum imputet ad pœnam. non ergo videtur, quòd pro peccato prius ab eo commisso, nunc puniatur. hoc est ergo quod dicit; *Si peccaui*, scilicet tempore prosperitatis meæ: *Et ad horam pepercisti mihi*. quia scilicet non statim aduersitatem induxisti. *Cur ab iniquitate mea mũdum me esse non pateris?* quasi dicat, cur ex quo reputasti me aliquo tempore quasi purum, parcendo mihi iniquitatem meam: nunc iterum me punis, quasi non sim purus? Aliam etiam rationem consequenter subiungit, quæ talis est. si peccatum est tota causa aduersitatum præsentium, sequeretur, quòd non tam iusti, quàm peccatores conuenienter aduersitates in hoc mundo paterentur. videmus autem & iustis & peccatoribus aduersitates esse communes, & hoc est quod dicit; *Et si impius fuero, uæ mihi est*. idest aduersitates sustineo: *Et si iustus*. vel prius fui, vel modo factus sum; *Non propter hoc leuabo caput*. quasi a miseria sublevatus. ego dico existens; *Saturatus afflictione*, quantum ad dolores; *Et miseria*. quantum ad penuriam, & confusionem. In saturitate autem abundantiam afflictionis & miseriæ designat. & hoc videtur dicere contra dictum Eliphaz & Baldath Suites. dixerunt autem quòd si conuerteretur, ab aduersitate liberaretur. contra quod dicit, quòd etiam si iustus effectus sit, nõ tamẽ propter hoc a miseria releuatur: quãuis pro præcedentibus peccatis, si qua fuerint, iam sufficienter punitus sit. quod per saturitatem afflictionis & miseriæ designat. & quia hoc ei ad superbiam Eliphaz imputauerat, quòd se innocentem dicebat, subiungit; *Et propter superbiam, quasi leænam capies me*. quasi dicat: facis me reputari ab iis qui capiunt verba mea, quasi leænam propter superbiam. & hoc ipsum quòd sic malus reputabatur, erat ei pœna super pœnam. vnde subdit; *Reuersus mirabiliter me crucias*. quasi dicat, prius venisti affligens me per subtractionem rerum & corporis vulnera: & nunc iterato redisti & crucias me per amicos: quod est mirabile: quia ab amicis magis consolationem deberet accipere. vel hoc dicit, quòd maxime homo affligitur cum ab amicis deridetur. qualis autẽ sit iste cruciatus, ostendit subdens; *Instauras testes tuos contra me*. Eliphaz enim dum videbatur iustitiam Dei defendere, & similiter socii eius, in quo quasi testes Dei se demonstrabant, contra Iob loquebantur, eum de peccato arguentes. *Et sic multiplicas iram tuam*. idest effectum iræ tuæ: *Aduersum me*. scilicet, me multipliciter punis *Et pœnæ militant in me*. quasi cum quadam authoritate, & sine contradictione me impugnant. milites enim consueuerunt cum authoritate regia, & absque vlla contradictione aliquem, qui reputatur reus, inuadere.

LECTIO TERTIA.

TERMINAVERAT Iob inquisitionem suam in hoc, q̃ siue iustus siue peccator esset, tribulationibus multiplicibus subiacebat. & ne aliqs posset credere, Deũ in eius tribulationibus delectari, vult inq̃rere, an hoc verũ eẽ possit. Incõueniẽs aũt videt, q̃ aliqs effectũ suũ pducat ad hoc, q̃ male se habeat, cũ potius omne agens in suo effectu bonum intendat. Supponit autem, sicut ex præmissis patet, se esse opus Dei: & ideo ab eo quærit; *Quare de vulua eduxisti me*. quasi dicat. nunquid propter hoc me nasci fecisti, ut tribulationibus subdas? & quia posset aliquis dicere, quòd etiam sic in tribulationibus esse, melius est simpliciter, quàm natum nõ esse: excludit hoc dicens; *Qui utinam consumptus essem*, scilicet in materno utero; *Ne oculus me videret*, i. ne cõtusionem paterer ex tantis malis, quæ in me oculi hominũ conspiciũt, & tamen si in materno utero cõsumptus essem, habuissem dignitatem essendi, sine miseria, quæ mihi existenti accidit: & hoc est quod dicit; *Fuissem*, quasi participans, idest, participassem id, quod bonum est in esse; *Quasi non essem* immunis forem a malis huius uitæ, ac si nunquam fuissem: non est enim dignitas humani esse, ut in perpetuum conseruetur sed ut tandem homo moriatur, & transferatur ad tumulum, qui mortuo pręparatur ad hoc, quod aliqualis eius memoria post mortem remaneat: & hoc etiam mihi non defuisset: unde sequitur; *Ex vtero translatus ad tumulum*. nullus autem qui in pœnis alicuius delectatur, ita crudelis inuenitur, qui uel non ad modicum ab affligendo cesset. dato ergo, quòd Deus causa natiuitatis hominis non esset, tamen dies hominis breues sunt, & præcipue in comparatione ad æternitatem Dei, & ista etiam breuitas, quando homo iam magnam partem uitæ transiuerit, cito finiendæ expectatur. & hoc est quod dicit; *Nunquid non paucitas dierum meorum*. quia omnes dies uitæ meæ pauci sunt; *Finietur breui*, iam ipsius paucitatis magna parte transacta. non est ergo magnum, si de cetero a percutiendo cesset. & hoc est quod concludit; *Dimitte ergo me*, & si tibi durum uidetur, quòd uel ad horam absque afflictionibus sim: certum est quòd etiam te cessante a percussione, non mihi remanet unde gaudeam, sed unde doleam. & hoc est quod subdit; *Vt plãgam paulum dolorem meum*, scilicet quem ex præcedentibus percussionibus concepi. Hoc autem dicit, quia percuti se adhuc reputabat, dum amici eum obiurgabant, de quibus dixerat, Instauras testes tuos contra me. & quia posset sibi responderi, immo potius hoc modico tempore a affligẽdus es: quando hinc transibis, consolationem inuenies, quod posset esse dupliciter, uno modo iterato redeundo ad hanc vitã, & hoc excludit cum dicit; *Antequam uadam*, scilicet per mortẽ; *Et non reuertar*. ut iterum uiuam: quod potest exponi dupliciter, uno modo, ut dicat se non reuerti ad similem modum uiuẽdi ut quidam fabulantur: vel melius dicendum, quòd more disputantis loquitur secundum id, quod aduersarii sentiunt, antequam veritas manifesteretur. Infra autem Iob manifeste resurrectionis ueritatem indicabit: & ideo in omnibus præcedentibus loquitur de resurrectione, supponendo opinionem eorum cum quibus disputabat; qui non credebant aliam uitam esse uisi istam: & in hac sola homines aut puniri, aut præmiari pro malis ac bonis, quæ agunt. Alio modo posset post finem huius uitæ consolationem expectare in ipso statu mortis: sed hoc excludit dicens; *Ad terram tenebrosam*. ad quam scilicet uadam post mortem. & potest hoc exponi dupliciter, uno modo de inferno, ad quẽ animæ omnium hominum descendebant, etiam iustorum, ante mortem Christi: licet iusti ibi pœnas sensibiles non paterentur, sed solũ tenebras. alii uero & pœnas, & tenebras. sed quia Iob si locutus fuerat, ac si dubium esset, utrum ipse esset iustus, ut rei veritas erat, uel peccator sicut amici eius calumniabantur, describit infernum communiter & quantum ad bonos, & quantum ad malos. accipiendo ergo infernum sic communiter dicitur; *Terra tenebrosa*. inquantum caret claritate diuinæ uisionis: dicitur; *Opertæ mortis caligine*. quantum ad peccatum originale, quod est caligo, inducens ad mortem. dicitur; *Terra miseriæ*. quantum ad pœnas, quas ibi reprobi patiuntur; *Terra tenebrarum*; quantum ad obscuritates peccatorum actualium, quibus mali inuoluuntur: dicitur autem esse ibi; *Vmbra mortis*, idest similitudo mortis: quia sic affliguntur, ac si semper morerentur: dicitur autem ibi; *Nullus ordo esse*: uel propter confusionem mentium, quam patiuntur damnati, uel propter hoc, quòd ille ordo non ibi seruatur, qui hic. Hic enim ignis ardet & lucet, quod ibi non est; *Sempiternus autem horror ibi inhabitat*, quia licet semper doleant de pœnis præsentibus, semper tamen timent futuras. sed quia illi, contra quos disputabat, immortalitatem animæ non ponebant, ut sic post mortem remaneret, ipse adhuc loquitur secundum positiones eorum: melius quantum ad sensum litteræ sic exponitur, vt totum referatur ad corpus, quod in terra sepelitur, & in terra conuertitur. Dicit ergo; *Ad terram tenebrosam*, quãtũ ad ipsam proprietatẽ terræ quæ in se opaca est: sed licet in se sit opaca, tamen uientes qui super terrã habitant, illustrantur lumine aeris operientis terram, sed isto lumine mortui non perfruũtur. vnde subdit, *Opertam mortis caligine*, quasi dicat, mors facit ut post mortem aliquis non perfruatur lumine, quo viui utuntur. Contingit autem quandoque, quod licet aliquis viuus, lumine circundante terram, non perfruatur, tamen in aliquo occulto loco terræ existens, fruitur desideratis quo ad appetitum, & considerat aliquas veritates quo ad intellectum, sed hoc mortui carent, vnde subdit; *Terram miseriæ*. quantum ad carentiam omnium desiderabilium vel delectabilium: *Et tenebrarum*. inquantum deficit consideratio veritatis. Inter alia etiam, in quibus uiui delectantur, præcipuum est societas humana cum debito ordine, quo quidam præsunt, & alii subsunt, & alii seruiunt. sed hoc mortui priuantur: vnde subdit; *Vbi umbra mortis*. quasi dicat: apud mortuos non sunt nisi horribilia secundum existimationem uiuentium, vt dicitur Sap. 17. Personæ apparentes tristes pauorem illis dederunt. Et nullus ordo, quia absque doctrina honoris & dignitatis simul est conditio mortuorum. Sed sempiternus horror inhabitat, quantum ad uiuentes, quibus horrori sunt mortui. quasi dicat: nihil est in statu mortuorum, nisi quæ homines horrẽt; & hoc in sempiternum apud eos erit, si ad uitam non redeunt. Sic igitur Iob inquirendo causam suæ tribulationis, ostendit, hoc non esse ab aliquo impio, in cuius manu data sit terra non esse a Deo, calumniose opprimente; non esse a Deo culpam inquirente; non esse a Deo peccata puniente, non esse a Deo in pœnis sibi complacente. vnde adhuc remanet sub dubio causa tribulationis eius: quæ omnia prosequitur Iob, vt de necessitate inducat eos ad ponendum aliam vitam in qua & iusti præmientur & mali puniantur, ex quo per ea nunc posita non potest reddi causa tribulationis iustorum, quos certum est aliquando in hoc mundo tribulari.

quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me, ut plagã paululũ dolorem meum antequã uadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miserię & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

CAPITIS VNDECIMI.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Sophar Naamathithes dixit, Nunquid qui multa loquitur nõ audiet, aut uir uerbosus iustificabit? Tibi soli tacebunt hoĩes, & cũ ceteros irriseris a nullo confutaberis: Dixisti. n. Purus est sermone⁹, & mũdus sũ in cõspectu tuo.

LECTIO PRIMA.

SVPERIVS Iob inter cetera mala, quæ pãtiebatur, mirabiliter cruciari se dixerat ab amicis suis, qui contra eum insurgebant, quasi testes pro Deo, a quo verbo tactus Sophar respondit, vnde dicit; *Respondens autem Sophar Naamathithes dixit: nunquid qui multa loquitur non audiet?* quasi dicat, tu multa locutus es inordinate, vnde non est mirum si ab amicis tuis reprehensus es. Quòd si homo qui loquitur multa non reprehenderetur, sequeretur hoc inconueniens, quòd homines ex hoc ipso, q̃ sunt loquaces iusti reputarentur. vnde sequitur; *Aut uir uerbosus iustificabitur?* idest iustus reputabitur? & quia posset dicere Iob, sibi debere deferri propter suam dignitatem, excludit hoc subdens: *Tibi soli tacebunt homines, & cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis?* Intellexerat enim Iob dixisse, alios esse irrisores in hoc, quòd testes Dei eos vocauerat. & in hoc quod supra dixerat, Quare detraxistis sermonibus veritatis. & ideo dicit non esse mirandum, si etiam alii contra ipsum loquãtur. Sed forte posset dicere, quòd non haberent quid dicerent contra eũ, vel contra verba eius. & ad hoc excludẽdum subdit; *Dixisti enim purus est sermo meus*. Hoc accipit ab eo, quod supra dixerat; Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia apparebit, & mundus sum in conspectu tuo. hoc Iob expresse non dixerat, sed ex verbis eius accipere uolebat, quia disputauerat se non propter peccatum punitum. vel ex eo quod dixerat, Scias quia nihil impium fecerim. vel ex eo quod supra dixit, Nonne dissimulaui, nonne silui? Considerandum est autem, quòd cum peccatum sit obliquatio a lege Dei, non potest plene cognosci peccatum, vel quantitas eius, nisi lex Dei cognoscatur. rectum enim, est iudex sui ipsius, & obliqui. Quòd igitur Iob se diceret immunem a peccato, & non ita graviter peccasse

peccasse sicut puniebatur, ex hoc reputabat Sophar accidere, quòd Iob legem Dei non perfectè cognosceret, & ideo dicit; *Atque utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi.* hoc uidetur in sugillationem Iob dicere, quia dixerat, Indica mihi, cur me ita iudices? & potest dicere, quòd Deus simpliciter loquitur homini, cũ eius cordi aliquid de sua sapiẽtia inspirat, secundum illud Psal. 84. Audiã qd loquatur in me Dominus Deus. Labia autem sua aperit, scil per aliquos effectus hominibus aliquid reuelat. Labiis enim formãtur uoces exterius, quibus interiores conceptus cordis exprimimus. Cõsiderãdum est autẽ, quòd ab intellectu diuinorum duplici ratione deficimus, primo quidem, quia cum inuisibilia Dei cognoscere non possimus, nisi per ea, quæ facta sunt, ea uero quæ facta sunt, multum deficiunt a uirtute factoris, oportet quòd remaneãt multa in factore considerãda, quæ nobis occultantur: & hæc uocantur secreta sapientiæ Deiide quibus dixit; *Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ.* Secundo etiam, quia ipsum creaturarum ordinem ad plenum comprehendere non possumus, secundum quòd a diuina prouidentia dispensantur, aliter enim est in humano regimine, & aliter in diuino. Nam apud homines, quanto aliquis est superior in regendo, tanto eius ordinatio ad uniuersaliora solum se extendit, particularia uero relinquit inferioribus rectoribus dispensanda: & sic lex superioris rectoris, est uniuersalis & simplex: sed Deus, quanto est superior in regendo, tanto eius ordinatio etiam usq; ad minima se extẽdit. unde lex sui regiminis non solum est secreta, si respiciamus ad altitudinem rectoris, excedentem uniuersam proportionem causarum, sed etiam est multiplex, uniuersa, & singularia, & minima sub certo ordine dispensans. & ideo addidit; *Et quòd multiplex sit lex eius.* & hoc quidem non solum in rebus naturalibus est considerare, prout diuino subdũtur regimini, sed etiam in rebus humanis. Leges enim humanæ, quia non potuerunt earum latores ad omnia singularia respicere, ad uniuersalia quædam respiciunt, quæ ut in pluribus accidunt. Qualiter autem uniuersalia statuta humana, sint factis singularibus applicanda, relinquitur prudentiæ operantis. unde in multis homo potest deficere a rectitudine: in quibus tamen non contrariatur legi humanitus positæ. Sed lex diuina, secundum quod est in sapientia Dei, ad omnia particularia & minima se extendit: & sic non potest contingere, quòd homo in aliquo a rectitudine discordet, & non contrarietur legi diuinæ. quia igitur homo ad ipsam legem diuinam, prout est in secreto sapientiæ Dei inspiciendam, pertingere non potest, & per consequens nec eius multiplicitatem agnoscere, contingit quòd aliquando non putet se contra legem Dei agere, cum tamen agat, uel parum delinquere, cum tamen multum delinquat. unde subdit; *Et intelligeres*, scilicet si essent tibi ostensa secreta sapientiæ, & multiplicitas legis Dei; *Quòd multa minora exigaris ab eo*, scilicet in sufferendo pœnas; *Quàm mereatur iniquitas tua.* quam uel non cognoscis, uel existimas paruam. & in hoc uidetur reprehendere, quod Iob supra dixerat, Vtinam appenderentur pecata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera: Quasi arena maris hæc granior appareret: & quia proposuerat in diuina sapientia esse aliquod secretum, quod nõdum erat Iob ostẽsum, ne hoc posset negari, per consequentia confirmat dicens; *Forsitan uestigia Dei comprehendes.* Vestigia, signa sunt per uiam procedentis: opera autem Dei uiæ ipsius dicuntur, & productio creaturarũ a Deo quidam processus Dei intelligitur in creaturas, prout, scilicet diuina bonitas ab eo in quo simpliciter, & summe existit, gradatim ad effectus deriuata procedit, dum superiora inferioribus meliora inueniũtur. Vestigia ergo Dei sunt signa quædam in creaturis inuenta, ex quibus per eas Deus aliquatenus cognosci potest. Sed cum humana mens nec ipsas creaturas totaliter & perfecte cognoscere possit, multo minus & de ipso creatore perfectam notitiam habere potest: & ideo interrogando subdit; *Et usque ad perfectum omnipotentem reperies?* quasi dicat, si creaturas perfecte cognoscere non potes, multo minus nec creatorem: & signanter dicit; *Reperies.* quia per quandam inquisitionem, ratio ab effectibus procedit ad causam, quam dũ per effectus cognoscimus, eam dicimur inuenire: nec est mirum, si creaturis non perfecte cognitis, creator non perfecte cognoscitur, quia etiam creaturis perfecte cognitis, adhuc creator non perfecte cognosceretur. tunc enim per effectus perfecte causa cognosci potest, quando effectus adæquantur causæ in virtute, quod de Deo dici non põt, & ideo subdit; *Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? longior terra mensura eius, & latior mari.* hæc sub metaphora dicuntur, non enim debet intelligi, quòd Deus, qui incorporeus est, dimensionibus corporalibus distendatur: sed magnitudinẽ virtutis, sub similitudine describit corporalis magnitudinis, quia quantumcũque corporea uidentur esse magna altitudine, uel profunditate, uel longitudine, uel latitudine, deficiunt tamen a magnitudine virtutis Dei, quæ maiora facere potest, & ideo signanter, Deum omnipotentem prius nominauit. ex hoc ergo ostendit, quòd perfectio in creaturis inueniri nõ potest, quia dato, quòd omnes creaturæ perfecte cognoscerentur, ex eis cognosci non posset uirtus eius æqualiter, quia medium sumi non potest ad cognoscendum uirtutem Dei: sed excedit omnem creaturam. & hoc significat cum dicit; *Quid facies, & unde cognosces.* non solum autem diuina uirtus excedit omnem creaturam in producendo, sed etiam in conseruando, non enim creaturæ conseruatio est, nisi a Deo: nec est aliqua uirtus in creatura, quæ diuinæ uoluntati resistere possit, si ipsam creaturam ulterius conseruare nõ uellet. & ideo subdit; *Si subuerterit omnia.* in nihilum redigendo, subtrahendo, scilicet eis esse: *Vel in unum coarctauerit.* confusionem inducendo, scilicet per subtractionem ordinis, quo res distinguit: *Quis contradicet ei?* idest quæ uirtus creaturæ poterit esse contraria, contra eius uoluntatem conseruans, uel se, uel alia in esse? Sed ne aliquis dicat, quòd licet nihil posset conseruari in esse, nisi per eum, tamen, quia quasi ex debito res in esse conseruat: ideo ad hoc excludendum subdit; *Vel quis dicere ei poterit, cur ita facis?* quasi ab eo exigens rationem de debito prætermisso.

Atque vtinam Deus loqueretur tecũ: & aperiret labia sua tibi. Vt ostẽderet tibi secreta sapiẽtiæ: & quòd multiplex esset lex eius: & intelligeres, quòd multo minora exigaris ab eo, quàm mereãt iniquitas tua. Forsitan uestigia Dei comprehendes: & usque ad perfectum omnipotentem reperies? Excelsior cælo est. Et quid facies? Profundior inferno: & unde cognoscẽs? Lõgior terra mensura eius, & latior mari. Si subuerterit omnia vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Vel quis dicere ei potest: cur ita facis?

LECTIO II.

PSE enim nouit hominum uanitatem, & uidens iniquitatem: nonne considerat? Vir uanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum: & expandisti ad Deum manus tuas. Si iniquitatem, quæ est in ma nu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula: & eris stabilis, & non timebis. Miseriæ quoque obliuisceris: & quasi aquarum quæ præterierunt non recordaberis: & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam. Et cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer, & habebis fiduciam, proposita tibi spe: defessus securus dormies. Requiesces, & non erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorum deficient & effugium peribit ad eis: & spes illorum abominatio animæ.

LECTIO SECVNDA.

POST QVAM ostendit Sophar, quòd in diuina sapientia est aliquid secretum, quod homini incomprehensibile est, propedit ad aliud manifestandum, quod prius supposuerat, scilicet, quòd Deus pro peccato, ab homine exigat pœnam; & quòd Deus facta hominum cognoscat. unde dicit: Recte dico, & exiguntur tibi a Deo minora, quàm mereatur tua iniquitas: *Ipse enim nouit hominum uanitatem.* idest hominum facta vana, vana autem dici cõsueuerũt, quæ instabilia sunt, eo quòd debitis finibus non stabiliuntur. ex hoc igitur est vanitas hominis, quòd cor eius in veritate non figitur, per quam solam potest stabiliri, & ex hoc, quòd a veritate recedit, iniquitatem operatur, dum videlicet appetit illud, quod apparet bonũ, loco eius, quod est bonum. unde subdit: *Et uidens*, scilicet Deus. *Iniquitatem*, ex vanitate hominum procedentem: *Nonne considerat?* scilicet ad puniendum. tunc enim iudex peccatum videns, inconsiderate pertransire videtur, quando dissimulat, & pœnam apponere nõ curat, quod de Deo videtur non esse dicendum. cum igitur ipse videat hominum vanitatem, pro iniquitate exigit pœnam. sicut autem ex vanitate contingit, quòd homo ad iniquitatem declinat, ita ex eadem vanitate prouenit, quòd homo diuino iudicio se subiectum esse non reputat, & ideo subdit; *Vir uanus in superbiam erigitur.* vt scilicet, suo superiori se subditum esse non credat, & hoc est quod subdit; *Et tanquam pullum onagri, se liberum natum putat.* Onager asinus siluester est, cuius pullus a domino hominis nascitur liber. pulli autem asinorum, qui ab hominibus possidentur, in seruitutem hominum nascuntur. homines igitur, qui se diuino iudicio subiectos esse non putant, reputant se quasi pullos onagri natos, licet videant alios homines eiusdem conditionis diuino iudicio coerceri. hoc in sugillationem beati Iob dicere videbatur, intelligens ex verbis eius, quòd quasi de pari cum Deo vellet cõtendere, quia dixerat; *Auferat a me virgam suam, & pauor eius non me terreat: loquar & non timebo eum,* & ideo subdit; *Tu autem firmasti cor tuum.* ut scilicet defenderes iniquitatem tuam & tamen cum hac cordis obfirmatione, *Expandisti ad Deum manus tuas.* orando scilicet supra cum dixit: Dicam Deo, noli me cõdemnare. & ideo inutilis est oratio tua, talis enim oratio est quando homo primo iniquitatem dimittit, & postea a Deo petit ut a puniẽdo cesset, & hoc est quod subdit; *Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te.* ut scilicet desistas ab opere iniquo, qd adhuc præ manibus habes: *Et non manserit in tabernaculo tuo iniustitia.* ut scilicet quæ iniuste accepta reposita habes, restituas: uel tuos familiares corrigas, pro quorum delictis, interdum domini puniuntur propter negligentiam corrigendi: *Tunc leuare poteris.* scilicet ad Dominum orando; *Faciem tuam absque macula.* scilicet culpæ: & sic cessabit condemnatio: primo quidem quantũ ad futura, vnde subdit *Et eris stabilis.* ut scilicet ulterius per tribulationes non mouearis; *Et non timebis.* futura pericula. & quia aliquando licet homo non timeat de futuro, tamen affligitur pro iis, quæ amisit uel passus est, subiungit: *Miseriæ quoque.* scilicet quam hactenus passus es: *Obliuisceris.* propter abundantiam bonorum superuenientium. & hoc exemplo confirmat cum subdit; *Et quasi aquarum quæ præterierunt non recordaberis.* quasi dicat, quia homo post tempestatem pluuiæ, cum serenitas aduenerit, pluuiarum præcedentium obliuiscitur: vel propter hoc, quòd aquę fluuiorũ citissime fluũt & earum, postquam transeunt, nulla restat memoria, sed quia contra promissionẽ prosperitatis in hac uita Iob supra duo proposuerat, scilicet deuastationem proprii corporis, cum dixit: Induta est caro mea putredine, & præteritionem dierum uitæ suæ cum dixit, Dies mei uelocius transierunt cursore &c. & ideo ad utranque obiectionem excludendam subiungit; *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad uesperam.* ac si dicat, licet tibi uidea tur, quod dies tui pertransierint, & uita tua sit in fine quasi ad uesperã, tamen tãta poterit superuenire prosperitas, quòd quasi reducet te ad gaudium iuuentutis tuæ. sicut enim per uesperam intelligitur senectus, ita per meridiem iuuentus. fulgorem autẽ uocat claritatem tertenæ prosperitatis. contra hoc uero quod dixerat de consumptione proprii corporis, subiungit; *Et cum te consumptum putaueris.* scilicet propter infirmitatem, quam passus es. *Orieris ut lucifer.* idest ad pristinum decorem reuertetur corpus tuum. & quia iterum supra Iob dixerat quòd dies sui consumpti erant absque vlla spe, ideo subiungit; *Et habebis fiduciam proposita tibi spe.* idest, quia supra Iob improbauerat opinionem dicentium, quod homo post mortem transactis multis sæculis iterum rediret ad hunc modum uiuendi, non huius rei sibi spem dicit esse propositam, sed secundum quòd homo post mortem viuit in memoriis hominum, quod quidem ex duobus contingit, vno quidem modo ex tumulis, in quibus corpora mortuorum conduntur, vt conseruetur memoria defunctorum: vnde & monumenta dicuntur. & quantum ad hoc dicit; *Et defossus securus dormies.* quasi dicat, nullus sepulcrum tuum uiolabit; nec etiam timendum erit, quòd aliquis attentet. vnde subdit; *Requiesces, & non erit qui te exterreat.* Alio modo mortui uiuunt in memoriis hominum propter bona quæ fecerunt dum uiuerent, ex quibus eorum uita desideraretur, & quantum ad hoc subdit: *Deprecabuntur faciem tuam plurimi.* idest plurimi exoptabunt præsentiam tuam, uel reuerentiam exhibebunt tumulo tuo memorantes beneficia tua. & quia hoc promiserat si Iob ab iniquitate uellet discedere, ostendit consequenter quòd iniquis ista nõ dantur, & ideo subdit; *Oculi autem impiorum deficient.* quia videlicet bona quæ exoptant, non obtinebunt. tunc enim oculi alicuius deficere dicuntur, quando aspicit ad aliquid apprehendendum, ad quod attingere nõ ualet, & sic bona desiderata non adipiscuntur: ita etiam mala, quæ patiuntur uel timent, uitare non

possunt. vnde sequitur; *Et effugium peribit ab eis.* quia scilicet non poterunt fugere mala post mortem, vel non erunt in veneratione vel deliberio, sed in abhominatione propter mala, quę fecerunt: hoc est quod subditur; *Et spes eorum abhominatio animæ*, idest illud quod de eis potest sperari post mortem, est quidem abhominabile.

CAPITIS XII.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Iob dixit, Ergo uos estis soli homines, & uobiscum morietur sapientia? Et mihi cor sicut & uobis: nec inferior vestri sum. Quis enim hæc, quæ nostis, ignorat? Qui deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Deũ & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum: & audacter prouocant Deum, cum

SOPHAR in verbis præcedẽtibus conatus fuerat ostendere, quòd secreta sapientiæ Dei homo comprehendere non potest, ad sugillandum Iob, qui quasi cum Deo disputationem requirere videbatur; & sicut ex verbis eius & aliorum amicorum perpendi potest, circa tria tota eorũ versabatur intẽtio. Primo enim studebant ad dicendum aliqua magnifica de Deo, extollẽtes eius sapientiam, & potentiam, & iustitiã: vt ex hoc eorum causa fauorabilior apparerer. Secundo huiusmodi magnifica de Deo assumpta, ad falsa quædam dogmata applicabant, vtpote, quòd propter iustitiam homines prosperarentur in hoc mundo, & propter peccata tribularentur; & quòd post hanc vitam non esset aliquid expectandum. Tertio ex huiusmodi assertionibus, propter aduersitatem, quam patiebatur Iob, arguebant eum quasi iniquum, & promittebant ei quædam inania, si iniquitatem deseereret; vtpote, quòd defessus securus dormiret: & quòd ad vesperam oriretur ei fulgor meridianus: quæ Iob quasi irrisiones reputabat: & circa hoc tota Iob responsio versabatur. Primo ergo contra eos loquitur de hoc, quòd se extollebant, quædam magnalia de Deo proponentes, ac si soli ipsi ea scirent, & Iob ea ignoraret: & ideo dicitur; *Respondens autem Iob dixit. ergo vos estis soli homines?* quod sequitur; si vos solos scire reputatis de magnitudine Dei, quæ omnes homines cognoscunt; & cum in cognitione magnitudinis Dei consistat sapientia, sequitur, quòd si hoc soli vos scitis, quòd in vobis solum sit sapientia: & ita vobis cessantibus, sapientia cessat. & ideo subdit; *Et vobiscum morietur sapientia?* quasi dicat, inconueniens est, vel quòd vos soli sitis homines, vel quòd vos soli sitis sapientes: sed quia possent dicere: non soli nos scimus, sed tamen tu nescis, respondet subdens; *Et mihi est cor.* scilicet ad hæc scienda. *Sicut & vobis: nec inferior vestri sum.* quantum scilicet ad hanc cognitionem: & ne hoc arrogantiæ posset ascribi, subiungit; *Quis enim hæc quæ nostis ignorat?* quasi dicat, non est magnũ, si dico me scire ea quæ scitis: quia nõ est magnũ ea scire: cũ quilibet ea sciat; sed qa hęc me ignorare reputatis, me cõtẽptui habẽre videmini: quasi ignorẽ ea, quæ omnes sciunt. vnde subdit; *Qui deridetur ab amico.* scilicet sicut ego a vobis, scilicet dum me inspientem reputatis. *Inuocabit Deum & exaudiet eum.* quia vbi deest auxilium humanum, ibi maxime adest auxilium diuinum, secundum illud Psalm. 26. Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. & in hoc videtur quasi respondere ei, quod alias dixerat Sophar, tunc leuare poteris faciem tuam: ac si dicat, non oportet aliud me amplius expectare ad fiducialiter orandum: quia ex hoc ipso, quòd ab amicis derideor, datur mihi spes recurrendi ad Deum. quare autem irrisus ab amico exaudiatur a Deo, ostendit subdens: *Deridetur enim iusti simplicitas.* vbi ostendit, & qui sunt, qui derideant, & quare, & etiam a quibus, cum subdit; *Lampas contempta apud cogitationes diuitum.* derideri enim deficientis est, deridere autem superabundantis. qui autem in virtutibus superabundãt, eos, qui in virtutibus deficiunt, non irrident, sed magis compatiuntur, & iuuare si possunt. sed illi, qui in temporalibus abundant, maxime solent irridere eos, qui in temporalibus deficiunt, & præcipue quando studium non adhibent ad temporalia con quirenda. studium autem iustorum non est ad temporalia con quirenda, sed ad rectitudinem sectandam: vnde a fraudibus & dolis abstinent, quibus plerumque diuitiæ acquiruntur, & ex hoc simplices reputantur: ergo, vt plurimum deridentur iusti. causa autem irrisionis est simplicitas, sed non sic irridetur, quasi

malum manifestum, sed quasi bonum occultum. & ideo hęc simplicitas uocatur lampas propter claritatem iustitiæ: sed contempta apud cogitationes diuitum, scilicet qui finem suum in diuitiis ponunt. qui enim summum bonum in diuitiis ponit, oportet quòd cogitet, quòd in tantum sunt aliqua magna bona, in quantum magis prosunt ad diuitias conquirendas. vnde oportet, quòd eis sit contemptibilis iustorum simplicitas, per quam diuitiarũ multiplicitas impedit: sed licet ipsa simplicitas iustorum in cognitionibus diuitũ contemnatur, tamẽ suo tempore a fine debito non fraudabitur. vnde dicit; *Parata ad tempus statuum*, non autem dicit hoc, quasi in aliquo tempore præsentis vitæ, iustis pro sua simplicitate aliqua terrena prosperitas sit reddenda, sed indeterminatum relinquit quid sit istud tempus statutum, & ad quem finem iustorum simplicitas præparetur. nondum enim ad hoc disputatio peruenit: sed in sequentibus ostendetur. Sic igitur Iob occulte insinuat, quare ab amicis irridetur, quos diuites uocat, quia prosperitatem huius mundi finem hominis ponebant, quasi præmium iustitiæ hominis. Ipse autem sua simplicitate non hoc præmium quærebat, sed aliud in tempore statuto, & ideo fiduciam habebat, ut si inuocaret Dominũ, ab eo exauditetur: quia diuites, iusti simplicitatem irridentes, non in hoc sistunt, sed vsque ad contemptum Dei procedunt, vnde subditur: *Abundant tabernacula prædonum*. consequens autem est, quòd ex quo finem suum in diuitiis ponunt, quòd omnes uias exquirant ad hunc finem ultimum consequendum, uel fraudando, uel quocunque alio modo, & sic efficiuntur prædones, dum prædantur, diuitiis abundant. ex hac autem abundantia sequitur, contemptus Dei. vnde subditur; *Et audaciter provocant Deum*, tunc enim aliquis aliquid audacter facit, quando credit hoc esse bonum, quod facit. cum enim conscientia eum remordet de malo, non sine timore homo perpetrat malum, quia ut dicitur Sap. 17. Cum sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Qui autem finem ultimum in diuitiis ponunt, ex hoc existimant bona omnia esse, per quæ hunc finem consequuntur. Manifestum est autem, quòd cum diuitias acquirunt prædando, prouocant Deum, contra eius iustitiam faciẽtes, vnde consequẽs est, quòd audacter prouocent Deum: uel aliter ex diuitiis, quòd homo in superbiam erigitur, reputans se per eas sibi sufficere, & ex hoc contemnit Deum audacter, in diuitiis suis confidens, secundum illud Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: Sed quia dixerat, abundare prædonum tabernacula, qui prouocant Deum, ne forte responderetur, quia talis abundantia non est a Deo: subiungit: *Cum ipse dederit omnia in manus eorum*. idest in potestate eorum, quia potestas nocẽdi alicui, non est nisi a Deo, uoluntas autem malefaciendi, non est nisi a seipso. & ideo in hoc quòd prædantur, Deum prouocant: sed abundantia consequens est eis a Deo. & hoc consequenter probat, cum subdit: *Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & uolatilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terræ & responde tibi; & narrabunt pisces maris*. quòd autem omnia ista interrogata respondeant, ostendit subdens; *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus Domini fecerit?* hoc ergo ostenditur, quòd omnia confitentur se a Deo esse facta. Tunc autem homo creaturas interrogat, quando eas diligenter considerat, sed tunc interrogata respondent, cum per considerationem ipsarum homo percipit, quòd tanta ordinatio & conuenientia, quæ inuenitur in dispositione partium in ordine vniuersi, nullo modo posset esse, nisi ab aliqua superiori sapientia dispensante. Si autem huiusmodi creaturæ a Deo factæ sunt, manifestum est, quòd in Dei potestate sunt, sicut artificiata in potestate artificis; & ideo subdit *Ipse cuius manu*. idest potestate; *Est anima omnis uiuentis*, & non solum aliorum animalium; *Sed & spiritus uniuersæ carnis hominis*. si autem in potestate eius sunt, manifestum est, quòd nullus rerum abundantiam habere potest nisi ab ipso, secundum illud Dan. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit dabit illud. Manifestum est igitur, quòd & terram & animalia, de quibus supra dixerat, in quibus humanæ diuitiæ consistunt, nullus homo habere potest, nisi Deus in manu eius dederit; & sic, si prædones abundant: *Deus dedit in manibus eorum*. per hoc ergo confutatur illorum opinio, qui ponebant diuitias a Deo dari pro merito iustitiæ, cum etiam prædonibus a Deo dentur.

ipse dederit omnia in manꝰ eorũ. Nimirum interroga iumenta, & docebunt tę: & uolatilia cæli; & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris, Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit? In cuius manu anima omnis uiuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis.

LECTIO SECVNDA.

QVIA superius posuerat Iob ea, quæ Sophar de excellentia diuinę magnitudinis dixerat, esse omnibus manifesta, intendit hic ostendere quòd hoc ad notitiam hominum peruenire potest per experimentum diuinæ potentiæ, & sapientiæ, in rebus humanis. Vnde primo manifestat, quomodo homines per experimentum, a sensibus in rerum cognitionem deueniant, dicens: *Nonne auris verba diiudicat?* scilicet, dum ea audit. *Et fauces comedentis saporem*. nonne diiudicant? quia experimentum sensus est. conuenienter per iudicium sensuum virtutem experimenti manifestat, & præcipue per auditum & gustum, quia auditus inter omnes sensus est disciplinabilior, vnde plurimum ad scientias contemplatiuas ualet. gustus autem est perceptiuus ciborum, qui quidem sensus homini necessarii sunt ad vitam. vnde per iudicium gustus experimentum significat, quòd de rebus actiuæ vitæ habentur: & propter hoc ex iudicio duorum sensuum ostendit virtutem experimenti tam in speculatiuis, quàm in operatiuis, cum subdit: *In antiquis est sapientia*. quæ ad contemplationem pertinet. quia scilicet, antiqui multa audierunt. *Et in multo tempore prudentia*. quæ ad actionem pertinet: quia scilicet, in multo tempore homines multa degustant vtilia vel nociua. Sic igitur manifestata experimenti virtute, subiungit id quod homines de Deo experiri possunt, cum dicit: *Apud ipsum est sapientia, & fortitudo: & ipse habet consilium, & intelligentiam*. vbi quattuor Deo attribuit, quæ se per ordinem habent. Nam primum quidem est, occulta cognoscere, quod ad intelligentiam pertinet. Secundum autem est, ex iis quæ homo intelligit, inuenire in actiuis quidem uias commodas ad aliquem finem, quod ad consilium pertinet: sicut & in speculatiuis per ea quæ homo intelligit, rationes deducit ad aliquas conclusiones cognoscendas. Tertium autem est, vt de iis quæ homo adinuenit, rectum iudicium habeat, quod ad sapientiam pertinet. Quartum autem est, vt ea, quæ aliquis iudicat esse facienda, potenter exequatur, & ad hoc pertinet fortitudo. quia vero experimentum procedit a sensibilibus, quæ licet sint priora secundum nos, sunt tamen simpliciter, & secundum naturam posteriora, ideo incepit ostendere, quomodo homines experiri possunt fortitudinem diuinam, & primo quidem in ipsis rebus humanis. videmus enim quòd aliqui homines totaliter destruuntur vel per mortem, quantũ ad esse naturę, vel per omnimodam abiectionem, quantum ad esse ciuile, cum non habent multos manutentores. Vnde cum adiuuari nõ possint ne ad destructionem perueniãt, manifestum est, quòd ab aliqua occulta causa, & diuina, & excedẽte humanam virtutem hoc contingit, cum ei virtus humana resistere non possit, & hoc est quod dicit; *Si destruxerit: nemo est qui ædificet*. Item videmus aliquos homines in suis processibus impediri, etiam si non totaliter destruantur, licet habeant plurimos directores. Vnde manifestum est, quòd hoc etiam ab aliqua excellentiori virtute fit: vnde subditur: *Et si incluserit hominem*. scilicet inuoluendo eum diuersis difficultatibus. *Nullus est qui aperiat*. idest, qui eum expedire possit. vnde in Ecclesiastic. 7. dicitur, Nemo potest corrigere eum, quem Deus despexerit. Deinde ostendit, quo modo possint homines experiri diuinam potentiam in rebus naturalibus, præcipue quantum ad pluuias & siccitates. vnde dicit: *Et si continuerit aquas*. ne scilicet pluendo cadant. *Omnia siccabuntur*. scilicet quæ e terra germinant. *Et si emiserit eas*. scilicet in magna abundantia: *Subuertent terram*. sicut in diluuio accidit, & licet hoc ex aliquibus causis naturalibus proueniat, scilicet quòd aliquando pluuiæ cessent vsque ad omnimodam siccitatem, aliquando autem abundent vsque ad terræ subuersionem, non tamen hoc a diuina potentia subtrahitur, quæ ipsas naturales causas, ad proprios ordinauit effectus: sic igitur quasi ex præmissis concludens subdit; *Apud ipsum est fortitudo*. deinde incipiens progredi ad secundum membrum, adiungit: *Et sapientia*. scilicet est, quasi apponens, quod manifestare intendit. Est autem proprium sapientiæ, vt per eam rectum

iudicium habeatur de rebus. ille autem recte iudicat de rerum veritate, qui potest discernere, quo modo aliquis decipiatur a veritate declinans. ideo ad ostendendum quòd in Deo sit sapientia, subdit; *Ipse nouit decipientem, & eum qui decipitur*. idest discernit recto iudicio deceptiones, quibus aliquis prætermittit veritatem, deuiando a recta veritatis cognitione. & hoc quidem supponit ab eo, in quo communiter ipse & amici conueniunt, hoc scilicet, quòd res humanæ diuino iudicio subduntur, de quibus iudicare non posset nisi peccata cognosceret, inter quæ magnum locum obtinent deceptiones & fraudes. Deinde ostendit per ea quę in rebus humanis apparent, quòd apud Deum sit consilium. Circa quod tamen considerandum est, quòd sicut Deus scit & principia speculatiuarum scientiarum, & conclusiones, & ordines eorum adinicem, non tamen per principia conclusionum cognitionem acquirit, sed omnia puro & simplici aspectu cognoscit. ita & in operatiuis, & fines, & ea quæ sunt ad finem nouit, & quæ viæ ad fines aliquos consequendos expediant. non tamen vias ex finibus inquirit, sicut nos dum consiliamur. sic igitur in Deo dicitur esse ratio, inquantum cognoscit ordinem principiorum ad sequentia: non tamen ei conuenit inuestigare aliquid per modum rationis, vt ratio facit. sic apud ipsum dicitur esse consilium, non per modum inquisitionis, sed per modum simplicis & absolutæ cognitionis. Profunditas autem alicuius in consiliis ex duobus perpendi potest, primo quidem, quando subtilitate sui consilii aduersarios, etiam si exercitati in consiliis videantur, ad hoc deducit eos, quòd necesse sit eis deficientibus omnibus viis eorum ad finem inconuenientem peruenire: & quantum ad hoc dicit; *Adducit consiliarios in stultum finem*. impediendo scilicet profunditate sui consilii vias, quas inueniunt ad finem huiusmodi euitandum. Secundo autem ostenditur profunditas alicuius in consiliis, quando aduersarios ad hoc deducere potest subtilitate sui consilii, vt ignorent quid eos oporteat agere: & quantum ad hoc subdit; *Et iudices in stuporem*. scilicet adducit. Dicit autem iudices, sapientes, qui de agendis rectum iudicium consueuerunt habere. sicut etiam & in disputationibus speculatiuis accidit, quòd aliquis efficax disputator haberetur, quia aduersarium ad inconueniens deducere posset, vel propositum taliter firmare, quòd in contrarium nihil dici possit. sic autem & Deus contra suos aduersarios facit, quia & per uias, quas ipsi eligunt, eos ad perditionem ducit, & suam virtutem & opera sic firmat, vt ab aduersariis commoueri non possit. & quia hoc generaliter dixerat, consequenter per specialia exempla manifestat ostendens, quomodo omnia, quæ in rebus humanis excellere videntur, profunditate diuini consilii in stultum finem & stuporem adducuntur. In rebus autem humanis excellunt reges secundum potentiam: & quantum ad hos dicit; *Baltheum*. idest cingulum militare. *Regum dissoluit*. in cingulo enim eorum potentia designatur, secundum illud Psalm. 44. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Et præcingit fune renes eorum. scilicet dum in captiuitatem trahuntur. in quo maximus potentiæ defectus denotatur. Sacerdotes autem excellunt, quantum ad reuerentiam, in qua habentur, de quibus subdit; *Ducit sacerdotes inglorios*. primates autem, & consiliarii ciuitatis aut regni excellere videntur secundum prudentiam in consiliis: & de iis subdit; *Et optimates supplantat*. idest decipit. Philosophi autem excellunt in consideratione veritatis: & de iis dicit; *Commutans labium veracium*. idest eorum, qui ad veritatem loquendum student: aliquando enim Deus obnubilat eorum mentem per subtractionem suæ gratiæ, vt veritatem inuenire non possint, & per consequens nec loqui, secundum illud Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. excellunt etiam senes in directione iuuenum: & de his subdit; *Et doctrinam senum auferens*. vel quia senes infatuantur, vel quia totaliter de medio subtrahuntur. secundum illud Esa. 3. Auferet Dominus iudicem & prophetam, & ariolum, & semen. excellunt autem principes in authoritate, quam habent

rit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporẽ. Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum. Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Commutans labium veracium, & doctrinam senũ auferens. Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant releuat. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos ut frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

aliis præcipiendi, & de his subdit: *Effundit despectionem super principes*. ut scilicet despiciantur ab iis, qui eis obedire debebant hæc omnia pertinere uidentur ad hoc, quod dixerat, Adducit consiliarios in stultum finem, sed quòd aliquando aliqui ex infimo statu promoueantur ad summum, pertinere uidetur ad hoc quod dixerat; *Et iudices in stuporem*. & quantum ad subditos: *Et eos qui oppressi fuerant releuat*, uc hoc referatur ad inpotentes, potentia maiorum oppressos, qui oppressoribus deiectis interdum ad statum potentię eleuantur. quantum vero ad eos, qui nullius sunt gloriæ: sed infimo statu latent, subdit; *Qui reuelat profunda de tenebris*. Chomines i infimo statu positos: & pp hoc ignotos quasi in tenebris existẽtes, in gloriã adducit eos, aliqua reuelãdo. quãtũ uero ad eos, qui ignorãtes reputãtur stulti, subdit; *Et producis in lucem umbram mortis*. umbra enim mortis ignorantia esse uidetur, uel stultitia, cum per cognitionem maxime, uiuentia a non uiuentibus distinguãtur. producit ergo in lucem vmbram mortis, quando uel ignorantibus sapientiam tribuit, uel eos qui sapientes non erant, sapientes esse demonstrat, quorum sapientia erat prius ignota, ut sic quod dictum est. Eos qui oppressi fuerant releuat, dicatur quasi in oppositum eius quod dixerat, Baltheum regum dissoluit. quod uero subditur, Qui reuelat profunda de tenebris, cõtra id quod dixerat, Ducit sacerdotes inglorios. quod uero subdit: *Et producit in lucem umbram mortis*, contra omnia quæ sequuntur. Sicut autem huiusmodi alterationem sublimitatis & deiectionis contra singulares personas a Deo fieri dixerat, hoc idem, & circa totam gentem ostendit subdens: *Qui multiplicat gentes*. scilicet ut numerositates hominum crescãt. *Et perdit eas*. idest deleruit aut bellis, aut pestilentiis. *Et subuertat*. vel ex his casibus, uel oppressione aliciuius, uel aliquorum, qui inique præsident: *In integrum restituit*. idest ad bonum statũ reducit. Ostenso igitur quòd in Deo sit fortitudo, sapientia, & consilium, ultimo ostẽdit quòd in Deo sit intelligentia, quam diximus pertinere ad cognitionem occultorum, quæ maxime uidentur esse circa ea, quæ in corde latent. hęc autem Deum cognoscere ostẽdit per hoc, quod in cordibus hominum operatur: & sic occulta cordium, quasi suos effectus cognoscit. dicit ergo: *Qui immutat cor principum populi terræ*. quantum, scilicet ad uoluntatem. vnde & Prouerb. 21. dicitur. Cor regum in manu Domini: quocunque uoluerit inclinabit illud. & licet omnium hominum Deus inclinet uoluntates, tamẽ specialis mentio fit de regibus & principibus, quia eorũ uoluntates maius pondus habent, utpote quorũ volũtates multi sequũtur. quantũ vero ad intellectũ subiũgit: *Et decipit eos*. quod quidẽ dicitur, non quòd in falsitate eos inducat; sed quia lumen suũ eis subtrahit, ne veritatem cognoscant, & eorum rationẽ obnubilat, ne mala quæ proponũt consequenda uias idoneas inuenire possint. vnde sequitur: *Vt frustra incedant per inuium*. idest ut procedant per uias non conuenientes, quibus ad finem suum peruenire non possint. contingit autem aliquẽ errare in agendis dupliciter, uno modo per ignorantiam: & quantum ad hoc dicit: *Palpabunt in tenebris, & non in luce*. ut per tenebras ignorantia, per lucem cognitio designetur. palpant autem aliqui per ignorantiam ad modum cæcorum, dum non considerant, nisi quæ præsentialiter tangendo sentiunt. Alio modo errant aliqui in agendis propter passiones, quibus eorum ratio ligatur circa particularia, ne vniuersalem cognitionem applicent ad agẽdum: & quantum ad hoc subdit; *Et errare faciat quasi ebrios*. sic enim ligatur passione ratio, sicut quadã ebrietate.

LECTIO I.

POSTQVAM ostenderat Iob quòd per experimentum cognosci poterat diuinæ virtutis excellentia, quasi concludens subdit, *Ecce hæc omnia vidit oculus meus & audiuit*. quasi dicat, effectus prædictos, quibus diuina fortitudo et sapientia & consilium & intellectus ostenditur, partim visu, partim auditu cognoui: nec in his sensibilibus effectibus mea cognitio requieuit, sed ex eis ad intelligẽtiam veritatis ascendi: vnde subdit; *Et intellexi singula*. quidquid, scilicet singuli effectus demõstrant circa diuina, vel eius sapientiam vel intelligẽtiam, vel consiliũ, vel fortitudinem. vnde eorũ iactantiã excludẽs, qua magnifica de Deo proponẽdo, se Iob præferre videbãtur, subdit, *Secundũ scientiã uestrã & ego noui*. ea scilicet, quæ ad Dei magnificẽtiã pertinẽt. *Nec inferior uestri sum*. quasi vel minus, vel imperfectius ea cognouerim, vel a vobis modo addiscerim. sed quia Sophar excellentiam diuinam proposuerat, ad arguendum Iob de eo, quòd cum Deo disputare molliretur, subjungit; *Sed tamen ad omnipotentem loquar*. quasi dicat, quamuis intelligam ex diuersis eius effectibus excellentiam diuinæ sapiẽtiæ, & virtutis non minus quàm vos, tamen per hoc rationabiliter a meo proposito non mutor, quin Deum alloqui velim motus cordis mei aperiendo ei, qui est cordium scrutator & iudex: & ab eo qui totius veritatis est doctor veritatem exquirendo. vnde subdit; *Disputare cum Deo cupio*. non quidem vt eius iudicia improbare velim, sed vt vestros errores destruam: quibus suppositis sequetur, quòd essem iniustus apud Deum. vnde subdit; *Prius uos ostendens fabricatores mendacij*. quia hoc mendacium adinuenerant, quòd Iob iniquam vitam duxisset. in hoc autem mendacium deuenerant propter hoc, quòd circa fidem, qua Deus colitur, errabant, credentes quòd in hac uita tantum fieret meritorũ & pœnarum retributio. & ideo subdit: *Et cultores peruersorum dogmatum*: quicunque enim a uera cognitione Dei declinat, non Deum, sed sua falsa dogmata colit. non autem sic intelligendum est, quod dicit; Prius uos ostendẽs, quasi prius in ordine sequẽtis doctrinæ destructurus sit praua eorũ dogmata, & postmodũ cũ Deo disputaturus: sed quia dum cum Deo disputare intendit, hoc primum est in intentione sua, vt eorum dogmata destruat: contingit autem quandoque ut aliqui aliqua probabilia licet falsa proponant: sed dum ea uerisimiliter defendere nesciunt aut probare, in loquendo suam insipientiam manifestant, quod amicis Iob contingebat. & ideo subdit; *Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes*. quia per hoc ipsum quòd vestra falsa dogmata inconuenienter defenditis & probatis, uos insipientes esse demonstrãt. quia ergo falsa dogmata proponitis, & ad eorũ manifestationem inconuenientia media assumitis, ideo correctione indigetis, & hoc est quod concludit subdens; *Audite ergo correctiones meas*. qua vestrum processum corrigam, *Et iudicium labiorum meorum attendite*. quod vestra falsa dogmata condemnet. Primo autem intendit corrigere eorum inconuenientem processum: secundo, ad eorum falsa dogmata destruenda procedit sub figura diuinæ dispositionis. Quare enim proponebant bonorum & malorum operum præmia & pœnas in hac uita retribui, ad iustitiam Dei defendendam iam oportebat, quòd quædam mẽdacia assumerent. cum enim manifestum sit quosdam innocentes & iustos in hac uita aduersitatibus præmi, necesse erat etiã iustis imponere crimina ad Dei iustitiam defendendam, & sic Iob, quem afflictum videbant, impietatis arguebant. Non autem conuenienti medio utitur, qui veritatem per mendacia defendit, & ideo dicit; *Nunquid Deus indiget mendacio uestro?* quasi dicat, nunquid necessarium est, quòd ad defendendum diuinam iustitiam mendacia assumantur? Quod enim non potest nisi per mendacia defendi, impossibile est esse verum. Cum autem aliquis contra manifestam veritatem mentiri nititur, cogitur aliquas dolosas & fraudulentas uias adinuenire, ut mendacium aliqua fraude possit colorare, sic & isti cum contra iustitiam Iob, quæ omnibus manifesta erat, mentiri conaretur, quorundam dolis utebantur, ostendendo scilicet fragilitatem humanam, quæ facile labitur in peccatum, & comparando eam ad diuinam excellentiam, ut sic probabilius reputaretur, Iob iniquum fuisse, quam Deum esse iniustum, & ideo subiungit; *Vt pro illo loquaminis dolos*. quia quasi pro Deo dolos loquebantur, dum dolose impietatem ipsi Iob imponere nitebantur: ut Deum esse iustum defenderent. Possent autem dicere se non dolose contra Iob aliquid dicere, sed hoc tantum dicere, quẑ putabant. ostendit ergo Iob, quòd si hoc verum esset, quod a dolositate excusarentur, in aliud uitium labebantur, scilicet in acceptionem personarum, quæ iustitiam iudicantis excludit. Est enim personarũ acceptio, si aliquis iustitiã alicuius, quẹ apparet, contemnit aut negat propter magnitudinem alterius, licet iustitiam eius cognoscat. Si igitur amici Iob eum esse iniquum iudicabant, uidentes in eo iustitiam manifestam, hac sola diuinæ magnitudinis consideratione, licet intelligere non possent secundum sua dogmata qualiter Iob iuste puniretur a Deo, in suo iudicio, quo Iob condemnabant, quasi Dei personam accipere uidebantur. & ideo subdit: *Nunquid faciem eius accipitis, & pro eo iudicare nitimini?* quod signanter dicit, quia ille pro aliquo iudicare nititur, qui eius iustitiã nõ cognoscit, & tamen conatur qualescunque uias adinuenire ad hoc, quòd eius causam iustam esse ostendat. Contingit tamen quandoque, quòd aliquis alicuius causam fraudulenter defendens, ei placeat, etiam si sit iustus. quod esse potest dupliciter: uno modo quia ignorat suam causam esse iniustam, vnde placet ei, quòd ab aliquo defendatur. & hoc a Deo excludit dicens; *Aut placebit ei*. scilicet Deo, quòd pro eo iniuste iudicare nitimini, cum hoc ei non possit esse ignotum, propter quod subdit; *Quem celare nihil potest*. Aliud quando ille, cuius causa per fraudem defenditur, fraudibus defendentis deciperi, ut eius defensionem reputet esse iustam. & hoc ideo excludit subdens; *Aut decipietur ut homo uestris fraudulentiis*. sic igitur manifestum est, quòd diuina bonitas & iustitia non indiget mendacio ad sui defensionem, quia ueritas sine mendacio defendi potest. ex quo ẽt patet, quòd si positis eorum dogmatibus, hoc inconueniens sequi, scilicet quòd iustitia Dei mẽdacio indigeat ad sui defensionem, manifestum est, dogmata proposita esse falsa. Sed vlterius considerandum est, quòd ille qui ad ostendendã Dei iustitiam vel bonitatem mendacio utitur, non solum rem agit, qua Deus non indiget, sed etiam hoc ipso contra Deum vadit. cum enim Deus ueritas sit, omne autem mendacium ueritati contrariatur, quicunque mendacio utitur ad Dei magnificentiam ostendendam, hoc ipso contra Deum agit. & hoc patet manifestum per Apostolum 1. ad Corinth. 15. vbi dicit. Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum, quem non resuscitauit, si mortui non resurgunt. Dicere ergo quòd Deus mortuũ suscitauit, si uerum non sit, contra Deum est, quamuis uideatur diuinæ uirtutis ostensiuum, quia est contra Dei uirtutem. Sic igitur ad Deum defendendum mendacium assumunt, non solum præmium non acquirunt, quasi et placentes, sed eriam pœnam merentur, quasi contra Deum agentes, & ideo subdit: *Ipse nos arguet: quoniam in abscondito faciem eius accipitis*. & dicit, In abscõdito, quia licet viderentur exterius causam Dei agere, quasi Dei iustitiam cognoscentes, tamen in conscientiis eorum hoc erat, q̃ nesciebãt qua iustitia Iob punitus esset, & sic quantũ ad corda eorũ abscondita faciẽ Dei accipiebãt, dũ eius iustitiã falso defendere nitebãtur. quo modo aũt eos arguet ostẽdit subdẽs; *Statim ut se cõmouerit, turbabit uos*. q. d. uos qa modo aduersitatẽ non patimini, tranquilla mente de Dei iustitia disputatis, sed si super uos veniat tribulatio, quam commotionem Dei nominat, eo modo quo punitio in scriptura ira Dei nominatur, mens vestra conturbabitur, & præcipue cum in ueritate solidata non sit, & quia non alia bona uel mala reputabant, nisi hoc tempore, dum a peccatis cauebant, ne mala eius superuenirent, propter solum præsentium timorem malorum, Deo seruire uelle uidebantur: & ideo subdit; *Et terror eius irruet super nos*. quasi dicat: illud

CAPITIS XIII.

LECTIO I.

CCE omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea: & intellexi singula. Secundum scientiam vestram & ego noui: nec inferior vestri sum. Sed tamen ad omnipotẽtem loquar, & disputare cũ Deo cupio: prius uos ostendens fabricatores mendacii, & cultores peruersorum dogmatum. Atque vtinam taceretis, ut putaremini esse sapientes. Audite ergo correctiones meas: & iudicium labiorum meorum attẽdite. Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis: & pro Deo iudicare nitimini? Aut placebit ei, quem cælare nihil potest: aut decipietur ut homo uestris fraudulentiis? Ipse uos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis. Statim ut se commouerit, turbabit uos: & terror eius irruet super uos. Memoria uestra comparabitur cineri: & redigentur in lutum ceruices vestræ.

illud propter quod tantum Deum timetis, uobis superueniet, scilicet aduersitas præsens, secundum illud qd̃ dicitur Prouerb. 10. Quod timet impius, ueniet super eum. & quia ipsi uane Iob promiserant, quod etiam post mortem in memoria hominum remaneret, ipse contrarium eis promittit, quasi eos irridens, dicens; *Memoria uestra comparabitur cineri*. sicut enim cinis post consumptionem lignorum ad modicum durat, ita fama hominis post mortem cito pertrãsit. vnde expectare famam post mortẽ, vanum videtur. Pro miserant etiam ei immunitatem, & reuerentiam quãdam habendam ad eius sepulcrum post mortem, sed hoc etiam pro nihilo ducens, contrarium eis promittit dicens; *Et redigentur in lutum ceruices uestræ*, per ceruices eorum, potentiam & dignitatem designans; quas dicit esse redigendas in lutum, idest in rem contemptibilem & infirmam.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Iob correxerat amicorum processum, qui mendacius diuinam iustitiam nitebantur defendere, nunc procedit ad eorum falsa dogmata destruenda sub figura diuinæ disputationis. Et primo petit audientiam, quasi grandia dicturus, dicens; *Taceto paulisper, ut loquar quæcunque mihi mens suggesserit*. hoc addit, ne forte dicerent: tu inania loqueris, ideo non es audiendus: sed paulisper audire quidquid aliquis loquatur, non est durum: licet hoc addat ad designãdum, quòd non componendo mendacia, vel adinueniendo dolos locuturus sit, sed illud quod habet in mente. Duo autem imposuerant Iob eius amici, scilicet impatientiam & iactantiam, quorum utrunque a se excludit, ne uideatur in sequenti disputatione uel ex ira, vel ex superbia locuturus. Considerandum est autem, quòd impatientia contingit ex tristitiæ superabundantia non moderatę per rationem: superabundans autem tristitia desperationem inducit. ex desperatione autem contingit, quòd homo salutem & corporis & animæ paruipendit. vt ergo a se impatientiam excludat dicit; *Quare lacero carnes meas dentibus meis?* quasi dicat, nulla est ratio quare de corporis salute desperem per impatientiam ad modum eorum, qui desperantes de corporali uita, fame oppressi carnes suas comedunt. & iterum; *Quare animam meam porto in manibus meis?* idest nulla est ratio, quare salutem animæ meæ paruipendam. illud enim quod in manibus portatur, de facili amittitur: vnde videtur quòd eius amissio non multum timeatur. quæ enim aliquis amittere timet, diligenter abscondit: & rationem, quare nec per impatientiam carnem lacerare debeat, nec animam in manibus portare, subdit dicens: *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo*. quasi dicat: non credatis quòd propter mala temporalia, quæ patior, de Deo sperare cessauerim. si enim spes mea esset de Deo propter bona temporalia tantum, cogeret desperare, sicut supra dixerat, Desperaui &c. sed quia spes mea de Deo est propter bona spiritualia, quæ manent post mortem, etiam si me usque ad occisionem afflixerit, spes quam de ipso habeo non cessabit: sed quia inordinata spes in præsumptionem degenerat, propter hoc subdit, *Verumtamen uias meas in conspectu eius arguam*. quasi dicat: non sic spero in ipso, quasi ab ipso liberandus, etiam si in peccatis perseuerauero, sed quia me liberabit si peccata mea reprehendero, & hoc est quod subditur; *Et ipse erit saluator meus*. scilicet, si peccata mea mihi displicuerint. quare autem saluet eos, qui in conspectu eius suas uias arguunt, ostendit subdens: *Non enim ueniet in conspectu eius omnis hypocrita*. idest simulator, qui cum sit iniquus, se tamen iustum profitetur, & uias suas non arguit coram Deo. vnde non ueniet in conspectu eius, ut videat ipsum Deum, in quo ultima salus hominis consistit, sicut infra magis exponet, ueniet tamen in conspectu eius, quasi ab eo iudicandus, sic igitur nõ solum impatientiam a se excluſit, sed etiam præsumptionem innocentiæ, dum profitetur quòd uias suas arguit coram Deo, ut sic omnis amicorum calumnia cesset. Deinde ingressurus disputationem, primo reddit auditores attentos: secundo, modum suæ disputationis determinat, ibi: Quis est &c. Primo suam disputationem ingreditur, Duo tantum ne facias &c. Reddit autem auditores attentos dupliciter, vno quidem modo per occultationem dicendorum. cum enim ea, quæ dicenda sunt, difficilia profitemur, auditores attentiores redduntur, vnde dicit; *Audite sermonem meum, & enigmata percipite auribus uestris*. Aenigma dicitur sermo obscurus, qui aliud pretendit in superficie, & aliud interius significat. vñ subdit; *Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar*. quod non dicit de iustitia vitæ, cum supra dixerat, Vias meas in cõspectu eius arguam, sed de veritate doctrinæ de qua quasi in iudicio contendebatur. Ille autẽ in iudicio inuenitur iustus, pro quo sententia fertur. vnde cum aliquis in disputando verum dicere demonstratur, quasi in iudicio iustus inuenitur. Postquam ergo auditores reddidit attentos, modum disputationis suæ determinat: vult enim disputare quasi cum aliquo contendens: & hoc est quod subdit: *Quis est qui iudicetur mecum?* idest cum quo de veritate disputem. *Veniat*. idest ad disputandum accedat. Causam autem quare de veritate disputare intendat, subdit dicens; *Quare tacens consumor?* homo enim per decursum præsentis vitæ paulatim consumitur, & præcipue cum est infirmitati subiectus, sicut erat Iob. Tacens autem consumitur, qui sic præsentem vitam decurrit, quòd tamen suæ sapientiæ per doctrinam nullum vestigium relinquit. ne ergo Iob hoc pateretur, disposuit non tacere de veritate, vt consumptus corpore post mortem viueret in sua doctrina. vel potest hoc ad aliam intentionem referri: cum enim aliquis dolorem, quem in corde patitur, exterius exprimit, quodam modo eius animus mitigatur: sed tacẽdo interius magis a dolore angustiatur, & quodam modo sua taciturnitate consumitur. quia ergo disputatorem petierat dicens; *Quis est qui iudicetur mecum?* & supra dixerat, Disputare cum Deo cupio: ex nunc loquitur quasi Deum habens præsentem, & cum eo disputans. videbatur autem disputatio hominis ad Deum esse indebita propter excellentiam, qua Deus hominem excellit. Sed considerandum est, quòd veritas ex diuersitate personarum non variatur. vnde cum aliquis veritatem loquitur, vinci non potest, cum quocunque disputet. certus autem erat Iob, quòd veritatem loquebatur, sibi a Deo per donum fidei & sapientiæ inspiratam. vnde de veritate non diffidens, petebat se diuina fortitudine non premi, neque per mala præsentialiter illata, neque per timorem inferendorum: & hoc est quod dicit; *Duo tantum ne facias mihi; & tunc a facie tua non abscondar*. idest, non timebo tecum disputare. timentes enim, se abscondere solent a facie eorum, quos timent. quæ autem sint ista duo, ostendit subdens; *Manum tuam longe fac a me*. idest, non me percutias per flagella præsentia. *Et formido tua non me terreat*: quantum ad flagella futura. his enim duobus modis potest impediri homo, ne etiam veritatem, quam certissime nouit, disputando defendere possit, dum vel molestatur in corpore, vel solicitatur in anima timore, aut aliqua alia passione. Est autem disputatio inter duas personas, scilicet opponentem & respondentem. ingrediens ergo disputationem cum Deo, dat ei optionem vtramlibet personam eligendi, vel opponentis, vel respondentis. vnde dicit; *Voca me, & ego respondebo tibi*. quasi dicat: obiicias, & respondebo. *Aut certe loquar*. obiiciendo. *Et tu responde mihi*. hoc autem dicit ænigmatice, ostendendo paratum se esse ad verumque, siue ad defendendum veritatem quam profitetur, siue ad impugnandum quod contra veritatem diceretur. Primo autem Deo dat personam opponentis: secundo, respondet Iob ad illa quæ sibi possent responderi, ibi, Cur faciem tuam abscondis? Ad primum ergo dicit; *Quantas habeo iniquitates & peccata? scelera mea atque delicta ostende mihi*. Vbi considerandum est quòd amici Iob, quasi causam Dei agentes, contra Iob disputare videbantur, secundum illud quod supra dixit, Numquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? amici autem Iob, hoc cõtra ipsum opponebant, quòd pro peccatis suis punitus erat. Hoc igitur sibi a Deo obiiciendum expetit dicens; *Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea atque delicta ostende mihi*. quasi dicat: si sic est, quòd pro peccatis meis me affligis, vt amici mei pro te lo-

LECTIO II.

ACETE paulisper, vt loquar quæcunque mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Verumtamen uias meas in conspectu eius arguã, & ipse erit saluator meus. Non enim ueniet in conspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonem meum: & ænigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus, scio quòd iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecum? veniat. quare tacens consumor? Duo tantum ne facias mihi: & tunc a facie tua non abscondar. Manum tuam longe fac a me: & formido tua non me terreat. Voca me, & ego respõdebo tibi: aut certe loquar, & tu respõde

qui conantes, calumniantur, peto, ut mihi ostendas pro quibus peccatis tam grauiter me affligis. vnde non dicit, quas habeo iniquitates, sed quantas. quia si non est alia ratio aduersitatum præsentium, quàm peccata hominum, vt amici Iob opinabantur, necesse est maxima peccata esse, quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorum autem quædam sunt commissa, quæ cõtra præcepta legis negatiua fiunt, quædam omissa quibus præcepta affirmatiua negligũtur. Committitur autẽ aliquid contra præceptum legis tripliciter, vno modo, quia est in nocumentum proximi, vt furtum, homicidium & huiusmodi, quæ proprie iniquitates dicuntur: quia æquitati iustitiæ, quæ est ad alterum, contrariantur. alio modo, secundum q̃ homo peccat in seipso per deordinationem sui actus, vt apparet in peccatis præcipue gulæ & luxuriæ: & hæc dicuntur peccata, quasi deordinationes quædam hominis. Tertio modo committuntur aliqua directe contra Deum, ut blasphemiæ, sacrilegium & huiusmodi: & hæc propter sui grauitatem scelera dicuntur, omissiones autem proprie denominantur delicta. Deinde quasi tacente eo, cui partes opponentis dederat, ipse partes obiicientis assumit, & inquirit de causis suæ punitionis.

Et primo, quia posset aliquis dicere, quòd Deus eum puniuit quasi inimicum, & hanc causam excludit, dicens; *Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?* Iniquum enim videtur, quod aliquis alium sibi inimicum arbitretur absque causa. causa autem inimicitiæ conueniens esse non potest nisi offensa. tunc igitur manifestum est, quòd Deus hominem inimicum sibi arbitratur, quando eius peccata manifestantur. petiuerat autem Iob sibi ostendi sua peccata, nec erant ei ostensa. non ergo apparebat ratio, quare Deus sibi inimicaretur: hoc est quod insinuat dicens; *Cur faciem tuam abscondis?* quasi latenter, & ex ratione occulta eum odio habens. facies enim hominis odientis aperta est, quando rationem sui odii non occultat. Secundo, quia posset aliquis dicere, quòd Deus eum puniuit, vt in ipso ostenderet suam potentiam, hanc etiam causam excludit dicens, *Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam*. non enim conueniens est, quòd aliquis fortissimus suam potentiam velit ostendere in re debilissima. Comparatur autem humana conditio folio, quod vento rapitur: quia & in se ipso homo fragilis est, & infirmus, sicut folium quod de facili cadit, & nihilominus decursu temporis, & varietate fortunæ ducitur vt folium vento. vnde videtur inconuenienter dici quòd Deus ad hoc solum aliquem hominem puniat, quòd in eo suam potentiam ostendat. Tertiò ergo posset dicere, quòd Deus puniuit eum propter peccata, quæ in sua iuuentute commisit: & hoc etiam excludit dicens, *Et stipulam siccam persequeris? scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ*. homo enim in iuuentute comparatur herbæ virenti, sed in senecture comparatur quasi stipulæ siccæ. idem ergo videtur hominem punire in senecture pro peccatis adolescentiæ, ac si aliquis pro defectu herbæ virentis desæuiret in stipulam. Sed considerandum est, quòd in hac inquisitione ab hac sententia non recedit, quòd aduersitates hominum ex diuino iudicio inferuntur. ad quòd significandum dicit; *Scribis contra me amaritudines*, ac si amaritudines, idest aduersitates hominum, ex scriptura diuinæ sententiæ procedant. Quarto, quia posset aliquis dicere, quòd licet Iob grauia peccata non commiserit, tamen aliqua peccata commisit, sine quibus præsens vita non agitur, & pro his sic punitus est: hoc etiam excludit dicens; *Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti, qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea*. vbi considerandum est, quòd illi, qui ponuntur in carceris neruo, sic ligantur, quòd a neruo diuertere nõ possunt; sicut autem pes hominis constringitur neruo, ita processus hominis constringitur lege diuinæ iustitiæ, a qua diuertere non licet: & hoc est quod dicit; *Posuisti in neruo pedem meum*. ad diuinam autem iustitiam pertinet, vt facta hominũ discutiat, non solum quid unusquisque faciat, sed etiam quo animo, vel quo fine. & ideo dicit; *Obseruasti omnes semitas meas*. quãtum ad facta; *Et vestigia pedum meorum considerasti*: quantum ad effectũ facientis, uel etiam quantum ad qualcunque circũstantias operis. Irrationabile autem videtur, q̃ Deus tantam diligentiam de actib⁹ hominũ habeat, si totaliter esse desinunt per corporis mortem, quæ quidẽ quandoque est naturalis, quãdoque aũt uiolenta: vnde de utraque subiũgit dicens; *Qui quasi putredo consumendus sum*: quantum ad mortẽ naturalem; *Et sicut uestimentum quod comeditur a tinea*; quãtum ad mortem uiolentam, ac si dicat, si, sicut amici mei suspicantur, non est alia uita, nisi præsens, quam homo amittit vel per modum putredinis, vel per modum succisionis, irrationabile videretur, quòd Deus tanta districtione de actibus hominum curam haberet, ut etiam pro minimis peccatis & negligentiis hominem puniret. & quia hoc, quod vltimo dictum est, magnam uiam præstat ad iniquisitionem ueritatis, circa hanc potentiam manifestandam magis insistit: & quod de se singulariter dixerat, generaliter ad totum humanum genus reducit. ubi primo exponit fragilitatem humanæ conditionis, & quantum ad originem cum dicit.

CAPITIS XIIII.

LECTIO I.

HOMO natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos ægreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hu iuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundũ de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?

LECTIO PRIMA.

HOMO *natus de muliere*. quasi de re fragili. & quantum ad durationem, cum dicit; *Breui uiuens tempore*; & quantum ad conditionem cum dicit; *Repletur multis miseriis*. ubi quasi exponere videtur quod supra dixerat, Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Secundo excludit ea de quibus homines gloriari possent: quorum primũ est corporis pulchritudo, qua pollet homo in iuuentute, sed ista gloria nulla est, quia cito transit ad modum floris. vnde dicit; *Qui quasi flos egreditur & conteritur*. scilicet de facili. Secundum est fama, quæ diu non durat. vnde dicit; *Et fugit uelut umbra*. umbræ.n. transeuntis nullum uestigium, aut memoria manet, Tertium est potestas & virtus, qua aliquis se & sua conseruare conatur. & cõtra hoc dicit; *Et nunquam in eodem statu permanet*. & possunt hæc tria ad tria superiora referri. Homo.n. natus de muliere quasi flos egreditur & cito conteritur. sic autẽ breui viuit tempore, vt velut vmbra fugiat, cuius nõ restat vestigium. sic autem multis repletur miseriis, vt si interdum prosperitate & gaudio potiatur, nunquam tamen in eodem statu permaneat. Tertio autem admiratur diligentiam diuinæ prouidentiæ circa hominem: mirabile enim videtur, quòd de re tam fragili & despecta Deus tantam curam habeat. Quamuis autem omnia diuinæ prouidentiæ subsint, specialiter tamen solicitudo diuina circa hominem apparet in tribus. Primo quidem, quantum ad hoc, quòd ei leges & præcepta viuendi dedit: & hoc tangit cum dicitur: *Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos*. eo modo loquendi, quo aliquis dicitur super aliquem oculos suos aperire, cum eum dirigit, & uias eius cõsiderat. Secundo, quantum ad hoc, quòd Deus hominem pro bonis præmiat, & pro malis punit: & hoc tangit cum dicit; *Et adducere eum tecum in iudicium*. Tertio quantum ad hoc quòd Deus eum virtutibus ornat, quibus contra fœditates peccati se mundum conseruat. & hoc tangit cum dicit; *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* semen quidem hominis immundũ est, non secundum naturam, sed secundum concupiscentiæ infectionem. de hoc tamen immundo semine homo conceptus, interdum mundus inuenitur per virtutem, sicut autem de frigido facere calidum, est eius, quod per se calidũ est, ita de immundo facere mũdum, est eius, qui per se mundus est, & ideo subdit: *Nonne tu qui solus es?* scilicet uere & per te ipsum mundus: puritas enim & munditia in solo Deo perfecte inuenitur, in quo nec impuritas, nec defectus aliquis esse potest. vnde quidquid quocunque modo mundum uel purum est, a Deo mũditiam & puritatem habet:

LEC.

LECTIO SECVNDA.

ADMIRATVS fuerat Iob de dignatione diuina circa homines, cum tamen homo sit, tam fragilis & miseræ conditionis, considerato statu vitæ præsentis. sed hæc admiratio cessat, si consideretur, quòd post hãc vitã, homini alia vita reseruatur, in qua in æternũ permaneat. & ideo ad hoc ostendum ex nunc conatur. præmittit ergo, quasi supponẽs, quod ostendere intendit, & breuitatẽ præsentis vitæ, cum dicit; *Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est*. sic apud nos numerum illorum esse dicimus, quorum numerus a nobis stabilitur. & iterũ præmittit immutabilitatem diuinæ determinationis: cum dicit; *Constituisti terminos eius, qui præteriri nõ poterunt*. diuina.n. dispositio non fallitur: vnde hominem, vel diutius uel minus viuere, quàm diuina dispositio habet, est impossibile: licet hunc hominẽ nunc, vel prius mori, sit contingens, si in se consideretur. Sunt autem & termini humanæ vitæ præfiniti ex aliquibus corporalibus causis, puta ex complexione, vel ex aliquo huiusmodi, vbra quos vita hominis protendi non potest: quamuis autem possit deficere ex aliqua accidentali causa: sed terminos præstitutos secundum diuinã prouidentiam, sub qu'a omnia cadunt, nec in plus, nec in minus vita hominis potest præterire. Præmittit etiam alterius vitæ expectationem, cum dicit; *Recede paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarij dies eius*. vbi considerandum est, quòd sicut sol est causa diei, ita Deus est author vitæ, recedente autem sole, dies finitur, & nox venit: per recessum ergo Dei intelligit terminationem vitæ præsentis, quæ est homini a Deo. vita autem præsens multis turbationibus repletur. secundum hanc enim dictum est de homine, quòd repletur multis miseriis. & quia quies finis laboris esse videtur, ideò quietem mortem vocat: dicit ergo; *Recede paululum ab eo, vt quiescat*. idest subtrahe virtutem tuã, qua hominem viuificas, vt moriatur: sed mors hominis non est in perpetuum, sed iterum reparabitur ad vitam immortalẽ. status ergo mortis humanæ, quantocunque tempore resurrectio differatur, breuis est in comparatione ad statum futuræ immortalitatis: vnde signanter dicit; *Paululum*. ab aliis enim rebus, quæ non sedituræ intereunt; non paululum, sed in æternum Deus recedit, sed ab hominibus, qui sic intereunt, vt resurgant, per modicum tempus. Dictum est autem supra, q̃ vita hominis super terram, est sicut dies mercenarij desiderantis tempus mercedis. tempus autem retributionis hominis nõ est in hac vita, vt amici Iob opinabantur, sed in illa vita, ad quam homo resurgendo reparatur. dicit ergo; *Vt quiescat* idest, vt moriatur: non tamen in perpetuum, sed; *Donec veniat optata dies eius, sicut mercenarij*. dies mercenarij est optata, in qua mercedem recipit: vbi primo Iob suam intentionem aperuit, non enim sic negat aduersitates præsentes, quasi Deus hominũ actus non remuneret, vel puniat: sed quia tempus retributionis, proprie est in alia vita.

LECTIO TERTIA.

POSITA sententia sua, hic Iob ad eius manifestationem procedit, & primo ostendit quòd homo secundum ea, quæ apparent in hac uita, est peioris conditionis, quibusdam et infimis creaturis, quæ post interitum reparantur: vt præcipue apparet in lignis. Dupliciter autem vita arboris deficit, sicut & vita hominis, scilicet, per violentiam, & per naturam, quantũ ergo ad violentum defectum arboris, dicit; *Lignum, si præcisum fuerit habet spem*, idest naturalẽ aptitudinem, vt iterum reparetur, *Quia rursum virescit*. ipsum in seipso, si plantetur. *Et rami eius pullulant*. in quo ostenditur perfectam vitam recuperare, sicut & prius. Quantum autem ad defectum naturalem arboris, subdit; *Si senuerit in terra radix eius*, cum non possit attrahere alimentum propter defectum uirtutis naturalis, & sic consequenter, *In puluere emoriuus fuerit truncus illius*. idest per putredinem in pulueremsit redactus, secundum aliquam partem; *Ad odorem aquæ germinabit*. idest uenente pluuia, idest putredine ligni habente uim sentiũ: *Et faciet comam*. scilicet frondium. *Quasi cum primo plantatum est*. hoc autem in homine non inuenitur secundum decursum præsentis vitæ. vnde subdit; *Homo uero, cum mortuus fuerit, & nudatus, atque consumptus, vbi quæso est?* & ponit tria, quæ gradatim homo amittit. Primo enim anima separatur a corpore, & ad hoc pertinet quod dicit: *Cum mortuus fuerit*. Secũdo uero, tegumenta & ornatus corporis, quæ interdum post mortem homini remanent, sed postea etiam his nudatur, & ad hoc pertinet, quod dicit: *Et nudatus*. Ad ultimum uero, etiam ipsa compago corporis soluitur: & ad hoc pertinet, quod dicit: *Atque consumptus*. quæ cum peracta fuerint, nihil sensibiliter apparet de homine remanens, vnde apud illos, qui nihil nisi sensibilia & corporalia esse credunt, videtur totaliter ad nihilum redactus: horum igitur dubitationem exprimens dicit: *Vbi quæso est?* Sciendum est, autem, quòd ea quæ non totaliter pereunt, reparari posse uidentur, sicut de ligno præciso, vel senescente est dictum. sed ea quorum nihil remanet, impossibile uidetur iterum reparari: sicut si totaliter aqua maris, aut fluminis deficcaretur. homo autem, sicut iam dictum est, uidetur sic per mortem cõsumi, vt nihil eius remaneat. vnde secundum hanc rationem apparet, quòd impossibile sit ipsum iterum reparari ad uitam, & hoc est quod subdit: *Quomodo, si recedat aqua de mari, & fluuius uacuefactus arescat, sic homo cum dormierit*, idest cum mortuus fuerit; *Non resurget a morte*. Eiusdem autem impossibilitatis esse videtur, ut incorruptibilia corrumpantur, & ut totaliter corrupta, iterum reparentur. cælum autem incorruptibile est, & ideo subdit: *Donec arteratur cælum, non euigilabit*. quasi reuiuiscens. *Nec assurget de somno suo*. ad opera uitæ peragenda. quasi dicat: sicut impossibile est cælum atteri, idest corrumpi, ita impossibile est hominẽ mortuum resurgere. & hoc quidem dicitur, vt dictum est, suppositoquòd de homine nil remaneat post mortem, secũdum hoc quod dictum est; *Vbi quæso est?* vel potest hoc referri ad opinionem illorum, qui ponebant totum vniuersum corporale istud corrumpendum, & iterum reparandum. in qua quidem reparatione ponebant eosdem homines redituros, ut sit sensus, durante isto mũdo, homo a morte non resurget. Fides autem catholica non ponit substantiam mundi perituram, sed huius mundi statum, qui nũc est, secundũ illud 1. Corin. 7. Præterit.n. figura huius mundi. huius ergo mundi immutatio secundum figuram potest hic intelligi per cæli attritionem. resurrectio enim mortuorum communis, in fine mundi expectatur, secundum illud Io. 11. Scio, quia resurget in resurrectione, in nouissimo die &c.

LECTIO QVARTA.

POSTQVAM Iob ostenderat quid ex iis, quæ sensibiliter apparent, de resurrectione hominis conuinci possit, hic suã sententiam circa resurrectionem ponit. Esset autem ualde horrendum & miserabile, si homo per mortem sic deficeret, quòd nunquam esset reparandus ad uitam, quia unumquodque naturaliter esse desiderat. vnde Iob suum desiderium ostendit de resurrectione futura, dicens; *Quis mihi hoc tribuat*. ut etiam post mortem. *In inferno protegas me?* idest, sub speciali cura, qua homines protegis, me contineas; *Donec pertranseat furor tuus*, idest, tempore mortis, quia sicut supra dictum est, mors hominis accidit per subtractionem diuinæ operationis conseruantis vi-

tam.unde dixerat:Recede paululum ab eo. videtur enim Deus homini esse iratus,quando beneficium uitæ ei subtrahit,& præcipue cum credamus mortem ex peccato primi hominis prouenisse.quomodo autem se protegi velit etiam in inferno,exponit subdens; *Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei*. videtur enim Deus hominis esse oblitus, quando ei subtrahit beneficium vitæ.tunc ergo eius recordatur,cũ ipsum ad uitam reducit. constituere ergo tempus, in quo Deus hominis mortui recordetur, nil est aliud,quàm constituere tempus resurrectionis: & satis conuenienter hic nominat protectionẽ: cum enim artifex, dissoluto artificio, ex eadem materia non intendit iterum ædificium reparare, utpote domum vel aliquid huiusmodi,de materia dissoluti ædificii,nullam curam habere uidetur:sed quando ex ea intendit ædificium reparare,diligenter custodit ne pereat. hanc ergo custodiam protectionem uocat. Postquam igitur desideriũ suum de resurgendo expressit,quia desideria quandoque sunt etiam impossibilium,consequenter sub quæstione ponit,vtrum videlicet quandoque futurum sit,quod ipse desiderauit.vnde subdit; *Putas ne mortuus homo,rursum uiuat?* & super hoc quid ipse sentiat, ostendit dicens: *Cunctis diebus quibus nunc milito, expectto,donec ueniat immutatio mea*. vbi considerandum est,quòd supra,vitam hominis super terram militiæ comparauerat, & diebus mercenarii, quia tam milites quàm mercenarii aliquid post statum præsentem expectant:& ideo sicut supra resurrectionis statum per diem optatam mercenarii expressit,ita & nunc sub similitudine militis,idem ostendit.Et notandum est, quòd optatum finem non expectat in aliqua parte temporis huius vitæ,quia cũctos dies huius vitæ statui militiæ deputat dicens,*Cunctis diebus quibus nunc milito*. iterum notandum est,quòd homo non expectat aliam vitam huic similem,quia tunc & illa esset militia,sed expectat vitam in qua non militet;sed triumpher & regnet, & ideo dicit,*Expectto donec ueniat immutatio mea*.quasi dicat, In hac tota uita milito,mutabilitati,laboribus, & angũstiis subiectus, sed expecto immutari in statum alterius vitæ,quæ sit sine labore & angustia. & de hac immutatione dicit Apostolus. 1.Co.15. Omnes quidem resurgemus,sed non omnes immutabimur. & ne aliquis crederet,quòd naturali virtute, homo in statum alterius vitæ immutaretur,hoc excludit,subdens;*Vocabis me,Et ego respondebo tibi*. quasi dicat,futura immutatio ex virtute tuæ vocis siue ex tuo imperio procedet,secundum illud Io. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filii Dei, & qui audierint viuent:vocare enim ad imperium pertinet, sed respondere ad obedientiam, qua creatura creatori obedit.sed quia mortui ad imperium Dei non solum resugent ad vitam, sed in quendam altiorem statum mutabuntur,& hoc virtute diuina,propter hoc subdit;*Operi manuum tuarum porriges dexteram*,quasi dicat, homo resurgens non erit opus naturæ, sed opus tuæ virtutis, cui quidem operi adiutricem dexteram tuam porriges, dum per auxilium tuæ gratiæ,in gloriã nouitatis exultabitur,vel quod dicit: *Vocabis me & ego respondebo tibi*. potest referri ad corporis reparationem.quod autem subdit; *Operi manuum tuarum porriges dexteram*,,ad animam quæ naturaliter appetit viiri suo corpori, cui Deus adiutricem dexteram porriget: dum quod sua virtute consequi non potest,uirtute diuina consequetur. posita ergo sententia sua de resurrectione mortuorum futura, redit ad id, quod supra admiratus fuerat, quòd Deus tam solicite opera hominum considerat;cum dixit, *Obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedum meorum considerasti*. vnde subdit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti*. ,quasi dicat : iam non est mirum si facta hominum sic diligenter examinas , ex quo eum ad alia vita reseruas. Considerandum est autem, quod circa humanos actus diuina prouidentia secundum duo attenditur, primo quidem secundum hoc, quòd ea examinat & discutit. quod quidem significatur in hoc, quod dicit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti*. Dinumeramus enim ea, de quibus diligentiam habemus. Et ne videretur alicui esse magnæ seueritatis,quòd Deus hominis fragilis facta, tanta diligẽtia examinaret,innuit cõsequenter eius pronitatem ad parcendum, cum dicit; *Sed parce peccatis meis*. quasi dicat: licet dinumeres, tamen hanc spem retineo, quòd parcas. Secundo vero secundum hoc quòd facta hominum bona vel mala in sua memoria conseruat ad retribuendum pro eis bona vel mala : vnde subdit; *Signasti quasi in sacculo delicta mea*. Ea enim quæ signantur in sacculo, diligenter conseruamus : & ne ista signatio diuinam misericordiã excluderet, subdit; *Sed curasti iniquitatem meam*. Quasi dicat, sic pro peccatis reseruas pœnã, quòd tamen per pœnitentiam delicta curas.

immutatio mea. Vocabis me,& ego respõdebo tibi : operi manuũ tuarum porriges dexteram . Tu quidẽ gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis . Signasti quasi in sacculo delicta mea : sed curasti iniquitatem meam.

LECTIO V.

ONS cadens defluit: & saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur, & homines ergo similiter perdes ? Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret. immutabis faciem eius, & emittes eum . Siue nobiles fuerint filij eius , siue ignobiles : non intelliget . Attamen caro eius , dum viuet, dolebit : & anima illius super semetipsos lugebit.

LECTIO V.

POSTQVAM Iob suam sententiam de futura resurrectione proposuerat, hic probabilibus rationibus eam innuit. Et prima ratio sumitur ex comparatione hominis ad inferiores creaturas, quæ totaliter consumuntur absque spe reparationis. Omnia.n. quæ generantur,corruptioni subiecta sunt. vnde & montes, licet videantur firmissimi, tamen ex certis causis post aliqua tempora curricula dissoluuntur: & hoc est quod dicit. *Mons cadens defluit*. saxa etiam licet videantur fortissima,tamen vel per violentiam , vel aliqua naturali causa exciduntur : & hoc est quod sequitur ; *Et saxum transfertur de loco suo*. lapides etiam licet videantur durissimi , aquis tamen excauantur. & hoc est quod subditur ; *Lapides excauant aquæ*. Terra autem licet videatur stabilissima,tamen a sua dispositione paulatim immutatur: & hoc est quod subdit ; *Et alluuione paulatim terra consumitur*. inconueniens autem esset,si esset eadem ratio corruptionis hominis , & rerum prædictarum : & ideo concludit quasi inconueniens , Et *homines ergo similiter perdes?* quasi dicat ; non est conueniens , quòd similiter corrumpantur homines,sicut aliæ creaturæ corporales. nam prædictæ creaturæ totaliter corrumpuntur, vnde non reparantur eadem numero: homo vero licet corrumpatur secundum corpus , remanet tamen incorruptibilis secundum animam, quæ totum genus corporalium transcedit, vt sic reseruet spes reparationis . Deinde inducit ad idem rationes,sumptas ex proprietatibus hominis. in duobus autem excellit homo omnes inferiores creaturas , quorum vnum est virtus operatiua : est enim dominus sui actus per liberum arbitrium, quod nulli alii corporali creaturæ competit , & secundum hoc homo est potentior qualibet creatura corporali, vnde & aliis vtitur propter seipsum. Aliud autem in quo excellit,est cognitio intellectiua, quæ cum sit in mente, aliquod tamẽ eius indicium apparet in corpore,& præcipue in facie , quam habet homo valde diuersam ab aliis animalibus. ex his duobus apparet,quòd homo nõ sic corrumpitur sicut alia animalia,vt in perpetuum non sit. Quantum ad primum horum dicit ; *Roborasti eum paululum,vt in perpetuum transiret*. quasi dicat, non est conueniens quòd tantum robur homini præstitum , ad modicum tempus sit , quòd postea in perpetuum non esset. stultum enim videretur, si aliquis faceret fortissimum instrumentum , vt ad modicam horam eo vteretur, & postea ipsum omnino proiceret. Virtus autem cuiuscunque creaturæ corporeæ est determinata ad finitos effectus,sed virtus liberi arbitrii se habet ad infinitas actiones: vnde hoc ipsum attestatur virtuti animæ, ad hoc quod in infinitũ duret quãtũ ad hoc.s.ad intellectũ, dicit ; *Immutabis faciem eius,& emittes eum*. quasi dicat:nõ est cõueniẽs quod faciẽ eius mutaueris,idest diuersificaueris ab aliis animalibus , & tũ emittas eum a statu vitæ in perpetuum nõ rediturum, sicut alia animalia. per faciem autem intellectiua cognitio accipi solet , propter hoc, quòd est proprium rationalis creaturæ.Intellectualis autem cognitio non potest conuenire,nisi substantiæ incorruptibili , vt a philosophis probatur. Posset autem aliquis dicere , quòd licet homo post mortem ad vitam non redeat,tamẽ non in perpetuum pertransit , inquantum quodammodo viuit in suis filiis. quod etiam verba Baldath sonant ,cum supra dixit, Hæc est lætitia viæ eius, vt rursum de terra alii germinentur. Sed hanc responsionem excludit Iob subdens , *Siue nobiles fuerint filij eius , siue ignobiles , non intelligent*. quasi dicat: homo per intellectũm capit æternũ bonũ , vnde & naturaliter ipsum desiderat. Bonũm autem, quod est in successione filiorum, non potest satiare appetitum intellectualem , si homo totaliter per mortem consumatur, vt in perpetuum non sit : quia appetitus intellectualis nõ quiescit nisi in bono intellecto , bonũ autem quod est in successione filiorum, non intelligit homo neque dũ viuit , neque post mortem , si totaliter desinat esse per mortem. non

tem.non ergo ad æternitatem huius boni tendit appetitus intellectiuus hominis,sed ad bonum vel malum quod in seipso habet,vnde subdit ; *Attamen caro eius, dum uiuet,dolebit,& anima ipsius super semetipso lugebit*. vbi duplicem dolorem distinguit, vnum quidem carnis in apprehensione sensus, alium autem animæ ex apprehensione intellectus uel imaginationis , qui proprie dicitur tristitia,& hic luctus nominatur.

LECTIO I.

AVDITIS verbis Iob Eliphaz,non ad profunditatem sententiarum ei respõdet, sed nititur ad calumnio se reprehendendum aliqua uerba a Iob prolata , secundum superficiem ipsorũ verborum ea considerans,& non secundum profunditatem intellectus eorum . & primo quidem reprehendit hoc,quod Iob dixerat in principio suę locutionis. Et mihi est cor sicut & vobis , nec inferior uestri sum : in quo quidem de duobus eum notat: primo quidem de inani gloria,quia seipsum commendat, & hoc est quod dicit : *Nunquid sapiens respondebit quasi in uentum loquens?* in ventum enim loqui videtur,qui ad gloriam captandam verba componit.secundo autem de iracundia,propter hoc,quòd obiurgãdo loqui inceperat,cum dixerat,Ergo nos estis soli homines &c.& ideo subdit , *Et implebit ardore stomachum suum* ? idest iracundia animum suum. Deinde reprehendit eum de hoc quod dixerat,Disputare cum Deo cupio. & iterum : Duo tantum ne facias mihi, & tunc a facie tua non abscondar &c. in quo quidẽ eum notat multipliciter.Primo quidem de superbia , quia contra maiorem contendit,& hoc est quod dicit ; *Argnis eum uerbis, qui non est æqualis tui*. Secundo de stultitia , quia Eliphaz talem disputationem nociuam reputabat,vnde subdit: *Et loqueris quod tibi non expedit*. disputando scilicet cum Deo . & quare non expediat cum eo disputare,ostendit per hoc,quòd huiusmodi disputatio duo ualde necessaria excludere videtur , quorum primum est timor Dei:qui enim timet aliquem , non præsumit cum eo contendere.vnde etiam & Iob supra dixerat , formido tua non me terreat,& ideo Eliphaz hic subdit ; *Quantum in te est,euacuasti timorem*. quia scilicet conatus es a te timorem Dei excludere.Secundum est oratio ad Deum , non enim est eiusdẽ contendere cum aliquo,& eum rogare,& ideo subdit: *Et tulisti*. idest abstulisti. *Preces coram Domino*. contra id quod supra Eliphaz dixerat,quamobrem ego deprecabor Dominum. Disputauerat autem Iob cum Deo, non ex superbia , sed ex fiducia veritatis,sed Eliphaz temerarie iudicauit hoc ex iniquitate procedere,vnde subdit; *Docuit enim iniquitas tua os tuum* . & hoc ex effectu apparet. quia blasphemas , vnde sequitur : *Et imitaris linguam blasphemantium*.blasphemans enim est qui Dei iustitiã negat:sed lingua blasphemantis immutari videtur qui cũ Deo disputat de eius iustitia. Disputare enim de aliquo videtur esse dubitantis de illo,dubitans autem est pro prinquus neganti.Volens ergo Eliphaz cõtra disputationem loqui, primo dicit quòd Iob tam manifeste male locutus est, quòd non indiget alio reprehensore,sed ipsa verba eius indicant eius malitiam , & hoc est quod dicit; *Et condemnabit te os tuum,& non ego, & labia tua respondebunt tibi*. quasi dicat:non indigent uerba tua alio respõdente,sed ipsa se interimunt. Ostendit tamen multipliciter disputationem prædictam non fuisse conuenientem, primo quidẽ per comparationem eius ad omnes creaturas:si enim aliqua creatura cum Deo contendere posset,hoc præcipue competeret primæ & excellentissimæ creaturæ,quod non conueniebat Iob. unde dicit;*Nunquid primus homo tu natus es,& ante omnes colles formatus*?ut ex hoc scilicet,competat tibi pro toto humano genere, uel pro tota creatura disputare cum Deo?Secundo per comparationem ad Deum.ille enim potest cum aliquo de factis eius disputare conuenienter,qui cognoscit rationẽ,quam ille,cum quo disputat,operatur:quam cognoscere potest dupliciter : uno modo ut ab eo addiscens, alio modo , ut per superiorem sapientiam de factis alterius iudicans:sed neutrum competit Iob in comparatione hominis ad Deũ,& hoc est quod dicit:*Nunquid consilium Dei audisti?* quãtum ad primum: *Et inferior te exis eius sapientia*: quantum ad secũdum, ut sic cum Deo disputare possis?Tertio,per cõparationem ad alios homines, quibus nõ magis sciens apparet,vt ex fiducia maioris scientiæ cum Deo disputare præsumat , unde dicit: *Quid nosti ?* scilicet per fidem, uel reuelationem: *Quod ignoramus? Quid intelligis* . scilicet,per fidẽ & reuelationem naturali cognitione: *Quod nesciamus?* sed quia posset se Iob iactare de scientia accepta ab aliis , subdit,*Et senes* . scilicet dignitate scientiæ & uitæ.*Et antiqui*, tempore . *Sunt in nobis*. *multo uetustiores quàm patres tui* . idest quàm magistria quibus scientiam accepisti.uel ad litteram, quàm tui progenitores . per maiorem autem uetustatem,maiorem sapientiam vult intelligi, quia per experimentum longi temporis aliquis sapientior redditur.Quarto,ex parte ipsius Iob ostendit disputationem eius cũ Deo,non fuisse conuenientem,& primo quidem,quia fuit nociua,explicans quæ supra dixerat, Loqueris. quod tibi non expedit,unde dicit: *Nunquid grande est, ut consoleiur te Deus ?* quasi dicat,facile est Deo,ut te ad statum prosperitatis reducat , quia ipse vulnerat & medetur,vt supra dixerat: *Sed uerba tua praua hoc prohibent*. quibus iram Dei magis contra te prouocas. Secundo,ostendit quòd sint vana & superba,exponens quod supra dixerat,Nunquid sapiens respondebit. quasi dicat,in ventum loqueris.unde subdit; *Quid te eleuat cor tuum* ? scilicet per superbiam,ut intantum de diuina sapientia præsumas. & signum superbiæ ostendit subdens; *Et quasi magna cogitans attonitos habes oculos?* cum enim aliquis aliqua magna & mirabilia considerat, in stuporem adducitur,& ex inde contingit,quòd oculos attonitos habeat.Tertio ostẽdit,quòd disputatio eius fuit præsumptuosa & impia,exponẽs quod supra dixerat.arguis eum uerbis, qui non est æqualis tibi,vnde subdit:*Quid tumes contra Deum spiritus tuus,ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones?*

CAPITIS DECIMI QVINTI.

LECTIO I.

ESPONDENS autem Eliphaz Themanites dixit, Nunquid sapiens respondebit quasi in uentũ loquẽs, & implebit ardore stomachum suum ? Arguis uerbis eum, qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit . Quantum in te est , euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo . Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium. Condemnabit te os tuum, & non ego : & labia tua respondebunt tibi. Nunquid primus homo tu natus es,& ante omnes colles formatus ? Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia ? Quid nosti quod ignoremus ? quid intelligis quod nesciamus ? Et senes & antiqui sunt in nobis: multo vetustiores, quàm patres tui .Nunquid grande est ut consoletur te Deus ? sed verba tua praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos ? Quid tumet contra Deũ spiritus tuus : ut proferas de ore tuo huiuscemodi sermones?

LECTIO II.

VID est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus appareat natus de muliere ? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis , & cæli non sunt mundi in conspectu eius: Quanto magis abominabilis & inutilis homo,qui bibit quasi aquam iniquitatem ? Ostendam tibi audi me , quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur , & non abscondunt patres suos, Qui

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Eliphaz reprehẽderat Iob de hoc,quòd Deũ ad disputandum prouocauerat,quod uidebatur ad præsumptionem sapientiæ pertinere:nunc reprehendit eum de præsumptione iustitiæ super hoc,quod dixerat,Si fuero iudicatus , scio quòd iustus inueniar.quod quidem Eliphaz impugnat , primo quidem ex fragilitate conditionis humanæ, per quam homo difficulter uitat peccatum:unde dicit:*Quid est homo ut immaculatus sit*. Et etiam difficulter operatur bonum,unde subdit: *Vt iustus appareat natus de muliere?* quia ut dicitur in prouerbiis, In abundanti iustitia uirtus maxima est:quæ non uidetur competere ei qui ex infirmare originem habet . Secundo impugnat idem,ex comparatione sublimium creaturarum,unde subit : *Ecce inter sanctos eius*. idest angelos. *Nemo immutabilis* . scilicet per naturam propriam,sed solum dono diuinæ gratiæ,quin possit in peccatum deflecti. *Et cæli*, qui tenent supremum locum puritatis inter corpora ; *Non sunt mundi in conspectu*, idest per comparationem ad ipsum,quia sunt materiales & corporales & mutabiles.Tertio,impugnat idem ex propria conditione ipsius Iob,quasi a minori concludens ; *Quanto magis abominabilis* , per peccatum.*Et inutilis*,per defectum iustitiæ.*Homo qui bibit quasi aquam iniquitatem*.

iniquitatem. idest, qui pro nihilo, & absque aliqua obseruatione iniquitatem committit. qui enim bibit uinum, cum aliqua obseruatione bibit, ne inebrietur: quod in potu aquæ non obseruatur. In hoc ergo, ipsum Iob notat, quòd de facili ad iniquitatem declinaret, heut aliquis de facili & in proptu habet quòd aquã bibat. *Ostendam tibi, audi me &c.* Post quam Eliphaz reprehenderat Iob, qp Deum ad disputationem prouocauerat, & qp de sua iustitia præsumebat, nunc reprehẽdit eũ de verbis, quæ disputando dixerat, & pcipue de illis, Arbitraris me inimicum tuum: contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: & po suisti in neruo pedem meum. & primo excitat attentionem, dicens: *Ostendam tibi*. scilicet illud, qd a Deo quærebas; *Audi me*. attente. vnde autem ostendere possit, manifestat subdens; *Quod uidi*. scilicet, ex proprio intellectu inueniens; *Narrabo tibi*. Et iterum, non erubescam dicere quod ab aliis audiui, eos in authoritatem inducens; *Quia sapientes consitentur, & non abscondunt patres suos*. a quibus scilicet, sapientiam perceperunt. hoc enim insipientium est & superborum, vt quæ ab aliis acceperunt, sibi ascribant, & quare non sint abscondendi, ex eorum dignitate ostendit, cum subdit; *Quibus solis data est terra*. & potest hoc indifferenter & sub eodem sensu referri, vel ad sapientes, vel ad patres sapientum, quos vult intelligi etiam sapientes. sapientibus enim solis terra data esse dicitur, quia bonorum terrenorum ipsi sunt domini, vtentes eis ad suum bonum. insipientes autem vtũtur eis ad suum damnum, secundum illud Sapien. 14. Creaturæ factæ sunt in muscipulã pedibus insipientium. & iterum ad eorundem dignitatem ostendendam subdit: *Et non transibit alienus per eos*. quia videlicet, ii, qui sunt a sapientia alieni, consortio sapientum annumerari non possunt. vel quia sapientes ab extraneis non suppeditãtur. per illos enim alienus transire dicitur, qui ab aliquo alieno vincuntur, & subiiciuntur. Postquam auditorem attentum reddiderat, iam contra verba Iob disputantis respondere conatur, ex quibus duo intelligit, primo quidem, quòd Iob in angustia & timore uiuebat, quasi Deo eum persequente, & insidias ei ponente, quia dixerat; *Arbitraris me inimicum tuum: & obseruasti omnes semitas meas*. Secundo, quia de sua consumptione credebat eum dubitare, quia dixerat, Scribis contra me amaritudines, & consumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. Primo ergo loquitur contra primum, & secundo contra secundum ibi, *Habitabit in ciuitatibus desolatis*. ostendit ergo primo ex qua radice prædicta suspitio in corde Iob oriatur, quia ex eius impietate & uoluntate nocendi, vnde dicit; *Cunctis diebus suis impius superbit*. idest, exollitur contra Deum, & in nocumentum hominum. dies autem suos dicit, non dies vitæ eius; sed dies potestatis vel prosperitatis. Sed quia voluntas nocendi est homini a seipso, potestas autem a Deo, non potest scire quanto tempore ei detur potestas implendi suam impiam uoluntatem, vnde subditur; *Et numerus annorum incertus est tyrannidis eius*, & ex ista incertitudine sequitur suspitio & timor, quam consequenter de scribit dicens; *Sonitus terroris semper in auribus istius*. quia scilicet ad quemliber rumorem timet aliquid cõtra se parari, quasi de nullo confidens, propter quod subdit; *Et cum pax sit, ille insidias suspicatur*. idest, cum nullus contra eum aliquid moliatur, ipse tamen de omnibus formidat per suam impiam voluntatem, qua paratus esset omnibus nocere. Cum autẽ aliquis de aliquibus suis inimicis timet, sperare potest liberationem, etiam si ad horam succumbat, per adiutorium amicorũ, sed ille qui de nullo confidit, sed de omnibus timet, non potest sperare, quòd post oppressionem releuetur; & ideo subdit: *Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem*. idest, de statu aduersitatis ad statũ prosperitatis; *circumspectans undique gladium*. idest ex omni parte inimicos sibi imminere uidens. & hoc specialiter dicit propter hoc, quod Iob dixerat, quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. per quod intellexit Eliphaz, Iob desperare de sua liberatione. Contingit autem quandoque, quòd aliquis tyrannus, & si ab omnibus extraneis timeat, habet tamen alios familiares & domesticos, cum quibus secure conuersatur. sed quando est superabundans malitia eius, etiam a domesticis suis timet, cum quibus uiuit. vnde sequitur; *Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies*. idest mortis. quasi dicat, non solum insidias suspicatur in actibus exterioribus, in quibus necesse habet cum extraneis conuersari, sed etiam in actibus domesticis comedẽdo, & bibẽdo, & huiusmodi, a domesticis suis mortem sibi parari credens, & cũ ipse sic timeat de omnibus, non quiescit, sed contra eos, quos timet, semper aliquid machinat, & sic crescit ei timoris occasio. vnde subdit: *Terrebit eum tribulatio*. scilicet, ab aliis sibi imminens. *Et angustia uallabit eum*. scilicet per mortis timorem ex omni parte: *Sicut regem, qui præparatur ad prælium*. Rex enim qui præparatur ad prælium sic angustiatur timore, ne perdat, quòd tamen molitur inimicos destruere. quo autem merito in tantam miseriam timoris impius & tyrannus deueniat, ostendit subdens: *Tetendit enim aduersus Deum manum suam*. contra Deum agendo. *Et contra omnipotentem roboratus est*. idest, potentia sibi data usus est contra Deum: & quomodo contra Deũ egerit, ostendit subdens. *Cucurrit aduersus eum erecto collo*. idest, superbiẽdo. per superbiam enim maxime homo Deo resistit, cui per humilitatem subiici debet, secundum illud Ecc. 10. Initiũ superbiæ hominis, apostatare a Deo. & sicut ille qui Deum fugit, in uia eius currere dicitur propter promptitudinem uoluntatis ad seruiendum ei, ita & superbus propter præsumptionem spiritus, contra Deum currere dicitur. Superbia autem ex abundantia temporalium rerum oriri solet, & ideo sequitur; *Et pingui ceruice armatus est*. scilicet, contra Deum superbiendo. Pinguedo enim ex abundantia humorum creatur, vnde abundantiã temporalium significat. Sicut autem humilitas principium est sapientiæ, ita superbia sapientiæ est impedimentum. vnde sequitur; *Operuit faciem eius crassitudo*. per operimentum enim faciei, impedimentum cognitionis designatur, nec solum opulentia, quæ est superbiæ causa, in ipso inuenitur, sed etiam ad collaterales eius deriuatur. vnde sequitur; *Et de lateribus eius aruina dependet*. per quæ omnia significare intẽdit, quòd Iob ex opulentia in superbiam incidit, per quam contra Deum se erexit, & tyrannidem in homines exercuit, & ideo in hac suspicationem deuenit, ut Deum sibi aduersarium, & insidiatorẽ suspicaretur.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM ostendit Eliphaz angustias timoris, quas impius patitur, etiam in statu prosperitatis existens; nunc loquitur de amaritudinibus, quibus in aduersitatem deiectus consumitur, propter hoc, quod Iob dixerat: Scribis contra me amaritudines, & consumere me uis peccatis adolescentiæ meæ. Inter alias amaritudines primam ponit, quòd efficitur fugitiuus. est autem fugitiuorum consuetudo, quòd loca occulta & inhabitata quærunt, & ideo dicit; *Habitabit in ciuitatibus desolatis, & in domibus deserris, quæ in tumulos sunt redactæ*. huiusmodi. n. loca cõsueuerũt esse fugitiuorum receptacula. Secundam, quòd suis diuitiis spoliatur. vnde dicit; *Non ditabitur*. vt scilicet de nouo diuitias acquirat; *Nec perseuerabit substantia eius*. vt diuitias prius acquisitas retinere possit. Tertiam ponit impossibilitatem recuperandi dicens; *Nec mittet in terram radicem suam*. arbor enim si extirpetur, & iterum plantetur, conualescit, si in terram mittat radicem: sed si in terram radicem mittere non possit, non potest iterum conualescere. & quasi hoc exponens subdit; *Non recedet de tenebris*. idest, de statu aduersitatis. & rationem redeundi ad lucem assignat subdens; *Ramos eius arefaciet flamma*. arbor enim, si extirpata fuerit ramis virentibus, adhuc remanet spes reparationis, quia possunt inseri vel plantari: sed si rami comburantur, nulla spes vltra remanet recuperationis. Rami autem hominis sunt filii, & aliæ personæ coniunctæ per quas homo interdum a statu aduersitatis resurgat, sed filii Iob occisi erant, & eius familia perierat, & ipsemet infirmitate oppressus erat: quod innuit subdens; *Et auferetur spiritus oris sui*. idest superbia verborum suorum, & nõ posset aliquo modo recuperationem sperare, nec etiã a Deo, quem superbia uerborum offendit, vnde subdit: *Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit*. idest, quòd aliquo auxilio liberandus sit de tribulatione. Quartam amaritudinem ponit abbreuiationem uitæ, vnde subdit: *Antequam dies eius impleantur, peribit*. idest morietur, antequam perficiatur tẽpus ætatis eius: *Et manus eius arescent*. idest, eius filii & propinqui deficient, & subdit exẽplum dicens, *Lædetur, quasi uinea, botrus eius*: in primo flore, quẽ qui dem læsio ex frigore solet accidere. vnde significat exteriorem persecutionem: *Et quasi oliua proiiciens florẽ suum*. quod solet accidere ex aliqua interiori causa. vnde significat meritum aduersitatis ex parte ipsius qui patitur, vnde de hoc subdit: *Congregatio enim hypocritæ sterilis*. idest illa, quæ congregantur ab hypocrita, infructuosa redduntur. *Et ignis deuorabit tabernacula eorum*, cõtra me facitis. sic igitur leue esset mihi loqui, sicut & uobis, si in statu uestro essem. sed nunc impedior dolore, qui non tollitur neque locutione, nec taciturnitate. vnde subdit; *Sed quid agam? si locutus fuero, non quiescit dolor meus, & si tacuero, non recedet a me*. Est autem duplex dolor, vnus quidem interior, qui tristitia nominatur, prouenienes ex apprehensione alicuius mali inhærentis. alius autem est dolor exterior, qui est dolor secundum sensum, puta ex diuisione continui prouenientes, uel ex aliquo huiusmodi. Primus quidem igitur horum dolorum collocutione tolli potest, non autem secundus. & ideo consequenter ostendit, quòd intelligit de hoc secundo dolore, qui verbis non tollitur, dicens; *Nunc autem oppressit me dolor meus*. idest impediuit me, ne faciliter & libere vti possim ratiocinatione, sicut antea solebam. nam cum est dolor vehemens in sensu, oportet quòd intentio animæ euocetur uel impediatur ab intellectualium consideratione, & quòd de dolore corporali intelligat, ostendit subdens; *Et in nihilum redacti sunt omnes artus mei*. omnia enim membra eius vulnerata erant, sicut supra dictum est, quòd Sathan percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem, & non solum dissipationes membrorũ dolorem sensibilem mihi ingerunt, sed etiam sunt in argumentum contra me. Amici enim Iob videntes eum sic vlceratum, ex hoc argumentabantur, quòd grauiter peccasset, putantes hoc ei in pœnam peccati accidisse: & hoc est quod sequitur: *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me*. ex infirmitatibus enim corrugatur corpus propter humidi consumptionem, sicut ex senectute: quomodo autem rugæ contra ipsum testimonium perhibeant. ostendit subdens; *Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi*. falsum enim dixerat Eliphaz, quòd propter peccatum in hanc infirmitatem incurrisset. uel potest dici, quòd Iob intellexit per spiritum sanctum suam aduersitatem a diabolo procuratam Deo permittente, vnde quicquid passus est uel in damnis suis & filiorum, uel in proprii corporis vlcere, uel etiã in molestatione vxoris & amicorum, totum hoc diabolo attribuit quasi instiganti. ipsum ergo vocat falsiloquum contra suam faciem suscitatum, quia intelligebat instigante diabolo amicos suos contradicentes ei. & secundum hunc sensum planius est quod sequitur: *Collegit furorem suum in me*. uidetur enim diabolus totum furorem suum contra Iob collegisse, dum omni modo molestiam sentis. Iob autem molestabatur, & ne aliquis crederet, quòd hæc disputatio esset facilis amicis Iob pp eminẽtem scientiam, Iob autem molesta propter scientiæ defectum, hoc excludit ostendens, quòd si aduersitate non deprimeretur, & esset in statu amicorum suorum, similia loqui posset. vnde dicit; *Poteram & ego similia uobis loqui*. scilicet, si aduersitate non grauarer. & huiusmodi rei experiẽdę sibi facultatem desiderat dicens; *Atque utinam esset anima uestra pro anima mea*. ut scilicet vos aduersitatẽ pateremini quam ego patior. quod quidẽ dicit, non affectu odii, aut liuore uindictæ, sed ut a crudelitate, qua utebãtur, suis uerbis Iob exasperantes, reuocarentur, dum sentirent sibi esse aspera uerba similia, si eis dicerentur, vnde subdit; *Consolarer & ego uos sermonibus*. scilicet similibus, quibus nos me consolamini. *Et mouerem caput meum super uos*. in signũ compassionis, uel in signum reprobationis, sicut uos me arguitis. *Et etiam roborarem uos ore meo*. ne per impatiẽtiam deficeretis. *Et mouerem labia*, scilicet ad loquẽdum: *Quasi parcens uobis*. idest simulans me ex misericordia quòd ad uos haberem loqui, sicut uos cõtra me facitis. sic igitur leue esset mihi loqui, sicut & uobis, si in statu uestro essem. sed nunc impedior dolore, qui non tollitur neque locutione, nec taciturnitate. vnde subdit; *Sed quid agam? si locutus fuero, non quiescit dolor meus, & si tacuero, non recedet a me*. Est autem duplex dolor, vnus quidem interior, qui tristitia nominatur, prouenienes ex apprehensione alicuius mali inhærentis. alius autem est dolor exterior, qui est dolor secundum sensum, puta ex diuisione continui prouenientes, uel ex aliquo huiusmodi. Primus quidem igitur horum dolorum collocutione tolli potest, non autem secundus. & ideo consequenter ostendit, quòd intelligit de hoc secundo dolore, qui verbis non tollitur, dicens; *Nunc autem oppressit me dolor meus*. idest impediuit me, ne faciliter & libere vti possim ratiocinatione, sicut antea solebam. nam cum est dolor vehemens in sensu, oportet quòd intentio animæ euocetur uel impediatur ab intellectualium consideratione, & quòd de dolore corporali intelligat, ostendit subdens; *Et in nihilum redacti sunt omnes artus mei*. omnia enim membra eius vulnerata erant, sicut supra dictum est, quòd Sathan percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem, & non solum dissipationes membrorũ dolorem sensibilem mihi ingerunt, sed etiam sunt in argumentum contra me. Amici enim Iob videntes eum sic vlceratum, ex hoc argumentabantur, quòd grauiter peccasset, putantes hoc ei in pœnam peccati accidisse: & hoc est quod sequitur: *Rugæ meæ testimonium dicunt contra me*. ex infirmitatibus enim corrugatur corpus propter humidi consumptionem, sicut ex senectute: quomodo autem rugæ contra ipsum testimonium perhibeant. ostendit subdens; *Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi*. falsum enim dixerat Eliphaz, quòd propter peccatum in hanc infirmitatem incurrisset. uel potest dici, quòd Iob intellexit per spiritum sanctum suam aduersitatem a diabolo procuratam Deo permittente, vnde quicquid passus est uel in damnis suis & filiorum, uel in proprii corporis vlcere, uel etiã in molestatione vxoris & amicorum, totum hoc diabolo attribuit quasi instiganti. ipsum ergo vocat falsiloquum contra suam faciem suscitatum, quia intelligebat instigante diabolo amicos suos contradicentes ei. & secundum hunc sensum planius est quod sequitur: *Collegit furorem suum in me*. uidetur enim diabolus totum furorem suum contra Iob collegisse, dum omni modo no-

flamma, & auferetur spiritu oris eius. Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius arescent. Lædetur quasi uinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem suum. Congregatio enim hypocritæ sterilis: & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & uterus eius præparat dolos.

CAPITIS XVI.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Iob dixit: Audiui frequenter talia, consolatores oneroſi uos omnes estis. Nunquid habebunt finem uerba uentosa? aut aliquid tibi molestum est si loqueris? Poteram & ego similia uestri loqui, atque utinam esset anima uestra pro anima mea. Consolarer & ego uos sermonibus, & mouerem caput meum super uos. Roborarem uos ore meo: & mouerem labia mea quasi parcens uobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescit dolor meus, & si tacuero, non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi. Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilib⁹ oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis. Conclusit me Deus apud iniquũ, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit cervicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum. Circumdedit me lanceis suis, conuul

LECTIO PRIMA.

ELIPHAZ in sua responsione durius contra Iob locutus fuerat, vnde Iob in principio sui sermonis eum arguit de inconuenienti consolatione, primo quidem, quia frequenter eadẽ repetebat, tam ipse quàm amici eius. vnde dicit; *Audiui frequenter talia*. quasi dicat. uestra locutio circa idem versatur. diuersis enim verbis ad idem intendebant, scilicet ad arguendum Iob, quòd pro peccatis suis in aduersitates inciderat, & ideo subdit; *Consolatores oneroſi uos estis*. consolatoris enim officium est ea dicere, quibus dolor mitigetur, oneroſus ergo consolator est, qui ea loquitur, quæ magis animum exasperant. possent tamen hæc excusamen habere, quando ad utilitatem aliquam verba exasperantia proferrentur, & ueritatem continerent, aut etiam breuiter & pertranseundo dicerentur. sed si aliquis verba exasperantia contra contristatum falso, inutiliter & prolixe prosequatur, oneroſus consolator uidetur. vnde subdit; *Nunquid habebunt finem uerba uentosa?* in hoc enim quod dicit; *Nunquid habebunt finem*. ostendit quòd prolixe immorabantur circa verba exasperantia: in hoc vero quod dicit; *Verba uentosa*. ostendit qp inutilia & falsa erant, soliditatem non habentia. Ostendit autem consequenter, quòd nõ erat paritas ex vtraque parte in hac disputatione, quia amici Iob absque molestia loquebantur: vnde dicit; *Aut aliquid molestum tibi est, si loqueris*. quasi dicat, ideo ea prolixe loqueris in meam calumniam, quia ex hoc nullo

do nocendi ipsum impugnauit. & non solum in præterito me afflixit, sed in futurum mihi comminatur. & hoc est quod sequitur: *Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis.* & loquitur per similitudinem bestiæ, quæ homini comminando, dentes contra ipsum parat. hoc autem dicit propter hoc, quia Eliphaz vsque ad mortem ei sub persona impii mala imminere prænunciauerat. intelligebat autem huiusmodi comminationes per os Eliphaz a diabolo esse procuratas, & ideo dicebat, quòd dentibus contra eũ infremuerat.

nerauit lumbos meos, non pepercit, & effudit in terra uiscera mea. Concidit me vulnere super vulnus: irruit in me quasi gigas. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit a fletu: & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ: cum haberem mundas ad Deum preces. Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in cælo testis meus, & cõscius meus in excelsis.

Non solum autem Eliphaz verbis comminationis contra eum usus fuerat. mala prænunciando, sed etiam de factis eius male iudicauerat; eum impium & hypocritam nominans: & ideo subdit; *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* placidis enim oculis aliquem aliquis intuetur, quando facta eius benigne interpretatur; sed quando bona interpretatur in malum, tunc terribilibus oculis intuetur. & ideo subdit: *Apperuerunt super me ora sua.* scilicet amici mei ab hoste meo instigati: & hoc exponit subdens; *Exprobrantes percusserunt maxillam meam.* ille enim dicitur aliquem in faciem percutere, quando ei improperium in facie dicit. amici autem Iob multa improperia contra eum dixerant, peccata multa exprobrantes. & quia iusti homines uidentes peccata puniri de iustitia lætantur, secundum illud psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit uindictam: amici Iob se iustos reputantes, Iob autem peccatorem, de pœnis gaudebant quodammodo, quasi diuinæ iustitiæ congratulantes, & ideo sequitur; *Satiati sunt pœnis meis.* & ne aliquis crederet quòd Iob opinaretur huiusmodi pœnas sibi a Deo inflictas nõ esse, quia dixerant ab hoste se esse afflictũ, ad hoc excludendum subdit; *Conclusit me Deus apud iniquum.* idest diabolum, concedendo me, scilicet potestati ipsius: *Et manibus impiorum me tradidit.* quantum ad eos qui instinctu diaboli, eum uel factis uel uerbis afflixerant. Intellexit enim Iob afflictiones suas sibi per diabolum, non quidem per se, sed permittente Deo irrogatas: & huius signum euidens ostendit quadrupliciter, primo quidem, quia a maxima prosperitate non paulatim decidit, sicut consuetum est in rebus humanis, sed subito totaliter corruit, quod non uidetur posse subito casu accidere, sed ex sola diuina ordinatione, & hoc est quod dicit; *Ego ille opulentus quondam, repente contritus sum.* & in hoc quod dicit: *Opulentus*, designatur diuitiarum abundantia. in hoc autem quod dicit; *Ille:* designatur claritas famæ eius, qua ab hominibus demonstrabatur. Secundum autem signum est, quòd totaliter corruit: ad quod sciendum subdit: *Tenuit ceruicem meam, confregit me.* & loquitur ad similitudinem alicuius fortissimi uiri, qui alicuius debilis ceruice apprehensa, eam confringeret, & sic totaliter eum de uita auferret. sic enim Iob uidebatur totaliter prosperitatis statum amisisse. Tertium signum est, quòd non una aduersitate, sed multis simul concurrentibus oppressus fuit, ut supra narratum est, & quantum ad hoc subdit; *Posuit me sibi quasi in signum*, quod ponitur diuersis sagittis feriẽdum, & ideo subdit; *Circumdedit me lanceis suis.* ubi multitudinem tripliciter suarum aduersitatum describit, primo nanque ostendit se exterius vulneratum in rebus possessis, & ad hoc pertinet quod dicit: *Circumdedit me lanceis suis.* res enim exteriores circa nos sunt quasi extrinsecæ. tunc ergo homo lanceis aduersitatis circũdatur, quando in rebus exterioribus damnificatur. secundo autem dicit se percussum interius, quãtum ad corporalem afflictionem, & hoc est quod subdit: *Conuulnerauit lumbos meos.* quasi dicat: non solum in circuitu lanceatus sum, sed uulnera peruenerunt vsque ad interiora, in quibus delectabatur, quæ per lumbos significantur, in quibus est delectatio, uel etiam generationis origo. vnde etiam per lumbos filii oppressi possunt assignari. & insuper ostendit multiplicitatem percussionis ex acerbitate vulneris cum subdit; *Non pepercit.* quasi retrahens manum suã a percussione, ne grauius offenderet, sed grauissime læsit, & hoc est quod subdit; *Et effudit in terra uiscera mea:* quia scilicet omnes filios suos & filias una ruina oppressit. Tertio, ostendit multitudinem percussionis ex iis quæ in propria persona est passus, unde subdit; *Et concidit me.* in propria scilicet persona; *Vlcere.* Vlcus propriũ posuit super vulnus mortis filiorum. Quartum

F signum est, quòd eius tribulatio ex diuina prouidentia processerit, cui resisti non potuit, nec remedium adhiberi, secundum illud quod supra dictum est, Deus cuius iræ nullus resistere potest. & hoc est quod subdit; *Irruit in me quasi gigas*, cui propter magnitudinem potestatis homo debilis resistere non potest.

LECTIO II.

VERBOSI amici mei, ad Deum stillat oculus meus. Atque utinam sic
G iudicaretur uir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breues anni transeunt, & semitam, per quam non reuertar, ambulo.

& possunt hæc omnia intelligi vel de Deo, qui cõclusit, vel melius de iniquo, scilicet diabolo, apud quem cõclusit. Hæc omnia commemorauit Iob de magnitudine suæ aduersitatis, ad ostendendum quòd nõ de pari poterat cum eis contẽdere, qui ab huiusmodi aduersitatibus immunes erant. Verum Eliphaz eum de superbia notauerat dicens: Quid te eleuat cor tuum &c. quæ tanto fuisset detestabilior, quanto per graues aduersitates emendari non potuisset, secundum quòd contra quosdã in psal. 34. dicitur, Dissipati sunt, nec conpuncti. & ideo consequenter descripta sua aduersitate ostendit se humiliatum, primo quidẽ quantum ad exteriorem habitum cum dicit. *Saccum consui super cutem meam.* talis enim habitus est humilitatis signum, ut legitur de Niniuitis Ionæ 3. Similiter etiam cinis adhibetur ad recognoscendum propriam fragilitatem. vnde Abraam dixit Gen. 18. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis.
H vnde subdit; *Et operui cinere carnem meam.* legitur enim supra, quòd in sterquilinio sedebat in signum humilitatis. secundo, ostendit suam humilitatem per multitudinem fletus, cuius duo signa ponit, primo quidem tumorem faciei, cum dicit, *Facies mea intumuit a fletu.* ascendente enim multa lachrymarum materia ad caput, facies plorantium intumescit. Secundo uero impedimentum uisus, & hoc est quod subdit; *Et palpebræ meæ caligauerunt.* scilicet a fletu. Ad literam. propter discursum humorum uisus oculorum impeditur: ex iis autem quæ de grauitate suæ aduersitatis præmisit, & de magnitudine suæ humilitatis, posset aliquis suspicari, quòd ipse quasi recognoscens grauitatẽ suorum peccatorum se pænitendo humiliauerit, reputans se pro suis peccatis afflictum, quod Eliphaz innuere uolebat, dicens, Ecce inter sanctos nemo immutabilis &c. & ideo ad hoc remouendum dicit: *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ.* per
I quod excludit a se peccata operũ. subdit aũt, *Cum haberem mundas ad Deum preces.* ut excludat a se peccatum indeuotionis & omissionis, per quod uidetur respondere ei quod supra c. 11. dixerat Sophar: Si iniquitatem quæ est in manu tu abstuleris, leuare poteris manum tuam absque macula. Sed ad excludendũ innocentiam Iob, Eliphaz iam bis usus fuerat argumento suprapositio ex fragilitate terrenæ naturæ. nam supra dixerat, Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, quanto magis ii qui habitant domos luteas? & postea supra decimoquinto idem repetierat dicẽs, Cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abhominabilis & inutilis homo? & ideo ad hoc excludendum subdit; *Terra ne operias sanguinem meum.* & intelligit per sanguinem, sui corporis afflictionem. hic autem sanguis operiretur, si pro culpa fuisset effusus. sic enim non haberet gloriam, operiretur autem a terra si occasione terrenæ fragilitatis præsumptio de præceden-
K ti culpa præsumeretur. si autem sanguis eius absque culpa fuit effusus, iustam quærelam habuit contra effundentem, sicut Gen. 4. dicitur, Ecce uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Hic autẽ clamor lateret, si iusta cõquestio sua uideret, quasi eius qui pro culpa fuerit punitus. & ideo subdit: *Neque inueniat in te locum latendi clamor meus*: ut. s. ex terrenæ cõuersationis fragilitate videar iniuste cõqueri, quasi simul culpa punit⁹. Verũ est aũt ꝙ difficile est hominẽ terrena conuersatione absque iniquitate peccati mortalis uti: nõ est aũt impossibile Deo adiuuãte, qui ẽt interioris puritatis est testis: & ideo subdit, *Ecce. n. in cælo testis meus* q.d. ideo terra nõ põt operire sanguinẽ, quia mai⁹ est testimoniũ cęli q̃ p̃sumptio de fragilitate terrę. Est aũt hic testis cęli idone⁹, quia ẽt cõsciẽtiæ secreta rimat, vñ subdit: *Et cõscius meus in excelsis.* quasi dicat, ideo in infimo terræ non põt locũ latendi clamor meus inuenire, quia conscientia mea nota est in excelso.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Iob descripsit magnitudinem suæ aduersitatis, & suam humilitatem, & innocentiam, procedit vlterius ad ima-

ad improbandam vanam consolationem, quam amici eius frequenter ei iterabant; scilicet de spe temporalis prosperitatis recuperandæ. vnde & Eliphaz supra dixerat, Nunquid grande est ut consoletur te Deus &c. vnde huiusmodi consolationis vanitatem ostendere intendens, præmittit; *Verbosi amici mei.* quasi dicat, verba inania mihi promittunt, non enim in temporalibus recuperandis est consolatio mea, sed in Dei fruitione adipiscenda, & hoc est quod subdit; *Ad Deum stillat oculus meus.* idest lacrimatur præ Dei desiderio, secundum illud psal. 41. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes, die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? & ad exponendum quod dixerat subdit; *Atque utinam sic iudicaretur uir cum Deo,* quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Iudicatur enim vir, cum unus alteri præsentialiter adest, & inuicem sibi suas rationes depromunt. desiderat ergo Deo præsens existere, & rationes diuinorum operum & iudiciorum cognoscere, in quo felicitas humana consistit, in cuius spe erat eius consolatio, non in uanis amicorum verbis, quibus recuperationem temporalis prosperitatis promittebant. & ideo ad ostendendam vanitatem huiusmodi promissionis, subiũgit; *Ecce enim breues anni transeunt.* quasi dicat, homo breui viuit tempore, ut supra. 14. dictum est. temporis autem vitæ Iob iam transierat magna pars, unde breues anni restabãt, in quibus si esset prosperitas, non magnam consolationem afferret propter temporis breuitatem. Fuerunt autem aliqui, qui credebant hominem post mortem iterato ad præsentis vitæ cursum redire: & sic uideri posset, quòd in spe terrenæ prosperitatis recuperandæ, saltem in illa futura uita, posset Iob consolationem habere, & ideo ad hoc excludendum subdit; *Et semitam per quam non reuertar ambulo.* homo enim in hac mortali uita per ætatis processum tendit ad mortem, nec in hoc processu iteratio potest esse, vt scilicet iterato homo sit puer, & ætates huius vitæ perambulet.

CAPITIS XVII.

LECTIO I.

SPIRITVS meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulcrum. Non peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te: & cuiusuis manus
B pugnet contra me. Cor eorum lõge fecisti a disciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur socijs, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium vulgi: & exemplum sum coram eis. Caligauit ad indignationem oculus meus: & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur: Et tenebit iustus uiam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.

LECTIO PRIMA.

OSTENDERAT superius Iob multiplicitatem suæ afflictionis & mentis humilitatem, innocentiam, & vitæ irreuertibilis breuitatem, ex qua, verbositas amicorum eius conuincebatur, & ideo in hoc capitulo intendit inanimare præmissa, & finaliter eorum ignorantiam concludere. Primo autem incipit manifestare quod dixerat de processu vitæ humanæ, & præmittit causam breuitatis uitæ, cum dicit; *Spiritus meus attenuabitur.* uita enim corporis est per uitales spiritus, qui a corde ad omnia membra diffunduntur, qui quàm diu in corpore durant, corpus uiuit, sed quãdo virtus caloris naturalis incipit debilitari in corde, huiusmodi spiritus minuitur, quam quidem diminutionẽ & debilitatem per spiritus attenuationem designat, & huiusmodi occasione causę subiungit effectum dicens: *Dies mei breuiabuntur.* debilitas enim vitalis spiritus abbreuiat dies uitæ. & ne aliquis crederet, quòd attenuatus spiritus iterum roborandus esset secundum speciem huius vitę mortalis, ad hoc excludẽdum subdit; *Et solum mihi superest sepulcrum.* quasi dicat finitis huius breuibus uitæ diebus, nihil de presenti vita mihi relinquitur nisi sepulchrum, & ea quæ sepulcro conueniunt. Deinde alio modo consolationem eorum uanam ostendit. consolabantur enim eum dicentes, huiusmodi aduersitates propter peccata ei prouenisse, de quibus si pæniteret, ad prosperitatem rediret: sed ipse hoc excludens dicit; *Non peccaui.* quia scilicet non habebat conscientiam remordentem de aliquo graui peccato, propter quod tantas aduersitates incurrisset. vnde & infra. 27. dicit. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. & ideo non est contra id quod dicitur, primæ Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. & per hoc exprimit quod supra dixerat de sua innocentia, Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ. subdit autem: *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Pluraliter autem dicit amaritudinibus propter multiplices aduersitates, quas supra enumerauit. dicit autem, *Moratur.* quia quamuis inter amaritudines se humiliauerit: saccum consuens super cutem suam, adhuc tamen amaritudines perseuerant. attribuit autem amaritudines oculo propter fletum, de quo supra dixerat, Facies mea intumuit

A a fletu: & iterum: ad Deum stillat oculus meus: quia sic oculus eius flebat inter amaritudines, quòd ad solum diuinum auxilium intendebat. & ideo hic subditur; *Et libera me.* intelligebat enim se ab eo solo liberari posse, qui eum apud iniquum concluserat. non autem sic se liberari ab aduersitate petebat, sicut qui post aduersitatem, prosperitatẽ terrenam assequuntur: sed petit vt ad celsitudinem spiritalem perducatur. vnde subdit; *Et pone me iuxta te.* quia enim Deus est ipsa essentia bonitatis, necesse est, vt qui iuxta Deum ponitur, a malo liberetur. Ponitur autem homo iuxta Deum, inquã tum ei mente appropinquat per cognitionem vel amorem: sed hoc quidem imperfecte contingit in statu viæ, in quo homo impugnationes patitur: & qui est iuxta Deum positus, ab eis non superatur. Perfectè autem homo iuxta Deum mente ponitur, iuxta statum vltimæ felicitatis, in quo impugnationes iam pati non potest. & hoc est, quod desiderare se ostendit dicens; *Et cuius vis manus pugnet contra me.* quia scilicet quantumcunque aliqui me velint impugnare, si iuxta te perfecte positus fuero, nullius impugnatio me molestabit. Hoc est ergo in quo Iob inter amaritudines consolationem habebat, sperans se iuxta Deum ponendum, vbi impugnationes timere non posset. Hanc autem spiritalem consolationem ipsius Iob, amici eius verbosi non intelligebant: & ideo subdit;
C *Cor eorum longe fecisti a disciplina*, scilicet tua spiritali, per quã doces spiritalia bona, contemptis temporalibus, sperare: quia solis temporalibus & infimis rebus ad spiritalem altitudinem peruenire non possunt, nisi iuxta Deum ponantur: & hoc est quod subdit; *Propterea non exaltabuntur.* & ex hoc quòd longe facti sunt a disciplina spiritali, procedit quòd sola temporalia Eliphaz Iob in consolationem promittebat: & hoc est quod subdit; *Prædam pollicetur sociis.* idest temporalium adeptionẽ, quæ vni aduenire non possunt, nisi alio amittente: vnde temporalium acquisitio deprædationi assimilatur. Non est autem hoc vniuersaliter verum, vt post pænitentiam homines temporalem prosperitatem recuperent: quia nec boni semper temporali prosperitate florent. vnde subdit; *Et oculi filiorum eius deficient.* filios eius dicit illos, qui eius promissioni credentes, ex bonis, quæ agunt, temporalia sperant: sed dum ea non assequuntur, oculi eorum deficiunt, quasi a spe sua deci-
D dentes. sicut autem bene agentibus temporalia Eliphaz promittebat, ita etiam omnes aduersitates temporales propter peccata eius, qui patitur, asserebat prouenire: & quia Iob multas aduersitates passus erat, eum in exemplum apud vulgus ponebat. & hoc est quod subdit; *Posuit me quasi prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.* quia scilicet ad suam sententiam asserendam de causa aduersitatum, Iob in exemplum ponebat; ac si esset pro peccato punitus. Pertinet autem ad iustorum zelum, vt videntes per falsam doctrinam rectitudinem diuinorũ iudiciorum peruerti, indignentur: & ideo Iob consequenter magnitudinem sui zeli ostendit dupliciter. Primo quidẽ per quandam mentis turbationem. ira enim per vitium, oculum cæcat, sed ira per zelum, oculum turbat, vt Greg. dicit: & ideo subdit; *Caligauit ad indignationem oculus meus.* scilicet rationis, cuius acies est per iram zeli turbata. Moral. lib. 5. cap. 34. Secundo per hoc, ꝙ ira per zelũ etiã in corpore ex dolore quãdã cõmotionẽ facit: vnde dicitur
E primo Machabeorum 2. ꝙ Matathias videns Iudæum idolis sacrificantem doluit, & contremuerunt renes eius, & ideo hic subditur; *Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.* inquantum scilicet per dolorem corpus hominis tabescere videtur. Posset autem aliquis credere, ꝙ ista oculi caligatio contra iustitiã esset, & indignatio contra innocentiã: & ideo ad hoc excludendũ subdit; *Stupebunt iusti super hoc,* quasi dicat, ẽt ad iustos pertinet, vt vidẽtes malorũ doctrinã obstupescãt: & hũc stuporẽ sup caligationẽ dixit. sequit aũt, *Et innocens contra hypocritam suscitabitur.* quasi dicat, nõ est contra innocentiam si aliquis cõtra hypocritã peruersorẽ veræ doctrinæ, per zelũ iustitiæ indignatus, cõcitetur: & quia, vt dictũ est, ira per zelũ animũ turbat, sed nõ cęcat, sic vir iustus stupet vel caligat ex zelo, qđ tamẽ a iustitia nõ recedit: & hoc est quod subdit; *Et tenebit iustus viam suam.* quia .s. non deseret eam propter iram zeli. talis enim ira nõ præcedit rationem, sed sequitur: & ideo non potest hominẽ a iusti-
tia

tia separare. utilis tamen est ira per zelum, quia facit hominem maiore animi fortitudine insurgere contra mala. & hoc est quod subdit: *Et mundis manibus addet fortitudinem*. concitatus scilicet, per zelum. vnde & dicitur 3. Ethico. quòd ira fortitudinem iuuat.

F Deo, ideo hoc quasi irridens subdit; *In profundissimum infernum descendet omnia mea*. idest, quicquid meum est, ad sepulcrum deducetur, quod mihi solum superest. *Putas ne saltem ibi erit requies mihi?* idest, nunquid ibi etiam debeo expectare prosperitatem terrenam? manifestum est enim, hoc ridiculosum esse.

LECTIO II.

POSTQVAM Iob proposuerat ea, ex quibus sententia Eliphaz confutatur, hic colligit præmissa, & ordinat ea ad propositum ostendendum. & primo excitat attentionem dicens; *Igitur*, scilicet ex quo prædicta sunt uera. *Vos omnes qui*, scilicet contra me conuenistis, & patres uestri: *Conuertimini*. a uestris erroribus, *& uenite*, ad ueritatem considerandam, quæ perspecta, patebit quantum a uera sapientia longe sitis. & hoc est quod subdit; *Et non inueniam* in uobis ullum sapientem. & hoc subdit ad reprimendam iactatiam Eliphaz, qui supra quintodecimo dixerat, Quid nosti quod ignoremus &c. & iterum, sapientes confitentur &c. in hoc autem præcipue eorum insipientiam ostendere intendit, quòd ei consolationem temporalis prosperitatis promittebant. contra quod primo proponit tempus uitæ suæ, iam in magna parte esse elapsum, & hoc est quod subdit: *Dies mei transierunt*. deinde proponit mala quæ patitur, cum subdit: *Cogitationes meæ dissipatæ sunt*. quasi impeditæ a quieta cõtemplatione sapientiæ, propter acerbitatem corporalis doloris, & hoc est quod subdit; *Torquentes cor meum*. quia uidelicet, eius cogitationes a suaui consideratione ueritatis erant deductæ in amaritudinem, qua cor torquebatur. Hoc autem tormẽtum cordis, nec nox interrumpebat, quæ est tempus deputatum humanæ quieti: vnde subdit; *Noctem uerterunt in diem*. quia uidelicet, propter prædictas cogitationes noctem ducebat insomnem, sicut & diem. Est autem grauius pati somni defectum in nocte quàm in in die, quia in die releuatur animus hominis ex hominum societate, & lucis aspectu, & ideo dum nox ei esset insomnis desiderabat eam cito finiri, & hoc est quod subdit; *Et rursum post tenebras spero lucem*. idest spero quòd lux diei, post tenebras noctis rursus adueniat. Sed quia Eliphaz eum inducebat, ut omnia aduersa patienter toleraret sub expectatione futuri, ideo consequenter ostendit, quid sibi in futurum de temporalibus rebus residuum videatur. vnde dicit; *Si sustinuero*. idest patienter portauero huiusmodi dolores, nihil mihi restat nisi habitatio sepulcri: & hoc est quod dicit; *Infernus domus mea est*. uocat autem infernum sepulcrum, secundum opinionem eorum, contra quos disputabat, qui non credebant animam hominis remanere post mortem, sed solum corpus in sepulcro, quod uocabant infernum, quia intra terram situatur. homo autem in sepulcro iacens, tenebras patitur, tum propter defectum sensus, tum etiam propter defectum exterioris lucis, & ideo subdit; *Et in tenebris stratui lectulum meum*. sicut autem homo nascens a parẽtibus originem sumit, ex qua cum eis affinitatem contrahit, ita post mortem in sepulcro iacens, in putredinem & uermes resoluitur, quæ ex eius corpore generantur, & ideo subdit: *Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea uermibus*. quasi dicat, cum nulla alia re temporali remanebit mihi affinitas in sepulcro, nisi cum putredine & vermibus. Ex his ergo, quasi ad inconueniens reducens, concludit dicens; *Vbi est ergo nunc præstolatio mea?* quasi dicat, si propter expectationem temporalis prosperitatis consolarer, uana esset expectatio mea, & iterum ad maius inconueniens deducit, subdens: *Et patientiam meam quis considerat?* quasi dicat, si sustinuero per patientiam, nihilominus nõ restat mihi nisi sepulcrum, & eius tenebræ, putredines, & uermes. si ergo propter temporalia bona promerenda a Deo, patientiam haberem, sequeretur quòd Deus patientiam non consideraret, quod est abnegare prouidentiam diuinam. & ne forte aliquis diceret quòd etiam in sepulcro prosperitas sibi daretur a

LECTIO II.

EGITVR omnes uos cõuertimini, & uenite: & non inueniam in uobis ullum sapientem. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem uerterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, in tenebris stratui lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea, vermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meã quis considerat? In profundissimum infernum descendent omnia mea, putas ne saltem ibi erit requies mihi?

CAPITIS XVIII.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Baldath Suites dixit, Vsque ad quem finem uerba iactabis? intellige prius, & sic loquamur. Quare reputati sumus ut iumenta, & sorduimus coram te? Quid perdis animam tuam in furore tuo? Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo? Nonne lux impii extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum

G

QVIA præmissa verba beati Iob Baldath Suites comprehendere intellectu non potuit, putauit, ut quæ ipse nõ intelligebat, etiã a dicente inaniter proferentur, vnde in principio suę responsionis dicit: *Vsque ad quem finem uerba iactabis?* vbi de tribus videtur eũ arguere, primo quidem de inefficacia locutionis, ac si præmissa uerba Iob ad nihil confirmandũ efficaciam haberẽt, quod significatur in hoc, quod dicitur: *Vsque ad quem finẽ?* Secũdo arguit eum de uana multiplicatione uerborum, ac si præmissis uerbis Iob deesset: quod significatur in hoc quod dicit; *Verba*. Tertio notat de inordinata connexione verborum, quod significatur in hoc, quod dicit, *Iactabis*. ille enim dicitur iactare uerba, qui ea inordinate spargit: quamuis etiam possit hoc tertium ad iactantiam elationis referri. hæc autem tria proueniunt in locutione alicuius ex defectu intellectus: cum eo autem qui deficit in intellectu, inutilis est locutio, & ideo subdit; *Intellige prius*. & sic loquamur, quasi dicat, ex hoc quod inefficaciter, leuiter, & etiam inordinate loqueris, patet quòd deficis in intellectu. vnde prius insiste ut intelligas, & postea poterimus conferre adinuicem. Deinde arguit eum de præsumptione, quia eos non reputauerat sapientes, cum dixerat; Non inueniam in uobis ullum sapientem. & ideo ad hoc respondens subdit; *Quare reputati sumus ut iumenta, & sorduimus coram te?* homo enim qui sapientia caret, similis iumentis uidetur & sordibus, quia in sapientia honor hominis & ornatus consistit. consequenter reprehendit eum de iracundia, quia dixerat; Caligauit ad indignationem oculus meus. quia praue intellexerat, credens quòd esset talis indignatio quæ ei lumen sapientiæ abstulisset, nõ attendens id quod postea dixerat. Et tenebit iustus uiam suam. & ideo subdit. *Quid perdis animam tuam in furore tuo?* ille enim in furore animam perdit, qui & propter furorem a sapiẽtia & iustitia excidit, quæ sunt præcipue animæ bona. his ergo præmissis quibus personã Iob notauit de defectu intellectus, de præsumptione & de furore, accedit consequenter ad principale propositum, de quo controuersia uertebatur. scilicet q̃ aduersitates præsentis uitæ erant pœnæ prædictorum peccatorum. contra quod Iob dixit, Nõ peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. sed quia Baldath ad assertionem suæ sententiæ rationibus uti non poterat, uoluit suam sentẽtiam astruere, quasi ex communi opinione firmissimam, ideo comparauit eam rebus quæ amoueri nõ possunt, scilicet terræ & rupibus. unde dicit; *Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?* quasi dicat. hæc sententia, quòd aduersitates accidũt pro peccatis, firma est sicut terra & rupes, nũnquid ergo poterit remoueri propter tuas disputationes, ut innocens comproberis? Deinde prosequitur diffusius suam sententiam enarrans per singula mala, quæ peccatoribus proueniunt, inter quæ primo ponit cessationem prosperorum successuum, quos comparat luci, quia sicut qui ambulat in luce, non offendit, ut dicitur Ioannis. 11. vnde uidentur in luce ambulare, quibus prospere omnia succedunt ad uotum. De huiusmodi ergo lucis, idest prosperitatis amissione dicit: *Nonne lux impij extinguetur?* idest prosperitas cessabit. sicut autem lux corporalis ex flamma ignis procedit, ita etiã claritas prosperitatis ex hominis affectu, dũ sibi prouenit, quod optat, & ideo subdit; *Nec splendebit flamma ignis eius*. per ignem enim ardor amoris significari solet. secundum illud Cant. 8. Lãpades eius, lampades ignis atque flammarum. Est autem considerandum

H

I

K

randum q̃ prosperitas successus humani ex duplici causa procedit, quandoque quidem ex humana prouidentia, puta, cum homo prudenter & caute singula quæque disponit: & quantum ad hoc de cessatione prosperitatis dicit: *Lux obtenebrescit in tabernaculo ipsius*. quia scilicet, tam ipse quàm sui familiares prudentia in consiliis careant, quandoque uero prosperitas humani successus ex causa superiori procedit, scilicet ex diuina prouidentia, & quãtum ad hoc, cessationem prosperitatis describens, dicit; *Et lucerna quæ super ipsum ã, extinguetur*. non quidem ut in se non luceat, sed ut impiũ nõ illustret, & bene prouidentiã hominis dixit lucẽ, quasi ab alio mutuatam. prouidentiam uero Dei lucernam, quasi per se lucentẽ. Premisit autẽ de luce humanæ prouidentiæ, quia per hoc, quòd homo lucem rationis dimittit, uidetur mereri, ut luce diuinæ prouidentiæ non protegatur. Consequenter post cessationẽ prosperitatis, subiungit de aduersitate circa quam primo ponit impedimenta operationis & conatus. Ex duobus autem homo nititur ad effectũ suæ operationis peruenire, uno modo per propriã fortitudinem. & contra hoc dicit; *Arctabuntur gressus uirtutis eius*. quia uidelicet conatus fortitudinis eius amplos processus habere non potuit. Alio modo conatur homo ad aliquid obtinẽdum per sapientiam, & quantum ad hoc dicit; *Et præcipitabit eum consilium suum*. dum, scilicet, id quod excogitauit tanquam vtile, fiet ei damnosum. horum autem impedimẽtorum causam, ex ipso eius peccato dicit procedere, cum subdit; *Immisit enim in rete pedes suos*. sicut enim ille, qui sponte ponit pedem in rete, se præparat captioni, ita ille qui se sponte ingerit ad peccãdum, ad hoc se disponit, ut processus eius impediantur, secũdum illud Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium. & sicut in rete sunt diuersæ maculæ: ita etiam in peccato sunt multæ diuersitates, quibus homines diuersimode illaqueantur: & ideo subdit; *Et in maculis eius ambulat*. dum scilicet procedit de uno genere peccati in aliud, vel de uno modo peccandi in aliud, quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit vltetius, ideo quandoque impedimentum sentiet, vnde subdit; *Tenebitur planta illius laqueo*. idest processus voluntatis & operationis eius aliquo contrario impedietur. huiusmodi autem nocumenta ex triplici causa proueniunt in peccato procedentibus, primo quidem, ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus auget sibi desiderium peccandi, & quantum ad hoc subdit: *Et exardescet contra eum sitis*. quia videlicet, quandoque homo peccator & ex ratione desiderat aliquid sibi esse nociuum, sed feruens desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere. Secunda causa nocumenti eius, quandoque est ex ipsis rebus in quibus peccat, sicut dicitur Eccles. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui: huiusmodi autem nocumenta proueniunt ex rebus iam adeptis, & quantum ad hoc dicit; *Abscondita est in terra pedica eius*. quia uidelicet in ipsis terrenis rebus latet aliquod periculum, unde pedes peccatoris capiantur. quãdoque autem huiusmodi nocumenta proueniunt, dum homo est in uia acquirendi, & quantum ad hoc dicit; *Et decipula eius super semitam*. quia videlicet antequam adipiscatur peccator quod quærit, in ipsa via latent eius pericula. Tertio causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorum hominum, quorum insidiis & impugnationes formidantur. vnde subdit; *Vndique terrebunt eum formidines*. Quia vt dicitur Sap 17. Cum sit timida nequitia, dat testimonium, condemnata. cum autem homo ab omnibus sibi cauet, necesse est, quòd in multis actus eius impediãtur, vnde subdit: *Et inuoluent pedes eius*. vt scilicet non possit quoquam libere procedere.

A

B

C

D

E

LECTIO SECVNDA.

PRÆMISERAT Baldath pœnas peccatorum ad exteriores aduersitates pertinentes, hic autem incipit prosequi pœnas pertinentes ad personas eorum. est autem considerandum, q̃ ipsa peccata exterioribus aduersitatibus implicant, & ideo aduersitates exteriores prosecutus est pronunciando, quasi cũ quadam certitudine. Pœnæ autem corporales non uidentur directe causari ex ipsis peccatis, nisi forte ex aliquibus, sicut præcipue ex gula & luxuria, quibus aliquis in proprium corpus peccat: & ideo corporales pœnas non prosequitur denunciando, sed magis imprecando. præmittit autem pœnas corporales præcedẽtes mortem. & quia per nutrimentum conseruatur vita, primo imprecatur ei nutrimenti subtractionẽ, ex qua primitus homo incipit debilitari: & quantum ad hoc dicit; *Attenuetur fame robur eius*, deinde autem deficiẽte nutrimento, ęg subtrahatur vita, & quantũ ad hoc subdit; *Et inedia inuadat costas eius*. per quod significatur debilitatio vitaliũ operationum, quarum principium est cor, quod sub costis continetur. Corporis autem bona, quæ per famem attenuari incipiunt, per mortem totaliter consumuntur. bona autem præcipua corporis videntur esse pulchritudo & fortitudo: & ideo subdit; *Deuoret pulchritudinem cutis eius*. quia scilicet pulchritudo in exteriori apparentia consideratur; *Et consumet brachia illius*. in quibus præcipue attenditur fortitudo. *Primogenita mors*. idest tempestiua, naturalis ætatis finem præueniens. mortuus autem homo a domo sua exportatur, & quantũ ad hoc subditur; *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius*. quia scilicet spem suam non in Deo posuit, sed in opulentia & gloria domus suæ, de qua post mortem eiicitur. Eiectus autem de domo sua, sepulcro includitur, vbi totaliter exterminatur a morte: & quantum ad hoc subdit; *Et calcet super eum: quasi rex interitus*. scilicet mors: quasi regis plena potestate eum in puluerem conterit. Eo autem egresso de domo eius mortuo, remanent domestici, cum quibus in vita sua cietatem habuit: & quantum ad hoc subdit; *Habitent in tabernaculo eius socii illius, qui non est*. idest mortui, qui iam esse desiit quibus homines diuersimode illaqueantur: & ideo subdit; *Et in maculis eius ambulat*. dum scilicet procedit de uno genere peccati in aliud, vel de uno modo peccandi in aliud, quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit vltetius, ideo quandoque impedimentum sentiet, vnde subdit; *Tenebitur planta illius laqueo*. idest processus voluntatis & operationis eius aliquo contrario impedietur. huiusmodi autem nocumenta ex triplici causa proueniunt in peccato procedentibus, primo quidem, ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus auget sibi desiderium peccandi, & quantum ad hoc subdit: *Et exardescet contra eum sitis*. quia videlicet, quandoque homo peccator & ex ratione desiderat aliquid sibi esse nociuum, sed feruens desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere. Secunda causa nocumenti eius, quandoque est ex ipsis rebus in quibus peccat, sicut dicitur Eccles. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui: huiusmodi autem nocumenta proueniunt ex rebus iam adeptis, & quantum ad hoc dicit; *Abscondita est in terra pedica eius*. quia uidelicet in ipsis terrenis rebus latet aliquod periculum, unde pedes peccatoris capiantur. quãdoque autem huiusmodi nocumenta proueniunt, dum homo est in uia acquirendi, & quantum ad hoc dicit; *Et decipula eius super semitam*. quia videlicet antequam adipiscatur peccator quod quærit, in ipsa via latent eius pericula. Tertio causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorum hominum, quorum insidiis & impugnationes formidantur. vnde subdit; *Vndique terrebunt eum formidines*. Quia vt dicitur Sap 17. Cum sit timida nequitia, dat testimonium, condemnata. cum autem homo ab omnibus sibi cauet, necesse est, quòd in multis actus eius impediãtur, vnde subdit: *Et inuoluent pedes eius*. vt scilicet non possit quoquam libere procedere.

LECTIO II.

ATTENVETVR fame robur eius, & inedia inuadat costas illi. Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumet brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socii eius, qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Deorsum radices eius siccentur, sursum autem atteratur messis eius. Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. Non erit semen

B

Premisit autẽ de luce humanæ prouidentiæ, quia per hoc, quòd homo lucem rationis dimittit, uidetur mereri, ut luce diuinæ prouidentiæ non protegatur. Consequenter post cessationẽ prosperitatis, subiungit de aduersitate circa quam primo ponit impedimenta operationis & conatus. Ex duobus autem homo nititur ad effectũ suæ operationis peruenire, uno modo per propriã fortitudinem. & contra hoc dicit; *Arctabuntur gressus uirtutis eius*. quia uidelicet conatus fortitudinis eius amplos processus habere non potuit. Alio modo conatur homo ad aliquid obtinẽdum per sapientiam, & quantum ad hoc dicit; *Et præcipitabit eum consilium suum*. dum, scilicet, id quod excogitauit tanquam vtile, fiet ei damnosum. horum autem impedimẽtorum causam, ex ipso eius peccato dicit procedere, cum subdit; *Immisit enim in rete pedes suos*. sicut enim ille, qui sponte ponit pedem in rete, se præparat captioni, ita ille qui se sponte ingerit ad peccãdum, ad hoc se disponit, ut processus eius impediantur, secũdum illud Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium. & sicut in rete sunt diuersæ maculæ: ita etiam in peccato sunt multæ diuersitates, quibus homines diuersimode illaqueantur: & ideo subdit; *Et in maculis eius ambulat*. dum scilicet procedit de uno genere peccati in aliud, vel de uno modo peccandi in aliud, quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit vltetius, ideo quandoque impedimentum sentiet, vnde subdit; *Tenebitur planta illius laqueo*. idest processus voluntatis & operationis eius aliquo contrario impedietur. huiusmodi autem nocumenta ex triplici causa proueniunt in peccato procedentibus, primo quidem, ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus auget sibi desiderium peccandi, & quantum ad hoc subdit: *Et exardescet contra eum sitis*. quia videlicet, quandoque homo peccator & ex ratione desiderat aliquid sibi esse nociuum, sed feruens desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere. Secunda causa nocumenti eius, quandoque est ex ipsis rebus in quibus peccat, sicut dicitur Eccles. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui: huiusmodi autem nocumenta proueniunt ex rebus iam adeptis, & quantum ad hoc dicit; *Abscondita est in terra pedica eius*. quia uidelicet in ipsis terrenis rebus latet aliquod periculum, unde pedes peccatoris capiantur. quãdoque autem huiusmodi nocumenta proueniunt, dum homo est in uia acquirendi, & quantum ad hoc dicit; *Et decipula eius super semitam*. quia videlicet antequam adipiscatur peccator quod quærit, in ipsa via latent eius pericula. Tertio causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorum hominum, quorum insidiis & impugnationes formidantur. vnde subdit; *Vndique terrebunt eum formidines*. Quia vt dicitur Sap 17. Cum sit timida nequitia, dat testimonium, condemnata. cum autem homo ab omnibus sibi cauet, necesse est, quòd in multis actus eius impediãtur, vnde subdit: *Et inuoluent pedes eius*. vt scilicet non possit quoquam libere procedere.

LECTIO SECVNDA.

PRÆMISERAT Baldath pœnas peccatorum ad exteriores aduersitates pertinentes, hic autem incipit prosequi pœnas pertinentes ad personas eorum. est autem considerandum, q̃ ipsa peccata exterioribus aduersitatibus implicant, & ideo aduersitates exteriores prosecutus est pronunciando, quasi cũ quadam certitudine. Pœnæ autem corporales non uidentur directe causari ex ipsis peccatis, nisi forte ex aliquibus, sicut præcipue ex gula & luxuria, quibus aliquis in proprium corpus peccat: & ideo corporales pœnas non prosequitur denunciando, sed magis imprecando. præmittit autem pœnas corporales præcedẽtes mortem. & quia per nutrimentum conseruatur vita, primo imprecatur ei nutrimenti subtractionẽ, ex qua primitus homo incipit debilitari: & quantum ad hoc dicit; *Attenuetur fame robur eius*, deinde autem deficiẽte nutrimento, ęg subtrahatur vita, & quantũ ad hoc subdit; *Et inedia inuadat costas eius*. per quod significatur debilitatio vitaliũ operationum, quarum principium est cor, quod sub costis continetur. Corporis autem bona, quæ per famem attenuari incipiunt, per mortem totaliter consumuntur. bona autem præcipua corporis videntur esse pulchritudo & fortitudo: & ideo subdit; *Deuoret pulchritudinem cutis eius*. quia scilicet pulchritudo in exteriori apparentia consideratur; *Et consumet brachia illius*. in quibus præcipue attenditur fortitudo. *Primogenita mors*. idest tempestiua, naturalis ætatis finem præueniens. mortuus autem homo a domo sua exportatur, & quantũ ad hoc subditur; *Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius*. quia scilicet spem suam non in Deo posuit, sed in opulentia & gloria domus suæ, de qua post mortem eiicitur. Eiectus autem de domo sua, sepulcro includitur, vbi totaliter exterminatur a morte: & quantum ad hoc subdit; *Et calcet super eum: quasi rex interitus*. scilicet mors: quasi regis plena potestate eum in puluerem conterit. Eo autem egresso de domo eius mortuo, remanent domestici, cum quibus in vita sua cietatem habuit: & quantum ad hoc subdit; *Habitent in tabernaculo eius socii illius, qui non est*. idest mortui, qui iam esse desiit quibus homines diuersimode illaqueantur: & ideo subdit; *Et in maculis eius ambulat*. dum scilicet procedit de uno genere peccati in aliud, vel de uno modo peccandi in aliud, quia ipse sponte ingerit se periculis, & non desistit, sed semper procedit vltetius, ideo quandoque impedimentum sentiet, vnde subdit; *Tenebitur planta illius laqueo*. idest processus voluntatis & operationis eius aliquo contrario impedietur. huiusmodi autem nocumenta ex triplici causa proueniunt in peccato procedentibus, primo quidem, ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus auget sibi desiderium peccandi, & quantum ad hoc subdit: *Et exardescet contra eum sitis*. quia videlicet, quandoque homo peccator & ex ratione desiderat aliquid sibi esse nociuum, sed feruens desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere. Secunda causa nocumenti eius, quandoque est ex ipsis rebus in quibus peccat, sicut dicitur Eccles. 5. Diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui: huiusmodi autem nocumenta proueniunt ex rebus iam adeptis, & quantum ad hoc dicit; *Abscondita est in terra pedica eius*. quia uidelicet in ipsis terrenis rebus latet aliquod periculum, unde pedes peccatoris capiantur. quãdoque autem huiusmodi nocumenta proueniunt, dum homo est in uia acquirendi, & quantum ad hoc dicit; *Et decipula eius super semitam*. quia videlicet antequam adipiscatur peccator quod quærit, in ipsa via latent eius pericula. Tertio causantur huiusmodi nocumenta ex parte aliorum hominum, quorum insidiis & impugnationes formidantur. vnde subdit; *Vndique terrebunt eum formidines*. Quia vt dicitur Sap 17. Cum sit timida nequitia, dat testimonium, condemnata. cum autem homo ab omnibus sibi cauet, necesse est, quòd in multis actus eius impediãtur, vnde subdit: *Et inuoluent pedes eius*. vt scilicet non possit quoquam libere procedere.

C

D

E

dit,

dit: *Et pavor induxit horror*. timentes scilicet ne eis eueniat simile. & videtur hoc induxisse ad respondendum ei quod Iob supra. 14. dixerat, Siue nobiles fuerint filii eius, siue ignobiles, non intelligent. attamen caro eius dum uiuet dolebit. ex quo videbatur Iob comminationes amicorum uel promissiones de euentibus futuris contingẽtibus post mortẽ, confutasse: sed aliud hic Baldath respondet, quòd huiusmodi infortunia, quæ post mortẽ accidũt, &si mortuus non cognoscit, infliguntur tamen a Deo huiusmodi pœnæ propter correctionẽ aliorũ, & quia præmiserat quasdam pœnas peccatoris ad viam præsentis uitæ pertinentes, quasdam vero ad finem uiæ, scilicet ad mortem, uel ad ea quæ post mortem eueniunt, ideo quasi epilogando subdit; *Hæc ergo sunt tabernacula iniqui*. idest, processus eius in via præsentis vitæ: Tabernaculis enim uiatores utuntur. quantum ad vltimum finẽ, qui est quasi termi nus motus, subdit; *Et iste locus eius qui ignorat Deum*, uel per infidelitatem, uel per inobedientiam.

eius neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius, qui ignorat Deum.

CAPITIS XIX.

LECTIO I.

RESPONDENS autẽ Iob dixit, Vsque quo affligis animam meam, & atteritis me sermonibus? En decies confundistis me, & non erubescitis opprimentes me. Nempe & si ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At uos contra me erigimini, & arguitis me opprobriis meis, Saltẽ nunc intelligite, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo uim patiens, & nemo audiet, uociferabor, & non est qui iudicet. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum: & in calle meo tenebras posuit. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique & pereo, & quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic mehabuit quasi hostẽ suũ. Simul uenerũt latrones eius, & fecerunt sibi uiam per me, & obsederũt in gyro tabernaculum meũ. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant obliti sunt mei. Inquilini domus meæ & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum uocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit uxor mea, & orabam filios uteri mei. Stulti quoque despiciebant; & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam cõsiliarii mei, & quem maxime diligebam auersatus est me. Pelli meę consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dẽtes meos. Miseremini mei, miseremini mei saltẽ vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?

LECTIO II.

QVIS mihi tribuat, vt scribantur sermones mei?

LECTIO PRIMA.

BALDATH in præmissis verbis ad duo attendisse uidetur, Primo quidem ad confutandum Iob de insipientia & superbia & furore, per quod eum affligere intẽdebat, similiter & alii amici sui, & ideo dicit: *Vsquequo affligis animam meam* Secundo ad confirmandum suam sententiam, quòd aduersitates præsentis uitæ pro peccatis proueniant, quod quidem prolixe prosecutus fuerat, enumerãdo diuersas aduersitates absque alia probatione inducta, & quantum ad hoc subdit; *Et atteritis me sermonibus*. idest uerbis fatigatis, non probationibus conuincitis. Est autem tolerabile si semel aliquis contra amicum suum loquatur, sed si homo multiplicet huiusmodi uerba, videtur esse malitiæ confirmatę. vnde subdit; *En decies confudistis me*. & ipsi loquendo, & me cum quadam indignatione audiendo. Ante hanc autem responsionem quinquies Iob inuenitur locutus, si incipiamus ab hoc quod dixit, Pereat dies in qua natus sum, & quinquies ei respondisse amici sui inueniuntur, saltem autẽ præ confusione, etsi non propter amicitiam, debuissent ab afflicti afflictione cessare. vnde subdit: *Et non erubescitis opprimentes me*. scilicet tam opprobriis quàm prolixitate uerborum me grauantes. Inter cetera autem opprobria, uidetur eum Baldath de ignorantia notasse, cum dixit. Intellige prius, & sic loquamur. quæ quidem ignorantia toleranda ab amicis esset, & propter eam excusandus: non autem erat ei improperanda, maxime tẽpore aduersitatis; & ideo subdit; *Nempe si ignoraui, mecum erit ignorantia mea*. quasi dicat, nihil uos, sed me solum grauat. vnde ad uos nõ pertinebat inter aduersa mihi ignorantiam improperare, & ideo subdit; *At uos contra me erigimini*. scilicet scientiam vestrã ostendentes: *& arguitis me opprobriis meis*. idest quæ ad me solum pertinent, & alios non grauant. quibus præmissis ad confutationem amicorum pertinentibus, accedit ad principale propositum prosequendum, intendens ostendere falsum esse quod dicebant, quòd præsentes aduersitates semper propter peccata præterita proueniunt, ex qua suppositione statim a principio ad incõueniens ducit dicẽs: *Saltem nunc intelligite, quia Deus nõ æquo iudicio afflixerit me*. quasi dicat, si aduersitates, non adueniunt nisi pro peccatis, non est æquum Dei iudicium, quo me non grauiter peccantem, tam grauiter afflixit. dicit autem, *Saltem nunc*. quia hactenus non ita particulariter enumerauit suas aduersitates, sicut nunc. Non solum autem se dicit aduersitatibus afflictũ sed & eis conclusum, vt uiam euadendi inuenire non possit, vnde sequitur; *Et flagellis suis me cinxerit*. quia scilicet ipsa flagella remediorum uiam subtraxerunt. & hoc secundum primo incipit prosequi. Pœnãt in aduersitatibus remediũ inueniri, primo quidem per auxilium humanum, & hoc dupliciter; vno modo in ipso facto, puta cum aliquis ab aliquo uiolenter opprimitur, & ab illo succursum habet: & ad hoc excludendũ dicit: *Ecce clamabo uim patiens, & nemo exaudiet*. quasi dicat, si clamarem contra eos, qui me uiolenter opprimunt, nullus exaudiret vt auxiliũ ferret. Alio modo post factum, puta cum aliquis in iuriam passus, conqueritur iudici, qui eum sententialiter restituit & vindicat, & hoc excludẽs subdit: *Vociferabor, & non est qui iudicet*. id est si vociferarer conquerendo, non adesset iudex, qui me suo iudicio liberarer. Secundo inuenitur in aduersitatibꝰ remedium ab ipso homine, qui aduersitates euadit. & hoc dupliciter: vno modo per potentiam. & hoc excludit dicens: *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum*. quasi dicat, tot impedimenta processibus meis apposuit, ut ea amouere non possim. Alio modo per prudentiã, & ad hoc excludendum subdit: *Et in calle meo tenebras posuit*. vt scilicet non videam qualiter sit procedendum. deinde exclusis remediis, subiungit aduersitates, incipiens ab exterioribus bonis, quæ perdidit, inter quæ primo ponit iacturam honoris & gloriæ cum dicit; *Spoliauit me gloria mea*. quia cum prius in honore & reuerentia haberetur, postea etiam iuniores tempore eum irridebant, vt dicitur infra. 30. Secundo ponit dispendium dignitatis. vnde subdit: *Et abstulit coronam de capite meo*. quia ante sedebat quasi rex circumstante exercitu, vt infra 29. nunc sedens in sterquilinio, testa saniem radebat, vt dictum est supra, secundo. Tertio ponit dampnum exteriorum rerum cũ dixit: *Destruxit me undique*. scilicet deuastatus omnibus exteriorbus bonis, & aduersitate durante, quia non est spes recuperandi. vnde subdit: *Et quasi euulsæ arbori abstulit spem meam*. arbor enim quamdiu radicibus terræ inhæret, habet spem, etiã si precisi fuerint rami eius, ut rursum virescat: sed si euellantur eius radices de terra, necesse est vt siccetur & pereat, ita etiam ipse, quasi euulsis radicibus, nullam habebat spem prosperitatem tẽporalẽ recuperãdi. Radix aut spei ẽ duplex, vna quidẽ ex parte diuini auxilii: alia vero ex partę auxilii humani radix aut spei, quæ ẽ ex diuino auxilio, videbatur eẽ euulsa pp, hoc, q̃ Deus ei grauiter videbatur iratus, secundum illorũ opinionẽ, qui diuinã punitionẽ in solis aduersitatibus huius vitæ ponebant, vnde dicit: *Iratus est contra me furor eius*, quod dicit ad designandum vehementiam iræ, nam furor est ira accẽsa. Solet autem furor, quo vehementior est, eo citius transire, & sic potest in futurum remanere spes de irato. sed si ira in odium transeat, iam non videbitur spes vlla restare, & ad hoc signandum subdit: *Et sic me habuit quasi hostem suum*. ab inimico autem non speratur remedium. Diuinæ autem iræ & odii signum ponit, cum subdiuit: *Simul uenerunt latrones eius*. latrones nominat Sabæos, & Caldæos, & dæmones: qui eius bona vastauerãt simul, quasi ex condicto, quos nominat Dei latrones, quasi hoc ex ordinatione diuina contigerit, sicut & amici Iob dicebant. Prædicti autem latrones deprædati sunt Iob publice, absque aliqua reuerentia vel metu: vnde subdit: *Et fecerunt sibi uiam per me*. quasi dicat, ita me sunt deprædati, sicut hostis, qui inuenitur in via: infestauerunt etiam vniuersaliter & perseuerãter, & quantum ad hoc subdit:

Et obsederunt. scilicet perseuerãter. *In gyro*. vniuersaliter quantum ad omnia. *Tabernaculum meum*. idest, bona domus meæ. Deinde ostendit auulsam esse radicem spei, quæ est ex humano auxilio, ostendens, quòd nihil auxilii poterat expectare ab illis, de quibus magis videbatur. & enumerat primo illos, qui non sunt habitatione domꝰ separati, incipiens a fratribus dicens; *Fratres meos longe fecit a me*. vt scilicet, auxiliũ mihi ferre, vel non velint, vel non possint. Deinde ponit familiares amicos cũ subdit; *Et noti mei quasi alieni recesserunt a me*. mihi scilicet auxilium non ferentes: Quantum autem ad consanguineos, vel quacumq; alia necessitudine cõiunctos subdit; *Dereliquerunt me propinqui mei*. auxilium non ferentes. quantum vero ad illos, cum quibus aliquando fuerat conuersatus, subdit; *Et qui nouerant*. scilicet olim quasi familiarem amicum, nunc in tribulatione obliti sunt mei, scilicet de me non curantes. post hos accedit ad enumerandum domesticos dicens; *Inquilini domus meæ*. qui scilicet mihi seruire consueuerunt; *Et ancillæ, sicut alieni habuerunt me*. de meis sci licet afflictionibus non curantes: *Et quasi peregrinus fui in oculis eorum*. me scilicet penitus contemnentes. Deinde de inobedientia seruorum subdit; *Seruum meum vocaui, & non respondebit mihi*. addit autem & superbum contemptum: *Ore proprio deprecabor illum*. idest oportebat me ad eum agere nõ imperio, sed precibus propter hoc quòd me contemnebat. Deinde enumerat personas maxime coniunctas, scilicet vxorem & filios. solet autem vxoribus maxime delectabilis fieri præsentia viri, nisi forte ex aliqua graui corruptione horribilis reddatur. & ad hoc signandum subdit; *Halitum meum exorruit vxor mea*. scilicet propter fœtorem vlcerum, ex quibus ei horribilis reddebar. filii autem ex solo nutu parentis solent eius voluntatem implere. ex magno autem contemptu parentis prouenit, quòd patrẽ, cui oportet a filio reuerentiam exhiberi, oporteat suppliciter filium deprecari: & ad hoc ostendendum subdit; *Et orabam filios uteri mei*. sed hoc videtur contra id, quod dictum est supra primo, quòd filii eius & filiæ oppressi sunt per domus ruinam: sed potest dici quòd aliqui paruuli remanserant, qui non interfuerant illi conuiuio: vel forte aliqui filii filiorum, qui mortem propriorum parentum peccatis propriis, imputantes peccatis Iob, ipsum contemnebant. Postquam ergo se despectum dixit a domesticis, & a forensicis, ostendit consequenter se despectum esse & a stultis, & a sapientibus. Est autem stultorũ proprium, vt eos despiciant, quos in miseriis vident. quia sola bona terrena honoranda putant. & ideo dicit; *Stulti quoque despexerunt me*. scilicet corde præsentem: *Et cum ab eis recessissem, detrahebant mihi*. scilicet ore pronunciantes, quæ in præsentia dicere verebantur. Deinde etiam se a sapientibus despectum dicit, quos aliquando familiares habuerat: vnde dicit; *Abominati sunt me quondam consiliarij mei*. quos scilicet, propter eorum sapientiam ad meum consilium admittebam: *Et quem maxime diligebam, auersatus est me*. & forte dicit propter aliquem eorum, qui præsentes aderant, qui ei grauius aduersabatur. Sic igitur præmissis aduersitatibus, quæ pertinent ad exteriora, subiungit de proprii corporis consumptione dicens; *Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum*. quia scilicet propter grauitatem ægritudinis carnes eius consumptæ erant, ita quòd cutis eius ossibus adhæreret: sed quia labia sunt carnea, quæ dentibus sicut ossibus adhærent, ideo ad hæc excipienda subdit; *Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos*. per quod videtur occulte innuere, quòd omnibus aliis officiis membrorum cessantibus, solum ei remanserat locutionis officium. Enumeratis ergo aduersitatibus suis eos ad compassionem inuitat, geminans nunc petitionem propter multitudinem miseriarum dicens; *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei*. ex quo ab aliis sum derelictus. Causa autem miserendi est miseria, quę tanto grauior est, quanto a fortiori inducitur, ideo subdit; *Quia manus domini tetigit me*. intelligebat enim se a Deo percussum: non videtur autem decens, vt homini afflicto afflictionem addatis, & ideo subdit; *Quare persequimini me sicut Deus?* quasi dicat, sufficit mihi persecutio, quæ est a Deo. vestrum autem esset magis consolationem adhibere. qualiter autem persequerentur ostendit subdens: *Et carnibus meis saturamini*, quod proprie ad detractores pertinet: qui carnibus humanis uesci dicuntur, inquantum iniquitatibus aliorum delectantur. Caro enim est infirmior pars animalis.

LECTIO II.

DIXERAT superius Iob, spẽ suam esse ablatam, quasi arboris auulsę, qđ quidẽ dixit, referens ad spem tẽporalis prosperitatis recuperandę: ad quã eum amici eius multipliciter incitabãt: hanc autem spem sibi habendam non esse, supra multipliciter ostendit ad diuersa inconueniẽtia deducendo. nunc autẽ manifeste suam intentionem aperit, ostendens se prædicta non dixisse, quasi de Deo desperans, sed quia altiorem spem de eo gerebat, non quasi relatam ad præsentia bona, sed ad futura. Et quia grandia & mira & certa dicturus erat, præostendit desiderium suum ad hoc, quòd sententia quam dicturus erat, in fine posterorum perpetuetur. transmittimus autem sensus & verba nostra in posteros per scripturæ officium: & ideo dicit: *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei?* scilicet quos dicturus sum de spe, quam in Deo firmaui, ne oblitione deleantur. Solent autem ea, quæ atramento scribuntur, per longinquitatem temporis deleri: & ideo quando volumus aliquam scripturam in longinquum seruari, non solum per modum scripturæ eam describimus, sed per aliquam impressionem siue in pelle, siue in metallo, siue in lapide; & quia illud quod sperabat, non erat in proximo futurum, sed in fine temporum reseruatur implendum, ideo subdit; *Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo?* quasi in impressione aliqua, facta in pelle. aut si hoc parum est, impressione facta fortiori; *In lamina plumbi. uel* si & hoc paruum uidetur. *Certe sculpantur stylo ferreo in silice*. qui sint autem hi sermones, quos tanta diligentia velit conseruari, ostendit subdens: *Scio enim, quòd redemptor meus uiuit*. signanter hoc per modum causæ assignat. ea enim quæ pro certo non habemus, non curamus mandare memoriæ, & ideo signanter dicit; *Scio enim*. quia scilicet per certitudinem fidei. est autem hæc spes de gloria resurrectionis futuræ, circa quam primo assignat causam, cum dicit; *Redemptor meus uiuit*. Vbi considerandum, quòd homo, qui immortalis constitutus fuerat a Deo, mortem per peccatum incurrit, secundum illud Roma. 5. Sicut per vnum hominem, peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: a quo quidem peccato per Christum redimendum erat genus humanum: quod Iob per spiritum fidei præuidebat. redemit autem nos Christus de peccato per mortem pro nobis moriendo, non autem sic mortuus est, quòd eum mors absorberet: quia etsi mortuus sit secundum humanitatem, mori tamen non potuit secundum diuinitatem. ex uita autem diuinitatis etiam humanitas est reparata ad uitam resurgendo, secundum illud 2. ad Corinth. vlti. Nam & si crucifixus est ex infirmitate nſal, sed viuit ex virtute Dei. Vitæ aut Chri resurgẽtis ad omnes homines diffundet in resurrectione communi. vnde & ibidem subdit Apostolus, Nam, & nos infirmi sumus in illo, sed viuimus cũ eo, ex virtute Dei in nobis. vnde & Dominus dixit Io. 5. Quando mortui audient uocem filii Dei, & qui audierint, uiuent. sicut. n. pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio, vitam habere in semetipso. est ergo primordialis causa resurrectionis humanæ, vita filii Dei, quę non sumit initium ex Maria, sicut Ebionitę dixerũt, sed semper fuit, secundum Apostolum Hebræorum vltimo, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. & ideo signanter non dicit, Redemptor viuet, sed viuit. & ex hac causa futurã resurrectionem pronunciat, tempus ipsius determinans, cum subdit. *Et in nouissimo die de terra surrecturus sum*. Vbi considerandum est, quòd quidã ponentes motum cæli, & hunc statum mundi in æternum duraturum, posuerunt, quòd circa reuolutiones annorum, redeuntibus stellis ad situs eosdem, homines mortui reparatentur ad uitam; cum autẽ dies ex motu cæli causetur, si motus cæli in æternum durabit, nullus erit nouissimus dies: & ideo ad prædictum errorem tollendum, signanter dicit: *In nouissimo die*. & concordat sententiæ Domini, qui dicit Ioan. 6. Ego resuscitabo eum in

nouissimo die. Fuerūt alii, qui dixerūt, quòd homines resurgēt, resumendo nō terrena, sed quædam cælestia corpora. sed ad hoc excludendū, subdit; *Et rursum circumdabor pelle mea.* quod signanter dicit, quia supra dixerat, solam pellem circa ossa remansisse. ex ipso autem modo loquendi, rationem resurrectionis assignat; ne scilicet, anima a proprio indumento semper remaneat denudata. Rursus fuerunt alii, qui dixerunt animam, idem corpus, quod deposuerat resumpturā, sed secundum conditionem eandem, ut scilicet, indigeat cibis, & potib⁹, & alia opera carnalia huius uitæ exerceat, sed hoc excludit, subdens; *Et in carne mea uidebo Deum.* manifestum est enim, quòd caro hominis secundum statum uitæ pręsentis corruptibilis est. Corpus autem quod corrumpitur, aggrauat animā, vt dicitur Sap. 9. Et ideo nullus in hac mortali carne viuēs, potest uidere Deū, sed caro quam anima in resurrectione resumet, eadem quidem erit per substātiam, neque corruptionem habebit ex diuino munere, secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & ideo illa caro huius conditionis erit, quòd in nullo animam impediat, quin Deum possit videre, sed erit ei omnino subiecta: quod ignorans Porphirius dixit, quòd anima, ad hoc, quòd fiat beata, omne corpus fugiendū est, quasi anima sit Deum uisura, non homo. & ad hoc excludendum, subdit: *Quem uisurus sum ego ipse.* quasi dicat, non solū anima mea Deum uidebit: *sed ego ipse*, qui ex anima & corpore subsisto. & ut ostendat, quòd illius visionis etiam suo modo erat particeps corpus, subiungit: *Et oculi mei conspecturi sunt.* non quia oculi corporis diuinam essentiam sint visuri, sed quia oculi corporis uidebunt Deum hominem factum. uidebunt etiam gloriam Dei in creatura refulgentem, secundum Aug. in fine de ciuitate Dei. & vt idem numero, non solum specie reparandus homo credatur ad Deum videndum, subiungit: *Et non alius.* scilicet numero, scilicet, ne credatur talem se uitæ reparationē expectare, qualem describit Arist. in 2. de generatione, dicens, quòd quorumcūque substantia est corruptibilis, reiterātur eadem specie, non eadem numero. (Tex. cō. 56.) His ergo præmissis de causa resurrectionis, tempore, & modo, & gloria resurgentis, & identitate eiusdē subiungit; *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* ad ostendendum, ꝙ hanc spem non solum habebat in verbis, sed in corde absconditam: non dubiam, sed firmissimam, non quasi uilem, sed quasi pretiosam, quod enim in sinu absconditur, in oculto habetur, & firmiter conseruatur, & charum reputatur. sic ergo ostensa altitudine spei suæ, quam habebat de Deo, excludit eorum calūnias, quas contra eum quærebant, quòd Dei spem & amorem abiecisset, quia in temporalibus spem non ponebat, vnde subdit: *Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum?* scilicet tanquam de Deo desperantem, vel Deum non timentem: *Et radicem uerbi inueniamus contra eum.* improbando dicta mea, quasi prouidentiam Dei negauerim, quam non nego, sed assero, dicens præmia & pœnas a Deo præparari hominibus etiam post hanc vitam, & ideo subdit; *Fugite ergo a facie gladij.* idest diuinæ vltionis in futura vita nobis reseruatæ, quamuis temporali prosperitate floreatis: *Quoniam ultor iniquitatum gladius est.* idest ultio, quam ipse proprie inducet post mortem: *Et scitote esse iudicium.* non solum in hac uita, sed post hanc uitam in resurrectione bonorum & malorum.

niamus contra eum? Fugite ergo a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudicium.

CAPITIS XX.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Sophar Naamathites dixit, Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Doctrinam, qua me arguis, audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi. Hoc scio a principio, ex quo est positus homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant dicent, vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. Oculus qui eum viderat non videbit, G neque vltra intuebitur eum locus suus. Filii eius atterentur egestate, & manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur vitiis adolescētiæ eius, & cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua. Parcet illi, & non derelinquet illud, & cælabit in gutture suo.

LECTIO II.

PANIS eius, in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum surget, & occidet eum lingua viperæ. Non uideat riuos fluminis, torrentes mellis & butyri. Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuētionum suarum, & sic susti

LECTIO PRIMA

SOPHAR audita sententia Iob, de spe futuræ vitæ, acquieuisse videtur: vnde & post hanc secundam eius responsionem tertio nihil contradixit: sed tamen adhuc erat aliquid in corde eius, quod a priori sententia eum non permittebat omnino recedere: putabat enim, quòd etsi in futura uita fierent retributiones & punitiones pro meritis, vt Iob dixerat, nihilominus tamen, adhuc ei videbatur, quòd pro- F speritates & aduersitates huius vitæ hominibus dispensarentur a Deo pro merito virtutum vel peccatorum: & ideo quasi in parte conuictus, & in parte adhuc primam sententiam tenens, dicit; *Idcirco.* scilicet propter verba quæ dicis de spe futuræ vitæ: *Cogitationes meæ variæ succedunt sibi.* & vt non intelligantur huiusmodi varię cogitationes ad eandem sententiam pertinere, sicut cum aliquis eandem conclusionē per varias rationes excogitat, subdit; *Et mens in diuersa rapitur.* scilicet violentia rationū, quæ induci possunt pro vtraque sententia, nunc ad vnum, nūc ad aliud ducor, quasi non sufficiens ad contrarias rationes soluendas. videbatur enim ei, quòd sētentiam Iob de spe futuræ vitæ repudiare non deberet: & ideo subdit; *Doctrinam, qua me arguis, audiam.* credēdo scilicet quod dixisti de resurrectione futura: sed tamen adhuc totaliter primam sententiam non dimitto: & hoc est quod subdit; *Et spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.* quasi dicat, adhuc intellectus meus habet, quid pro sententia sua respondeat. Hoc autem videbatur H ei certissimum, & experimēto probatum, quòd mali etsi aliqua prosperitate gaudeant, tamen illa sit breuis, & cito in hac vita etiam finiatur vel per festinam mortem, vel per aliquam subsequentem aduersitatem, & hoc est quod subdit; *Hoc scio a principio, ex quo est positus homo super terram.* quasi dicat, a principio humani generis: *Quòd laus impiorum breuis sit.* laudantur enim quandoque ad modicum, propter aliqua bonitatis signa, quę in eis apparent, sed illa statim obnubilantur ex iniquis operibus, quæ in eis apparent, & ideo gaudium, quod habent de fauore, quem capiunt ex sua simulatione, in breui pertransit: & hoc est quod subdit; *Et gaudium hypocritæ ad instar puncti.* quasi in momento pertransiet: quia ex fructibus suis cognoscitur, vt dicitur Matt. 7. Contingit tamen quandoque, ꝙ ex illo fauore, quem breui tempore ex sua simulatione captauit, ad aliquem aliū sta- I tum sublimatus est. vnde consequenter ostendit, quòd nec ei stabile erit, dicens; *Si ascenderit vsque in cælum superbia eius.* idest propter altum statum, quem adeptus est, in tantam ascendat superbiam, quòd non reputet se caducum, quasi terrenum, sed immobilem, quasi cælestem: *Et eius caput nubes tetigerit.* vt scilicet vltra communem statum hominum promoueatur. Quasi sterquilinium in fine perdetur. vel propter festinam mortem, ex qua redderetur humanum cadauer uile, & abhominabile quasi stercus, secundum illud Hier. 9. Cadet morticinū hominis quasi stercus super faciem regionis. vel per hoc, quòd eius malitia detegetur, & ab omnibus reputabitur vilis, secundum illud Eccle. 9. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Eius autem superbia deiecta, stupor in cordibus hominum orietur de tam subita deiectione, & reuerentia, quæ ha- K bebatur ad ipsum, cessabit: vnde subdit, *Et qui eum viderant, dicent, Vbi est?* vel admirantes vel contemnentes. & vt ostendat eius deiectionem irreparabilem esse, subdit; *Et velut somnium auolans non inuenietur.* sicut enim auis faciliter auolando aufertur ab oculis hominum, ita etiam somnia de facili auferuntur a cognitione humana: & quia eorum nullum manet vestigium vel debile, neque aliquod testimonium, per quod, si perdetur, possit requiri, ideo irreparabiliter transit eius cognitio: & similiter dat intelligere, quòd casus impiorum sit irrecuperabilis, & huiusmodi irrecuperabilitatis causam ostendit multiplicem, primo quidem ex parte ipsius peccatoris, qui perit: vnde dicit; *Transibit sicut visio nocturna.* quæ quidem est visio fantasmatis non permanentis: & ideo postquam desierit, ad eam reditus haberi non potest. visio autem diurna est alicuius rei permanētis: quam si aliquis videre desierit, ad eam videndā rursus recurrere pōt. & similiter quàm diu peccator manet, si aduersitas ei adueniat, pōt reparatio sperari. sed quando ipse ex hac vita trāsierit, nulla vlterius reparatio speratur: secundo aūt ex parte aliorum hominū ostendit causam esse irreparabilē, cum subdit; *Oculus, qui eum viderat, non uidebit.* ea enim, quæ ab oculis recedunt, de facili etiam a memoria transeunt. vnde mortui qui subtrahuntur humanis aspectibus, de facili obliuioni traduntur: vt sic nec in memoriis hominum gloriam habeant, nec amici eius amplius auxilium præstare curant. tertio ostendit causam irrecuperabilitatis eius, quia non potest redire ad priorem statum, vnde subdit; *Nec vltra intuebitur eum locus eius.* non enim potest homo redire post mortem ad eūdem modum viuendi: & non solum ipse deiicietur in propria persona trāsiēs, & oculis hominum subtractus, proprio loco nunquam restituendus, sed etiam filii pro peccato eius punientur: vnde sequitur; *Filij eius atterentur egestate.* iusto, scilicet Dei iudicio: vt quia pro diuitiis filiorum peccauit, in hoc etiam spe sua frustretur, filiis eius pauperibus effectis. Deinde, quasi acquiescens iam sententiæ Iob, subiungit etiam de pœnis futuræ vitæ, dicens; *Et manus illius reddant ei dolorem suum.* idest pro operibus peccatorum quæ fecit, dolorem patietur in pœnis. & ꝙ ista retributio doloris sit intelligenda post mortem, apparet per hoc qđ subditur; *Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.* quasi dicat, etiam post mortem, quando carnes eius in puluerem resoluuntur solis ossibus in sepulcro remanentibus, pœnam patietur pro peccatis, non solum quæ in senectute, sed etiam quæ in adolescentia commisit; quæ est magis præceps ad peccandum. & causam etiam, quare post mortem puniatur pro peccatis, ostendit. *Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua.* & loquitur ad similitudinem hominis dulcem cibum comedentis, qui non cito illum absorbet, sed diu tenet in ore, vt diutius delectetur. vnde hanc similitudinem exponens, subdit; *Parcet illi.* scilicet malo vel peccato, quod est ei dulce, nolens illud destruere: quod quidem destrueretur deserendo. vnde sequitur; *Et non derelinquet illud:* quare autem non relinquitur, ostendit subdens; *Et cælabit in gutture suo.* idest nulli manifestabit, & propter hoc nullus ei peccatum occultum dissuadebit, nec aliquod remediū adhibebit: quod adhibetur peccata sua confitentibus. hæc est ergo causa, quare peccata alicuius puniūtur post mortem, quia ea in vita relinquere noluit.

LECTIO SECVNDA.

QVIA dixerat, quòd ossa impii replenda sunt vitiis adolescentiæ eius, vt scilicet pro eis puniatur post mortem, nunc de pęnis eius prosequitur latius: & primo ostendit, quòd bona, quæ in hoc mundo habuit, ei vertentur in mala: & vtitur similitudine comedentis, cui cibus quandoque in malum conuertitur, & hoc duobus modis, vno modo, quando cibus indigestus interius manet, & conuertitur in humores venenosos: & quantum ad hoc dicit; *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* quasi dicat, sicut quandoque cibus comestus conuertitur in humores venenosos, ita & bona, quę in hoc mundo habuit perseueranter vsque ad mortem, conuertuntur in amaritudinem mortis. secundo cibus comestus, si digeri non potest, per vomitum extra eiicitur cum abhominatione & dolore: ita quandoque etiam contingit, quòd homines peccatores bona temporalia quę in hoc mundo acquirunt, quia his bene non vtuntur, quasi indigesta diuino iudicio cum dolore amittunt, vnde subdit; *Diuitias quas deuorauit.* idest rapaciter acquisiuit: *Euomet.* idest cum abhominatione perdet; *Et de ventre eius.* idest de eius dominio: *Extrahet eas Deus.* quia scilicet diuino iudicio per quandam violentiam ei auferentur: nec solum bona, quæ habuit, ei vertentur in malum, sed etiam ab inimicis mala patietur, & facto & verbo: & ideo duo exempla ponit; primum quidem de aspide, quæ mordendo interficit. vnde dicit; *Caput aspidis surget.* scilicet contra eum ad eum mordendum, per quod significatur aliquis malefactorum princeps, vel etiam diabolus eum inuadens. secundum exemplum ponit de vipera, quæ lingua sua venena diffundit: vnde sequitur; *Et occidet eum lingua viperæ.* per quam intelligitur quodcumque nocumentum proueniens ex lingua hominis, quasi venenum ex lingua viperæ. Deinde subiungit pœnam ex priuatione bonorum; *Non videat riuos fluminis, torrentes mellis & butyri.* mel autem & butyrum in hoc conueniunt, quòd vtrumque suaue est ad edendum: sed mel officio apum ex floribus colligitur, butyrum autem ministerio homi- A num, & lacte domesticorum sumitur, vnde per mel potest significari quodcunque bonum delectabile, proueniens absque industria hominum, per butyrum autem designatur aliquod bonum delectans, ex studio humano proueniens. torrens autem subito, & ex insperato superueniens in flumine, abundantiam designat propter aquarum multitudinem. in riuulis autem distributio bonorum designatur. nō enim omnes omnia habent, neque temporalia, neque spiritualia bona, sed quidā hæc, quidam illa. datur ergo intelligi ꝙ bonis, secundum Sophar sententiam, sua- B uitas bonorum proueniat abundanter & ex insperato, tum ex humano ministerio, tum ex prouidentia diuina sine humana industria, secundum tamen quandam ordinatam distributionem: qua quidem distributione priuandum asserit peccatorem. & quia quandoque ex multitudine pœnarum homo deficit, vt ulterius pœnas sustinere non possit, subiungit quòd peccator, quamuis in hac vita multipliciter puniatur, tamen vlterius reseruatur ad pœnas futuræ uitæ, vnde sequitur: Luet, quæ fecit omnia. idest pro singulis peccatis suis pœnam patietur. Nec tamen consumetur. scilicet secundum animam quæ futuris pœnis reseruatur. consequenter ostendit conuenientiam pœnarum ad culpas, cum subdit: *Iuxta multitudinem adinuentionum suarum.* idest peccatorum, quæ solcite excogitat. *Sic & sustinebit.* scilicet, quia pœna per quandam conuenientiam culpæ respondebit. & post hoc manifestat quantum ad culpam rapacitatis, in qua duo per ordinem ponit, quorum primum est violenta deprædatio: quod significat subdens; *Quoniam confringens nudauit pauperes:* C in confractione quidem violentiam significans, in nudatione rapinam. Secundo ponit restitutionis negligentiam, & quantum ad hoc subdit: *Domum rapuit, & non ædificauit eam* quasi dicat, ea quæ de domo rapuit, vel quæ in domo confringendo destruxit, recōpēsare neglexit. huic autem culpę cōuenientē pœnā subiungit, dicens; *Nec est satiatus uenter eius.* quasi dicat, quia nudauit domum pauperis, eum de bonis suis satiari non sinens, ideo appetitus eius non est satiatus, nec de bonis quæ iure possidet, neque de iis, quæ iniuste acquisiuit, quia sicut dicitur Eccle. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ab eis: & quantum ad hoc subdit; *Et cum habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.* quia vel ipse subtrahetur eis, vel illa subtrahuntur ei, & hoc conueniens est, vt quia ea quæ rapuit, sponte restituere noluit, ea inuitus amittat. Deinde manifestat idem in culpa uoracitatis, quam ponit subdens; *Non remansit de cibo eius.* quia scilicet quidquid habuit, in suos D vsus conuertit, nec in aliorum necessitatem reseruās, subiungit conuenientem pœnam dicens; *Propterea nihil permanebit de bonis eius:* scilicet ei, quia omnia perdet: & hæc est conueniens pœna quantum ad hoc, quòd de bonis suis aliis noluit reseruare, vnde iustum est, vt ei nihil reseruetur. Quantum vero ad hoc, quòd superflua in suos vsus consumpsit, subiungit aliam conuenientem pęnam dicens: *Cum satiatus fuerit arctabitur.* & loquitur ad similitudinem hominis qui nimis comedit, cuius uiscera arctantur ex nimio cibo compressa, per quod significatur, quòd homo qui superflua sibi acquisiuit, arctationem quādam patietur, non ualens omnia acquisita recte disponere, sicut patet Luc. 12. de diuite cuius ager uberes fructus protulit, quòd voluit horrea sua destruere, vt faceret ampliora: ex arctatione viscerum sequitur inordinatus calor, & anxietas, vnde subdit; *Et æstuabit.* & similiter illi, qui multa sibi immoderate congregant, multa solicitudine affliguntur. demum ex superfluo cibo ad omnia membra solet dolor peruenire, vnde subdit: *Et omnis dolor irruet in eū.* E similiter etiā iis qui superflua congregauerunt, multiplex dolor exoritur, dū in pluribus dispēdia patiūtur. Considerans ergo Sophar, ꝙ saturitas impii est ei nociua, quasi ex zelo iustitiæ, optat ei saturitatē bonorū temporaliū, vt pœnā patiatur: vnde sequitur; *Vtinam impleatur uenter eius.* s. abundantia temporalium bonorum. *Et emittat in eum.* scilicet Deus. *Iram furoris sui.* idest vindictam sine misericordia; & modū iræ ostēdit, subdens: *Et pluat super eum bellum suum.* & in hoc quod dicit; *Pluat.* designat malorum abundantiam, & in hoc quod dicit: *Super illum,* idest super viros peccatores, designat impotentiam resistendi. in hoc autem quod dicit; *Bellum suum,* ostendit quòd mala non inferuntur ei ad correctionem per modum disciplinæ, qua pater castigat filiū, sed per modum exterminii, quo hostes perduntur. vnde subdit; *Fugiet arma ferrea* idest pœnas præsentis vitæ impatienter eas su-

F tinendo, quæ ad modum gladii ferrei feriunt de propinquo: *Et irruet in arcum æreum.* idest in pœnas futuræ vitæ, quæ quasi feriunt a remotis ad modum arcus ærei, qui est infrangibilis, vt futurarũ pœnarũ interminabilitas designetur. Exponit aũt cõsequẽter huius arcus processum dicẽs, *Eductus: & egrediens de uagina sua.* supple est arcus ille. quãdiu enim arcus est in vagina, non percutit, & similiter ultio futuræ damnationis quãdiu est in Dei præsentia, quasi in quadã vagina nõ dãnat, sed educitur de hac vagina per malitiam prouocantem Deum, & tunc egreditur per dispositionem diuinã, & eius effectum ostẽdit, subdens: *Et fulgurans amaritudine sua.* sicut enim fulgur de supernis, & subito, & cum uiolentia & claritate venit, ita illa vltio infertur peccatori a Deo ex improuiso, cum tanta violentia, quòd resisti non poterit, & cum tanta claritate iustitiæ, quòd excusationis locus non erit: & ex hoc peccator replebitur amaritudine. Deinde, pœnas vltionis explicat per partes. & primo quantum ad hoc quòd sub potestate dæmonum tradetur: & quantum ad hoc subdit; *Vadent, & uenient super eum horribiles.* idest liberam potestatem accipiẽt super eum dæmones. Deinde ponit pœnam damni, cum subdit; *Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius.* quia scilicet perfectas tenebras exteriores & interiores patietur, elongatus a claritate Dei: quod quidem in occulto dicit esse, quia sicut sanctorũ claritas in hac vita nobis occulta est, ita & tenebrositas impiorum. Deinde ponit pœnam sensus cum dicit; *Deuorabit eum.* non quidem consumendo, sed sua afflictione absorbendo. *Ignis.* scilicet geennæ: *Qui non succenditur.* scilicet humano studio, sed diuina virtute, secundum illud Esa. 30. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. In his autem pœnis nullum auxilium sibi aderit: vnde subdit: *Affligetur relictus in tabernaculo suo* ex hoc, quòd relinquitur sine auxilio in loco pœnarum sibi deputato. Positis ergo pœnis, quas in seipso patietur, subiungit pœnas quæ pertinent ad ipsum, secundum quòd post mortem remanet in hac vita, & primo quidem quantum ad hoc quòd remanet in memoriis hominum, dicens; *Reuelabunt cœli iniquitatem eius.* idest cælesti virtute fiet, quòd iniquitas eius reueletur post mortem, quæ latebat in vita. *Et terra consurget ad uersus eum.* quia manifesta eius iniquitate, homines terreni etiã contra mortuum turbabuntur, qui forte viuum reuerebantur. Deinde ponit pœnam eius, quantum ad hoc, quòd remanet in filiis, cum dicit; *Apertum erit germen domus illius.* idest filii eius expositi erunt tribulationibus. & hoc germen; *Detrahetur.* scilicet de hac vita: *In die furoris Domini.* idest in die vindictæ diuinæ. quãuis possit & hoc ad finale iudicium referri, in quo sancti reuelabunt iniquitatem peccatoris, & totus mundus pugnabit contra insensatos: *Et germina,* idest, opera peccati manifestabuntur, & tandem impius detrahetur in infernum. Deinde epilogando subdit: *Hæc est pars impij a Deo.* idest, quam sibi acquisiuit prauis verbis & operibus: *Et hæreditas uerborum eius a Domino.* idest, quam sibi acquisiuit prauis sermonibus. Considerandum, quòd inter præmissa præsentibus pœnis futuras commiscuit.

LECTIO PRIMA.

QVIA Sophar in præmissis verbis, quantum ad aliquid, iã sententiæ Iob consenserat, ut poneret peccata punitri post mortẽ, quamuis adhuc, in hoc suam sententiam retineret, quòd etiam in vita ista, peccata temporaliter puniuntur, erectus fuit Iob in spẽ conuertendi eos totaliter ad veram sententiam, & ideo primo humiliter inducit eos ad attẽtionem, cũ dicit: *Audite quæso, sermones meos!* & quia hactenus cũ quadã irrisione eius verba audierant, subdit; *Et agite pœnitentiam.* scilicet de hoc, quòd verba mea irrisistis, uel quia veritati contradixistis. & quia omnes bis locuti estis; *Sustinete me, ut & ego loquar.* respõdebo. sed ea quę ultimo proposita sunt, & ne antequã audirent, iudicium condemnationis proferat, subdit; *Et post mea, si uidebitur uerba ridete.* quasi dicat, si iudicatis meam hanc sententiam derisibile esse, prius tamen meam respõsionẽ audiatis: quę si vobis nõ satisfaciat, postea poteritis iustius ridere. & ne videantur eius verba despicienda fore, ostendit, quòd de magnis locuturus est, scilicet de diuinis iudiciis, nõ de humanis, vnde subdit: *Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari?* quasi dicat, si ad hoc tenderet meæ disputationis intentio, vt inquirerem, an aliquis homo iuste vel iniuste me afflixerit, qualitercunque accidisset, merito tristitia carerem, sed disputatio mea tendit ad inquirendum quomodo hoc iusto Dei iudicio acciderit, & quia de magna re est ista disputatio, ideo audienda est attẽte: vnde dicit. *Attendite me.* est autem audienda non leuiter & cum irrisione, sed magis graui ter & cum stupore: vnde subdit; *Et obstupescite.* est autem audienda silẽter & sine mussitatione: vnde subdit: Et supponite digitum ori vestro. & ne videãtur hoc iactanter dicere, quasi ad deferendum honorem suæ authoritati, ostendit se etiam in alt: tudine huius quæstionis stupere: vnde subdit: *Et ego quando recordatus fuero, pertimesco.* ne scilicet in tanta quæstione in aliquo a veritate deficiam, aut irreuerẽter de diuinis iudiciis loquar. timor autem iste non sistit in mente, sed peruenit vsque ad carnem. vnde subdit: *Et concuit carnem meam tremor.* ex vehemẽti enim passione etiam caro immutatur. quibus præmissis sufficientibus ad attentionẽ excitãdã, procedit ad quęstionẽ. & quia Sophar dixerat, q̃ ꝓsperitates malorũ, siquę sint, breui tẽpore finiũtur, & bona in malis eis vertũtur, ideo hæc statim Iob improbat, dicens: *Quare ergo impij uiuunt?* s. diu. q. d. si impius velut auis volans, & velut vlio nocturna cito trãsit, vnde, est, q̃ multi impii habẽt vitæ diuturnitatẽ? Itẽ, si hypocritæ gaudiũ, est ad instar puncti, & eius ascẽsus cito deiicietur: *Quare sublenati sunt?* i. in honoribus promoti. Itẽ, si diuitias quas deuorauit, euomit: *Quare sublenati sunt, cõfortatique diuitijs.* i. quare eorũ diuitiæ sunt eis cõfirmatę? cõtra hoc etiã quod dixerat, Filii eius atterẽtur egestate, dicit: *Semen eorum permanet coram eis.* i. filii, eis videntibus, perseuerent, & idẽ subiũgit de aliis personis cõiunctis dicẽns; *Propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum* per quod duplicẽ prosperitatem designat, quia nec eorum propinqui subtrahuntur per mortẽ, quod significat in hoc, quod dicit: *Coramẽ eis, & in conspectu eorũ.* Deinde prosequitur per partes præmissam ꝓsperitatẽ impiorũ, primo quidem, quantum ad ipsos præmittens immunitatem a malo, cum dicit: *Domus eorum* idest familiæ eorum cum necessariis rebus: *Securæ sunt,* scilicet ab insultu hostium: *Et pacatæ,* idest carentes interna dissensione, & etiam immunes sunt a diuino flagello: & quantum ad hoc subdit; *Et non est virga Dei super illos.* quia scilicet pro peccatis suis non corriguntur in hac vita. & subiungit de multiplicatione bonorum: quia scilicet, bona eorum non sunt sterilia, nec fructu suo priuantur: & hoc manifestat in speciem bouũ, qui apud antiques acceptissimi erãt, propter agriculturã: unde dicit; *Bos eorum & uacca concepit.* secundum quod tollitur sterilitas. est autem cõceptio primum in fructificatione animalium. Secundum est formatio fetus concepti in ventre, & productio ad perfectum; quod impeditur per abortum: & quantũ ad hoc dicit; *Et non abortiuit.* Tertium autem est partus: & quantum ad hoc dicit; *Vacca peperit.* idem significans nomine bouis & vacchæ: & vtitur vtroque, vel propter ornatũ sermonis, vel necessitatem metri.

Quartum autem est educatio prolis: & quãtum ad hoc subdit; *Et non est priuata fetu suo.* morte scilicet, præoccupante. Consequenter autem subdit de prosperitate, quantum ad filios. circa quod, primo ponit prolis multitudinem, cum dicit; *Egrediuntur.* scilicet in plateis ambulantes, non præuenti morte; *Quasi greges paruuli eorum.* scilicet in multitudine & mutua concordia. secundo ponit eorum incolumitatem, cum subdit; *Et infantes eorum exultant lusibus.* quasi dicat, non gemunt infirmitatibus. Tertio ponit eorum disciplinam, qua apud antiquos liberi instruebantur in musicis, vnde dicit; *Tenent tymphanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi.* quasi instrũtũ: ad quod ipsi conuenienter musica vtantur, & aliõs audiendo prudenter iudicent. Sed ne aliquis dicat, quòd hæc eorum prosperitas modicum durat ad instar puncti, contra hoc subdit; *Ducunt in bonis dies suos.* quasi dicat, omnes dies vitæ suæ in prosperitate peragunt. necesse est autem ex communi conditione quòd finaliter sentiant morem, sed tamen hanc patiuntur absque præcedenti angustia. vnde subdit; *Et in puncto ad inferna descendunt.* idest in mortem. omnes enim antiqui ante redemptoris aduentum, de quo supra locutus fuerat, ad inferna descendebant: sed quidam aduersitatibus pressi in via, non subito, sed per multas amaritudines ad inferna descendebant: sicut Iacob dixit Gen. 37. Descendam ad filium meum, lugens in infernum. sed illi qui prosperitate vigent vsque ad mortem, quasi in puncto vsque ad inferna descendunt. Posset autem responderi, quòd impii inter multa mala quæ faciunt, meruerunt a Deo prosperitatem terrenam, eum amando, vel cognoscendo, vel ei quibuscunque operibus seruiendo, vel saltem bona temporalia ab ipso petendo: sed hoc excludit subdens; *Qui dixerunt Deo,* scilicet ex corde proposito, quasi ex certa malitia peccantes: *Recede a nobis.* quod pertinet ad defectum amoris. *Scientiam uiarum tuarum nolumus.* quod pertinet ad defectum cognitionis per ignorantiam affectatam. viæ autem domini dicuntur præcepta & iudicia eius, quibus ab ipso disponimur: *Quis est omnipotens, vt seruiamus ei?* quod pertinet ad defectum bonorum operum prouenientem ex Dei contemptu. Et quid nobis prodest si adorauerimus eum? quod pertinet ad contemptum petitionis propter defectum spei. Sic ergo euidentissime confuauit eorum sententiam, ostendens quòd prosperitas temporalis non semper est præmium virtutis: nec aduersitas temporalis est pœna peccati, quia impii frequenter prosperantur in hac vita nihil boni merentes a Deo, & cum hic nullas graues aduersitates patiuntur, posset aliquis obiicere, si malis prospera euenint, & aduersitatibus carent, ergo nulla est ratio a malitia declinandi. vnde Eccl. 9. dicitur, Eadem cunctis euenit: vnde & corda filiorum hominum implentur malitia: sed huic obiectioni respondet dicens; *Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me.* Circa quod sciẽdũ est, quòd in manu hominis, idest in potestate ipsius sunt quædã bona, scilicet voluntaria virtutum opera, quorũ est dominus per liberũ arbitriũ, gratia Dei iuuãte, & iõ hmõi bona semp possunt retinere virtuosi q̃ diu volunt: pp hoc, cõsiliũ sectandi hu-

A iusmodi bona, est acceptandum. Sed bona temporalis prosperitatis non sunt in potestate habentium, ut possint ea acquirere, vel retinere cum uelint. Et ideo obiiciendum est eorum consilium, quo Deum, & iustitiam contemnunt, ut prospere uiuant, quia per hoc non possunt assequi, quod intendunt, sed quandoque aduersitatibus premũtur. Est autem considerãdum ulterius, quòd aduersitas impii grauior est quàm iusti, qui, si aduersitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum uirtutis, & consolatio in Deo, vnde nõ totaliter dissipantur. sed malis, amissis tẽporalibus bonis, quę sola sibi quæsierũt, nullum remanet fulcimentum, vnde subditur; *Quotiens lucerna.* idest prosperitas: *Impiorum extinguetur,* idest finitur: *Et superueniet eis,* diuino iudicio: *Inundatio.* idest grauis tempestas aduersitatis, *& quotiens Deus diuidit,* idest sub certa mensura distribuit; *Dolores,* idest afflictiones aliquas: *Furoris sui:* idest ex eius furore prouenientes; *Erunt,* impii scilicet: *Sicut paleæ ante faciem uenti.* quæ scilicet, propter leuitatem resistere non possunt uento. *Et sicut fauilla.* quæ scilicet remanet ligno conbusto. *Quam turbo dispergit.* quia scilicet non habet humorem ut simul se teneat, ita etiam impii, adueniente aduersitate resistere nõ possunt, quia carent fulcimento diuinæ spei. & per diuersas cogitationes disperguntur carentes humore uirtutis. & post hoc subdit de aduersitate quantum ad filios, cum dicit: *Deus seruabit filijs illius dolorem patris.* scilicet, quia peccata patris pertingunt vsque ad filios imitatores paternæ malitiæ, nec differtur hoc usque post mortem patris, sed viuente & cognoscente patre, hoc erit, vnde subdit. *Et cum reddiderit,* scilicet Deus pœnam filiis; *Tunc sciet,* scilicet pater, vnde subdit; *Videbunt oculi eius interfectionem suam.* idest filiorum suorum, vel quamcumque aduersitatem, & in hoc ipso: *De furore omnipotentis bibet.* quia hoc ipsum pertinet ad pœnam patris, quòd filii, eo uiuente, puniuntur, non autem, si puniretur post eius mortem, vnde subdit: *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se?* idest non affligeretur a futuris infortuniis posterorum, & maxime cum peccator post mortẽ hoc ignoret, sicut supra 14. dictum est, Siue nobiles fuerint filii eius siue ignobiles, non intelliget, aut quid pertinet ad eum, Si numerus mensium eius diuidetur. non potest de hoc dolere in uita, quia hæc ignorabat futura.

LECTIO SECVNDA.

QVIA supra Iob propoluerat, quòd impiis in hac vita, quãdoque prospera, qñque aduersa aduenũt, quod facit homines dubitare, ideo ad huiusmodi dubitationis solutionẽ accedẽs præmittit, q̃ hoc non prouenit ex defectu diuinæ scientię, quasi eũ lateat malitia eorum, quibus prosperitas succedit, & ideo dicit: *Nunquid Deum docebit quispiam scientiam.* quasi dicat, nihil indiget, vt ab aliquo instruatur de meritis hominum, ut sciat quibus prospera, & quibus aduersa reddat. quod autem subdit: *Qui excelsos iudicat,* potest dupliciter intelligi, uno modo, ut sit sensus, quòd Deus nõ indiget instructione alicuius ad hoc, quòd possit excelsos iudicare. idest eos, qui prosperantur in hoc mundo, sicut in rebus humanis indigent iudices instrui per testes de meritis iudicandorum. Alio modo potest intelligi, ut inducatur quasi probatio præcedentis. quòd enim Deus omnia sciat, & q̃ hoc ab aliis instrui non indigeat, patet per hoc, quòd ipse habet iudicium super quemcunque excelsum. nullus autem iudicat, quæ ignorat, vnde non potest esse, quòd alicuius, quantumcumque excelsi scientia, lateat ipsum. Præmissa igitur sufficientia diuinæ scientiæ, subdit dubitationis materiam, quæ potest accidere super diuersa humanarum rerum dispositione, in qua quidam prosperantur vsque ad mortem, quidam vero in miseria moriunt. cõsistit aũt tpalis ꝓsperitas, primo quidẽ ī potestate, & quãtũ ad hoc subdit: *Iste moritur robustus.* scilicet in corporis sanitate, & quãtũ ad hoc subdit, *Et sanus.* Tertio ī exteriorũ rerũ opulẽtia;

& quantum ad hoc subdit, *Diuer.* quarto, in consiliorum & operum prospero successu: & quantum ad hoc subdit; *Felix.* dicitur enim felix apud quosdam, cui omnia succedunt ad votum. vt autem non solum diuitias sufficientes, sed etiam superabundantes significet, subdit; *Viscera eius plena sunt adipe.* adeps enim propter superabundantiam nutrimenti generatur. & vt rurius ostendat eius potentiam multiplicibus auxiliis suffultam, subdit; *Et medullis ossa illius irrigantur.* per ossa enim fortitudo designatur, quorum robur, nutrimento medullarum sustentatur. subiungit autē de aliorum aduersitate dicens, *Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ.* quod scilicet pertinet ad interiores dolores, quos homines cōcipiunt vel de corporalibus nocumentis, vel etiam ex infortunatis euentibus, addit autem; *Absque vllis opibus.* ad designandum exteriorum rerum defectum. sed tamen, cum sic diuersificentur in vita cum æqualitate meritorum, non potest dici, quòd saltem in iis quę sunt post mortem diuersa, ad corpus pertinentia, eorum sors commutetur: æqualiter enim eorum corpora disponuntur post mortem: vnde subdit; *Et tamen simul in puluere dormient.* idest æqualiter in terra sepelientur. *Et vermes operient eos.* idest æqualiter eorum corpora putrescent. vnde patet, quòd non potest assignari ratio differentiæ, quæ est inter homines, secundum prosperitatem & aduersitatem in iis, quæ sunt æqualis meriti vel demeriti, ex diuersa corporum dispositione post mortē. Erat autem opinio amicorum Iob, quòd ratio prædictæ diuersitatis, esset ex diuersitate meritorum: quod est contra id, quod experimento apparet de hoc, quòd impiorum quidam prosperantur, quidam aduersa patiuntur: vnde quasi iam improbatā eorum opinionem vituperando commemorat, cum subdit; *Certe noui cogitationes vestras.* quibus scilicet Iob temerarie condemnabant: *Et sententias.* scilicet exterioribus verbis prolatas: *Contra me iniquas.* quia scilicet iniquæ impietatis me arguitis ex aduersis quæ patior, vnde subdit; *Dicitis enim, vbi est domus principis? & vbi sunt tabernacula impiorum?* quasi dicat, tu simul cum familia tua ex altitudine tanti principatus cecidisti, sicut solent deficere tabernacula impiorum. sic igitur per ea, quæ supra dixerat, ostensa iniquitate sui & ipsorum, accedit ad determinandum veritatem: & præmittit hoc, quod dicturus est, non esse nouum, sed apud multos diuulgatum. subdit enim; *Interrogate quemlibet de viatoribus.* quasi dicat: non oportet me cum magno studio testimonium quærere: quia haberi poterit a quibuscunque transeuntibus per viam. vel viator res dicit eos, qui hac vita vtuntur, non vt termino, sed vt via; *Et hæc eadem illum intelligere cognoscetis.* quæ scilicet dicturus sum vobis: vnde inexcusabiles estis, qui a veritate receditis, quam omnes communiter tenent. quam quidem veritatem exponit subdens; *Quia in diem perditionis seruatur malus.* quasi dicat, quòd in hac vita non punitur malus, sed prosperatur. hoc ideo est, quia reseruatur eius punitio in aliud tempus, quando grauius punietur, vnde subdit; *Ad diem furoris ducitur.* quia enim furor est ira accensa: nomine furoris acrior vindicta significatur. quare autem ad diem perditionis furoris seruetur, ostēdit subdēs; *Quis arguet coram eo viam eius, & quæ fecit, quis reddet illi?* Vbi duas rationes assignare videtur, quarum prima est, quia in tantum est sapientiæ inperceptibilis, vt nec per pœnas eruditetur, vt suā cognosceret culpā, sed inter flagella murmuraret, quasi punitus iniuste: & hoc est quod dicit; *Quis arguet coram eo.* idest, vt ipse recognoscat. *Viam eius?* scilicet iniquam. Alia ratio est, quia pœnæ huius vitæ non sunt sufficiētes ad tantarū culparū punitionem; quia si acerbæ sunt, cito interimunt: & hoc est quod dicit; *Et quæ fecit, quis reddet illi?* scilicet, in hac vita: & ideo quasi concludit, quòd dies perditionis & furoris non est in hac vita, sed per mortem. subdit enim ipse; *Ad sepulcrum deiicietur.* idest mortuus secundum animam vinet: & hoc est quod subdit; *Et in congerie mortuorum vigilabit.* quia scilicet videatur dormire per corporis mortem, vigilabit tamen per animæ vitam. & ne videatur post mortem transire ad gaudium subdit: *Dulcis fuit glareis cocyti.* quia enim testimonium uiatorum inuocauit, veritatem de pœnis malorum post mortē proponit sub fabula, quæ vulgariter ferebatur, quia scilicet in inferno inter alios esset quidam fluuius nomine Cocytus, qui interpretatur luctus, quo animæ malorum perducūtur, & sicut alii fluuii trahunt glareas, ita ille fluuius quodam modo inuoluebat animas impiorum. dicitur ergo impiis dulcis fuisse glareis Cocyti: quia eius cōuersatio acceptabilis fuit malis, & ideo inter malos qui sunt in luctu locum habebit, effectum autē huius fluuii, quantū ad homines subdit; *Et post se omnem hominem trahit.* quasi scilicet, omnes homines cum quodam luctu moriūtur, quod enim est post mortē, est quasi postremum huius fluuij, cuius anterius est, quod in hac vita agitur, & ideo subdit; *Et ante se innumerabiles.* quia scilicet, etiam plurimos in hac vita præoccupat luctus. sic igitur Iob per ordinem, suam sententiam explicauit, primo quidem supra. 19. ostendens spem iustorum tendere in remunerationem futuræ vitæ. hic autem exprimit, pœnam reseruari malis post mortem, & ideo ex vtraque parte confutata aduersariorum sententia: subdit; *Quomodo ergo consolamini me frustra?* scilicet promittendo temporalem prosperitatem; *cum responsio uestra repugnare ostensa sit ueritati?* in hoc quod dicitis, hominibus deputari præmium & pœnas in hac vita. quod supra multipliciter est improbatum.

LECTIO PRIMA.

FINITIS sermonibus beati Iob, Eliphaz eius uerba, non ea intentione, qua dicebantur, accepit, primo namque quod Iob dixerat ad ostendendum altitudinem materiæ, Nunquid cōtra hominem disputatio mea? Eliphaz sic accepit dictum, ac si contentiose cum Deo disputare intenderet, vnde eum præsumptionis arguit ex triplici consideratione: primo nanque aliquis prouocatur ad disputandum vel contendēdum cum aliquo, quādo videt eum comparabilem sibi in scientia veritatis, vt ex mutua collocutione aliquid occultum indagetur. Est autem valde præsumptuosum, quòd homo suam scientiam diuinæ audeat comparare: vnde dicit; *Nunquid. Deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?* quasi dicat, non, eo quòd Dei scientia sit infinita. Secundo prouocatur aliquis ad disputandum vel ratiocinandum cum aliquo, propter aliqua, quæ ab eo accepit, vt fiat collatio datorum & acceptorum. Est autem præsumptuosum, quòd homo putet bona quę facit, esse Deo utilia. vnde & psal. 15. dicitur, Dixi domino, Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum non eges, vnde subdit; *Quid prodest Deo, si iustus fueris.* scilicet recta opera faciendo; *Aut quid ei confers, si immaculata fuerit uita tua?* scilicet a peccatis abstinendo. Tertio, prouocat aliquis ad hoc, quòd iudicio contendat cum aliquo, propter timorem superioris potestatis, eum in iudicium vocantis, quod nefas est de Deo cogitare. vnde subdit; *Nunquid timens.* scilicet aliquem iudicem: *Arguet te.* Scilicet accusando? *Et ueniet tecum ad iudicium.* quasi de pari citatus. Deinde, quia Iob dixerat, iniquas esse eorum sententias, qui dicebant domum eius perisse, sicut tabernacula impiorum, intēdit ostendere suam sententiam rectam esse, cum subdit; *Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas.* quasi dicat; *Deus arguit.* pœnas infligendo, non propter timorem, sed propter amorem iustitiæ, ut puniat tua peccata. vnde malitia potest referri ad peccata, quibus alios læsit: iniquitas autem ad peccata, quibus iustitiæ opera prætermisit. vnde malitiam dicit plurimam, sed iniquitates infinitas, quia in pluribus peccat homo omittendo, quàm committendo. vnde subiungit, primo de nocumentis proximo illatis, quæ quandoque per calumniam inferunt sub prætextu iustitiæ: vnde subdit; *Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa.* scilicet necessaria, quia de fratribus tuis, sine pignore confidere poteras. Quandoque autem

merabiles. Quomodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit ueritati?

CAPITIS XXII.
LECTIO I.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites dixit, Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest Deo, si iustus fueris? aut quid ei cōfers, si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens arguet te, &

autem inferuntur nocumenta sine aliquo colore iustitiæ, & quātum ad hoc subdit; *Et nudos spoliasti uestibus.* quod potest intelligi dupliciter, uno modo, quia spoliando nudos reliquisti, nihil ei reseruans. Alio modo, quia cum essent nudi, idest non sufficiēter vestiti, illud modicum quod habebant, eis subtraxisti. Subiūgit autem de omissione bonorum operum dicens; *Aquam lasso non dedisti.* qui scilicet ea indigebat propter sitim ex labore viæ exortam, quasi dicat, laboranti bus & afflictis opem & solatium nō tulisti; *Et esurienti subtraxisti panem.* quasi dicat, indigenti non subuenisti, & hæc quidem dicta sunt quantū ad peccata, quæ commisit sicut priuata persona. subiungit autem de peccatis pertinentibus ad principatū ipsius, inter quæ primo ponit quòd principatum non per iustitiam, sed per uiolentiam obtinuit. vnde dicit; *In fortitudine brachij tui possidebas terram.* idest potentiam tuam dominium terrę acquisuisti. Secundo ponit quòd subditos non gubernabat per iustitiam, sed per potentiam, secundum illud Sap. 2. Sit fortitudo nostra lex iniustitiæ. vnde subdit; *Et potentissimus obtinebas eam.* quia scilicet per excellentiam potestatis, subditis utebaris ad nutū. Tertio ponit iniqua iudicia, quia scilicet infimis personis iustitiam non reddebat. vnde subdit; *Viduas dimisisti uacuas.* scilicet dum non fecisti eis iustitiam de aduersariis. secundum illud Esa. 1. Causa viduæ non ingreditur ad eos: & iterum, quod amplius est, infimas personas opprimebat. vnde subdit; *Et lacertos pupillorum comminuisti.* quasi dicat, si quid iurium in eis erat, annullasti. contra illud, quod dicit in præiudicare pupillo, & humili. & pro his culpis subdit sibi pœnas proueniſse. vnde subdit: *Propterea circundatus es laqueis.* idest aduersitatibus vndique te opprimentibus, vt euasionis locus non pateat, postquam in eis incidisti. neque etiam ante potueras, quia subito tibi superuenerant: vnde subdit; *Et turbat te fortitudo subitanea,* quia scilicet mala ei subito superuenerant, ex quibus poterat etiam alia timere, causam autem quare subito ei superuenerunt ostendit subdens: *Et putabas te tenebras non uisurum.* idest, non peruenturum ad has turbationes, in quibus nescis quid facias. quod refertur ad laqueos. Deinde quantum ad fortitudinem conturbantē subdit; *Et impetu aquarum inundantium non oppressurum iri.* quasi dicat, putabas quòd nunquam ad hoc peruenires, quòd opprimereris uiolentia & multitudine aduersitatum te superuenientium. secundum illud 1. ad Thessa. 5. Cum dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Quod autem pro peccatis non putet aliquis se pœnas passurum, ad hoc pertinet, quòd non credit Deum de rebus humanis prouidentiam habere. ad quod forte voluit retorquere, quod Iob dixerat, Nunquid Deum docebit quisquam scientiam, ad defectum scientiæ diuinæ praue interpretatus est. & ideo videtur ei consequenter imponere quòd Iob Dei prouidentiam neget. Est autem considerandum, quòd aliqui negant Deum habere cognitionem & prouidentiā rerū humanarū propter altitudinem suæ substantiæ, cui proportionari dicunt suam scientiam, ita ut nihil sciat nisi seipsum, putantes quòd scientia eius uilesceret, si se ad inferiora extenderet. vnde subdit; *An cogitas quòd Deus excelsior cælo sit.* idest, tota vniuersitate creaturarum; *Et super stellarum uerticem sublimetur?* idest super altissimam creaturarum, & huius cogitationis conclusionem subdit; *Et dicis, quid enim nouit Deus.* scilicet de istis inferioribus rebus.

veniet tecum in iudicium: Et non pp malitiā tuam plurimā, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti enī pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem. in fortitudine brachii tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. Propterea circundatus es laqueis: & conturbat te formido subita: Et putabas te tenebras non uisurum, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri. An cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarum verticē sublimetur? Et dicis: Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat.

LECTIO II.

NVNQVID semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt

non tamen quòd huiusmodi homines rerum cognitionem Deo toraliter subtrahunt, sed dicunt quòd eas cognoscit in vniuersali, cognoscendo naturam entis, vel vniuersales causas. vnde subdit: *Et quasi per caliginem iudicat.* cognoscere enim aliquid solum in vniuersali, est cognoscere imperfecte. & ideo huiusmodi cognitionem vocat quasi caliginosam, sicut contingit de eo quod a remotis videtur quasi caligi nose, quia percipitur esse homo, sed non quis homo sit, & adhiber similitudinem de iis, quæ apud homines contingunt, apud quos, qui in aliquo loco latet, sicut non videtur ab iis, qui extra locum sunt, ita nec eos uidet. vnde dicit; *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat.* quasi dicat, sicut ipse latet nos, quasi nubibus occultatus, inquantum ea quæ supra nubes sunt, plene cognoscere non ualemus, ita e contrario nec ipse ea quæ ad nos pertinent, quasi sub nubibus existentia, ipse nō videt, sicut Ezech. 9. ex persona quorundam dicitur. Dereliquit Dominus terram, Dominus non uidet, putabat enim quòd quia ea, quæ in terris sunt, multis defectibus & inordinationibus subiacent, diuina prouidentia non reguntur, sed solum cælestia, quorum ordo indeficiens perseuerat. vnde sequitur; *Et circa cardines cæli perambulat.* Dicitur autem cardo in quo voluitur ostium. unde per hoc designat per Dei prouidentiam cælum moueri, ex cuius motu, sicut ex quodam ostio, prouidentia diuina vsque ad hæc inferiora descēdat: sicut enim dicunt quòd Deus cognoscit humana, sed in uniuersali, ita dicunt quòd gubernat humana, sed per uniuersales causas. quas per se gubernat, & forte ad hoc referre uoluit, quòd supra dixerat Iob, Qui excelsos iudicat.

LECTIO SECVNDA.

QVIA Eliphaz in uerbis præmissis imposuisse videtur Iob quòd non crederet Deum habere prouidentiam de rebus humanis, nunc consequenter videtur ei imponere huius infidelitatis effectum: solent enim illi, qui Deum res humanas curare non credunt, cotempto Dei timore, in omnibus sequi propriam uoluntatem. vnde dicit; *Nunquid semitam sæculorum custodire cupis?* idest processum eorum, qui nil credunt, nisi ista temporalia, quæ uidentur, & ex hoc procedunt ad iniustitiæ opera. vnde subdit: *Quam calcauerunt uiri iniqui.* illi autem calcare aliquā uiam dicuntur, qui frequenter & sine aliqua dubitatione ex proposito uiam teruntsic illi, qui non credunt diuinam prouidentiā, frequenter & securē & ex proposito iniustitiæ opera agunt, quod non contingit illis, qui in diuinam prouidētiam credunt, quamuis quandoque ex infirmitate ad iniustitiam declinent. & ne hoc impune fecisse uideantur, subdit; *Qui sublati sunt ante tempus suum.* idest, qui mortui sunt, nondum completo naturali spatio uitæ. & causam assignat subdens; *Et fluuius subuertit fundamentum eorum.* Est autem uniuscuiusque hominis fundamentum id, cui principaliter spes eius innititur. tales autem non in Deo spem suam ponūt, sed in solis temporalibus rebus, quæ corrumpuntur ipso cursu mutabilitatis rerum, quem fluuium nominat. Quæ autem sit prædicta semita, exponit subdens: *qui dicebant Deo, recede a nobis.* scilicet contemnentes ipsum & spiritalia bona eius quantum ad effectum, sed quātum ad intellectum incredulitatem eorum describit, subdēs: *Et quasi nihil*

uiri iniqui? Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum. Qui dicebant Deo, Recede a nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum. Cum ille implesset domos eorum bonis, quorum sentētia procul sit a me. Videbunt iusti & lætabuntur: & innocens subsannabit eos. Nonne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis? Acquiesce igitur ei, & habero pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in cor de tuo. Si reuersus fueris ad omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos. Erit que omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc super omnipotentem deliciis affluēs, & eleuabis ad Deū faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te: & uota tua reddes. Decernes rem, & ueniet tibi, & in uiis tuis splendebit lumen. Qui

nihil possit facere omnipotens, existimabant eum. quia scilicet, si ad eum non pertinet cura rerum humanarũ, nec bene nec male homini facere potest: quod contrariatur omnipotentis rationi. & ad exaggerandum culpam, subiicit de eorum ingratitudine, dicens: *Cum ille impleuisset domos eorum bonis*. scilicet temporalibus, quæ a Deo dantur hominibus. & ad eorum assertionẽ improbandam, subdit; *Quorum sententia sit procul a me*. & ne videretur, quòd simul cũ impiis etiã iusti subuerterentur, hoc excludit subdens; *Videbunt iusti, & lætabuntur*. per quod dat intelligi, quòd ipsi nõ subuertentur. Sed in lætitia erunt. ne videretur, quòd ex hoc ipso a iustitia deficerent, quòd de subuersione aliorũ gauderent, subdit: *Et innocens subsannabit eos*. quasi dicat, salua innocẽtia, eos poterunt subsannare de hoc, quòd contra suam opinionẽ subuertuntur. in hoc enim iusti congaudent diuinæ iustitiæ. & videtur hoc proprie respondere ad id quod Iob dixerat, Post mea, si videbitur, verba ridere, quasi conquerens se deriderì ab eis. & ne aliquis dubitaret fundamentum impiorum a fluuio esse submersum, hoc quasi manifestum sub interrogatione proponit dicens: *Nonne succisa est erectio eorum?* videbantur enim per prosperitatem terrenam, vel per propriam elationem ad modum arboris erigi in sublime. sed sicut arboris erectio per succisionem subito impeditur, ita etiam eorum eleuatio per subtractionem subito cessat. Contingit autem quandoque, quòd arbor succisa in aliqus quidem crescere nõ potest, sed tamen adhuc eius remanet longitudo. si tamen ignis apponitur, nullum vestigium præteritæ altitudinis restat. ita etiam, si mortuo vel deiecto homine peccatore per ignem aduersitatis, etiam filii eius pereant, & diuitiæ diripiantur, nil residuum uidebitur de altitudine præterita remanere. vnde sequitur; *Et reliquias eorum deuorauit ignis*. idest arbor tribulationis, secundum illud Iacobi 1. Exortus est sol cum ardore, & arefecit fenum. Dicuntur autem reliquiæ hominis uel filii quæcunque aliæ res eius post eum remanentes. quia igitur huiusmodi subuersionem impiis accidere dixerat ex hoc, quòd contra Deum nitebantur, vt similia Iob euitare posset, subdit; *Acquiesce ergo ei: & habeto pacem*. quasi dicat, propter hoc perturbatus es, quia contra eum cõtendere uoluisti: *& per hoc*, scilicet per pacem, qua ei reconciliaberis: *habebis fructus optimos*. quasi dicat, quicquid optimum esse potest, quasi fructum huius pacis prosequeris. qualiter autem ei acquiescere debeat, ostendit subdens; *Suscipe ex ore illius legem*. quasi dicat, non existimes quòd res humanæ diuina prouidentia non regantur, quinimmo secũdum legem regiminis eius tuam uitam disponas. & quia quidam legem diuini regiminis profitentur, sed tamen eam opere non sequuntur, ideo subdit; *Et pone sermones eius in corde tuo*. vt scilicet mandata eius mediteris, & ea seruare disponas: qualiter autem per hoc, fructus optimos habiturus sit, ostendit subdens; *Si reuersus fueris ad omnipotentem*. scilicet, ut eius omnipotẽtiam credas, & ei te subiicias. *Ædificaberis*. quasi dicat, domus tuæ prosperitas, quæ destructa est, reparabitur. Quomodo autem ad Deum perfecte reuerti debeat, ostendit subdens; *Et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo*. & est subintelligendum, ut scilicet littera sic legatur. si longe facias iniquitatem a tabernaculo tuo, *Dabit*. scilicet Deus. *Pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos*. vt hoc quod dicit; *Longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo*. sit expositiuum eius, quod dixerat; Si reuersus fueris ad omnipotentem. & non dicit, si longe feceris iniquitatem a te, sed a tabernaculo tuo, volens innuere, quòd aduersitas ei acciderat non solum pro peccato suæ personæ, sed etiam pro peccato suæ familiæ. quod sic dicit: *Dabit pro terra silicem*. refertur ad hoc, quod dixit, *Ædificaberis*. ut scilicet detur intelligi, quòd restauratio sit futura, sed ad aliquid maius, ut scilicet pro amissis maiora reddat, silex enim pretiosior est quàm gleba terræ, & aurum quàm silex. quæ sint autem ista bona quæ ei restituenda promittit, enumerat consequenter, primo ponens securitatem ex Dei protectione, cum subdit: *Erunque omnipotens contra hostes tuos*. ne scilicet, iterato possint surripere, quæ tibi restituentur a Deo enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Saluabitur innocens, saluabitur autem in munditia manuum suarum.

CAPITIS XXIII.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Iob ait. Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meũ. Quis mihi tribuat ut cognoscam & inueniam illum, & ueniam usque ad solium eius? Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo in crepationibus: Vt sciam uerba, quæ mihi respondeat, & intelligã, quid loquantur mihi. Nolo multa fortitudine contẽdat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & peruenieat ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero, non apparet; si ad occidentem, non intelligam eum. Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum. si me uertam ad dexteram, non uidebo illum. Ipse vero scit viam meãm, & probabit me quasi aurũ, quod per ignẽ transit. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertere post cogitationem eius: & anima eius quodcunque uoluit, hoc fecit. Cumq; expleuerit in me uolũtatem suam: & alia multa similia præsto sunt ei. Et id circo a facie eius turbatus sum, & considerãs eum, timore solicitor. Deus molliuit cor meum, & omnipotens conturbauit me. Non enim perii propter imminentes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

Secundo ponit diuitiarum abundantiam, cum dicit: *Et argentum coaceruabitur tibi*. nomine enim argenti, omnes diuitiæ significantur, quia ex argento pecunia fieri solet. & ne videatur solum corporalia bona promittere, subiungit de spiritualibus bonis, inter quæ primum ponit, ut homo Deum diligat & delectetur in eo. vnde sequitur: *Tunc super omnipotentem deliciis afflues*. idest, quando pacem cum eo habebis, in ea delectaberis, & quia vnusquisque libenter respicit id, in quo delectatur, subdit; *Et eleuabis ad Deum faciem tuam*. idest mentem tuam, ut ipsum frequenter contempleris, idest, fiduciam accipies recurrendi ad ipsum, vnde subdit; *Rogabis eum*. & hoc non sine fructu. sequitur enim: *Exaudiet te*. solent autem exaudiri a Deo uota implentes, quæ postulando promiserunt. vnde subdit; *Et uota tua redder*. quasi in signum exauditionis: Deinde promittit prosperum propositi successum, cum dicit: *Decernes rem*. idest ordinabis per tuam prouidentiam, qualiter alì quid sit futurum: *Et ueniet tibi*. idest, dispositio tua non frustrabitur. & ne dubites, quid sit decernẽdum, hoc etiam tibi manifestabitur. vnde subdit: *Et in uijs tuis splendebit lumen*. idest, clare apparebit tibi per quas uias procedere debeas. rationem autem harum promissionum ostendit subdens; *Qui enim humiliatus fuerit*. scilicet Deo se subiiciendo per affectum: *Erit in gloria*. quam scilicet, consequetur a Deo; *Et qui inclinauerit oculos suos*. ne scilicet per intellectum aliquid superbum contra Deum sentiat; *Ipse saluabitur*. a malis scilicet, liberatus, & in bonis stabilitus. Non solum autem requiritur ad salutem interior humilitatis affectus & intellectus, sed etiam exterior puritas operum, vnde subdit; *Saluabitur innocens*. & quo merito saluetur, ostendit subdens: *Saluabitur autem in munditia manuum suarum*. innocentia operum suorum. Et est considerandum, quòd hoc Eliphaz non solum promittit Iob, si conuertatur, bona temporalia, quæ possunt esse bonis & malis communia, sicut supra fecerat, sed etiam bona spiritualia, quæ sunt propria bonorum, sed tamen solum in hac uita.

LECTIO PRIMA.

ELIPHAZ in uerbis præmissis duo contra Iob proposuisse videtur, primo quidem, quòd propter malitiam suam plurimam fuerit punitus, secundo quòd de Dei prouidentia dubitauerit, vel etiam negauerit. Solent autem homines, cum eis falso aliqua crimina imponuntur, ex hoc contristari. vnde quia Iob hoc in se non recognoscebat, dicit; *Nunc quoque in amaritudine est sermo meus*. quasi dicat, sicut supra me contristatis opprobriis vestris, ita etiam nunc, vt cogar cum amaritudine loqui: cum autem alicui afflicto de nouo afflictio additur, priores afflictiones ad memoriam reuocantur, ex quibus præsens gemitus aggrauatur: vnde subdit: *Et manus*. idest potestas; *Plagæ meæ*. idest aduersitatis, quam olim sum passus: *Aggrauata est super gemitum meum*. idest facit præsentem gemitum grauiorem. Incipit autem primo respondere ad hoc, quod dixerat: propter malitiam suam eum punitum. recognoscebat autem se Iob punitum diuino iudicio, vnde supra sextodecimo, dixerat, Conclusit me Deus apud iniquum. vnde inquirere causam, quare quis punitus sit, est inquirere rationem diuini iudicii, quam quidem nullus cognoscere potest, nisi ipse Deus. ex quo patet præsumptuose Eliphaz asseruisse eum propter malitiam fuisse punitum. vnde super hoc non vult cum Eliphaz contendere, sed disputationem suam uertit ad Dominum, qui solus sui iudicii rationem nouit, reputaret autem se diuino iudicio prægrauatum, si propter malitiam plurimam esset punitus. Solent autem, qui ab aliquo iudico sunt grauati, primo quidem ad iudicem accedere, quod facere non possunt, nisi locum eius inueniant: quod etiam non possunt, nisi prius eum cognoscant. nullus enim potest quærere id, quod omnino ignorat, vnde dicit: *Quis mihi tribuat, vt cognoscam, & inueniam illum, & veniam usque ad solium eius*? sciebat enim, quòd Deus eius cognitionem excederet: & ideo non poterat perfecte de se inuenire viam, per quam vsque ad solium eius peruenireret, idest vsque ad plenam cognitionem iudiciorum ipsius. Solet autem grauatus a iudice, cum ad eum peruenerit, causæ suæ iustitiam demõstrare: vnde subdit; *Ponam coram eo iudicium*. quasi dicat, proponam ei, qualiter debeat esse iustũ iudiciũ causæ meæ. *Et os meum replebo increpationibus*. idest, conquestionibus: nõ quidem, vt credã diuinum iudicium esse iniustum, sed per modum querentis: sicut solent disputantes contra dicta aliorũ obiicere, vt plenius veritatem intelligant. Vnde subdit; *Vt sciam verba quæ mihi respondeat*. quod pertinet ad veritatem responsionis cognoscendam. *Et intelligam quid loquatur mihi*. qd̃ pertinet ad percipiendam verborum intelligentiam. Non enim potest homo scire, an verum sit quod ei dicitur, nisi intelligat quid ei dicatur. Frequenter autem supra, quasi ad diuinum iudicium sustinendum, proposuerant diuinam fortitudinem & & magnitudinem: sicut Sophar supra. xi. Excelsior cælo est: & qd facies &c. quæ ibi sequũtur: & ideo hanc responsionẽ excludit subdens; *Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ me mole premat*. quasi dicat, non sufficit mihi ista responsio, vt solum contra me allegetur Dei potentia & magnitudo: quia sicut ipse est fortissimus & maximus, ita est etiã iustissimus & æquitatis amator: vnde subdit; *Proponat æquitatem contra me*. idest assignetur ratio ad æquitatem pertinens: & & ita apparebit, quòd non propter malitiam sim punitus: vnde subdit; *Et peruenieat ad victoriam iudicium meum*. quo, scilicet, contra vos contendo, asserens me non pro peccatis punitum. & ne quis credat ex eo quod dicit, Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illũ, & veniam vsque ad solium eius: quòd crederet eum corporali loco concludi, aut per creaturas, sufficienter posse cognosci, subiungit; *Si ad orientem iero, non apparet*. vbi considerandum est, quòd secundum Aristotelem, in cælo distinguuntur sex positionis differentiæ, scilicet sursum & deorsum: destrorsum & sinistrorsum: ante & retro. principium enim motus totius firmamenti manifeste apparet in oriente. est autem in quolibet animali principium motus a dextro. Si ergo imaginemur motum firmamẽti, sicut motus vnius animalis, oportebit ponere dextrum cæli in oriente, sinistrum vero in occidente, sursum in meridie, deorsum vero in septentrione, anterius vero in superiori emispherio, posterius vero in posteriori emispherio, idest, velut si imaginemur vnũ hominẽ, qui sua dextera moueret cælum ab oriente versus superius emispherium, consequens esset, quòd caput teneretur versus meridiem, & postea versus septentrionem: & pars anterior hominis esset versus superius emispherium, posterius vero hominis, idest deorsum versus inferius. quidam tamen non respicientes ad dispositionem humani corporis, sed magis ad ordinem motus cæli, posuerunt superius cæli esse partem orientalẽ, eo quòd ibi incipit motus: dextrum autem cæli in parte meridionali, versus quam partem, quo ad nos procedunt motus planetarum; vnde per oppositum inferius cœli intelligitur occidens. sinistrum autem cœli intelligitur pars septẽtrionalis, & hoc modo videntur hic procedere verba Iob. nam dextrum & sinistrum diuidit contra orientem & occidentem: potest ergo simpliciter intelligi, quòd in nulla parte cœli Deus localiter concluditur: vt sit sensus; *Si ad orientem iero, non apparet*. quasi tibi vincinior existens, ac si ibi localiter existeret. *Si ad occidentem, non intelligam illum*. quasi propinquiorem, & ibi conclusum. *Si ad sinistrum*. idest, versus septentrionalem partem; *Quid agam? non apprehendam eum*. qui scilicet, nõ est ibi corporaliter situatus: *Si me vertam ad dextram*. idest versus partẽ meridionalem: *Non videbo illum*. quasi ibi existentẽ. vel possunt hęc verba induci non ad excludendũ a Deo localẽ situ, sed ad ostendendũ; q̃ nõ potest sufficienter per inferiores effectus inueniri. Inter oẽs autẽ effectus in rebus corporalibus apparẽtes, vniuersalior est & maior motus firmamenti: & quàmuis manifeste appareat huius motus principium in oriente; tamen huius motus principiũ non sufficienter demõstrat infinitatẽ diuinæ virtutis: vnde dicit: *Si ad orientem iero*. scilicet progressu meæ considerationis quasi considerans principium motus firmamenti. *Non apparet*. scilicet, sufficienter per hanc considerationem. Secundus autem effectus diuinæ virtutis in rebus corporalibus est motus planetarum, qui est ex aduerso motus firmamenti, vnde principium est in occidente, ex quo etiam non sufficienter potest considerari uirtus diuina, vnde subdit: *Si ad occidentem*, scilicet iero, considerãs principium motus planetarum, *non intelligam illum*: & valde signanter loquitur. hic enim motus magis intelligitur ex diuersitate situs planetarum, quàm appareat oculis, ex parte autem septentrionali non videtur esse principium nobis nisi tenebrarum, quia uersus illam partem sol nunquàm accedit. Tenebræ autem impediunt actionem, secundum illud Ioann. 9. Venit nox, quando nemo potest operari. unde subdit: *Si ad sinistram*, scilicet per considerationem. *Perrexero: quid agam?* idest non inuenio ibi nisi defectum actionis. vnde nullum vestigium dabitur ad eum cognoscendum. vnde subdit: *Non apprehendam eum*, etiam qualitercumque. ex parte uero meridionali est nobis principium luminis propter corpora luminarium ex illa parte nobis apparentium. unde subdit: *Si me uertam*, idest per considerationem: *Ad dexteram*, idest ad partem meridionalem cœli. *Non uidebo illum*. quasi dicat inueniam ibi lumen corporale, per quod tamen ipse videri non potest. & quamuis ipse sic me lateat, eum tamen non later, quæ circa me aguntur: vnde subdit: *Ipse uero scit uiam meam*. idest totum processum vitæ meæ. quod videtur Iob dicere contra id quod Eliphaz supra induxerat ex persona impiorum, quasi imponendo illud Iob: Nubes latibulum eius, nec nostra considerat. & quia posset aliquis dicere, si scit uiam tuam, ergo propter peccata tua te puniuit: ipse respondet: *Et probabit me quasi aurum, quod per ignem transit*. ubi primo manifeste exponit causam suæ aduersitatis, quæ fuit ei inducta, ut ex ea approbatus hominibus appareret, sicut aurum approbatur, quod potest ignem sustinere: Et sicut aurum non fit verum aurum ex igne, sed eius veritas hominibus manifestatur, ita Iob per aduersitatem probatus est, nõ vt eius uirtus appareret coram Deo, sed ut hominibus manifestaretur, dicit autem: *Probabit*. de futuro, quasi exhibens se per patientiã & ad futuram examinationem. Quòd autem non sit punitus pro peccato præcedẽti, probat per rectitudinem vitæ suæ. Vbi considerandum est quòd vnumquodquẽ ostenditur rectum per hoc, quòd suæ regulæ conformatur. Est autem duplex regula humanæ vitæ. Prima quidem, est lex naturalis a Deo mentibus hominum impressa, per quam naturaliter homo intelligit, quid est bonum ex similitudine diuinę bonitatis. in quo primo attendendum est, quòd homo, secundum suum posse imitetur in suis affectionibus & operibus diuinæ bonitatis operationem, secundum illud Matth. 5. Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. & Eph. 5. Estote imitatores Dei sicut filii carissimi. vnde dicit: *Vestigia eius*. idest, aliqua. licet ex parua parte similitudinem bonitatis diuinæ operantis, *secutus est*. scilicet per imitationem: *Pes meus*. idest affectus meus, quo ad operandum procedimus. Secũdo requiritur, quòd aliquis tota mente solicitudinem adhibeat ad dominum imitandum, vnde subdit: *Viam eius custodiui*. quasi solicitus, ne ab ea recedã. Tertio requiritur, quòd homo in ea perseueret, & totaliter in ea maneat, non ex parte, vnde subdit: *Et non declinaui ex ea*. idest ex nulla parte recessi. Secunda autem regula humanæ uitæ est lex exterior, diuinitus tradita, contra quam homo peccat dupliciter, vno quidem modo per contemptum, & contra hoc dicit: *A mandatis labiorum eius non recessi*. fuerunt enim Noe aliqua præcepta diuinitus data, & forte aliquibus aliis sanctis viris, in quorum labiis Deus loquebatur. Secundo aliquis peccat cõtra legem Dei per ignorantiam, uel obliuionẽ, & contra hoc subdit: *Et in sinu meo*. idest in occulto cordis mei: *Abscondi uerba eius*. secundum illud psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et ne aliquis diceret hanc probationem, quam induxit ex rectitudine suæ vitæ non esse conuenientem, ostendit consequenter, quòd de diuinis iudiciis certissima & demonstratiua probatio induci non potest, propter incomprehensibilitatem diuinę voluntatis, subdit: *Ipse enim solus est*. quasi non habeat aliquam creaturam similem vel æqualem, quæ eum comprehendere possit, & per consequens nec eius uoluntatem. vnde subdit: *Et nemo aduersere potest*. i. per certitudinem cognoscere: *Cogitationes eius*. idest dispositio-

spositiones iudiciorum ipsius. & sicut non potest comprehendi eius dispositio, ita neque ei potest ab vlla creatura resisti, vnde sequitur; *Et anima eius.* idest voluntas eius. *Quodcunque voluit hoc fecit.* quasi nullo resistere valente. Contingit autē quādoque maxime in aliquo sapiente, qui voluntatem suam moderatur secundum suam virtutem, vltra quam facere nō potest: sed hoc ideo excludit, cum subdit; *Cum expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia, præsto sunt ei.* quasi dicat, quod mihi vltra aduersitatem nō inducat, non est quia vltra non possit, sed quia vltra non vult. *Et idcirco.* quia scilicet scio, quòd vltra facere potest, & non possum aduertere, vtrū vltra facere velit. *Turbatus sum.* idest turbatione timoris. vnde subdit, *Et considerans eum.* idest potentiam eius. *Timore solicitor.* ne scilicet adhuc me probaturus sit aduersitate grauiori. causam autem huius solicitudinis formidolosæ assignat per hoc, quòd est expertus in se diuinam percussionem: vnde subdit; *Deus molliuit cor meum*, quasi liquefaciens ipsum firmitate securitatis sublata. *Et omnipotens conturbauit me.* idest per omnipotentiam suam perturbationem tristitiæ de præsentibus malis & timoris de futuris induxit: Quare autem timeat in futurum, cum non sit sibi conscius de culpa, ostendit subdens; *Non enim perij.* idest aduersitatem passus sum: *Propter imminentes tenebras.* idest errores vel peccata, quæ quidem imminere dicuntur, quando in mente hominis confirmantur: puta cum quis ex malitia peccat. Contingit autem quandoque, quòd malitia in homine non firmatur, sed ex aliqua subita passione, puta concupiscentiæ vel iræ, ad peccandum impellitur: & hoc a se excludit subdens; *Nec faciem meam operuit caligo*; quasi enim caligat oculus rationis, quando propter passionem, iudicium eius in opere particulari decipitur.

CAPITIS XXIIII.

LECTIO I.

AB omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem uiduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum: uigilantesque ad prædam præparant panem liberis. Agrum non suum demetunt, & vineam eius, quem ui oppresserunt vindemiant. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen amplexantur lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit: & Deus inultum abire non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierūt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem vero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me uidebit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis. & sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis est super faciem aqua. maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearum. Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium, & usque ad inferos peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius uermes: non sit in recordatione, sed conteratur sicut lignum infructuosum. Pauit enim sterilem, & quæ non parit: & uiduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: & cum steterit, non credet uitæ suæ. Dedit ei Deus locum pænitentiæ, & ille abutitur eo in superbia: oculi autem eius sunt in uiis illius. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabantur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum uerba mea?

LECTIO PRIMA.

IN præcedenti capitulo Iob se non esse propter malitiam punitum dixit, vt Eliphaz asseruerat: nunc autem vult manifestare, quòd non existimat Deum non habere curam rerum humanarum, sicut Eliphaz ei imponebat. Est autem considerandum, quòd aliqui ponebant Deum humanarum rerum notitiam & curam non habere, propter differentiam eius a nobis. credebant enim, quòd sicut propter huiusmodi distantiam nos eum cognoscere non valemus, ita nec ipse nos: sed hoc ipse primo excludit dicens; *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.* quasi dicat, quàmuis omnipotens sit extra temporum mutabilitatem, ipse tamen temporum cursum cognoscit. Isti vero, qui sunt in tempore, ita eum cognoscunt, quòd tamen modū æternitatis eius comprehendere non valent: vnde subdit: *Qui autem nouerunt eum.* idest homines temporales, eius notitiam qualemcunque habentes, vel naturali cognitione, vel per fidem, vel aliqua maiori sapientiæ illustratione. *Ignorant dies illius.* idest comprehendere non valent modum æternitatis eius: & quia dixerat, temporalium cursum Deo ignotum non esse, consequenter ostendit, qualiter temporalia iudicat, præmittens diuersas hominum culpas, quorum quidam fraudulenter aliis inferunt nocumenta. vnde dicit; *Alij.* scilicet inter homines: *Terminos transtulerunt.* furtiue scilicet mutantes possessionum confinia, & similia fecerunt in animalibus quæ gregatim pascuntur. vnde subdit; *Diripuerunt.* scilicet furtiue: *Greges.* scilicet alienos: *Et pauerunt eos.* vt sic videantur esse eorum: & eorum culpam aggrauat vel exaggerat ex conditione personarum quibus inferunt nocumenta. Consueuerunt enim homines misereri pupillorum propter defectum ætatis, & carentiam sustentationis parentum; & contra hoc dicit; *Asinum pupillorum abegerunt.* idest aberrare fecerunt, vt eum raperent, non miserantes pupillum. Similiter etiam viduarum consueuerunt homines misereri propter fragilitatem sexus, & quia destitutæ sunt virorum solatio: sed contra hoc subdit; *Et abstulerunt pro pignore bouem viduæ.* quasi sub quodam colore iustitiæ eam grauantes. Consueuerunt etiam homines misereri pauperum, qui diuitiarum sustentatione carent, & contra hoc subdit; *Subuerterunt pauperum viam.* idest abstulerunt eis facultatem sibi necessaria procurandi, eos multipliciter molestando. Solent etiam homines desistere a nocumēto eorum, qui aliis nocere non consueuerūt, sed inter alios suauiter conuersantur, & contra hoc subdit: *Et oppresserunt pariter mansuetos terræ.* qui scilicet nec prouocari, nec prouocare alios nouerūt. Sunt ēt quidā qui non fraudulenter, ut prædicti, sed per manifestam uiolentiam aliis nocēt, qui ad mala facienda prorūpūt quasi nulla disciplina legis contineantur. de quibus subdit: *Alij quasi onagri in deserto*, idest asini siluestres, qui hominum seruituti non subsunt: *Egrediuntur ad opus suum*, idest ad latrocinium, cui quasi proprio operi solicite intendunt, vnde subdit: *Vigilantesque ad prædam.* scilicet diripiendam: *Præparant panem liberis.* scilicet suis ex præda direpta. Deinde genus prædæ determinat subdens: *Agrum non suum demetunt.* scilicet per violentiam messes alienas colligentes: *Et uineam eius, quem ui oppresserunt, uindemiant.* quia scilicet prius aliquem opprimunt ad hoc, ꝙ eius bona liberius rapiant, nec solū exteriora bona per violentiam abstrahunt, sed etiam ea, quæ iam sunt ad vsum corporis fouendi assumpta. vnde subdit: *Nudos dimittunt homines*: idest nihil eis relinquunt: *indumenta tollentes.* & vt magis exaggeret huiusmodi rapinæ culpam, subiungit afflictiones, quas ex nuditate patiuntur, vnde dicit; *Quibus non est operimentum in frigore.* esset enim aliqualiter tolerabile, si aliunde possent nuditati subuenire, nec solum indumenta sunt necessaria ad calefaciendum contra frigus, sed etiam ad tegumentū contra pluuiam. vnde oportet a latronibus denudatos, nō solum frigore affligi, sed etiam pluuia perfundi. & hoc est quod subdit: *Quos imbres montium rigant.* solent enim homines ad loca montana quasi ad tentoria confugere pro timore latronum vel hostium, vbi propter aeris frigiditatem, & frequentiores & grauiores sunt pluuiæ, maxime nudis hominibus. Est autem qualecunque nuditatis remedium, si ille qui vestimentorum operimentū non habet, saltem operimento domus non careat, sed contra hoc subdit: *Non habentes uelamen.* scilicet vestimenti, nec domus: *Amplexantur lapides*: idest, abscondunt se in cauernis lapidum, quæ inueniuntur in locis montanis. Vlterius autem exaggerat eorum culpam ex conditione miserabilium personarum, quas grauant. vnde subdit: *Vim fecerunt deprædantes pupillos.* qui scilicet magis erant sustentandi: *Et uulgum pauperem spoliauerunt.* cui scilicet magis erat subueniendum. Esset autem vtrunque tolerabile, si saltem habentibus sufficientia subtrahere vellent. & ideo ad maiorem aggregationem iniquitatum eorū, subdit: *Nudis.* idest non habentibus vestimenta: *Et incedentibus absque uestitu.* idest præ nimia necessitate etiam ad publicum sine vestibus nudi procedentibus, quod pertinet ad magnam inopiam vestitus. & vt ostendat etiam in victu eos inopiam pati, subdit: *Et esurientibus.* his autem nihil magis auferre possunt: sed & id modicum, quod habent, eis surripere non verentur. vnde subdit: *Tulerunt spicas.* quasi dicat, non tulerunt eis messem quam non habent, sed aliquas paucas spicas quas sibi collegerant, & si forte in aliquo abundare videantur, illud subtrahunt non pensantes quantam penuriam in aliis patiuntur, vnde subdit: *Inter aceruos frugum.* scilicet eorum: *Meridiati sunt.* idest in meridie quieuerunt, quasi lasciuientes de bonis eorum, *qui calcatis torcularibus sitiunt.* idest, qui statim post vindemiam modicum habent de vino, nec solum homines spoliant in rebus exterioribus, sed etiā lædunt in personis. vnde subdit: *De ciuitatibus fecerunt uiros gemere.* quia scilicet, quibusdam læsis, multi ex ciuibus conturbantur, & ipsi qui læsi sunt, conqueruntur, vnde subdit: *Et animæ uulneratorum clamabunt*: Et *Deus*, a quo scilicet non sunt abscōdita quæ in tempore aguntur: *Inultum abire non patitur.* quod scilicet non esset, si de rebus humanis prouidentiam non haberet. Causam autem quare Deus hoc inultum abire non patitur ostendit per hoc, quòd non per ignorantiam, sed per malitiam peccant, ex qua sapientiam odiunt ipsorum peccata arguentem vnde subdit; *Ipsi fuerunt rebelles lumini*: scilicet ex proposito agentes contra id, quod eis lumen rationis dictat. sicut autem sapientia præoccupat eos, qui eam concupiscunt, ita fugit ab eis, qui ei renituntur, vnde subdit: *Nescierunt uias eius.* idest habentes sensum per malitiam deprauatum, non potuerunt sapientiæ processus cognoscere. vel nescierūt idest non approbauerūt, nec experiri voluerunt sapientiæ mandata, & inpænitentiam eorum demonstrat subdens, *Nec reuersi sunt per semitas illius.* illi quidem per semitam sapiētiæ reuertuntur, qui & si sapiētiæ peccando rebellent, tamen pænitendo ad sapientiam reuertūtur. In signum autē quòd spiritali lumini sapientiæ diuinæ repugnent, inducit quòd & lumen exterius detestantur, tenebras amantes, secundum quod Ioannis 3. dicitur, Omnis qui male agit, odit lucem, vnde & hoc subditur; *Mane primo.* ad hoc scilicet existentibus tenebris: *Consurgit homicida, & interficit egenum & pauperem.* quia scilicet illa hora nondum communiter homines vadūt per viā, sed aliqui pauperes necessitate ducti præoccupant tempus operis, quibus latrones insidiantur in via. ad hoc autem quòd de domibus aliquid furtiue surripiant, profundioribus indigent tenebris. vnde subdit; *Per noctem erit quasi fur.* scilicet spolians domos, quia ei primo mane facere tutum non esset, quia tunc homines euigilare incipiunt. idem autem in adultero ostendit, subdens; *Oculus adulteri.* qui scilicet insidiatur alieno thoro; *Obseruat caliginem.* ut scilicet deprehendi non possit. vnde subdit dicens: *Non uidebit me oculus.* idest in hoc proposito obseruat caliginem, ne cuiusquam oculo videatur, & quia non sufficit ei occultatio noctis, adhuc alias occultandi artes assumit. vnde subdit: *Et operiet uultum suum.* qualicunque, scilicet mutatione habitus, & sicut ad incipiendum opus obseruat caliginem, ita etiā opus exequitur in tenebris. vnde subdit: *Perfodiunt in tenebris domos.* scilicet, qualicunque fraude vel violentia obstacula auferentes: *Sicut in die condixerant sibi.* scilicet adulter & adultera: *Et ignorauerunt lucem.* idest abiecerunt in tota executione nefarii operis: *Si subito.* quasi ex impræmeditato, quia tempus eis breue videtur: dum carnali delectationi vacant: *Apparuerit aurora.* quæ est diurnæ lucis principium: *Arbitrantur umbram mortis.* idest existimant eam odiosam, sicut vmbram mortis, dum se vident suas lasciuias vlterius non posse protrahere. Solent autē homines dupliciter a suis operibus impediri, uno modo, quando non prospiciunt rei euentum, alio, quādo habent in suo proposito debile fulcimentum. sed adulteri qui ex concupiscentia ducuntur, econtrario, primo quidem inconsiderate se periculis ingerunt, quāuis ignorēt quid sequatur. & ad hoc significandū dicit; *Et sic in tenebris.* idest in dubiis & obscuris: *Quasi in luce.* idest in manifestis; *Ambulant.* idest procedunt. Secundo ex re modica & fragili magnam fiduciam capiunt. unde subdit: *Leuis est.* scilicet adulter: *Super faciem aquæ.* quasi dicat, adeo leuiter mouetur, ut uideatur ei quòd ꝑ aliqua mollia sicut est aqua, possit pertransire ad suum propositum prosequendum. uel ad literam. quod dicit: *Sic in tenebris, quasi in luce ambulant.* potest referri ad hoc, quod uterque, scilicet adulter & adultera, sua opera in tenebris agere amant. quod uero subdit: *Leuis erit super faciem aquæ* refertur specialiter ad adulterum, cui propter impetū concupiscentiæ, uidetur quòd etiam super aquam, & super quācunque difficultatem uel aduersitatem leuiter pertrāsire possit, ad hoc, quòd perueniat ad fruitionem rei concupitæ. Enarratis ergo diuersis generibus peccatorum, subiungit de pœna, & primo quidem, quantum ad pænam præsentis vitę, cum subdit: *Maledicta sit pars eius in terra.* illud enim vnicuique pars esse videtur, quod quasi potissimum bonum desiderat. peccator autem in rebus terrenis quasi in sua parte ultimum finem constituit, secundum illud, Sapientia hæc est pars nostra, & hæc est sors, quę quidem maledicta est, quia bona huius mundi, quibus male utitur, ei uertuntur in malum, & hoc manifestat subdens: *Nec ambulet per uiam uinearum.* solent enim uiæ uinearum umbrosæ esse, & per consequens temperatæ. uineæ etiam contemperatum locum requirunt. nam in locis nimis frigidis, destruuntur per glaciem, & in locis nimis calidis aduruntur per calorem. impius ergo per uiā uinearum non ambulat, quia rebus huius mundi moderate non utitur, sed quandoque declinat ad unum extremū, quādoque ad aliud, & quantum ad hoc subdit: *Ad nimium calorem transiet ab aquis niuium.* quasi a cōtrario uitio in cōtrarium transeat, qđ in medio uirtutis nō manet. & ista pœna consequitur omnes malos, quia inordinatus animus, sibi ipsi est pœna, ut Aug. dicit in primo Confessionum. Deinde ponit pœnam, quæ erit post mortem, cū subdit: *Et usque ad inferos peccatum illius.* quasi dicat, non solum in terra pars eius maledicitur, dum inordinate utitur rebus mundi, sed etiam per hoc in inferno pœnas patietur. ad quas pœnas referri potest, quod dixerat: *Ab aquis niuium &c.* quia in inferno nulla erit temperies. & ne crederet aliquis pœnas illas per Dei misericordiam finiendas, subdit: *Obliuiscatur eius.* scilicet peccatoris in inferno damnati: *Misericordia.* scilicet Dei, vt nunquam exinde liberetur. Qualis autem sit illa pœna, ostendit subdens: *Dulcedo illius uermis.* idest delectatio peccati conuertetur in vermem, idest cōscientiæ remorsum, de qua dicitur Esa. vltimo. Vermis eorum non morietur. vnde & huius pœnæ interminabilitatem subdit: *Non sit in recordatione.* idest, ita totaliter relinquatur a Deo sine remedio liberationis, ac si eius esset oblitus: & ponit similitudinem cum subdit; *Sed conteratur quasi lignum infructuosum.* arbor enim quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, vt dicitur Matth. 3. Lignum autē fructuosum præciditur, vt purgetur, secundum illud Ioann. 15. Omnem palmitem, qui non fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat. Impii ergo puniuntur ad exterminium, iusti autem ad profectum. quare autem infructuoso ligno comparetur, manifestat ex duobus, primo quidem, quia bona sua in res inutiles consumpsit, vnde dicit: *Pauit enim sterilem, & quæ non parit.* & loquitur de illo, qui bona sua in res inutiles cōsumpsit, ad similitudinem eius, qui vxorem sterilem inutiliter nutrit. Secundo, quia indigentibus non subuenit, quòd ei esse poterat fructuosum. vnde subdit; *Et uiduæ bene non fecit.* per uiduam, homines indigentes significat, nec solum fuit infructuosus, sed etiā fuit nociuus, sicut lignum proferens fructus uenenosos. vnde subdit; *Detraxit fortes in fortitudine sua.* idest potestate sua vsus est, non ad subueniendum oppressis, sed magis ad opprimendum fortes, & hoc, quia quod aliis nocet, etiam in suum nocumentū redundat, quasi scilicet, in se securam uitam agere non potest, timens etiam lædi ab eis quos læserat. vnde subdit; *Et cum steterit.* idest, cum nihil aduersum passus fuerit: *Nō credet uitæ suæ.* idest, non erit de uita sua securus. secūdum illud quod Eliphaz supra dixerat. 15. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Causam autem, quare absque misericordia sit puniendus, assignat ex hoc, quia misericordia noluit vti, dum potuit, vnde subdit: *Dedit ei Deus locum pænitentiæ.* scilicet differens pœnam. & hæc est ratio, quare permissus est in prosperitate aliquis diu viuere, sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse peruertit in malum. vnde subditur: *Et ille abutitur eo in superbiam.* non attribuens diuinæ misericordiæ, quòd post peccatum non statim punitur, sed ex hoc sumit peccati audaciam, vsque ad Dei contemptum; & quamuis peccator tenebras quærat ad peccandum, non tamen potest facere quin videatur. vnde subdit: *Oculi enim.* scilicet Dei. *Sunt in uijs eius.* idest consi-

considerant processus, eius quàmuis in tenebris ambulent, & inde est; Q *uòd eleuati sunt ad modicum*. idest, ad aliquam terrenam sublimitatem & caducam, Deo dante eis locum pœnitentiæ. *Et non subsistent*, scilicet finaliter, quia abutuntur Dei misericordia in superbiam, & adhibet huius rei similitudinem. Omnia enim quæ in tempore generantur, determinato tẽpore crescũt, & postea incipiunt deiici, & tandem totaliter destruuntur. & ita cõtingit de impiis: vnde subdit; *Et humiliabuntur sicut omnia*. quæ scilicet, in tempore crescũt; *Et auferentur*. scilicet totaliter, quando ad summum peruenerint: & adhibet similitudinẽ, subdens; *Et sicut sũmitates spicarum conterentur*.

CAPITIS XXV.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Baldath Suites, dixit, Potestas & terror apud eũ est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Nunquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius? Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus

Non enim conteruntur fruges, quàmdiu sunt in herba & crescunt: sed quando iam ad perfectam maturitatem peruenerunt, secundum mensuram a Deo præuisam. Hoc autem induxit ad ostendendum, quòd hoc, quòd impii statim non puniuntur: sed prosperam vitam agunt, non contingit ex defectu diuinæ prouidentiæ, sed ex hoc, quòd differt Deus pœnam in congruum tẽpus. & sic patet fallum esse, quod Eliphaz ei calumniose imposuerat de negatione prouidentiæ diuinæ. vnde subdit; *Quod si non est ita*. sicut prædixi de punitione malorum: sicut vos opinamini credentes semper homines in hac vita puniri pro peccatis; *Quis me potest arguere esse mentitum?* quasi scilicet, diuinam prouidentiam denegem: *Et ponere ante Deum verba mea*. idest, verba mea in accusationem vertere coram Deo, ac si sint contra eius prouidentiam.

LECTIO PRIMA.

IOB. in sua responsione duas calumnias, quas ei Eliphaz iniecerat, in præcedenti sua responsione iam repulit, ostendens se, neque pro peccatis punitum, neque diuinæ prouidentiæ negatorem. Ostenderat autem valde expresse, quòd diuinæ prouidentiæ non repugnabat, si impii in hoc mundo prosperantur, quia reseruatur eorum pœna in aliud tempus: & ideo cõtra hoc vlterius resistere non potuerunt: sed alterum, scilicet quòd non fuerit pro peccatis punitus, non tam euidenter ostenderat, quin potius debilitatem suę ostensionis significauit, cum dixit; Nemo aduertere potest cogitationes eius. & ideo contra hoc vlterius Baldath resistere nititur redarguens Iob, quòd se asserebat nõ pro peccatis suis punitum; & quasi immemor verborum Iob, quibus dixerat, non sibi sufficere, si contra eum ex Dei fortitudine contendatur, a diuina potestate disputationis suæ sumit exordium, & proponit magnitudinem diuinæ potestatis dupliciter, primo quidem quantum ad hoc, quòd potentiam exercet in superiores creaturas, in summa pace eas conseruans, vnde dicit; *Potestas & terror*. idest, ex qua timeri debet; *Apud eum est*. scilicet Deum; *Qui facit concordiam in sublimioribus suis*. in inferioribus enim creaturis discordia multiplex inuenitur, tam in creaturis rationabilibus, vt patet per contrarios motus humanarum voluntatum, quàm in creaturis corporalibus, vt ex earum contrarietate apparet, per quam generationi & corruptioni subduntur: sed in superioribus corporibus nulla contrarietas reperitur, vnde & incorruptibilia sunt: sic & supiores intellectuales substantiæ etiam in summa concordia viuunt. Hæc autem summa concordia superiorum creaturarum ex potestate diuina procedit, quæ superiores creaturas in perfecta suæ vnitatis participatione constituit, quasi sibi propinquiores: & ideo signanter dicit; *In sublimioribus suis*. idest, sibi magis conformibus. Secũdo, commendat diuinam potestatem ex iis, quæ operatur in inferioribus creaturis, in quibus operatur per ministerium superiorum creaturarum, quarum multitudo homini est ignota. vnde subdit; *Nunquid est numerus militum eius?* milites quidem Dei vocat omnes cælestes virtutes, quæ diuinum nutum sequuntur: sicut milites obediunt duci: harum autem cælestium virtutum numerus ignotus est homini. & simile est, quod habetur Esaiæ 40. Qui educit in numero militiam eorum. & ne aliquis crederet quòd cælestes virtutes non se haberent sicut milites parentes alieno imperio: sed sicut duces & principes ex suo arbitrio cuncta agentes, sicut æstimauerunt multorum deorum cultores, subiungit; *Et super quem non surgit lumen eius*. quasi dicat, omnes cælestes virtutes per illuminationem diuinam dirigũtur, sicut homines per hoc, quòd super eos surgit lux Solis. proposita ergo potestate diuina accedit ad propositum dicens, *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo?* quasi dicat, ex quo Deus tam magnus est, & in iustitia præcellens, vt etiam in sublimibus concordiã faciat, quæ est iustitiæ effectus, secũdum illud Esa. 32. Opus iustitiæ pax: omnis iustitia hominis diuinæ iustitiæ comparata quasi nihil reputabitur: nec solũ Deo homo cõparatus, nõ potest iustus videri, sed quod plus est, ei cõparatus, apparet iniustus: sicut in cõparatione ad res pulcherrimas, quæ quãuis pulchritudinem habeãt, videntur in

de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis?

CAPITIS XXVI.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Iob, dixit, Cuius adiutor es? nunquid imbecillis, & sustentas

mundæ: vnde subdit; *Aut apparere mundus, natus de muliere?* quod signanter dicit, quia ex hoc ipso, quòd homo de muliere per concupiscentiam carnis nascitur, maculam contrahit: hoc autem quòd dixerat, consequenter per simile confirmat, cũ subdit; *Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius*. vbi considerandum est, quòd de Sole mentionem non facit, quia non apparet sensibiliter, quòd ad præsentiam maioris luminis lumen eius obtenebretur, sed luna & stellæ etiam ad præsentiam corporalis solis obtuscantur: vnde multo magis earum claritas quasi obscuritas quædam est immensitati diuini luminis comparata, & ex hoc concludit propositum subdens; *Quanto magis homo putredo: & filius hominis uermis?* scilicet, non potest reputari splendens splendore iustitiæ, & diuinæ iustitiæ comparetur: neque mundus per innocentiam, si comparetur puritati diuinæ: singulariter autem hominum putredinem comparat quasi ex materia existente putrefactioni vicina: & filium hominis vermi, quia vermis ex putredine generatur: hoc autẽ inducit ad ostendendum, quòd homo non potest, quantumcumque iustus & innocens, iustitiam & innocentiam suam proponere, quasi nihil reputatam in comparatione ad Deum, cum agitur de diuino iudicio.

LECTIO PRIMA.

BALDATH in verbis præmissis Iob cõuincere voluit ex consideratione diuinæ potestatis omnibus tremendæ, respectu cuius nullus potest iustitiam aut innocentiam prætendere, vt se asserat absque peccato punitum. vnde Iob triplicem responsionem subiungit: quarum prima specialiter est contra Baldath, qui Iob terrere conatus fuerat ex consideratione diuinæ potestatis. Solent autem homines non ratione contra aliquem condemnatum vtentes, sed iudicis potentiam & sapientiam allegantes, hoc facere in iudicis fauorem: adhibetur autem fauor alicui personæ dupliciter, vno modo propter defectum potentiæ illius, cui fauetur; alio modo propter defectum sapientiæ. Quantum ergo ad primum dicit; *Cuius adiutor es, nunquid imbecillis?* quasi dicat, hæc quæ locutus es, non secundum viam rationis, sed quasi in Dei fauorem: numquid ad hoc dixisti, vt ferres auxilium quasi infirmo? adiuuare autem videtur aliquem, qui eius operationem defendit: vnde subdit; *Et sustentas brachium eius, qui non est fortis?* quasi dicat, numquid vis tu iis verbis defendere operationem, qua punitus sum ab eo, ac si non esset fortis ad se defendendum. Deinde quantum ad fauorem, qui alicui adhibetur propter defectum sapientiæ; considerandum est, quòd hic fauor est duplex: vnus quidem ex hoc, quòd consilium datur alicui circa res agendas; & quantum ad hoc dicit; *Cui dedisti consilium?* Videtur aliquis alicui consilium dare, quando eius causam sine ratione defendit: non autem consilio Deus indiget, qui est in sapientia perfectus: vnde subdit: *Forsitan illi, qui non habet sapientiam?* quasi dicat, numquid dubitas Deum sapientiam non habere, vt tam stulte pro eo loquaris: qui autem sapiẽti consilium dat, videtur hoc facere ad suam sapientiam ostendendam, vnde subdit: *Et prudentiam tuam ostendisti plurimam?* quasi dicat, numquid per hoc voluisti tuæ prudentiæ abundantiam ostentare? Alius autem modus fauoris contra defectum sapientiæ est, vt quis instruat ignorantem circa scibilia: & quantum ad hoc subdit; *Quem docere noluisti*. visus es enim Deum docere, in quantum eius potentiam contra me allegasti: sed ipse doceri non indiget, qui est totius humanæ scientiæ causa: vnde

subdit;

subdit; *Nonne eum qui fecit spiramentum?* idest, qui creauit humanam animam, per quam homo, & intelligit, & spirat: vna enim & eadem anima est, quæ per intellectum scientiam percipit, & per alias vires corpus viuificat. Deinde, ne videatur in aliquo potentiæ Dei derogare, commendat ipsam multo diffusius quàm Baldath, enumerans multos effectus diuinæ potentiæ: & incipit ab iis quæ potenter fecit in genere humano circa diluuium. legitur enim Gene. 6. quòd gigantes erant super terrã in diebꝰ illis. & postea subditur. Cumque vidisset Deus terrã esse corruptam; omnis quippe caro corruperat viam suam super terram; dixit ad Noè: Finis vniuersæ carnis venit coram me, & postea subdit, Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, & interficiam omnem carnem. hunc ergo effectum diuinæ potentiæ ostendit subdens; *Ecce gigantes*. scilicet, antiqui: *Gemunt*. scilicet in pœnis inferni: *Sub aquis*. idest qui fuerunt submersi aquis diluuii. & quia non soli ipsi perierunt, sed multi alii cum eis: ideo etiam postea subiungit; *Et qui habitant cum eis*. scilicet similiter gemunt, scilicet a virtute potestatis ipsius. & ne aliquis crederet, quòd diuina prouidentia se extenderet solum ad iudicandos homines in hac vita, nõ autem post mortem, sicut amici Iob sentire videbantur, ad hoc excludendum, subdit; *Nudus est infernus coram illo*. quasi dicat, ea quæ in inferno agũtur conspicua sunt oculis eius, & secundum eius iudicium aguntur. vnde ad huiusmodi expositionem subdit; *Et nullum est operimentum perditioni*. idest, iis qui sunt perditi in inferno, vt possint ab oculis Dei occultari, sicut occultantur a nobis. deinde enumerat effectus diuinæ prouidentiæ in rebus naturalibus, & incipit ab extremis, scilicet a cœlo & terra, in quorum vtroque aliquid apparet ex diuina potentia institutum, quod humanas vires excedit, secundum autem id, quod sensibiliter apparet, videtur cœlum extensum esse super terram, sicut quoddam tabernaculum; terram autem esse sub cœlo sicut tabernaculi pauimentum. quicumque autem tabernaculum erigit, aliquid supponit quo tabernaculum sustentatur: sed hoc in cœlo non apparet, non enim videtur aliquid cęlum sustentans, nisi virtus diuina. vnde dicit; *Qui extendit aquilonem super vacuum*. per aquilonẽ intelligit superius emisphęrium quo ad nos: nobis enim aquilonaris polus supra oriente eleuatur: australis vero sub orizonte deprimitur, vnde dicit, *Aquilonem extendit super vacuum*. quod de superiori emisperio cæli nihil nobis apparet, nisi spatium aere plenum, quod vulgares homines reputant vacuum. loquitur.n. secundum existimationem vulgarium hominum, prout est mos in sacra scriptura: sic etiam, qui pauimẽtum facit, super aliquid ipsum firmat: terra autem quę est quasi cęli fundamentum non apparet super aliquod firmata, quod eam possit sustentare, sed sola Dei potentia sustinetur: vnde subdit, *Et appendit terram super nihilum*. hæc autem non ita dicuntur, quasi cælum sit pondęrosum, vt indigeat sustentamento, ne cadat, aut terra possit descendere nisi vsque ad centrum, sed ipsas naturales virtutes, quibus in suis locis corpora naturaliter continentur, ex diuina potestate processisse significat: sicut enim motus violentus est a potestate humana, ita inclinatio naturalis est ex virtute diuina, quæ est naturæ principium. Deinde enumerat effectus diuinæ potentiæ in spatio medio, quod est inter cælum & terram, & primo in aere, in quo hoc admirabile videtur, quòd aqua in aere suspendatur, vaporaliter eleuata, & non tota simul cadit, sed guttatim, vt apparet in pluuiis. vnde dicit; *Qui ligat aquas in nubibus suis*. idest eius virtute causatis. *Vt non erumpant*. scilicet aqua pluuiarum. *Pariter deorsum*. sed guttatim secundum quòd expedit ad tẽperiẽ terræ, quasi diuina virtute illud, quod remanet in nubibus esset ligatum, vt non a principio cadat, sit enim diuina virtute, vt vapores nõ simul condensentur, vt oporteat simul eos in aqua conuersos pariter cadere, pluuiis ex nubibus deorsum cadentibus. remanent quædã vaporũ reliquiæ ex quibus nebulæ generãtur, per quas nobis tegitur cœlũ, quod est quasi soliũ Dei, ꝛm illud Esa. vlt. Cœlũ mihi sedes est; & quantũ ad

hoc subdit; *Qui tenet vultum solij sui*. idest, qui tenet quasi occultatã faciẽ cęli, qd e solũ eiꝰ: & hoc p nebulas, q̃bus phibemur cœlum videre: vnde subdit: *Et expandit super illud nebulam suam*. idest eius virtutem productam. Deinde ostendit effectum diuinæ potentiæ in aquis, cum subdit: *Terminum circumdedit aquis*. aquæ.n. secundũ elementorum naturalẽ ordinem, vndique terram operire deberent: sed quòd alia pars terræ remaneat discooperta ab aquis, hoc factum est diuina virtute, quæ vsque ad certũ terminum terram fecit operiri ab aquis, & hoc præcipue videtur ad oceanum pertinere, qui undique terram circundat, & propter hoc subdit: *Vsque dum finiantur lux & tenebræ*. sumitur enim lux diei, & tenebras noctis, sole accedente, vel recedente ab emisphęrio superiori, quod supponitur nõ stræ habitabili, quæ quasi vndique oceano concluditur. vel potest intelligi, quòd terminus aquarum intransmutabilis permanebit, manente hoc statu mundi, in quo est successio lucis & tenebrarum. Sic ergo enumeratis effectibus diuinæ potentiæ in corporalibus creaturis, ostendit eius effectum in creaturis spiritalibus, quas vocat columnas cæli, quia scilicet eorum officio ad ministratur motus cœlorum: vnde dicit: *Columnæ cæli*. scilicet angeli. *Contremiscunt, & pauent ad nutum eius*. idest, obediunt ad nutum. & loquitur ad similitudinem alicuius ad nutum obedientis domino propter timorem & tremorem ipsius, vt timor referatur ad animam, tremor ad corpus. non est autem putandum, quòd inferatur angelis timor pœnalis, sed eorum reuerentia ad Deum, hic timor nominatur, & sic pauor refertur ad affectum, tremor autem ad exteriorem effectum. & quia in angelis aliqui sunt, qui a debita Dei reuerentia discesserunt, de quibus supra. 4. dictum est, In angelis suis reperit prauitatem: ideo consequẽter de distinctione bonorum & malorum angelorum, subiungit. Creditur autem simul cum distinctione creaturæ corporalis, etiã creaturæ spiritualis distinctionem fuisse, & ideo ad insinuãdam distinctionem creaturæ spiritualis præmittit de creatura corporali, dicens; *In fortitudine illius, repente maria congregata sunt*. secundum illud Gene. 1. Congregentur aquæ, quę sunt super terram, in locum vnum, & appareat arida. & sicut creaturæ corporales sunt distinctæ diuina virtute, ita etiam creaturæ spirituales: vnde subdit: *Et prudentia eius percussit superbum*. per virtutem prudentiæ ipsius, diabolus superbiens de sua gloria priuatus est, & sic eo percusso, bonis angelis sunt spiritualia dona augmentata, vnde subdit; *Spiritus eius ornauit cœlos*. idest cælestes spiritus ornamentis scilicet, spiritualium donorum. nõ erat autem conueniens vt percussus per priuationem gloriæ, cum ornatis per Spiritum sanctum remaneret, vnde subdit, *Et obstetricante manu eius, eductus est*. idest a societate bonorum angelorum: *Coluber tortuosus*. idest diabolus, qui colubro comparatur, propter malignitatis venenum: & tortuosus dicitur, propter calliditatem. signanter autem dicit eum eductum obstetricante manu Dei: sicut enim obstetrix, sic educit infantem, quandoque mortuum, ut mater non lædatur, ita Deus sic eduxit diabolum de medio angelorum, ut bonorum angelorum societas in nullo detrimentum sit passa. Et ne aliquis crederet hos effectus, licet sint magni, diuinam potentiam adæquare, subdit; *Ecce hæc ex parte sunt dicta viarum eius*. idest operum eius, quibus & nos in Dei cognitionem ascendimus, & Deus nobis se quodammodo communicat; & ne videantur hæc, & si non tota diuinam potentiam adæquare, tamen magna ex parte ad eius æqualitatem accedere, subiungit; *Et cum vix parvam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* quasi dicat, omnium quæ nunc dicta sunt de effectibus diuinæ potentiæ, minor est comparatio ad diuinam potentiam, quàm unius parui sermonis, quasi silenter stillantis ad maximi tonitrui sonum.

lud nebulã suã. Terminũ circũdedit aquis, vsque dũ finiantur lux, & tenebræ. Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius, In fortitudine illius repente maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. Spiritus eius ornauit cœlos, & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & cum vix paruam stillam sermonis eius audiemus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

CAPITIS

LECTIO PRIMA.

IN præmissis verbis, Iob confutauerat dicta Baldath, qui contra eum diuinam potestatem allegauerat; qua si Iob eius magnitudinem ignoraret. finita autem sua responsione intelligitur expectasse, ut tertius amicorũ, scilicet Sophar, more solito, suo ordine responderet. sed quia ille, quasi conuictus tunc tacuit, Iob iterato, seruonem assumit, & per aliam rationem ostendit non esse cõtra diuinam prouidentiam, si mali in hoc mundo prosperantur, & boni aduersitates patiũtur, vnde dicitur; *Addidit quoque Iob*. postquam scilicet ei nullus respondebat; *Assumens parabolam suam*. quia scilicet, per similitudines loquebatur ad modũ parabolas inducentium. antequam autem propositum ostendat, se in amicorum sententiam nũquam transiturum esse denunciat. & ad huius firmitatem iuramentum præmittit: vnde subdit; *Et ait: Viuit Deus, qui abstulit iudicii meũ*. supposita, scilicet vestra sententia, qua asseritis ad iustitiam diuini iudicii pertinere, vt aduersitates præsentes non nisi peccatoribus inducat. & ideo ad exponendum in quo iudicium suum dixerit, subdit; *Et omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam*. idest qui absque culpa præcedente mihi aduersitates exteriores induxit, ex quibus amaritudinem in anima patior, nec tamen ab eius reuerentia & amore discedo, patet ex hoc quòd per ipsum iuro. inducit autem prædictum iuramentum ad hoc quod subditur; *Quia donec superest halitus in me*. idest, donec habebo uitam, quæ per respirationem conseruatur: & vt ostendat se vitæ beneficiũ a Deo recognoscere, subdit; *Et spiritus Dei in naribus meis*. respiratio enim præcipue fit per nares. nam respiratio quæ fit per os, non est adeo congrua, vt Aristoteles dicit in lib. de historiis animalium. respiratio ergo hominis, quæ principaliter in naribus posita est, hic spiritus Dei dicitur: quia hoc habet homo, vt viuendo possit respirare: & huic beneficio ipse non vult esse ingratus peccando: vnde subdit: *Non loquentur labia mea iniquitatem*. vt scilicet dicam, omnes qui aduersitatem patiuntur, esse iniquos. Nec lingua mea meditabitur mendacium. vt scilicet dicam hoc pertinere, ad diuinam iustitiam, ut iustorum merita præsenti prosperitate remuneret, & iniquorum peccata temporali aduersitate condemnet & quia amici Iob ista asserebant, subiungit; *Absit, a me ut iustos uos esse iudicem*. non enim poterat iustos eos iudicare, nisi eorum [illegible]stam sententiam approbaret, per quã a sua iustitia recederet: vnde subdit: *Donec deficiam*. scilicet per mortem: *Non recedam* idest propono non recedere; *Ab innocentia mea*. a qua scilicet recederem, si sanctos aduersitatem in hoc mundo patientes, uobiscum impios iudicarem, & sicut ab innocentia ad nocendum transferri non propono, ita nec iustitiẽ uiam defererei: vnde subdit; *Iustificationem meam*. quæ scilicet pertinet ad iustitiæ executionem: *Quam cepi tenere*. scilicet, nõ approbando hominem prosperitate, quam habet: nec condemnãdo pro aduersitate, quam patitur in hac vita. *Non deseram*. scilicet declinando in vestram sententiam. Solent autem qui semel peccauerunt, promores esse ad iterato peccandum, qui vero peccatorum sunt inexperti, difficilius ad peccata prolabuntur: vnde subdit: *Neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea*. quasi dicat, ideo confido quòd non recedam ab innocentia, nec iustitiam deseram, quia hoc per experientiam didici. non enim habeo conscientiam remordentem de aliquo graui quod commiserim in tota vita mea, vel aliter poterit continuari. quia enim dixerat se non recessurum ab innocentia sua, nec iustificationẽ, quam tenere ceperat, desertum, posset aliquis dicere, quòd ipse ante hoc neque innocentiam, neque iustitiam habuerat: sed ipse hoc excludit dicens; *Nec enim reprehendit me cor meum &c.* declinatem autem ab innocentia, & deserere iustitiã, si uobis fauerem, qui iniustitiam & impietatem sustineris, vnde subdit: *Sit ut impius inimicus meus*. inquantum scilicet, contra veritatem diuini iudicii loquitur: *Aduersarius meus, quasi iniquus*, inquãtum scilicet iniquã sententiam profert, mihi aduersando, dum dicit me impiũ esse, quia grauiter sum afflictus. His igitur præmissis pertinentibus ad amicorum suorum confutationem, & suę sententiæ firmitatem, accedit ad principale propositum, vt scilicet ostendat non esse contrarium diuinæ prouidentiæ, si mali in hoc mundo temporaliter prosperentur, & iusti temporaliter affligantur. & supra quidem hoc manifestauerat ex futuris præmiis & flagellis, quæ reseruantur bonis & malis post hanc vitã: nunc autem hic ostendit, ex debilitate bonorum temporalium, quæ mali possident in hac vita, & magnitudine bonorum spiritalium, quæ bonis conceduntur. Asserit ergo primo inutile esse peccatoribus, si in hac vita bona temporalia consequantur absque animę bonis: vnde dicit: *Quæ est enim spes hypocritæ, si auara rapiat*. idest si iniuste diuitias congreget; *Et non liberet Deus animam eius*. scilicet a peccato per gratiæ dona. i. q.d boni potest ex hoc consequi? & loquitur de hypocrita, scilicet simulatore, loco omnium peccatorum, quia simulata æquitas est duplex iniquitas. & hypocritæ tanquam falsarii virtutis, videntur maxime esse abhominabiles apud Dominũ, sicut infra. 36. dicitur, Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Ostendit aũt cõsequẽter eos duplici spe priuari, quarũ una est quam habent iusti de Deo, q̃ in tempore necessitatis eorum orationem exaudiat: sed hoc ab impiis excludit dicens: *Numquid Deus audiet clamorem eius, cum uenerit super illum angustia?* quasi dicat, non. & ratio huius assignatur Prouer. 1. Ex ore sapientiæ dicentis, Vocaui, & renuistis. & post pauca subdit. tunc scilicet, quando venit super eos angustia, inuocabunt me, & non exaudiam. & Prouer. 28. dicitur, Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius fiet execrabilis. secunda autem spes iustorum est, quòd non deficit eis temporalis consolatio in tempore tribulationis: fruuntur delectatione diuina, & delectantur in laude ipsius, sed hoc ab impiis excludit subdens; *Aut poterit in omnipotente delectari?* quem. non diligere in operibus comprobatur: *Et inuocare Deum omni tempore?* ex magna enim delectatione Dei prouenit, quòd semper sit in aliquorum ore laus Dei. & quia ostenderat parum valere bona temporalia, quæ impii possident, sine spe iustorum, quam sancti habent, ostendit consequenter temporalia bona, quæ interdum impii possident, fragilia esse: & ad assertionem eorum quæ dicturus est, duo præmittit, primo quidem quòd ea, quæ dicturus est, sapientiæ diuinæ conueniunt: vnde dicit: *Docebo uos per manum Dei*. idest per virtutem ipsius: *Quæ omnipotens habeat*. scilicet in sua sapientia quasi certum. *Nec abscondam*. quæ scilicet, Deo instruente me, didici. secundo ostendit, quòd ea quæ dicturus est, tam sunt manifesta, vt etiam ipsi ea ignorare non possint: vnde subdit: *Ecce uos omnes nosstis*. scilicet uera esse

CAPITIS XXVII.

LECTIO I.

ADDIDIT quoque Iob, assumẽs parabolã suam, & dixit. Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum: & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meã. Quia donec superest halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, non loquẽtur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me, vt iustos uos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Iustificationem meam, quam cepi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni uita mea. Sit ut impius inimicus meus: & aduersarius meus quasi iniquus. Quæ est enim spes hypocritæ, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum uenerit, super eum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? Docebo uos per manum Dei, quæ omnipotens habeat, nec abscondam. Ecce uos omnes nostis, & quid sine causa vana loquimini? Hæc est pars hominis impii apud Deum, & hæreditas uiolentorum quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt: & nepotes eius non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu: & viduæ illius non plorabũt. Si cõportauerit quasi terra argentum: & sicut lutum præparauerit uestimenta: Præparabit quidem, sed iustus uestietur illis: & argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tinea domum suã, & sicut custos fecit umbraculum. Diues cum dormierit nihil secum afferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas. Tollet eum ventus vrens & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum & non parcet: & de manu eius fugiens, fugiet. Stringet super eum manus suas: & sibilabit super illum intuens locum eius.

esse, quæ dicturus sum: & ideo mirũ est, quòd tam irrationabiliter contra veritatem manifestam loquimini, & hoc est quod subdit; *Et ut quid sine causa uana loquimini?* idest, ea quæ rationis fulcimentum non habẽt. solent enim homines hebetes cum cognoscant præmissa, non aduertere, quid ex eis sequatur. Est autem cõsiderãdum, quòd cum Deus sit creator omnium & gubernator, omnes ab eo suscipiũt aliquid, quasi hæreditatem suam a patre. mali autem homines quasi suam partem, & suam hæreditatem a Deo accipiunt bona temporalia huius mundi: vnde ex eorum persona dicitur: Hæc pars vestra & hæc est sors. econuerso autẽ boni percipiunt quasi suam partem, & hæreditatem spiritalia bona, secũdum illud Psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. describens ergo, quàm fragilis sit & caduca pars impiorum, quam in rebus temporalibus accipiunt, dicit: *Hæc est pars impij apud Deum*. idest, tale est, quòd eis in sorte venit, dum bonis spiritalia, & eis temporalia distribuuntur; *Et hæreditas uiolentorum*. idest iniuste acquirentium temporalia bona: *Quam ab omnipotente suscipiant*. eo scilicet permittente, & facultatem præbente, sicut supra 22. dictum est: Cum ille impleuisset domos eorum bonis. Ostendit autem, hanc partem sine hæreditatem esse caducam: primo quidem, quãtum ad hoc, quod frequenter circa impiorum prolem accidit, quod tamen inter temporalia bona potissimum reputatur. contingit autẽ quandoque quòd impiorum filii, qui in hoc mundo prosperati sunt, occiduntur: vnde dicit: *Si multiplicati fuerint filij eius*. quod scilicet ad magnam prosperitatem computabatur. *In gladio erunt*. idest occidentur. & quàmuis raro contingat, quòd diuitum filii ad magnam paupertatem deueniant, tamen hoc circa nepotes & posteros frequenter contingit. vnde subdit; *Et nepotes eius non saturabuntur pane*. scilicet propter inopiam. quãtum autẽ ad alios familiares eius, subdit; *Qui reliqui fuerunt ex eo* scilicet domestici & amici; *Sepelientur in interitu*. idest absque solemnitate quasi occisi. vnde & quantum ad vxores subdit; *Et uiduæ illius non plorabunt*. quod scilicet, fieri solet in solemnibus sepulturis. Sicut ergo fragilis est & caduca eorum felicitas, quantum ad filios & amicos, ita etiam quantum ad diuitias possessas, inter quas, quædam sunt diuitiæ artificiales, scilicet pecunia, quæ est adinuenta quasi mensura commutationis rerum, ut Philosophus dicit: & quantum ad hoc, subdit: *Si cõportauerit quasi terram argentum*. idest, si tantam copiam pecuniæ acquirat, quãta habetur terra. Aliæ uero sunt diuitiæ naturales, quæ scilicet hominum naturali necessitati subueniunt, sicut panis & vinum, & uestimenta, & alia huiusmodi, & quantum ad hoc subdit: *Et sicut lutum præparauerit uestimenta*. ut scilicet, tãtam eorum copiam habeat, quantam & luti; *Præparabit quidem*. idett habuit solicitudinem in præparando, alius tamen habebit fructum, & quandoque bonus, qui circa hoc non solicitatur; vnde subdit: *Sed iustus uestietur illis*. scilicet vestimentis ad suam necessitatem: *Et argentum innocens diuidet*. idett distribuet, & dabit pauperibus. non reseruabit coaceruatum, quod contra innocentiam esset. pertinet etiam ad prosperitatem terrenam spatiositas domorum, sed etiam hoc ostendit esse caducum propter duo, primo quidem, quia quandoque sibi domum ędificat per violentiam in loco alieno, a qua depellitur. vnde subdit: *Aedificauit sicut tinea domum suam*. quæ scilicet corrodendo vestem alienam præparat sibi locum, a quo, excussa veste, deiicitur. Alio modo, quia etsi in solo proprio domũ ędificet, non tamen est sibi datum, ut diu illius possessionis curam & dominium habeat, sed ad modicum tempus, vnde subdit; *Et sicut custos* scilicet vineæ: *Fecit umbraculum*. quod scilicet deiicitur finito tempore custodiæ eius. Quomodo autem acquisita bona amittat, ostendit, subdens; *Diues cum dormierit*. idest cum mortuus fuerit: *Nihil ex his quæ possidet secum auferet*. scilicet in alia vita: *Aperiet oculos suos*. scilicet in resurrectione; *Et nihil inueniet*. quia scilicet, non reuertetur ad temporalia bona possidenda. quandoque & in hac vita subito ea perdit, ad modum, quo pluuia subito homini superuenit, vnde subdit; *Apprehendet eum quasi aqua*. scilicet pluuialis. *Inopia*. idest subito superueniet ei. & quãmuis pluuia in die aliqualiter præuideri possit, in nocte tamen omnino præoccupat hominem; vnde subdit; *Nocte opprimet eum tempestas*. scilicet aduersitatis, idest omnino ex improuiso. Vltimo autem ostendit fragilitatem mundanæ prosperitatis, quantum ad ipsam personam hominis, quæ quandoque perit per aliquam febrem, vel per aliquam persecutionem, & quantum ad hoc subdit; *Tollet eum uentus urens*. idest occidet eum; *Et auferet*. scilicet a societate viuentium; & hoc fiet subito, & ex improuiso: vnde sequitur; *Velut turbo rapiet eum de loco suo*. idest violenter & absque mora, quandoque vero non ab interiori infirmitate, sed ab exteriori persecutione occiditur, vnde subdit; *Et mittet*. scilicet Deus: *Super eum*. aliquem persecutorẽ, qui potentior eo sit, cui nõ possit resistere: *Et non parcet*. ipse scilicet persecutor: vnde ipse impius; *De manu eius*. idest de potestate eius; *Fugiens fugiet*, vel per mortem, vel postquam occiderit, non habet amplius quid faciat. eo autem mortuo, amicis eius remanet stupor & luctus: vnde subdit; *Stringes super illum manus suas*. quasi præ stupore: *Et sibilabit super illum*, quasi compatiens ei: *Intuens locum eius*. idest considerans eius pristinam dignitatem.

Stringet super eum manus suas: & sibilabit super illum intuens locum eius.

CAPITIS XXVIII.

LECTIO I.

HABET argentum uenarũ suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Tempus posuit tenebris: & uniuersorum finem ipse considerat: lapidem quoque caliginis & umbram mortis. Diuidit torrens a populo peregrinante eos, quos oblitus est pes egentis hominis & inuios. Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Locus saphiri lapides eius: & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est

LECTIO PRIMA.

SVPRA Iob ostenderat quàm fragilis, & caduca sit pars impiorum, quam a Deo recipiunt: nunc autem ostendere intendit econtrario dignitatem spiritalis boni, quod homines iusti a Deo percipiunt etiam in hoc mundo, quod quidem spiritale bonum sub sapientia comprehendit, & ideo intendit præferre sapientiam omnibus corporalibus rebus, & quantum ad originẽ, & quantum ad pretiositatem & incipit primo ostendere, quòd omnia, quæ in rebus corporalibus pretiosa videntur, habent in certis locis originem, & incipit a metallis, quæ apud homines pretiosa habentur. Est autem considerandum, quòd metalla generãtur ex vaporibus humidis resolutis a terra per virtutem solis, & aliarum stellarum, & in terra retentorum; vnde & metalla ductibilia & liquabilia sunt, sicut econtrario lapides & alia huiusmodi quæ non molliuntur neque funduntur, generãtur ex sicca exhalatione intra terram retenta. Diuersificantur autem metallorum species secundum maiorem vel minorem puritatẽ vaporis resoluti, & secundum differentiam caloris digerentis, inter quæ aurum videtur purissimum, & post hoc argẽtum, & sub hoc æs, infimum autem ferrum: & secundum maiorem vel minorem puritatem, metalla vt plurimum habent diuersas origines: quia ergo aurum est purissimum, inuenitur ut plurimum generatum in sua puritate inter arenas fluminum propter multitudinem euaporationis, & caliditatem arenæ. Argentum autem inuenitur ut plurimum in quibusdam uenis terræ, vel etiam lapidum; æs autem inuenitur ut incorporatum lapidibus, ferrum autem quasi in terra fæculẽta, nondum perfectam digestionem habente, ut sit peruentum vsque ad generationem lapidis. Enumerans ergo diuersa metallorum loca, dicit: *Habet argentum uenarum suarum principia*. scilicet in aliquibus determinatis locis; ex quibus tales uapores resoluuntur, qui sint apti ad generationem argenti: & sic dum miscentur terræ, vel lapidi prædicti uapores, efficiuntur ibi venæ argenteæ. quantum autem ad aurum subdit; *Et auro locus est in quo conflatur*. quia scilicet ex multis arenis colliguntur quædam granula auri, quæ in unum ligantur: quod quidem non fit in omni loco, sed in aliquo loco determinato, in quo concurrit debita proportio uirtutis actiuæ ad materiam proportionatam tali speciei. deinde quantum ad ferrum, subdit; *Ferrum de terra tollitur*. scilicet, quia in terra quasi indigesta inuenitur. deinde quantum ad æs dicit; *Et lapis*. cui scilicet vapor proportionatur, naturæ eius permiscetur: *Solutus calore*. scilicet ignis uehemẽtis. *In æs uertitur*. dum. scilicet quod est ibi de natura æris, per calorẽ ignis eliquatur. Deinde prosequitur de aliis rebus, que habent determinatũ tempus & locum ex dispositione diuina, vnde diuinæ cognitioni subiacent, pluraque ipsorũ, quæ ab hominibus sunt occulta. occultantur autem a nobis & sol, & alia multa per tenebras noctis, sed hoc fit per dispositionẽ diuinã: vnde dicit; *Tempus posuit tenebris*. occultãtur etiã quædam a nobis per eorum corruptionem dũ resoluũtur in sua principia, quę Deo sunt nota, nobis autem occulta: vnde subdit;

Et uni-

Lib. 8. ca. 2.

Polit. lib. 1. cap. 6.

Et uniuersorum finem ipse considerat. idest terminum resolutionis rerum, inueniuntur etiam quædam ab hominibus occulta propter locum inuium, sicut quandoque sunt quidam montes inaccessibiles, in quibus sunt quædam inuisa hominibus: & quantum ad hoc subdit; *Lapidem quoque caliginis.* idest aliquam rupẽ alicuius excelsi montis, quæ quasi semper caligine nebularũ obtegitur: *Et umbram mortis.* idest, aliquem locum umbrosum inter conualles montium, ad quæ vitalis calor solis nunquam pertingit: *Diuidit torrens a populo peregrinante.* solent enim in radicibus quorundam montiũ defluere innumerabiles torrentes, ita quòd, ex vna parte torrentis est uia per quam peregrini trãseunt, & ad aliam partem ripæ non patet accessus. Contingit autem quandoque, quòd in huiusmodi inaccessibilibus locis, aliqui rari homines habitant, ad quos etiam pauperes qui omnia circumeunt, accedere non possunt propter accessus difficultatẽ: vnde subdit: *Et torrens diuidit a populo peregrinante eos.* scilicet homines. *Quos*; in locis inaccessibilibus habitantes. *Oblitus est pes egentis hominis.* vt scilicet ad eos non accedat. *Et inuios.* idest, propter hoc quòd ad eos via non patet. Sunt etiam quædam loca non propter situ, sed propter aliqua accidentia inaccessibilia, puta, quia per aliquam alterationem subuertuntur, vt legitur Gen. 19. de Sodoma & Gommora. vnde subdit; *Terra de qua oriebatur panis in loco suo.* idest, quasi in proprio & conuenienti loco: *Ignis subuersa est.* scilicet subuersionis eius causa ex superabundantia caloris procedit. Calore autem superabũdante, sequitur quòd resolutiones tam siccæ quàm humidæ ad magnam digestionem perueniant, vt exinde generentur aliqua pretiosa, puta lapides vel metalla. vnde quantum ad lapides pretiosos, qui generantur ab exhalatione sicca, subdit; *Locus sapphiri lapides eius.* scilicet terræ subuersæ igni. Quantum autem ad pretiosa metalla, quæ generantur ex vaporatione humida, subdit; *Et glebæ illius aurum.* huiusmodi autem loca sic subuersa propter corruptionem aeris et abundantia sulphuris, non solum homines vitant, sed etiam animalia bruta. vnde primo quantum ad aues, de quibus minus videtur, dicit; *Semitam.* scilicet illius terræ: *Ignorauit auis.* quia scilicet super eam volare nõ audet, propter aeris corruptionem, nec etiam appropinquare: vnde subdit: *Nec intuitus est.* scilicet eam; *Oculus vulturis.* qui tamen valde a remotis solet videre. vel potest aliter exponi; *Terra illa ignorauit.* idest, non exposita ad semitam auis; quasi scilicet nec auis per eam transit. Nec intuitus est. scilicet aliquis in terra illa oculos vulturis. Deinde quantum ad homines dicit: *Non calcauerunt eam filij institorum*, idest mercatorum, qui tamen difficilia loca solent adire ad lucrandũ. Deinde quantum ad quadrupedia subdit: *Nec pertransibit per eam leæna.* quæ siluestria loca inhabitat. hæc autem quamuis hominibus sint occulta, Deum tamen non latent, qui & in montibus & in fluminibus suam virtutem exercet: vnde subdit: *Ad silicem.* idest ad montes lapidosos: *Extendit manum.* idest potestatem suam: & hoc in duobus effectibus manifestat: primo per hoc quòd montes quãdoque funditus diruunt, & hoc est quod subdit; *Subuertit a radicibus montes.* Secundum autem est quod inter medium montium pertranseunt aquæ, quasi diuina virtute esset eis via excisa a Deo in petris: vnde subdit: *In petris riuos excidit.* idest meatus riuorum. & sicut potentia sua se extendit ad omnia magnifica facienda, ita eius sapientia se extendit ad omnia pretiosa cognoscenda: vnde subdit: *Et omne pretiosum uidit oculus eius.* si enim ipse montes potest subuertere, si potest petras excidere, & similem potestatem exercere in totam terram, conueniens est, quòd pretiosa videat quæ ibi latent, quamuis oculus hominis ea uidere non possit, & non solum ea quæ latent in terris oculus eius videt, sed; *Profunda quoque fluuiorum scrutatus est.* idest, ea quæ in profundis fluuiorum latent, ita perfecte cognoscit, sicut si ea scrutaretur: & hoc signum est, quia: *Abscondita produxit in lucem:* ad manifestationem hominum:

eam oculus vulturis. Non calcauerunt eam filii institorum, nec pertransiuit per eam leæna. Ad silicem extendit manum suam: subuertit a radicibus montes. In petris riuos excidit, & omne pretiosum uidit oculus eius. Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita produxit in lucem.

LECTIO II.

SAPIENTIA vero ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Abyssus dicit, non est in me: & mare loquitur, non est mecum. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus: nec lapidi Sardonico pretiosissimo, vel sapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel uitrum: nec commutabuntur pro ea uasa auri. Excelsa & eminentia non commemorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia: nec tincturæ mundissimæ componentur. Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium uiuentium: uolucres quoque cæli latet. Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt, respicit. Qui fecit uentis pondus, & aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluuiis legem, & uiam procellis sonãtibus: Tunc vidit illam & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit. Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapiẽtia: & recedere a malo, intelligentia.

LECTIO II.

QVIA ostenderat, omnia pretiosa, quæ in corporalibus inueniũtur, determinatis locis cõtineri, quæ si ignota sint hominibus, sunt tamen cognita Deo: ad ostendendũ eminentiam sapientiæ, primo inducit, quòd determinato loco non continetur vnde dicit; *Sapientia uero ubi inuenitur?* quasi dicat, nullo corporeo loco concluditur: quia nõ est aliquid corporale, ea uero quæ sunt in corporibus pretiosa, non solum ipsa, sed & eorum principia locis corporalibus concluduntur. sed hoc de sapiẽtia Dei non potest dici: vnde subdit; *Et quis est locus intelligẽtiæ?* intellectus enim est principium scientiæ & sapientiæ. sicut autem sapientia non concluditur loco, ita etiam nec intelligentia, quæ est principiũ eius. Secundo, ostendit dignitatem sapientiæ, eo quòd pretio æstimari non potest: vnde subdit: *Nescit homo pretium eius.* idest, nihil quod homo cognoscat, est sufficiens sapientiæ pretium. vtrunque autem præmissorum per consequentia manifestat: & primo quidem quod dixerat, sapientiam in loco determinato non inuenirı. inueniuntur autem quæ apud homines pretiosa reputantur, partim quidem apud homines deliciosos, qui pretiosa lapidum, & metallorum congregare nituntur, sed in talibus non inuenitur sapientia: vnde subdit: *Nec inuenitur in terra suauiter uiuentium.* idest deliciosorum, quia ipsi maxime a sapientiæ perceptione impediuntur, cor habentes deliciis occupatum. partim autem inueniuntur huiusmodi pretiosa corporalia in aliquibus profunditatibus obscuris: sed non est ita de sapientia: vnde subdit; *Abyssus dicit, non est in me.* quòd scilicet ea quæ in absconditis profundorum latent, maxime sapientiæ humanæ sunt abscondita. Partim autem inueniuntur in mari: tum quia ibi generantur, sicut margaritæ in conchis marinis, siue quia ibi depereunt in nauibus ibi submersis, sed non est ita de sapientia, tũ etiam quia per mare solent huiusmodi pretiosa de loco ad locũ portari: vnde subdit: *Et mare loquitur*, non est mecum. quinimo, ea quæ sunt in mari, maxime latent sapientiam humanam. Deinde manifestat id quod dixerat de hoc, quod sapiẽtia pretio æstimari non potest, & enumerat ea quæ sunt apud homines pretiosissima, dicens; *Non dabitur aurum obrizum.* idest, purissimum. *Pro ea.* quia nullo auro potest pretium sapientiæ æstimari. post aurũ autẽ inter cætera pretiosius reputatur argẽtũ, de quo subdit. *Nec appendetur argentum in commutatione eius.* sunt etiam præter metalla pretiosissimi lapides diuersorum colorum, qui maxime inueniuntur in India: de quibus subdit ur; *Non conferetur.* idest, non comparabitur sapientiæ: *Tinctis Indiæ coloribus.* idest lapidibus pretiosis, diuersis coloribus naturaliter in India tinctis. & subiungit de quibusdam pretiosis lapidibus, qui etiam in aliis terris inueniuntur: vnde subdit; *Nec lapidi Sardonico pretiosissimo.* qui scilicet est compositus ex duobus lapidibus, scilicet ex Sardio, qui est rubei coloris, accendens animum ad gaudium, & acuens ingenium: & Onichino, qui ab eo ligatur, quasi habens quasdam noxias uirtutes, scilicet excitandi tristitias & timores; cuius nocumentum refrænatur per Sardium: vnde proprietatẽ habere dicitur, quòd luxuriam depellat, hominem casum & pudicum reddens: vnde & pretiosissimus nominatur. subdit autem; *Et sapphiro.* qui est cælestis coloris, qui etiam pretiosus est propter multas virtutes quas habet; nec refert quòd aliqui

aliqui alii lapides pretiosiores sunt, quia pretia lapidum non sunt eadem, nec in omnibus locis, nec in omnibus temporibus. subdit autem de iis qui hanc habent pretiositatem ex pulchritudine, dicens; *Non adæquabitur ei aurum.* quod habet pulchritudinem ex splendore: vel uitrum, quod habet pulchritudinem ex perspicuitate, quamuis non sit prẽcellens pretii æstimatione. subdit autem de iis quæ habent pulchritudinẽ ex artificio, cum dicit: *Non commutabuntur pro ea uasa auri excelsa.* scilicet quantitate: *Et eminentia.* scilicet in cõparatione, & sicut non possunt pro sapientia commutari, ita etiam omnia prædicta nihil reputantur in comparatione ad sapientiam: vnde subdit; *Nec commemorabuntur in comparatione eius.* idest, non est dignum quòd vel memoria de his habeatur, cum sit de excellentia sapientiæ mentio, & quia dixerat quædam corporalia esse occulta, & ob hoc pretiosa reputantur, consequẽter ostendit quòd hæc etiam pretiositas sapientiæ deest, cum subdit; *Trahitur autem sapientia de occultis.* Est enim humanæ sapientiæ origo occulta dupliciter. Vno modo ex parte intellectualis luminis, quod deriuatur ad nos ab occultissima omni causa, scilicet a Deo. Alio modo ex parte rerum cognitarum, quare occultas proprietates & essentias sapientia inquirit, & ex his in diuinorum cognitionem ascendit, quæ maxime sapientiæ appropriatur. vnde concludit quòd neque ratione præciositatis, neque ratione occultationis aliquid potest ei comparari, neque in lapidibus prætiosis. vnde subdit: *Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia.* qui sic vocatur a loco primeuæ suæ inuentionis: vel quia in colore auri similitudinem prætendit. Quãtum autem ad pretiosas vestes, subdit; *Nec tincturæ mundissimæ.* idest cuiuscunque panni serici vel lanei: *Componentur.* idest comparabuntur sapientiæ. quia ergo sapientiam incomparabilem dixerat, & occultam habere originem, inquirit, vnde sit eius principium, cum subdit; *Vnde ergo sapientia uenit?* & vnde deriuatur; *Et quis est locus intelligentiæ?* a quo principio homines lumen intellectus participãt. Ostẽdit autem hoc principium excedere omnem cognitionem humanam: vnde subdit; *Abscondita est ab oculis omnium uiuentium.* quia fons sapientiæ est verbum Dei in excelsis. vt dicitur Eccl. 1. Fuerunt aliqui auguriorum sectatores, qui traderẽt quasdam aues augurales, quendam effectum sapientiæ participare supra homines, inquantum scilicet, ex eis ad homines peruenire credebant cognitionem futurorum: sed quòd sapientia hanc coniectura excedat, ostendit subdens; *Volucres quoque cæli latet.* per quod potest intelligi quòd origo sapientiæ excedit cælestia corpora, a quibus huiusmodi aues mouentur. Sunt etiam aliqui, qui a mortuis futurorum cognitionẽ exquirerẽt: sed nec hoc attingit ad sapientiæ originem: unde subdit; *Perditio & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus famam eius.* & recte famam sapientiæ morti & perditioni attribuit, quia perditio & mors important recessum & elongationem a bonis, quæ sapientiam cõsequuntur. Possunt tamen tria prædicta secũdum metaphoram, ad tria rationalis creaturæ pertinere, ut quod dicit: *Abscondita est ab oculis omnium uiuentium*, referatur ad homines, quod uero subdit: *Volucres cæli latet*, referatur ad angelos, quod uero additur; *Perditio & mors dixerunt audiuimus famam eius*, referatur ad dæmones, qui a Deo damnabiliter elõgati, a remotis quasi ex sola fama diuinæ sapientiæ notitiam habent. Vt ergo ostendat sapientiæ radicem, subdit; *Deus intelligit uiam eius.* idest totum sapientiæ processum, dum & ipse est, & origo sapientiæ, & locus intelligentiæ: & quia ipse seipsum perfecte nouit, ideo subdit: *Et ipse nouit locum illius.* idest seipsum in quo plene sapientia inuenitur sicut in prima origine. deriuatur autem sapientia ab ipso in omnes creaturas, quæ per Dei sapientiam fiunt, sicut ars deriuatur a mente artificis in opera eius: unde dicitur Eccle. 1. quòd Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. vnde etiam ipsa uniuersitas creaturarum est quasi quidam sapientiæ secundarius locus. & ideo ad ostendendum quòd Deus cognoscit sapientiæ locum, subiungit, quòd ipse cognoscit uniuersitatem creaturarum. Primo quidem hoc ostendit quantum ad extremas creaturas super quibus aliæ continentur: vnde subdit: *Ipse enim fines mundi intuetur*, idest excellentiores creaturæ, in quibus ordo creaturarum terminatur ab inferioribus ascendendo, sicut sunt cælestia corpora, & cælestes spiritus, deinde hoc ostendit, quantum ad alias creaturas sup eis contentas, sicut sunt elementa. vnde subdit; *Et omnia quæ sub cælo sunt respicit.* Et ne aliquis crederet, quòd notitiam rei habeat a rebus acceptam sicut nos habemus, ostendit consequenter quòd cognoscit res sine omni causa: vnde subdit, quantum ad quasdam creaturas, scilicet uentos & pluuias: *Qui fecit uentis pondus.* idest, dedit eis inclinationẽ motus, ut scilicet, quandoque mouean tur ad hanc partem, quandoque ad illam. Deinde loquitur de pluuiis, & primo quidem secundum quòd sunt uaporabiliter eleuatæ in nubibus: vnde subdit; *Et aquas.* scilicet uaporales: *Appendit*, idest, appendas tenet in aere. *Et hoc in mensura.* ne scilicet, si superexcederent, omnia submergerent: aut si plus debito diminuerentur, omnia siccarentur. Secundo, quantum ad ipsam generationem pluuiarum, cum dicit; *Quando ponebat pluuiis legem.* ut scilicet certis temporibus & locis descenderent. Tertio, quantum ad effectum, præcipue in mari, quod maxime ex immutatione aeris commouetur, unde subdit; *Et uiam.* scilicet, ponebat: *Procellis.* scilicet marinis: *Sonantibus.* scilicet ex magna commotione; quia & huiusmodi procellæ certis temporibus, & secundum certam quantitatem consurgunt. quia vero ex ipsis creaturis sapientiam non acquirit sicut nos, sed potius ex sua sapientia creaturas produxit, ideo subiungit; *Tunc.* scilicet, quando creaturas faciebat: *Vidit illam.* idest sapientiam. *In seipso.* inquantum per actualem suæ sapientiæ cõsideationem res in esse produxit: ab ipso autem sapientia deriuata est primo quidem ad angelos, qui facti sunt participes sapientiæ diuinæ, & quantum ad hoc dicit; *Et enarrauit.* sapientiam suam eis manifestando. secundo vero ad vniuersitatem creaturarum, eam per suam sapientiam disponendo: & ad hoc pertinet quod subdit: *Et præparauit.* scilicet in sapientia sua orbem terrarum. tertio, quantum ad homines, qui non per simplicem apprehensionem percipiunt sapientiam veritatis, sicut angeli, quibus enarratur, sed per inquisitionem rationis ad eam perueniunt: vnde subdit; *Et inuestigauit.* idest homines eam inuestigare fecit; & hoc est quod subdit: *Et dixit homini.* scilicet per interiorem inspirationem illuminando ipsum, & sapientiam communicando: *Ecce timor Domini.* quem scilicet principaliter tibi do; *Ipse est sapientia*, quia per timorem Domini, homo Deo inhæret, in quo est vera sapientia hominis, sicut in altissima omni causa; *Recedere a malo.* idest a peccato, quo homo amittit Deum; *Est intelligentia.* quia scilicet, intelligentia præcipue ad hoc homini est necessaria, vt per intelligentiam discernat mala a bonis: quibus euitatis, per executionem bonorum operum ad sapientiæ diuinæ participationem perueniat. sic ergo, quia timor Domini est sapientia, & recedere a malo est intelligentia, consequens est, quòd iusti, qui Deum *timent*, & *recedunt a malo*, habeant sapientiam & intelligentiam, quæ præferuntur omnibus bonis terrenis, quæ mali homines possident, & sic manifestum est, quòd in hoc saluatur ratio prouidentiæ diuinæ, quòd iustis dantur bona spiritalia, tanquam meliora; malis autem bona temporalia, tanquam caduca.

CAPITIS XXIX.

LECTIO I.

DIDIT quoque Iob, assumẽs parabolã suã, & dixit. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mẽses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secrete Deus erat in tabernaculo meo. Quãdo erat omnipotens mecũ, & in circuitu meo pueri mei. Quan-

LECTIO PRIMA.

QVIA Iob in præmissis uerbis in vniuersali ostenderat rationem, ex qua euidenter apparet, non esse contra diuinam iustitiam, quòd mali prosperantur, & boni interdum in hoc mũdo temporali prosperitate carent, quibus conceduntur maiora, s. spiritalia bona, manifestat hoc in seipso, quasi in exemplo intẽdens eorum confutare sententiam, etiam quantum ad hoc, quod asserebãt, eũ pro peccato aduersitates passum. Et primo commemorat prosperitatem præteritam, qua virtuose vtebatur, & deinde magnitudinem aduersitatis in quã inciderat, & ad vltimũ multipliciter suã innocentiã demonstrat. Datur aũt intelligi, q̃ sicut postquã satisfecerat verbis Baldath, Sophar tacente processerit ad suũ propositũ ostẽdendũ, ita etiã manifestato proposito, expectauit si aliquis aliorũ loqueretur. omnibus aũt tacentibus, ipse iterato sermonẽ resumpsit, vnde dicit; *Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam.* quia scilicet metaphorice locuturus erat: *Et dixit, Quis mihi tribuat.* quod ponitur ad desiderium

designandum, magis quàm ad petitionem formandum; *Vt sim iuxta menses pristinos.* idest, ut in prosperitate uiuam sicut olim. & quia hanc prosperitatem non fortunæ neque suis viribus, sed diuino attribuebat auxilio, subdit: *Secundum dies quibus Deus custodiebat me.* etiam promouendo dirigebat ad bona, in quibusdam quidem producendo ad bonos effectus etiam supra meam intentionem, & hoc est quod dicit: *Quando splendebat lucerna eius.* scilicet prouidentia ipsius; *Super caput meum.* idest mentem meam, dirigens in multa bona, ad quæ mens mea non attingebat, in quibusdam vero dirigebatur a Deo quasi ab eo instructus de iis quæ erant agenda: vnde subdit: *Et ad lumen eius.* idest, ad instructionem ipsius: *Ambulabam.* id est procedebam: *In tenebris.* idest in dubiis, & ut non attribuatur hoc merito iustitiæ præcedentis, subiungit; *Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ.* quando scilicet, adhuc non potueram tantam prosperitatem promereri. Deinde seriatim exponit bona status præteriti, & incipit quasi a principio a familiaritate diuina, quam in oratione & contemplatione percipiebat, vnde dicit: *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo.* idest Dei præsentiam sentiebam, dum secreto in tabernaculo meo orabã & meditabar, quod pertinet ad contemplationem. Quantum vero ad actionem subdit, quando erat omnipotens mecum. quasi scilicet, mihi cooperans ad bene agendum. Deinde describit prosperitatem suam ex parte prolis, cum subdit; *Cum circuitu meo pueri mei.* adolescentis. n. patris filios pueros esse oportet. Vlterius autem procedit ad affluentiam rerum, quæ pertinent ad vsum vitæ, cum subdit; *Quando lauabam pedes meos butyro.* apud antiquos enim diuitiæ præcipue in pecudibus erant: a quibus propter hoc secundum August. Pecunia nominatur: inter fructus autem pecudum, pretiosior videtur esse butyrum, quod est lactis pinguedo, cuius affluentiam parabolice designat per pedum lotionem, puta si aliquis diceret, se tantum sibi abundare aliquem prætiosum liquorem, vsque ad pedum lotionem: & sicut butyrum videtur esse pretiosius inter fructus animalium, ita etiam oleum inter fructus terrarum. Solent autem oliuæ optimum oleum habentes in locis lapidosis & arenosis esse: vnde subdit: *Et petra fundebat mihi riuos olei.* per quod abundantiam designat, & fructus bonitatem. Deinde exponit magnitudinem pristinæ gloriæ, cum subdit; *Quando procedebam ad portam ciuitatis.* per quod datur intelligere, se habuisse auctoritatem iudicãdi, quia apud antiquos iudicia exercebantur in portis. & vt ostenderet se non fuisse quasi vnum ex pedaneis iudicibus, subdit, *Et in platea parabant cathedram mihi.* ut per hoc ostendatur singularis dignitatis fuisse. Ostẽdit autem cõsequenter authoritatem sui iudicii, primo quidem per signum acceptum ex parte iuuenum, cum dicit; *Videbant me iuuenes.* qui scilicet solent esse ad peccata proclíues: *Et abscondebantur.* quasi scilicet meum iudicium formidantes. Secundo, quantum ad senes, cum subdit: *Et senes assurgentes stabant.* quasi scilicet meo iudicio subiecti. habebat enim authoritatem non solum ad iudicandum iuuenes, sed etiam senes. Tertio, quantum ad ciuitatum rectores, qui eius iudicio reuerentiã exhibebant. primo quidem quantum ad hoc quòd verba inchoata dimittebant, dum ille loqui uolebat. vnde subdit; *Principes cessabant loqui.* Secundo, quia eo loquente, ipsum interrumpere non audebant: vnde subdit; *Et digitum superponebant ori suo.* Tertio, quantum ad duces bellorum, qui solent audaciores esse & promptiores ad loquendum, qui tamen coram eo præsumptuose & tumultuose loqui non audebant, vnde subdit; *Vocem suam cohibebant duces.* scilicet plane & humiliter loquendo, & quandoque intantum stupebant, quòd loqui penitus non auderent: vnde subdit; *Et lingua eorum gutturi suo adhærebat.* quasi loqui non valerent. & quia solent homines tam rigidæ authoritatis a populo potius timeri, quàm amari, ostendit se populo amabilem fuisse, quia ad magnanimum pertinet, vt apud magnos authoritatem seruet, & tamen minoribus condescendat: vnde subdit; *Auris audiens.* scilicet ab aliis recitari, scilicet meam gloriam, vel mea iudicia non odiebat, nec inuidebat; *Sed beatificabat me*, idest beatum me reputabat, & beatitudinẽ mihi optabat: & hoc pertinet ad absentes. Quantum autem ad præsentes subdit; *Et oculus videns.* scilicet meam gloriam & iudicia. *Testimonium.* scilicet de virtute: *Reddebat mihi.* s. apud alios: & hoc propter opera misericordiæ quæ exercebam: & hoc primo ostendit, quantum ad pauperes: vnde subdit; *Eo quòd liberassem.* iscilicet de manu opprimẽtis: *Pauperem vociferantem.* idest conquerẽtem. Secundo, quãtum ad pupillos: vnde subdit; *Et pupillum cui non erat adiutor.* scilicet amisso patre. Tertio, quantum ad homines in periculis existentes: vnde subdit; *Benedictio perituri super me veniebat.* idest, ille qui in periculis erat, per me adiutus, mihi benedicebat. Quarto, quantum ad viduas: vnde subdit; *Et cor viduæ consolatus sum.* quæ scilicet solatium viri amiserat. non autem sic in iudicio aliquibus miserendum, quòd iustitia relinquatur: vnde subdit; *Iustitia indutus sum.* idest, undique in processibus meis iustitia apparuit. vestimento enim homo vndique circundatur. & vt ostendat se non esse coactum, sed voluntate fecisse iustitiam, subdit; *Et vestiui me.* quasi propria spõte iustitiam; *Sicut vestimento.* scilicet undique protegens & ornans. sicut autem in concertatione bellorum victoribus datur corona, ita etiam & index, cum per iudicium suum iustitiæ victoriam tribuit, coronam meretur: vnde subdit; *Et diademate iudicio meo.* ac si dicat, indutus sum iudicio meo sicut diademate: & vt ostendat, qualiter simul cum iustitia potuerit misericordiam conseruare, subdit; *Oculus fui cæco.* idest instruxi simplices, qualiter in negotiis suis procederent, ne per ignorantiam detrimentum paterentur: & quia non solum ignorantibus dabat consilium, sed etiam impotentibus præbebat auxilium, subdit; *Et pes claudo.* idest, illi, qui non poterat procedere in suo negotio, auxilium dedi, vt posset procedere. tuebatur etiam illos qui tutela carebant: vnde subdit; *Pater eram pauperum.* scilicet eos protegendo & fouendo. contingit autem quandoque, quòd simplices & impotentes & pauperes aliqui per fraudulentiam calumniose læduntur: sed contra hoc adhibebat diligentem solicitudinem, vt calumniosos processus malignorum excluderet: vnde subdit; *Et causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.* ne scilicet aliquid fraudis ibi lateret. Quidam vero per violentiam pauperes opprimunt, eos quodammodo per rapinam deglutientes: quorum violentiam Iob per suam potentiam destruebat: vnde subdit; *Conterebam molas iniqui.* idest destruebam violentiæ rapacitatem, ne scilicet posset vlterius rapere: *Et de dentibus illius auferebam prædam.* quia scilicet, eos restituere cogebam. totum id quod iam acceperant per rapinam. Ex præmissis autem bonis operibus confidebat, quòd eius prosperitas perduraret. cuius continuationem primo describit, quantum ad propriam personam: vnde subdit; *Dicebamque in nidulo meo moriar.* idest sperabam propter præcedentia merita, quòd in quiete domus meæ moriturus essem, non exul a domo, non etiam domo mea perturbata. nec tamen credebat se tempestiua morte præoccupari. vnde subdit; *Et sicut palma.* quæ scilicet diutissime viuit: *Multiplicabo dies.* scilicet per vitę longitudinem. Secundo describit continuitatẽ prosperitatis, quantũ ad diuitias, quarum augmentum describit, subdens; *Radix mea aperta est secus aquas.* arbores enim quæ secus aquas radices habent, solent abundare in fructibus: vnde per hoc designat temporaliũ fructuum multiplicationẽ. contingit autẽ quãdoque, ꝙ fructus

alicuius

alicuius hominis multiplicantur, sed propter aliqua impedimenta superuenientia eos colligere non possunt, vnde ad hoc excludendum subdit; *Et ros morabitur in messione mea.* Contingit enim in terris calidis, quòd propter vehementiam æstus, messores in agris consistere non possunt ad metendum: sed nubes roris eis refrigeriũ præstat, vt a metendo nõ impediantur: secũdum illud Esa. 18. Sicut nubes roris in diebus messis. Tertio, describit processus continuitatẽ, quantum ad gloriã, cum subdit, *Gloria mea semper innouabitur.* scilicet per bona opera, quæ multiplicare proponebat. Quarto, quãtum ad continuationem potentiæ subdit; *Et arcus meus in manu mea instau. abitur.* per arcum enim potentia designatur: talibus enim armis maxime orientales vtũtur ad bella. sic igitur in præmissis describit, & seueritatẽ & misericordiam, quam exhibebat in iudicando. nunc autem tertio ostendit quomodo etiam sapientia vtebatur. & primo quidem in iudiciis: & quantum ad hoc dicit; *Qui me audiebant.* scilicet, meo iudicio subiecti: *Expectabant sententiam meam.* scilicet credentes etiam se aliquid sapientissimum audire. Quantum vero ad cõsilia subdit; *Et intenti tacebant ad consilium meum.* scilicet expectantes ipsum, & auide audientes. & postquam consilium dederã, erant eo contenti: vnde subdit; *Verbis meis addere nil audebant.* propter scilicet magnam sapientiam, quam in me existimabant: & non solum firmum tenebant meum consilium, sed etiam in eo consolabantur, percipientes illud esse efficax ad suum propositum consequendum: vnde subdit; *Super illos stillabat eloquium meum.* idest ad modum stillarum eos refrigerabat. quia igitur iam dixerat qualis erat in consiliis & in iudiciis, consequenter ostendit qualis erat in communi hominum conuersatione. Et primo ostendit, quòd erat gratiosus: quia cum erat absens, eius præsentia desiderabatur: vnde dicit; *Expectabant me sicut pluuiam.* per quam, scilicet homines refrigerantur. quando autem erat præsens, ex eius aspectu & sermonibus consolabantur: vnde subdit; *Et os suum.* idest, suum animum aperiebant, scilicet versus me, vt consolationem reciperent, & hoc est, quod subdit; *Quasi ad imbrem serotinum.* qui scilicet refrigerium præstat post æstum diei. Secundo ostendit, quòd erat in conuersatione moderatus. neque enim dissoluebatur gaudio: vnde dicit; *Si quando videbam ad eos.* scilicet aliquam magnam lætitiã ostendens: *Non credebant.* scilicet me esse risibus deditum. Similiter etiam non erat per tristitiam depressus: vnde subdit; *Et lux vultus mei non cadebat in terram.* solent enim homines mærore depressi, oculos ad terram demersos habere. Tertio ostendit, quòd non erat immoderatus circa honores, quia scilicet neque eos cupiebat: vnde subdit; *Si voluissem ire ad eos.* quod tamen non de facili faciebat. *Sedebam primus.* scilicet apud eos in honore existens. neque tamen erat in honoribus fastuosus: vnde subdit; *Cumque sederem, quasi rex circunstante exercitu.* omnibus scilicet me hinc inde admirantibus; *Eram tamen mærentium consolator*, quasi non despiciens eos.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM enumerauerat multa ad prosperitatem pertinentia, quæ in tempore præcedenti habuerat, hic enumerat aduersitates, quas nunc patiebatur. & primo quidem contra gloriam & reuerentiam pristinam, ostẽdit se in præsenti cõtemptui haberi. tanto autem aliquis grauatur super alicuius contemptum, quanto fuerit persona contemnẽtis abiectior. vnde & ostendit eos, a quibus contemnebatur, esse abiectos multipliciter: primo quidem ex tempore, vnde dicit; *Nunc autem derident me iuniores tempore.* contra id quod supra dixerat, Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgẽtes stabant. Secundo, ex ignobilitate, cum subdit; *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.* idest, nõ reputabam eos dignos, ut eos assumerem ad ministeria domus meæ, quantumcumque infima, puta ad custodiam canum, quod per oppositum respondet ei, quod supra dixerat, Principes cessabant loqui. Tertio, quantum ad modicitatem potentiæ, vnde subdit; *Quorum* scilicet deridentium, uel etiam patrum ipsorum: *Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo.* idest omnem eorum potentiam, quasi nihilum paruipendebam. & hoc per oppositum respondet ei, quod supra dixerat, Vocem suam cohibebant duces. Quarto, quantum ad inhonestatem: vnde subdit; *Et vitæ ipsa putabantur indigni.* scilicet propter multitudinem grauium peccatorum: & hoc per oppositũ respondet ei, quod supra dixerat, Auris audiens beatificabat me &c. Quinto, quantum ad paupertatem: vnde subdit: *Egestate.* scilicet quantum ad rerum defectum: *Et fame.* quantum ad afflictionem inde consequentem: *Steriles.* idest fructificare non valentes: contra id quod supra de se dixerat, Petra fundebat mihi riuos olei. Sexto, quantum ad grauem vitam quam ducebant: vnde subdit; *Qui rodebant in solitudine.* idest, grossis cibis utebantur, quos in desertis quærebant, puta glandibus, aut aliis huiusmodi, eo quòd fructus agrorum non habebant præ egestate. & huiusmodi victus effectus ostendit subdens; *Squalentes.* idest deturpati: *Calamitate.* quantum ad afflictionem proprii corporis: *Et miseria.* quantum ad diuersitates exteriores. Exponit autem consequenter quid rodebant, cum subdit; *Et mandebant herbas.* scilicet agrestes, & crudas; *Et arborum cortices, & radix iniperorum, erat cibus eorum* in quibus grossitiem & vilitatem cibi ipsorum demonstrat. Ostendit autem consequenter, quòd nec in huiusmodi tam vilibus cibis abundabant, ostendens ꝙ huiusmodi cibos acquirebant etiam laboriose, quod signat, cum dicit; *Qui de conuallibus ista rapientes* idest, cum magna difficultate accipientes propter ascensum & descensum, & in parua quantitate: quod signat, cum dicit; *Cum singula reperissent.* & cum quadam contentione, quod signat, cum dicit; *Ad ea cum clamore currebant.* vt scilicet vnus alium præueniret. & omnia ista per oppositum respondent ei, quod supra dixerat, Lauabam pedes meos butyro. Septimo, ostendit eorum abiectionem ex parte habitationis, quia scilicet domos non habebant ad manendum: quod signat subdens; *In desertis habitabant torrentium.* idest in alueis torrentium desiccatis: in quibus se protegebant a calore; *Et in cauernis terræ.* scilicet propter umbram: *Vel super glaream.* scilicet propter refrigerium aquæ vicinæ, vel propter mollitiem arenæ. & hoc etiam eis iocundum uidebatur, quando talia loca inuenire poterant ad manendum. vnde subdit; *Qui inter huiusmodi delectabantur.* quasi etiam talium locorum copiam non habentes: & si aliquando contingeret, quòd commodiora loca inuenirent, hoc quasi deliciosum reputabant, vnde subdit: *Et esse sub sentibus.* idest sub umbra paruorum arborum: *Delicias computabant.* quia scilicet talis locus erat commodior ad manendum, quàm præmissa. hoc autem uidetur respondere per oppositum ad id, quod supra dixerat, In nidulo meo moriar. Enumeratis autem per singula miseriis eorũ, quasi epilogando colligit qd̃ dictũ est, subdens: *Filij stultorum.* scilicet mente. Et *ignobilium.* scilicet genere, *& in terra penitus non parentes.* idest nulla dignitate uel gloria conspicui. consequenter exponit, quid ab eis patiebatur. & primo quidem ostendit, quòd ab eis irridebatur ore, & in ludis, quod signat, cum dicit; *Nunc in eorum canticum versus sum.* quia scilicet de eo faciebant irrisorias cantilenas. & quantum ad hoc subdit: *Et factus sum eis in prouerbium*, quia scilicet in communi quasi prouerbiis utebantur infortuniis Iob, inducentes eum in exemplum culpæ & miseriæ. Secundo ostendit quomodo contemnebant eum corde suo: unde subdit:

abominabantur me. scilicet quasi vile & inmundum, Tertio ostendit, quomodo contemnebant eum facto, primo quidem, inquantum eius præsentiam horrebant. vnde subdit; *Et longe fugiunt a me.* contra id quod supra dixerat: *Expectabant me sicut pluuiam.* Secundo vero, inquantum ei iniurias irrogabant: vnde subdit; *Et faciem meam conspuere non verentur.* scilicet in signum cõtumeliæ & despectꝰ, ne putaretur propter aliquam culpam commissam in despectum venisse, ostendit causam prædicti contemptus ex parte diuinæ percussionis, ostendens primo quidem se diuinitus afflictum, cum dicit; *Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me.* de pharetra sagittæ extrahuntur, quibus aliqui vũtur ad percutiendum. per sagittas autem intelligũtur diuina flagella, secundum quod supra. 6. dixerat, Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritũ meũ. Pharetra ergo Dei est diuina dispositio, ex qua hominibus aduersitates proueniunt, quam apertam esse dicit propter abundantiam aduersitatum, ex quibus non solum exterius, sed etiam interius se afflictum dicit. Secundo asserit se impeditum a Deo, ne saltem verbo suas iniurias repellere possit. vnde subdit; *Et frænum posuit in os meum.* quia scilicet per flagella diuina sibi auferebatur fiducia respondendi: cum alii ex ipsis flagellis argumenta sumerent contra eum. ostendit autem consequenter huiusmodi aduersitates esse sibi a Deo immissas, ex eo quòd præter consuetum modum humanarum aduersitatum aduenerint. quod quidem primo ostenditur ex loco, vnde aduersitates adueniunt. solent enim, & præcipue in terris illis impugnationes insurgere a parte septentrionali, in qua habitant barbaræ nationes, & homines magis feroces & bellicosi: secundum illud Hier. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum. sed impugnatores beati Iob prouenerunt ex parte meridiei, vbi solent homines minus bellicosi & feroces habitare. Dictũ est enim supra, quòd eius aduersitas incepit a Sabæis, qui tulerunt boues & asinas, & pueros occiderunt: vnde dicit; *Ad dexteram orientis.* idest ex parte meridiei quæ est dextrum respectu orientis. si quis enim se ad orientem cõuertat, meridies erit ei ad dextrum: *Calamitates meæ illico surrexerunt.* idest statim a principio Sabæis irruentibus. Secundo ostendit suas aduersitates esse præter communem modũ, quantum ad multiplicitatem impugnationis. impugnatus enim fuit etiam quantum ad amissionem bonorum: ex quibus homo habet facultatem operandi, quæ per pedes significatur: vnde subdit: *Pedes meos subuerterunt.* idest omnes facultates meas destruxerunt, & hoc fecerunt faciliter & totaliter. vnde subdit; *Et oppresserunt.* scilicet pedes meos. *Semitis suis.* quasi in suo transitu sine aliqua difficultate. & exemplum addit, cum dicit; *Quasi fluctibus.* fluctus enim maris subito cooperiunt terram siue nauem, & totaliter eam absorbent. subuersis autem pedibus & facultatibus, per consequens sequitur, quòd eius processus fuerint impediti. vnde sequitur; *Dissipauerunt itinera mea.* idest omnes processus operum meorum, vlterius etiam me in persona persecuti sunt & dolose: quod signat, cum subdit; *Insidiati sunt mihi & præualuerunt.* in hoc quod addit, & præualuerunt id est sine cõtradictione, quia non fuit qui eos impediret in hoc facto, vnde subdit; *Et non fuit qui ferret auxilium.* s. mihi, dum ab eis opprimerer: nec etiam qui eos impediret ne ad me accederent: vnde subdit; *Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me.* idest, ac si nullum obstaculum fuisset: neque ex ipsa substantia negotii, quod significatur per murum: neque ex solicitudine humana, quod significatur per ianuam. ad me aũt tã libere intrãtes, nõ sunt miseri. vnde subdit: *Et ad meas miserias deuoluti sunt.*

meum. Ad dexteram orientis calamitatis meæ illico surrexerunt, pedes meos subuerterunt, oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea: insidiati sunt mihi & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum: & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Eleuasti me, & quasi super uentum ponens elisisti me valide. Scio, q̃a morti trades me, vbi constituta est domus omni uiuenti. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie: præuenerunt me dies afflictionis. Mærens incedebam, sine furore consurgens in turba clamabam. Frater fui draconum, & socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in uocem flentium.

ideſt totaliter ad hoc intenderunt; vt me miſerum redderẽt. Tertio oſtendit huiuſmodi aduerſitates eſſe a Deo immiſſas ex eſſectu earum, quia ſcilicet per eas totaliter erat deſtitutus. vnde ſubdit; *Redactus ſum in nihilum.* quod dixit, quia nihil ei de priſtina proſperitate remanſerat, quæ quidem in duobus conſiſtebat: vno quidem modo in exterioribus rebus, quæ per violentiam amiſerat, vnde ſubdit; *Abſtuliſti quaſi uentus.* ſcilicet per violentiam: *Deſiderium meum.* ideſt omne deſiderabile quod in rebus exterioribus habebam. Alio modo conſiſtebat eius proſperitas in ſalute propriæ perſonæ: & quantũ ad hoc ſubdit: *Et uelut nubes.* ideſt ſubito & totaliter; *Pertranſiit ſalus mea.* ſcilicet meæ perſonæ. ablatis autem deſiderabilibus bonis, eius anima in triſtitia remanebat, vnde ſubdit; *Nunc autem in memetipſo marceſcit,* ſcilicet per triſtitiã: *Anima mea.* non enim poterat non triſtari filiis & rebus amiſſis. recedente autem ſalute corporali, conſequẽs erat vt etiam corporalem dolorem ſentiret, qui in die nec dabat ei requiem, vnde ſubdit; *Et poſſident me dies afflictionis.* ideſt corporalis doloris: quo etiam in nocte aggrauabatur. vnde ſubdit; *Nocte os meum perforatur doloribus.* quaſi dicat, ita in nocte increſcunt dolores mei, quòd videtur mihi, quòd perueniant vſque ad oſſium perforationem. cauſam autẽ doloris ex vulneribus putrefactis fuiſſe oſtendit. vnde ſubdit; *Et qui me comedunt.* ſcilicet uermes ex putredine vulnerum generati; *Non dormiunt.* quia ſcilicet nullã requiem ei dabant, & vt eorum multitudinem oſtendat, ſubdit: *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum.* quaſi dicat, tanta eſt vermium multitudo, quòd non ſolum carnem comedunt, ſed etiam veſtimenta corrodunt: & ut oſtendat eos non in una tantum parte corporis eſſe, ſed quaſi per totũ corpus vſque ad caput diffundi, ſubdit: *Et quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.* quaſi dicat, præ multitudine non continentur ſub velamine ligaturæ veſtimenti, ſed prorumpunt in apertum, & circundant collum. ex huiuſmodi autem pœna oſtendit ſe abominabilem hominibus factum. vnde ſubdit; *Comparatus ſum luto.* vt ſcilicet, mihi præ multitudine putredinis & vermium nullus appropinquare velit, ſicut nec luto; *Et aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.* ideſt deiectus & contemptui habitus. Solent autem, qui ab hominibus deſpiciuntur, auxilium habere a Deo, ſed ipſe a Deo relinquebatur in tẽporali aduerſitate, vnde ſubdit: *Clamabo ad te.* ſcilicet continue petens liberari ab hac aduerſitate; Et non exaudies me. ſcilicet tam cito. *Sto.* ideſt perſeuero in orando: *Et non reſpicis me.* ſcilicet ab aduerſitate liberando, & ita ſi conſiderarem tantum temporalem ſtatum, reputarem te crudelem & durum hoſtem. vnde ſubdit; *Mutatus es mihi in crudelem.* ſecundum ſcilicet, quòd videtur ex exterioribus flagellis, dum nec mihi deprecanti parcis: *Et in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.* ſcilicet grauiter me affligendo: & ſecundum quod ex exterioribus apparet, videtur quòd in malum meum mihi priſtinam proſperitatem conceſſeris. vnde ſubdit: *Eleuaſti me.* ſcilicet in tempore proſperitatis: *Et quaſi ſuper uentum ponens.* ideſt in altiſſimo ſtatu inſtabili tantum ad modum venti; *Eliſiſti me valide.* ideſt grauiter me laeſiſti, quaſi de alto in terram proiiciens, & ne videretur hoc ex deſperatione dixiſſe, ſubdit; *Scio quòd morti tradas me.* quaſi dicat, non patior hoc quaſi inexcogitata. ſed ſcio, quòd ad hoc ad vlteriorem defectum deducar, ſcilicet vſque ad mortem. hoc autem dicit ſe ſcire propter conditionem mortalis vitæ: vnde ſubdit: *Vbi conſtituta eſt domus omni uiuenti.* quia videlicet ad mortem omnes homines tendunt, ſicut homo ad ſuam domum: nec tamẽ homo per mortem tota-

totaliter conſumitur, quia remanet anima immortalis, vnde ſubdit; *Veruntamen non ad conſumptionem eorum.* ſcilicet hominũ viuentium: *Emittis manum tuam.* vt ſcilicet per tuam potentiam eos in nihilum redigas; *Et ſi corruerint.* ſcilicet per mortem: *Ipſe ſaluabis.* animas, ſcilicet beatificando: & hoc de tua benignitate ſpero, quantumcunque in temporalibus aduerſus mihi crudelis, & durus videaris. His igitur præmiſſis de priſtina proſperitate, & ſubſecuta aduerſitate, quaſi ſub quodam compendio præmiſſa recolligit, dicens: *Flebam quondam.* ſcilicet proſperitatis tẽpore: *Super eo qui afflictus erat.* ſecundũ illud apoſtoli. Rom. 12. Flere cum flentibus; & compatiebar defectũ patientibus; quod oſtendit ſubdens; *Et compatiebatur anima mea pauperi* ſcilicet non ſolum in affectu, ſed etiam in effectu, vt ſupra dixi: & pro his miſericordiæ operibus: *Expectabam bona,* ſcilicet proſpera huius mundi: ſecundum opinionem amicorum ſuorum: *Et uenerunt mihi mala.* ideſt aduerſa, per quod patet eorum ſentẽtiam eſſe falſam; *Præſtolabar lucem.* ideſt conſolationem vel conſilium, quo a malis eriperer: *Et eruperunt tenebræ.* ideſt amaritudinum & deſolationum. Exponit autem conſequenter mala ſuperuenientia: & incipit ab inferioribus malis, cum dicit; *Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie.* quod poteſt referri ad infirmitatem interiorum viſcerum procedentem ex inordinati caloris feruore. & vt huiuſmodi inquietudinem nimis tempeſtiuam oſtenderet, ſubdit: *Præuenerunt me dies afflictionis.* omnes enim homines ſenectutis tempore afflũguntur propter inualitudinem: ſed ipſe in iuuentute fuit præuentus afflictionibus. Deinde quantum ad exteriora ſubdit; *Mærens incedebam.* ideſt cum inter homines ambulabam, propter miſeriam & triſtitiam procedebã, ſed licet triſtitia ſit cauſa ire, hoc tamen in me non fuit; vnde ſubdit; *Sine furore conſurgens in turba clamaui:* exponens ſcilicet meas miſerias, quæ ſcilicet partim erant ex defectu amicorum, de quibus ſubdit; *Frater fui draconum.* ideſt illi, qui me debebant vt fratrem diligere, mordebãt me, vt dracones; *Et ſocius ſtruthionum.* qui ſcilicet ſolent obliuiſci proprii fetus: ita & ipſi obliti ſunt mei, vt mihi non ſubueniret, partim autem erat ei aduerſitas ex infirmitate corporali, vnde primo, quantum ad exteriora, dicit; *Cutis mea denigrata eſt ſuper me.* ſcilicet propter interiorem corruptionem humorum & vermium. Deinde, quantum ad interiora ſubdit; *Et oſſa mea aruerunt præ caumate.* ideſt tanta eſt uis inordinati caloris in me, q̃ quaſi medullæ oſſium aruerunt. partim autem conſiſtebat eius aduerſitas in exterioribus triſtitiæ ſignis, in quæ commutata erant ſigna gaudii. quæ quidem ſunt vel muſica inſtrumenta, & quantum ad hoc, dicit; *Verſa eſt in luctum cithara mea.* quaſi dicat, ſuccedit mihi luctus citharæ, qua ad iocunditatem utebar. vel ſunt humanæ uocis cantica: vnde ſubdit; *Et organum meum.* quo ſcilicet, vtebar ad gaudium. *In uocem flentium.* ſcilicet verſum eſt.

CAPITIS XXXI.

LECTIO I.

PEPIGI fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarẽ quidem de virgine. Quam enim partem haberet in me Deus desuper, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid nõ perditio est iniqua, & alienatio operãtibus iniustitiam? Nonne ipse cõsiderat uias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus, Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam, Si declinauit gressus meus de via, & si secutꝰ est oculus meus cor meũ, & si in manibus meis adhæsit macula: Seram & alius comedat: & progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostiũ amici mei insidiatus sum: Scortũ alterius sit vxor mea, & super illã incuruẽtur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si cõtẽpsi subire iudicium cũ seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid .n. faciã cũ surrexerit ad iudicandum Deus? & attingerem, scilicet cogitatione. videbat enim esse difficile si in primum incideret, scilicet in cogitationem, quin in alia laberetur, scilicet in delectationem & consensum. Deinde ostendit, quare tam solicite hoc peccatum vitauerit. & primo quidẽ rationem assignat ex hoc, quòd per peccatum luxuriæ homo maxime videtur a Deo discedere. accedit autem homo ad Deum per spiritales actus, qui maxime impediuntur per delectationẽ venereã. vnde subdit; *Quam enim partem haberet Deus desuper in me.* : quasi dicat, inantum in me Deus partem habet, inquantũ ad superiora meã mens rapitur: si vero per luxuriã mens mea ad carnalem delectationẽ eiiciatur, nullam partẽ in me Deus desuper habebit. contingit autẽ quandoque, quòd ẽt luxuriosi ad horam aliquid de Deo spiritaliter cogitant, sed mox per delectationis concupiscentiam ad ima vocantur. vnde pars *diei in eis firma esse* nõ poteſt quaſi hæreditas: vnde ſubdit; *Et hæreditatem.* ideſt firmam poſſeſſionem. *In me.* ſcilicet, ad inferiora prolapſo. Habere non poterit: *Omnipotens de excelſis?* ideſt qui in excelſis habitat. vnde oportet, quòd hęreditas eius ſit in iis, qui ſublimia petunt, ſcilicet ſpiritalia, non autem in iis, qui ad carnalia deſcendunt. Secundo oſtendit cauſam, quare luxuriæ peccatum vitauerit ex damno quod homini infert, quod eſt duplex, vnũ quidem corpotale, dum ſcilicet homo propter peccatum luxuriæ incurrit periculum perſonæ & rerum: vnde ſubdit; *Nunquid non perditio eſt iniquo.* quaſi dicat, iniquus qui hoc peccato inuoluitur, in perditionem vadit. Aliud vero damnum, eſt impedimentum a bonis operibus: vnde ſubdit; *Et alienatio operantibus iniquitatem?* quia enim vehemens delectatio magis animũ ad ſe trahit, inde eſt quòd homines luxuriæ dediti, a bonis operibus diſcedunt, & etiam a bonis prædicationibus. Tertio, aſſignat cauſam, quam cõſiderat ex parte diuinæ prouidentiæ, quæ omnia facta hominum proſpicit: & ſic nullus poteſt a pœna eſſe immunis, vnde ſubdit; *Nonne ipſe conſiderat vias meas.* ideſt proceſſum meorum operum ad remunerandum: nec ſolum totalem proceſſum ipſe cognoſcit, ſed & ſingulas partes illius proceſſus. vnde ſubdit; *Et cunctos greſſus meos dinumerat?* ideſt omnia etiam modica, quæ in actibus meis reprehenſibilia videntur ſuo iudicio examinat, & ita non tranſirem de eis impunitus. ſecundo, ſe a vitio doloſitatis, vtens in hoc & in omnibus ſubſequentibus quodam iuramento, quod ſit per execrationem, dum ſcilicet homo, ſi nõ eſt verum quod dicitur, obligat ſe ad pœnã, vnde dicit; *Si ambulaui.* ideſt, ſi proceſſi. *In vanitate.* ideſt in aliqua falſitate. dicuntur enim vana illa, quæ ſoliditatem non habent: ſoliditas autem in anima maxima eſt per veritatẽ. quomodo aũt ambuletur in vanitate, oſtẽdit ſubdens; *Et feſtinauit in dolo pes meus.* ideſt affectus meus: & quæcumq; alia virtus animę, quæ eſt motionis principiũ. ſignanter autem dicit; *Feſtinauit in dolo,* quia tũc homo feſtinare dicitur, quãdo per aliquas vias doloſas intendit velociter obtinere, quod per viã veritatis cũ magna difficultate obtinereẽ. q̃ autẽ aliquis abſq; dolo ambulet, conſiderari põt ex inſpectione rectitudinis iuſtitiæ, a qua doloſus declinat. vnde ſubdit; *Appendat me in ſtatera iuſta.* ſ. Deus, vt ex eius iuſtitia diſcernatur, an ego in dolo proceſſerim. Cum autẽ dolus præcipue in intẽtione cordis cõſiſtat, ille ſolus poteſt de dolo iudicare, cui patet cordis intentio, ſcilicet Deus: vñ ſubdit; *Et ſciat Deus ſimplicitatem meam,* quæ. ſ. duplicitati doloſitatis opponitur. dicit aũt; *Sciat Deus,* nõ quaſi de nouo cognoſciturus, ſed quaſi alios de nouo ſcire facturus: vel q̃a in rõne ſuæ iuſtitiæ hoc ab æterno cognouit. & quia vniuerſaliter a ſe doloſũ excluſerat, deſcẽdit ad quædã ſpiritalia peccata, quibus aliquis doloſe rebus alienis inſidiatur. q̃d quidẽ cõtingit in furto & in adulterio. in furto .n. aliquis doloſe inſidiatur rebꝰ poſſeſſis a proximo, & hoc excludit a ſe dicẽs; *Si declinauit greſſus meus de via.* ſ. iuſtitiæ contẽnendo ipſam: ex quo ſequitur, q̃ homo res proximi inſidioſo oculo videat ad rapiendum: vnde ſubdit; *Si ſecutus eſt oculus meus.* ad rapiendum ſcilicet: *Cor meum.* ideſt deſide-

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Iob narrauerat priſtinam proſperitatem, & ſubſequentem aduerſitatem, hic conſequenter innocentiam ſuam oſtendit, ne credatur propter peccata in aduerſitates incidiſſe. Incipit autem innocentiam ſuam oſtendere per immunitatem a peccato luxuriæ, quod plures inuoluit. quod quidem peccatum in lubrico poſitum eſt, & niſi aliquis principia vitet, uix a poſterioribus poſſit pedem retrahere. Primum autem in hoc peccato, eſt aſpectus oculorum, quo mulier pulchra aſpicitur, & præcipue virgo. ſecundum autem eſt cogitatio. tertium, delectatio. quartum, conſenſus, quintum, opus. Voluit igitur Iob principia huius peccati excludere, vt eo non inuolueretur. vnde dicit; *Pepigi fœdus.* ideſt in corde meo firmaui, ſicut pacta firmantur; *Cum oculis meis.* ex quorum ſcilicet aſpectu peruenitur in concupiſcẽtiam mulierum: & ita ab inſpiciendis mulieribus abſtinere; *Vt ne cogitarem de virgine.* ideſt vt nec primum gradum interiorem

desiderium meum. quasi dicat, si ad hoc habendum oculus meus intendit, quod cor desiderauit. Tertio autem contingit, quòd homo contempta iustitia & intentione directa ad acquirendum, quod cor concupiscit, adhibet manum ad rapiendum aliena. vnde sequitur; *Et manibus meis adhæsit macula*.

cum quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid nõ in utero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in uulua unus? Si negaui: quod uolebant, pauperibus: & oculos viduæ expectare feci: Si comedi bucellam meam solus, & nõ comedit pupillus ex ea. Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de utero matris meę egressa est mecũ. Si despexi prætereũtem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearum calefactus est. Si leuaui super pupillum manum meam, etiã cum viderem me in porta superiorem: Humerus meus a iunctura sua cadat, & brachium meum cũ suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus eius ferre non potui.

scilicet per ablationem rei alienæ. Iustum est autẽ, vt siquis bona aliena rapiat, & bona eius ab aliis diripiantur: vnde subdit: *Seram, & alius comedat*. quasi dicat, si bona aliena rapui, bona mea ab aliis rapiantur: quod est execrationis iuramentum. Solent autem homines aliena rapere ut filiis suis diuitias cõgregent, secundum illud Naum 2. Leo cępit sufficienter catulis suis. & ideo iustum est ut homini, qui aliena rapit, non solum sua diripiantur, sed etiam filii moriantur: vnde subdit; *Et progenies mea eradicetur*. cui scilicet, videretur rapina fuisse conseruata. In adulterio vero, homo vxori proximi dolose insidiatur, in quibus insidiis quædam cordis deceptio præcedit, dum scilicet, ratio per concupiscentiam obtenebratur: vnde subdit; *Si deceptum est cor meum super mulierem*. scilicet alienam concupiscendam. ex quo autem cor a concupiscentia mulieris vincitur, consequens est vt mulierem concupitam, quibuscunque dolis habere conetur. vnde subdit; *Et si ad ostium uicini mei insidiatus sum*. vt scilicet, eius vxore abuterer. iuste autem puniri videtur, qui alienam vxorem adulterio polluit; quod etiam eius vxor ab aliis polluatur. vnde subdit; *Scortum alterius sit uxor mea*. vt scilicet, aliis se venalem exhibeat. ex quo sequitur, quòd alii ea abutantur. vnde subdit; Et *super illam incuruentur alij*. scilicet, adulterium committendo. quare autem hoc peccatum vitauerit, ostendit subdens; *Hoc enim nefas est*. quia scilicet, est contra statutum Dei, qui virum & mulierem in matrimonio coniunxit: & si consideretur humana iustitia; *Est iniquitas maxima*. quia scilicet, quanto est maius bonum quod surripitur, tanto est iniustitia maior: si quis enim furaretur bouem, maior est iniquitas quàm si furaretur ouem. vnde & maiori pœna punitur, vt habetur Exod. 22. Ille autem, qui adulterium committit, maxime quid ei subtrahit; scilicet vxorem, quæ est vna caro cum ipsa: & prolem certam, & per consequens totam patrimonii successionem. quæ propter adulterium, quandoque ad extraneum peruenit. vnde subdit; *Ignis est*. scilicet adulterium, vsque ad consumptionem deuorans. quia scilicet defraudat hominem in toto patrimonio, vt dictum est; *Et omnia eradicans genimina*. dum scilicet filiorum successionem facit incertam, vnde dicitur Eccle. 23. Mulier omnis relinquens virum suum peccabit, statuens hæreditatem ex alieno matrimonio. sic ergo postquam expurgauit se de iniustitia, quantum ad hoc, quòd aliis iniuriam non fecit, nec in rebus surripiendis, nec persona coniuncta abutenda, excusat se cõsequenter ĩ quòd iniustitiam non incurrit per iustitiæ defectum: vnde subdit; *Si contempsi iudicium subire cum seruo meo, & ancilla mea cum disceptarent aduersum me*. quasi dicat, si minoribus meis iustitiam reddere contempsi, hæc & illa grauia mihi accidant. quare autem cum seruis suis iudicium subire non contempserit, ostendit subdens; *Cum surrexerit ad iudicandum Deus*. idest, cum apparuerit iudicaturus ipse, cuius iudicium modo despicitur: non haberem ad cuius consilium vel auxilium resurgerem: nec etiam possem Deo rationabiliter in iudicio respondere. vnde subdit; *Et cum quæsierit*. idest cum facta mea examinauerit: *Quid respondebo illi?* idest quam rationem reddere potero, quare cum seruis meis iudicium subire noluerim? quasi dicat, nullum. & hoc ostendit consequenter ex hoc, quòd naturaliter est eadem conditio omnium hominum. vnde subdit; *Nunquid non in utero fecit me, qui & illum operatus est?* quasi dicat, eandem animam cum seruis meis habeo a Deo creatam. corpus etiam meum eadem diuina virtute formatum est: vnde subdit: Et *formauit me in uulua unus*, scilicet Deus, qui & illum formauit. & ideo manifestum est, quòd cura est Deo, qualiter illum tractem. Postquam igitur ostendit se non fuisse luxuriosum neque iniustum, consequenter ostendit se non fuisse immisericordem: quod quidem primo ostendit ex hoc, quòd beneficia miseris non subtraxit: solent autem quidam pauperi eleemosinam petenti, statim a principio negare, quod petitur,

quod a se excludit, dicens; *Si negaui pauperibus quod uolebant*. quidam vero non negant, sed tamen dare differunt. quod a se excludit, dicens: *Et oculos uiduæ expectare feci*. alii vero non negant, nec dare differunt quæ petuntur, sed nihil ex proprio victu darent: sed hoc a se excludit, ostendens, quòd nec modicis, solus voluit vti, quin aliis communicaret. vnde subdit: *Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea*. & subintelligitur, hæc, vel illa grauia mihi accidant. est autem cõsiderandum quòd valde signanter loquitur. Pauperes enim non solum petere, sed etiam instare solent, vnde beneficium misericordiæ non subtrahitur eis, nisi per omnimodam negationem. viduæ autem petunt quidem, sed instare uerentur: & ideo nisi cito eis subueniatur, misericordiæ beneficio priuantur. pupilli autem nec petere audent: vnde oportet, quòd etiam eis non petentibus, misericordia impendatur. quare autem tam misericors fuerit; ostendit ex duobus, primo quidem, ex antiqua consuetudine quam a pueritia inchoauit. vnde subdit: *Quia ab infantia mea, creuit mecum miseratio*. quanto enim magis crescebat in annis, tanto magis in misericordiæ operibus exercebatur. Secundo, quia naturalem inclinationem habebat ad misericordiam, sicut diuersi homines ad diuersas virtutes, quasdam naturales inclinationes habere solent. vnde subdit; *Et de utero matris meæ egreßa est mecum*. quia scilicet, ex primis generantibus sic dispositus fui, vt essem ad miserendum promptus. Solet autem esse duplex misericordiæ impedimentum. quorum primum est, contemptus miseri, quem non reputat miseratione dignum. consueuerunt autem despici, qui uilibus induuntur, & honorari, qui vtuntur vestibus prætiosis. vnde dicitur Ecclesiast. 19. Quòd amictus corporis enunciat de homine. sed hoc misericordiæ impedimentum a se excludit, subdens; *Si despexi prætereuntem*. idest quemcunque extraneum per viam transeuntem; *Et pauperem eo quòd non habuerit indumentum*. scilicet notum: *Eo quòd esset absque operimento*. subaudi, hęc, vel alia mihi accidant. nec solum non despexi vestimentis carentem, sed etiam de vestimentis prouidi ei. vnde subdit; *Si non benedixerint mihi latera eius*. quæ scilicet discooperta operui, & sic fuerunt occasio, quòd mihi benedixerunt. & rationem huius exponit, subdens; *Et de uelleribus ouium mearum calefactus est*. scilicet per vestimenta sibi exhibita, & est subaudiendum idem quod est supra. Aliud autem impedimentum misericordiæ, est fiducia propriæ potestatis, ex qua homini videtur, quòd impune possit alios grauare, & maxime inferiores personas; & hoc a se excludit, dicens; *Si leuaui super pupillum manum meam*. vt scilicet eum opprimerem; *Et cum uiderem me in porta*. idest, in loco iudicii; *Superiorem*. idest, magis potentem. Iustum est autem vt homo membris priuetur, quibus ad iniustitiam vtitur. & ideo subiungit amissionem, quasi pœnam, non solum manus, sed etiam brachii, in quo radicantur manus, & humeri, cui brachium colligatur. vnde subdit: *Humerus meus a iunctura sua cadat: & brachium meum cum suis ossibus conteratur*. si scilicet, manu mea sum abusus ad pauperum oppressionem. ostendit autem consequenter, quare, licet esset superior, super pupillos manum non leuaret, quia. s. etsi non dimitteret propter hominem, dimitteret tamen propter Deum, cuius. s. iudicia timebat; vnde subdit: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum*. & loquitur ad similitudinẽ in mari nauigantium, qui, intumescentibus fluctibus super altitudinem nauis, timẽt ne ab eis submergantur: similiter timebat comminationes diuinas, quasi fluctus intumescentes: & etiam auctoritati diuinæ cedebat, ex qua prohibetur pupillorum oppressio: vnde subdit; *Et pondus eius*. idest, auctoritatem Dei protegentis pupillos; *Ferre non potui*. quin scilicet, in me inclinarem.

LECTIO

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Iob excusauit se de iniustitia & de immisericordia, hic cõsequenter excusat se de inordinato affectu ad diuitias: quod quidẽ contigit dupliciter: vno modo per hoc, quòd homo nimis de diuitiis confidit: & hoc excludit dicens: *Si putaui aurum robur meum*. ut in diuitiis principaliter virtutem meam reputarem: *Et si obrizo* idest, si auro purissimo; *dixi fiducia mea*, scilicet tu es: contra id quod Apostolus dicit 1. ad Timoth. vltim: Diuitibus huius sæculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarum. Secũdo deordinatur hominis affectus circa diuitias per hoc, quod nimis de diuitiis gaudet. & ideo quantũ ad diuitias iam habitas subdit: *Si lætatus sum*. scilicet inordinate: *Super multis diuitiis meis*. quas sicut propria possidebam. Quantum autem ad acquisitionem diuitiarum, subdit: *Et quia plurima reperit manus mea*. solent enim homines de iis quę de nouo acquirunt, magis gaudere. Deinde excusat se a peccato superstitionis, quod est contra Deum. colebant autem antiquitus idolatræ stellas cæli, & præcipue luminaria, propter maximam eorum claritatẽ, & hoc a se excludit, dicens; *Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare*. propter quæ scilicet, ab idolatris coluntur; *Et lætatum est in abscondito cor meum*. quasi interiori cultu eis deuotus existens. & quantum ad exteriorem cultum subdit; *Et osculatus sum manum meam ore meo* quasi in eorum reuerentiam. & quare hoc vitauerit, ostendit subdens: *Quæ est iniquitas maxima*. si enim iniquum est, vt illud, quòd est vni homini debitum, alteri exhibeatur, maxime videtur esse iniquum, vt cultus Deo debitus, exhibeatur creaturæ: & quia impossibile est, quòd homo simul Deo & creaturæ exhibeat latriam, ideo subdit; *Et negatio contra Deum altissimum*: si enim quibusdam creaturis nomen Dei per participationem attribuatur, soli tamen Deo altissimo latriæ cult⁹ debetur, qui uocatur altissimus, etiã si aliis talis cultus exhibeatur. His igit præmissis quæ pertinẽt ad cõem iustitiam, subiũgit quædam quæ pertinent ad perfectionem uirtutis, inter quæ primo odium inimicorũ excludit, quod maxime manifestatur, quãdo aliquis gaudet de totali ruina eius: & hoc excludit a se, dicens; *Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat*. vel de aliquo malo ei superueniente: quod a se excludit subdens; *Et si exultaui, quod inuenisset eum malum*. idest ex insperato ei superuenisset: & quare hoc vitauerit, ostendit subdens; *Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius*. naturaliter enim homo desiderat ea, de quibus gaudet, & desiderium interius explicat verbis. consequens igitur est, vt si aliquis de malis alicuius gaudeat, quòd ea desideret, & per consequens, quòd maledicendo ei malum imprecetur. Deinde perfectionem suæ virtutis ostendit quantum ad superabundantiam bonorum, quæ aliis exhibuit, & primo quidem, quantum ad domesticos suos dicit; *Si non dixerint uiri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur*. cum enim aliquid est delectabile ad vsum comestionis, desiderãt homines eius carnibus saturari: p hoc ergo dat intelligere, ꝙ eius conuersatio tam fuit suis domesticis grata, ꝙ eius carnali præsentia cuperent saturari. Quantum autem ad extraneos, subdit; *Foris non remansit peregrinus*. quin scilicet in domo mea reciperetur: *Ostium meum uiatori patuit*. vt scilicet ei non esset difficilis ingressus; Vlterius ad ostendendam suæ virtutis perfectionem, quantum ad exclusionem timoris indebiti. Solent autem homines propter confusionis timorem, interdum cõtra iustitiam suam culpam occultare, vel eam negando, quod a se excludit, dicens; *Si abscondi quasi homo*. idest, sicut homines solẽt facere; *Peccatum meum*. illud. s. indebite negando, vel excusando, vel etiã astutiis aliquibus palliãdo; vnde subdit; *Et cælaui in sinu meo*. idest per aliquam occultam simulationem; *Iniquitatem meam*. cum scilicet eam confiteri vererer. Consequenter autem excludit a se inordinatum timorem corporalium periculorum, qui quidem maxime solet procedere ex multitudine contra hominem insurgente, secundum illud Eccle. 26. A tribus timuit cor meum: zelaturam ciuitatis, & collectionem populi &c. vnde dicit: *Si expaui ad multitudinem nimiam*. additur autẽ ad hunc timorẽ, si homo despiciatur a propinquis, a quibus iuuari deberet. vnde subdit; *Et despectio propinquorum terruit me*. Solent autẽ homines impauidi in contrarium incidere per præsumptionem, & quandoque quidem saltem verbis loquuntur cõtra fortiores: & hoc a se excludit dicens; *Et non magis tacui*. quandoque autem vlterius procedunt, vt præsũptuose multitudinem aduersariorum inuadãt: sed hoc excludit, dicẽs; *Nec egreßus sum ostium*. & quia multa & magna de se dixerat, super his diuinum testimonium inuocat, vnde subdit; *Quis mihi tribuat adiutorem?* qui scilicet mecum interpellet ad Deum. & ad quid adiuuari velit, ostendit subdens; *Vt desiderium meum audiat omnipotens*. & quod sit desiderium, exponit subdens: *Et librum scribat*. scilicet meæ accusationis vel commendationis super præmissis; *Ipse qui iudicat*. scilicet omnes actus humanos, scilicet interiores & exteriores, & siquidem per huius libri testimonium, idest per certam veritatis manifestationem, ego culpabilis appaream, volo portare pœnam: vnde subdit; *Vt in humero meo portem illum*. si vero manifestata veritate commendabilis appaream, exinde coronam præmii accipiam: vnde subdit: *Et circundem illum quasi coronam mihi*. per quod dat intelligere suum desiderium esse, vt qui iniuste condemnabatur ab amicis, iusto Dei iudicio reseruetur. prædicto autem libro diuini testimonii se non contradicturum promittit, vnde subdit; *Per singulos gradus meos*. idest processus operum meorum. *Pronunciabo illum*. idest confitebor veritatem diuini testimonii, nec recusabo subire sententiam secundum testimonium diuinum, vnde subdit; *Et quasi principi offeram illum*. scilicet gratanter ferens, vt secundum diuinum testimonium cum eo agatur. Deinde excludit a se vitium superfluæ cupiditatis, etiam in rebus acquirendis ex propriis possessionibus: quod quidem dupliciter manifestatur, uno modo per hoc, quòd homo per nimium cultum superfluos fructus a suis possessionibus extrahere nititur. & ad hoc excludendum metaphorice subdit; *Si aduersum me terra mea clamat*. quasi non permiserim eam quiescere, sed nimis eam coluerim: vnde subdit: Et *cum ipsa sulci eius deflent*. & loquitur per similitudinem hominis, qui nimis angariaretur. alio modo manifestatur superflua cupiditas per hoc, quòd homo operariis suis pretium denegat laboris: vnde subdit; *Si fructus eius comedi absque pecunia*. scilicet soluta operariis. Et *animam agricolarum eius afflixi*. scilicet nimis cogendo ad laborandum, vel mercedem subtrahendo. Est autem debitum, vt qui superflua & inconsueta cupit, etiã debita & cõsueta perdat: vnde subdit: *Pro frumento*. quod. s. seminatur ad victũ hominis: *Oriatur mihi tribulus*. qui scilicet, non solum est inutilis, sed & pungitiuus: *Et pro hordeo*. quod scilicet seminatur in cibum iumentorum. *Spina* quæ scilicet etiam iumenta pungendo lædit. quibus præmissis, subditur epilogus, cum dicitur; *Finita sunt uerba Iob*. quæ scilicet adduxit ad suæ sententiæ assertionem, nihilque post hoc proposuit.

LECTIO II.

SI putaui aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Si uidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare. Et lætatũ est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo. Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimũ. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui quòd inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccãdum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius. Si non dixerunt uiri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, ut saturemur? Foris non mãsit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis mihi tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, & librum scribat ipse qui iudicat: Vt in humero meo portem illum, & circũdẽ illũ quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronũciabo illum, & quasi principi offeram eũ. Si aduersum me terra mea clamat, & cũ ipsa sulci eius deflẽt. Si fructus eius comedi absque pecunia, & animã agricolarũ eius afflixi. Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

 LECTIO

LECTIO PRIMA.

FINITA disputatione Iob, & trium amicorum eius, subditur disputatio Eliu contra Iob, qui quidem quibusdam acutioribus rationibus contra Iob utitur, quàm priores, & magis ad ueritatem accedit: vnde & Iob ei non respondet: licet tamen in aliquo a ueritate deuiet, & verba Iob sinistre interpretetur, ut infra patebit. Præmittitur autem causa ex qua motus fuit ad loquendum, scilicet ex indignatione cõtra Iob, & cõtra amicos eiꝰ. Præmittit ergo triũ amicorum silẽtium, cum dicit: *Omiserunt autem tres uiri isti.* scilicet de quibus supra habitum est: *Respondere Iob.* ubi notandum est, quòd eos uiros non nominaret, si non tuisset res gesta, sed parabola conficta. causam autem silentii ostẽdit, subdens: *Eo quòd iustus sibi uideretur.* multa enim dixerat Iob quæ ad suæ iustitiæ ostensionem pertinebant, quibus prædicti tres uiri contradicere non valebant. Ex utroque horum, scilicet ex silentio amicorum, & ex hoc, quòd Iob sibi iustus uidebatur, commotus fuit Eliu, qui astabat, ad iram, & ideo subditur: *Et iratus.* scilicet in corde. *Indignatusque.* scilicet ostendendo iræ signa exterius: *Est Eliu.* in quo describitur ex nomine; *Filius Barachel.* in quo describitur ex origine: *Buzithes.* in quo describit ex patria: *De cognatione Ram.* in quo describitur ex genere, quæ tota descriptio ad hoc valet, ut ostendatur ad rem gestam pertinere: Causam autem iræ explicat consequenter: & primo quidem contra Iob, cum dicit; *Iratus est aduersus Iob, eo quòd iustum se esse diceret coram Deo.* idest secundum diuinum testimonium, quod maxime accipi potest ex eo, quod dixerat supra. 30. Ipse scit uiam meam. & post subdit, Vestigia eius consecutus est pes meus. Quantum autem ad amicos subdit: *Porro aduersus tres amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissẽt responsionem rationabilem,* qua scilicet responderent verbis eius, quibus se iustum asserebat, sed tantummodo condemnassent Iob dicentes, scilicet eum esse iniquum. ostendit autem consequenter causam quare Eliu prius in nullo respondẽrat Iob, cum subdit: *Igitur Eliu expectauit Iob loquentem.* idest in nullo contradicens eius sermonibus: *Eo quòd seniores essent qui loquebantur.* eis scilicet deferens quasi sapientioribus, quod ætas senectutis requirebat: sed quia non uidebatur ei, quòd alicui deberet reuerentiam exhibere in præiudicium veritatis, iratus cõtra tres seniores, ipse iunior respondere incepit: vnde dicitur: *Cum autem uidisset, quòd tres respondere non potuissent,* scilicet rationibus Iob: *Iratus est uehementer*, quasi existimans quòd per illorum ignauiam veritas deperiret. & ideo loco illorum voluit veritatem, vt credebat, defendere, & hoc est quod subdit: *Respondensque Eliu filius Barachel Buzithes.* s. sermonibus & rationibus Iob. In hac aũt sua responsione primo excusat pristinũ silẽtiũ ex sua ætate; vnde sequitur: *Dixit, iunior sum tempore.* tum etiã ex illorũ antiquitate, vnde subdit: *Vos autem antiquiores.* iuuenes aũt debent reuerentiã deferre senioribus, vnde sequitur; *Demisso capite.* s. in signũ reuerentiæ: *Veritus sum indicare uobis meam sententiam.* ne. s. præsumptuosus videar impediendo meis sermonibus sapientiorũ uerba. Probabile aũt videtur, q̃ senes sapiẽtius loquãtur propter duo, primo quidẽ quia iuuenes ex feruore animi frequenter multa & inordinate proponunt, senes aũt propter grauitatem ætatis maturius loquuntur, vnde subdit; *Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur.* s. gravius & efficacius. Secũdo uero, quia senes per experientiã longi tẽporis multa cognoscere potuerũt, & per cõsequens sapientius loqui, vnde sequitur; *Et annorũ multitudo* propter quã. s. experimentũ accipi potest: *Doceret sapientiam.* s. ex perimento acceptã. consequenter excusat se, quare nũc loqui incipiat, quia. s. expertus est, q̃ ætas nõ est sufficiens sapiẽtiæ causa, sed magis inspiratio diuina: vnde subdit; *Sed ut uideo.* i. per effectũ considero; *Spiritus Dei est in hominibus:* in quãtũ. s. in eis operatur. & hoc est q̃d subdit; *Et inspiratio omnipotentis.* quæ s. hominibus inspirat Spiritũ sanctũ, qui est spiritus sapientiæ & intellectus; *Dat intelligentiam.* s. ueritatis, quæ est sapientiæ principii; iis, quibus inspirat. ep aũt hęc inspiratio sit sapiẽtię præcipua causa, ostẽdit p hoc q̃ ætas nõ facit sapiẽtiã, sed causat, vnde subdit; *Non sunt longæui sapientes.* quantũ. s. ad cognitionẽ diuinæ ueritatis; *Nec senes intelligunt iudicium.* quantũ. s. ad ordinationẽ humanorũ actuũ. & quia licet non esset senex, cõsiderabat tñ se inspiratũ a Deo, ideo loqui audebat, vnde subdit: *Ideo dicam.* in hac aũt sua locutione primo induxit eos ad audiẽdũ ex auctoritate Dei, cuius inspiratione loquebat, vnde dicit. *Audite me.* vt. s. eius sermonẽ non interrumpant, audientibus autem præmittit scientiæ documenta: vnde subdit; *Ostendam uobis etiam ego.* scilicet quàmuis sim iuuenis; *Scientiã meam.* scilicet ex qua respõdebo rationibꝰ Iob. Iustum autem erat quòd ipsi eum audirent, quia etiã ipse eos audierat, vnde subdit; *Expectaui enim.* scilicet diu, *Sermões uestros.* quos scilicet contra Iob protulistis. & quia reputabat se posse discernere, quid ab eis bene dictum esset & quid non bene, subdit; *Audiui prudentiam uestram.* quasi dicat, audiendo diu cogitaui, & diiudicaui quid in verbis vestris ad prudentiam pertineret: non autem parum, sed diu expectauerat. Terminum autem expectationis suæ determinat ex duobus primo quidem ex illorum voluntate: vnde subdit; *Donec disceptarentis in sermonibus uestris* idest, donec placuit vobis contra Iob disceptare. Secundo ex spe, quam de eorũ sapienti doctrina habebat: vnde subdit; *Et donec putabam uos aliquid dicere, considerabam.* non est autem amplius audiendus, de quo non speratur, quòd aliquid vtile sit dicturus. videbat autem, quòd verba eorũ quibus contra Iob vtebantur efficacia non erant: primo quidẽ quia eum rationibus vincere non poterant: vnde subdit; *Sed ut uideo, nõn est qui possit arguere Iob.* scilicet eum conuincendo rationibus. Secundo, quia non poterant eius rationibus obuiare: vnde subdit; *Et respondere.* scilicet sufficienter. *Ex uobis.* idest ex vestro sensu, vel, nõn est qui possit ex vobis: ex vestro sensu vel; *Non est qui possit ex uobis.* idest ex vestro numero: *Sermonibus eius.* de quibus scilicet contra vos vtitur. præcipue autẽ eorũ rationes contra Iob fundabantur in hoc, q̃ aduersitates Iob attribuebant diuino iudicio, quod errare non potest. quã quidem responsionẽ esse insufficientẽ consequenter ostendit dicens; *Ne forte dicatis, inuenimus sapientiam.* idest istud sufficit ad sapientem responsionẽ; *Deus proiecit eum.* scilicet in aduersitates, qui errare nõ potest: *Et non homo.* qui potest decipi & deripere. Ipse autẽ intẽdebat efficacius respondere: vnde subdit; *Nihil locutus est mihi.* Ex quo vult ostendere, quòd non loquitur quasi prouocatus; *Et ego non secundum sermones uestros respondebo illi.* idest non sequar vias vestras in respondendo: sed alias efficaciores ad respondendum vias inueniam. Intendit autem se de futura responsione excusare; nõ solum apud ipsos, sed etiam apud alios: & ideo ad alios conuertit sermonẽ suum dicens; *Extimuerunt.* scilicet vlterius loqui, ne manifestius cõuincerẽtur: *Nec responderunt vltra.* s. rõnibꝰ Iob. & vt ostẽdat hoc fuisse p̃p eorũ ignauiã, nõ p̃p efficaciã rationũ Iob, iõ subdit; *Abstuleruntq; a se eloquium.* s. negligenter tacendo. quãdo autẽ homo efficaci ratione conuincitur, nõ ipse a se aufert eloquiũ, sed potius ei ab alio auferitur. quia ergo illi defecerãt, dicit se velle eorũ defectũ supplere: vnde subdit; *Quoniam igitur expectaui,* scilicet diu, vt eis deferrem: *Et non sunt locuti* scilicet respõdentes sufficiẽter sermonibus Iob. *Sed steterunt.* idest cessauerũt & siluerunt; fallsitati. s. non resistentes: *Nec responderunt vltra.* scilicet pro testimonio veritatis aliquid dicentes: *Respondebo ego ego partem meam.* quia, scilicet defensio veritatis pertinet ad omnes: & vnusquisque debet ibi ponere, quasi pro parte sua, quod potest. non solum autem zelo veritatis defendendæ, sed etiam ex inani gloria mouebatur: vnde subdit; *Et ostendam scientiam meam.* quærit enim inanis gloriæ cupidus, vt si quid in se excellens est, manifestet: & ideo consequenter ostẽdit maximam sibi facultatem animi esse ad respondendum; cũ subdit; *Plenus sum enim sermonibus.* quasi abundanter occurrit mihi, quod respondeam: & quia facultas nõ sufficit ad agẽdũ, nisi homo ab aliquo incitetur, ideo subdit; *Et coarctat me spiritus uteri mei.* vterus est locus conceptionis: vnde per vterum hic metaphorice signatur intellectus, intelligibilia diuersa concipiens. Spiritus vero vteri est voluntas, impellẽs hominẽ ad manifestãdũ cõceptiones cordis p̃ sermonẽ. Est aũt homini molestũ, cũ nõ implet q̃d desiderat, & iõ anxietatẽ, quã patiebatur tacendo, exponit per similitudinẽ, subdens *Ecce uenter meus.* i. mẽs mea. *Quasi mustum.* s. quod feruet: *Absque spiraculo.* s. *quod lagunculas nouas disrumpit.* nisi. n. vapor musti fermẽtis ex parte aliqua euaporet, multiplicatur vapor interius. quandoq; vsque ad vasis confractionem: & ita etiam se musto propter iuuentutem comparat, & ideo ex magno desiderio loquendi periculum sibi existimat imminere, nisi loquatur, vnde subdit; *Loquar, & respirabo paululum.* quia. s. per uerba euaporabo interiorem feruorem, vt ab anxietate desiderii quiescam. quid autem loqui uelit, ostendit subdens: *Aperiam labia mea, & respondebo suerbis Iob.* Quẽ autem modum in respondendo obseruare debeat, ostendit subdens: *Non accipiam personam uiri.* ille enim in respondẽdo personam hominis accipit, qui veritatem relinquit, vt homini placeat, vel deferat. Quare autẽ hoc ipse facere nolit ostendit subdens. *Et Deũ homini non æquabo.* Talis enim sibi uidebatur esse disputatio præsens, ut si homini deferret, excellentiæ diuinæ reuerentiam debitam non seruaret. quod quidem quare facere timeat, ostendit subdens; *Nescio enim quam diu subsistam.* scilicet in hac mortali vita, vt possim mihi diuturna spatia temporis ad pænitẽdum repromittere; *Et si post modicum tollat me factor meus.* per mortem assumat ad suum iudicium. Ex quo patet, quòd Eliu in hoc concordabat cum Iob, q̃ retributio peccatorum esset post mortem, aliàs enim frustra videretur timuisse Deum offendere, propter vicinitatem mortis.

LECTIO PRIMA.

DICTVM est supra, quòd Eliu indignatus fuit contra Iob, & contra amicos eius postquam autem locutus fuerat contra ignauiam amicorum Iob, nunc contra ipsum Iob incipit loqui. & ideo primo eum ad attentionem excitat dicens; *Audi igitur Iob eloquia mea.* quia scilicet ego iam respondere intendo. & vt significet singula se cum pondere dicturum, subdit; *Et omnes sermones meos.* quasi nihil sit in uanum dicturus. & ne Iob quæreret, quare prius locutus non fuerit, subdit; *Ecce aperui os meum.* quasi dicat, prius dum tacui, os meum clauseram propter reuerentiam seniorum, nunc quia ipsi deficiunt, necessitas cogit me loqui vnde subdit: *Loquatur lingua mea in faucibus meis.* quasi dicat, non sequar verba aliorum, sed proprios conceptus enunciabo. & quia Iob in præcedentibus contra amicos suos dixerat, quòd eũ verbis affligebãt & confundebant, ideo hoc a se excludit subdens; *Simplici corde meo sermones mei.* scilicet sunt, quasi dicat, non loquar ad calumniandum vel ridendum, sed simplici animo ad veritatem manifestandam. Et quia prædictis tribus viris Iob imposuerat, quòd essent fabricatores mendacii, & cultores peruersorum dogmatum, hoc a se excludit dicens; *Et sententiam labia mea puram loquentur,* idest, absque admistione alicuius falsitatis vel erroris. vnde autem fiduciam veritatis manifestandæ acceperit, ostendit subdens: *Spiritus Dei fecit me.* & ideo non est mirum si suam factam mouet & perficit, & hoc est quod subdit; *Et spiraculum omnipotentis uiuificauit me.* scilicet ad operã vitæ mouet & perficit, inter quæ præcipuum est intelligentia ueritatis. & ne videatur hoc induxisse quasi præiudicium afferre intendens Iob, ne contra diuinitus loquentem responderet, subdit; *Si potes, responde mihi,* quantum scilicet ad ea, quæ contra te dicam; *Et aduersus faciem meam consiste.* vt scilicet tu etiam contra me obicias, si quid dixero, quod tibi non placet, & ne Iob dedignaretur cum eo disputare propter suam famosam sapientiam, & illius iuuentutem, ad hoc excludendum subdit; *Ecce, & me sicut & te fecit Deus.* & ita ex parte facto ris utrque nostrum eandem spem veritatis inquirendæ potest habere: ex parte vero materiæ, vtrique adiacet idẽ impedimentum. vnde subdit; *Et de eodem luto ego quoque formatus sum.* ex cuius scilicet grossitie lumen intelligentię obtenebratur. Videbat autem Eliu sibi posse respõderi, hoc quasi ad miraculum pertinere, si iuuenis tanta sapientia & facundia præbere tur, quòd contra sapientissimũ senem sufficeret disputare, & ideo, quasi inuenis hoc miraculose se esse assecutũ, subdit; *Verumtamen miraculum meũ non te terreat.* scilicet, ut respondere non audeas miraculose scientiam adepto. *Et eloquẽtia mea non sit tibi grauis.* vt scilicet ex ea obstupescas. His igitur præmissis quasi propmialiter, subiungit ea, in quibus Iob reprehendere intendit vnde subiungit; *Dixisti ergo in auribus meis.* quasi dicat: excusare te non potes cũ dixeris; *Et uocem uerborum audiui.* scilicet per solicitudinem attentionis. Primo ergo in verbis Iob notauerat, quòd se immunẽ esse dixerat a peccato. vnde dixit; *Mundus sum ego.* s. ab immunditiis carnis: *Et absque delicto.* scilicet peccato omissionis; *Immaculatus.* idest grauibus peccatis quæ sunt contra Deum, puta idolatria, vel aliquid huiusmodi; *Et non est iniquitas in me.* vt. s. proximos læserim. Secundo notat in verbis eius quòd Deo iniquitatem iudicii imposuerit. iniquitas autem iudicii solet ex odio iudicantis procedere. quantum ad hoc commemorat Iob dixisse; *Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi,* supra quidẽ 13. Iob dixerat interrogatiue. Cur faciem tuam abscondis; & arbitraris me inimicum tuum? hoc autem quòd dicitur hic: *Querelas in me reperit.* non inuenitur dixisse: vnde hæc est additio Eliu, praue interpretantis verba Iob. Iudicis enim odiũ iustum esse videtur, si certificatus de malitia alicuius, odio eum habeat ad puniendum. sed si ex leuibus querelis iudex pronocetur ad odium alicuius, erit odium iniustum; & taliter interpretatur, quod Iob dixerat se a Deo inimicum reputatum esse. Secundo, ad iniquitatem iudicis pertinere videtur, si alicui facultatem iustæ defensionis auferat. & quantum ad hoc subdit; *Posuit in neruo pedes meos.* idest compediuit, quasi impediẽdo me a meis operibus. Tertio pertinet ad iniquitatem iudicii, vt quælibet leuia ad condemnationem congreget alicuius: & quantum ad hoc subdit; *Custodiuit omnes semitas meas.* quasi in singulis operibus eũ obseruans: hoc autem Iob non dixerat ad ostendendum peruersitatem diuini iudicii, sed quasi figuraliter loquens, ut supra 13, ostensum est. vnde & ibi præmittitur, Aenigmata percipite auribus vestris. & quia hoc secundum excludit, primum subdit; *Hoc est ergo in quo non es iustificatus.* quasi dicat, non potes te iustum dicere, quia hoc ipsum ad iniustitiam tuam pertinet, quòd Deo iniustitiam imponis.

CAPITIS XXXII.

LECTIO I.

MISERVNT autem tres uiri isti respondere Iob, eo quòd iustus sibi uideretur. Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzithes, de cognatione Ram. Iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret coram Deo. Porro aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent responsionem rationabilem, sed tãtummodo condẽnassent Iob. Igitur Eliu expectauit Iob loquentẽ, eo quòd seniores essent qui loquebantur. Cum autem uidisset q̃ tres respondere non potuissent, iratus est uehementer. Respondensque Eliu filius Barachel Buzithes, dixit. Iunior sum tẽpore: vos autem antiquiores. idcirco demisso capite veritus sum uobis indicare meam sententiam. Sperabam enim, quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: Sed ut uideo, spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Non sunt longęui sapientes: nec senes intelligunt iudicium. Ideo dicam, audite me; ostendam uobis etiam ego meam sapientiã. Expectaui enim sermones uestros, audiui prudentiam uestram, donec disceptaremini sermonibus uestris: & donec putabam uos aliquid dicere, considerabam. Sed vt uideo, non est qui possit arguere Iob: & respondere ex uobis sermonibus eius: Ne forte dicatis, inuenimus sapientiam: Deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus est mihi: & ego non secundum sermones uestros respondebo illi. Extimuerunt nec responderunt ultra; abstulerũtque a se eloquium. Quoniam igitur expectaui, & nõ sunt locuti: steterunt nec responderunt ultra: Respondebo & ego partẽ meã, & ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei. En uenter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit. Loquar & respirabo paululum, aperiam labia mea & respondebo. Non accipiam personam uiri, & Deum homini non æquabo. Nescio enim quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

CAPITIS XXXIII.

LECTIO I.

AVDI igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & sententiam labia mea puram loquantur. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum omnipotentis uiuificauit me. Si potes responde mihi, & aduersus faciem meam consiste. Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. Verumtamẽ miraculum meum non te terreat: & eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & uocem verborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus: & non est iniquitas in me. Quia querelas in me repperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo, in quo non es iustificatus.

LECTIO

LECTIO II.

RESPONDEBO tibi, quia maior sit Deus homine. Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia uerba responderit tibi. Semel loquitur Deus: & secundo id ipsum non repetit. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: Tunc aperit aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab iis quæ fecit, & liberet eum de superbia: Eruens animam eius a corruptione, & vitã illius, ut non transeat in gladium. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant nudabuntur: Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis æquitatem, Miserebitur eius, & dicit, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier. Consumpta est caro eius a supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suã, Respiciet homines, & dicet: peccaui & vere deliqui, & vt erã dignus non recepi. Liberauit animã suã,

LECTIO SECVNDA.

PROPOSVERAT supra Eliu ea, de quibus contra Iob disputare intendebat: verum quia Iob antequam præmissa uerba diceret, præmiserat supra 13. Disputare cum Deo cupio: videtur autem inconueniẽs eum qui anhelat ad disputandum cum superiore, reuocare ad hoc, quòd cum inferiore disputet: Antequã super præmissis cũ Iob disputationem Eliu incipiat, de hoc ipso eũ redarguit, quòd cũ Deo disputare cupiebat. Et primo quidẽ, quia hoc ipsum magnæ præsumptionis videtur, ꝙ aliquis maiorẽ se prouocet ad disputandum; vnde dicit: *Respondebo tibi*, idest tuo desiderio, quo disputare cum Deo cupis; *Quòd maior sit Deus homine*. vnde præsumptuosum ẽ, quòd homo cupiat disputare cum Deo, Et in hoc quidẽ iuste argueret Iob, si cum Deo disputare uoluisset ad contradicendum quasi de pari. Iob autem cum Deo disputare volebat quasi ad addiscendum, sicut discipulus cum magistro. vnde supra 13. dixit, Os meũ replebo increpationibus, vt sciã verba quę mihi respondeat: quod tamen Eliu interpretabatur, quasi hæc Iob cõtentiose contra Deum dixerit, conquerendo, quòd ei non respõderet; vnde subdit; *Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia uerba responderit tibi*. quòd quidem ex prædictis verbis Iob colligere uoluit: & ex hoc quod etiam supra 19. dixerit; Ecce clamabo uim patiens, & nemo exaudiet: uociferabor, & non est qui iudicet. quæ quidem verba, & si qua similia superius dicta sunt, nõ per modum contentionis dicebantur, sed quia desiderabat rationes diuinæ sapientiæ cognoscere. ad repellendum autem prędicta verba Iob, quæ interpretabatur Eliu, ac si essent contentiose dicta, consequenter ostendit Eliu, non esse necessarium, quòd Deus homini ad singula verba respondeat, si vnicuique sufficiẽter loquitur ad eius instructionem: vnde subdit; *Semel loquitur Deus*. scilicet homini sufficienter ad eius instructionem. vnde deinceps non oportet, quòd ad singulas hominis interrogationes respondeat: vnde subdit; *Et secundo idipsum non repetit*. quia quod sufficienter factum est, iterare superfluum esset. quomodo autem loquatur Deus homini, ostendit subdens; *Per somnium in uisione nocturna*. Potest autem & alius esse sensus, vt per hoc quod dixit: *Semel loquitur Deus*. scilicet homini, referatur ad mentis instructionem, quæ est per lumen rationis naturalis, secundum illud Psal. 4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? & quasi respondens, subdit, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. per quod scilicet, discernere possumus bonum a malo. & quia naturalis ratio immobiliter in homine manet, ut nõ sit necesse eam iterare, ideo subdit; *Et secundo idipsum non repetit*. & deinde ostendit aliquãdo modum, quo Deus homini loquitur per imaginariam visionem in apparitionibus somniorum: vnde subdit; *Per somnium in uisione nocturna*. quod quidem potest referri ad propheticam reuelationem. secũdum illud Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, per somnium, aut in uisione loquar ad eum. vel potest referri etiam ad cõmunia somnia, quæ credebat Eliu diuinitus procurari, modum autem & ordinẽ somniorum consequenter exponit. Primo quidem tangens naturalẽ causam, cum dicit; *Quando irruit sopor super homines*. quod quidem fit debilitatis exterioribus sensibus per uapores descendentes ad principium somniandi. Secundo ponit dispositionem ex parte uoluntatis humanæ, cum subdit; *Et dormiunt in lectulo*. qa scilicet homines maxime ordinata & significatiua somnia vident, quando quiete dormiunt. vnde infirmis propter inquietudinem apparent distorta somnia. vnde signanter dicitur Dan. 2. Somnium tuum & uisiones capitis tui in cubiculo tuo huiuscemodi fuerũt. Tu rex cepisti cogitare in strato tuo &c. Tertio ponit operationem diuinam circa dormientem: quæ quidem attenditur, primo quantum ad hoc, quòd debilitatis exterioribus sen-

F sibus per soporẽ in homine in lectulo quiescẽte, datur diuinitus facultas quædã percipiẽdi diuinã instructionẽ, ꝙ eius anima circa exteriora nõ occupatur: vñ subdit; *Tunc aperit aures virorũ* & satis cõuenienter vim perceptiuã diuinæ instructionis in somniis vocat aures, qa de hmôi instructione loquitur sicut de quadã locutione, eo ꝙ non fit per inspectionem ipsarum rerum sed per signa quædã sicut & locutio. data autem facultate audiendi, consequẽs est vt doceat: vnde subdit; *Et erudiens eos instruit disciplinã*. & sumitur hic disciplina pro instructione eorum, quę homini occurrunt agẽda, vel vitanda, nõ pro cognitione scientiarum speculatiuarũ, quę non consueuerunt in somno reuelari: vnde subdit; *Vt auertat hominem ab ijs quæ fecit*. frequenter enim homo in somniis corripitur de peccatis commissis. & quia principium peccatorum ẽ superbia, qua Dei

H præcepta contemnũtur, subdit; *Et liberet eum de superbia*. per hoc autem quòd homo liberatur a culpa, consequens est vt euadat pœnam. quod quidem consequenter ostendit, quantum ad duplicem pœnam. primo quidem, quantum ad spiritualem pœnam animæ, vnde subdit; *Eruens animam eius de corruptione*. quæ scilicet, est per deordinationem potentiarum animæ. Secundo vero, quantum ad pœnam corporalem: vnde subdit; *Et vitam illius*. scilicet corporalem: *Vt non transeat in gladium*. puniendus, scilicet pro suo peccato. Vel potest vtrumque referri ad mortem corporalem, quæ quandoque accidit per interiorem corruptionem; sicut cum aliquis ex ægritudine moritur, quam Deus immittit pro peccato. quandoque vero accidit ex violentia gladii. Deinde subiungit alium modum diuinæ locutionis, quod scilicet, corrigit hominem per ægritudinẽ corporalem. in qua primo notat dolorem sensibilem: vnde di-

I cit; *Increpat quoque*. scilicet hominem de peccatis præteritis: *Per dolorem*. scilicet corporalem ex ægritudine prouenientem: vnde subdit; *In lectulo*. secundum illud Psal. 40. Super lectulum doloris eius. Secundo tangit debilitatem infirmorum, cũ dicit; *Et omnia ossa illius marcescere facit*. idest fortitudinem eius annihilat, quæ in ossibus consistit. Tertio ponit amissionẽ appe[t]itus, cum subdit, *Abominabilis ei fit in vita sua*. idest dũ adhuc viuit, scilicet propter infirmitatem: *Panis*. qui scilicet, est cibus cõmunis: *Et animæ illius cibus ante desiderabilis*. quod defertur ad alios cibos, qui diuersimode a diuersis desiderantur. Quarto, ponit maciem ex hoc prouenientem, cum subdit; *Tabescet caro illius*. idest, deficiet. & sic per consequens; *Ossa quæ tecta fuerant*. scilicet carne; *Nudabuntur*. idest manifestabuntur sola cute contecta. Quinto, ponit mortis periculum & timorem: vnde subdit; *Appropinquabit corruptioni anima eius*. idest, vita ipsius quæ est per animam: vnde subdit; *Et vita illius*

K *mortiferis*. idest causis inducentibus mortem. Notandum est autem, quòd hoc proposuit ad respondendũ conquestioni Iob, quòd Deus non ad singula ei non respondebat: voluit enim ei per prædicta probare, quòd tripliciter ei Deus sit locutus: primo quidem per naturalem rationem, sicut ad omnes homines: Secundo arguendo per somnia: dixerat enim supra, Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Tertio, per infirmitatem, dixerat enim supra 3. Nunc in me metipso marcescit anima mea. Item considerandum est, quòd Eliu, sicut & tres alii, credebat omnes infirmitates pro peccato homini aduenire, non tamen principaliter ad puniendum, sicut sonabant verba illorum trium, sed magis ad redarguendum: & quia Iob non solum videbatur conquestus fuisse, quòd Deus ei nõ loqueretur, sed etiam quòd ipse accedere non posset ad colloquendũ Deo, & ad ponendum iudicium suum coram ipso, vt patet supra xxiii. ideo huic questioni satisfacit: quia etsi homini non pateat manifeste accessus ad Deum, sunt angeli mediatores inter Deum & homines, qui iustitiam Deo proponunt, non quasi eum

ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet lucem viuentium. Attende Iob, & audi me, & tace, dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, responde mihi: loquere: volo enim te apparere iustum. Quòd si nõ habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

eum instruentes, sed sicut suis desideriis homines adiuuantes: & sic nihil deperit homini, quòd ipse per seipsum vsque ad solium Dei non potest accedere, vt ei iustitiam suæ causæ proponat. vnde ad hoc ostendendũ, subdit; *Si fuerit pro eo*. idest pro homine afflicto. *Angelus loquens*. idest intercedens. & ne timeretur quòd vnus angelus non sufficeret ad interpellandum pro omnibus, subdit; *Vnus de millibus*. secũdũ illud qđ supra. xxv. dictum est, Numquid est numerus militũ eius, *Vt enunciet hominis æquitatem*. s. Deo; *Hominis*. scilicet afflicti: Et dicet. idest, angelo imperabit: Libera eum, vt scilicet, sicut ipse est allegator iustitię hominis apud Deum, ita etiam ipse sit executor diuinæ misericordiæ apud homines: & a quo liberandus sit, subdit; *Vt non descendat in corruptionem*. idest in mortem. & vt hanc liberationem Deo esse gratam ostendat, subdit ex persona Dei dictum; *Inueni in quo ei propitier*. idest apparet in homine aliquid æquitatis, ex quo ei misereri possum quem quærebam. & quia primo supra. vii. quasi reparari non posset, dixerat, Induta est caro mea putredine, ad hoc excludendum, subdit; *Consumpta est caro eius a supplicijs*. quasi dicat, hoc meæ potestati non præiudicat: vnde subdit; *Reuertatur ad dies adolescentiæ suæ*. idest recuperet vigorem sicut in adolescentia. Sic igitur positis Dei verbis liberantis, Eliu vtens suis verbis, describit modum liberationis humanæ, dicens; *Deprecabitur Deum*, quasi dicat, non sufficit quòd angelus pro eo loquatur, sed ad hoc quòd liberetur, oportet quòd ipse etiam pro se oret. vel aliter potest continuari: quia enim supra ostenderat, quòd homo non potest cõqueri de hoc, quòd iudicium suum coram Deo ponere non possit, quia angelus pro eo efficaciter proponit, nunc ostendit, ꝙ etiam ipse pro se proponere potest orando: & vt ostendat etiam hoc esse efficax sicut & primum, subdit; *Et placabilis erit ei*, scilicet, Deus homini, secundum illud Iohelis. 2. Benignus & misericors est, & placabilis super malitiam. & ex hoc sequitur in homine fiducia cogitandi de Deo cum quadam spiritali lætitia: vnde subdit; *Et videbit*. scilicet homo: *Faciem eius*. idest considerabit bonitatem ipsius, in pręsenti quidem vita imperfecte, in futura autem perfecte: *In iubilo*. idest in quodam inexplicabili gaudio. & sic; *Reddet*, scilicet Deus: *Homini iustitiam suam*. idest remunerabit eum pro meritis, remoto impedimento peccati: sed hoc esse non potest, nisi homo humiliter suum peccatum recognoscat & confiteatur. vnde subdit, *Respiciet homines*. quasi vltro se offerẽs ad confessionem peccati: vnde subdit; *Et dicet, peccaui*. & vt non credatur hoc ex humilitate dicere, subdit; *Et vere deliqui*. quod inducit contra Iob: quia supra dixerat. xvii. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. & in sua confessione non murmurabit de pœnæ grauitate: vnde subdit; *Et vt eram dignus non recepi*. quasi dicat, grauiorem pœnam merui: & hoc videtur dicere contra hoc, quod supra. vi. dixerat, Vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui. & fructum humilitatis ostendit subdens; *Liberauit animam suam*. confitendo peccatum: *Ne pergeret in interitum*. idest in mortem corporalem scilicet vel spiritalem, vt vlterius bona consequeretur: vnde subdit; *Sed viuens videret lucem*. scilicet vel corporalem, vel spiritalem sapientiæ. & quia Deus non statim hominem finaliter damnat, sed multoties monet, ideo subdit; *Ecce hæc omnia*. scilicet quæ pertinent ad instructionem per somnia & increpationem, per dolores & sanationem: *Operatur Deus tribus vicibus*. idest multoties, quàm diu viderit expedire, sed vtitur numero ternario, vt congruat humanæ consuetudini, per quã solent homines ter moneri vel citari, & hoc non facit vni tantum, sed omnibus indigentibus, vnde subdit; *Per singulos*. quos scilicet, viderit instruendos & increpandos: & assignat vtilitatem, subdens; *Vt reuocet animas eorum a corruptione*. quod pertinet ad liberationem a malo: *Et illuminet luce viuentium*. quod pertinet ad consecutionem bonorum. & potest vtrumque exponi corporaliter vel spiritaliter. Quòd autem dicitur hic de tribus vicibus, referendum est ad duos secundos modos locutionis. Nam de primo dictum est, ꝙ secundo id ipsum non repetit. Inducit autem hoc ad ostendendum rationem, quare aliquando peccatores sustinentur in prosperitate, & non statim condemnantur. & quia videbatur ei, ꝙ

A efficaciter locutus esset, inducit Iob ad tacite audiendum ea quę restant: vnde subdit; *Attende Iob*. scilicet corde; *Et audi me*. scilicet auribus: *Et tace, dum ego loquor*. scilicet, ne me impedias, & ne videatur ei auferre facultatem respondendi, subdit: *Si autem habes, quid loquaris, responde mihi*. & quasi desiderans eius responsionem subdit: *Loquere*. & causam desiderii subdit, dicens; *Volo enim te apparere iustum*. quod dicit ad ostendendum, quòd non intẽdebat ad eius cõfessionem: & quia non credebat eum iustũ, subdit: *Quòd si non habes*, quid scilicet, pro tua iustitia dicas: *Audi me, tace, & docebo te sapientiam*. quam, scilicet ignoras:

CAPITIS XXXIIII.

LECTIO I.

PRONVNCIANS itaque Eliu, etiam hęc locutus est. Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me. Auris. n. verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Iudiciũ eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit meliꝰ. Quia dixit Iob,

LECTIO PRIMA

POSTQVAM Eliu reprehendit Iob de hoc, quòd cum Deo disputare cupiebat, accedit ad disputandum contra illa duo, quæ supra præmiserat. Et primo disputat contra id, quod sicut ibi videbatur, Iob dixerat diuinum iudicium esse iniustum. Et quia hæc materia est valde difficilis & sublimis, non est contentus in hac disputatione ad solum Iob verba dirigere, præcipue, quia putabat in hac materia eum esse erroneum: sed inuocat sapientes ad hanc rem diiudicandam. hominum autem quidam sapientiam per seipsos considerant. & quantum ad hoc,

C dicit: *Audite sapientes uerba mea*. quidam uero de iis, quæ ad sapientiam pertinent instruuntur: & quantum ad hoc, subdit: *Et eruditi*. scilicet ab aliis: *Auscultate me*. quare autem alios ad sapientiam inuitat, seu ad audientiam, ostendit subdens; *Auris enim uerba probat*. quasi dicat, uos inuito ad hoc quòd verba mea audientes, ea diiudicetis; & inducit similitudinem, cum subdit: *Et escas guttur gustu dijudicat*. quasi dicat, sicut gustus habet diiudicare de esca, ita auditus de verbis. ad quid autem hoc pertineat, exponit subdens; *Iudicium eligamus nobis*. quasi dicat, ex communi consensu iudicemus, quid verius sit, & hoc est quod subdit: *Et inter nos uideamus quid sit melius*, utrum, scilicet id, quod Iob dixit, aut id, quod ego sum contra eum dicturus. vnde consequenter proponit verbum Iob, subdens: *Quia dixit Iob, iustus sum*. hoc idem dixerat supra 27. Iustificationem meam quã cœpi tenere, non deseram. & vlterius suam iustitiam manifestauerat quantum ad multa: supra 31. subdit autem, Secundo; *Deus subuertit iudicium meum*. hoc idem accipit ex hoc, quod Iob su-

D pra 27. dixerat. Viuit Deus qui abstulit iudicium meum. Et ad idem pertinere videtur, quod supra 19. dixerat. Deus non æquo iudicio afflixit me. quæ quidem verba Eliu in peius interpretatus est. Iob enim suum iudicium ablatum esse dixerat, quia pœnas sibi irrogatas esse existimabat, non ex iudicio punientis culpam, sed ex prouidentia probantis iustitiam. vnde supra 23. dixerat, Probabit me quasi aurum, quod per ignem transit. non autem quicunque non vtitur iudicio, subuertit iudicium, sed solum ille qui iudicium profert iniustum. Sic ergo interpretatus est, quod Iob dixerat, Deus abstulit iudiciũ, ac si dixisset, Deus subuertit iudicium meum, iniuste iudicando: vnde subdit; *In iudicando enim me est mendacium*. idest falsitas iudicii. quod quidem Iob nunquam dixerat. Sed Eliu hanc esse eius intentionem in verbis præmissis credidit, vt diceret se esse iniuste punitum. Ideo autem hanc opinionem Eliu conceperat, quia non videbat: qualiter aliquis absq; peccato posset affligi, nisi iniuste, & quia Iob sine peccato se esse dicebat, existimabat quòd Iob

E sentiret se a Deo percussum per violentiam contra iustitiam, vñ de subdit: *Et uiolenta est sagitta mea absque peccato*. quasi dixisset Iob, cum sim absque omni peccato, sagitta qua Deus me vulnerauit, idest aduersitas immissa, violenta fuit & iniusta. & videtur alludere verbis Iob, quibus supra dixerat, Sagittæ Domini in me sunt. Postquam ergo hanc diuersitatem Eliu impo suerat ipsi Iob, eum super hoc vituperare incipit, dicens: *Quis est uir, ut est Iob*, quasi nullus, ꝗ vir videat esse, ita peruersus, vt ipse. nam maxima peruersitas esse videtur, vt aliquis Deum irrideat, eius iudiciis detrahendo: vnde subdit: *Qui bibit subsannationem*. idest diuinorum irrisionem, & reprobationem, *Quasi aquam*. quæ scilicet, & faciliter, & cum refrigerio bibitur; ac si ei imponeret, quòd hoc in contumeliam Dei prorumperet, & esset tribulationis refrigerium, & absque obstaculo conscien-

conscientiæ contradicentis hoc ageret. Solet autem hoc propriũ esse in peccatis perseuerare volentium, vt diuina contemnant iudicia. vnde subdit: *Qui graditur.* idest consentit: *Cum operantibus iniquitatem.* qui scilicet iudicia diuina despiciunt. homines autem contra pietatem diuinę religionis agentes, non solum despiciunt diuina iudicia. sed etiam ea negant, vel asserunt iniusta: quorũ participem Iob esse credebat: vnde subdit; *Et ambulat cum uiris impijs.* qui scilicet pietatem diuinæ religionis abiiciũt. quare autem eum cum eis consentire dicat, ostendit subdens; *Dixit enim, non placebit uir Deo: etiam si cucurrerit cum eo.* idest, si eum secutus fuerit per uiam iustitiæ. hoc autem Iob non dixerat, sed uerbis eius Eliu abutens, hoc ei īponit dixerat. n. supra Iob 23. Vestigia ei⁹ secut⁹ ē pes me⁹, & postea supra. 30. dixerat, Mutatus es mihi in crudelem; & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Ex quibus verbis credebat Iob hoc sentire, quòd Deo displiceret, quàmuis eum fuerat secutus. sed Iob prædicta verba retulerat ad exteriorem persecutionem, non ad interiorem reprobationem. quia ergo Eliu verbis Iob abutens, ei imponere nitebatur, quod ipse nō sentiebat, nec in suis verbis intellexerat, manifestum est, quòd tota sequens disputatio contra Iob non erat: quia tamē Eliu existimabat Iob tantæ peruersitatis esse, vt Dei iudicium reputaret iniustum, dedignatur cum super hoc ad disputationem prouocare: sed alios sapientes aduocat ad iudicandum: vnde subdit: *Ideo uiri cordati.* idest, intelligentes: *Audite me.* sicut enim cor est principium vitæ corporalis, ita intellectus est principium totius intellectualis vitæ: vnde & supra 12. cor pro intellectu posuerat dicens; Et mihi est cor, sicut & vobis. in sua autem disputatione Eliu proponit primo quod probare intendit: quòd scilicet in diuino iudicio iniustitia esse non possit. ipse enim est Deus, cui debetur pietatis cultus & per suam omnipotentiam omnibus dominatur, leges iustitiæ statuens homini, & ideo contra diuinitatem eius esset, si impietati faueret: & ideo dicit: *Absit ab eo impietas.* esset enim contra dominium omnipotentiæ eius, si ad iniustitiam declinaret: vnde subdit; *Et ab omnipotente iniquitas:* scilicet absit. Remota autem diuina iniustitia, ostendit modum diuinæ iustitiæ, subdens: *Opus enim hominis reddet ei.* idest retribuet ei bonum vel malum pro suis operibus. & quia eorum, qui bene operantur, quidam aliis melius faciunt: & eorum qui male operantur, quidam aliis magis peccant, ideo subdit: *Et iuxta uias singulorum restituet eis.* scilicet melius meliori, & peius peiori. quòd autem in Deo non sit iniustitia, probat, primo quidem ex hoc, quòd si ipse iniustus esset, nusquam iustitia reperiretur: quia ad ipsum pertinet vniuersale iudicium omnium: vnde subdit; *Quem constituit alium super terram.* quasi dicat, nũquid credendum est, quòd aliquis sit constitutus a Deo, qui iuste iudicet omnem terram, si apud ipsum sit iniquitas? ideo autem dicit credendum non esse quòd alius terram iudicet, quia idem est factor mundi & gubernator. vnde sicut alii nulli commisit, quòd faceret mundum, ita nullum alium præposuit gubernationi mundi, & hoc est quod subdit: *Aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?* idest, totius mundi gubernatorem? quasi dicat, nullũ, quia sicut ipse per seipsum orbem fabricatus est, ita etiam per se ipsum orbem gubernat & iudicat. habet quidem gubernationis suæ executores tanquam ministros, sed ipse est omnium ordinator: nullo autem modo possibile est quòd vniuersalis mundi gubernatio sit iniusta. Secundo ostendit, quòd apud Deum non sit violentia & iniquitas per experimentum. tanta est enim eius potentia, quia res conseruat in esse, ut si violentia vti vellet contra iustitiam, omnes homines subito posset extinguere, vnde subdit: *Si direxerit.* scilicet Deus: *Ad eum.* scilicet ad hominem conterendum. *Cor suum.* idest voluntatem suam: *Spiritum illius.* idest animam eius: *Et flatum.* idest corporalem vitam ex anima subsecutam; *Ad se trahet.* idest ad eũ, scilicet sua virtute a corpore separans, secundum illud Eccle. vltimo. Et spiritus reuertatur ad Dominum qui dedit illũ: ablato aũt spiritu diuinitus homini dato, consequens est, vt carnalis vita deficiat, vnde subdit: *Deficiet omnis caro simul.* i. species carnis cessabit, & vlterius in sua componentia resoluetur: vnde subdit; *Et homo in cinerem reuertetur.* secundum illud Psal. 103. Auferes spiritum eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Puluerem autem in quem caro resoluitur, cinerē nominat, uel quia apud antiquos corpora mortuorũ igne combusta resoluebantur in cineres; uel quia ea in quæ corpus mortuum resoluitur, sunt quædam reliquiæ naturalis caloris, qui in humano corpore vigebat. quia ergo tam facile est Deo, si uelit, in cinerem redigere totũ genus humanũ, ex ipsa hominũ conseruatione apparet, quòd ad eos violētia iniusta nōn vtitur, quia ergo Eliu putauit prædictas rationes esse sufficientes, ad earum considerationem Iob inuitat, cum subdit: *Si ergo habes intellectum.* vt scilicet vim mearum rationum percipere possis; *Audi quod dicitur.* scilicet interioribus auribus. *Et* interiori attentione: *Ausculta uocem eloquij mei.* vt scilicet iustitiam diuini iudicii cognoscas. ad quod etiam eum inducit ex proprio periculo vel vtilitate, cum subdit; *Nunquid qui non amat iudicium sanari potest?* quasi dicat, tu qui sanari indiges, quasi multis infirmitatibus oppressus, hoc consequi non potes, nisi ames diuinum iudicium: improbat autem eius sententiam, quam esse putabat de iniustitia diuini iudicii per multa euidentia indicia diuinæ iustitiæ, vnde subdit; *Et quo modo tu eum.* scilicet Deum; *qui iustus est.* vt scilicet per multa apparet. *Intantum condemnas* ut scilicet eum dicas iudicii subuersorem: ad condemnationem autem diuinæ iustitiæ primo assumit, quòd potentum personas Deus non accipit, sed eos arguit, & punit pro suis peccatis. inter potestates autem humanas præcellit regia dignitas. & quantum ad hoc, primo dicit; *Qui.* scilicet Deus: *Dicit regi apostata.* idest non veretur regem arguere de apostasia propriæ professionis, qua profitetur se iustitiam seruaturum. secundum autem locum tenent duces exercituum, de quibus subdit; *Qui uocat duces impios.* quasi dicat, non timet eos de crudelitate arguere. Tertio loco ponit rectores ciuitatum, cum subdit: *Qui non accipit personas principum.* quin scilicet eos arguat, & iudicet pro peccatis. Quarto autem loco tangit eos, qui non habent legitimam, sed vsurpatā potestatem, scilicet tyrannos, & quantum ad id, subdit: *Nec cognouit.* idest approbauit; *Tyrannum.* scilicet ei deferendo: *Cum disceptaret.* scilicet tyrannus; *Contra pauperem.* quasi dicat, non fauit potentibus contra impotentes. quod ad eius iustitiam pertinet. & quare eis non deferat subdit; *Opus enim manuum eius sunt uniuersi.* scilicet tam magni quàm parui, & ideo paruos non despicit, sed amat, sicut sua opera, nec potentes timet, cum sint suæ potestati subiecti. & ne crederet aliquis quòd potentes Deus solum argueret, non autem eos vlterius puniret, subdit de eorum duplici pœna: primo quidem de morte ex improuiso eis superueniente. vde subditur: *Subito morientur.* secundum illud Esa. 30. Subito, dum non speratur, veniet contritio eius. si enim consueto modo ei mors expectata superueniret, non imputaretur hoc diuino iudicio, sed inferioribus causis. Secundo ponit pœnam rebellionis subditorum, per quam potestatem amittunt: vnde subdit: *Et in media nocte turbabuntur populi.* idest, populi regibus & principibus subiecti subito turbantur ex aliqua occulta machinatione, ad hoc quòd principes suos deserant: unde subdit; *Et pertransibunt.* scilicet dominium commutantes: *Et auferent.* idest deponent

Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me mendacium est, uiolenta sagitta mea absque ullo peccato. Quis est vir ut est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam, Qui graditur cum operātibus iniquitatē, & ambulat cum uiris impiis? Dixit enim, Non placebit uir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. Ideo viri cordati, audite me: absit a Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta uias singulorum restituet eis. Vere enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Quem constituit alium super terram? aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suum: spiritum illius, & flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul: & homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta uocem eloquii mei. Nunquid qui non amat iudicium sanari potest? Et quomodo tu eum, qui iustus est intantum condemnas? Qui dicit regi apostata: qui uocat duces impios: Qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperem, opus enim manuum eius sunt uniuersi. Subito morientur: & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferent uiolentum absque manu. Oculi enim eius super uias hominum: & omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebræ, & non est umbra mortis: ut abscōdantur ibi, qui operātur iniquitatem. Neque enim ultra in hominis potestate est, vt ueniat ad Deum in iudicium.

nent a dominio, vel etiam occident: *Violentum.* idest eum, qui spreta iustitia, uiolentiam subditis inferebat. *Absque manu.* scilicet armatorum. Cum enim aliquis princeps ab extraneis aufertur, requiritur, quòd habeant manum armatam contra ipsum, sed quando subditi, in quibus erat tota eius potentia, subito eũ deserunt, videtur auferri sine manu: quā uis & hoc possit referri ad pœnam populorũ subditorũ: sed primum melius est, quia nunc agitur de iustitia quam Deus exercet in magnos. postea autem dicetur de iustitia quam exercet in populos. vt autem huiusmodi pœnæ ex diuino iudicio prouenire credantur, subdit. *Oculi enim eius.* idest prospectus diuinæ prouidētiæ est *super uias hominũ.* idest super opera eorum, & ut exprimat Deum singulariter omnia particularia opera humanorum cognoscere, subdit: *Et omnes gressus eorum.* idest omnes processus operationum humanarum. *Considerat.* scilicet distincte, non solum in generali: posset autem aliquis credere, quòd quia Deus lux est, impii autem in tenebris sunt, quòd occultentur a Deo. sed hoc excludit, subdens; *Non sunt tenebræ.* scilicet ignorantiæ: *Et non est umbra mortis.* idest obscuritas culpæ ducens ad mortem: *Vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.* quasi dicat, sicut ipsi cognoscere Deum noluerũt, ita Deus eos non cognoscit. dicitur tamē eos ignorare, reprobando. & quia dixerat, principes pro suis peccatis subito mori & auferri: quòd videtur esse irremediabilis pœna, huius rationem ostendit consequenter ex hoc, quòd ex quo Deus hominem iudicat pro suis peccatis subito mori, & finaliter condēnandum, non datur homini facultas vt vlterius in iudicio decertet cum Deo: & hoc est quod subdit: *Neque enim ultra.* scilicet, postquam Deus iudicat eum condemnandum: *In hominis potestate est, ut ueniat ad eum in iudicium.* quasi dicat, Deus sit ꝑpter eũ, suum iudicium retractaturus: & hoc præcipue videbatur dicere contra Iob, qui postquam condemnatus erat ad pœnam, supra 23. dixerat. Veniam vsque ad solium eius, & ponam coram eo iudicium.

LECTIO II.

CONTERET multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem: & conterentur. Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo: & omnes vias eius intelligere noluerũt. Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni: & audiret uocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui cōdemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? & super gentes, & super omnes homines. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltra non addam. Numquid a te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quod siquid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi: & vir sapiens audiat me. Iob autem stulte locutus est, & verba illius nō sonant disciplinam. Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis: Qui addidit super peccata sua blasphemiam: inter nos interim constringatur, & tunc ad iudiciũ prouocet sermonibus suis Deum.

LECTIO SECVNDA.

DVo sunt propter quæ homines maxime solent a iustitia declinare. quorum primum est, quia deferunt magnatibus. secundum est, quia deferunt multitudini contra iustitiam. Ostenderat autem supra perfectionem diuinæ iustitiæ ex eo, quòd magnatibus non defert. Vnde nunc consequenter ad commendationem diuinæ iustitiæ addit, quòd nec etiam multitudini peccantium defert. vnde dicit; *Conteret multos.* scilicet peccatores, eos occidendo, vel aliter puniendo. & ne credatur vsque ad aliquā certam quantitatem multitudinis præcedere diuinam iustitiam, & non vltra, subdit; *Et innumerabiles.* quasi dicat, certo numero cōprehendi non possunt illi, quos propter peccata, Dei iustitia conterit. sed ne ex hoc deperire credatur humani generis status, subdit; *Et stare faciet alios pro eis.* quia scilicet quibusdam morientibus, alii succedunt: & quibusdam a prosperitate decedentibus, alii subleuantur: vt sic quodammodo uniformitas in genere humano appareat. solet autem contingere quòd quando sunt multi puniendi, non possunt iudices singulorum causas sufficienter perscrutari. sed ne hoc de Deo credatur, subdit; *Nouit enim opera eorum.* quid scilicet vnusquisque mereatur; & ideo singulis secundum sua opera retribuit. vnde subdit; *Idcirco inducet noctem.* idest subitam & inopinatam aduersitatem; *Et conterentur.* scilicet ex improuiso. quare autem in nocte opprimantur, ostendit ex hoc, quòd cum ipsi possent uidere illud quod eis expediebat, hoc contempserunt, & ideo iustum est vt non detur eis facultas prouidendi superuenientia mala ad cauendum; & hoc est quod subdit; *Quasi impios.* idest pietatis notitiam respuentes: *Percussit eos.* scilicet existentes: *In loco videntium.* idest in statu in quo videre poterant, tum per naturalem rationem, tum per sacram doctrinam, quid esset faciendum; & quid esset vitandum: sed hoc ipsi respuerunt, vnde subdit; *Qui quasi de industria recesserunt ab eo.* scilicet Deo, peccantes ex certa malitia. vnde ponit consequenter in eis ignorantiam affectatam, cum subdit; *Et omnes vias eius.* idest mandata Dei: *Intelligere noluerunt.* & sic patet, quòd propter ignorātiam non excusantur, sed magis dānabiles redduntur. effectum autem huius malitiæ affectatæ, ostēdit subdens; *Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni.* quasi dicat, intantum ostendunt se viarum Dei ignaros, vt pauperes opprimerent, quos Deus exaudit. vnde sicut non exhorrent pauperum oppressionem, ita non timēt Dei indignationem, vnde subdit, *Et audiret vocem pauperum.* quasi dicat, paruipendũt, quòd Deus volũtatem suam adhibet ad pauperes exaudiendum. & quia multitudinis contritionem attribuerat iudicio diuino, posset aliquis credere hoc prouenire non ex diuino iudicio, quòd aliqua multitudo conteratur, & alia prosperetur, sed per alicuius potentis principis aut gubernationem aut impugnationem: ideo ad hoc excludendum subdit; *Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet?* quasi dicat, ideo dico, quòd ipse est qui conterit multos & innumerabiles, quia si ipse vellet eis pacem temporalis prosperitatis concedere, nullus posset multitudinem condemnare: & econtrario, si ipse condemnare intendit, nullus est qui possit pacem præbere. vnde subdit; *Ex quo absconderit.* scilicet faciem suam subtrahendo, scilicet suæ consolationis præsentiam: *Quis est qui contempletur eum?* idest, qui possit in eum consolationem inuenire, quasi eius pulchritudinem videndo? Est autem & alia pœna multitudinis præter contritionem: qua scilicet affligitur tyrannorum dominio: & quantum ad hanc pœnam subdit; *Et super gentes, & super omnes homines.* quasi dicat, non solum in vna gente iudicium suum exercet per contritionem, vel tyrannorũ oppressionem, sed etiam in omnes homines: & subdit de tyrannorũ oppressione; *Qui regnare facit hominē hypocritā propter peccata populi.* qui scilicet ex eius regimine affligitur: in quo etiam videtur respondere quęstioni quam Iob proposuerat supra XXI. Quare impii viuunt, & confortati sunt, sublimatique diuitiis, hoc enim esse asserit, non propter eorum merita; sicut ibidem Iob probauerat, sed propter aliorum demerita, qui ex eorum prosperitate puniuntur. sic ergo manifestata iustitia Dei ex iudiciis, quæ exercet in principes & in multitudinem, dat locũ respondendi. vnde subdit; *Quia ergo ego locutus sum ad Deum.* idest, ea quæ ad Dei honorem spectant: *Te quoque non prohibebo.* dans scilicet tibi locum respondendi, & ad quid debeat sua responsio tendere, ostendit subdens; *Si erraui.* scilicet sicut aliis amicis tuis imposuisti, scilicet quòd essent cultores peruersorum dogmatum: *Tu doce me.* scilicet veritatem tuam, vt possim ab hoc errore liberari. potest autem aliquis in loquēdo deficere, non solum errando contra veritatem doctrinæ, sed etiam in particulari iudicio, deficiendo contra veritatem iustitiæ. vnde subdit; *Si iniquitatem locutus sum, vltra non addam.* ostendens scilicet correctioni se paratum: & quia existimabat, quòd Iob contra eum grauiter turbaretur, consequēter ostendit eius turbationem esse iniustam, subdens, *Nunquid a te Deus expetit eam.* quasi dicat: etiam dato quòd sim iniquitatem locutus; tu pro ea Deo non debes respondere. vnde nō debes grauiter per hoc turbari. vnde subdit; *Quia displicui tibi?* s. per inordinatam animi turbationem. ostendit autem consenquenter secundo, quòd nō debet inde grauiter turbari, quia ipse Iob verba inceperat dicens; Pereat dies &c, ex quibus tota disputatio habuit ortum. vnde dicit; *Tu enim cœpisti loqui, & non ego.* Tertio ostendit eum non debere grauiter turbari, quia ipse etiam habet facultatem dicēdi quod sibi placuerit. vnde subdit; *Quod si quid nosti melius,* scilicet quàm ego dixerim: *Loquere.* scilicet ostendendo errorē, vel iniquitatem meam. & ne videretur hoc dixisse quasi dubitans

tans de sua iustitia & veritate suorum verborum, intendit asserere consequẽter Iob in sapientia & intellectu deficere, & propter hoc reputabat eum indignum sua disputatione: cuius vna pars pertinet ad opponentem, in qua maxime requiritur acumen intellectus, ad inueniendum rationabiles vias ad propositum ostendendum. vnde subdit; *Viri intelligentes loquantur mihi.* scilicet mihi obiicientes. Altera vero pars disputationis pertinet ad respondentem, in quo maxime requiritur sapientia vt bene iudicet de auditis. vnde subdit: *Et uir sapiens audiat me.* s. opponentem. s. paratũ ad respondendum. Horum autem defectum in Iob ex eius verbis collegerat. vnde subdit: *Iob autem stulte* i. contra sapiẽtiã *Locutus est.* quantum. s. ad hoc, ꝙ reputabat eũ aliquid dixisse cõtra rectitudinem diuini iudicii: *Et uerba illius nõ sonant disciplinam.* quæ. s. pertinet ad ordinatam intelligẽtiam, & hoc videtur retulisse ad hoc, quòd Iob se iustum asserebat. & quia Iob istos defectus in se non recognoscebat, conuertit Eliu verba sua ad Deum, postulans vt Iob suos defectus recognosceret. vnde subdit; *Pater mi.* i. o Deus, quẽ patrem reputo propter reuerentiam quam ad te habeo, iustitiã tuam vbique defendens: *Probetur Iob.* idest ostendatur sibi per flagella suus defectus: *Vsque ad finem.* i. quousque recognoscat se iniustum: vel: *Vsque ad finem.* i. vsque ad mortem. & huiusmodi petitionis iustitiam ostendit; subdens: *Ne desinas ab homine iniquitatis.* quasi dicat, iniquitas sua hoc meretur, vt flagella nõ cessent: & ad maiorem exaggerationẽ subd[it]; *Qui super peccata sua.* s. præterita, pro quibus flagellatus est: *Addit blasphemiam.* vt. s. se iustum, Deum vero asserat iniustum, pro quo exoptat ei, primo quidem pœnã in præsenti. vnde subdit; *Inter nos interim constringatur.* s. aduersitatibus. Secundo autem innuit pœnam futuram. vnde subdit; *Et tunc;* scilicet iam temporaliter afflictus. *Ad iudicium* scilicet futuræ vltionis. *Prouocet sermonibus suis Deum.* quibus scilicet, contra eum blasphemat.

CAPITIS XXXV.
LECTIO I.

Igitur Eliu hæc rursum locutus est. Nunquid æqua videtur tibi tua cogitatio, vt diceres, iustior sum Deo? Dixisti enim, Non tibi placet quod rectum est; vel quid tibi proderit si ego peccauero? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum. Suspice cælum & intuere; & contemplare æthera quòd altior te sit. Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porro si iuste egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinem calumniatorũ clamabunt, & eiulabũt propter vim brachii tyrannorum. Et non dixit, vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos. Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum. Non ergo frustra audiet Deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris, non considerat: iudicare coram illo, & expecta eum. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum: & absque scientia verba multiplicat.

LECTIO PRIMA.

Postquam Eliu improbauerat verba Iob, quantum ad hoc ꝙ sicut ipse existimabat, imposuerat iniquitatem diuino iudicio, hic intendit improbare verba eius quantum ad hoc, quod dixerat se esse iustum: vnde dicitur: *Igitur Eliu hæc rursum locutus est.* interrupto scilicet sermone, expectans si Iob responderet. quo non respondẽte, iterato sermonem assumpsit dicens; *Nunquid æqua uidetur tibi tua cogitatio ut diceres, iustior Deo sum?* hoc quidem nunquam Iob dixerat: nec Eliu ei imponit ꝙ hæc verba protulisset, sed ꝙ verba quæ protulit, ex hac cogitatione prouenirent: vnde signanter fecit de cogitatione mentionem. ex quibus autem uerbis hanc cogitationem habuisset, Eliu ostendit subdens: *Dixisti enim non tibi placet quod bonum est.* alia litera habet: *quod rectum est. Vel quid tibi prodest si ego peccauero?* hæc duo verba in præmissis Iob verbis nunquam inueniuntur. sed primũ horum, scilicet quòd Deo non placeat quod bonum est, videtur accipere ab eo quod Iob supra 10. dixerat, Si impius fuero, væ mihi est: si iustus, non leuabo caput. quod Iob dixerat ad signandum quòd temporalibus pœnis iusti pariter & iniusti affligũtur: sed Eliu hoc interpretabatur esse dictum, quasi Deo hominis iustitia non placeret. hoc vero quod secundo proponit; *Quid tibi prodest, si ego peccauero:* nunquam legitur Iob dixisse: sed hoc accipere voluit Eliu, ex hoc quòd idem Iob dixerat, Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea, mundum me esse non pateris? quod Iob dixerat ad ostendendum, quòd prosperitas temporalis non semper innocentiam comitatur, alioquin ipse prosperitatis tempore innocens fuerat: dimissis igitur sibi peccatis, non erat ratio quare post peccatorum remissionem iterato a Deo peccatis mundaretur: sed Eliu ad hãc sententiam hæc verba retorsit, quasi Iob putauerit peccatum suum, aut pœnam peccati Deum induxisse propter suam vtilitatem. Ex his autem duobus, scilicet quòd Deo non placeret quod bonum est, & quòd ipse vtile sibi reputaret peccatum, sequi videretur, quòd Iob iustior Deo esset, cũ de se supra dixerit, quòd displicuerint ei mala, & placuerint bona. Concludit autem ex præmissis, propter eorũ absurditatem se cõpelli ad respondendum, vnde dicit: *Itaque ego respondebo sermonibus tuis & amicis tuis tecum.* qui scilicet te talia dicentem conuincere non potuerunt. & incipit ab eo, quod vltimo dictum est, ostendẽs quòd Deus non potest iuuari, nec lædi ex operibus nostris bonis vel malis, & hoc propter eius sublimitatem, quam primo proponit dicens: *Suspice.* idest sursum inspice *Cælum.* quod scilicet est sedes Dei: *Et intuere* scilicet visu: *Et contemplare.* scilicet mente; *Aethera* idest totum superius corpus: ex cuius non solum altitudine, sed etiam magnitudine, motu, & ornatu coniicere potes, hoc scilicet, *Quòd altior te sit,* in tantum scilicet quòd opera tua ei nec proficere, nec nocere possunt, vnde subdit: *Si peccaueris.* scilicet vel in te, vel in Deum: *Quid ei nocebis?* quasi dicat, in nullo ex hoc detrimentum patietur. quantum autem ad peccata quæ cõmittuntur in proximum, subdit: *Et multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ* quibus scilicet iniuste proximos lædis: *Quid facies contra Deum?* quasi dicat, in nullo ex hoc læditur. quantum ad bona quæ in proximum fiunt, subdit, *Porro si iuste egeris.* scilicet ius suum proximis reddens. *Quid donabis ei?* quasi dicat, quid ex hoc lucrabitur? quantum autem ad opera diuini cultus, subdit; *Aut quid de manu tua accipiet?* scilicet in sacrificiis & oblationibus, quasi dicat, nihil, secundum illud psal. 49. Non accipiã de domo tua uitulos. & quia posset aliquis credere, quòd ad eũ non pertineret, vtrum homo ageret iuste uel iniuste, ad hoc excludendum, subdit: *Homini qui similis tui est: nocebit impietas tua.* qui scilicet susceptibilis est nocumenti: *Et filium hominis adiuuabit iustitia tua.* qui scilicet auxilio iustitiæ indiget: propter hoc prohibetur a Deo impietas, & iustitia mandatur, quia Deo est de hominibus cura, quia per hoc vel iuuantur, vel læduntur. Et ex hac fide contingit, quòd oppressi clamant ad Deum cõtra oppressores, quorum quidam dolose opprimũtur per calumniam. vnde subdit quantum ad hos; *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt* scilicet ad Deum illi, qui ab eis oppressi sunt. quidam vero opprimuntur manifeste per violentiam, & quantum ad hos subdit; *Et iurabunt propter uim brachii tyrannorum.* idest clamabunt ad Deum propter uiolentiam & potentiam tyrannorum. ex quo datur intelligi, quòd non solum Deo placet quòd aliquis peccat. sed ei displicet & punit. alioquin frustra clamarent oppressi. Deinde conuertit se ad improbandum aliud verbum quod præmiserat, Non tibi placet quod rectum est. quòd diuinæ sapientiæ repugnaret. quod primo quidem apparet in rerum creatione: *Et non dixit.* scilicet Iob sentiens ꝙ Deo bona non placerent; *Vbi est Deus qui fecit me?* non enim Deus fecit res nisi propter bonum, vnde dicitur Gene. 1. Vidit Deus quòd bonum &c. vnde manifestum est, quòd placet Deo bonũ. Secundo, inducit beneficium humanæ instructionis, quo aliqui instruuntur ad bonum ex reuelatione diuina: vnde subdit: *Qui dedit.* scilicet per reuelationem; *Carmina.* humanæ instructionis dogmata, quæ ab antiquis multoties carminibus comprehendebantur; *In nocte.* idest, ad literam, in somnio nocturno, vel in quiete contemplationis, sed obscuritate uisionis. non autẽ erudiret homines ad bonum familiariter, nisi bonum ei placeret. Tertio, inducit infusionem naturalis luminis, quo bonum a malo discernimus per rationem, in qua excedimus bruta. vnde subdit; *Qui docet nos super iumenta terræ.* quæ scilicet ratione carent. & quia antiqui auium garritus & motus obseruabant, quasi diuinitus instructarũ, ac si rationem haberẽt, ideo ad hoc excludendum,

subdit; *Super volucres cæli erudit nos.* quæ etiam rationem non habent, & quia odit malum, & placet ei bonum, ideo oppressos clamantes audit, oppressores non audit: vnde subdit; *Illi clamabunt.* scilicet oppressores & tyranni, quasi petentes a Deo desideriorum suorum impletionem: *Et non exaudiet.* scilicet Deus, & hoc propter superbiam malorum, scilicet hominum, secundũ Psal. 101. Respexit in orationem humilium. & ne crederet aliquis, Deum indifferenter omnes exaudire, subdit: *Non ergo frustra.* idest sine rõne: *Exaudiet Deus.* quia scilicet iustissima ratione hos exaudit, & non illos: vnde subdit; *Et omnipotens singulorum causas intuebitur.* vt. s. dignos exaudiat, nõ indignos. maxime autem videtur quòd Deus singulorũ causas nõ videat ex hoc, quòd quãdoque impii prosperantur: sed ad hoc excludendũ, subdit; *Etiam cũ dixeris.* i. corde tuo cogitaueris: *Non considerat.* i. Deus facta hominum: *Iudicare coram illo.* idest præparare, vt iudiciũ eius suscipias: *Et expecta eum.* scilicet in futurum iudicantem. etsi hic non puniat: tardat enim vt in futuro grauius condemnet. vnde subdit: *Nunc enim.* idest in præsenti vita: *Non infert furorem suum.* idest magnitudinem pœnæ. *Nec vlciscitur scelus valde,* idest non punit in præsenti, secundum quòd exigit grauitas culpæ. quia pœnæ præsentis vitæ sunt ad correctionem: & ideo illos, quos correctione indignos iudicat, futuræ dãnationi reseruat. & hęc est alia ratio, quare impii in hoc mundo prosperantur. in quo cõcordat cum opinione Iob. sed quia eius verba praue ĩtellexerat, ideo ea reprehendit, concludens ex dictis Iob; *Ergo frustra Iob.* idest sine causa & ratione: *Aperuit os suum.* quasi prolixitatem sermonis in eo reprehendens; *Absque scientia uerba multiplicat.* in quo arguit in ipso ignorantiam, & loquacitatem inutilem.

CAPITIS XXXVI.
LECTIO I.

Addens quoque Eliu, hæc locutus est. Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo, quod pro Deo loquar. Repetam scientiam meam a principio, & operatorem meum probabo iustum. Vere enim absque mendacio sermones mei: & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens: sed non saluat impios: & iudicium pauperibus tribuit. Non aufert a iusto oculos suos: & reges in solio collocat in perpetuum: & illi eriguntur. Et si fuerint in cathenis, & vinciantur funibus paupertatis: indicabit eis opera eorum, & scelera eorum, quia violenti fuerint. Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loquetur ut reuertantur ab iniquitate. Si audierint, & obseruauerint, complebũt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumẽtur in stultitia. Simulatores, & callidi prouocant iram Dei: neq; clamabũt, cum vincti fuerint. Morietur in tẽpestate anima eorum: & vita eorum inter effeminatos. Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurẽ eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime, & non habente fundamentum subter se, requies autẽ mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impii iudicata est, causam, iudiciumque recipies. Non te ergo superet ira, vt aliquẽ

LECTIO PRIMA

Præmiserat Eliu supra duo in verbis Iob, contra quæ disputare intendebat, primo, quia dixit se esse iustum: & quòd Deo imposuerat iniquitatem iudicii, prout Eliu verba Iob interpretatus fuerat, & contra hęc duo, Eliu in superioribus iam disputauerat: nunc iterato per aliam viam contra eadem disputare intendit. vnde dicitur; *Addens quoque Eliu.* scilicet sub sequentes rationes ad præmissas. *Hæc locutus est.* scilicet quæ sequuntur, inter quæ primo eum ad attentionem excitat: *Sustine me paululum.* quia scilicet breuiter sub vna responsione contra duo præmissa disputare intendit. vnde subdit: *Et indicabo tibi.* scilicet veritatẽ rei, de qua agitur. & ne videatur superfluus, quia scilicet hoc iam supra ostendisse videbatur, quod uolebat subdit; *Adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.* quasi dicat, adhuc mihi aliæ suppetunt rationes, quibus æquitatem diuinæ iustitiæ defendam. & quia contra vtrumque præmissorum iterato intendit rationes inducere, subdit; *Repetam scientiam meam a principio.* quasi dicat, contra totum id quod est a principio dictũ, iterato secundum meam sententiam rationes adducam, & quòd huiusmodi rei sit debitor, subdit: *Et operatorem meum.* idest, Deũ, qui me fecit. *Probabo iustum.* excludens scilicet iniquitatem ab eius iudicio, quã tu Iob ei imponere videris, vt te asseras iustũ: & ne aliquis diceret, quòd ea, quę dicturus erat, non ex vera sciẽtia, sed ex falsa opinione procedebant, subdit; *Vere enim absque mendacio sermones mei.* quasi dicat, non sum dicturus nisi vera, quæ recte scientiæ conueniunt. vnde subdit: *Et perfecta scientia probabitur tibi.* idest probationes sequẽtes tibi concludent ex iis, quæ videntur pertinere ad perfectam scientiam. His igitur quasi procemialiter præmissis, incipit disputare super præmissis verbis, quæ Iob imponebat. & primo cõtra hoc, quod Iob dixerat, se esse iustum, ad quod excludendum, hoc modo procedit. Iam prosperitatis tempore magnæ potestatis erat. contingit autem quandoque, quòd aliqui aliquos potentes persequuntur, vel propter inuidiam, vel propter timorem, quo timent ne ab eis per potentiam opprimantur, quod quidem proprie est impotentum: qui & potentioribus inuident, & eorum oppressionibus timent: sed hoc de Deo dici nõ potest, qui est in potentia excellens. vnde subdit; *Deus potentes non abiicit, cum ipse sit potens.* Ex quo datur intelligi, quòd Deus nihil in homine odit, in quo ei assimilatur: quia cũ Deus sit ipsa essentia bonitatis, non potest esse quòd aliquid similetur ei, nisi in bono. ex quo patet, quòd Deus non persequitur aliquos, quia sunt potentes, sed quia in eis quandoque inuenitur iniquitas, & pro hac puniuntur a Deo: vnde subdit; *Sed nõ saluat impios.* idest damnat eos. & causam damnationis ostendit, subdens; *Et iudicium pauperibus tribuit.* idest iudicium facit de potentibus iniquis, pauperibus qui ab eis sunt oppressi. non autem propter potentiam desistit a subuentione iustorum. vnde subdit: *Non aufert a iusto.* scilicet homine etiam potente: *Oculos suos.* idest prospectum suæ benignitatis, & misericordiæ, secundum illud psal. 33. Oculi domini super iustos. & quòd a potentibus, si sunt iusti non auferat suam misericordiam, manifestat per beneficia, quæ potentibus confert: primo quidem stabiliendo potestatem eorum, vnde subdit; *Et reges in solio collocat in perpetuum.* scilicet, si fuerint iusti. Secundo, quia eos promouet in maius, vnde subdit: *Et illic.* scilicet in solio collocati. *Eriguntur.* idest ad maiora exaltãtur, dum scilicet, Deus eis & potentiam, & diuitias auget. Tertio, per hoc, quòd etiam si puniti fuerint propter peccata, miseretur eorum, si pœnitere uoluerint: vnde subdit; *Et si fuerint.* scilicet reges. *In cathenis.* idest in carcere positi. *Et uinciantur.* idest ligentur. *Funibus paupertatis.* idest, si in carcere positi paupertatem patiantur, quæ est quoddam vinculum, quo homines ligãtur, ne opera sua possint implere. & insuper multis miseriis astringantur, & tamen eis sic in miseriis constitutis, primo quidem Deus hoc beneficium confert, quòd eos recognoscere facit pristina peccata: pro quibus puniti sunt, unde subdit; *Indicabit eis opera eorum.* idest faciet, vt cognoscant ea quæ fecerunt, esse iniusta, vnde subdit; *Et scelera eorum.* quasi dicat, faciet cognoscere, quòd opera quæ fecerant, erant scelerata: & quantum ad hoc, quid peccauerint, ostendit subdens; *Quia uiolenti fuerunt.* hoc enim est peccatum propriũ potentum; vt subditis violentiam inferant vtentes sua potentia quasi lege iustitiæ. nec solum facit eos peccata sua præterita cognoscere, sed etiam ostendit eis, quòd pro suis peccatis puniũtur, vnde subdit; *Reuelabit quoque aurem eorum.* idest faciet vt intelligant, quòd eis Deus puniẽdo loquitur: quòd scilicet propter peccata sua puniuntur. vnde subdit; *Vt corripiat.* quasi dicat, hic faciet eos recognoscere, quòd Deus eos puniuit ad correctionem: & vlterius persuadebit eis, quòd pœniteãt, vnde subdit; *Et loquitur.* scilicet interius, vel per exteriorem admonitionem. *Vt reuertantur ab iniquitate, pœnitendo.* scilicet, a pristinis peccatis: & huiusmodi pœnitentiæ fructum ostendit, subdens; *Si audierint.* scilicet corde proponentes: *Et obseruauerint.* opere implentes, reducentur ad statum pristinum: & ita; *Complebunt dies suos in bono.* scilicet virtutis, vel prosperitatis terrenæ. Et annos suos in gloria, scilicet terrena. *Si autem non audierint.* idest si non obediuerint interiori inspirationi vt pœniteant: *Transibunt per gladium.* idest de carcere reducentur ad occisionem gladii: *Et consumentur.* idest destruentur: *In stultitia.* idest propter suam stultitiam: vnde considerandum est, quòd Eliu in hoc dicitur cũ amicis Iob conuenire, quòd possint aduersitates præsentes esse pœnas peccatorum: & quòd per pœnitentiam quis redit ad pristinam prosperitatem. Hæc autem, etsi aliquando contingant,

non

non tamen semper, secundum opinionem Iob. Sed quia quandoque contingit, quòd aliqui aduersitates patiuntur, quorum peccata non apparent, ne per hoc prædicta eius sententia elidatur, interpretatur eos simulatores esse, quantum ad hoc, quòd prætendunt iustitiam, quam non habent, & callidos, inquantum scilicet astutiis quibusdam utuntur ad hoc, quòd sub colore iustitiæ iniustitiã faciãt: & ex hoc ipso grauius peccant.

opprimas: nec multitudo donorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctem, vt ascendãt populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.

vnde subdit; *Simulatores & callidi prouocant iram Dei*. quia scilicet, hos De⁹ magis detestatur. tales etiam non de facili pænitent in pœnis: ideo ab aduersitate non liberantur etiam inter flagella, quia existimant se iustos, sicut ab aliis laudantur: vnde subdit; *Neque clamabunt*. s. ad Deum misericordiam petentes: *Cum uincti fuerint*. s. cathenis, & funibus paupertatis, in quo dat intelligere, quòd existimauerat Iob simulatorem & callidũ fuisse, & ideo inter pœnas peccatum suum non recognoscat, & quia tales non pænitent in pœnis, ideo ab aduersitate non liberãtur, vnde subdit; *Morietur in tempestate anima eorum*. quia. s. vsq; ad mortem diuersas angustias patietur; *Et uita eorum*. s. deficiet: *Inter effeminatos*. quibus s. non est virtus, vt se de manu opprimẽtium liberent: Recte autem simulatores effeminatis comparat, quia ex paruitate animi contingit, quòd homines sint simulatores: est enim proprium magnanimi esse manifestum, vt dicitur in Cap.6. quarto Ethicorum. & quia dixerat, quòd Deus potentibus in tribulatione constitutis subuenit, ne videatur Deum dicere acceptorem personarum, ostẽdit quòd etiam idem beneficium pauperibus confert, vnde subdit; *Eripiet pauperem de angustia sua*. s. eũ ab aduersitate liberando. & ordinem liberationis ostendit, subdens; *Et reuelabit in tribulatione aurem eius*. idest faciet eum intelligere, quòd pro peccatis suis punitur, & ad pænitentiam eum inducit, sicut & supra de potentibus dicit: ea autem quæ supra cõmuniter de potentibus dixerat, applicat ad personam Iob, & primo quidẽ, quia dixerat, quòd Deus in tribulatione salutem affert & pauperibus & potentibus, concludit quòd etiam Iob huiusmodi salutem sperare potest a Deo, cum subdit: *Ideo saluabit te de ore angusto latissime*. idest de tribulatione, quæ est sicut quoddam foramen angustum, per quod homo in quandam latitudinem diuersarum miseriarum intrat. vnum enim malum fit homini causa diuersorum malorum, & horum malorum multiplicatio procedere potest usque ad infinitum, vt nunquam sit peruenire ad statum quietis: & hoc est quod subdit; *Et non habente fundamentum*. scilicet in quo homo possit quiescere. *Subter se*, idest, cum descenderit in profundum malorum: quod præcipue pertinere videtur ad pœnas, quæ sunt post mortem, quæ in perpetuum durant sine quiete. non solum autem promittit eis liberationem a malis, si peccatum recognoscere & pænitere uoluerit, sed etiam abundantiam bonorum. vnde subdit: *Requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine*. quasi dicat, cum saturitate & quiete comedere poteris abundanter de bonis, quę tibi diuinitus restituentur, & quia ostenderat, quòd Deus potentes nõ abiicit, sed iniquos; Iob autem videbatur a Deo deiectus per multiplices aduersitates, subdit; *Causa tua quasi impij iudicata est*. quasi dicat, non es punitus quia potens eras, sed quia impius. & contra hoc, recompensationem promittit, si pænituerit, cum subdit; *Causam iudiciumque recipies*. idest, causa & iudicium restituetur tibi, vt possis aliorum causas discutere, & de eis iudicare: & quasi iam hoc factum esset, monet eum, qualiter in statu illo se debeat habere. Cõtingit autem quandoque, quòd iudices a iustitia declinant propter iram, & quantum ad hoc dicit; *Non te ergo superet ira*. vt aliquem opprimas iniuste, quando scilicet causam & iudicium recipies. Quãdoque vero iudices a iustitia declinãt propter cupiditatem munerum; & quantum ad hoc subdit: *Nec multitudo donorum inclinet te*. in illo scilicet statu futuræ authoritatis. Cõtingit etiam quandoque, quòd aliquis ex sola superbia aliis iustitiam facere contemnat, & quantum ad hoc subdit; *Depone magnitudinem tuam*. idest superbiam animi tui; *Absque tribulatione*. idest, antequã tibi tribulatio immittatur a Deo ad tuã humiliationem. Quãdoque vero contingit, quòd iudices a iustitia declinant, deferentes aliquibus potentibus propter timorem, & quantum ad hoc subdit; *Et omnes robustos fortitudine*. scilicet tua deponas, vel quantumcunque robustos in sua fortitudine, tu non dubites deponere propter iustitiam. quandoque autem contingit, quòd aliqui iudices a iustitia deficiunt, parcentes propter suam quietem vnde subdit; *Nec protrahas noctem*. idest, ne velis nimis dormire, vt expeditionis iustitiæ non intendas. vel;

F *Ne protrahas noctem*. idest non permittas diu latere iustitiam causæ, sed festina, ut ueritas manifestetur: & causam ostendit, subdens; *Vt ascendant populi pro eis*. scilicet robustis. quasi dicat, non ita protrahas iudicium, quousque totus populus concitetur ex uiolentiis robustorum, & pro eorum iniuriis ad te inquirendum accedant. uel aliter; *Ne protrahas noctem, ut ascendant populi pro eis*: quasi dicat, ne differas iudicium cõtra robustos exercere, ne forte per suam potentiam inueniãt multos fautores, qui pro eorum defensione consurgant, ut sic

LECTIO II.

ECCE Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari uias eius, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? Me-

G tuum iudicium impediatur. omnia autem ista ad hoc tendunt, ut in statu futuræ prosperitatis iniustitiam uitet. unde subdit; *Caue ne declines ad iniquitatem*. scilicet per aliquem prædictorũ modorum, uel aliquos alios. Posset autem Iob dicere, hanc admonitionem esse superfluam, quia ipse solebat iustitiam diligenter exequi; sicut dixerat supra xxix. & ideo Eliu subiungit; *Hanc enim*, scilicet iniquitatem; *Cœpisti sequi post miseriam*. scilicet in hoc quòd te reputas Deo iustiorem. & ideo cauendum est tibi, ne a iustitia declines, si te contingat ad statum prosperitatis redire.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Eliu improbauerat uerba Iob, quantum ad hoc, quòd se iustũ dicebat; hic nititur improbare uerba eius quantum ad hoc, quòd credebat eum locutum esse contra iustitiam diuini iudicii. unde primo proponit sublimitatem di- H uinæ potestatis, cum dicit; *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua*: idest, habet potestatem ceteris sublimiorem. Nõ est autem rationi consonum, vt maior potestas a minori de iniustitia condemnetur. Secundo proponit eius authoritatem, cum subdit; *Et nullus ei similis in legislatoribus*. quia scilicet, legum conditores per eius sapientiam iusta decernunt, ut dicitur Prouerb. 8. unde nullis legibus potest ipse de iniustitia condemnari, quin potius sua sapientia, est regula & mensura omnium legum. Tertio, proponit incomprehensibilitatem operum eius, cum subit, *Quis poterit scrutari uias eius*? i. sufficienter inuestigare rationes operũ ipsius: & ex hoc concludit quòd non potest de iniustitia condẽnari; unde subdit; *Aut quis audet ei dicere, Operatus es iniquitatẽ*? ad hoc enim quòd aliquis de iniquitate condemnetur, requiritur quòd sit subiectus superiori potestati, & quòd legibus alie- I nis astringatur, & quòd eius opera cognoscantur, quæ in Deo locũ non habent, ut dictum ẽ. Consequenter manifestare incipit quòd uias Dei, idest opera eius, homo perscrutari non possit, dicens; *Memento quòd ignoras opus eius, de quo cecinerunt uiri*. idest sapientes, quos uiros nominat, propter animi uirtutẽ. dicit autem; *Cecinerunt*, propter antiquam sapientum consuetudinem; qui metrice diuina & prophetica describebant. Quantũcumque aũt homines aliqui sint sapientes, non possunt pertingere ad cognoscendam & enarrandam scientiam eius: sed tota hominis cognitio & sermo est de Deo per opera eius, quę tamen neque Iob, neque aliquis alius homo perfecte cognoscere potest: & ideo subdit: *Omnes homines uident eum*. scilicet per sua opera. nullus enim adeo in sapientia deficit, quin aliqua diuinorum ope percipiat: & rursus nullus est adeo sapiens, cuius cognitio non multum uincatur ab excellentia claritatis diuinæ. unde subdit; *Vnusquisque intuetur procul*. idest, cognitio homi- K nis longe distat a perfecta comprehensione diuinæ essentiæ. tũ, quia non potest homo nisi per opera cognoscere, quæ in infinitum distant ab excellentia essentiæ eius, tum, quia etiam opera eius perfecte homo non cognoscit: & ex hoc concludit, quòd Deus per suam excellentiam hominis cognitionẽ excedit, iuxta illud psal. 138. Mirabilis scientia tua. unde subdit; *Ecce Deus magnus uincens scientiam nostram*. quòd enim a nobis perfecte Deus cognosci non possit, non contingit propter defectum ipsius, sicut contingit de motu & tempore, sed propter eius excellentiam. Posset autem aliquis dicere, quòd quàmuis de Deo non possumus cognoscere quid sit, possumus tamen cognoscere de Deo an est, quod pertinet ad eius durationem: sed quòd hoc etiam excedat hominis cognitionem, ostendit subdens; *Numerus annorum eius inæstimabilis*. quia uidelicet, æternitas durationis ipsius humano intellectu comprehendi non potest. Ostendit autem consequenter magnitudinem operum Dei, quæ humanam rationem excedunt, enumerans diuersas aeris transmutationes, qui quandoque per siccitatem disponitur; & quantum ad

ad hoc dicit; *Qui aufert pluuiæ stillas*. scilicet impediendo ne pluat. quandoque vero in aere abundant pluuię, quarum magnitudinem describit dicens: *Et effundit imbres ad instar gurgitum*. qui scilicet fluunt in terram, & huiusmodi abundantia pluuiæ admirabilis apparet, si consideretur pluuiarum origo, ut scilicet tanta aqua prorumpat de nubibus, quę soliditatem non habent, & quãtum ad hoc subdit, *Qui*. scilicet gurgites: *De nubibus fluunt*. non tamen ita quòd actu tanta pluuia in nubibus existat, sed quia ipsi vapores nubium successiue in pluuias condensantur. Est aũt & aliud in pluuiis mirabile, quòd longo spatio terrarũ super effundũtur. vnde subdit: *Quæ prætexunt cuncta desuper*. scilicet

mento quòd ignores opus eius, de quo cecinerunt uiri. Omnes homines uident eum: vnusquisque intuetur procul. Ecce Deus magn⁹ vincens scientiam nostram: numerus annorum eius inæstimabilis. Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitũ, Qui de nubibus fluunt, quæ prætexũt cuncta desuper. Si uoluerit extendere nubes quasi tẽtorium suum, Et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet. Per hoc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.

loca in regione in qua pluit, vt nulla pars illius terræ remaneat non compluta. Consequenter de ipsis nubibus loquitur, dicens: *Si uoluerit nubes extendere quasi tentorium suum*. quia scilicet per nubes occultatur cælum, quod est sedes Dei, sicut sedes alicuius hominis occultatur tentorio. De nubibus autem procedunt fulgura propter collisionem venti: vnde subdit; *Et fulgurare lumine suo desuper*. nubes autem quandoque contegunt cælum vsque ad orizõtem alicuius regionis, infra quem extremitates maris, claudi videntur, & ideo dicit; *Cardines quoque maris operiet tentorio nubium*. dicit autem; *Si uoluerit*. vt ostendat diuinã voluntatẽ principium esse naturalium operum. Est autem proprium voluntatis, vt propter finem operetur. & ideo finem horum operum ostẽdit, subdens; *Per hæc enim iudicat populos*. quantum scilicet ad aliquos qui per hoc puniuntur. *Et dat escas multis mortalibus*. quantum ad hoc, scilicet, quòd pluuiæ sunt vtiles ad terræ fecunditatem, per quam hominibus cibaria nascuntur.

LECTIO PRIMA.

PROSEQVVTVS est Eliu supra de mutatione aeris quæ fit secundum siccitatem, & pluuiam, & nubium superinductionem, ex quibus Deus lumine suo fulgurat, nunc autem de ipso lumine, quod a nubibus quandoque occultatur; & quandoque referatur: & de tonitruo, quod ex nubibus oritur, latius prosequitur: & incipit a lumine dicens; *In manibus abscondit lucem*. idest per opera uirtutis suæ facit ut quandoque lux solis & stellarum nubibus occultetur: sed quia hæc occultatio non est perpetua, sed ad tempus, subdit; *Et præcipit ei ut rursus adueniat*. uidelicet descendentibus nubibus. Vel possunt hæc uerba referri ad obtenebrationem & illuminationem aeris per solis occasum & reditum. Est autem considerandum, quod sensibilia sũt quædam intelligibilium signa: unde per effectus sensibiles ad cognitionem intelligibilium deuenimus. inter omnes autem sensibiles effectus spiritalior est lux: unde & efficacior est ad producendum in intelligibilium cognitionem, inquantum scilicet uisus, cuius cognitio per lucem perficitur, plurimum intellectualem cognitionem iuuat: quia igitur ista lux sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur & communicatur: datur per hoc intelligi, quod apud ipsum sit quædam excellentior lux, scilicet spiritalis, quam Deus in præmium uirtutis hominibus reseruet; unde subdit; *Annunciat de ea*. s. luce spiritali per corporalia signata: *Amico suo*. scilicet uirtuoso: quem Deus amat: *Quòd possessio eius sit*. idest quod illa lux spiritalis sit thesaurus, quem Deus amicis suis reseruat in præmium, & quòd ad eam possit ascendere, scilicet per opera virtutum ipsam promerendo, & ad ipsam possidendam se pręparando. quamuis etiam hoc posset exponi de luce corporali. Posuerunt enim Platonici, quòd animæ hominum deriuabantur ab animabus stellarum: vnde quando animæ humanæ suam dignitatem seruant secundum rationem uidendo, reuertuntur ad claritatem stellarum, vnde defluxerunt. vnde in somnio Scipionis legitur, quòd ciuitatum rectores & seruatores hinc profecti, scilicet a cælo, huc reuertuntur. In quo etiam dat intelligere, quòd non ponebat ultimam remunerationem uirtutis in temporalibus bonis, sed in bonis spiritalibus post hanc vitam. Hoc autem est inter omnia maxime admirandum, quòd homo terrenus corruptibilis ad spiritalium & cælestium possessionem promoueatur. & ideo subdit; *Super*

A *hoc*. scilicet quòd homo possit ascendere ad lucem possidendam; *Expauit cor meum*. timore scilicet admirationis & stuporis; *Et motum est de loco suo*. ut scilicet non solum desideret & concupiscat quæ uidentur ei connaturalia secundum sensibilem uitam, sed etiam ad spiritalia & cælestia transferatur.

LECTIO III.

IN manibus abscondit lucẽ, & præcipit ei ut rursus adueniat. Annunciat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascẽdere.

CAPITIS XXXVII.

LECTIO I.

SVPER hoc expauit cor meũ, & emotũ est de loco suo. Audiet auditionẽ in terrore vocis eius, & sonum

Post uisum autem, qui est cognoscitiuus lucis corporalis, maxime deseruit intellectui auditus, inquantum est perceptiuus vocum, quibus intellectuales conceptiones exprimuntur. sicut autem per uisionem lucis corporalis homo reducitur in cogni- B tionem & expectationem cuiusdam altioris lucis, ita etiã & per auditum corporalium sonorum diuina uirtute formatorũ, homo manu ducitur ad audiendam spiritalem Dei doctrinam; unde subdit; *Audiet*. scilicet homo a Deo: *Auditionem*. scilicet spiritalis doctrinæ: *In terrore uocis eius*. idest signo tonitrui: quod quasi terribilis uox Dei est: Auditionem autem prædictam exponit, subdens; *Et sonum de ore illius procedentem*. sonus enim tonitrui corporalis est quasi manu eius, idest potestate formatus; sed sonus ex ore eius procedens est doctrina sapientiæ eius, secundum illud Ecclesiastic. 24. Ego ex ore altissimi prodii. Et ne aliquis crederet, Deum nõ habere aliam superiorem lucem quàm sit lux cor- C poralis cæli, hoc excludit subdens; *Super omnes cælos ipse considerat*. quasi dicat: eius uisio non est infra cælum, sed supra cælum. nihil autẽ uidetur, nisi in aliquo lumine, quia omne quod manifestatur, lumen est: ut dicitur ad Eph. 5. unde necesse est, quòd lux Dei sit excellentior ista luce corporali, quæ primo inuenitur in cælis. unde subdit; *Et lumen illius*. scilicet intelligibile est: *Super terminos terræ*. idest super omnem corpoream creaturam. et sicut lux corporea cæli est infra ipsum, ita etiam & sonus tonitrui corporalis est inferior ipso, unde subdit; *Post eum*. idest sub ipso. *Rugiet sonitus*. scilicet tonitrui corporalis: habet autem aliam uocem spiritalem, scilicet sapientiæ doctrinã, quæ est homini incomprehensibilis, de qua subdit; *Tonabit uocem magnitudinis suæ*. idest quæ docet magnitudinem eius. et hanc uocem non omnes audiunt sicut tonitruum corporale. et illi qui aliqualiter audiunt, eam comprehendere non possunt: vnde subdit; *Et non inuestigabitur* scilicet perfecte: *Cum audita fuerit*. idest percepta spiritualiter ab aliquo homine: *Vox eius*. idest, sapien- D tiæ doctrina. Huius autem uox non solum ordinatur ad doctrinã hominum, qui eam audiunt, sed etiam ad perpefectionem naturalium operum, quæ ex præcepto diuinæ sapientiæ fiunt. Inde. secundo reperit; *Tonabit Deus in uoce sua*. idest in imperio sapientiæ suæ: *Mirabiliter*. idest mirabiles effectus producendo. et hoc est quod subdit; *Qui facit magna*. scilicet secundum eorum ueram rationem: *Et inscrutabilia* scilicet rationi humanæ, & horum enumerationem incipiens: subdit; *Qui præcipit niui*. scilicet uoce sapientiæ suæ: *Vt descendat super terram*. quia scilicet ex eius imperio niues generantur, & etiam pluuiæ, & imbres: unde subdit; *Et pluuijs hyemis*. quæ scilicet in hieme abundant: *Et imbribus fortitudinis suæ*. qui scilicet ex aliqua uehementiori causa generantur: & cum impetu uenti: Et quia omnia quæ in rebus inferioribus fiunt, ad homines quodam modo ordinantur, ideo subdit; *Qui in manu omnium hominum signat ut nouerint singuli opera sua* diuersis enim hominum operibus diuersæ dispositiones aeris congruunt. aliud enim est opus noctis, & aliud E diei, & rursum aliud opus exercet homo tempore serenitatis, & aliud tempore pluuioso. quòd autem opus cuilibet tempori congruat discernit homo secundum rationem sibi diuinitus datam: & hoc est signum quod Deus posuit in manu, idest in operatiua uirtute omnium hominum, ut sciant cõgrue distribuere sua opera diuersis temporibus. & ista prouidẽtia usque ad animalia bruta protenditur, quæ scilicet quodam naturali instinctu diuersis temporibus diuersa operantur, vnde subdit: *Ingredietur bestia latibulum suum*. s. tempore pluuioso, *Et in antro suo morabitur*. s. tẽpore congruo. Deinde ostendit effectus diuersorum uentorũ. Circa quod considerandum est, quòd meridionales venti pluuias & tempestates producunt: uenti autem septentrionales causant frigus in aere. meridionales autem venti oriuntur nobis ex parte, quæ est versus polum antarcticũ, qui occultatur a nobis vtpote depres-

depressus sub nostro orizonte secundum quãtitatem, qua polus arcticus super orizontẽ eleuatur, ideo dicit: *Ab interioribus egredietur tempestas*. q.d. tempestas apud nos causatur per uentũ procedentem a parte cæli, quæ quidem semper deprimitur sub nostro orizonte, qui quidẽ uentus dr̃ auster. & quantũ ad aquilonẽ

de ore illius procedentem. Subter omnes cælos ipse considerat, & lumen illius super terminos terræ. Post eum rugiet sonitus: tonabit voce magnitudinis suę, & non inuestigabitur, cũ audita fuerit uox eius. Tonabit Deus in uoce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Qui præcipit niui vt descẽdat in terrã: & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, & in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus. Flante Deo concrescit gelu: & rursum latissime funduntur aquæ. Frumentum desiderat nubes: & nubes spargũt lumen suum. Quæ lustrant cuncta per circuitum, quocunque eas uoluntas gubernantis duxerit, ad omne qđ præcipit illis super faciem orbis terrarũ: Siue in una tribu, siue in terra sua, siue in quocũq; loco misericordię suę eas iusserit inueniri.

subdit; *Et ab arcturo frigus*. arctos. n. in græco dr̃ pars septẽtrionalis: vnde arcturus vocatur cõstellatio ursæ, quæ semper eleuatur supra orizontẽm, & ex illa parte procedit aquilo, qui causat frigus propter remotionẽ solis ab illa plaga cęli. & vt hoc attribuatur diuinę sapiẽtiæ, subdit: *Flante Deo cõcrescit gelu*. q.d. uentus aquilo, qui causat gelu, oritur Deo flante. i. ipsum flatũ causante. & rursum. s. Deo flante. i. producente uentũ australem: *Latissime*. i. abũdantissime; *Fundũtur aquæ*. s. pluuiarum, quæ causantur ex austro. & ut huiusmodi etiã effectus ad vtilitatẽ hominũ referri ostẽdat, subdit: *Frumentum desiderat nubes*. q.d. nubes ordinantur ad frumentum sicut ad quendam finem, propter quem sunt vtiles. Quælibet autem res desiderat suũ finem, & pro tanto dicit, ꝙ nubes desiderant frumentum, quia videlicet ex nubibus vtilitas frumẽto prouenit, vel ratione pluuiæ ex nube descendentis, quæ irrigãdo terram, fecundet eam ad productionem frumenti, vel etiam quantum ad hoc, ꝙ vtile est frumento, ꝙ aliquando nubibus obũbretur, ne desiccetur continuis solis ardoribus. subiungit aũt aliam vtilitatem nubium, cum dicit. *Et nubes spargunt lumen suum*. qđ potest referri vel ad lumẽ coruscationum, ẜm id, quod supra in præcedenti capitulo prædixerat, Si uoluerit extendere nubes, & fulgurare lumine suo: vel magis põt referri ad lumẽ, quod resplẽdet in aere ex radio solis reuerberantis ad nubes quodammodo contemperati per ipsas. vnde claritas solis apparet in aere ante ortum solis, & etiam post occasum propter reuerberationem radiorum solis ad nubes quæ sunt in loco sublimiori, ad quem citius accedunt radii solares, & tardius eas deserunt. Posita autem vtilitate nubium, describit eorum motum dicens: *Quæ lustrant cuncta per circuitum*. non. n. nubes super unam tantũ partem terræ resident, ex qua vapores sunt eleuati, sed uentorum impulsu ad diuersas partes transferuntur. solent autem uẽti vt plurimũ gyrum quendam facere sequẽtes motum solis: vnde & in mane flant uenti orientales, postea meridionales, & tandem uersus uesperas occidentales, vnde & ex consequenti nubes circuitu quodam mouentur. & ut ostendat hoc ex prouidentia diuina procedere, subdit; *Quocunque eas uoluntas gubernantis*. s. Dei: *Duxerit*. quia. s. non semper ad omnẽ partem terræ nubes proueniũt, sed quandoque ad hanc, quandoque ad illam ẜm Dei dispositionẽ: procedũt autem ex nubibus diuersi effectus, puta pluuiæ, niues, grandines, tonitrua, & similia. & sicut ex diuina dispositione dependet, ad quam partem terræ nubes perueniant, ita etiam ex ea dependet, quis effectus ex nubibus consequatur; vnde subdit; *Ad omne quod præceperit illis super faciem terræ*. quasi dicat, ex prę cepto diuino dependet, quis effectus sequatur ex nubibus super terram. & quia dixerat, Quocunque eas voluntas gubernantis duxerit: hic exponit subdens: *Siue in una tribu*. quia scilicet contingit quandoque quòd in uno territorio nubes apparent, & in alio non apparent, secundum illud Amos 4. Plui super unam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui. & hoc dupliciter contingit: quia quandoque nubes apparent in eadem regione, ex qua uapores generantur; quod contingit quando ex impulsu uenti ad loca remota uapores non transferuntur. & quãtum ad hoc subdit: *Siue in terra sua*. scilicet nubium, unde sunt exortæ: quandoque uero transferuntur ad aliam regionem, & quantum ad hoc subdit; *Siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iußerit inueniri*. ex magna enim misericordia Dei procedit, quòd nubes & pluuias alicui regioni prouideat temporibus optimis, & præcipue in terris calidis, ubi sunt pluuiæ rariores.

LECTIO II.

AVSCVLTA hæc Iob, sta, & cõsidera mirabilia Dei. Numquid scis quando præcipit Deus pluuiis, vt ostenderet lucem nubium eius? Numquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias? Nõne vestimenta tua calida sunt, cũ perflata fuerit terra austro? Tu forsitã cũ eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo deuorabitur At nunc non uident lucem: subito aer cogetur in nubes, & uentus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum uenit, & a Deo formidolosa laudatio. Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum uiri: & non audebunt contemplari oẽs, qui sibi uident esse sapiẽtes.

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM Eliu multa mirabilia operum diuinorũ narrauerat, hic inuehitur contra Iob qui Deum de iniustitia arguere videbatur; cum tamen eius opera cõprehendere non posset; & ideo dicit; *Ausculta enim Iob*. quæ, scilicet a me dicuntur de magnitudine diuinorum operum. *Sta*. scilicet per mẽtis rectitudinem: *Et considera*. scilicet per teipsum: *Mirabilia Dei*. quæ scilicet in eius operibus manifestantur. inter quæ mirabilia a pluuiis incipit, quas quidem sensibiliter homines percipiũt: sed tamen earum primã originem, secundũ quòd a Deo sunt institutæ, scientiam cõprehendere non potest: vnde subdit; *Numquid scis quando Deus præcepit pluuijs* quę scilicet ex diuina ordinatione sup terrã cadũt: & post eorũ casum aer, qui prius erat tenebrosus ex dẽsitate nubiũ, eis rarescẽtibus redditur clarus: vnde subdit; *Vt ostenderent*, s. pluuię cadẽtes. *Lucem nubium eius*. idest lucem solis per nubes rarefactas splendentem, quæ per nubes condensatas occultabatur: de quarum motu subdit; *Numquid nosti semitas nubium*. quomodo scilicet, & ex qua causa ad diuersas partes propellantur flatu vẽtorum. Nubiũ autem cognitio est principium cognoscendi omnes aeris permutationes, puta, ventos, pluuias, niues, grandines, tonitrua & cętera hmõi: & ideo subdit; *Magnas & perfectas scientias*. magnas quidem propter hoc, quòd huiusmodi impressiones in sublimiori corpore fiunt: perfectas autem, quia per nubium scientiam comprehendit omnem notitiam prædictarũ impressionum, & effectuum, qui ex eis consequitur ex his inferioribus. & quia nubes a ventis impelluntur, consequenter de effectu uenti subiungit, dicens; *Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra austro?* ventus enim auster, quia procedit ex regionibus calidis, aerem calefacit: ex cuius calore vestimenta hominis magis calefacere eum possunt. & signanter facit mentionem de effectu austri, quia ipse quasi ab immo veniens, vapores congregando cõdensat in nubes, & eas mouet. Aquilo vero, quasi ab alto veniens magis eas dispergit. & quia ad omnes huiusmodi effectus virtus cælestium corporum operatur, ideo ulterius procedit vsque ad cælestia corpora: vnde subdit; *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos*. in quo metaphorice causalitatem Dei super cælestia corpora exprimit. Nam sicut artifex est causa fabricæ, ita Deus est causa cęlestium corporum, aliter tamen & aliter: nam artifex fabricam constituit ex materia præiacente, cælestia autem corpora ex materia præiacenti fieri nõ potuerunt, sed simul in eorum productione fuit materia cum forma producta. & vt distingueret superiores cælos a cælis qui dicuntur aerei, subiungit; *Qui solidissimi quasi ære fusi sunt*. Sciendum est autem, quòd apud nos quædam corpora sunt, quæ cedunt tangenti, & a transeuntibus diuidi possunt, sicut aer, & aqua, & huiusmodi: quædam vero sunt, quæ non cedunt tangenti, nec pertransiri possunt, sicut corpora lapidum & metallorum: & ideo vt ostendat superiores cælos non esse diuisibiles, aut pertransibiles ad modum aeris & aquæ, comparat eos æri, præcipue inter cetera metalla, quia eo vt plurimum homines ad talia opera vtebantur. Et ne forte præsumptuose Iob diceret se Dei opera perfecte cognoscere; irrisorie subdit dicens; *Ostende nobis quid dicamus illi*. quasi dicat, si tu es ita sapiens, quòd omnia Dei opera cognoscas, & quòd super his etiam possis disputare cum eo, doceas nos vt possimus ei respondere: & necessitatem ostendit subdens; *Nos quidem inuoluimur tenebris*. quasi dicat, multum indigeremus, quòd prædicta nobis ostenderes, quia nos ea penitus ignoramus. & quia ipse multa de effectibus diuinis locutus fuerat, ne hoc ei ad præsumptionem imputaretur, quasi ipse æstimaret se prædicta perfecte cognoscere, ad hoc excludẽdum, subdit; *Quis narrabit ei quæ loquor?* quasi dicat, hæc quæ de effectibus eius locutus sum, nullus sufficienter narrare potest, prout conuenit ei secundum excellentiam, scilicet suæ uirtutis: & si quis in tantam præsumptionem erigeretur, vt sufficienter de eo loqui se æstimaret, ex hoc ipso sibi periculũ immineret: vnde subdit; *Etiam si locutus fuerit homo*. quasi uolens diuinos effectus comprehendere; *Deuorabitur quasi absorptus*. a magnitudine materiæ de qua loquitur, secũdum illud Proue. 25. Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. uel potest aliter intelligi, ut sit sensus, non solum homo non potest sufficienter, & conuenienter enarrare diuinos effectus, sed etiã si ipse Deus eos locutus fuerit, homini, scilicet reuelando, homo deuorabitur, quasi tãtam rem capere nõ ualẽs. vnde dicitur Io. 16. Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo. & Deute. 5. dicitur. Quid est omnis caro, ut audiat uocem Dei uiuentis? Sed ne aliquis crederet, ꝙ cognitio ueritatis diuinæ in perpetuum esset homini subtrahenda, ad hoc excludendũ subdit; *At nunc*. idest in præsenti tẽpore: *Non uident*. s. homines. *Lucem*. idest claritatem diuinæ cognitionis. Amico tamen Dei annunciatur, quòd ad eam quandoque possit ascendere, ut supra dictũ est, & ad hoc similitudinem inducit, dicens; *Subito aer cogetur in nubes*: propter congregationem uaporum ab austro, & ex hoc redditur aer tenebrosus. sed huius tenebræ postmodum transeũt nubibus fugatis. vnde subdit; *Et uentus transiens*. s. aquilo. *Fugabit eas*. quasi dicat, per hunc modum, licet nunc tenebris inuoluatur. tamen superueniente morte, quæ est quasi quidam transitus venti, prædictę tenebrę fugabuntur. Contingit autem quandoque ꝙ in aliquo loco tenebroso aliquid fulgidum inuenitur: sicut pars septentrionalis tenebrosa dicitur propter elongationem eius a sole, & tamen in septentrionalibus regionibus multum auri inuenitur, quod est inter cetera metalla fulgidius, & hoc ideo, quia calore propter circunstans aeris frigus recurrente ad interiora viscera terræ, efficacius ibi operatur ad auri generationem. & hoc est quod subdit; *Ab aquilone aurum ueniet*. quasi dicat, in regione aquilonari aurum magis abundat. & sicut in tenebris septentrionis inuenitur fulgor auri, & ita etiam inter tenebras ignorantiæ huiusmodi vitæ inuenitur aliqua licet obscura refulgentia diuinæ cognitionis: vnde subdit; *Et a Deo formidolosa laudatio*. Si enim nihil diuinæ lucis in nobis fulgeret, nullatenus eum laudare possemus. rursus si fulgeret nobis diuina ueritas manifeste, sicut in meridie, eũ secure laudaremus: sed quia in terra cũ quadã obscuritate nobis aliquid de diuina luce fulget, cũ formidine ipsum laudamus: sicut cũ formidine homo facit illud, quod scit, se perfecte facere nõ posse: unde subdit; *Digne eum inuenire non possumus*. vt. s. per nostrã inuentionem perueniamus ad eũ cognoscendũ sicuti est: quod quidem ex eius excellentia contingit. vnde subdit; *Magnus fortitudine*. quia scilicet eius uirtus in infinitum excedit omnes effectus suos: vnde ex eis digne inueniri non potest. Et ne credatur propter uirtutis magnitudinẽ, sola violẽtia vti in hominũ gubernatione, subdit; *Et iudicio*. scilicet magnus est, quia scilicet incomprehensibilia sunt iudicia eius: nec hoc propter iustitiæ defectum, sed propter excellentem iustitiã: unde subdit; *Et iustitia*. scilicet magnus est. & propter suam magnitudinem, nec mente cogitare, nec ore sufficienter de eo loqui possumus: vnde subdit; *Et narrari non potest*. scilicet digne ab homine. & hæc est causa, quare est eius laudatio formidolosa: vnde subdit; *Ideo timebunt eum uiri*. scilicet quantumcunque fortes propter fortitudinis magnitudinem: *Et non audebunt contemplari*. scilicet præsumẽtes ad plenum cognoscere: *Omnes qui sibi uidentur eße sapientes*. & hoc signanter dicit, quia sapientia hominis, quantacumque ei, uel aliis videatur, diuinæ sapientiæ comparata, quasi nihil est. Est autem considerandum ex præmissis Eliu uerbis, quòd partim, cũ Iob conueniebat, partim cum amicis eius. in hoc enim cõueniebat cum Iob, quòd credebat remunerationem bonorum futuram post hanc uitam, & punitionem malorum, cum amicis autem Iob conueniebat in hoc, quòd credebat omnes aduersitates præsentis uitæ, pro peccatis prouenire: de quibus si quis pæniteat, ad prosperitatem redibit, conueniebat etiam cum amicis Iob, quantum ad personam ipsius Iob, quia putabat eum pro peccato punitum, & quòd iustitia, quæ in eo primitus fundabatur, seu videbatur, fuerit simulata. praue etiam uerba Iob accipiebat, sicut & alii. Circa prosperitatem autem malorũ in hoc mũdo, solus tangit hanc causam, quòd prosperantur pro peccatis aliorum. Similiter etiam solus manifeste tãgere videtur, angelos esse medios inter Deũ & homines. Iob autem verbis eius nõ respondet, primo quidẽ, quia in principalibus dogmatibus cum eo concordabat, in quib⁹ amici eius errabant, quos supra xiii. uocauerat peruersorum dogmatũ cultores. quid autẽ de sua persona sentiret Eliu, non tantũ cura erat ei, quòd propter hoc cum Eliu vellet contendere, pręsertim quòd puritatem conscientię suæ non aliter quàm supra poterat probare, scilicet diuino testimonio. Secundo, quia ex iuuenili quadam præsumptione more contentiosorũ, Iob imponebat verba, quæ non dixerat, vel quæ aliter dixerat quàm ipse acceperit, & ideo ut se a contentionib⁹ separaret, decreuit magis esse silendum, & diuino iudicio committendum.

CAPITIS XXXVIII.

LECTIO I.

RESPONDENS aũt Dominus Iob de turbine, dixit. Quis est iste inuolens sententias sermonib⁹ imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. Vbi eras qñ ponebam fundamẽta terrę? indica mihi si habes ĩtellgẽtiã Quis posuit mẽsuras ei⁹ si nosti? vel qs tetendit sup eã lineã? Super quo

LECTIO PRIMA.

PRAEMISSA disputatione Iob, & amicorum eius de prouidentia diuina, dum Eliu sibi uices determinantis assumpserat, in quibusdam redarguens Iob, in quibusdam autem amicos ipsius, sed quia humana sapientia non sufficit ad ueritatem diuinæ prouidentiæ comprehendendã, necessarium fuit vt prædicta disputatio, diuina authoritate terminaretur: sed quia Iob circa diuinam prouidentiam recte sentiebat, in modo autem loquendi excesserat intantum, quòd malorum cordibus exinde scandalum proueniret, dum putabant eum Deo debitam reuerentiam non exhibere: ideo Dominus tanquam quæstionis determinator, & amicos Iob redarguit ex hoc, quòd non recte sentiebant, & ipsum Iob de inordinato modo loquendi, & Eliu de inconuenienti determinatione: vnde dicitur. *Respondens autem Dominus Iob* quia scilicet, propter eum ista responsio fiebat, quàmuis non fuerit ipse immediate ante locutus. modum autem respondendi ostendit subdens; *De turbine*: quod quidem potest ad litteram intelligi, vt dicatur formatam esse uocem Dei miraculose in aere cũ quadam aeris turbatione, sicut in monte Synai factum legitur Exo. 20. vel sicut ad Christum uox facta est, quando quidam dixerũt, Tonitruũ factũ esse, vt legitur Io. 12. vel põt intelligi, vt sit metaphorice dictum, vt hæc responsio dicta sit inspiratio interior diuinitus facta ipsi Iob: & sic dicitur Dominus ei de turbine respondisse, tum propter turbationem quam adhuc patiebatur, tum etiam propter turbinis obscuritatem: quia scilicet diuinam inspirationem in hac vita non possumus clare percipere, sed cum quadm obumbratione sensibilium similitudinem, vt Diony. dicit 1. capitulo cælestis Hierarchiæ, et hoc etiam significauit Dominus supra, si de turbine corporali uocem suam sensibiliter fecit audiri. Determinata autem disputatione quasi per sententiam iudicii, nihil vltra restat dicendum, nisi determinationis sententia reprobetur: & ideo Dominus primo improbauit determinationẽ disputationis, quã Eliu fecerat: improbat autem, quia veras sententias quas proposuerat, inuoluerat multis falsis & friuolis verbis, vnde sequitur, *Dixit, quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* sententias quidem Eliu dixerat arguendo Iob de hoc, quòd dixerat se uelle disputare cum Deo: & de hoc quòd intantũ se iustum dixerat, quòd quasi uidebatur iustitiæ diuini iudicii, derogare. Sed istas sentẽtias inuoluerat multis præsumptuosis & etiam falsis sermonibus, vt ex supradictis patet: qui hic dicuntur sermones imperiti, quia omnis inordinatio ex defectu rationis procedere uidetur. sic ergo exclusa determinatione Eliu Dominus ipse incipit determinare disputationẽ. et primo excitat Iob, ad attendendum, cum dicit; *Accinge sicut uir lumbos tuos*. quod metaphorice dicitur.

dicitur. Homines .n. solēt lumbos præcingere adhoc quòd sint prompti ad iter, vel ad quamlibet actionem. vnde uolebat eū Dominus esse promptum ad considerandum quæ ei dicebantur, remotis quibuslibet impedimentis: vnde signāter de præcinctione lumborum facit mentionem, quia per lumbos uoluptas carnalis intelligitur, quæ præcipue impedit spiritalem auditum: secundum illud Esa. 28. Quem docebit scientiam: & quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, auulsos ab uberibus. Primo autem incipit in sua determinatione Iob arguere de hoc, quòd præsumptuose uidebatur esse locutus, dum Deum ad disputandum prouocaret. Et quia supra xiii. videtur Deo dedisse duorum optionem, cū dixit. Voca me, & ego respondebo tibi: aut certe loquar, & tu responde mihi: quia Iob iam satis locutus fuerat, Deus quasi alteram partem elegit, cum subdit; *Interrogabo te, responde mihi;* quæquidem interrogatio Dei non est vt addiscat, sed vt hominem de sua ignorantia conuincat. interrogat autem ipsum de suis effectibus, quæ humanis sensibus præsto sunt, quos cū hō ignorare ostenditur, multo magis conuincitur sublimiorum scientiam non habere. Inter alios aūt sensibiles effectus, incipit interrogare de principalibus partibus mūdi inter quas terra est nobis notior, utpote propinquior: de qua interrogare incipiens, dicit; *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?* rectę fūdamento terram comparat: quia sicut fundamentū est infima ædificii pars, ita etiam terra est infimū corpus, quod subiacet omnibus. et quia terra est præcipue materia humani corporis, materia aūt tempore præcedit id, quod ex ea fit, & multo magis ratio artificis, qui materiam cōdidit; ideo signanter dicit; *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ;* ac si dicat, cognoscere rationem fundationis terræ nō potes, quia cum terra fundata est, nondum eras in rerum natura. Est aūt considerādum quòd quidam antiquorum situm terræ & aliorū elemētorum non attribuebant alicui rationi ordinanti, sed necessitati materiæ, secundum quod grauia leuibus succedunt. vt autē hæc opinio excludatur, Dominus cōsequenter cōparat fundationē terræ fundationi ædificii, quæ fit secundū ædificatoris rationes: & similiter fundatio terræ est facta secundū prouidentiam diuinā, quam humana intelligentia cōprehendere non valet. & hoc signat cū subdit; *Indica mihi si habes intelligentiam.* quasi dicat, ideo horum rationē indicare non potes, quia ad hęc capienda intelligentia tua non sufficit. Est aūt considerandum quòd artifex in ædificii fundatione quatuor disponit: primo quidem, quantū debeat esse fundamentum: & similiter diuina ratione dispositum est, quòd tanta debeat esse quantitas terræ & non maior, vel minor: & quantum ad hoc subdit; *Quis posuit mensuras eius;* scilicet secundū omnes dimensiones, et signanter dicit; *Posuit:* non. n. species terræ ex necessitate talem quantitatem requirit. sed hæc quātitas est terræ imposita ex sola ratione diuina, quam homo recognoscere non potest, & ideo subdit; *Si nosti,* quia scilicet, hæc homo nec noscere nec indicare potest. Secundo artifex per suam rationē disponit determinatum situm fundamenti, quem comprehendit per extensionem lineæ mensuralis: vnde subdit; *Vel quis extendit super eam lineam.* per quam scilicet, significatur ratio diuinæ dispositionis, designans determinatū situm terræ in partibus uniuersi. Tertio excogitata quantitate fundamēti, & vbi collocandū sit, disponit artifex in quo possit fundamentū firmiter collocari: & quantum ad hoc subdit; *Super quo bases illius.* scilicet terræ; *Solidata sunt.* quia firmata est super cētrum mūdi. Quarto autem prædictis tribus excogitatis, artifex iā incipit iacere lapides in fundamentum, & primo lapidem angularem, ad quē diuersi parietes congregantur: & quātum adhoc subdit; *Aut quis demisit;* idest deorsum misit: *Lapidem angularem eius.* per quem scilicet, significatur ipsum centrum terræ, cui diuersæ partes terræ connectuntur. solet autem homo fundamentum ædificii collocare propter necessitatem habitationis: sed vt ostendatur Deus non ex indigentia fundamentā terræ iecisse: subiungit; *Cum me laudarent singula astra matutina;* quasi dicat, quāmuis adesset mihi habitatio cæli, cuius astra me laudant: terram tamen fundaui non ex indigentia famulantium: qui eam inhabitarent, sed ex sola voluntate. non autem hic dicitur quasi cælum prius sit factum quàm terra, præsertim cum in Gene. legitur, in principio Deum creasse cælum & terram. astra autem, de quibus hic fit mentio, legūtur facta fuisse quarta die. Sed hoc dicitur ad ostendendum quòd ordine naturæ cælum uel astra priora sunt terra, sicut incorruptibile incorruptibili, & mouens moto. dicit autem; *Astra matutina.* idest de nouo condita, sicut apud nos astra matutina dicūtur, quæ in principio diei solent apparere. quòd autem dicuntur astra matutina Deum laudare, potest uno modo intelligi materialiter, inquantum. s. propter sui claritatem & nobilitatem erant materia diuinæ laudis, & si non hoībus, qui adhuc non erant, saltē angelis qui iā erāt, ēm illos qui dicūt corpora cęlestia animata. astra in suæ institutionis initio Deū laudabant, non laude uocali, sed mentali. quod etiā potest referri ad angelos, quorum ministerio cælestia corpora mouentur, ut subditur; *Et iubilarent omnes filij Dei.* referatur ad angelos supremæ Hierarchiæ, quos Dionysius dicit esse collocatos in uestibulis deitatis: & ideo signanter illis tanquam inferioribus, laudē, istis autē tamquā superioribus attribuit iubilationem, quæ excellentiam quandā laudis importat. Præmisso igitur de fundatione terræ, subiungit consequenter de aquis, quæ immediate superponuntur terræ. videtur autem naturalis ordo elementorum requirere, ut aqua ex omni parte circundaret terram, sicut aer ex omni parte circūdat terrā & aquā: sed diuina dispositione factū est propter generationem hominum, animaliū, & plātarū, ut aliqua pars terræ discooperta remaneret ab aquis, Deo sua uirtute aquas maris sub certis limitibus retinēte: vnde subdit; *Quis conclusit ostijs mare?* i. certis terminis. Fuerūt autem aliqui, qui putauerunt per actionē solis aliquā partem terræ exsiccatam esse: sed Dominus ostendit, a principio ita fuisse dispositū, ut mare non vndique terrā operiret. describit autem productionem maris sub similitudine natiuitatis rei uiuētis. i. pueri, quia aqua ē res maxime formabilis in res uiuas: vñ & oīa semina generatiua humida sunt. puer autē primo de utero matris progreditur: & hoc significat cū dicit; *Quando erumpebat, quasi de vulua procedens.* utitur aūt in productione maris uerbo erumpendi, quia. s. proprium est aquæ quasi continue moueri. dicitur autem quasi de vulua procedere, non q̄ ortū habuit ex alia materia corporali, sed quia ex occulto diuinę prouidentiæ procedebat, quasi ex utero quodam. Secundo autem puer natus induitur: & quantum ad hoc subdit; *Cum poneret nubem uestimentum eius.* quia. n. nubes ex uaporibus resolutis ex aqua generantur, consequens est, ut in locis maritimis hmōi nubes magis multiplicentur. Tertio aūt puer natus qui busdam fasciis inuoluitur: & quantū ad hoc subdit; *Et caligine illud, quasi pannis infantiæ obuoluerem.* Et possunt per caliginem designari uapores non eleuati nec condensati in nubes, sed super maris superficiē, aerem obscurantes: & forte alludit ei, qd dicitur Gene. 1. q̄ tenebræ erāt super faciem abyssi. His igitur positis, quæ pertinent ad nouam maris productionem, explicat eius conclusionem, ac si dicat quando in aere de nouo factum est; *Tunc circundedi illud terminis meis.* & uidetur tria ponere pertinentia ad conclusionem maris. quorum primum signatur, cum dicit; *Terminis meis.* idest a me positis. secūdum signatur, cum dicit; *Et posui uectem.* tertium est, cū dicit; *Et ostia.* hæc autem tria pertinent ad imperium diuinæ virtutis: vnde quasi exponens prædicta, subdit; *Et dixi, hucusque uenies.* quod pertinet ad rationem terminorum: nam terminus est vltimus motus, *Et non procedes amplius.* quod, scilicet pertinet ad vectem, per quem processus alicuius impeditur; *Et hic confringes tumentes fluctus tuos.* quod pertinet ad ostia, quæ ad hoc ponuntur, q̄ aliquis non passim egrediatur aut ingrediatur: sed secundum certam regulam, ita etiam mare non passim trangreditur litus, sed secundum quandam mensuram fluctuum intumescentium. Post terram autem & aquas, vlterius procedit ad aerem, qui secundum aspectum cœlo continuatur. Prima autem dispositio communis ad totū corpus, quod superiacet aquæ & terræ, est uariatio noctis & diei, quæ fiunt secundum motum diuturnum, qui est primus motus: & ideo consequenter dicit; *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo?* quasi dicat, Nunquid ex præcepto tuo alternantur nox, & dies super terram. diluculum enim est quoddam confinium diei & noctis, & signanter dicit; *Nunquid post ortum tuum.* sicut & supra quādo de terra loquebatur, dixerat; Vbi eras. quia sicut terra est principaliter materiale principium hominis, ita etiā supremum cœlum, quod suo motu uariat diem & noctē, est principale principium humani corporis inter causas corporales.

Est au-

Est autem considerandum, q̄ claritas diluculi, siue auroræ diuersificatur secundum diuersas partes eleuationis signorum, quæ Sol perambulat: quia quando est in signo uelocis ascensionis, in quo scilicet cito oritur, parum durat aurora: quando autem est in signo tardæ ascensionis, amplius durat, & est determinata mensura loci, ex quo sole ibi existente incipit claritas diluculi apparere: & hoc est qd subdit; *Ostendisti auroræ locum suum.* quasi dicat, nūquid tu dispensasti loca in cœlo, ex quibus aurora illucescat? quasi dicat non: & ex his omnibus datur intelligi, quòd tua ratio deficit a comprehensione diuinorum operum. vnde patet quòd tu non es idoneus ad disputandum cum Deo.

LECTIO II.

NVNQVID tenuisti concutiēs extrema terræ, & excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutum signaculū, & stabit sicut uestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, & brachiū excelsum confringetur. Numquid ingressus es profundum maris, & in uouissimis abyssi deambulasti? Numquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa uidisti? Nūqd cōsideraſti latitudinē terræ? indica mihi si nosti oīa Inqua uia lux habitet, & tenebrarum q̄s locus sit: Vt ducas unūqdque ad terminos suos, & intelligas semitas domus suæ: termini aūt eius sunt apud ortū & occasum. ēm aūt motū cælestiū corporū mensuranē durationes inferiorū corporū, & tēpora generationis, & corruptionis, ut Diony. dicit 4. ca. de diuinis nominib⁹: & ideo ignoratis illis causis cōsequēs est, vt hi effectus ignorentur: & ideo subdit; *Sciebas tunc quòd nasciturus esses?* q. d. nūquid præcognoscere potuisti p cōsiderationē motus cæli, tēpus tuæ natiuitatis? & tu quidē hoc nō potuisti, quia anteqū nascereris non eras: sed nec alius homo hoc præcognoscere potuit propter debilitatē cognitionis humanæ. loquitur. n. Dñs ad Iob in persona omniū hominū, & sicut nō potuisti præcognoscere tempus natiuitatis tuæ, ita nō potes præcognoscere terminū vitę tuę vñ subdit; *Et numerū dierum tuorum noueras.* q. d, cognoscere hoc nō poteras ex cōputatiōe cęlestiū motuū, quorū terminū & certā mēsurā ignoras. His aūt ꝓpositis quæ pertinēt ad immutationē lucis & tenebrarū, ꝓcedit ad diuersas immutationes aeris, ēm q̄ aer uariat per tēpestatē & serenitatē: & incipit a niue & grādine dicēs; *Numquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grādinis aspexisti?* thesauros niuis & grādinis vocat uapores sursum eleuatos, ex quib⁹ niues & grādines generātur: sed

quia grandines grossioris substantiæ sunt, & in loco multo magis propinquo nobis generantur, frigore ad interiora nubis expulso a circunstante calore; ideo circa grandines fiet mentionem de visu, quia magis visui subijci possunt: circa niues autem de ingressu, quia magis propter eorum tenuitatem possunt penetrari, huiusmodi autē quādoque Deus vtitur ad hominū correctionem, sicut supra 36. habitum est: per hoc indicat populos, vnde subdit; *Quæ præparaui in tempus hostis.* idest in tempus, quo est vltio sumēda de hostibus, contra quos Deus vtit his quasi bellicis armis: vnde subdit; *In diem pugnæ.* idest, actualis conflictus: *Et belli.* idest guerræ, in qua fit præparatio ad pugnam. finita autem tempestate niuis & grandinis subsequitur serenitas, in qua claritas & calor aeris præparātur: vnde subdit; *Per quam viam spargitur lux.* quod pertinet ad claritatem; *Diuiditur æstus super terram.* quod pertinet ad calorem. Vbi considerandum est, quòd supra, vbi de luce loquebatur, quantum ad ipsa luminaria in quibus habitat, fecit mentionem solum de via eius: quia scilicet lux per motum luminarium viam suam peragit, siue sit tempestas, siue serenitas: sed ad nos ex ea non peruenit claritas & calor, nisi cessante tempestate. Non autē sensibiliter diuersificatur claritatis intēsio in diuersis terris, cum aer fuerit serenus. sensibiliter autem diuersificatur intensio caloris: & ideo lucem spargi dixit, quasi indifferenter effusam: æstum autem diuidi quasi pro diuersitate locorum diuersimode distributum. Consequenter autem procedit ad effectus quosdam ventorum in aere, ex quibus dum pluuia impellitur, causatur imber: vnde dicit; *Quis dedit nehementissimo imbri cursum?* est enim vehementia imbris cursus ex forti impulsu vētorum, quos diuina uirtus producit. Similiter autem dum ex ventis nubes impellūtur, causatur sonus tonitrui, propter quod non auditur huiusmodi sonus in uno loco, scilicet quasi alicuius corporis trāseuntis: vnde subdit; *Et viam sonantis tonitrui.* subdit autem rationem quare pluuiæ & nubes a uentis impellantur, cum dicit; *Vt pluueret super terram absque homine in deserto.* quod scilicet habitari nō potest propter terræ ariditatem: vapores autem pluuiosi eleuātur maxime ex locis humidis: vnde si nubes & pluuiæ non impellerentur a uentis, sequeretur, quòd nunquam in locis siccis plueret. Contingit autem quandoque, quod aliqua loca humana industria irrigantur. idest cessantibus pluuijs: sed hoc ibi accidere non potest: vnde subdit; *Vbi nullus morabatur commorator.* & sic illi terræ per humanam industriam prouideri non potest: & propter hoc, Deus ordinauit ut uentis impellerētur nubes & pluuiæ, vt etiam in locis desertis plueret: vnde subdit; *Vt impleret.* scilicet pluuijs; *Inuiam.* idest terram, per quā nec transire potest homo: *Et desolatam.* idest destitutam humana procuratione. & sic sola procuratione diuina produceret herbas virentes, scilicet ad decorem terræ, & ad pastum animaliū siluestrium, quæ etiam diuina prouidentia procurantur. Consequenter autem facit mentionem de pluuijs absque uento, cum dicit; *Quis est pluuiæ pater,* idest efficiens causa non ex necessitate, sed ex ordine prouidentiæ, quæ cōuenit patri: a Deo enim mouetur sol & alia cælestia corpora, quæ sunt proxima causa efficiens generationis pluuiarum. ros autem ex eadem causa generatur, ex qua & pluuia: nec differt nisi secundū multitudinem & paucitatem materiæ. vnde dicit; *Vel quis genuit stillas roris,* signanter stillas nominat, ad designandum paruitatē guttarum. Est autem considerandum, q̄ sicut pluuiæ congelatæ fiunt niues; ita ros congelatus est pruina: vnde subdit; *De cuius utero est glacies.* vbi notandum, quòd glaciei causa est frigus: quæ est qualitas feminina: pluuiarum autē & roris causa est calor resolues, & non permittens congelari vaporē. calor autem est qualitas masculina: & ideo signanter circa generationem pluuiæ & roris usus est nomine patris; circa generationem autem glaciei, usus est nomine uteri, qui pertinet ad matrem. Ex frigore autem duplex glacies causatur, una quidem in aere, quod pertinet ad pluuiam de cælo

F cadentem: unde subdit. *Et gelu de cælo quis genuit?* quod ad hue attribuit patri, quia non apparet tanta uis frigoris in pruina, sicut in ulteriori glacie. alia uero est glacies quæ generatur in inferioribus aquis, in qua maior uis frigoris apparet unde subdit; *In similitudinem lapidis aquæ durantur;* scilicet per uehemēs frigus in glaciem condensatæ: & hoc quandoque in tantum procedit, quòd in frigidissimis terris etiā maria cōgelantur. & hoc est quod subditur; *Et superficies abyssi constringitur;* scilicet aqua quæ est in eius superficie per frigus condensata: nō aūt frigus aeris irrūpere potest vsq; ad maris profundum. His ergo enarratis de varijs mutationibus aeris, procedit vltrius ad immutabiles

G stillas roris? De cuius utero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit? *In similitudinem lapidis* quæ durantur, & superficies abyssi constringitur. Numquid coniungere ualebis micātes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Numquid producis luciferum in tempore suo, & hesperum super fines terræ cōsurgere facis? Numquid nosti ordinem cæli, & pones rationē eius in terra? Numquid eleuabis in nebula uocē tuā, & impetus aquarū operiet te? Nūquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus?

immutationes cælestium corporum. circa quæ primo in stellis fixis consideratur immobilitas figuræ: quia quælibet earū conseruat situm suum, ita quòd una alteri non appropinquat magis uel minus: & hoc præcipue apparet in stellis uicinis, quæ nunquam coniunguntur. unde subdit. *Numquid coniungere ualebis micantes stellas pleiades.* stellæ pleiades, dicuntur quædam stellæ, quæ lucent in capite Tauri: quarum sex apparent ualde propinquæ, septima autem est obscurior. Secundo consideratur in cælestibus corporibus uniformitas primi motus, quo reuoluitur totum cælum & omnes stellæ in eo, semel in die & nocte super polos mundi: hic autem motus sensibilius percipitur ex stellis propinquis polo septentrionali, quæ sunt nobis perpetuæ apparentiæ propter eleuationē poli super nostrum orizontem: inter quas stellas uocatur maxime constellatio Arcturi, qui est Vrsa maior, cuius stellæ manifeste apparent uniformiter moueri in gyro circa polum mundi. & quantum ad hoc subdit; *Aut gyrum arcturi poteris dissipare;* ut scilicet non circumeat polum. Tertio admirabilis apparet in cælestibus corporibus motus planetarum: in quo cum sit omnino uniformis quædam planetarum uarietas, ad sensum uidetur & hoc maxime deprehendi potest in stella Veneris, quæ quandoque oritur ante solem, & tunc uocatur lucifer: quandoque autem occidit post solē, & tunc uocatur hesperus. Manifestum est autem, quòd stellæ quæ semper sunt tardioris motus quàm Sol, incipiunt primo apparere in mane ante ortum solis, eo quòd Sol proprio suo motu, quo mouetur ab occidente in orientem, deserit eas, sicut patet in Saturno, Ioue, & Marte. Luna autem quæ habet uelociorem motum quàm Sol, semper incipit apparere in sero, quasi deserens Solē, præcedens ipsum uersus orientem. Venus autem & Mercurius quandoque incipiunt apparere de mane, quandoque autem de sero. sed de Mercurio quia raro uidetur, & est paruæ quantitatis, non ita est manifestum: in Venere autem clarius apparet. unde manifestum est, quòd quandoque habet uelociorem motum quàm Sol, quandoque tardiorem, ex quo manifeste apparet uarietas in motu planetarum: & ad hoc de signandum subdit. *Numquid producis lucferum;* idest Venerē mane apparentem: *In tempore suo;* idest in determinato tempore: quia hæc diuersitas semper in eo contingit. *Et hesperum;* idest eandem Venerem sero apparentem: *Super fines terræ consurgere facis.* et notandum est, quòd per hoc quod dicit. *Consurgere & producere facis;* designatur noua apparitio stellæ. Quarto autem admirabilis uidetur in cælestibus corporibus ordo, situs, & motus ipsorum: unde dicit, *Numquid nosti ordinem cæli;* qui scilicet ab homine comprehendi non potest. Quintum autem admirabile, est dispositio inferiorum corporum sub superiora: & quātū ad hoc subdit. *Et pones rationē eius in terra;* ut. s. cognoscas effectus proprios singularum causarū cælestiū corporū. Prædicti aūt effectus diuinæ uirtutis maxime quidem sunt, nō tamen in eis apprehenditur a multitudine uulgata illa magnitudo uirtutis diuinę, sicut in tonitruo & fulgure, et ideo istos effectus ultimo ponit. vnde quātū ad tonitrū dicit, *Numquid eleuabis in nebula uocem tuam.* tonitruum enim generatur in nube, cuius sonitus uidetur quasi uox Dei. Post tonitruum autem ut plurimum pluuiæ magnæ subsequuntur

quuntur, propter condensationem nubium ex commotione uentorum, ex quibus tonitruum causatur, unde subdit; *Et impetus aquarum operiet te.* uidetur enim multitudo pluuiæ quasi Deum operire, inquantum nobis occultatur cælum, quod dicitur sedes Dei. Consequenter subiungit de fulgure, dicens; *Numquid mittes fulgura,* idest nunquid per tuam uirtutem erit motus eorum; *Et ibunt.* quasi scilicet, obedient tuo imperio. Solent autem motus fulgurū repercuti ab uno loco in alium: & hoc designat, subdens; *Et reuertentia dicēt tibi, adsumus.* quasi in sua reuersione parata esse, vt iterum obediāt diuino imperio; ut ad alium locum uadant, seu mittantur.

LECTIO III.

VIS posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligētiam? Quis enarrabit cęlorum rationem, & cōcētum cæli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terra, & glebæ compingebantur. Nunquid capies leęnæ prædam, & animam catulorum eius implebis, quando cubant in

Hæc autem omnia inducuntur ad ostendendum, q̄ homo nō potest attingere neque ad sapientiam, neque ad uirtutem diuinam.

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Dominus cōmemorauit mirabilia suorum effectuum, quantum ad principales partes mundi, quæ sunt terra, mare, cælum, & quantum ad dispositiones eorum; nunc accedit ad enarrandum mirabilia suorum operum, specialiter quantum ad diuersas proprietates animalium, inter quas præpollet cognitio, quæ quidem perfectius in homine quàm in ceteris animalibus inuenitur: & ideo ab homine incipiens, dicit; *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam?* per uiscera hominis intelliguntur interiores animæ ipsius, scilicet, intellectus, & ratio: quibus Deus sapientiam indidit, & inquantum lumen rationis homini dedit, & inquantum quædam seminaria sapientiæ & scientiæ naturaliter indidit rationi ipsius cognitionem primorum principiorum. In aliis autem animalibus multa indicia apparent naturalis cuiusdam prudentiæ, sed præcipue hoc manifestatur in gallo, quasi in animali noto & domestico. unde subdit; *Aut quis dedit gallo intelligentiam?* Intelligentia hic sumitur pro naturali quadam æstimatione, secundum quam ad modum intelligentis operatur, quia ipsa eius natura dis æstima io ab intellectu diuino ei datur. In hoc autem uidetur gallus quandam intelligentiæ similitudinem habere, quòd determinatis horis in cantum prorumpit, ac si cognosceret proportiones cælestium motuum: vnde subdit; *Quis enarrauit.* scilicet gallo; *Cælorum rationem,* idest proportionem cælestium motuum, vt possit ex hoc determinatas horas cognoscere, seu discernere ad cantandum? Solent autem uigiles quodam cantu, aut alicuius instrumenti sono, propinquitatem diei declarare, & certarum horarum noctis, non autem potest dici, quòd aliquis sonitus cæli determinatis temporibus audiatur, & aliis temporibus sileat, vt ex hoc gallus discernat ad cantandum: unde subdit; *Et concentum cæli, quis dormire faciet?* quasi dicat concentus cæli non silet sicut uigilis dormientis: ut ex eius auditu uel silentio possit gallus instrui ad cantandum. Considerandum autem est hic, quòd ex motu cælorum pythagorici posuerūt sonitum armonizatum prouenire propter conuenientissimam proportionē cęlestium motuū: & quia ponebant cælestia corpora animata, ideo talis consonantia sonorum posset concentus cæli uocari, sed Aristoteles probat in 2. de cælo, quòd ex motu cælestium corporum nullus sonitus procedit, & ideo hic concentum accipere possumus metaphorice positum, pro sola conuenientia cælestium motuum, qui nunquam requiescunt. huius autem inspiratio sapientiæ uel intelligentiæ, aut etiam concentus cæli ab initio fundationis terræ fuit: vnde subdit; *Quando fundabatur puluis in terra.* quod refertur ad situm terræ quæ in imo ponitur sicut in fundamento; *Et glebæ compingebantur.* quod refertur ad humorem continentem in unum partes terræ, ne scilicet terra propter sui siccitatē, in puluerem resoluatur. Deinde accedit ad aliam proprietatem animalium, quæ attenditur secundum acquisitionem nutrimenti, circa quam admirabile aliquid apparet in leæna. cum enim leo multo cibo indigeat, mirabile uidetur, quomodo in aliqua regione tantum potest de præda animalium capere, quod sibi sufficiat & filiis suis. vnde subdit; *Nunquid capies leænæ prædam?* idest nunquid tantam abundantiam prædæ ei parabis, ut habeat sufficienter sibi & filiis suis? vnde subdit; *Et animam catulorum eius implebis.* hoc autem non uidetur multum difficile, quando per diuersa loca discurrunt, sed quando in eodem loco manent; vel propter necessitatem nutritionis filiorum, ad quod

pertinet quod dicit; *Quando cubant in antris.* vel quia *In specubus insidiantur.* scilicet animalibus aliis capiendis. Apparet etiā aliquid mirabile in auibus circa corum. dicitur enim quòd coruus pullos ex ouis eductos nō pascit, donec suos deprehēdens plumis nigrescere viderit: vnde septem diebus eis cibos non ministrat; sed a Deo sustentantur per naturalem virtutē eis indicatam: vnde subdit; *Quis præparat coruo escam suā: quando pulli eius clamant ad Deum vagantes.* idest huc & illuc prospicientes: *Eo quòd non habeant cibos?* quasi a parentibus derelicti. Hoc autem non est intelligendum, quasi pulli coruorū Deū cognoscant; sed hoc dicitur; quia quælibet res naturalis suo desiderio in hoc ipso, quòd aliquod bonum appetit, quasi intendit aliquid a Deo inquirere, qui est actor bonorum omnium.

CAPITIS XXXIX.

LECTIO I.

NVNQVID nosti tēpus partus Ibicum in petris, vel parturientes ceruas observasti? Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tem-

citur; quia quælibet res naturalis suo desiderio in hoc ipso, quòd aliquod bonum appetit, quasi intendit aliquid a Deo inquirere, qui est actor bonorum omnium.

LECTIO PRIMA.

COMMEMORAVERAT Dominus in præcedentibus id quod pertinet ad vim cognitiuam, loquens de sapientia hominis, & intelligentia galli: commemorauerat etiam de præda leonū, & esca coruorum, quæ pertinent ad vim nutritiuam: nunc autem commemorat quæ iam pertinentia ad vim generatiuam, & incipit agere de parte Ibicum & Ceruarū, in quibus aliquid occultum esse videtur. Ibices enim sunt quædam animalia parua corpore, quæ in locis petrosis habitant, in quibus & pariunt. vnde ad huiusmodi loca de facili non potest hominibus accessus, propter quod dicit; *Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris.* quasi dicat, hoc hominibus est ignotum propter asperitatem locorum, in quibus pariunt. Ceruæ autem, vt dicitur, eligunt loca occulta in quibus pariant, vbi lupi accedere non solent: & iō ad ostendendum occultationem partus ipsarum, subdit; *Vel parturientes ceruas observasti?* quod dicitur ad diuinæ prouidentiæ commendationē. mulieres enim cū pariunt, indigent obstetricū obsequio: sed animalibus, quorū partus homines latet, Deus sua prouidentia exhibet auxilium, quod est eis necessariū ad parientium, inquantum scilicet dat eis industriā naturalē, vt cognoscant ea, quæ sunt in partibus cognoscenda, quorū primū est, q̄ sciatur spatium tēporis, quo fetus in vtero perficitur: & quantū ad hoc dicit; *Dinumerasti menses conceptus earum.* vt scilicet eis indicares, quando se debent præparare ad partum. vnde subdit; *Et scisti tempus partus earum?* vt scilicet eis indicares quando parere deberent. in his enim solent mulieres puerperæ ab aliis instrui: sed animalia quæ etiam sunt longe a conuersatione humana, per naturalem industriam eis diuinitus indicam hoc cognoscunt, & determinato tempore se præparant ad partum, eo modo quo facilius possit partus emitti. vnde subdit; *Incuruantur ad fetum.* scilicet ut emittendum. *Et pariunt.* scilicet per seipsa instruente natura: & tamē partus non est eis delectabilis, sed pœnosus. vnde subdit; *Et rugitus emittunt.* scilicet propter dolorē quē pariendo patiuntur. & sicut matres naturali industria se preparant ad partum, ita etiam & filii naturali industria diuinitus indita sibi necessaria conquirunt. vnde subdit; *Separātur filij earum.* quod dicit ad differentiam fetus humani, nā puer mox natus nō potest se mouere vt discedat a matre, quod tamen in prædictis animalibus contingit. statim enim postquā nascūtur, mouentur, & primus eorum motus est ad escā quærendā: vnde subdit; *Et pergunt ad pastum.* sed tamen in principio indigent pasci lacte matris, vnde sic a matre separantur, quòd tamen ad eam redeant. Postmodum vero, cum perfecta fuerint hæc animalia, totaliter a matre separantur. vnde subdit; *Egrediuntur & non reuertuntur ad eas.* quia. s. vlterius ab eis lactari non indigent. His autē præmissis, ad speciales quasdā animaliū proprietates pertinētes, s. ad cognitionē, escā, & partū; commemorat ea quę pertinēt ad totā cōuersationē vitæ. circa quā primo mirabile apparet, q̄ quædā animalia dū sunt domestica, sustētari nō possunt absque hominis cura. inueniūtur tamē aliqua ad illud genus pertinētia, quæ sunt siluestria, & absq; hominū prouidentia gubernātur: & hoc maxime mirabile apparet in asino, qui cū est domesticus, totaliter videtur humanæ seruituti deputatus: a qua tamen seruitute asini siluestres, qui onagri dicuntur, liberi esse apparent, vnde dicit; *Quis dimisit onagrum.* idest asinum siluestrem; *Liberum.* idest ab hominum seruitute. quod quidē dicitur, secūdū

id quod consuetum est apprehendi ab hominibus quasi naturale. vnde quia consueti sunt homines non uidere asinos nisi seruituti subiectos, uidetur eis quòd sint naturaliter serui; & ideo si inueniantur aliquando liberi, uidetur eis quòd sint a seruitute dimissi. Econtrario autem se habet, nam prius fuerunt huiusmodi animalia homini non subiecta ꝑ modum quo nunc sunt, postmodum autem humano artificio sunt domita, & hominum seruitiis deputata. signa autem seruitutis asinorum sunt vincula quibus ligantur, sicut chamus, uel aliquid huiusmodi: & quantum ad hoc subdit; *Et uincula eius quis soluit*? onagri enim uinculis carent, apparet etiam in asinis domesticis, quòd pereant si remaneant absque habitaculis ab hominibus præparatis, sed onagri habent sibi per diuinam prouidentiam habitaculum præparatum. unde subdit; *Cui dedi in solitudine*. scilicet ad quam homo non accedit. *Domum*. puta, aliquod antrum uel cauernam quamcunque; *Et tabernacula eius*. puta, sub herbis aut arboribus; *In terra salsuginis*. ideſt in aliqua terra inhabitata propter siccitatem, & solis exustionem, ex qua humor eius quasi in saporem salis conuertitur: & quamuis huiusmodi habitatio uideatur incultior & horridior propter solitudinem, tamen eam præfert quantumcunque nobili ciuitati. unde subdit; *Contemnit multitudinem ciuitatis*. scilicet in comparatione ad habitationem deserti: & assignat duplicem rationem: quarum prima est, quòd ibi non exiguntur ab eo laboriosa opera. unde subdit; *Clamorem exactoris non audit*. ideſt domini exigentis ab eo portationem onerum, uel aliquid huiusmodi. Alia ratio est, quia ibi liberius euagatur ad pastum quærendum. unde subdit; *Circumspicit montes pascuæ suæ*. quia scilicet patet ei liber aditus ad diuersa loca pro pascuis quærendis: & ipsa etiam pascua pro suo libitu accipit: unde subdit: *Et uirentia quæque perquirit*. asinis autem domesticis non dantur omnia pascua, sed interdum uiliora, melioribus pascuis nobilioribus animalibus reseruatis. Sicut autem asinus seruit homini ad onera deferenda; loco cuius in siluestribus inuenitur onager: ita etiam seruit homini inter domestica animalia bos ad arandum propter sui fortitudinem, cui comparat inter siluestria rhinocerotem. ideſt unicornium, quod est animal quadrupes, ualde forte & ferum, habens unum cornu in media fronte. hoc autem animal propter sui ferocitatem non de facili potest domari, sicut bos domatur. unde subdit; *Nunquid uolet rhinoceros*. ideſt unicornis; *Seruire tibi*. ut scilicet. domesticatus sponte tibi obediat. Animalia autem domestica cibum libenter ab hominibus capiunt: ad quod excludendum subdit *Aut morabitur ad præsepe tuum*. ut scilicet paratus sit comedere, quod a te ei offertur. Boues autem domesticati ad hoc nutriuntur, ut in ministerio arationis applicentur: & ad hoc excludendum subdit; *Nunquid alligabis loro tuo rhinocerota*. ideſt unicornem. *Ad arandum*. sicut scilicet aratur in bobus. utuntur etiam homines bobus ad aliud ministerium, ut scilicet trahentes quoddam rastrum, terram aratam complanent, glebas comminuendo. unde subdit; *Aut confringet glebas uallium*. quæ scilicet solent diligentius excoli propter maiorem fecunditatem; *Post te*. ideſt postquam terram araueris. uel; *Post te*, ideſt ut te præcedente, ille sequatur glebas confringens. dimittuntur etiã quædam animalia fortia ad agrorum custodiam contra latrones, uel animalia quæ possent segetes deuastare, sicut custodiuntur agri per aliquos canes feroces: sed hoc per unicornem fieri non potest, quia non domesticatur. unde subdit; *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos*? ideſt fructus agrorum ad custodiendum. sic ergo non potes eo uti sicut boue ad arandum, neque sicut cane ad custodiendum; similiter non potes eo uti sicut forti agricola ad fructus terræ procurandos. unde subdit: *Nunquid credes ei, quòd reddet sementem tibi, & arcam tuam congreget*? sicut scilicet facit operarius, qui semen a domino serit & multiplicatum reddet, segetes congregando in horreum, & post trituram in horreum domini reportando. His igitur positis, in quibus quædam animalia siluestria a domesticis diuersificãtur, subdit quasdam proprietates quorundam animalium, in quibus uidentur ab omnibus aliis animalibus quædã proprietates diuersæ; & hoc præcipue apparet in Structione, qui est auis quædam

pus partus earũ? Incuruantur ad fetum & pariunt, & rugitus emittunt. Separantur filii earum, & pergunt ad pastum, egrediuntur & non reuertuntur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, & uincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspicit montes pascuæ suæ & uirentia quæque perquirit. Nũquid uolet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nũquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo, aut confringet glebas uallium post te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunqd credes illi qm̃ sementẽ reddat tibi, & arcã tuã cõgreget? Penna Struthionis similis est pennis Herodii, & Accipitris.

appropinquans ad genus bestiarum. unde licet habeat pẽnas ad modum animalium alte uolantium, non tamen se potest in altũ eleuare: vnde dicit: *Pennam struthionis similis est pennis herodij*. ideſt nobilissimi falconis, qui grifalcus dicitur: *Et accipitris*, quę est auis nota, & ambo sunt aues boni uolatus. Est autem & alia proprietas struthionis, diuersa ab aliis auibus, quòd scilicet sua oua non fouet, sed fodiens in arena, ea dimittit & operit sabulo. vnde subdit; *Quæ derelinquit in terra oua sua*. Habet autem hanc naturalẽ industriã, quòd obseruat tempus calidũ scilicet, quando incipiũt stellæ apparere, quæ dicuntur Vergiliæ, scilicet in mense Iulii, & tunc parit oua, & sic ex calore temporis & loci, quia scilicet, non moratur nisi in locis calidis, oua uiuificantur, & ex eis pulli nascuntur. vnde subdit; *Tu forsitan in puluere calefacies ea*. quasi dicat, non, sed hoc agitur prouidentia diuina, per quam etiam in puluere conseruantur illæsa. Struthio enim est naturaliter animal obliuiosum, & nullam curam adhibet de conseruatione ouorum: vnde subdit: *Obliuiscitur quòd pes*. scilicet hominis transeuntis: *Per uiam conculcet ea*. scilicet oua: *Aut bestia agri conterat*: uel casu transeundo, uel propter appetitum cibi: & sicut non habet curam de conseruatione ouorum, ita non habet curã de nutritiõe pullorũ. unde subdit: *Duratur ad filios suos quasi non sint sui*. quia .s. nullam curam habet de nutritione eorum: & ita quantum in se est, perdit fructum generationis, vnde subdit; *Frustra laborauit*. scilicet concipiendo & conceptum portando, ex quo filios non nutrit. Contingit etiam quandoque, quòd etiã alia animalia fetus suos deserunt propter timorem, sed Struthio hoc facit; *Nullo timore cogente*, facit tamen hoc, etsi nõ propter timorem, tamen propter defectum naturalis industriæ, quam circa hæc & alia animalia habent: vnde subdit; *Priuauit enim Deus eam*. scilicet feminam struthionis: *Sapientia*. scilicet ad ordinate nutriendum & gubernandum fetum: *Nec dedit illi intelligentiam*. per quam scilicet, solicitudinem habeat de pullis suis. Sapientiam autem & intelligentiam nominat industriam naturalem: & quia supra dixerat, quòd habet pennas similes pennis herodii & accipitris, consequenter ostendit ad quid ei huiusmodi pænnę prosint, dicens; *Cum tempus fuerit*. ideſt cum aliqua necessitas uelocitatis motus sibi immineat. *In altum alas erigit*. ita tamen quòd per alas corpus eius sursum eleuari non potest, sed per eas iuuatur ad uelociter currendum. unde subdit: *Deridet equum*. quia, scilicet uelocius currit, quàm equus hominem deferens: *Et ascensorem eius*. scilicet equi, quia scilicet uelocius curreret quàm homo si suis pedibus iret. Sicut autem Struthio habet quasdam proprietates a pluribus animalibus diuersas, quibus ab aliis animalibus differt, ita equus habet quasdam proprietates ad nobilitatem pertinentes, in quibus ab aliis animalibus differt. primo autem equi fortitudinem commemorat, cum dicit: *Nunquid præbebis equo fortitudinem*? scilicet non solum corporis, prout est potens ad onus ferendum, sed etiam animi prout audacter ad pericula uadit. Aliam autẽ proprietatem eius commemorat: quòd .s. ex exteriori ornatu ad libidinẽ prouocatur. dicitur enim de equis ꝙ iubarũ decore ad coitũ cõcitantur: & iubis abscissis eorũ libido extinguitur, ad quod significandum subdit; *Aut circundabis collo eius hinnitum*. solent. n. equi hinnire propter libidinem, secundũ illud Hier. 5. Equi amatores in feminas & emissarii facti sunt. unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. ergo hinnitus collo equi a Deo circundatur, quando iubæ ei dantur a Deo, ex qua consideratione ad libidinem prouocantur. Est autem alia equi proprietas, quòd uelociter salit, contra morem multorum quadrupedum: unde subdit: *Nunquid suscitabis eum*. scilicet eleuando in altum; *Quasi locustas*. quæ scilicet saliendo mouentur. Alia uero proprietas equi est audacia ipsius in bellis, quam diffusius describit, quia est nobilis & admiranda. & primo manifestatur eius audacia, quãdo adhuc odoratu bellum percipit a remotis. unde sequitur; *Gloria narium eius terror*. idest, bellum quod est aliis ad terrorem, naribus ab equo perceptum est ei ad gloriam, ideſt ad quandam animi magnitudinem, & hoc signũ statim in eo apparet, de quo subditur; *Terram ungula fodit*. quasi præparans se ad pugnandũ. ex hoc aũt ꝙ bellum percipit, interius gaudet. unde subdit: *Exultat*. scilicet percepta oppor-

tunitate pugnandi, & hoc per effectum ostendit cum subdit; *Audacter in occursum pergit armatis*. nec in ipso prælio existens terrore deiicitur. vnde subdit: *Contemnit pauorem*. & quod est amplius, etiam vulnerum dolore non pellitur, vnde subdit; *Nec cedit gladio*. Solent autem plura animalium ex solo strepitu terreri, sed hoc equo non accidit, vnde subdit: *Super ipsum sonabit pharetra*. scilicet, plena sagittis, cum concutitur ad motum militis equo insidentis. similiter etiam ex hasta & clypeo militis sonus aliquis ꝓcedit, vnde subdit; *Vibrabit hasta*. ideſt hasta dum vibratur, sonũ emittit. similiter clypeus, dum mouetur & ad arma colliditur, sonum facit: vnde subdit: *Et clypeus*. scilicet sonat: sed tamen ad hunc sonitũ equus nõ stupescit: vnde subdit: *Feruẽs*. scilicet interius per audaciã: *Et fremens*. scilicet hinnitu, quẽ fremitum nominat, qui est proprie leonum, propter equi audaciam, & non solum uoce interiorẽ feruorem animi demonstrat, sed etiam exteriori actu; vnde subdit: *Sorbet terram*. ideſt, uidetur eam sorbere pedibus fodiendo. & nõ solum non obstupescit sonitu pharetræ, hastæ, & clypei; sed nec etiam sono tubæ, qua utuntur in bellis: vnde subdit. *Nec reputat tubæ sonare clangorem*. vt scilicet, propter hoc obstupescat. quinimmo gaudere dicitur ad sonum buccinæ. vnde subdit: *Vbi audierit buccinam, dicit uah*. ideſt emittit exultationis uocem. nam uah, est interiectio exultantis: & quia hæc quæ prædicta sunt pertinent ad equi audaciam, subiungit de perspicacitate, dicens, Procul odoratur bellum, ideſt cum hostes adhuc procul sunt, odoratu percipit bellum imminere. & quia videtur sentire belli præparationem, dum scilicet, duces suis exhortationibus animant milites, & quantum ad hoc subdit: *Exhortationem ducum*. scilicet percipit: *Et ululatum*. ideſt confusum clamorem & strepitum; *Exercitus*. scilicet præparantis se ad bellum. His autem præmissis de animalibus, quæ gradiuntur in terra, accedit ad animalia quæ volant in aere. & primo commemorat naturalem industriam Accipitris, qui tempore mutationis pennarum expandit alas suas ad austrum, qui est ventus calidus, vt apertis poris veteres pennæ decidant, & nouæ renascantur. vnde dicit; *Nunquid per sapientiam tuam plumescit Accipiter*? scilicet quando pennæ eius renouantur; *Expandens alas suas ad austrum*. vt scilicet facilius pennas mutet. Vltimo autem loquitur de aquila, quæ ceteris auibus altius uolat, vnde dicit; *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila*? scilicet, sicut ad meum. facit enim hoc aquila natutali instinctu. Omnis autem naturalis cursus rerum, est quædam motio creaturæ ad præceptum Dei, secundum illud psal. 148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. & sicut aquila habet motum in altum, ita etiam in altis conuersatur: quod pertinet ad nobilitatem suæ naturæ. & ideo dicit; *Et in arduis ponit nidum suum*. vt pulli eius statim nati consuescant in altis morari: & ideo subdit; *In petris manet*. quasi gaudens aeris puritate: eo quòd in petrosis locis non sit multa vaporum resolutio: *Et in præruptis silicibus commoratur*; ad quas scilicet, noxiis bestiis non patet accessus. *Atque inaccessis*. scilicet homini. *Rupibus*. per quod scilicet eius securitati prouidetur. habet autem aquila visum valde acutum, ut possit ex longinquo uidere necessarium cibum. vnde subdit; *Inde*. scilicet de locis altis: *Contemplatur escam*. scilicet non propinquam,

Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eum Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum & ascensorem eius. Nunquid præbebis equo fortitudinẽ, aut circundabis collo eius hinnitum? Nunquid suscitabis eũ quasi locustas? gloria narium eius terror. Terrã vngula fodit. exultat, audacter in occursum pergit armatis. Contẽnit pauorẽ, nec cedit gladio. Sup ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta & clype⁹. Feruẽs & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorẽ. Vbi audierit buccinã, dicit, uah: procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. Nũquid per sapẽitiam tuã plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrũ? Nunquid ad præceptũ tuũ eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suũ? In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atque in inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambũt sanguinem: & ubicunque cadauer fuerit, statim adest. Et adiecit Dominus: & locutus est ad Iob. Nunquid, qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit? vtique qui arguit Deũ, debet & respondere ei. Respondens autẽ Iob Domino, dixit, Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum. Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem, & alterum, quibus ultra non addam.

CAPITIS XL.

LECTIO I.

RESPONDENS autem Dominus Iob de turbine, dixit. Accinge sicut uir lumbos tuos. interrogabo te, & indica mihi. Nunquid irri—

sed etiam remotam: vnde subdit; *Et oculi eius de longe prospiciunt*. est autem & aquila potens in præda, sicut & leo inter quadrupedia. & ad hoc designandum, subdit: *Pulli eius lambunt sanguinem*. scilicet animalium uiuentium, quem aquila ad nidum defert. pascitur autem aquila non solum animalibus uiuis, sicut falcones & accipitres, sed etiam cadaueribus animalium mortuorum. vnde subdit; *Et ubicunque cadauer fuerit, statim adest*. per quod etiã uelocitatem uolatus eius designat. Hæc autem omnia sunt inducta, ad ostendendum magnitudinem diuinæ sapientiæ, & uirtutis, per quã tã mirabiles effectus ꝓducuntur: vnde datur intelligi, ꝙ Iob auditis tot mirabilibus diuinorum effectuum, stupẽs siluit, sed Dominus eum excitat ad considerandum, ꝙ homo non est idoneus ad disputandum cum Deo. vnde subditur; *Adiecit Dominus*. s. super verba præmissa: *Et locutus est ad Iob*. s. eo tacẽte: *Nunquid qui contendit cũ Deo*. i. qui offert se disputaturũ cum eo: *Tam facile conquiescit*? s. quasi sit superatus, sicut tu qui taces: *Vtique qui arguit Deum*. quasi de eius iudiciis disputans: *Debet & respondere illi*. iustum est. n. ut qui alium ad disputandũ prouocat, etiã ipse paratus sit respõdere. Et ne uideret Iob, licet cõuictus, in sua sñia obstinatus permanere, in verba humilitatis prorũpit, vnde sequit: *Respondens autem Iob Domino, dixit, qui leuiter locutus sum, respondere quid possum*? vbi considerandũ est, ꝙ Iob corã Deo & sua conscientia loquens, non de falsitate locutionis, aut de superba intentione se accusat, quia ex puritate animi fuerat locutus, sed a leuitate sermonis: quia etiã si non ex superbia animi locutus fuerat, verba tñ eius arrogantiã sapere videbantur, unde amici eius occasionẽ scandali sumpserant. Oportet aũt uitare non solum mala, sed etiã ea, quæ habẽt speciẽ mali, sm Apostolũ 1. ad Thessal. 5. Ab omni specie mala abstinete uos. & ideo subdit: *Manum meam ponam super os meum*. ut. s. ad similia uerba de cætero non prorũpã: & de his quæ dixi pæniteo: vnde subdit. *Vnum locutus sum; quod utinam non dixissem*. quod dixi me uelle disputare cũ Deo: *Et alterum*. s. ꝙ meã iustitiã prætuli, dũ de diuinis iudiciis ageret. tertiũ aũt quod ei Eliu imposuerat, ut. s. diceret iudiciũ Dei esse iniustũ, nõ recognoscit: quia hoc nõ pertinet ad leuitatẽ locutionis, sed ad blasphemiã. sic aũt de leuiter dictis pænitet, ꝙ emẽdationẽ proponit. vnde subdit: *Quibus ultra non addam*. ut. s. alia uerba leuia proferã. Est aũt considerandũ ꝙ prædicta locutio Domini ad Iob, nõ fuit per exteriorẽ sonũ prolata, sed interi⁹ inspirata. Iob tripliciter in hoc libro inuenit fuisse locut⁹. Primo quidẽ quasi representãs affectũ sensualitatis in prima quæstione, cum dixit, Pereat dies. Secundo, exprimens deliberationem rationis humanæ, dum contra amicos disputaret. Tertio, inspirationem diuinam, dum ex persona Domini, uerba induxit: & quia humana ratio dirigi debet secundum inspirationem diuinam, post uerba Domini, quæ secundum rationem humanam dixerat, reprehendit.

LECTIO PRIMA.

IN præcedentibus Dominus per commemorationem mirabilium, quæ apparent in eius effectibus, demonstrauit suam sapientiam & uirtutem, ut ex hoc manifestum sit, quòd nullus homo nec sapientia, nec potestate, potest cum Deo contendere: nũc autem ulterius procedit ad arguendum Iob de hoc, quòd suam

iustitiam commemorauerat, per quod aliquibus sonare videbatur in derogationem diuini iudicii: præmittitur etiam modus diuinæ locutionis, cum dixit; *Respondens autem Dominus Iob de turbine dixit.* & excitatio attentionis, cum subditur; *Accinge sicut uir lumbos tuos.* & petitio responsionis, cum subditur: *Interrogabo te, & indica mihi.*

quæ quia supra exposita sunt, hic itare non oportet expositionem eorum. Est autem considerandum, quòd Iob suã iustitiam commemorando, non intendebat imponere iniquitatem diuino iudicio; sicut tres amici eius, & Eliu peruerse intelligebant, sed intendebat ostendere, quòd non erat punitus in vltionem peccatorum sicut ei imponebant, sed ad probationem, sicut supra 23. dixerat: Probauit me quasi aurum, quod per ignem transit. veruntamen hoc ipsum reprehensibile uidebatur, quòd sic suam iustitiam commendabat, quod aliis uidebatur hoc redundare in derogationem diuinæ iustitiæ, vnde subdit; *Nunquid irritum facies iudicium meum?* quasi dicat: nũquid hoc tibi uidetur, ut commendando tuam iustitiã, facias ab hominibus reputari, idest falsum esse iudicium meum? Falsitas autem iudicii, est condemnatio iudicantis, qui iniquum iudicium profert, uel ex ignorãtia, uel ex malitia, unde subdit: *Et condemnabis me ut iustificeris?* quasi dicat: nunquid intantum uis te ostendere iustum, quòd ego apud alios condemnabilis uidear? Est autem notandũ, quòd si fuerint duo æquales, si oportet alteri culpam imponi, non est reprehensibile, si alter eorum a culpa imposita se expurget, quamuis alter culpabilis in aliorũ opinione remaneat, quia homo plus se, quàm alium naturaliter diligit: sed vbi est tanta distantia quanta est Dei & hominis, potius homo debet pati culpam iniuste in se referri, quàm quòd in iuste referatur in Deum. & ideo Dominus ad arguendũ Iob proponit excellentiam Dei super homines. Quæ quidem excellentia ex eius effectibus manifestatur. sed quia nunc agitur de comparatione iustitiæ, quæ proprie attenditur respectu irrationabilium rerum, ideo ad ostendendam diuinam excellentiam accipit effectus, quos Deus operatur in rationabilibus creaturis, qui quidem effectus secundum duo considerari possunt, uno modo secũdum virtutis suæ operationem: & quantum ad hoc dicit; *Si habes brachium sicut Deus.* per brachium enim potentia diuinæ virtutis exprimitur, quo quidem brachio utitur & ad sustentationem bonorum secũdum illud Esa. 40. In brachio suo congregabit agnos: & ad punitionem malorũ ꝓm illud Luc. 1. Fecit potẽtiam in brachio suo, dispersit superbos mẽte cordis sui. Alio modo operatur Deus in rationabilibus creaturis per suæ sapientiæ doctrinam, quã propter eius excellentiam contrtuum nominat, & quantum ad hoc subdit; *Et si uoce simili tonas.* hoc autẽ tonitruo vtitur Deus ad instructionem bonorum; secundum illud supra 26. Cum vix paruam stillam sermonem eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? & ad terribilem increpationem malorũ, secundum illud psal. 76. Vox tonitrui tui in rota, & postea sequitur. Commota est & contremuit terra. Et in huiusmodi effectibus excellentiam diuinam demonstrat quantum ad tria: primo quidem ad decorem, cum dicit: *Circunda tibi decorem.* quasi dicat, si tam potens es in effectibus sicut Deus, attribuas tibi eius decorem, vnde signanter dicit: *Circunda tibi.* Deus enim non habet circundatum decorem. quasi superadditum eius essentiæ: sed ipsa essentia eius est decor, per quem intelligitur ipsa claritas suæ virtutis, & puritas suæ simplicitatis, & perfectio essentiæ eius: sed homo non potest habere decorem nisi circundatum, quasi participando ipsum a Deo, vt superadditũ suæ essentiæ. Secundo tangit diuinã altitudinem cũ subdit; Et *in sublime erigere.* Attenditur autem diuina sublimitas non loco, quia Deus loco non comprehenditur, sed perfectione, & virtute, quia quidquid de eo dicitur, conuenit ei in summo; huiusmodi autem sublimitas essentialiter Deo esse conuenit, vnde ad eam non erigitur, sed in ea immobiliter manet. homo autem secundum suam naturam est infimæ conditionis, vnde ad illam sublimitatem diuinam peruenire non posset, nisi se erigeret supra se subleuando: ideo signanter dicit: *In sublime erigere.* Tertio tangit eius gloriam, cum subdit; *Et esto gloriosus.* gloria quidem importat notitiam de bonitate alicuius. vnde Amb. dicit, quòd gloria est clara cum laude notitia. Bonitas autẽ Dei infinita est, cuius notitia perfecta nõ est nisi apud Deum. & ideo gloria in solo Deo est, inquantum seipsum cognoscit, ad quam gloriam homo peruenire non potest, nisi participando cognitionem diuinam, secundum illud Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. & ideo signanter dicit; *Esto gloriosus.* quia homo essentialiter hãc gloriam nõ habet. His igitur positis, quæ pertinent ad excellentiam diuinæ potestatis & naturæ, procedit vlterius ad commemorandum diuinos effectus in rationabilibus creaturis, & quãtum ad bonos, & quantũ ad malos. Sed sciendũ est, q̃ effectus quos Deus operatur in sublimatione iustorũ, magis attribuuntur misericordię: effectus autem quos operatur in punitionẽ malorum, proprie attribuuntur iustitiæ: & ideo quia nunc agitur de iustitia, primo breuiter tangit effectum diuinæ operationis quantum ad bonos, cum dicit; *Et speciosis induere uestibus.* omnes enim boni tam angeli quàm homines, speciosi sunt ex participatione diuinę essentiæ, sapientię, & iustitiæ. Et sicut homo ornatur ex speciosо vestimento; ita omnis decor sanctorum angelorum & hominum, redundat in ornatum Dei, inquantum ex hoc Dei bonitas cõmendatur per modum quo dicitur Esa. 49. His omnibus velut ornamẽto vestieris. Est autem considerandũ, quòd hoc ad misericordiam Dei pertinet, quòd sanctos suos facit speciosos, sed quòd eorum decore ad suam gloriam, hoc ad iustitiam pertinet, de qua nunc loquitur. & ideo non dicit speciosas fac uestes, sed speciosis induere vestibus. Deinde diffusius prosequitur effectus diuinæ iustitiæ, quos exercet in malos. & primo hoc prosequitur quantum ad homines. Sciendum est autem, quòd omnis malitia hominum a superbia initium habet, secundum illud Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. inter cuncta etiam vitia Deus maxime superbiam detestatur, vnde dicitur Iac. 4. quòd Deus superbis resistit. Et hoc ideo, quia superbi quasi Deo rebellant, dũ ei humiliter subdi non volunt. & ex hoc in omnia peccata incidunt, diuinis præceptis contemptis. Vnde & terreni principes maxime detestantur rebelles. Et ideo, Dominus specialiter commemorat effectũ suæ potentiæ, quem contra superbos exercet. est autem duplex genus superborum. quidam enim ex bonis quæ habent, se super alios efferunt, sicut ille q̃ dicebat Luc. 18. Non sum sicut ceteri hominum. & hi proprie superbi dicuntur, vt ipsum nomen sonat. Est autem propria superborum pœna, discordia: quia dum quilibet alii superesse nititur, & subiici recusat, ad inuicem concordare non possunt. vnde dicitur Prouerb. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, & ad hoc designandum dicit; *Disperge superbos in furore tuo.* quasi dicat, exerce officiũ Dei, quod est dispergere vt in vnum conuenire nõ possunt Per furorẽ autẽ Dei intelligitur grauis vindicta. Aliud autem genus superborũ est, qui sibi arrogant id quod supra ipsos est. & hi proprie arrogantes dicuntur: vnde dicitur Hier. 48. Arrogantiam & altitudinem cordis ipsius ego scio, ait Dominus, & quòd non sit iuxta eum virtus eius. Horũ autẽ pœna propria, est deiectio. cum enim volunt se erigere supra posse, consequens est, vt per infirmitatem corruant, secundum illud Psal. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. vnde subdit; *Et respiciens omnem arrogantem humilia.* idest, deiicias ex prospectu tuæ prouidentiæ. Communis autem vtrorumque prima pena est confusio: quia cum non possunt consequi altitudinem quam prætendebant, confunduntur apparente defectu eorum. vnde subdit; *Respice cunctos superbos, & confunde eos.* Consequenter autem ponit omnes penas eorum. vnde & supra 22. dictum est; Si ascenderis vsque in cælum superbia eius, quasi sterquilinium in fine perdetur. Secunda autem pena eorum, est eorum destructio, quam designat subdens; *Et contere impios in loco suo.* superbos impios nominat: quia sicut Eccle. 10. dicitur, Initium superbiæ hominis est apostatare a Deo, quod repugnat diuino cultui, qui pertinet ad pietatem. Conueniens autem pœna est superborum, quòd conterantur. quod enim conteritur, quadam violentia fortioris corporis in minimas partes resoluitur. Iustum est autem, vt superbi, qui se inordinate magnos existimant, fortiori virtute, scilicet diuina, ad minimum deducantur. Signãter etiam addit; *In loco suo.* vt ostendatur, quòd id, in quo cõfidunt, eos liberare non potest. vnumquodque enim in suo loco conseruatur. vnde multitudo diuitiarũ, vel status dignitatis, vel siquid aliud eiusmodi est, in quo homo confidat, locus eius dici potest, quibus nõ obstãtibus, superbus a Deo cõteritur, vt quasi in loco suo videatur cõtritus Tertia pœna est, q̃ postquã sunt ad minimũ redacti, claritas famæ eorũ cessat. Iustum est. n. vt qui gloriæ pompam quærebant, ab hominum memoriis deleantur, secundũ illud Prou. 10. Nomen impiorũ putrescet, vnde sequitur; *Abscondes eos in pulvere.* idest facies eos obscuros propter statũ vilitatis quem

tum facies iudicium meum, & cõdemnabis me vt iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si uoce simili tonas: Circũda tibi decorẽ, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. Dispерge superbos in furore tuo, & confunde eos: & respiciens omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos & confunde eos, & contere impios in loco suo. Abscondes eos in puluere simul: & facies eorum demerge in foueam: Et ego confitebor, quòd saluare te possit dextera tua.

ad quem deducentur. Quod autem addit; *Simul,* potest ad duo referri, videlicet ad hoc, quòd omnes superbi talem finem simul patiuntur, & ad hoc quòd non successiue superbi depereunt, sed simul, idest, subito deiiciuntur. Quarta autem pœna eorum est, ut non solum ipsi ab aliis non cognoscantur, sed etiam bona de quibus superbierunt, agnoscere non sinantur. vnde subdit: *Et facies eorum.* per quas scilicet virtutes eorum cognosciticę significãtur, eo quòd visus hominis in facie ponitur: *Demerge in foueam.* idest, in profundum inferui; & loquitur de damnatione mortis secundæ, per similitudinem mortis primæ, per quam homines in corporalem puluerem rediguntur in foueam demersi. Hæc autem Dominus præmiserat quasi propria opera sua. Eius autem proprium est, ut non egeat auxilio alieno, quod homini conuenire non potest, sicut nec potest prædicta opera exercere. vnde subdit; *Et ego confitebor, quod saluare te potest dextera tua.* quasi dicat, si prædicta opera facere potes quę sunt Dei solius, potes rationabiliter tibi attribuere, quòd diuino auxilio non egeas ad salutem. sed sicut illud non potes, ita nec hoc, vnde non debes de tua iustitia gloriari.

LECTIO SECVNDA.

SVPRA Dominus narrauerat effectus uirtutis suæ, quos in malis hominibus operatur: Nunc autem accedit ad describendum malitiam diaboli. Manifestum est autem ex præmissis, quòd apud Iob, & amicos eius eadem erat opinio de dæmonibus, quam nunc Ecclesia catholica tenet, ut scilicet ex angelica dignitate per peccatum corruerint. vnde supra 4. dictum est. Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles: & sicut homo per peccatum decidit a ratione dignitatis, & contra rationem agens irrationabilibus comparatur, ita etiam diabolus per peccatum auertens se a. supremis & intelligibilibus bonis, dum principatum super inferiora & terrena appetiit, animalibus brutis comparatur, in quorum effigie dæmones frequẽter apparent hominibus, Deo prouidente ut tales figuras corporum sinantur assumere, per quas eorum conditio designetur. Est autem considerandum, quòd sicut angeli in sua dignitate remanentes, excellentiam quandam habent super hominum dignitatem, vnde & in fulgẽtiori quadam claritate apparent hominibus, ita etiam dæmones excellentiam quandam, & principatum in malitia supra homines habent. & ideo sub figura quorundam excellentium & quasi monstruosorum animalium describuntur. Inter omnia autem terrestria animalia excellit Elephas magnitudine & virtute: inter animalia vero aquatica excellit Cetus: & ideo Dominus describit diabolum sub figura elephantis & ceti, ut hoc nomen behemoth, quod significat animal, referatur ad elephantem, qui inter cetera animalia terrestria quæ communius animalia dicuntur, quoddam principatum tenet propter magnitudinem corporis, nomen autem Leuiathan, quod significat additamentũ eorũ, referatur ad cetæ grandia, quæ habent magnitudinis additamentum supra omne animalium genus. Posset autem forte alicui uideri, quòd Dominus ad literam intenderet exprimere proprietates elephantis & ceti propter magnitudinem, qua cetera animalia superant, sed quòd proprietates horum animalium in figuram alterius describantur, manifestum est ex hoc, quòd proprietatibus posteis ad figuram pertinentibus, subdit veritas nã præmissis proprietatibus Behemoth, idest elephantis, quasi exponendo ueritatem, subdit: Ipse enim principium uiarum Dei: præmissis autem proprietatibus leuiathan, idest ceti, subdit, Rex super omnes filios superbiæ. & quasi satis conuenienter, in hac disputatione Domini, in descriptione diaboli terminatur disputatio Iob, quæ est de aduersitate ipsius. quia etiam supra commoratur Sathan fuisse principium aduersitatis ipsius: & sic dum amici Iob causam aduersitatis eius ad ipsum Iob referre niterentur, putantes ipsum propter peccata sua a Deo esse punitum, Dominus postquam Iob redarguerat de inordinata locutione, quasi finalem determinationem disputationi adhibens, agit de malitia Sathan, quę fuit principium aduersitatis Iob, & est principium damnationis humanæ, secundum illud Sapien. 1. Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarum. Primo ergo incipiens describere Sathan sub figura Behemoth, assignat conuenientiam eius ad hominẽ, dicens; *Ecce behemoth quem feci secum,* & siquidem hoc referatur ad tẽpus inchoationis vtriusque quãtum ad figuram, veritas apparet. nam sexto die, simul cũ homine terrena animalia sunt producta, si referat ad diabolũ, de quo figuraliter siue metaphorice, hæc dicuntur, non videtur simul diabolus factus cum homine. nam homo factus legitur die sexto: Sathan autem inter angelos factus creditur in principio, quo creauit Deus cælum & terram. Sed si illa dierum enumeratio non designat temporis successionem, sed diuersa genera rerũ productarum, secundum sentẽtiam Augustini, nulla repugnantia inuenitur: sit autem secundũ aliorum expositionem, angelorum creatio duratione præcessit hominis productionem, potest dupliciter hoc verbum intelligi: vno modo, ut sit sensus; *Quem feci tecum.* idest quem feci sicut & te; & hoc dicit ad excludendum errorem eorum, qui considerãtes malitiam diaboli, æstimauerunt eum non esse Dei boni creaturam. alio modo, ut sic sensus; *Quem feci tecum.* idest similitudinem tecum habentem, quantum ad naturam intellectualem. vt huius etiam similitudinis aliquod uestigium in elephante apparet: dicit enim Arist. in 8. de animalibus, quòd maxime domesticabile animalium siluestrium est elephas. ad multa enim eruditur & intelligit, quoniam etiam adorare reges docentur. quod non ideo dicitur, quia habeat intellectum, sed propter bonitatem naturalis æstimatiuę. Descripta igitur conuenientia behemoth cum homine, describit proprietates ipsius. Et ut hoc primo ad figuram referamus, tria uidentur circa behemoth describere, primo quidem cibum ipsius, cum dicit; *Fenum quasi bos comedet.* ad literã enim non est animal comedens carnes, sed herbas & alia huiusmodi ad modum bouis. & quia herbæ nascũtur in terra, per hoc signatur quòd Sathan pascitur, idest delectatur in terrenorum dominio. unde & iactanter de se dicit Lucæ 4. Mihi tradita sunt regna orbis terræ, & cui uoluero do illa. Secundo describit coitum eius, in cibo enim & coitu præcipue delectationes animaliũ consistunt: describit autem coitum elephantis. primo quidem quantum ad principium libidinis, ex qua animalia commouentur ad coitum. cum dicit: *Fortitudo eius in lumbis eius.* nam ex lumbis, siue ex renibus semen ad membra genitalia deriuatur. Secundo describit figurã coitus, nam sicut Philosophus dicit in 5. animalium, Paritur coitum femella elephantis concidens, & masculus ascendit: & hoc significat subdẽs: *Et uirtus illius in umbilico neruis eius.* scilicet quia umbilicum supponit in coitu dorso femellæ, & oportet quòd sit in umbilico magna virtus ne frangatur propter collisionem corporum tam magnorum. Animalia autẽ in quibus talis figura coitus non inuenitur, dum coeunt, caudã inter tibias posteriores stringunt, unde subdit: *Stringit caudam suam quasi cedrum.* quod dicitur propter magnitudinem eius. Tertio describit organa coitui deseruientia, cum subdit; *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* idest reuolutiones quasdam habent, ut philosophus describit in 3. animalium de testiculis animalium gressibilium & generantium. Hæc autem ad diabolum literaliter referri nõ possunt, quasi ipsi ad modum animalium corporaliter coeant, quasi ipso coitu delectati. & si enim ut Aug. dicit in 15. de ciui. Dei, Quidam incubi sæpe dicũtur extitisse mulieribus improbi, & earum appetiisse ac peregisse concubitum, non tamẽ hoc agunt quasi coitu delectati, sed delectãtur in hoc quòd omnes homines ad peccata talia inducunt, ad quæ maxime sunt proni. vnde Augustinus dicit in 2. de ciuitate Dei, quis non intelligat, quantum moliantur maligni spiritus exemplo suo auctoritatem præbere sceleribus? & propter hoc ut ipse in eodem libro alibi dicit, Huiusmodi spiritus, luxuriæ obscænitatibus delectantur, quæ quidem eorum delectatio metaphorice in verbis præmissis exprimitur, q̃ propter concupiscentiam carnis, ꝓm hoc uitum maxime possunt homines superare. ideo dicit; *Fortitudo eius in lumbis eius.* vt hoc referatur ad uiros. *Et uirtus illius in umbilico uentris eius.* vt hoc referatur ad mulieres; *Stringit caudam suam sicut cedrum.* quia quos in hoc peccatum delicit, dulcedine voluptatis finaliter ligatos tenet; *Nerui testiculorum eius perplexi sunt.* quia si aliquis in hoc uitium deiectus euadere nititur, diuersis occasionib̃ iterato irretitur. Tertio describit motum elephantis, de quibus dicitur, quòd habent inflexibiles pedes, tibias, & crura propter pondus corporis sustẽtandum; & habent ossa solida sine iuncturis. & ad hoc designandum dicit; *Ossa eius uelut fistulæ æris.* quia flecti non possunt, sicut nec fistulæ æris. & hoc refertur ad exteriora organa motus, quæ sunt tibiæ & crura. interiora autem organa motus, sunt cartilagines quædam, & nerui, quæ etiam in elephantibus non facile flectuntur: & quantum ad hoc subdit; *Cartilagi il-*

LECTIO II.

ECCE Behemoth quem feci tecum, fenum quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in umbilico uentris eius. Stringit caudam suam quasi cedrum: nerui testiculorum eius perplexi sunt. Ossa eius uelut fistulæ æris, cartilago illius quasi laminæ ferreæ. Ipse est principium uiarum Dei, qui fecit eum, applicabit gladium eius. Huic montes herbas ferunt. oẽs bestiæ agri ludent ibi. Sub umbra dormit in secreto

Cap. 9.

Cap. 2.

go illius quasi læminæ ferreæ. quæ scilicet incuruari & extendi non possunt. & per hoc significatur obstinatio diaboli, qui a proposito suæ malitiæ retrahi non potest; & crudelitas eius per quam ab exteriori hominum nocumento non cessat. hæc autem quæ figuraliter dicta sunt, exponit Dominus subdens; *Ipse*, scilicet Sathan; de quo prædicta metaphorice dicta sunt; *Est principium uiarum Dei*. idest operum eius. et si quidē hoc referatur ad opera creatiōis, hoc ea ratione dicitur, quia Sathā inter primas creaturas est cōditus: uel etiam, quia secundum quosdam fuit excellentior inter cęteras creaturas. sed conuenientius proposito uidetur, ut per uias Dei intelligamus, opera prouidentiæ eius. Considerandum est autem, quòd Deo unum solum proprium est opus suæ bonitati conueniens, scilicet benefacere & misereri: quòd autem puniat, & aduersitates inducat, hoc contingit propter malitiam creaturæ rationalis, quæ primo est in diabolo inuenta, & per eius suggestionem est ad homines deriuata. & ideo signanter dicit, quòd ipse principium uiarum Dei est, idest, quòd Deus diuersis uiis utatur, scilicet benefaciendo & puniendo: & ne credatur sic esse principium uiarum Dei, quòd per se ipsum sit potens ad nocendum, hoc excludit subdens; *Qui fecit eum*. scilicet Deus; *Gladium eius applicabit*. idest noxiam operationem ipsius. Voluntas autem nocendi inest diabolo a seipso, propter quod dicitur; *Gladius eius*; sed effectus nocendi non habet nisi ex uoluntate uel permissione diuina. & quia dixerat, quòd fenum sicut bos comedet, ostendit unde fenum accipiat ad edendum. unde subdit; *Huic montes herbas ferunt*. per quod intelligitur, quòd sublimes in hoc sæculo & superbi afferunt diabolo suæ delectationis seu refectionis materiam. & quomodo hoc sit, ostendit subdens; *Omnes bestiæ agri ibi ludent*. sicut enim ad litteram in montibus siluestria animalia congregantur ad securitatem & otium; ita sub quadam sublimium uirorum protectione homines bestialiter sæuientes securi requiescunt: quod signatur Danielis 4 ubi dicitur, quòd subtus arborem, per quam significatur regia dignitas, habitabant animalia & bestiæ. Deinde describit
Cap.2. mansionem ipsius. ubi considerandum est, quòd sicut Aristoteles dicit in 5. animalium; Elephantes in solitudinibus manent, & maxime quia circa fluuios solent esse arundineta & salices, & loca umbrosa: ideo ad designandum elephantis mansionem, dicit; *Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus*. & quia hoc animal non qualencunque umbram habitat, sed condensam, subdit; *Protegunt umbræ umbram eius*. ut scilicet inferior umbra per superiorem umbram cōtra æstum defendatur. & causam facientem umbram designat subdens; *Circumdant eum salices torrentis*. nam salices densiorem umbram faciunt & frigidiores, quàm arundines. inhabitat autem ad litteram, hoc animal umbrosa loca, quia est animal melancholicum, & siccæ complexionis, & habitat in terris calidis: unde contra calorem & siccitatem æstus, quærit refrigerium humiditatis & umbræ. per quod designatur, quòd gladius diaboli non solum esse actum habet in montibus, idest in superbis, qui ei & ipsi herbas ferunt, & bestias agri ludentes sustinent, sed etiam in hominibus, qui in otio quasi in umbra uiuunt, quam ipsi multiplici studio continuare procurant, ut sic umbræ protegant umbras, & qui in delitiis quasi in locis humentibus nutriuntur. propter eandem autem causam, propter quam hoc animal humentia & umbrosa loca quærit, etiam multum de aqua potat: unde Aristoteles dicit in 8. de animalibus, quòd iam quidam
Cap.9. elephas bibit aquæ Merretas macedonicas 14. pro semel, & iterum alias octo. Et ideo ad describendum magnitudinem potus eius, subdit; *Et absorbebit fluuium, & non mirabitur*. quia scilicet consueuit multum bibere, & postquam multum bibit, expectat alium multum potum, unde subdit: *Habet fiduciam quòd fluuius Iordanis influat in os* eius. qui scilicet, fluuius notus est in terra illa, ubi hæc dicebantur. Et hæc quidem hyperbolice dicuntur. secundum quòd referuntur ad elephantem: secundum autem quod referuntur ad diabolum, in cuius figura hæc dicuntur, significatur eius præsumptio, qua se confidit de facili sibi incorporare per consensum omnes homines instabiles, etiam si habeant aliquam Dei cognitionem: ad quod significandum inducitur specialiter de Iordane, qui est fluuius in terra, in qua uera Dei cognitio habebatur. in his enim tribus generibus hominum, maxime diabolus habet effectum, scilicet in superbis, uoluptuosis, & instabilibus, siue curis sæculi deditis, qui possunt per fluuium designari. aliqui tamē sunt qui a diabolo non superati sunt, sed potius contra ipsum victoriam obtinent. quod quidem principaliter conuenit Christo, de quo dicitur Apoc. 5. Ecce uicit leo de tribu Iuda. consequenter autem conuenit aliis per gratiam Christi, secundum illud 1. ad Corinth. 15. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum. & hanc quidē victoriam describit Dominus sub simili tudine uenationis elephantis, dicens; *In oculis eius quasi hamo capiet eum*. scilicet uenator, per quem Christus & sui significantur. dicitur. n. esse unus modus uenationis elephantis, quia fit fouea subterranea in uia elephantis, in quam incidit ignoranter, ad quam ueniens unus uenator percutit & pungit ipsum. alter autem uenator ueniens percutit primū uenatorem, & amouet eum ne percutiat ipsum elephantem, & dat ei comedere hordeum. quod cum ter uel quater fecerit, diligit se liberantem: & deinceps ei obediens mansuescit, & sic capiuntur per cibum ei oblatum, sicut pisces hamo. Est autem alius modus uenationis elephantum, ut Aristoteles dicit in 8. de animalibus, ubi dicit, quòd uenatores domesticos elephantes equitant, & persequuntur elephantes siluestres, & pungunt eos cum quibusdam instrumentis. & ad hoc potest pertinere quod subditur: *Et in sudibus perforabit nares eius*. in quibus scilicet habent carnem magis sensibilem. & ideo magis ibi punguntur a uenatoribus. per hoc autem mystice designatur quòd Christus diabolum superauit, ostendens ei naturam infirmam, ut sic quasi hamo ab eo caperetur, & postmodū uirtutem suam in eum exercuit, secundum illud Colos. 2. Expolians principatus & potestates, traduxit confidenter.

LECTIO III.

IN extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Nunquid multi-

LECTIO TERTIA.

POSTQVAM Dominus descripsit proprietates diaboli in similitudine elephātis, qui est maximum animalium terrestrium, describit ipsum sub similitudine leuiathan, idest, ceti, quod est maximum animalium marinorum, & sicut Plinius dicit, est magnitudinis quatuor iugerum. & Isidorus dicit quòd habent corpora æqualia montibus, ad quod refertur nomen leuiathan, quod interpretatur additamentum eorum, & ut Isidorus dicit, hoc animal dicitur balena a βαλεῖν quod est emittere, quia altius ceteris animalibus emittit aquas. & potest dici, quòd sicut diabolus comparatur elephanti, qui uiuit in terris propter effectus manifestos, quos operatur in terrenis & corporalibus creaturis, ita comparatur ceto, uel balenæ in fluctibus maris degenti, propter effectus quos operatur in fluctuatione interiorū motuum, & quia supra, uictoriam hominis contra diabolum expresserat sub figura uenationis elephantis, ne credatur, quòd homo sua uirtute possit diabolum superare, hic incipit excludere sub figuram animalis leuiathan, de quo primo ostendit, quòd non potest superari per modum quo capiuntur pisces, unde dicit; *An extrahere poteris*. scilicet de aquis; *Leuiathan hamo*. quod fieri non potest duplici ratione: primo quidem, quia tantæ est magnitudinis, quòd nulla hominis uirtute aut instrumento sursum eleuari possit, & ad hoc significandum, dixit; *An extrahere poteris*. Secundo, quia tantæ est fortitudinis, ꝙ hamo retineri nō possit. & ad hoc significandum subdit; *Et fune ligabis linguam eius*. pisces enim qui capiuntur hamo, per funem cui hamus appenditur, retinentur, per quod significatur, quòd nullus homo potest diabolum neque a malitia sua extrahere, neque etiam eū ligare, ut in sua malitia non procedat. Secundo ostendit, quòd non potest superari ab homine per modum, quo quædam animalia terrestria magna superantur. retinetur enim bubalus ab homine per annulū ferreum, qui naribus eius imponitur, per quē homo ducit ipsum quò vult. & ad hoc excludendum, subdit; *Nunquid pones circulum in naribus eius*. subiicit sibi etiam æquū aut asinum, uel camelum imponendo frenum uel chamum in ore eius. & ad hoc excludendum subdit: *Aut armilla perforabis maxillam eius*. Prædictorum enim animalium quasi perforantur maxillæ; *Armilla*. idest ferro, quod ponitur in ore ipsorū. sicut autem circulo naribus imposito ducitur bubalus, ita etiam freno uel chamo maxillis equi imposito, regitur gressus equi, ut hominem conuenienter ferat. per hoc ergo datur intelligi, ꝙ nullus potest diabolum ducere quò vult, nec eum dirigere, ut suæ uoluntati deseruiat. Tertio ostendit, quòd leuiathan superari

perari non potest per modum quo homo subiicitur homini: qd quidem fit dupliciter, vno modo per simplex uerbum, puta cum aliquis in tantum alteri humiliatur, quòd eum rogat: & tangit, cum dicit; *Nunquid multiplicabit ad te preces?* vel etiam eum addit blanditiarum verba. & ad hoc pertinet, quod subdit; *Aut loquetur tibi mollia*. idest blanda uerba ad te placandum, secundum illud Prouerb. 15. Responsio mollis frangit iram. Alio modo accedente aliqua obligatione, quę fit vel per aliquod particulare pactum, ad quod pertinet quod dicit; *Nunquid feriet te cum pactum?* vel per seruitutem perpetuam: ad quod pertinet quod dicit; *Et accipies eum seruum sempiternum*. & ista quatuor quandoque per ordinem se habent. nam quandoque aliquis primo quidem propter timorem preces porrigit uictori. secundo blanditur: tertio ad pactum suscipitur: quarto per pactum seruituti perpetuæ subiugatur. per quæ omnia datur intelligi, quòd diabolus non timet hominem, ut ei quasi superiori aut fortiori preces ex timore, aut blanditias, aut pactum, aut seruitutem exhibeat: etsi huiusmodi sileter facit, facit ad hominū decepciones, ut potius eos sibi subiciat, quàm eis subiiciatur. Quinto ostendit, quòd non potest superari, quomodo aues ab homine superantur. Circa quod considerandum est, quòd aues primo quidem aliqua deceptione capiuntur per retia, uel per viscum, vel per aliquid huiusmodi, & hoc excludens subdit; *Nunquid illudes ei sicut auibus*. ut scilicet decipiendo ipsum in tuam redigas potestatem. Secundo postquam iam captæ fuerint, ligantur ne auolare possint, & exhibetur pueris & ancillis ad ludum, & hoc significatur cum subdit; *Aut ligabis eum ancillis tuis*. per quod datur intelligi, quòd homo non potest sua industria decipiendo diabolum superare, nec eum aliis decipendum exponere. sic igitur ostenso, quòd non potest subiici per modum quo alia animalia subiiciuntur, ostēdit consequenter quòd homo non potest uti eo, etiam si subiiceretur, per modum quo vtitur aliis animalibus magnis, quando sunt in potestate hominis redacta. Et primo hoc ostendit assumens modum quo homines vtūtur animalibus terrestribus capcis, puta ceruis & apris, & aliis huiusmodi, quorum carnes diuiduntur dupliciter: vno modo, gratis distribuendo amicis: & hoc excludit subdens; *Concident eum amici?* & hoc interrogatiue legatur. Alio modo, uendendo diuersis, & quantum ad hoc subdit; *Diuident illum negotiatores?* quasi dicat, non. tanta est enim huius animalis magnitudo, quòd si quandoque capiatur, toti regioni sufficiat. vnde nec particulariter diuiditur inter amicos, nec uenditur in macello ad modum aliorum animalium: per quod designatur quòd homo non potest auxilium dæmonis vel alteri gratis communicare, uel etiam uendere. Secundo ostendit, quòd non potest homo uti leuiathan ad modum quo vtitur piscibus capcis, quorum maioribus piscatores implent maximas sagenas: & quantum ad hoc dicit; *Nunquid implebis sagenas pelle eius*. & forte signanter dicit pelle, ad exprimendum modum quo maximi Ceti capiuntur, qui longissimis calmis, quos habent quando dormiunt, in rupibus pendent ad saxa, vt dicitur. & tunc piscator appropinquans, quantum potest de pelle soluit a lardo iuxta caudam. est enim animal ualde pingue, propter pinguedinem talem incisuram non sentit. & sic immissis funibus quos ligat ad saxa vel arbores, excitat Cetum lapidibus fundæ, qui volens recedere pellem dimittit. minoribus autem piscibus implent quædam alia minora instrumenta: & quantum ad hoc subdit; *Et gurgustium piscium capite illius*. dicitur enim gurgustium quoddam instrumentum de uimnibus factum, quod piscatores in gurgite ponunt ad capiendum pisces. Est autē tanta magnitudo ceti, quòd nec totus, nec etiā vna pars eius, puta caput, potest in gurgustio quantumcunque magno contineri. dicitur enim habere tam magnum caput, quòd ab ipso 40. lagenæ sanguinis effluant. & hoc ponitur ad figuraliter ostendendum, quòd diabolus virtute humana, includi non potest, sicut quidam nigromantici se eum posse includere opinantur: sed hoc totum prouenit ex eius astutia, qua utitur ad homines decipiendos. Et si quis recte consideret, omnia præmissa pertinere uidentur ad præsumptionem nigromanticorum confutandam, qui nituntur cum dæmonibus pactum inire, aut etiam sibi subiicere, vel qualitercunque constringere. Ostenso ergo, quòd homo nullo modo sua uirtute diabolum superare potest, quasi ex omnibus præmissis concludis subdens: *Pone manum tuam super eum*. subaudi si potes. quasi dicat, nullo modo potes tua uirtute manum tuam ponere super eum, ut eum tibi subiicias: sed quamuis non possit ab homine superari, superatur tamen diuina uirtute: vnde subdit; *Memento belli*. quo scilicet contra eum pugno: *Nec ultra addas loqui*. scilicet contra me, dum scilicet vides eum mea virtute superari, quem tua uirtute superare non potes. & de superatione qua superatur a Deo, subditur; *Ecce spes eius frustrabitur eum*. quod quidem si referatur ad cetum, manifestum est. dum enim cetus prosequitur pisces, sperans eorum capturam, impingit ad aliquod litus, vnde propter paruitatem aquæ se eruere non potest, *frustratus spe sua*, quam habebat de piscium captura: & sic super aquam apparens præcipitatur in mortem. & hoc est quod subditur; *Et uidentibus cunctis præcipitabitur*. quia vndique homines eum uidentes concurrunt ad eum occidendum. per quod significatur, quòd spes diaboli, quam habet de subuersione sanctorum, *frustrabitur*: & ipse cum omnibus suis sequacibus, sanctis uidentibus, in die iudicii præcipitabitur in infernum.

CAPITIS XLI.

LECTIO I.

NON quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere pōt vultui meo? Et quis ante dedit mihi ut reddā ei? omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt. Non parcam ei uerbis potentibus, & ad deprecandum cōpositis. Quis reuelabit faciem indumenti eius, & in medium oris eius, quis intrabit? Portas vultus eius, quis aperiet? per gyrum den-

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Dominus enumerauerat uirtutem leuiathan, quantum ad hoc quòd non potest superari ab homine, sed solum a Deo: nunc enarrat potestatem ipsius, quantum ad hoc quòd ipse potest contra alios agere: & quia non est potestas nisi a Deo, vt dicitur Roma. 13. Posset aliquis ad crudelitatem Deo ascribere, quòd tam noxiæ creaturæ tantam potentiam dedit. & ideo ad hoc excludendum dicit; *Non quasi crudelis suscitabo eum*. idest altum esse permittam per potentiam sibi datam. & uidetur hic responderi ad id quod supra Iob 30. dixerat, Mutatus es mihi in crudelem. Quòd autem hoc sibi ad crudelitatem ascribi non debeat, ostendit triplici ratione, primo propter potestatem ipsius Dei, cum dixit; *Quis enim potest resistere uultui meo?* idest prouidentiæ meæ. quasi dicat, quantūcunque leuiathan iste sit potens, non tamen potest prouidentiæ meæ resistere: ut potentia sua utatur, nisi quantum mihi placuerit: & mea voluntas non ad perniciem, sed ad salutem hominum tendit. Secundo, ostendit idem ex largitate bonitatis ipsius, qua gratis omnibus bona sua distribuit. vnde subdit; *Et quis ante dedit mihi ut reddam ei*. quasi dicat, nullus: ex quo patet, quòd omnia quæ feci, diligo: quibus bona mea gratis communico: vnde non habeo contra ipsa quæ feci, crudelitatis animum. & ad idem pertinet quod subdit; *Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt*. quia scilicet sunt a me creata, conseruata, & gubernata: nullus autem rebus suis aduersatur. Tertio ostendit se non esse crudelem permittendo Sathan in sua potentia exaltari, per hoc quòd in nullo ei defert. uidetur enim ad crudelitatem quandam pertinere, quòd aliquis dum vult alicui tyranno fauere, patienter tolerat afflictiones multorum. Duplici autem ratione homo alicui potenti fauet: vno modo timens comminationes ipsius: sed hoc Dominus a se excludit, dicens; *Non parcam ei*, idest in nullo ei deferam, quin ei resistam, secundum quòd oportet; *Verbis potentibus*. idest propter aliqua comminationis uerba, quæ eius præferant potestatem. Alio modo fauet aliquis alicui potenti, quasi allectus ab eo blanditiis, & ad hoc excludēdum subdit: *Et ad deprecandum compositis*. scilicet est, quasi dicat, quàmuis potenter uel deprecatorie loqueretur, tamē in nullo ei defero, quia non est conuenientia lucis ad tenebras, vt dicitur 2. ad Corinth. 6. His igitur præmissis ad remouendum opinionem suæ crudelitatis, accedit ad describendum uirtutem leuiathan.

uiathan, & primo describit figuram eius a capite incipiens, dicitur autem quòd super oculos ceti sunt quædam additamenta cornea in figura magnæ falcis, & sunt ducenta quinquaginta super unum oculum, & totidem super alterum, & vtitur eis cetus pro opertorio oculi tempore magnæ tempestatis, & ad hoc exprimendum dicit;

Quis reuelabit faciem indumenti eius? Videlicet quis homo potest accedere ita prope cetum, vt a prædictis operculis possit facie eius deregere? per quod datur intelligi quòd astutias diabo-

tiũ eius formido. Corpus illius q̃si scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Vna vni coniungitur; & ne spiraculum quidẽ incedit per eas. Vna alteri adherebit, & tenẽtes se nequaq̃ separabunt.

li nullus homo sufficit aperire. Dicitur etiam quòd in gutture habet quandam pellem in modum membranæ, & hæc multis meatibus perforata, ne scilicet quicquam corpulentum magnum ingredi uentrem eius possit, quia scilicet, per hoc impediretur eius digestio, scilicet si aliquod magnum animal integrum absorberet, & ad hoc designandum subdit; *Et in medium oris eius quis intrabit?* ut scilicet perscrutetur strictos illos meatus, quibus parui pisces in eius uentrem descendunt, per quod designatur, quòd intentionem dæmonis, qua ad homines spiritaliter absorbendos uertur, nullus homo potest cognoscere. Dicitur etiã de ceto, quòd habet apertura oris dentatam valde, longis & magnis dentibus, & præcipue duo dentes sunt aliis longiores ad modum dentium elephantis, vel apri. ergo ad designandum hos duos dentes extremos maximos, dicit; *Portas vultus eius quis aperiet?* videlicet enim illi duo dentes maximi, quasi duæ portæ, quibus os ceti aperiatur. per quod designatur, quòd nullus homo potest os diaboli aperire ad extrahendum de potestate eius peccatores quos absorbet, quasi duabus portis, scilicet uiolentia & astutia. Quantum autem ad alios dentes ceti, subdit; *Per gyrum dentium eius formido*, quia scilicet in circuitu oris habet dentes tam magnos, ut aspicientibus terrorem incutere possit: per quod significatur terror, quem dæmon hic hominibus incutit: ut per hoc eos impellat ad peccandum: & potest dici quòd dentes eius sunt ceteri dæmones, vel etiam mali homines, qui potentia sua alios terrendo, ad malum inducunt. His igitur præmissis de dispositione capitis Leuiathan, procedit ad dispositionem corporis eius, quod describit ad modum piscium habentium squamas, vnde secũdum magnitudinem sui corporis debet habere maximas squamas ad modum scutorum. vnde dicit; *Corpus eius quasi scuta fusilia*, quæ quidem sunt continua: nam scuta lignea per colligationem adunantur. comparatur autem diabolus ad homines malos, sicut caput ad corpus. vnde peccatores qui alios in malitia defendunt, sunt quasi scuta corporis diaboli. Ostendit autem consequenter, quòd squamæ eius non solum sunt magnæ, sed etiam compressæ ad modum piscium multas squamas habentium: & hoc est quod subdit; *Compactum squamis sese prementibus*. per quod designatur multitudo malorum: & peruersa eorũ concordia in malo, ostenditur consequenter, cum subditur; *Vna vni coniungitur*, quia scilicet sicut in corpore alicuius piscis non quælibet squama cõtingitur cuilibet, sed vna vni per ordinem, sic etiam in multitudine malorum non omnes omnib⁹ socialiter concordant, sed quidam quibusdam. Quandiu autem piscis est viuus & fortis, & squamę eius sunt in suo uigore, ita & adinuicem & cuti corporis stricte adhærent, quòd nec aer potest inter eas transire. quando uero piscis fuerit uel mortuus, vel infirmus, aut ex aliqua occasione eius squamæ desiccantur, tunc paulatim prædicta coniunctio squamarum remittitur, ita quòd ipsæ squamæ incuruantur, & potest etiam aliquid grossius inter eas transire. ad ostendendum ergo uigorem squamarum leuiathan, subdit; *Et ne spiraculum quidem incedit per eas*, idest per intermedium squamarum: per quod designatur, quòd ad consensum malitiæ nõ disiunguntur per aliquam spiritalem persuasionem, aut per inspirationem internam, & ideo ad ostendendum obstinatũ eorum consensum in malitia, subdit; *Vna alteri adherebit*, per mutuum fauorem & consensum; *Et tenentes se nequaquam separabuntur*. propter ostinatũ, s. consensum eorũ in malum: sicut nec squamæ leuiathan humana uirtute possunt ab inuicem disiungi,

LECTIO SECVNDA.

POSTQVAM descripsit Dominus dispositionẽ Leuiathã, hic describit operationem fortitudinis eius, & sicut primus, descripserat dispositionem capitis quàm corporis, ita etiam & prius incipit enumerare operationes ad caput pertinentes. Prima autem & principalior pars capitis est cerebrum, ex cuius cõmotione sternutatio animalis causatur, & ideo sternutationem leuiathan describens, dicit; *Sternutatio eius splendor ignis*, quia scilicet, ex sternutatione leuiathan tanta fit aquarũ commotio, quòd causatur quidam candor aquarum commotarum ad modum splendoris ignis, vel etiam potest referri ad hoc, quòd fortitudo commoto capite uel oculis, videtur nobis, quòd emittatur qui dam splendor ignis, vnde cum multo maior sit commotio capitis leuiathã ex eiusdem sternutatione, multo magis talis splendor procedit. significat autem per hoc quòd per cõmotionem capitis diaboli, idest potentia ionem ipsius, emittatur splendor ignis, scilicet iræ, aut

LECTIO II.

Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius, ut palpebræ diluculi. De ore eius lãpades procedũt, sicut tedæ ignis

concupiscentiæ, aut etiam inanis gloriæ. Inter alias autem partes capitis sunt præcipui oculi, unde subdit; *Et oculi eius, ut palpebræ diluculi*. oculus enim ratione suæ leuitatis lucidus est. Habet autem cetus maximos oculos secundum magnitudinem capitis & corporis totius, & ideo inspectione ipsorum apparet quædam claritas diffusa, sicut est claritas diluculi: per quam designatur temporalis prosperitas, quam diabolus homini repromittit. Tertio autem describit operationem siue effectum oris eius, cum dicit; *De ore eius lampades procedunt sicut tedæ ignis accensæ*. Vbi considerandum est, quòd teda est quoddam lignum, quod accensum suauem odorem emittit. Dicitur autem de ceto, quòd quando multum esurit, naporem odoriferum ad modum odoris ambræ ex ore suo emittit, in quo pisces delectati, os eius ingrediuntur, & sic ab ipso deuorantur. Huiusmodi uapores ergo missi ab ore cetti, lampades dicuntur propter magnitudinem caloris, qui ex interioribus eius egreditur. tedæ autem accensæ comparatur propter redolentiam, ut dictum est. per hoc autem designatur quòd diabolus ad concupiscentiam peccati homines incendit per ostentationem alicuius boni, quasi per redolentiam quandam. Quarto ponitur operatio narium eius. hoc enim animal habet pulmonem, & respirat sicut delphinus: & ad hoc designandum, subdit; *De naribus eius*, quæ scilicet sunt præcipua instrumenta respirandi; *Procedit*, scilicet per respirationem; *Fumus*, idest aer per respirationem adustus ex multitudine caloris, qui est necessarius huic animali ad tantam molem mouendam, & ideo signanter subdit; *Sicut ollæ succensæ, atque feruentis*. aer enim qui respirando emittitur, in pulmone continebatur: in quo calefiat per calorem cordis, qui pulmoni coniungitur, sicut aqua in olla calescit & feruet per hoc, quòd apponitur igni: & quia animal respirat non solum per nares, sed etiam per os, ideo quinto subdit operationem oris, dicens; *Halitus eius*, idest exhalatio de ore procedens; *Prunas ardere facit*. idest tam calidus & vehemens, quòd sufficeret ad prunas accendendas. Loquitur. n. ad similitudinem eorum, qui sufflando, prunas accendunt, vnde subdit; *Et flamma de ore eius egreditur*, quia scilicet, tam calidus & ignitus est uapor de ore eius egrediens, quòd merito potest flammæ comparari. per hæc autem omnia designatur, quòd diabolus sua occulta uel manifesta suggestione peruersæ cupiditatis ignem in homine accendit. His igitur præmissis quæ pertinent ad uirtutem capitis leuiathan, accedit ad narrandum ea, quæ pertinent ad uirtutem aliorum membrorum ipsius. Est autem considerandum, quòd sicut Aristoteles dicit in secundo animalium, nullus piscis habet collum nisi illi qui generant animalia, sicut delphini; & ex horum genere sunt etiam ceti, & iõ incipit describere fortitudinem colli eius, cum dicit; *In collo eius morabitur fortitudo*, quæ quidem necessaria est tanto animali ad pondus capitis eius portandum: & quia per collum caput coniungitur corpori, possunt per collum leuiathan designari illi, per quos diabolus in alios malitiam suam exercet, qui ut plurimũ sunt potentes, quos alii reuerentur, aut etiam timent. Est autem manifestum quòd hoc animal, cum sit magni corporis, multo indiget cibo: & ideo cum in aliqua parte maris fuerit cetus, absorbet multitudinem piscium ibi existentium, ut quasi mare in conspectu eius remaneat piscibus uacuũ. & hoc est quod subdit; *Et faciem eius præcedet egestas*. quia scilicet attrahit ad se pisces, ut supra dictum est, & mare remanet piscibus uacuum ante eum; per quod significatur, quòd egestas uirtutum in hominibus causatur ante faciem diaboli, idest per suggestionẽ ipsius. consequenter autem ostendit fortitudinem eius quantũ ad alias partes corporis, cum dicit; *Membra carnium eius cohærent sibi*, scilicet propter earum spissitudinem. per quod designatur consensus membrorum diaboli in malum. His igitur præmissis de fortitudine leuiathan ad agendum, consequenter agit de fortitudine eius ad resistendum, quãquis autem possit resistere uirtuti humanæ agenti: tamen uirtuti actionis diuinæ vsquequaque resistere non potest, & ideo primo ostendit, quòd Deus contra ipsum agat, cum dicit; *Mittet contra eum fulmina*. Manifestum est enim

enim, quòd frequenter in mari fulmina cadunt, quibus quandoque etiam naues periclitantur, vnde etiam probabile est, q̃ quandoque Ceti fulmine feriantur: & hoc opus præcipue attribuitur Deo propter magnitudinem & terrorẽ huius effectus. vnde supra 38. Dominus dixit; *Nunquid mittes fulmina*, & ibunt &c. subdit autem; *Et ad locum ani malium non ferentur*. quod põt ad duas intentiones referri: primo quidem ad designandum magnitudinẽ corporis eius. solet. n. fulgur aliquẽ locũ peutiẽs p quãdã pcussionẽ ad alia loca reflecti, propinqua tamen: sed corp⁹ Leuiathã tam magnum est, vt fulmen in ipsum percutiens, extra corpus eius non reflectatur. Alio modo potest referri ad infallibilitatem diuinæ operationis. sicut ergo sagittarius sapiens directe sagittas emittit, ita quòd non percutit nisi ad signum, ita cũ Deus cõtra Leuiathan siue quamcumque aliam creaturam fulgura quasi sagittas quasdam emittere vult, non ad alium locum pergunt, nisi quo ipse emittit, secundum illud Sap. 5. Ibunt directe emissiones fulgurũ. p q̃d designat p diuina flagella q̃ Deus immittit contra diabolum & membra eius, ita emittit, quòd contra alios non feruntur. Nam si quandoque boni per temporales aduersitates flagellantur a Deo, hoc tamẽ cedit in glorificationem sanctorum, & in maiorem damnationem diaboli & impiorum. Secũdo, ostendit qualiter se habeat leuiathan ad ea quę Deus contra ipsum agit, cum dicit; *Cor eius indurabitur quasi lapis*. durum autem significat potentiam naturalem, vt scilicet aliquid non facile corrũpatur ab exteriori actione agẽte: per hoc ergo virtus naturalis designatur, quæ est in corde ceti ut non de facili corrumpatur ab exteriori actione inferente aliquod nocumentum: & ad istam duritiam designandam sufficiebat exemplum lapidis quantum ad lenes percussiones non autem quantum ad graues, lapis enim & si non confringitur manu, confringitur tamen malleo ferreo. Et ideo ad designandam virtutem ceti etiam contra grauia nocumenta, subdit; *Et stringetur quasi malleatoris incus*, qui scilicet ex percussione malleorum non constringitur, sed magis solidari uidetur: per hoc ergo significatur obstinatio diaboli, & membrorum eius, quia nulla percussione diuina a sua malitia emolliuntur. Tertio ostenditur finalis effectus diuinæ percussionis. quantumcũque enim flagellis diuinis resistere uideatur, oportet tamen quod finaliter, ab eis superetur: unde subdit; *Cum sublatus fuerit*; scilicet uirtute diuina de loco suo *timebunt angeli*. admirando diuinam virtutem, in qua admiratione multi effectus diuinæ virtutis eis innotescunt, & ideo subdit; *Et territi purgabuntur*. vt enim Dionysius dicit 5. capitulo de diuinis nominibus, angeli purgari dicuntur non ab immunditia, sed a nescientia. Sed quia omnis creatura corporalis modicum quid est in comparatione sanctorum angelorum, ideo uidetur principaliter hoc esse dictum ad significandum, quòd cælestes angeli multum admirentur de occisione alicuius corporalis ceti. nisi forte per angelos, sanctos homines intelligamus. Sed melius est vt principaliter referatur ad spiritualem leuiathan, scilicet diabolum, qui sublatus fuit virtute diuina, quando de cælo cecidit per peccatum: & tunc angeli admirantes diuinam maiestatem, sunt purgati per separationem ab eius societate. Similiter etiam in die iudicii quando diabolus cum omnibus membris suis detrudetur in infernum, angeli & omnes sancti admirabuntur diuinam potestatem, & erunt de cetero purgati per totalem separationem a malis: & hoc significatur Apoc. 12. Vbi postquam proiectus est diabolus, audiuit magna uox in cælo dicens; Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri. Sic igitur ostẽdo qualiter se habeat ad impugnationem Dei, ostendit qualiter se habeat ad impugnationem creaturæ, & primo qualiter se habeat ad impugnationem hominis, Impugnat autem homo de propinquo, & a remotis: & de propinquo quidem munitus gladio & hasta ad percussionem, & thorace ad sui munitionem, & quantum ad hoc dicit; *Cum apprehenderit eum*. scilicet leuiathan; *Gladius*, scilicet hominis: *Subsistere non poterit*, scilicet gladius hominis, qui frangitur propter duritiem corporis eius; *Neque hasta*, scilicet subsistere poterit; *Neque thorax*, quo scilicet munitur pectus, subsistere poterit cõtra leuiathã: & huius rationem assignat subdens; *Reputabit enim ferrum quasi paleas*. quia scilicet sicut homo non potest lædi a paleis, & de facili eas frangit, ita Leuiathan nõ potest lædi a ferro gladij vel hastæ, sed de facili ea frangit. *Et similiter reputabit es*, scilicet thoracis; *Quasi lignum putridum*, quòd scilicet resistere non potest percussioni. per hoc autẽ significatur, quòd nulla virtus humana essi cax est ad diabolũ lædẽdum, vel ad resistẽdum ei: sed omnis uirtus humana pro nihilo a diabolo reputatur. Impugnat etiam homo a remotis per sagittas & lapides fundæ: sed nec ista contra cetũ ualent, vnde subdit; *Non fugabit eum uir sagittarius*. scilicet emissione sagittarum quas non timet, utpote ab eis lædi non ualens. sicut autem sagittæ de longinquo emissæ lædunt interius vulnerando, ita lapides fundæ lædunt exterius atterẽdo: sed cetus sicut non potest perforari sagittis, ita non potest conteri lapidibus in eum proiectis. vnde subdit; *In stipulam uersi sunt ei lapides fundæ*. quia scilicet sicut stipula propter suam leuitatem nullum conterere potest, ita nec cetus potest lapidibus fundæ aliquod nocumentum pati. per hoc autem significatur, quòd sicut diabolus nõ potest lædi virtute humana quasi quadam percussione propinqua, ita etiam non potest lædi hoĩs astutia quasi quadam percussione a lõginquo. Sicut autẽ per lapides fundæ aliquis atteritur a remotis, ita etiã per malleum aliquid atteritur de propinquo: sed nec sic etiam cetus ab homine lædi potest: vnde subdit; *Quasi stipulam æstimabit malleum*. quod etiam referri potest ad eandem significationẽ cum præmissis, nisi quòd mallei est grauior percussura quàm lapidum fundæ. vnde potest significari quòd quantumcumq; intendatur hominis fortitudo & conatus, a diabolo cõtemnitur. Solent autem homines aliquos superare non solum percutiendo, sed etiam percussioni comminando: sed nec cetus nec diabolus aliquam hominis comminationem timet, vnde subditur: *Et deridebit uibrantem hastam*. vibratio enim hastæ videtur esse quædam comminatio percussuræ. sicut autem homo quandoque alium superat comminãdo, ita etiam promissis alliciendo. maxime autem solent aliqua dona promissa allicere hominem propter pulchritudinem, uel propter pretiositatem: nihil autem uidetur esse pulchrius in corporalibus rebus quàm radij solares: ad quorum pulchritudinem leuiathan uel corporaliter uel spiritaliter intellectus, non allicitur: & ad hoc significandum subditur; *Sub ipso erunt radij solis*. quia scilicet non appretiatur eos tamquam aliquid magnũ, & per consequens datur intelligi quòd nihil aliud præclarum in rebus humanis appretiatur. Aurum autem reputatur ualde pretiosum inter res, quæ in vsum hominis ueniunt. & quantum ad hoc subdit; *Et sternet sibi aurum quasi lutum*. idest, quasi uile aliquid contemnit ipsum. & sic patet quòd ab homine allici non potest. sic ergo ostenso, quòd non potest superari ab homine; consequenter ostendit quòd non potest superari neque a mari, neque ab aliquo pisce maris; & hoc propter fortes operationes quas in mari exercet. Dicit autem Plinius, quòd quędam beluæ sunt in mari orientali tantæ magnitudinis, ut ab imo uertant maria, & faciant tempestates in mari, quæ quidẽ beluæ ad naturam ceti pertinere uidentur: & ad hoc significãdum subdit; *Feruere facit quasi ollam profundum maris*. sicut enim quando olla feruet, aqua feruens in ea commouetur, ita ex uiolentia huius piscis, fluctus maris commouentur: & incipit hæc commotio a profundo, & peruenit usque ad aquæ superficiem: vnde subdit; *Et ponet quasi cum unguenta bullium*: quæ scilicet faciunt maiorem spumam & commotionem in superficie quàm simplex aqua, in qua non tantum de aere cõtineatur. per hoc autem significatur turbatio quam diabolus concitat in hoc mundo: & sicut facit magnum effectum quãdo mouetur in profundo maris, ita etiam facit magnum effectum quando mouetur in superficie: & ad hoc significandum

dum subdit; *Post eum lucebit semita*, sicut enim quandō natis mouetur per mare ad longum spatium, vestigium nauis transeuntis relinquitur propter commotionem & spumam generatam in aqua, ita etiam cōtingit ex motu istius piscis pre sua magnitudine. per hoc autem significatur, quòd effectus perturbationis quā diabolus in mūdo concitat, nō statim abolebitur, sed diutius durat. Ex hoc autem quòd tam fortes operationes cetus in mari operatur, in nullo timet maris profunditatem; vnde subdit; *Aestimabit abyssum*. idest profundū maris, *Quasi senescentem*. idest quasi finem habentem, & quasi imporentē ad absorbendum ipsum. nam quod senescit, & debile est, & fini propinquum. Ex hoc autem significatur quòd diabolus damnationem inferni non tantum æstimat, ut propter eam desinat contra Deum niti, ac si eius damnatio esset terminanda: & sicut leuiathan non potest superari ab homine, nec a mari, neque ab aliqua creatura maris, ita etiam non potest superari a quacunque alia creatura terrestri. unde subdit; *Non est potestas super terram, quæ ei comparetur*. non enim est in terra aliquod animal tam magnum, sicut cetus maris. vnde & Plinius dicit, quòd in mari sunt maiora animalia terrestribus: & causa cuidens est, humoris luxuria & superfluitas. per hoc autem significatur, quòd nulla virtus corporalis potest æquari potestati dæmonis, quæ est potestas spiritalis naturæ. Quia igitur multa præmiserat de proprietatibus leuiathan in figura diaboli, consequenter prædictam metaphoram exponit, & sicut dictum est, omnes prædictæ proprietates ad duo pertinere uidentur, quorum unum est, quòd ipse ab alio lædi non potest. & quantum ad hoc exponens subdit; *Qui factus est ut nullum timeret*. idest hoc habet diabolus ex conditione suæ naturæ, in qua factus est a Deo, ut neque hominem timeat, neque aliquam creaturam corporalem. Aliud autem est, quòd leuiathan habet facultatem ad magnas & fortes operationes exercendas: & exponens subdit; *Omne sublime uidet*. idest intentio diaboli est ad quæcumque sublimia aggredienda. & quia hæc uidentur ad superbiam pertinere, ostendit consequēter quòd diabolus non solum in se superbus est, & homines in superbia excedit, sed est alijs superbiendi initium, vnde subdit; *Ipse est rex super universos filios superbiæ*. idest super eos, qui superbiæ subiiciuntur, qui omnes sequuntur eius ducatum. Vbi considerandum est, quòd Dominus operationem suam, quam exercet in malos, contra superbos manifestare incepit: & in superbis narrationem terminat: ut ostendat hoc præcipue Iob fuisse timendum, ne diabolus qui eum expetierat ad tentandum, præcipue eum ad superbiam inducere conaretur, ut sic transferretur in regnum ipsius: & ideo tacere debebat affectum, & verba quæ superbiam saperent.

LECTIO PRIMA.

POSTQVAM Dominus redarguit, Iob de incauta locutione, quæ superbiam sapere uidebatur; quia scilicet in tantum se iustum asserebat, quòd hoc quibusdam uidebatur in derogationem cedere diuini iudicij; ideo Iob humiliter conuictum se reputans respondet, primo quidem confitendo diuinam excellentiam quantum ad potēciam: vnde subdit; *Respondens autem Iob Domino dixit. scio quia omnia potes*. & etiam quantum ad sciētiam; vnde subdit; *Et nulla te latet cogitatio*. per quorum primum confitebatur, quòd Deus poterat aduersitatem remouere a diabolo inductam, quam Dominus sub figura behemoth & leuiathan descripserat. per secundum autem recognoscit se interius fuisse aliqua cogitatione superba pulsatū, quod Deum non latuisse recognoscit; & ideo consequenter inuehitur contra eos, qui diuinam prouidentiam negant, dicens; *Qui est iste qui cælat consilium absque scientia?* idest quis est tam temeratius & stultus, qui dicit humanum consilium posse cælari a Deo absque hoc, quòd Deus illud cognoscat? ex consideratione autem diuinæ excellentiæ procedit ad considerationem propriæ culpæ cum subdit: *Ideo insipienter locutus sum*, idest debitam reuerentiam non exhibens diuinæ excellentiæ in meis verbis: *Et quæ ultra modum excedunt scientiam meam*; scilicet culpam confitendo. idest discutiendo diuina iudicia: et quia insipienter locutus sum, decætero loquar sapienter, vnde subdit; *Audi & ego loquar*: meam scilicet culpam confitendo. & quia locutus sum quæ excedunt scientiam meam, decætero de ea non audeo loqui, sed solum de his te interrogare. vnde subdit; *Interrogabo te*; scilicet petendo, orando, pulsando: *Et responde mihi*: scilicet interius instruendo. quare autem sic mutatus sit, ostendit subdens: *Auditu auris audiui te*; .s. olim cū insipiēter loquerer: *Nunc autem oculus meus uidet te*; idest plenius te cognosco quam prius, sicut id quod videtur oculis, certius cognoscitur, quàm quod aure auditur. profecerat enim tum ex percussione, tum ex reuelatione diuina: Quāto autem aliquis magis Dei iustitiam considerat, tanto plenius culpam suam recognoscit: vnde subdit *Idcirco ipse me reprehendo*: propriam scilicet culpam considerando. & quia non sufficit culpam confiteri, nisi sequatur satisfactio, ideo subdit; *Et ago pænitentiam in fauilla & cinere*: insignum scilicet fragilitatis naturæ corporeæ. cōuenit enim humilis satisfactio ad expiandam superbiam cogitationis. Quia ergo superius Dominus redarguerat Eliu & etiā Iob, nunc tertio redarguit amicos eius, inter quos præcipuus erat Eliphaz: quod patet ex hoc quòd primo loqui inceperat vnde dicitur; *Postquam autem locutus est Dominus uerba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitem; Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos*; scilicet Baldath & Sophar. Vbi considerandū est, quòd Eliu ex imperitia peccauerat, Iob autem ex lenitate, & sic neuter eorum grauiter peccauerat, vnde nec Dñs dīratus fuisse cōtra eos, sed cōtra tres amicos Iob grauiter dicit fuisse iratus, quia grauiter peccauerāt, peruersa dogmata asserēdo vt supra habitum est, vnde subdit: *Quoniam non locuti estis coram me rectum*. idest fidelia dogmata: *Sicut seruus meus Iob* qui scilicet a veritate fidei non recessit. pro grauibus autem peccatis expiandis antiqui consueuerūt sacrificia offerre: vnde subdit; *Sumite ergo uobis septem tauros, & septem arietes*. quia scilicet ipsi erant duces populorum. Septenarius autem est numerus vniuersitatis: vnde septenarius sacrificiorum competit ad gratiam delictorum expiationem. Sed quia infideles per fideles Deo reconciliari debent, subdit; *Et ite ad seruum meum Iob*. vt .s. eo mediante reconciliemini mihi; *Et offerte pro uobis holocaustum*. vt scilicet uos satisfaciatis, qui peccastis: sed uestra satisfactio indiget fidelis viri patrocinio vnde subdit; *Iob autem seruus meus orabit pro uobis*. qui scilicet dignus est exaudiri pp̄ suā fidem, vnde subdit; *Faciem eius*, scilicet deprecantis. Suscipiam scilicet exaudiendo eius orationem. *Vt non imputetur uobis stultitia*, scilicet infidelis dogmatis. Et hoc ex ponit subdens *Neque enim locuti estis coram me rectum, sicut seruus meus Iob*. Accepta autem spe ueniæ impleuerunt, quod eis fuerat mandatum: vnde sequitur *Abierunt ergo Eliphaz Themanites & Baldath Suites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos*. & ita per obedientiam & humilitatem suam digni facti sunt vt ep eis oratio Iob exauditetur, vnde sequitur: *Et suscepit Dominus faciem Iob rogantis*. scilicet pro amicis suis. nec solum humilitas amicorum efficaciam præstitit eius orationi: sed etiam humilitas propria: vnde subdit *Dominus quoque conuersus est*. scilicet a furore in clementiam: *Ad pænitentiam Iob cum oraret pro amicis suis*, dignum enim erat vt qui pro leui suo peccato humiliter pænitebat, etiam aliis grauiter peccantibus ueniam impetraret, Plus autem prodest unicuique sua pænitentia quam aliis. vnde si oratio & pænitentia Iob meruit amotionē indignationis diuinæ ab amicis, multo decentius fuit vt etiam ipse ab aduersitate liberaretur, Et quamuis Iob spē suam non referret ad prosperitatem temporalē recuperandā, sed ad consequendam futuram felicitatem: Dominus tamen ex abundanti etiam prosperitatem temporalem ei restituit, secundum illud Matth. 6, Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicietur uobis, & hoc quidem tempori erat congruum, propter statum ueteris testamenti, in quo temporalia bona promittebantur, vt sic per prosperitatem, quam recuperauerat, aliis daretur exemplum

plum ut conuerterentur ad Deum. Erat etiam congruum personæ ipsius Iob, cuius apud aliquos opinio erat læsa propter multiplices aduersitates quæ superuenerant ei: & ideo ut ei famam restitueret, ad statum maioris prosperitatis eum reduxit: ideo sequitur; *Et addidit quoque Dominus omnia quæ fuerant Iob duplicia*.

Inter aduersitates autē Iob, quasi præcipua erat, quòd fuerat ab amicis suis desertus: & ideo huiusmodi aduersitatis primo remedium ponitur, cum dicitur; *Venerunt ad eum omnes fratres sui, & uniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius*. in quo designatur pristinæ amicitiæ recordatio: *Et comederunt cum eo panem in domo eius*. in quo designatur reditus ad antiquam familiaritatem; *Et moueruntsuper eum caput*. scilicet compatiendo afflictioni ipsius, & quia non solum oportet afflictis compati, sed etiam eorum afflictioni remedium præbere, primo quidem præbuerunt remedium eius interiori dolori per consolatoria uerba: vnde subdit; *Et consolati sunt eum super omne malum quod inuexerat Dominus super eum*. Secundo autem adhibuerunt subuentionis remedium contra exteriorem inopiam. & quia amiserat & animalia in campis: & supellectilia in subuersione domus; ideo in vtroque ei subueniunt. sequitur enim; *Et dederunt ei unusquisque ouem unam*: quantum ad animalia; *Et inaurem auream unam*, quantum ad suppellectilia. hoc autem modicum fuisset, ad reparationem ipsius, sed Dominus manum suam adhibuit ut ex his in maiora proficeret: vnde sequitur *Dominus autem benedixit nouissimis Iob*. scilicet multiplicando ea; *Magis quàm eius principio*. idest quàm primæ eius prosperitati. Est enim potens facere plus quàm intelligimus, aut petamus: vt dicitur Eph. 3. Desideraerat autem Iob supra 29. vt esset iuxta menses pristinos. sed Dominus ei maiora restituit & in duplo, vt supra dictum est. vnde sequitur; *Et facti sunt ei quatuordecim millia ouium*. supra enim dictum est, quòd fuit possessio septem millia ouium; *Et sex millia camelorum*. nam primo habuerat tria millia camelorum, vt supra dictum est. fuerant etiam ei quingenta iuga boum. vnde hic duplum ponitur, cum dicitur; *Et mille iuga boum*. supra etiam dictum est quòd habuerat quingentas asinas: sed hic duplum ponitur cum sequitur; *Et mille asinæ*. amiserat autem non solum possessiones, sed etiam filios, qui ei restituuntur, sed non in duplum, sequitur enim; *Et fuerunt ei septem filij, & tres filiæ*. cuius ratio duplex potest esse, vna pertinens ad futuram vitam: quia scilicet, filij quos habuerat, non totaliter ei perierant, sed reseruabantur in futura vita, cum eo victuri: alia ratio potest esse quantum ad vitam præsentem. nam si duplicatis ceteris rebus, etiam numerus filiorum esset duplicatus, non videretur fortuna domus augmentata fuisse: quia eandem quantitatem in bonis eius vnusquisque filiorum habuisset quam prius. & ideo decentius fuit vt proles ei augeretur non numero, sed magis in ualore: quod occulte insinuatur in filiabus, quæ pulcherrimæ fuisse leguntur: quarum pulchritudini etiam nomina conuenerunt. Sequitur enim; *Et uocauit nomen unius Diē*. scilicet, propter claritatem eius; *Et nomen secundæ Cassiam*. quæ est species aromatica propter suauitatem ipsius: *Et nomen tertiæ Cornustibij*. est autem stibium, quo mulieres utuntur ad ornatum oculorum: secundum illud 4. Regum. 9. Depinxit oculos stibio, & ornauit caput suum, quod quidem stibium in cornu a mulieribus conseruatur, vt habeant ipsum paratum, cum opus fuerit: vnde uocauit eam Cornustibij ad designandam abundantem pulchritudinem oculorum. vnde & de pulchritudine earum subditur; *Non sunt autem inuētæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in uniuersa terra*. propter quod etiam datur intelligi quòd filij eius erant in uirtute præcellentes. sequitur enim; *Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum*. scilicet ad designandam conuenientiam uirtutis in vtrisque.

amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uobis septem taurbs & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro uobis. Iob autem seruus meus orabit pro uobis: faciem eius suscipiam, vt non uobis imputetur stultitia: Neque enim locuti estis coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldath Suites, & Sophar Naamathites, & fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & susceptit Dominus faciem Iob. Dominus quoque conuersus est ad pænitentiam Iob, cū oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & uniuersæ sorores suæ, & cuncti qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem in domo eius. Et mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum, super omni malo, quod intulerat Dominus super eum: & dederunt ei unusquisque ouem unam, & inaurem auream unam. Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facti sunt ei quatuordecim millia ouium, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ: Et fuerunt ei septem filij & tres filiæ. Et uocauit nomen unius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in uniuersa terra, Deditque eis pater suus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis: & uidit filios suos, & filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem: & mortuus est senex, & plenum dierum.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F.

Omnes sunt Quaterniones, præter F, qui est Quinternio.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M.D. LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN PSALMOS DAVIDIS EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

IN omni opere suo dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ] Eccl. 47. Verba hæc dicũtur de Dauid ad literam, & satis conuenienter assumuntur ad ostendendum causam huius operis. In quibus ostẽditur quadruplex causa huius. s. materia, modus seu forma, finis, & agens: materia est vniuersalis: quia cũ singuli libri canonicæ scripturæ speciales materias habeãt, hic liber generalem habet totius theologiæ. Et hoc est quod dicit Dion. 3. lib. cælest. hierar. Diuinarũ odarum, idest psalmorũ sacram scripturam intendere est, sacras & diuinas operationes vniuersas decantare. Vnde, signatur materia in hoc quod dicit. [In omni opere] quia de omni opere dei tractat. Est autem quadruplex opus Dei: scilicet Creationis. Gen. 1. c. Requieuit de die septimo ab omni opere &c. Gubernationis. Iob. 5. Pater meus vsque modo operatur &c. Reparationis. Ioan. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius. Glorificationis. Eccl. 42. Gloria domini plenum est opus eius. Et de his omnibus, complete in hac doctrina tractatur. Primo, de opere creationis. Psalm. 8. Videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. Secundo, gubernationis: quia omnes historiæ veteris testamenti tanguntur in hoc libro. Psal. 77. Aperiã in parabolis os meum &c. Tertio, reparationis, quantum ad caput scilicet Christum, & quantum ad oẽs effectus gratiæ. Psal. 3. Ego dormiui & somnum &c. Omnia enim quæ ad fidem incarnationis pertinẽt, sic dilucide traduntur in hoc opere, vt fere videatur euangelium & non prophetia. Quarto, est opus glorificatiõis. Psal. 149. Exultabunt sancti in gloria &c. Et hæc est rõ, quare magis frequentatur psalterium in ecclesia: quia continet totã scripturam, Vel ſm glo. ad dandã nobis spẽ diuinæ misericordię: quia cum peccasset Dauid, tn̄ per pœnitentiam est reparatus. Materia ergo vniuersalis est, quia oẽ opus. Et quia hoc ad Christũ spectat Col. 1. In ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, ideo materia huius libri est, Christus & membra eius. Modus seu forma in sacra scriptura, multiplex inuenitur. Narratiuus. Eccl. 42. Nonne Deus fecit sanctos suos enarrare oĩa mirabilia sua? Et hoc in historialibus libris inuenit. Admonitorius, & exhortatorius, & præceptiuus. ad Titum secũdo. Hæc loquere & exhortare. Argue cum omni imperio, Thim. 2. Hoc cõmoneo, testificans corã deo &c. Hic modus inuenitur in lege, prophetis, & libris Salomonis. Disputatiuus. Et hoc in Iob & in Apostolo. Iob. 13. Disputare cum deo cupio. Deprecatiuus vel laudatiuus: & hoc inuenitur in isto libro: quia quicquid in aliis libris prædictis modis dicitur, hic ponitur per modũ laudis & orationis. infra. Confitebor tibi domine &c. narrabo &c. Et ideo dicit. [Dedit confessionem] quia per modum confitendi loquitur. Et hinc sumitur ratio tituli qui est, Incipit liber hymnorum, seu soliloquiorum propheræ Dauid de Christo. Hymnus est laus dei cum cantico, Cãticum autẽ exultatio mentis de ęternis habita, prorumpens in vocem. Docet ergo laudare deũ cum exultatione. Soliloquium est collocutio hominis cum deo singulariter, vel secum tantum, quia hoc conuenit laudanti & oranti. Huius scripturæ finis est oratio, quę est eleuatio mentis in deum. Damas. libr. 3. Oratio est alcensus intellectus in deum. Psal. 148. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Sed quatuor modis anima eleuatur in deum: scilicet ad admirandum celsitudinem potestatis ipsius. Esa. 4. Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. Psal. 103. Quam mirabilia sunt opera tua domine. Et hæc est eleuatio fidei. Secundo, eleuatur mens ad tendendum in excellẽtiam æternæ beatitudinis. Iob. 11. Leuare poteris faciẽ tuã absq; macula, eris stabilis & nõ timebis: miserię quoq; obliuiseeris & quasi fulgor meridianus cõsurget tibi. Et hæc ẽ eleuatio spei. Tertio, eleuatur mẽs ad inhærendũ diuinæ bonitati & sanctitati. Esa. 51. Eleuare, consurge Hierusalem &c. Et hæc est eleuatio charitatis. Quarto, eleuatur mens ad imitandum diuinam iustitiam in opere. Tren. 3. Leuemus corda nostra cũ manibus ad deum in cęlos. Et hæc est leuatio iustitiæ. Et iste quadruplex modus insinuatur, cum dicit [Sancto & excelso] qa duo vlmimi modi eleuationis ptinẽt ad hoc quod dicit [sancto] Duo primi ad hoc quod dicit. [Excelso] Et qd hoc sit finis scripturæ huius, habetur in psal. Proinde [excelso] Psal. 112. A solis ortu: & post, Excelsus super oẽs &c. Secũdo, de [sancto] Psal. 95. Cõfiteãtur nomini tuo magno, qm̄ terribile & sanctũ est. Ideo Gre. 1. Hom. dicit super Ezec. qp vox psalmodiæ si cũ intentione cordis agitur, oĩpotenti deo per eã ad cor iter paratur, vt intentæ aĩę aut pphetiæ mysteria, aut gratiã cõpunctionis infundat. Finis ergo est, vt aĩa cõiungatur deo, sicut sancto & excelso. Author aũt huius operis significatur, ibi [in verbo gloriæ] Notandum aũt, qp aliud est in sacra scriptura, & aliud in aliis scientiis. Nã aliæ scientiæ sunt per rõnem humanã editæ, hæc aũt scriptura per instinctum inspirationis diuinæ 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est prophetia, sed spiritusancto inspirati locuti sunt &cæt. Et ideo lingua hominis se habet in scriptura sacra, sicut lingua pueri dicentis verba quæ alius ministrat. Psalm. 44. Lingua mea calamus &c. 2. Reg. 23. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguã meam. Et ideo dicit [In verbo domini, vel gloriæ] quæ per reuelationẽ dicunt. Vnde 3. Re. 20 Percute me in sermone dñi. i. in reuelatione diuina. Et potest dici hæc scriptura verbũ gloriæ quatuor modis: qa quadrupliciter. se habet ad gloriam. s. quantum ad causam a qua fluit, quia a verbo glorioso dei hæc doctrina emanauit 2. Pet. 1. Voce delapsa huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus &c. Quantũ ad continentiam, quia in isto libro gloria dei cõtinetur quã annunciat Psa. 96. Annunciate inter gẽtes gloriã eius. Quãtum ad modũ emanationis. Gloria, n. idẽ est quod claritas. Et reuelatio huius pphetiæ gloriosa fuit, quia aperta. Triplex est. n. modus prophetiæ. Per sensibiles res. Dan. 5. Apparuerũt digiti, quasi hominis scribentis &c. rex aspiciebat articulos manus scribentis. Per similitudines imaginarias. sicut patet de somnio Pharaonis & interpretatione facta per Ioseph Gen. 41. Esa. 6. Vidi dñm sedentem super solium excelsum & eleuatũ &c. Per ipsius veritatis manifestationẽ. Et talis modus prophetiæ conuenit Danieli, qui solius spiritussancti instinctu sine omni exteriori adminiculo, suã edidit prophetiã. Alii nãq; propheræ sicut dicit Aug. p quasdã rerum imagines atq; verborum tegumenta, s. per somnia & visiones facta & dicta pphetauerũt: sed ille, nude doctus fuit de veritate Vnde 2. Re. 23. cũ diceret Dauid, Spiritus dñi locutus ẽ &c. Statim addidit. Sicut lux auroræ orĩẽte sole mane absq; nubibus rutilat. Sol est spiritussancti illuminãs corda prophetarũ, q qñque sub nubibus apparet, qñque per duos modos prædictos prophetis illucet, quandoque sine nubibus, sicut hic. Et ad hoc adduci potest quod dicitur 2. Regum 6. Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est. Et quia per eam nos inuitat ad glo-

IN omni opere suo dedit confessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ. Eccle. 47 Verba hæc &c.

ad gloriam . Psalmus, 115. Gloria hæc est omnibus sanctis eius, bene præmittitur. Quàm gloriosus &c. Patet ergo materia huius operis, quia de omni opere domini . Modus, quia deprecationis & laudationis. Finis, quia vt eleuati coniũgamur excelso & sancto. Author, quia ipse spiritusanctus hoc reuelans. Sed antequàm ad literam veniamus, circa hunc librum , tria in generali consideranda sunt. Primo, de trãslatione huius operis. Secundo, de modo exponendi . Tertio, de eius distinctione . Translationes sunt tres. Vna a principio ecclesiæ terræ tempore apostolorum , & hæc vitiata erat tempore Hieronymi propter scriptores. Vnde ad præces Damasi Papæ Hieronymus psalterisũ correxit, & hoc legitur in Italia Sed quia hæc trãslatio discordabat a Greco, trãstulit rursus Hieronymus ad præces Paulæ de græco in latinum, & hoc Damasus Papa fecit cantari in Francia , & concordat de verbo ad verbum cum Græco . Post quidam Sophronius aliquãdo disputãs cum Iudæis cum diceret Iudæi aliqua non sic se habere, sicut ex secunda translatione psalterii introduxerat, dictus Sophronius rogauit Hieronymum vt psalterium de Hebræo in latinum transferret . Cuius petitioni annuit Hieronymus, quæ translatio concordat omnino cum Hebræo , sed non cantatur in aliqua ecclesia, habetur tamen a multis . Circa modum exponẽdi sciendum est, quòd tam in psalterio quàm in aliis prophetiis exponendis euitare debemus vnum errorem damnatum in quinta synodo. Theodorus enim Mosuestenus dixit, quòd in sacra scriptura & prophetiis nihil expresse dicitur de Christo, sed de quibusdam aliis rebus, sed adaptauerunt Christo: sicut illud . Psal. 21. Diuiserunt sibi vestimenta mea &c non de Christo , sed ad literam dicitur de Dauid . Hic autem modus damnatus est in illo concilio: & qui asserit: sic exponendas scripturas, hæreticus est. Beatus ergo Hieronymus super Ezech . tradidit nobis vnam regulam quam seruabimus in psalmis: scilicet quòd sic sunt exponenda de rebus gestis, vt figurantes aliquid de Christo vel ecclesia. Vt enim dicitur 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis . Prophetiæ autem aliquando dicuntur de rebus quæ tunc temporis erant, sed non principaliter dicuntur de eis, sed inquantum figura sunt futurorum: & ideo spiritussanctus ordinauit q̃ quando talia dicuntur, inserantur quædam quæ excedunt conditionem illius rei gestæ , vt animus eleuetur ad figuratum . Sicut in Daniele multa dicuntur de Antioco in figurã Antichristi: vnde ibi quædam leguntur quæ non sunt in eo completa , implebuntur autem in Antichristo , sicut etiam aliqua de regno Dauid & Salomonis leguntur quæ non erant implẽda in talium hominum regno, sed impleta fuere in regno Christi, in cuius figura dicta sunt, sicut Psal. 71. Deus iudicium &c. qui est secundũ titulum de regno Dauid & Salomonis, & aliquid ponit in eo q̃d excedit facultatem ipsius, scilicet Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna: & iterum , Dominabitur a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos &c. Exponitur ergo psalmus iste de regno Salomonis, inquantum est figura regni Christi, in quo omnia complebuntur ibi dicta . Distinctio eius prima est, quòd sunt cẽtum quinquaginta psalmi: & competit misterio , quia componitur numerus iste ex 70. & 80. per 7. a quo denominatur 70. significatur decursus huius temporis quod peragitur septem diebus: per 8. vero a quo denominatur 80. status futuræ vitæ . Octaua enim secundum glo. est resurgentium: & significat quòd in hoc libro tractantur ea quæ pertinent ad decursum præsentis vitæ & ad gloriam futuræ . Item, per septem significatur vetus testamentum . Patres namque veteris testamenti septemnario seruiebant : obseruabant enim septimũ diem , septimam septimanã, septimũ mensem, & septimum annum septimæ decadis , qui dicitur Iubileus . Per octo vero significatur nouum testamentum: celebramus enim diẽ octauum, scilicet diem dominicum propter solennitatem dominicæ resurrectinis , & in hoc libro complentur mysteria veteris & noui testamenti. Secunda distinctio est secundum quosdã , qui dicebant quòd psalterisũ diuiditur in quinque libros per quinque psalmorum distinctiones, quæ fiunt per fiat, fiat: & hoc in Græco vbi Hebræus habet amen, amen. Et in hoc notatur finis libri cuiusli bet ſm eos, & hoc est primo in psalmo 40. Beatus qui intelligit. Item, in 71. Deus iudiciũ tuũ. Item, in 88. Misericordias dñi . Item, in 107. scilicet in secundo Confitemini, & sunt quinque libri. Sed hæc distinctio non est apud Hebræos, sed pro vno libro habetur Act. 1. Sicut scriptum est in libro psalmorum 68. Fiat commoratio &c. Quod autem dicit , fiat , fiat , vel amen , amen, nõ refert ad finẽ libri, quia in aliis libris multoties hoc ponitur, nec est finis libri . Tertia distinctio est , quia psalmi distinguuntur in tres quinquagenas: & hæc distinctio cõprehendit triplicem statum populi fidelis, scilicet statum pænitentiæ : & ad hunc ordinatur prima quinquagena quæ finitur in Miserere mei deus, qui est psalmus pænitentiæ . Secunda iustitiæ , & hæc cõsistit in iudicio & finitur in psalmo 100. Misericordiam & iudicium. Tertia, laudem gloriæ concludit æternæ , & ideo finitur . Omnis spiritus laudet dominum . Sed circa ordinem psalmorũ sciendum est, quòd psalmi quidam tangũt historias, sed nõ sunt ordinati secundum ordinem historiæ. Nam Diligam te domine, pertinet ad historiã Saulis , sed Domine quid multiplicati sunt, ad historiam pertinet Absalonis, & hæc est posterior : vnde aliquid aliud significant præter historiam tãtum. Prima ergo quinquagena pertinet ad statum pænitentiæ , & ideo figuraliter tractat in ea de tribulationibus & impugnationibus Dauid & liberatione eius. Et vt diuisio fiat secundum literam , Dauid in regno suo existens contrã duplicem impugnationem vel persecutionem orat. Primo, contra eam quæ fuit contra personam suã. Secundo, contra eam quæ fuit contra totum populum dei : & hoc in quinta decade. Psal. 41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontẽ aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus . Vniuersaliter autem iustus in persona sua dupliciter affligitur. Quandoque a temporaliter persequentibus, quandoque ab aliquibus in iuste viuentibus 2. Pet. 2. Animam iusti iniquis operibus cruciabant. Psal. 118. Defectio tenuit me &c. Et ideo Primo, ponit psalmos, pertinentes ad primam persecutionem Dauid , secundum quòd significat aliquid contra Christum & ecclesiam . Secundo, ad secundam tribulationem pertinentes, in quarta decade. Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates. Item, Dauid in regno suo existens, duplicem tribulationem passus est, q̃a a specialibus personis , & a toto populo . Primo ergo ponuntur psalmi contra personam. Secundo psalmi, in quibus orat contra secundam, & hoc in tertia decade, scilicet Deus deus. A speciali bus autem personis duabus persecutionem passus est: scilicet ab Absalone , & a Saule . Et per hoc significatur persecutio quàm sancti patiuntur , vel a domesticis, vel ab extraneis: sic Christus passus est a Iuda, & a Iudæis . Primo ergo, ponuntur psalmi cõtra primum, Secundo, contra secundum, & hoc in secunda decade. Psal. 11. Saluum me fac dñe quoniã defecit sanctus, quoniã diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Primo ergo, agendũ est de prima decade, in qua præmittitur psalmus iste, scilicet Beatus vir &c.

INCIPIT EXPOSITIO EIVSDEM
IN PRIMVM PSALMVM DAVIDIS.

Hic Psalmus distinguitur contra totũ opus. Nõ. n. habet titulum, sed est quasi titulus totius operis. Sed & Dauid psalmos composuit per modũ orantis, qui nõ seruat vnum modum, sed ſm diuersas affectiones & motus orantis se habet . Hic ergo primus psalmus exprimit affectum hominis eleuãtis oculos ad totum statum mundi, & cõsiderantis quomodo quidam proficiunt, quidã deficiunt . Et inter beatos Christus fuit primus: inter malos Adã . Sed notandum quòd in vno oẽs conueniũt, & in duobus disferunt. Conueniunt in beatitudine, quã omnes querunt. Differunt autem in processu ad beatitudinem , & in euentu huius, quia quidam perueniunt, & quidã non. Diuiditur ergo psalmus iste in partes duas . In prima, describitur processus omnium ad beatitudinem. In secunda , euentus, ibi. [Et erit tamquàm lignum quod plantatum est secus decursus] Circa primum, duo facit . Primo , tangitur processus malorũ. Secundo, bonorum, ibi . [Sed in lege domini voluntas eius &c.] In processu malorum tria consideranda sunt. Primo, deliberatio de peccato, & hoc in cogitatione. Secundo, consensus & executio. Tertio, introductio aliorum ad simile, & hoc est pessimum. Et ideo primo, ponit consilium malorum, ibi. [Beatus vir &c.] Dicit autem [qui non abiit] quia quandiu homo deliberat, est in eundo. Secundo, ponit consensum & executionem dicens [& in via peccatorum] idest in operatione . Prouerb. 4. Via impiorum tenebrosa , nesciunt vbi corruunt [non stetit] scilicet consentiendo & operando. Dicit autem [impiorũ] quia impietas est peccatum contra deum & [peccatorum] contra proximum [& in cathedra] ecce tertium, scilicet inducere alios ad peccandum. In cathedra ergo quasi magister , & alios docẽs peccare , & ideo dicit [pestilentiæ] quia pestilentia est morbus infectiuus . Prouerb. 29. Homines pestilentes dissipant ciuitatem . Qui ergo sic vadit non est beatus , sed qui contrario modo. Beatitudo autem hominis in deo est . Psal. 143. Beatus populus cuius est dominus deus eius &c. Est ergo processus rectus ad beatitudinem, Primo, vt subdamus nos deo , & hoc dupliciter . Primo, per voluntatem obediendo mandatis eius . Et ideo dicit [Sed in lege domini] & hoc specialiter pertinet ad Christũ Ioan. 8. Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me . Conuenit similiter & cuilibet iusto: & dicit [in lege] per dilectionem, non sub lege per timorẽ. 1. Timoth. 1. Iusto nõ est lex posita &c. Secundo per intellectũ iugiter meditando , & ideo dicit [in lege eius meditabitur die, ac nocte] idest continue , vel certis horis diei & noctis , vel in prosperis & aduersis .

b ¶ Describitur in hac parte felicitatis euentus , & primo , ponit diuersitatem eius: secundo, assignat rationem, ibi. [Quoniã nouit dominus &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit euẽtum bonorum . Secundo, malorum , ibi . [Non sic impii &c] Circa euentũ bonorum vtitur similitudine: & primo , proponit eã. Secundo, adaptat, ibi [& omnia quæcunque faciet &c.] Similitudo nãque sumitur a ligno, in qsto tria considerantur, scilicet plantatio , fructificatio, & conseruatio . Ad plantationem vero necessaria est terra humectata ab aquis , alias arescere , & ideo dicit [quod plantatum est secus decursus aquarum] idest iusta fluenta gratiarum . Ioan. 7 . capit. Qui credit in me , flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ . Et qui iuxta hanc aquam radices habuerit, fructificabit bona opera faciendo : & hoc est quod sequitur [quod fructum suum dabit] Gal. 5. Fructus autem spiritus est charitas , gaudium, pax , & patientia, longanimitas, bonitas , benignitas &c. [in tempore suo] scilicet modo, quando est tempus operandi . Galat. vltimo . Dum tempus habemus , operemur bonum, ad omnes: sed nec arescit immo conseruatur. Quædam arbores conseruantur in substantia , sed non in foliis: quædam etiam in foliis conseruantur: sic & iusti: vnde ait [& folium eius non desinet] idest nec in minimis operibus & exterioribus deseruntur a deo. Prouerbiorum 11. Iusti autem quasi virens folium germinabunt . Deinde cum dicit . [Et omnia]

c ¶ Adaptat similitudinem: quia beati in omnibus prosperabuntur: & hoc quando consequentur finem intentum , quantum ad omnia quæ desiderant, quia iusti perueniunt ad beatitudinem . Psal. 117. O dñe saluum me fac o domine bene prosperare &c.

PSAL. I.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum , & in via peccatorum nõ stetit: & in cathedra pestilentiæ nõ sedit. Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

b ¶ Et erit tãquam lignum quod plantatum est secus decursus aqua rum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet.

c ¶ Et omnia quæcumque faciet, prosperabuntur. Non sic impii, nõ sic: sed tamquàm puluis quem proiicit ventus a facie terræ. Ideo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

Euentus malorũ cõtrarius est, qui describit, ibi [Nõ sic &c.] Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit similitudinem. Secũdo, adaptat, ibi [non resurgent] Sed nota quòd hic premittit [non sic] & [non sic] bis , propter maiorẽ certitudinem . Gen. 41 . Quod secundo vidisti, indicium firmitatis est . Vel [nõ sic] faciunt in processu, ideo [non sic] recipiunt in euentu . Luc. 16. Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Comparantur vero proprie pulueri, qui tria habet contra ea quæ de viro iusto sunt dicta: quia non adhæret terræ puluis , sed est in superficie . Lignum vero plantatum est radicitus, Item, lignum in se compactum est . Item, humidũ est: Sed puluis in se diuisus, siccus, & aridus est, per quem signatur, quia boni adunati sunt charitate sicut lignum . Psalm. 117. Cõstituite diem solennem in condensis, vsque ad cornu altaris . Mali vero diuisi . Prouerbiorum. 13. Inter superbos, semper iurgia sunt. Item, boni inhærent radicitus in spiritualibus & bonis diuinis , sed mali in exterioribus bonis sustentantur . Item, sunt sine aqua gratiæ. Gen. 3. Puluis es &c. Et ideo omnis malitia eo rum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu. Esa. 34. De bonis vero dicitur hic, quòd folium eius non defluet. Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit . Sed istis malis dicitur, q̃ totaliter proiiciuntur [a facie] idest bonis superficialibus, quos ventus , idest tribulatio [proiicier a facie terræ] Iob. 4. Vidi eos , qui operatur iniquitatem, & seminant dolores , & metunt eos, flante deo perisse, & spiritu iræ suæ consumptos. Deinde adaptat similitudinem, ibi [non resurgunt] quia sicut puluuis sunt .

¶ Sed contra 2 Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Item 2. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus.

¶ Ad quod dicendum, quòd dupliciter hoc potest legi . Resurgere enim proprie in iudicio dicitur homo , quando causa sua subleuatur per sententiam iudicis . Isti ergo non resurgunt , quia sententia pro eis in iudicio non fertur, sed potius contra: vnde alia litera habet [nõ stabiliẽtur] Boni vero sic : q̃a licet afflicti sint ex peccato primi parẽtis, tñ habebunt sententiã pro se. [Neque peccatores] cõgregabuntur [in consilio iustorum] Quia boni congregabuntur in vitã æternã, ad quam mali non admittentur. Vel dicendum, q̃ hoc intelligitur de reparatione iustitiæ ad quam reparantur proprio iudicio 1. Cor. 11. Si nosmetipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Et quantũ ad hoc dicit [Non resurgent in iudicio], s. proprio de quo dicitur. Eph. 5. Exurge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Qui dãm vero reparantur consilio bonorũ, & isto mõ etiam mali nõn resurgunt a pctõ. Vel [impii], i. infideles non resurgunt in iudicio discussionis, & examinationis, quia ſm Gregorũ quidam cõdemnabuntur & non iudicabunt, vt infideles. Quidã nõ iudicabunt, nec cõdemnabuntur, s. apostoli & viri perfecti. Quidã iudicabuntur & condẽnabuntur, s. mali fideles. Sic ergo fideles nõ resurgent in iudicio discussionis, vt examinentur. Ioan. 3. Qui nõ credit, iam iudicatus est. Peccatores vero non resurgent in consilio iustorum, vt, s. iudicentur & non condemnentur. Deinde rõ redditur quare, huiusmodi non resurgent in iudicio . [Q̃m nouit &c.] Et proprie loquitur: quia quando aliquis scit quod perditum est, reparatur, q̃n vero nescit, non reparatur . Iusti autem per mortem dissoluuntur, sed tamen deus nouit eos 2. Thim. 2. Cognouit deus qui sunt eius . Nouit scilicet notitia approbationis , & ideo reparantur: sed quia non nouit viam impiorum notitia approbationis, ideo [iter impiorum peribit] Psalm. 118. Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum domine , quia mandata tua non sum oblitus . Psalm. 34. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum &c.

a PSAL. II.

PRAEMISSO Psalmo, in quo quasi vniuersaliter descripsit statum & processum humani generis, in hoc procedit ad materiā propriam, scilicet tribulationes suas signantes tribulationes Christi. Et circa hoc, tria facit. Primo, implorat diuinum auxilium cōtra tribulationes imminentes orando, Secundo, gratias agit exauditus, & hoc in octauo psalmo, Domine domin⁹ noster, q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Tertio, ostendit fiduciam inde conceptam, & hoc in decimo psalmo. In domino confido: quo modo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? In tribulationibus autē, potest homo duo petere. Primo, petit vt liberetur. Secundo, vt hostes deprimātur, & hoc facit in septimo psalmo, Domine deus meus in te. Circa primum, duo facit, Primo, implorat auxilium contra tribulantes. Secundo, contra decipere molientes, & hoc in quinto psalmo. Verba mea. Circa primum, tria facit. Primo, commemorat machinationes insurgētium contra ipsum. Secundo, implorat auxilium contra iā insurgentes, & hoc in tertio psalmo. Domine quid multiplicati. Tertio, confidens se exauditū inuitat alios ad confidendum de deo & hoc in 4. psalmo. Cū inuocarem. Sed attendendū est, ꝙ totus iste psal. nihil cōtinet de oratione, sed de malitia insurgentiū. Circa quē psalmum in gñali sciendū est, ꝙ de eo fuit duplex opinio. Quidam.n.dixerunt, ꝙ idē est cū primo psalmo, & hæc fuit Gamalielis. Et pp hoc dicebant, quòd sicut ille psalmus Beatus vir qui &c ita iste quasi pars ipsius finit. Beati omnes qui confidunt in eo, vt sit quasi circularis. Sed contra hoc, sunt duo. Primo, q̄a sic nō essent cētum quinquaginta psalmi. Sed ad hoc respōdetur, quia addunt vnum qui inuenitur in pluribus psalteriis: & incipit, Pusillus eram &c. Et secundo, quia in hebræo psalmi secūdum ordinem literarum ordinantur, vt quotus sit psalmus statim occurrat, Nam in primo est Aleph, ad designandum quòd sit primus. In secundo, est Beth, vt designetur quòd sit secundus. In tertio est Gimel, & sic est aliis. Quia ergo Beth, quæ litera est secunda in ordine alphabeti ponitur in principio huius psalmi, patet quòd est secundus psalmus: & hoc tenet Augustinus. Dicendum est ergo, quòd psalmus iste in ordine psalmorum est secundus, sed primus in titulo: & hic est titulus eius. Psalmus proprie dicitur a psalterio, quod est quoddam instrumentum decachordum, quod manu tangitur: vnde dicitur a psallere, quod est manu tangere, & habet tactum a superiori: vnde psalmus proprie dicitur canticum, quod Dauid cantabat, vel cantari faciebat ad psalterium. Mystice autem per decachordum psalterium signatur lex dei, quæ in decem præceptis consistit, & oportet quòd tangatur manu, idest bona operatione & a superiori, q̄a præcepta sunt implenda pp spem æternorum, alias tāgeretur ex inferiori. Est ergo ps Dauid, quia ab eo compositus, & de regno eius in figura regni Christi agit. Per Dauid enim Christus conuenienter significatur, quia Dauid dicitur manu fortis, & Christus dei virtus 1. Corin. 1. Dicitur etiam Dauid aspectu desiderabilis, & Christus splendor gloriæ. Hebræ. 1. Ipse est in quem desiderant angeli prospicere 1. Petri 1. [Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania?] Psalmus iste, diuiditur in duas partes. In prima, narratur machinatio molientium contra regnum Dauid & Christi. In secunda, ponitur eorum repressio, ibi. [Qui habitat in cælis irridebit eos] Circa primum, tria facit. Primo, narrat machinantium rebellionem. Secundo, cōtra quem machinatur. Tertio, propositum machinantium. Secundum, ibi [aduersus dominum] Tertium, ibi. [Dirumpamus vincula eorum] Primo ergo historialiter sciendum, ꝙ quando populus molitur rebellionem, Primo, surgit murmur in populo, Post accedit auxilium magnatum ad perficiendum, Primo ergo ponit conatum populi murmurantis. Secundo, auxilium magnatum, ibi. [Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum] In populo autem sunt quidam minus habentes de ratione, qui sunt impetuosi: quidam plus, qui cauti dicuntur. Primi, non mouentur sensu ad rebellandum, sed magis impetu. Et ideo dicit de his [Fremuerunt] quod est bestiarum. Prouerbiorum. 19. Sicut fremitus leonis ita & regis ira. Secundi mouentur consilio, & ideo de his dicit [Meditati sunt inania.] Quia vanæ sunt cogitationes hominum, Psalm. 93. Populus est multitudo hominum iuris consensu sociata. Et ideo Iudæi dicūtur populus, quia cum lege & sub lege dei sunt. Alii dicuntur gentes, quia non sunt sub lege dei. Vel ad literam. In regno Da-

a PSAL. DAVID II.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum: aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

b ¶ Dirūpamus vincula eorum: & proiiciamus a nobis iugū ipsorū.

c ¶ Qui habitat in cælis irridebit eos: & dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

F uid erāt gentes subiugatæ, & Iudei fideles, & vtrique moliebātur contra eum, ideo dicit. [Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania] Non interrogat, sed increpat, sicut ibi. Sapient. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Item, minores nihil per se facere possent nisi haberēt auxiliū maiorum: vnde ponit, quosdam præbentes auxiliū, Primo, per potentiā adiuuando: & quantum ad hoc dicit. [Astiterūt reges terræ & principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum & aduersus Christum eius] quasi dicat: illi [fremuerunt] sed alii G astiterunt, idest affuerunt huic malitiæ. Item, quidam præbuerūt auxilium per sapientiam consulendo, & quantum ad hoc dicit. [Conuenerunt in vnum] scilicet ad consiliandum. Litera Hieronymi habet [tractabāt pariter] Hierem. 5. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam domini, & iudicium dei sui &c. Deinde cum dicit. [Aduersus dominum, & aduersus Christum eius &c.] Ponit patientes rebellionem. Ostendit enim contra quos fuit rebellio, quia contra dominum, & contra regem eius. Reges enim dicuntur Christi, idest vncti. Psal. 5. Nolite tangere Christos meos, Qui ergo rebellat regi instituto per deum, rebellat etiam deo. Romanorum decimotertio. Qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Et ideo dicit. [Aduersus dominum & aduersus Christum eius.] Romanorum octauo. Non te abiecerunt, sed me. Mistice hæc dicta sunt sub similitudine Dauid de Christo. Actum quarto. Domine tu dixisti per os patris nostri pueri tui Dauid, Quare fremuerunt gentes &c. Conuenerunt enim vere in ciuitate ista H aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti &c. Et secundum hoc intelligendum est, quòd gentes, scilicet milites conuenerunt contra Christum [& populi] scilicet Iudæi. [meditati sunt inania] credentes eum occidere totaliter, scilicet quòd non resurgeret. [Et reges terræ] scilicet Hærodes Ascolonita prior qui occidit infantes: & posteri⁹ Herodes Anthippas eiusdem filius qui Pilato consensit. [Et principes] idest Pilatus, vt ponatur plurale pro singulari per Sinodochem. Vel principes sacerdotum [conuenerunt in vnum] idest vnam prauam voluntatem, aduersus dominum & aduersus Christum eius.

b ¶ Consequenter, ponit propositum machinantium. Vnde dicit [Dirumpamus vincula eorum &c.] Quod proprie dicitur. Nam regis dominium dicitur iugum. 3. Regum. 12. dicitur ad Roboam, quòd alleuiaret de iugo quod imposuerat eis Salomon. Sicut enim boues iunguntur iugo ad opus, ita homines ad dominium regni. Iugum autem remoueri non potest, nisi soluantur. Vincula autem sunt in regno illis quibus firmatur pote I stas regia in regno, sicut milites castra & arma. Primo ergo oportet ista dissoluere, & tunc remouere iugum. Spiritualiter in Christo est iugum lex charitatis. Matthei. 11. Iugum meum suaue est &c. Vincula sunt virtutes, spes, fides, charitas. Ephes. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis. Ecclesi. 6. Vincula illius alligatura salutaris. Quod ergo conscientia hominis non sit sub iugo legis Christi, non potest esse nisi prius rūpātur hæc vincula. Quod faciunt qui dicunt deo:, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus &c. Iob. 12. Hierm. 2. A sæculo confregisti iugum, diripuisti vincula & dixisti, non seruiam. Vel hoc dicitur in persona Dauid a Christo ad suos seruos. Glo. quasi ipsi ita moliuntur: sed o mei [dirumpamus &c.] sed non facit ad propositum. Deinde cum dicit. [Qui]

c ¶ Ponitur oppressio molientium in regnum Dauid. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostenditur quomodo opprimuntur a domino, Secundo, quomodo a Chisto eius, ibi. [Ego autem constitutus &c.] Contra hos, scilicet dominum & contra Christum K eius moliti sunt, vt dictum est. Circa primum, nota quatuor: scilicet irrisionem, subsannationem, iratam locutionem, & cōturbationē. Nam sicut aliquis puer nullius virtutis & potestatis, si pugnat contra gigantem irridetur a gigante, ita si aliquis nullius potestatis moliri vult contra eum qui habitat in cælis, irridetur ab eo. Iob. 35. Suspice cælum & intuere & contemplare æthera, quòd alterior te sit. Si peccaueris quid ei nocebis? Et si perseueret impotēs, tunc ille qui est potētior reprehendit & subsannat. Irrisio namque fit bucca secundum Hieronymum in glo. sed subsanatio rugato naso, atque contracto ex quadam, scilicet leui indignatione, Prouerbiorum primo. Ego quoque est interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit. Si autē nullo modo desistat, procedit ad vindictam. Et ideo dicit. [Tunc loquetur ad eos in ira sua] idest proferet

proferet sententiam vindictæ contra eos. Nam in deo non cadit ira, sed quod est creaturæ aliquando attribuitur creatori per antropospatos, quod est humana propassio. Psal. 6. Domine ne in ira tua &c. Vltimo autem, sententia executioni mandatur. Et ideo dicit [Et in furore suo conturbabit eos.] In corde & in anima in æterna pœna, hoc est sua virtute puniet eos. Iob. 17. Cum se mouerit ad quærēdum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies: terrebit eū tribulatio, & angustia vallabit eum. Hæc quatuor erunt in iudicio. Quia irridebit statuens eos a sinistris. Matth. 25. Subsannabit dicens. Esuriui &c. Improperando. [Loquetur in ira] sententiando. Ite maledicti in ignem æternum &c. Conturbabit, sententiam exequendo. Ibunt hi in supplicium æternum &c. Sequitur cōsequenter ostendere quomodo comprimantur a Christo eius, cum dicit. [Ego autem]

d ¶ Ego autem cōstitutus sum rex ab eo, super Syon montem sanctū eius, prędicans præceptum eius.

e ¶ Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

f ¶ Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

g ¶ Reges eos in virga ferrea: & tāquàm vas figuli confringes eos.

d ¶ Insurrexerunt autem contra Christum Dauid, populus, gentes, & principes. Primo ergo ostendit, quomodo Christus se habeat ad populum. Secundo, quomodo ad gentes, ibi [Dominus dixit ad me.] Tertio, quomodo ad reges, ibi. [Et nunc reges intelligite &c.] Dicit ergo. [Ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius &c.] Sciendum est autem, ꝙ constitutus est rex a deo in Hierusalem, & sua prædicatione reduxit populum, quasi dicat. Illi sic faciunt, sed intentum suum habere non possunt, quia sum constitutus, idest stabilitus rex super Syon, idest super populum Iudæorum qui erat in Hierusalē cuius arx est Syon [Ab eo] scilicet a deo. Psal. 117. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Iob. 17. Pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. [Sum autem constitutus rex super Syon montem sanctum eius] non propter me, sed vt regam populum secundum legem dei. Et ideo dicit. [Prædicans præceptum eius.] Mistice autem constitutus est rex secundum illud Hieremiæ. 23. Regnabit rex & sapiens erit &c. [Syon] idest ecclesiam Iudæorum, quæ dicitur mons sanctus, quia prius recepit radios Solis. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues &c. 2. Reg. 19. An ignoro me hodie regem factum super Israel? [Prædicans præceptum] idest euangelium. Vel illud speciale præceptum de quo dicitur Ioannis decimotertio. Mandatum nouum de vobis, vt diligatis inuicem. Et eiusdē decimoquinto. Hoc est præceptum meum &c. Hoc autem præceptum personaliter prædicauit Iudæis in persona scilicet propria. Matth. 4. Circuibat Iesus totam Galileam docens in sinagogis eorum, & prædicans euangelium regni. Roma. 5. Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei &c. Deinde cum dicit. [Dominus.]

e ¶ Ex eadem historia ostenditur, quomodo se habet ad gentes. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit quòd Christo conuenit habere potestatem super gentes. Secundo, ponit vsum potestatis. [Reges eos.] Circa primum, duo facit. Primo., ostendit quo iure potestas sibi competit super gentes. Secundo, ponit acceptionem ipsius potestatis, ibi. [Dabo tibi gentes.] Dicit ergo [dominus dixit ad me] hoc non vsquequaque completur de Dauid: & ideo intelligitur de Christo cui competit dominium super gentes duplici iure: scilicet hæreditario & meritorio. Primo ergo ponit ius. Secundo, meritum, ibi. [Postula &c.] Est autem Christus rex vniuersorum sicut dicitur Hebræ. 1. Et hoc cōpetit ei, quia filius. Gala. 4. Si filius & hæres per deum. Et ideo agit de æterna generatione Christi, in qua tria notātur. Primo, modus generationis. Secundo, proprietas filiationis. Tertio, æternitas filii generati. Modus ostenditur in hoc quod dicit. [Dominus dixit] quia scilicet processit per modū intellectus. Vniuscuiusq;, generatio est per modum eius. Modus diuinæ naturæ non est carnalis, sed intellectualis, immo est ipsum intelligere. Secundo, generatio est processio secundum originem quæ inuenitur in re intelligibili, quæ est secundum conceptionem verbi procedentis ab intellectu. Et hoc est dicere verbum in corde. Et iō dicit. [Dominus dixit] quasi dicendo me generauit. Vnde filius est verbum quod pater dixit, idest gignendo produxit. Proprietas vero ostenditur in hoc, quod dicit [Filius meus] non adoptiuus sicut illi, de quibus dicitur Io. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri &c. sed proprietate naturæ. Vnde [Filius meus es tu] naturalis, singularis, consubstantialis. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus. Aeternitas ponitur in hoc, quod subiungit. [Ego hodie genui te] idest æternaliter. Non enim est noua, sed æterna generatio. Et ideo dicit [Hodie genui te] Quia hodie præsentiam signat, & quod æternum est, semper est. Dicit etiam [genui te] & non genero ad designandum generationis perfectionē. Cū

A enim generatio sit sine motu, simul est generari & generatum esse. Dicit etiam [Hodie] vt designet præsentialitatem cum claritate quæ cōueniunt Christo, qui & Lucem inhabitat inacessibilem 1. Thimoth. 6. Et qui vere est in quo nihil est præteritū, vel futurum, vel obscurum, sed clarum.

f ¶ Supra positum est priuilegium æternæ generationis, ex quo Christo competit dominium gētiū iure hæreditario: hic ostēdit, quomodo acquisiuit per suū meritum. Vbi considerandum est, quòd sicut in naturalibus formæ infunduntur secūdum dispositionem materiæ, ita deus gratuita dona largitur. Phi B lip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere &c. Et iō vult vt recipiamus dona petendo & orando: hoc exemplum voluit ostendere per Christū, quia voluit ꝙ peteret, quod sibi iure hæreditario competebat. Hæc aūt postulatio pro gentibus vocādis, pōt intelligi dupliciter. Primo, per orationem, quia pro eis orauit. Io. 17. Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Itē, per passionem. Hebr. 9. Vt morte intercedente in redemptionem earū præuaricationum, q̄ erant sub priori testamento repromissionem recipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Quæ quidem postulatio non fuit vacua, quia in oībus Exauditus est pro sua reuerentia. Hebr. 5. Vnde subditur concessio, cū subditur [Et dabo tibi gentes] Vbi notandum est, ꝙ ad Christum nullus venit nisi dono patris. Io. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Datio autem gentilium, est pure donū. Nam Iudæi quasi redditi sunt, quia ante dati erāt. Rom. 15. Dico Iesum Christū ministrū fuisse circuncisionis &c. Et ideo dicit. [Dabo tibi gētes] vt. s. subiiciantur tibi, & sint tua hæreditas. Phil. 2. Vt in nomine Ie- C su oē genu flectatur cælestiū terrestriū & infernorum. Psal. 115. Hæreditas mea præclara est mihi. Item, non habet eas sicut ministri habent, vt Petrus, vel Paulus, sed sicut dominus. Hebr. 3. Et Moyses quidem fidelis erat in tota in domo eius tamq̄ famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus vero tāquàm filius domo sua quæ domus sumus nos. Et ideo dicit. [Possessionem tuam] Esa. 49. Vt possideres hæreditates dissipatas, vt diceres his qui vincti sunt exite, & his qui sunt in tenebris, reuelamini [Terminos terræ] Quia per totum mundum ædificata est ecclesia. Sed postmodū per Nicolaum hæreticum, & Mahumetum ad infidelitatem redierunt. Vel expectatur fundanda. Esa. 49. Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hbræo. 1. Quem constituit hæredem vniuersorum &c. Deinde cum dicit [Reges]

g ¶ Ponitur executio potestatis: & secundum historiam posset exponi, quia erat constitutus rex Iudæorum, ideo & domina- D batur gētibus aliquibus quas subiugauerat, in figura vniuersalis dominii Christi. Sed quia aliter reguntur ciues, nam ciues reguntur regimine misericordiæ, aliter hostes subiugati, scilicet regimine seueræ iustitiæ, ideo dicit. [In virga ferrea.] Sed melius est vt refereatur ad dominium spirituale Christi. Necesse est enim, quòdqui regit habeat virgam. Psal. 44. Virga directionis virga regni tui. Ad hoc enim necessarii sunt reges, vt virgā habeant disciplinæ qua puniāt delinquentes. Et quia Christus constitutus est rex a deo ad populū regendum, ideo dicit. [Reges eos in virga ferrea.] Et addit. [Ferrea] ad designandum inflexibilem iustitiæ disciplinam. Virga namque qua regebantur Iudæi non fuit ferrea, quia frequenter excusserunt se adorando idola. Sed hæc est virga ferrea qua regit gentes, quia non recedent amplius a dominio Christi, quando plenitudo gentium intrauerit. Apocalyp. duodecimo. Mulier peperit masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. E [Et tanquàm vas figuli confringes eos] Quod exponitur per illud. Hierem. decimooctauo. Descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum. Et post, Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea. Quando enim vas figuli est recens, frangitur de facili a mala forma, & restituitur in bonam. Iudæi conuersi erant: vnde non erant confringendi. Eadem enim est fides eorum & nostra. Gentiles autem erant idolatræ, & ideo erant confringendi, vt aliam formam acciperēt, idest aliam fidem veram. Vel aliter. [In virga ferrea] bonos scilicet [& tamquàm vas figuli] malos qui finaliter conterendi sunt. Luc. 2. Ecce positus est hic in ruinā & in resurrectionem multorum. Esa. 30. Subito dum nō speratur veniet contritio eius, & cōminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida &c. vt sic. Qui iustus est iustifice-

tur adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc. Apoc. vltimo. F
Deinde cum dicit. [Et nunc]

h ¶ Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
i ¶ Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur dominus, & pereatis in via iusta.
k ¶ Cum erarserit in breui ira eiꝰ, beati omnes qui confidunt in eo.

h ¶ Ostenditur quomodo se habeat ad reges. Reprimit autem eos admonendo, & attrahendo ad seruitutem dei. Circa hoc ergo duo facit. Primo, ponit admonitionem. Secundo, assignat admonitionis rationem, ibi. [Ne quando irascatur] Monet autem ad tria. Ad doctrinæ veritatem, ad obsequii humilitatem, ad correctionis susceptionem. Secundum, ibi [Seruite] Tertium, ibi [Apprehendite.] Veritas autem dupliciter cognosci potest ab aliquo: vel per inuen- G tiones, & tales dicuntur bene intelligentes, vel per eruditionem, & tales dicuntur bene dociles. Item regentium duplex est gradus. Quibusdam nā committitur vniuersalis gubernatio, qui dicuntur reges. Quibusdam, aliquod speciale iudiciū & hi dicuntur iudices. Primos ergo exhortatur ad intelligendum, Nam intelligens gubernacula possidebit. Prou. 1. Secundos ad erudiendum, vt scilicet ab aliis formam iudicii accipiant. Et ideo dicit. [Intelligite & erudimini] Sapien. 6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Deinde cum dicit. [Seruite.]

i ¶ Post intellectum conuenienter ponit seruitutem, quia seruitus dei quæ est latria, est professio fidei. Et ideo, Primo, oportet ꝙ credat, & postea confiteatur & seruiat. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem &c. Dicit autem [domino] Qui.n. seruit homini, sufficit vt exterius subiiciatur ei obediendo. Sed qui seruit deo, oportet quòd interius secundum animam subii- H ciatur ei bonum affectum habēdo. Psal. 61. Nonne deo subiecta erit anima mea &c. Dicit autem [in timore] qui sanctus permanet nec sinit peccare, vt Qui stare se existimat, videat ne cadat. Roma. 10. Et notandum secundum Augustinum, quòd rex seruit deo inquantum homo, in se iuste viuendo, sed inquātum rex leges ferendo contra ea, quæ sunt contra dei iustitiam: vnde in hoc psalmo præfiguratur status ecclesiæ. Nam a principio reges terræ faciebant leges contra Christum & christianos, sed postea condiderunt leges pro Christo. Et primum ostenditur cum dixit [Astiterunt.] Secundum, ibi [Seruite domino] Ne autem hæc seruitus miseria videatur, addidit [& exultate ei cū tremore] Quia timor domini non est miseriæ, sed gaudii: propter quod Leui. 10. respondit Aaron ad Moysen. Quomodo possum placere deo mēte lugubri? Sed ne ista lætitia præsumptionem haberet, vel negligētiam, ideo subiungit [Cum tremore] qui est metus subitaneus. I Phil. 2. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Consequenter monet ad susceptionem cum subdit. [Apprehendite] vt nemo viuat vt liber, sed vt decet. Et ideo dicit [Disciplinā] præcepta & bonos mores, vel aduersa quasi præsidium & munimētum. Psal. 17. Et disciplina tua &c. Et ponitur ratio admonitionis. [Nequando irascatur] & est duplex ratio ad euitandam pœnam & ad consequendam gloriam, ibi. [Beati omnes qui confidunt in eo] Dicit autem [Nequando] propter patientiam dei, quia in hoc seculo diu sustinet. Psal. 7. Numquid irascitur per singulos dies? dicens. Nisi conuersi fueritis, quasi dicat. Seruetis admonitionem ne veniat tempus punitionis [ne pereatis de uia iusta] scilicet iustitiæ & societatis bonorum, quod est valde pęnosum his, qui dulcedinem iustitiæ gustauerūt. Litera Hieronym. habet [Pereatis de via] non est ibi [iusta] Quando enim homo in mundo est, est sicut in via. Nam si cadit potest resurgere. Nec K dicitur perire, quod reparari potest, etiam ꝙ non cadit de via, sed in via. Sed si perit de via irreparabilis est. Iob. 4. Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Et ideo dicit. [Cum.]

k ¶ Ponitur alia ratio, quæ est ad consequendam gloriam q. d. [Apprehendite disciplinam] quia [cum exarserit] &c. [Beati erūt omnes qui confidunt in eo] Bene dicit [Cum exarserit] Modo.n. non ardet cum castigat, vt pater. Sed in futuro absorbebit & ardebit, quando puniet pœna æterna. Esaiæ. 30. Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius quasi ignis deuorans. Dicit autem [In breui] quia non singula peccata separatim, sed simul omnia discutiet. Vnde illud iudicium in breui fiet, nec durabit per mille annos, vt Lactantius dixit. 1. Corin. 15. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: & tunc omnes boni in immortalitatis gloriam immutabuntur: vnde [Beati qui confidunt] q d. Vindicta non modo attinget confidentes, sed beati erunt, quia ad regnum peruenient. Quæ beatitudo, vel gloria, maior apparebit ex pęna malorū. Hier. 17. Beatꝰ vir q cōfidit in dño, & erit dñs fiducia eiꝰ &c.

SPAL. III.

SVPERIOR psalmus ostendit conatum aduersariorum: hic contra eorum conatum implorat auxiliū diuinum. Et est hic psalmus editus per modum orationis. In quo psalmo, possumus ponere fundamentū historiæ, & postea ponere sensum allegoricum, & vlterius moralem. Sensus historicus patet per titulum qui est, Cum fugeret a facie Absalō filii sui. Vt 2. Re. 15. habetur Absalon filius Dauid persequens patrem suum quærebat eum occidere. Cui Dauid cessit cum suis exiēs de Hierusalē nudis plantis. Intellexit hoc sibi contingere propter peccatū homicidii & adulterii, sicut Nathan propheta ei prædixerat 2. Reg. 12. Non recedet gladius de domo tua in sempiternū, eo quòd despexeris me. Dum autem Absalon persequeretur Dauid, conuersus est contra eū exercitus Dauid. Absalon autem impetu muli ductus est sub ramosam quercum, vbi circumnectentibus ramis collū eius, ibiq; capite intercepto pendens a Ioab principe militiæ Dauid, interfectus est. Quo mortuo Dauid restituto in regnum, in pace regnauit. Contra istam ergo persecutionē est iste Psalmus. [Dñe quid &c.] Per hāc tñ præfigurabatur persecutio, quā Christus passus est a filio suo Iuda. Io. 13. Filioli adhuc modū vobiscū sum. Et iterū. Mat. 9. Numquid possunt filii sponsi lugere &c. A quo Iuda Christꝰ fugit, qñ illo descendente cum cęteris apostolis in montē Olueti secessit imminente passione. Et sicut Dauid pacē exibuit iniquo filio, qñ præcepit populo eunti ad bellū, Seruate puerū Absalon, & eo interempto dixit, Quis mihi det, vt moriar pro te fili mi Absalon &c. ita Christus Iudæ proditori, vt patet in conuiuio & in osculo. Propter quod bene Absalon pax patris dicitur. Ab enim hebraice, latine pater interpretatur. Salon vero, pax. Et ipse Iudas cum prolatione pacis prodidit Christum. Et sicut Absalon, ita & Iudas suspensus interiit. Quo mortuo Christus in pace regnauit, quia in gloria resurrexit. Et potest ad omnes tribulationes ecclesiæ referri. Potest & moraliter contra tribulationes, quas quis ab inimicis siue temporalibus, siue spiritualibus patitur. Et ideo exprimitur affectus hominis implorantis auxilium diuinum. Circa hoc ergo duo facit. Primo, præmittit aduersariorum conatum, siue exponit deo suum tormentum. Secundo, confitetur adesse sibi diuinū auxilium. [Tu autem domine &c.]

Cū fugeret facie Absalon filij eius.

PSAL. DAVID III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulāt me? multi insurgūt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in deo est.
b ¶ Tu aūt dñe susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meū.
c ¶ Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui & soporatus sum: & exurrexi, quia dominus suscepit me.
d ¶ Non timebo millia populi circundantis me: exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniā B tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes pecatorum contriuisti.
e ¶ Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

Persecutionem autem exponit, quantum ad nocentium numerū. [Multiplicati sunt] scilicet gentes populi, reges & principes. Et non solum hi extranei, sed etiā filius. Psal. 36. Multiplicatæ sunt super caput meum &c. Et quantum ad nocendum, motiuum: qa sine causa. Vnde [Quid] 2. Reg. 20. & 26. Quid feci, aut quod est in manu mea malum? Et quantum ad multiplex tormentum, quia vexant multipliciter tribulando. Vnde [Tribulant] Tribulus est herba pungitiua. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Illi igitur tribulant, qui pungunt. Christum autem punxerunt colaphizando, flagellando, conspuendo, & illudendo, & mortem intentando. Et hoc est quod dicit. [Multi insurgunt] scilicet factis. Absalon enim voluit occidere Dauid, vt patet in cōsilio Chusi 2. Reg. 17. Similiter & Iudas tradidit Christum ad mortem. Item tribulant verbis detrahendo, siue falsa proponēdo. Vnde [Multi dicunt &c.] Contra illud quod dicitur in Psa. 36. Salus autem iustorum a domino. Si enim hoc considerarēt impii, non de facili insurgerent contra iustos: sed quia hoc non credunt, vel quia contemnunt dei potentiam, vel hominis iustitiā, ideo dicunt ore, & opere. [Non est salus illi &c.] .i. in eo quem colit, & sibi deum facit. Hoc dicunt etiā persecutores de Christo. Si enim resurrecturum sperarent, nec Iudas traderet, nec illi occiderent. Et est sensus. Non saluabit eum, nec est filius dei: vnde dicebant. Matth. 17. Si filius dei es, descende de cruce. Et infra. Si rex Israel est descendat nunc de cruce, & credimus ei. [Tu]

b ¶ Hæc est pars secunda. Vbi ostendit sibi a deo paratum auxilium. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit sibi specialiter adesse diuinum auxilium. Secundo, generaliter omnibus, ibi. [Domini est salus.] Et circa primum, tria proponit. Primo, auxilium diuinū. Secundo, auxilii expermientum, ibi [Voce mea.] Tertio, securitatis conceptū, ibi. [Non timebo] Dicit ergo [Tu autem domine] quasi dicat. Isti insurgūt ad bellandum, sed tu suscipis ad protegendum. Et hoc est melius p literam Hierony. quæ dicit. [Clipeus meus circa me] quasi defendens me sicut clipeus. Item, non solum seruans in vita contra delere volentes, sed etiam in gloria contra infamantes. Vnde ait [Gloria A mea] 2. Cor. 10. Qui gloriatur in domino glorietur. Hiere. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. Et non solum contra infamantes mihi assistis, sed etiam præualere me facis cōtra opprimētes. Vnde subiungit [exaltans caput meum] Psal. 26. Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Hæc possunt referri ad Christum, qui conceptus fuit ſm humanam naturam in incarnatiōe, quoniā verbum caro factum est. Ioan. 1. Isa. 42. Ecce seruꝰ meus suscipiā eū, electus meus cōplacuit sibi ī illo anima mea. Psal. 40. Beatus quem elegisti & assumpsisti. Itē gloriosus fuit in resurrectione. Io. 16. Clarifica me tu pater. Itē, exaltatꝰ in ascensiōe. Phl. 2. Propter quod & deus. &c. Deinde cum dicit [Voce.]

c ¶ Ostendit experimentū auxilii. Et ponit tria: scilicet orationem, ibi. [Voce mea.] Secundo, exauditionem, ibi [& exaudiuit me.] Tertio, ostendit in quo est exauditus, vbi ait. [Ego dormiui &c.] Circa primum, duo tangit quæ debent esse in oratione. Nam debet esse attenta. Et ideo dicit [Voce mea] scilicet cordis, quæ sonat deo, qua Moyses tacens ore, clamabat corde ad dominum. Exo. 14. Dixit dominus. Quid clamas ad me &c. Hac etiam voce clamans Susanna est exaudita. Dan. 13. Quæ flens suspexit in cælū: erat.n. cor eius habens fiduciā in domino &c. C 1. Reg. 1. Porro Anna loquebat in corde suo &c. Cor. 15. Orabo spiritu, orabo & mente. Et ideo dicit. [Mea] Vox enim quæ non procedit ex corde, non est mea. Item debet esse recta. Tunc enim est recta, quando tendit vbi debet. Et ideo dicit [Ad dominum] vbi est auxilium. 2. Paral. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te. Psal. 120. Auxiliū meū a dño. Item, debet esse deuota. Vnde addit [Clamaui] Clamosa nāq; dicitur oratio, pp magnitudinē affectus. Psal. 100. Clamor meus ad te veniat &c. Hebr. 5. Cum clamore valido & lachrimis &c. Deinde ponitur exauditio cum dicit [& exaudiuit de monte] idest de sublimitate diuinæ maiestatis, quæ inaccessibilis est. Psal. 23. Quis ascendet in montem domini. i. ad omnipotentiam suam, vel de altitudine iustitiæ suæ quæ incomprehensibilis est. Psalm. 37. Iudicia tua abyssus multa: vel [in monte sancto] idest de me qui eram mons sanctus, de quo Isa. 2. Et erit in nouissimis diebus pparatus mōs D domus dñi &c. Sequitur. [ego dormiui] Vbi ostendit in quo sit exauditus. Quia [surrexi.] Est aūt differentia inter mortuum & dormientem, quia mortuus non resurgit. Iob. 14. Putasne mortuus homo rursum viuat? Dormiens vero resurgit. Psal. 40. Nūquid qui dormit non adiiciet vt resurgat? Sic ergo quando tribulatio est tāta vt homo non redeat ad statum priorem, dr mors. Sed quando tribulatus, vel tētatus cadit in peccatum & resurgit, dicitur dormire. Sic Dauid quasi dormiuit, quia liberatus est a filio & peccato. Dicitur autem dormire, quasi parum. Soporari vero, quasi multum: vnde alia litera dicit. [Somnum cepi] idest profunde dormiui. Sic Christus dicitur dormiuisse quia sponte se passioni obtulit: & qa soporatꝰ est, mors subsecuta est. Vnde, a dormitione trāsiuit ad somnum. Iste sopor signatur in sopore Adā. Gen. 2. Immisit dominus soporem in Adam &c. quia de latere Christi in cruce mortui formata est ecclesia. Ait ergo [& exurrexi] propria scilicet uirtute. Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi E animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et hoc est, quia [Dominus suscepit me.] Alia litera. [Sustentauit.] Habuit enim virtutem diuinitatis, quòd surgeret. Psal. 25. Cum ceciderit iustus non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Deinde cum dicit [Non timebo.]

d ¶ Ponitur fiducia securitatis, quasi dicat: ex quo sic sum exauditus. [Non timebo &c.] Infra. Psa. 26. Si consistant aduersum me castra &c. In quo signatur, ꝙ Christi ecclesia non potest omnino deprimi. Christo etiam post resurrectionem multitudo populi quæ crucifixum circūstetit, nihil nocere potuit. Nam Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Romanor. 6. Et vnde habeat istam fiduciam, ostendit cum dicit. [Exurge] idest manifesta virtutem tuam faciendo me resurgere a morte. Et hoc est. [Saluum me fac &c. Quoniam tu pater &c.] supra duo dixerat. Quòd tribullāt eū. Psa. 3. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me: & contra hos dicit. [Quoniam tu percussisti, tem, infamabant. [Non est salus illi &c.] Et contra hos. [Dentes peccatorum] idest maledicta verba in irritum deduxisti. Iob. 19. Conterebam molas iniqui &c. Litera Hieronym. habet. [Percussisti molas. Et dentes] quasi dicat. Ita fortiter percussisti quòd [dentes] contriti sunt. Maxilla fuit Absalon, dentes vero adhærētes sibi. Vnde destructo Absalone, alii sunt cōtriti. Vltimo cum dicit [Dñi]

e ¶ Ostendit auxilium diuinum esse toti populo. Et primo, quantum ad cōseruationē a malo, & ideo dicit. [Domini est salus] Et ideo oratio debet ad deū. Secundo, quantum ad multiplicationē bonorum. Et ideo dicit. [Super populum tuū benedictio tua] .i. super populū, qui de te & in te sperat & non in alio [Benedictio tua.] Benedictio domini semper importat multiplicationem bonorum. Prou. 10. Benedictio domini diuites facit. Potest autem aliter legi psal. iste secundum glo. vt. s. loquatur hoc totus Christus. i. ecclesia & caput eius inter procellas persecutionum constituta. Vel moraliter potest legi psalmus iste in persona vniuscuiusque fidelis, qui a vitiis & cupiditatibus impugnatur. Et secundum hoc per Dauid accipitur quilibet fidelis, per Absalon vitia & carnales concupiscentiæ, sicut patet in glos.

Victori in psalmis canticum Dauid.

a PSAL. IIII.

CVM inuocarē exaudiuit me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: & exaudi orationem meam.

a SPAL. IIII.

IN præcedenti psalmo, Dauid implorauit auxilium dei contra tribulationes orando, & sentiens se exauditum, hortatur alios vt in deo confidant. Et exprimit psalmus iste affectus hominis, qui expertus diuinam misericordiam & beneficia & iustitiam, hortatur alios vt non desperent. Titulus eius est in finem psalmi cantici Dauid. In hoc titulo, duō cōsideranda sunt pro toto libro: s. quòd dicit psalmus cantici. Secūdo quòd dicit, in finē. Quo ad primum ergo nota, quòd Dauid sicut legitur 2. Reg. 6. faciebat psalmos metrice & cātabat ante archā cū psalterio. Ergo psalmus dr ꝙ cantatur ad psalterium, sed nō absq; psalterio. In quibusdam aūt psalmis describitur psamus Dauid, vbi intelligitur quòd est factus ad psalterium. In aliquibus præscribitur canticū Dauid, quia cantabatur sine instrumento. In aliquibus psalmus cantici Dauid, vel econuerso: eo quòd ille psalmus cantabatur simul voce humana & ad psalterium. Sed in aliquibus incipiebat vnus, vel multi voce humana sine instrumento, & vnus respondebat cum psalterio, & hi intitulantur canticum psalmi. In aliquibus vero vnus cantabat psalmum cum psalterio & alii respondebant sine psalterio, & hi intitulantur psalmus cantici. Et hæc est differentia literalis: sed mistice, & secundum glos. psalmus significat bonam operationem. Canticum vero, exultationem mentis de æternis. Quando vero simul vtrumque ponitur in vno psalmo, significat quòd de vtroque agitur. Quod vero dicit in finem, si consideretur hoc quātum ad rem per psalmum figuratam, manifestum est quia in finem intelligitur, idest in Christum. Ro. 10. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Sed si consideretur in finem ſm figurā, datur intelligi, ꝙ cantabatur pro consumptione operis negocii, sicut hic psalmus pro cōsumata liberatione Dauid a persecutione Absalonis, factꝰ fuit, quasi pro uictoria. Alii dicunt victori scilicet Dauid in psalmis, quia oēs in psalmis faciēdis vincebat, sed hoc uerū nō videt. Diuiditur autem psalmus iste, in duas partes. Nam primo incipit a gratiarum actione pro receptis beneficiis: vnde ait. [Cum inuocarem &c.] Secundo, finitur in exhortatione aliorum vt conuertātur ad deum, ibi. [Filii hominum &c.] Circa primum, duo facit. Primo enim, agit gratias de præteritis. Secundo, orat pro futuris, ibi. [Miserere mei &c.] Circa primū, duo facit. Primo, agit gratias ꝙ est exauditus. Secundo, ostēdit qualiter est exauditus, ibi. [In tribulatione &c.] Sed notandum, ꝙ hic est duplex litera: vna dicit [exaudiuit] alia habet [exaudisti] & huic cōcordat Hieronymus dicens [exaudisti] in hoc tamen non est vis. Dicit ergo. [Cum inuocarem exaudisti &c.] Vbi quatuor consideranda sunt. Primo, ponit orationem & exauditionem: vnde dicit [exaudisti] sed non [exaudiuit] non clamantem: vnde dicit. [Cum inuocarem] quod est implorare auxilium in necessitate. Psal. 119. Ad dominum cū tribularer clamaui, & exaudiuit me. Item requiritur, ꝙ sit iustus, quia si audit peccatores est ex misericordia, non ex iustitia: & ideo dicit [iustitiæ meæ] Ibi glo. idest. dator iustitiæ, vel iustificationis meæ. Psal. 33. Oculi dñi sup iustos. Aliud qđ est primū, ꝙ iustitiā suā homo attribuat deo & nō

sibi, & ideo dicit [deus] Contra quod Ro. 10. Ignorantes dei iustitiam, & suam volentes statuere &c. Primo ergo debet bonum suum attribuere deo. Secundo, habere iustitiam Tertio, clamare. Quarto exaudiri. Modus autem exauditionis describitur, cũ dicit [in tribulatione] dicit [exaudiuit] & [dilatasti] vel forte metrice factũ est psalmus, vbi oportuit mutari constructionem propter metrũ: vel quia per modũ orantis, vbi ex diuersis affectibus mutat homo loquendi modum. Dicit autem. [in tribulatione dilatasti mihi,] quia plus dilatasti quàm liberasti quasi dicat: non solum liberasti, sed in ipsa tribulatione cordis latitudinẽ mihi visti. Psal. 17. Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ sunt infirmata vestigia mea. Vel latitudinem animi ad patienter sustinendum: vel latitudinẽ potestatis de qua dicitur, Dilatet deus Iapher. Deinde cum dicit [miserere mei] remouendo scilicet quicquid remansit in miseriæ præteritæ [& exaudi me] orantem pro futuris bonis. Deinde cum dicit [Filii &c.]

b ¶ Cõuertit se ad aliorum exhortationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, redarguit peccatores. Secũdo, exhortatur eos ad emẽdam, ibi. [& scitote &c.] Circa primum, duo facit. Primo, cõmemorat conditionẽ. Secundo, arguit culpam. ibi. [vt quid diligitis] conditionem cõmemorat dicens. [Filii hominum] qd dupliciter potest intelligi. Primo, in malo, sic. [Filii hominum] quasi hominem secundum naturam inferiorem corruptibiles & proni ad peccandũ. Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Et iterũ 8. cap. Sensus & cogitatio hominũ in malum proni sunt ab adolescentia sua. [Filii ergo hominum] q. d. ostenditis vos esse filios hominum, idest peccatorum, scilicet Euæ & Adæ [vsquequo graui corde] Isa. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate &c. Secundo, in bono: quia homo inquantum homo, est imago dei: vnde [filii hominum] non bestiarũ. Psa. 48. Homo cum in honore esset non intellexit &c. Et o [graui corde] idest, quia debeti habere cor graue & stabile, [vsquequo] non conuertimini ad deum? & hoc est quod Hieronymus habet. [Filii viri, vsq; quo incliti mei ignominiose diligitis vanitatem, quærentes mendacium] & sic conuenienter arguit culpam. [Vt quid diligitis &c.] In peccato namq; sunt duo considerandа. s. voluntas inhærens rei, & intentio inordinata. Primo ergo tãgit inordinatum amorem, cum dicit [Vt quid diligitis &c.] idest, aliquid vanum nõ solidum. Temporalia quippe vana sunt, quia non continet solidũ, sed pertransiens bonum. Eccle. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. [Vt quid ergo diligitis &c.] q. d. vt quid diligitis temporalia. Secundo, tangit prauam intentionem cum dicit. [Et queritis mendacium] idest, quare amatis diuitias vt habeatis sufficientiam? Nam Eccl. 5. Auarus non implebitur pecunia. Hier. 5. Aspexi terram &c. vel mendacium, i. idolum 1. Cor. 8. Idolum nihil est, Vsquequo ergo diligitis, & q̃ritis hoc, & non conuertimini ad deũ? Sed o cũ dicit [Et scitote,]

c ¶ Hortatur peccatores ad emendã. Et circa hoc, tria facit. Primo, cõmemorat beneficia sibi exhibita. Secundo, hortatur vt ad deum redeãt, ibi. [Irascimini &c.] Tertio, ostẽdit præmiũ etiam sui ad illos in bonis, ibi. [Dedisti lætitiam &c.] Dicit ergo [& scitote &c.] Sed notandum est, q̃ hic in greco est Dyapsalma, in Hebræo vero est Sela, qd Hieronymus trastulit feliciter, vel semper. Dyapsalma ergo diuisio psalmi est: quia qñ cantabãt fiebant aliqua interualla in psalmo, vt ostẽderetur q̃ sequentia ad aliam materiam pertinebant secundũ Aug. Sed contra hoc est, quia secũdum hoc, Dyapsalma nunq̃ inueniretur in fine psalmi, sed in K psalterio Hieronymi Sela inuenitur in fine psalmi. Et ideo sumptum est ex sela Dyasalon, idest pacifice. Et concordat cum Hieronymo, qui interpretatus est feliciter. Sic ergo melius pacifice, quasi semper, & hoc Sela importat. Beneficiũ aũt quod cõmemorat est duplex: vnum de præterito, & aliud de futuro, ibi. [Dñs exaudiet.] Quãtũ ad primũ, dicit. [Et scitote &c.] & cũ sit principũ sententiæ cõtinuatur cordi propheræ, sicut illud in principio Ezechielis. Et factum est in 30. anno &c. Nam Sela qd interpretatum est Dyapsalma ponitur hic qd notat interruptionem: vel cõtinuatur ad præcedentia q. d. Nolite diligere vanitatem [& scitote] quare? [Quoniam mirificauit dominus &c.] Ecce quot bona mihi fecit, quia, s. [mirificauit &c.] idest mirabilẽ reddidit. Potest etiã aliter continuari sin. glo. q. d. quia vana [scitote] [& scitote] quid sequamini. [Quoniam dñs mirificauit &c.] i. Christum per figuram principaliter intellectũ, qui est sanctus sanctorum de quo Dan. 9. Hunc deus ostendit mirabilem suscitando, & ad dexteram eius eum collocando. Quilibet etiam iustus mirabilis est, quia maiora sunt opera iustitiæ, quàm miracula exteriora. Psal. 67. Mirabilis deus in sanctis suis. Sed Christus est maxime mirabilis. Esa. 9. Et vocabitur nomen eius admirabilis.

b ¶ Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

c ¶ Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum.

d ¶ Irascimini & nolite peccare: q̃ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino.

e ¶ Multi dicunt. Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui domine.

f ¶ Dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumẽti, vini, & olei sui: multiplicati sunt.

Quantum ad secundum dicit. [Dñs exaudiet.] Esa. 65. Anteq̃ clament ego exaudiam &c. Deinde cũ dicit [Irascimini]

d ¶ Exhortatur eos ad emendationẽ vitæ. Et circa hoc, tria facit. Primo, exhortat vt recedant a malo. Secundo, vt tendant in bonum, ibi. [Sacrificate sacrificium. Tertio, mouet quæstionẽ, ibi. [Multi dicunt &c.] Circa primũ cõsiderandum est, q̃ peccatum in nobis vt plurimũ ex tribus consurgit: scilicet ex corruptione irascibilis, rõnalis, & cõcupiscibilis. Primo ergo prohibet peccatum quod cõsurgit ex primo. Vnde dicit [Irascimini &c.] Hoc aũt intelligitẽ tribus modis. Primo, de ira inordinata q. d. Permittitur nobis q̃ motus iracũdiæ surgat in nobis, non tamen perducatis iracundiam ad actum peccati. Ephes. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. Secundo, sic. [Irascimini] scilicet contra uestra peccata. Esa. 63. Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi &c. [Et nolite peccare] s. iterum q. d. sic irascimini cõtra peccata præterita, vt non cõmittatis alia. Tertio, de ira per zelum sic exponitur. [Irascimini] contra vitia aliorum, & tamen [nolite peccare] eos inordinate corrigendo, quia debet ira dirigi per rationem. Secundo, prohibet vitium rationalis. s. simulationem dicens. [Quæ dicitis in cordibus vestris] supple sint in vobis q. d. Non aliud sitis in corde, & aliud prætendatis extra. Tertio, prohibet quod surgit ex concupiscibilis. [Compungimini] scilicet de peccatis quæ fecistis. [In cubilibus vestris] Rom. 13. Non in cubilibus & impudicitiis &c. Vel dicendum, q̃ tangit duplex peccatum, scilicet iræ, sicut dictum est. [Irascimini] de ira per zelum. Secundo, concupiscentiæ. [Compungimini quæ dicitis in cordibus vestris] idest male cogitatis [in cubilibus vestris] idest de occultis, vel in occultis. Et hoc magis sonat litera Hieronymi, qui dicit. [Loquimini & tacete] idest, non publicetis inordinate exequendo. Vel de ira per vitium, quem prohibet non procedere ad opus, quod peius est. Vel de ira contra peccata. Consequenter hortatur eos vt faciant bonum. Et primo, dirigit eos circa principium boni, qui i. [Sacrificate sacrificium iustitiæ q. d. [Compungimini] Leuit. 4. mandatur quòd offerant sacrificium pro peccatis. Sed dominus de huiusmodi non multum curat Psalm. 50. Sacrificium & oblationẽ noluisti, aures autem perfecisti mihi. Vnde & vos. [Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino, multi dicunt quis ostendit &c.] idest satisfactionis & pœnitentiæ. Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra deo, hostiam viuentem, sanctam, deo placentẽ &c. Secundo, dirigit eos circa finem boni dicens [& sperate in domino &c.] q. d. Sitis sperantes in domino, qui dedit vobis hæc operati. Deinde cum dicit [Multi.]

e ¶ Mouet quæstionẽ quã dicunt. [Multi] i. stulti. Dicunt aũt. [Quis ostendit nobis bona] q. d. Quo scire possumus q̃ sunt hæc sacrificia deo acceptabilia? Hãc aũt quæstionẽ, soluit cum dicit. [Signatũ est super nos lumẽ vultus tui dñe] q. d. Ratio naturalis indita nobis, docet discernere bonũ a malo. Et ió dicit. [Signatũ est super nos lumẽ vultus tui dñe &c.] Vultus dei est id quod deus cognoscit: sicut homo cognoscitur p vultũ suũ, hoc est, veritas dei. Ab hac veritate dei refulget similitudo lucis suæ in animabus nostris. Et hoc est quasi lumen, & est signatũ super nos, quia est superior in nobis, & est quasi quoddam signum super facies nostras, & hoc lumẽ cognoscere possumus bonum. Psal 88. In lumine vultus tui ambulabunt &c. Super hoc autem signamur signo spiritus. Eph. 4. Nolite contristare spiritum sanctũ in quo signati estis. Et iterum, signo crucis, cuius signaculum nobis impressum est in baptismo, & quotidie debemus imprimere. Cant. 8. Pone me vt signaculũ super cor tuũ. Deinde cũ dicit [Dedisti.]

f ¶ Ponit præeminentiã eius ad illos peccatores in bonis, quasi dicerent ei. Tu nos exhortaris ad beneficia tua, sed nos habemus nostra, ideo comparat temporalia spiritualibus. Et primo, ponit spiritualia. Secundo, temporalia, ibi. [A fructu &c.] Tertio, præeminentiã spiritualũ, ibi [in pace &c.] Dicit ergo. Verũ est q̃ oẽs habẽt lumen vultus desuper se, sed o dñe sanctis & mihi [dedisti lætitiã]. s. spiritualem [in corde meo] vt. s. de te gaudeam. Ro. 14. Nõ est regnũ dei esca & potus: sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto: & hoc est beneficium spirituale. Mali autem habent abundantiam temporalium, & ideo dicit [A fructu frumenti vini & olei sui, multiplicati sunt.] idest dilatati. Et per omnia ista temporalia intelliguntur omnia alia, quia omnia referuntur ad necessitatem viuendi: & sic frumentum pro cibo, & vinum pro potu, oleum vero pro condimento accipitur. Alia litera haber. [A tempore frumenti.] vbi duplex bonorũ istorum defectus innuitur. Quia tẽporalia dicuntur a tempore. Sap. 2. Vmbræ enim transitus est tempus nostrũ. Et quia vnũ non sufficit, oportet quòd sint multa. ió dicit: [multiplicati sunt.] Deinde cum dicit in pace.

g ¶ Ponit præeminentiam spiritualium: quasi dicat Quid interhæc excedit? Certe lætitia cordis. Et hoc patet duplici ratione. Primo, quia hoc bonum erit æternum, illud vero temporale. Secundo, quia est vnum & simplex, illud est multiplex. Secundũ, ponit ibi. [Quoniã tu, singulariter &c.] Dicit ergo [In pace &c.] quasi dicat: alii in tempore, sed ego non, immo [in idipsum] Nota ergo, quòd etiam in præsenti vita dicitur iustus stare in bono propter quatuor. Primo, quia non impeditur exterius: & ideo dicit. [In pace.] Esai. 33. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis &c. Secundo, ex immutatione rerũ habitarũ, quia hoc semper idem manet: vnde [in idipsum,] Psalm. 121. Hierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Tertio, quia sine solicitudine: vnde [dormiam.] Cant. 2. Ego dormio &c. Quarto, ex quiete a labore conquirendi: vnde dicit [& requiescam.] Et hoc potest esse etiam hic in præsenti vita secundum incohationem, quia sancti omnia ista habent hic aliqualiter in deo: sed hæc omnia perfecte erũt in patria. Et hoc ideo habeo dicit Dauid, quia vnũ habeo in quo sunt omnia hæc: & hoc est quod ait [Quoniam tu domine &c.] quasi dicat: vno modo in quadam spe singulari [constituisti me] scilicet vita æterna de qua infra dicitur 26. Vnam petii a domino &c. Et hoc respondet cõtra id quod dicit [multiplicati sunt.] vt [Quoniã tu domine &c.] quasi dicat: in te singulariter spero. Et hoc magis sonat litera Hieronymi, quæ dicit. [Quia tu domine specialiter securũ habitare me fecisti.] Psal. 117. Bonũ est confidere, vel sperare in dño &c.

a PSALM. V.

SVPRA Psalmista orationem proposuit contra persequentes manifeste: hic contra dolosos orat, ne decipiatur. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur petitio contra dolosos ne decipiatur. Secundo, vt lapsus reparetur, ibi. [Domine ne in furore tuo &c.] D Hic psalmus habet titulum in quo est aliquid nouũ, qui talis est. [In finem pro ea quæ consequitur hæreditatem.] vbi tangitur figura & misterium. Figura quidem, intelligi potest dupliciter. Primo, secundum quòd gloss. exponit: & habetur in historia Genes. 21. quòd Sara videns ludentem Hismaelem cum Isaac filio suo turbata est, & dixit ad Abraham. Eiice ancillam hanc, & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Intellexit quidem Sara ludum illum, persecutionem esse contra Isaac. Abraham autem dure accepit, quod dixerat Sara de filio suo Hismaele: sed dixit ei deus. Non tibi videatur asperum super puero & ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen &c. quasi dicat: Isaac tibi hæres erit tuus, non Hismael. Vnde infra. 27. dicitur. Dedit Abraham cuncta quẽ possederat filio suo Isaac, filiis autem concubinarum largitus est munera &c. Potest ergo hic psalmus referri ad hoc, quòd populus Iudæorum secundum E figuram consequebatur hæreditatem promissam Abrahæ, cuius erat caput Dauid & rex. Secundum mysterium vero, populus christianus. Gal. 4. Nos autem fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Ergo psalmus iste tendit in finem, idest in christum quem laudat pro ea, scilicet pro ecclesia, quæ consequitur hæreditatem reprobata synagoga. Alio modo secundum literam Hieronymi titulus est [victori pro hæredibus canticum David.] & sic potest intelligi quòd iste psalmus factus est pro victoria quam Dauid habuit ad literam. Et sciendũ, quòd Dauid fugiens, hæreditatem amisit per Absalonem, sicut habetur 2. Reg. 16. Vnde, sicut præcedẽs psalmus fuit pro liberatione & victoria contra Absalonem, ita hunc fecit pro recuperatione hæreditatis: quia Dauid reuerso in Hierusalem adhuc malitiose insurrexerãt sibi & quidam alii contra eum. Vnde 2. Reg. 20. mandauit Dauid Amasæ quòd vsque in diem tertium conuocaret omnes viros Iuda vt persequeretur Siba filium Bochri: quia magis afflictus est nos filius Bochri quàm Absalon. Pertransiuerat enim omnes tribus Israel vsque Abelam, omnesque electi congregati erãt ad eum: quo decapitato regnauit Dauid super omnem Israelẽ. In hoc ergo psalmo, secundum literam tria considerantur. Primo, petit exaudiri. Secundo, ostendit fiduciã suæ exauditionis ibi [mane exaudies.] Tertio, proponit petitionem, ibi [Domine dedec me.] Circa primũ, duo facit. Primo, petit exaudiri. Secundo, signat rationem exauditionis, ibi [rex meus.] Notandũ, quòd qui vult petere aliquid ab aliquo, sic procedit. Primo, desiderat quod vult petere. Secundo, meditatur verba proponenda Tertio, proponit ea apud exaudientem. Et econuerso auditor, Primo, percipit verba auditu. Secundo, intellectu capit sensum verborum. Tertio, inclinatur ad implendum desiderium petentis. Loquitur ergo Dauid ad deum, secundum similitudinem hanc. Et primo, petit primum: scilicet vt audiat verba eius exteriori auditu cum dicit. [Verba mea auribus percipe domine.] Secundo, petit sensum: scilicet intellectum verborum cum dicit [intellige clamorem meum] nõ exteriorem, sed interiorem affectum. psalm. 17. Clamor meus in conspectu eius. Hieronymus. [intellige murmur meum] quod cogitaui proponendũ: & consonat illi translationi quæ dicit [meditationem.] Tertio, petit tertium, scilicet exauditionem. [Intende voci orationis meæ] desit velis exaudire orationem meam. Psalm. 69. Deus in adiutorium meum intende.

¶ Sed nũquid Deus hæc seorsum facit, audit, intendit, exaudit? ¶ Dicendum, quòd metaphoricæ loquitur, scilicet vt omnia hæc approbet: verba exteriora, meditationem interiorem, & quæ proponit. Secundo, ponit rationem exauditionis, cum dicit [Rex meus.] Et est hoc principium versus secundum græcum. Ponitur autem triplex ratio exauditionis: duplex scilicet ex parte dei. Quarum vna est [rex meus.] Regis enim est gubernare. Ex quo ergo ad deum pertinet, pertinet ad eum necessaria prouidere. Hierem. 10. Quis non timebit te o rex gentium? Alia ratio est, quia [deus] Deus enim finis est voluntatum nostrarum & conseruator. Psal. 27. In deo sperauit cor meum & adiutus sum &c. Et ideo dicit [deus meus.] Isai. 8. Numquid non populus a deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis &c. Tertia ratio, sumitur ex parte orantis cum dicit [quoniã ad orabo domine] quasi dicat: conueniens est, quia promisisti orantibus exauditionem. Matth. 7. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti, aperietur. Nec refertur quòd dicit Hieronymus [deprecor.] Et hic dicitur [orabo.] quia hoc designat continuationem orationis sine intermissione, quasi dicat: ita [orabo.] quòd tamen semper deprecor. Luc. 18. Oportet semper orare & nõ deficere.

b ¶ Hæc est secunda pars Psalmi. Vbi primo, ostendit fiduciam se habere de exauditione. Secundo, fiduciæ rationem, ibi [Mane astabo &c.] Dicit ergo. [exaudies vocem meam mane] secũdum literam, idest cæleiter: quasi dicat, tẽpestiue. Hoc enim sperare debemus de deo quòd cito exaudiet. Isa. 30. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit respõdebit tibi. Idẽ penul. Adhuc illis loquentibus ego audiam. Ratio fiduciæ, ponitur cum dicit. [Mane astabo &c.] Nota quòd mane quadruplicitur dicitur: scilicet naturalis diei Gen. 1. Factus est vespere & mane, dies vnus. Item vitæ humanæ, & sic iuuentus dicitur mane Psalm. 89. Mane floreat & transeat. Item diei gratiæ in prima conuersione hominis ad deum, quia tunc incipit habere lumen gratiæ. Psalm. 89. Repleti sumus mane misericordia tua. Item æternitatis. Psal. 29. Ad vesperam, scilicet in vita præsenti demorabitur fletus, & ad matutinum, scilicet æternitatis lætitia. Duplex ergo ratio assignatur confidentiæ. Primo, quia mane astat, idest deo adhærebit & ad deum se præparat vnde Hieronymus habet [præparabor.] Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat deum [Mane] ergo diei, idest in matutinis. [astabo tibi] idest tibi intendã. Et hoc, quia tunc est homo liber a solicitudinibus & magis habet cor liberum ad cogitãdum de deo. Psalm. 62. In matutinis domine meditabor in te. Isaiæ. 26. Sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te, & exaudies vocem meam &c. Quia deuotos audit. Vel [mane] scilicet gratiæ, propulsis tenebris culpæ. [astabo.] & [cõtemplabor.] vt habet litera Hieronymi. 2. Reg. 23. Sicut lux auroræ mane absque nubibus rutilat oriente Sole &c. [exaudies vocem meam.] scilicet liberando a culpa & pœna. Vel [mane.] scilicet in die æternitatis. Iob. 38. Vbi erat cum me laudarent astra matutina &c. Et tunc homo totaliter exauditur. Vel [mane.] idest

g ¶ In pace in idipsum, dormiam & requiescã. Quoniam tu domine singulariter in spe: cõstituisti me.

In finem, pro ea quæ consequitur hæreditatem.

a PSAL. DAVID V.

Erba mea auribus perci-

ne.] idest a iuuentute.[astabo tibi.] Tren. 3. Bonum est viro cũ portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Ecclesi. vlt. Meměto creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ &c.[exaudies vocem meam] quia Prouer. 8. Diligentes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Secunda ratio fiduciæ est, quòd videt: vnde dicit [& videbo] & exponit hoc primo quomodo astet, cum dicit. [Ego autem in multitudine] primo dicit quid videt: scilicet qui sunt illi qui impediũtur ab exauditione, & quæ sunt huiusmodi impedimẽta:& isti sunt mali: vnde dicit videbo] scilicet [quoniã deus &c.] Vbi notanda sunt duo. Primo,

lignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

c ¶ Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum: abominabitur dominus.

d ¶Ego autem in multitudine misericordie tuæ, introibo in domũ tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

quòd mali excluduntur ab istis. Secundo, quòd inducuntur in mala pœnæ, ibi. [odisti omnes &c.] Circa primum, loquitur de deo sicut de aliquo homine qui diligit aliquos, seu odit. Vbi triplex gradus potest esse. quia alicui, peccatoris placet peccatum, alicui placet persona peccantis, alicui neutrum: sed tamen libẽter & sine indignatione videt eũ, hoc aũt non est in deo, quia deo non placet peccatum nec respicit ad familiaritatem peccatoris. Item dedignatur eum videre: & ideo dicit quantum ad primum [videbo quoniam tu non & deus volens iniquitatem.] idest non placet tibi. Quantum ad secundum dicit.[neque habitabit iuxta te malignus.] idest non habes eum in familiaritate tua. Psal. 200. Non habitabit in medio domus meæ &c. Item, idem. 25. Odiui ecclesiam malignantium. Quantum ad tertiũ dicit [neque permanebunt iniusti] idest peccatores. [ante oculos tuos.] scilicet approbationis. Abacuch. 1. Mundi sunt oculi tui, & respicere ad iniquitatem non poteris.

e ¶Hic ostendit quomodo inducuntur ad pœnam, & ponit triplicem ordinem. Triplex enim gradus est, quo modo aliquis odit aliquem. Primo, habet eum odio, volendo ei malum in corde. Secundo, hoc exequitur inferendo pœnam. Tertio, si quando puniuit tamen reconciliat eum sibi. Sed deus primo odit: vnde dicit. [Odisti omnes &c.] Sapien. 14. Similiter est odio deo impius & impietas eius.

¶ Sed contra Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt &c.

¶Respondeo, quòd deus fecit nõ odit: sed quod nõ fecit. s. peccatum. Sed si nos pertinaciter insistamus, peccatorem odit inquantum non reuocat & per penas ordinat. Secundo, infert pœnã:& ideo dicit. [perdes omnes qui loquuntur mendacium.] Sapien. 1. Os quod mentitur occidit animam. Nota quòd triplex est mẽdacium: scilicet pernitiosum, quod fit in nocumẽtum alterius siue spiritualis siue temporalis rei, puta in doctrina:& hoc est grauissimum. Iocosum, quod dicitur ad delectandũ. Officiosum, quo quis loquitur ad proficiendum siue temporaliter siue spiritualiter. Et secundum Augustinum, Nullum mendacium officiosum est sine peccato: quia si mentiris vt liberes aliquem hoc non est bonum: quia apostolus dicit Rom. 3. Non sunt facienda mala vt veniant bona. Præterea, omne malum posset fieri propter bonum: potest tamẽ officiosum esse aliquando veniale. Sed iocosum semper est veniale. Pernitiosum vero semper est mortale: & de isto hic intelligitur. Tertio, deus sic odit sicut pęnas inferens qui non reconciliatur: vnde subdit. [Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.] Illa abominamur quæ in cognitione nostra non patimur. Viri sanguinum dicuntur illi quorum affectus est ad effundendum sanguinem Prouerb. 1. Pedes eorum ad malum currunt:& festinant vt effundant sanguinem. 2. Regũ. 16. Egredere vir sanguinum. Dolosus est qui in dolo loquitur. Sed aduertendum, quòd ordinate procedit psalmista: quia primo, homo simpliciter operatur malum cogitando, & hos deus odit. Sed quando addunt malitiam exequendo, prouocant deum ad puniendũ. Sed quando perdurant, tunc deus abominatur. Prou. 17. Abominatio est deo vita impii &c. Cõsequẽter cũ dicit[Odisti.]

d ¶Ostendit, quomodo astat domino. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit quomodo accedit ad deum. Secundo, quã orationem porrigit, ibi[adorabo.]Dicet ergo aliquis sibi. Tu dicis quòd [non habitabit iuxta te malignus] Sed numquid non tu es peccator? Quomodo ergo astabis? Et ideo dicit. Non secundum mea merita., sed [in multitudine misericordię tuæ introibo.] idest appropinquabo tibi. [in domum tuam.] Vel ad literã dicitur templum, vel congregatio fideliũ 1. Thim. 3. Quomodo oporteat te in domo Dei conuersari quæ est ecclsia dei. Dan. 9. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante

F faciem tuam &c. Sed tu cum sis peccator, idest vir sanguinũ, quo modo appropinquas vel adoras? Certe [in timore tuo] Ecclesi. 1. Qui sine timore est, non poterit iustificari, Ideo dicit [in timore tuo] scilicet cum reuerentia.

e ¶Supra petiit orationem exaudiri: hic proponit eam. Et primo, orat pro se. Secundo, pro aliis. Circa primum, duo facit. Primo, proponit orationem. Secũdo, ponit eius rationem, ibi [quoniã nõ est.] Circa primum, duo petit: scilicet deduci & dirigi: & hoc ideo, quia homo in mũdo est sicut in via Esa. 30. Hæc est via: ambulabitis in ea. Qui autem vadunt per viã indigẽt duo-

e ¶ Domine deduc me in iustitia tua, propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

f ¶Quoniam non est in ore eorũ veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant.

G g ¶Iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis, secundũ multitudinem impietatũ eorũ expelle eos: quoniam irritauerũt te dñe.

bus: quia si via nõ sit secura indigent ducatu, vel dirigente si sit dubia. In mundo vndique sunt hostes. Psalm. 141. In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi. Item ignota est via. Iob. 3. Viro cuius abscondita est via &c. Et ideo primo petit. [Domine deduc me in iustitia tua] secundum iustitiam tuã, vel vt ambulem in tua iustitia: & hoc [propter inimicos meos] Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua [Dirige in conspectu tuo viam meam.] Alia translatio habet. [Dirige in conspectu meo viam meam.] Prima concordat cum Hie-
H ronymo. Secunda, cum græco: sed tamen idem est sensus, quasi dicat. Domine sum in via occulta. Prouer. 14. Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem deducit ad mortẽ: & ideo[Dirige me in conspectu tuo] idest secundum tuam prouidentiam, quia tibi nihil est occultum. Vel in conspectu tuo.] vt tibi semper placeam. Vel [in conspectu meo viam tuam.] vt scilicet semper sit in corde meo, vt te semper sequi possim. Deinde cum subiungit [Quoniam.]

f ¶Assignat rationem petitionis, & describit inimicos & periculum imminens. Primo, ex defectu boni Secundo, ex abundantia mali, ibi, quia [cor eorum &c. Defectus quidem est, quia si seruarent pacem possem eis pacificari & secure incedere Sed [non est in ore eorum veritas] quia aliud habent in ore, & aliud in corde. Osee. 4. Non est veritas: & ideo non possum secure incedere. Item, ex abundantia mali. Et primo, quantum ad meditationem cum dicit [cor eorum vanum est] idest vana meditan-
I tur, ad quæ attingere non possunt: scilicet decipere pauperes qui custodiuntur a te. Eccl. 11. Multæ insidiæ sunt dolosis. Secundo, ex auiditate: quia [sepulchrum patens est guttur eorũ] guttur seruit ad gustũ & locutionem. Vno modo potest legi, vt exponatur secundum quòd ordinatur ad locutionem, quasi dicat. [Guttur eorum est sepulchrum patens] Nam sicut sepulchrum est locus mortuorum, & de eo egreditur fętor, ita locutiones eorum mortificant alios: vel spiritualiter, vel corporaliter. 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Item fętida sunt eloquia talium, quia turpia loquuntur. Eccl. 11. Eructant præcordia fœtentium. Alio modo vt exponatur quantum ad comestionem & auiditatem: & hoc possumus accipere vel ad literam & sic sunt [sepulchrum patens.] quia sunt voraces. Et propter hoc vt impleant voracitatem suam adulantur, & inique agunt. Vel figuraliter: & sicut sepulchrũ quantum est de se paratum est ad suscipiẽdum mortuos, sic isti semper sunt parati ad
K decipiendum. Hierem. 5. Pharetra eius quasi sepulchrum patẽs. Tertio, quantum ad eorũ oppressionem. [linguis suis &c.] quasi dicat: per verba blanda ducunt ad mortem. Rom. 16. Per dulces sermones, & blande, seducunt corda innocentum. Hierem. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum &c. Hæc potest esse oratio iusti & ecclesiæ. Consequenter cum dicit [Iudica.]

g ¶Orat pro aliis. Et primo, contra malos. Secundo, pro bonis, ibi. [Et lætentur] Circa primum, tria facit. Primo, petit eorum iudicium. Secundo, determinat iudicii modum, ibi.[Decidant &c.] Tertio, assignat iudicii causam, ibi [quoniam irritauerunt.] Dicit ergo [Iudica illos.] ex quo sunt mali. Sed aduertendum, quòd duplex est iudicium: scilicet discretionis quo etiã boni iudicantur. Psalm. 42. Iudica me deus & discerne causam meam &c. Secundo, condemnationis. Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Hic loquitur de iudicio condemnationis, quo mali iudicabuntur in extremo iudicio: vnde Hieronymus habet [Condemna eos deus.]

¶ Sed contra Matth. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

¶ Respon-

¶Respondeo. Dicendum, quòd prophetæ in sua prophetia non loquebãtur voluntate propria. 2. Pet. 1. Nõ.n. voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto &c. Et ideo quę proferebant dicebãt sm intellectum diuinæ iustitiæ: & ideo hæc erant magis prædicationes futurorum, quàm orationes eorũ: vnde [Iudica] idest, scio quòd iudicabis. Modus iustitiæ duplex ponitur. Primo, vt deficiant ab intento. Secundo, vt remoueantur a loco. Per primum, impediuntur mala quæ intendunt: & ideo dicit. [Decidant a cogitationibus suis,] idest

h ¶ Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabũt, & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.

i ¶Quoniam tu benedices iusto. Domine, vt scuto bonæ volũtatis tuæ coronasti nos.

consiliis. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ &c. Vel [decidant.] idest puniantur propter cogitationes suas. Rom. 2. Cogitationum accusantium &c. Sed per secundum, expelluntur a societate bonorum: vnde sequitur [secundum multitudinem &c.] Hoc erit tunc, quando Matth. 25. dicetur. Ite maledicti &c. Iob. 18. Expellet eum de luce in tenebras &c. Et dicit[secundum multitudinem impietatum] quia secundum eas erit modus condemnatiuns. Deutero. 25. Pro mẽsura delicti erit & plagarum modus. Causa ponitur. [quoniam irritauerunt] idest ad iram prouocauerunt. Hoc in deo non irã sed voluntatem puniẽdi ostendit. Alia litera [amaricauerunt te] qui dulcis es, in te pertinaciter peccando. Peccatores primo peccant, post aggrauant peccatum suum ex pertinacia, & deus tunc non parcit: sed irritatur, idest inducitur ad vindictam. Rom. 2. An ignoras quòd benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam. Deut. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non est deus &c. Consequenter cum dicit. [Iudica.]

h ¶Ponit petitionem. Et primo, ponit eam. Secundo, subdit expositionem. [In æternum.] Circa primum, duo facit. Primo enim, ponit quid petit, quia lætitiam: vnde dicit [lætentur] hoc est enim finis bonorum omnium. Psal. 67. Iusti epulẽtur & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia. Secundo, quibus petit, quia sperantibus: vnde, [qui sperant in te.] Consequenter cũ dicit [in æternũ exultabũt] exponit primo & dicit [Lætentur] Secundo, cum dicit [sperent] ibi [quoniam tu benedixisti iusto] Lætitia namque sanctorum in patria est sempiterna: & ideo dicit [in æternum] & secura: vnde addit [& habitabis in eis] plena, propter quod subdit.[Et gloriabunt &c] Sempiterna quidem est non temporalis. Esa. 51. Lætitia sempiterna super capita eorum &c. Secura absque perturbatione. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ: & ideo dicit [& habitabis in eis.] sicut protector: vnde Hieron. habet [& proteges eos.] Apoca. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus & habitabit cũ eis. Est etiam plena: & hoc patet ex quatuor, Primo, ex gloria inde concepta: vnde [gloriabuntur] quia non gloriatur de re nisi habeat eam excellenter. Sancti vero excellentissime deum habent: ideo dicit [gloriabuntur.] Secundo, ex materia: quia gloriantur de re plenissima, & de omni bono. Ioan. 16. Vsque modo non petistis quicquàm in nomine meo, petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Ioan. 15. Vt gaudium meum in vobis sit &c. Et ideo dicit [in te.] Tertio, ex societate: quia solus homo non potest bene gaudere de aliquo, sed quando amicos habet secum participes illius boni. Et ideo dicit [omnes]. Psalm. 86. Sicut lætantium omniũ habitatio est in te. Quarto, ex perfectione [qui diligunt] Hoc enim proprium est amicorum gaudere de bono amici, nec facile homo dimittit quod diligit. Consequenter cum dicit. [Et lætentur]

i ¶Ostendit quare sperant. Quia primo, de dono gratiæ. Secundo, ex misericordia prædestinationis &c. Ex dono namque gratiæ: vnde ait. [Quoniam tu benedixisti iusto] dando scilicet eis specialem gratiam. Ephes. 1. Benedixit nos omni benedictione spirituali in cælestib[9]. Et misericordia prædestinationis. Ephe. 1. Prædestinati sumus secũdum propositum voluntatis eius, qui operatur omnia in omnibus: & hoc est quod ait. [Scuto bonæ voluntatis] scilicet æterna voluntate misericordiæ suæ, quæ ab æterno disposuit saluare. Ephesi. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem: vt essemus sancti & immaculati. Quod autem ait [vt scuto] innuit quòd ipsa voluntas dei bona est: sicut scutum contra omnia mala. 2. Reg. 23. Dominus scutum & robur meum &c. Vel est hic vt scutum protegens, in patria vero vt scutũ coronans. Consuetudo namque fuit Romanis antiquitus vti scutis rotundis: & in illis habebant spem victoriæ, & quando triũphabant illomet scuto vtebantur vt corona. Et inde sancti pinguntur cum scuto rotundo in capite: quia de hostibus adepti triumphum, scutũ rotundum ad instar Romanorum gerunt in capi-

A te pro corona. Dicit ergo [Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos] quasi dicat. Pro scuto coronationis nostræ habemus bonam voluntatem tuam quæ nos hic defendit, & ibi coronat.

a PSAL. VI.

IN præcedenti Psalmo, petiit Dauid vt deduceretur in via iustitiæ ꝑpter inimicos: hic autem vt lapsus reparetur. Et videtur hic psalmus exprimere affectus hominis, qui pro peccatis castigatus & in manibus inimicorũ datus, pænitentia peracta liberationem obtinuit: & ideo hic est primus psalmus

In finem in carminibus pro octaua.

a PSAL. DAVID. VI.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

B septem pænitentialiũ. Qui septem sunt propter septẽ dona sanctispiritus, per quem quis pænitet: & omnes incipiunt a luctũ & terminantur in lætitiam: quia per planctum pœnitentiæ peruenitur ad regnum gloriæ. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Titulus talis est. In finem psalmi Dauid pro octaua. Hieronymus transtulit. Victori in psalmis super octaua canticum Dauid. De isto titulo restat videre, quid sibi velit hoc quod dicitur pro octaua. Nam cætera exposita sunt. Sciendum ergo, quòd tituli ab Esdra facti sunt partim secundum ea quæ tũc agebantur, & partim secundum ea quæ contigerunt. Habetur enim in historia Leuit. 23. quòd in mense septimo Iudæi faciebant festum tabernaculorum septem diebus: & octauus dies inter omnes erat cæleberrimus. Erat enim dies cęt[9] atque collectæ: quæ fiebant pro necessariis ad cultum diuinũ & pauperibus. Et forte Dauid fecit hunc psalmum in ista solennitate, & dicebatur
C in octauo die. Pertinet autem festum istud ad misterium: quia per octo significatur resurrectio, quando colligentur omnes a quatuor ventis a summo terræ vsque ad summum cæli, Matth. 13. Vel dicitur octaua propter quorundam falsam opinionem: qui dicebant quòd post septem millia annorum futura esset resurrectio, domino ad iudicium veniente. Sed nulli hoc tempus notũ existit. Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta &c. De die autem illa & hora nemo scit: neque angeli cælorum nisi pater solus. Vnde alia ratio est, quare per octauam designatur resurrectio: quia in præsenti sæculo duplex vita est. Vna qua vacat homo rebus corporalibus, alia spiritualibus. Prima vita, significatur per quaternarium, quia est numerus corporum: vt etiam dixit Plato: quia per ipsum significantur dimensiones. In solidis namque primus numerus corporalis est pyramis, vt tradit Boethus in arithmetica sua. Cũ igitur pyramis illa sit prima, quæ triangula basi in altitudinem se tollit, sequitur quòd qua-
D ternari[9] sit primus numerus solidus: vt verbi gratia, posito triãgulo super tres angulos erigantur lineæ: & ad vnum medium punctum vertices iũgant sit pyramis: cuius basis est vnũ triangulum, latera vero triangula. Secunda vero vita, quæ spiritualis est, significatur per trinarium. Nam in planis figuris, ternarius primus numerus superficialis existit. Et idem Boethus in eodẽ libro dicit. Est enim prima superficies triangularis omni prorsus crassitudine carens. Septenarius quod ex huiusmodi quaternario & trinario constituitur, succedit octaua resurrectio, corporum scilicet, & animarum. In glosa tamẽ alia ratio assignatur, vt dicatur quòd ad corpus pertinet quaternarius: quia constat ex quatuor elementis & quatuor afficitur qualitatibus, scilicet sicca & humida, calida, & frigida: & quatuor temporibus administratur Vere: Aestate: Autumno: & hyeme. Ad animam vero pertinet trinarius propter tres vires animæ, scilicet rationabilem: irascibilem: & concupiscibilem. Peracta vero vtraque vita scilicet
E corporali & spirituali quasi septemnario numero trãsacto, veniet dies iudicii & suis vnicuique pro meritis ius reddetur. Vel ideo per octauam significatur resurrectio, quia octaua ætate erit. Nã prima ætas, currit ab Adam vsque ad Noe. Secunda, a Noe vsque ad Abraham. Tertia, ab Abrahã vsque ad Dauid. Quarta, a Dauid vsque ad trãsmigrationem Babylonis. Quinta, a transmigratione Babylonis vsque ad Christum. Sexta, a christo vsque ad finẽ mundi: currunt simul sexta & septima ætas. s. quiescentiũ & laborantium: & post has erit octaua ætas resurgentium. Diuiditur autem psalmus iste in tres partes. Primo enim, ponitur pænitentia. Secundo, pœnitentiæ fletus, ibi. [Laboraui &c.] Tertio, vtriusque fructus, ibi [discedite.] Sed homo existens in peccato, tria incommoda patitur a quibus petit liberari. Primum est, peruersitas actus. Secundum est, vulneratio naturæ & debilitas. Tertium, reatus pœnæ, imminens. Primo ergo petit liberari a primo: & ideo dicit [Domine ne in furore &c.] Secundo, contra secundum: & ideo addit orans. [Miserere mei &c.] Tertio, contra tertium: & ideo subiungit [sed tu domine &c.] Dicit ergo

[Domine

[Domine ne in furore tuo] A malis actibus liberat aliquis aliquem, arguendo verbis & corripiendo penis: & vtrumque facit deus. Sed argutio quandoque fit ad emendationem, & hoc est [in misericordia] Psalm. 140. Corripiet me iustus &c. Quandoque ad condemnationem & hoc est iræ: & ideo dicit [Domine arguas me] sed [non in furore] quia hoc ē vindictæ: & hoc fiet in iudicio, quando dicet Matth. 25. Discedite a me maledicti &c. Esuriui .n. &c. Esa. 3. Ardens furor eius: & grauis ad portandum &c. Modo autem arguit sed nō in furore: quia ad emēdandum arguit, & non ad condemnandum: & hoc petit iste cum dicit [neque in ira tua corripias me] quasi dicat. Corripe me, sed non in ira vel in furore, sed per flagella temporalia. Aug. Hic vre hic seca, vt in æternum parcas. Hier. 10. Corripe me veruntamen non in iudicio. Deinde cum dicit [Miserere.]

b ¶ Miserere mei domine quoniā infirmus sum: sana me domine, quoniam cōturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo? Conuertere domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

c ¶ Quoniam nō est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?

d ¶ Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

e ¶ Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

b ¶ Petit liberari a secundo: scilicet a vulneratione naturæ & debilitate. Et primo, in generali infirmitatem exponit. Secundo, in speciali, ibi [sana &c] Dicit ergo [Miserere mei domine quoniam infirmus sum] Peccatum est spiritualis infirmitas. Nā infirmitas corporalis, ex solutione debitæ proportionis humorū accidit. Sic quando affectiones animæ non sunt proportionatæ, est ibi spiritualis ægritudo: & ideo dicit [infirmus sum] Glosa. Infirmus sum natura & vitio, adeo quòd iustitiam tuam sustinere nequeo. Sapien. 9. Seruus tuus ego sum: & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis: & minor ad intellectum iudicii, & legum. Deinde cum dicit [sana &c.] exponit in speciali quomodo sit infirmus: & hoc dupliciter. Primo, quia amisit suam fortitudinem. Secundo, quia perdidit suam discretionem, ibi [Et anima mea turbata est &c.] Dicit ergo [sana me domine] Hierem. 17. Sana me domine & sanabor &c. Quia si homo est liber a peccato, aptus est ad retinendum gratiam & virtutes quæ sunt fortitudo hominis: & ideo [sana me domine] Et hoc oro, quia [ossa mea] idest fortitudo mea, animæ scilicet meæ virtus & fortitudo. [tubata est] Item turbatur discretio, inquantum peccatori videtur recte agere cum peccat: & ideo dicit. [Et anima mea turbata est valde] quia peruersum habet iudicium de agendis: vt scilicet quod bonum est iudicet esse malū & econuerso. Deinde cum dicit. [sed tu domine &c.] Orat contra reatum damnationis. Vbi tria facit. Primo enim, ostendit periculum imminere. Secundo, petit auxilium gratiæ, ibi. [Conuertere] Tertio, exponit periculum imminens, ibi. [quoniā nō est in morte &c.] Dicit ergo [infirmus sum] non possum per me surgere. [sed tu domine] qui potes. [vsquequo] non exaudies? Psalm. 12. Vsquequo domine obliuisceris me in finē &c. In hoc videbatur periculosum sibi, quòd non conuertebatur. Eccles. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te. Abacuch. 1. Vsquequo clamabo & non exaudies, vociferabor ad te verum patrem: & non sanabis &c. quasi dicat. Quandiu ero in peccato & non dabis auxilium vt resurgam? & ideo petit auxilium dicens. [Conuertere &c.] Et tangit tria: scilicet conuersionem, ereptionem, & saluationem. Oculus hominis non illuminatur a sole nisi habeat directam oppositionem ad illum: ita anima si debet recipere lumen diuinum debet habere directū aspectum ad deum: & huiusmodi directus aspectus semper est paratus a deo: sed homo auertit se, & oportet quòd deus cōuertat inquantum prius conuertitur ad nos, conuertendo nos ad se: & ideo dicit.]Conuertere] Tren. 4. Conuerte nos domine & cōuertemur ad te &c. Si aliquis compeditus traheretur ad suspendium ac videret aliquem de quo confideret, rogaret attente ac diceret, eripe me. Hoc modo orat iste dicens. [Eripe animam meam] quasi dicat: eripe me tractum ad peccatum, ductum ad mortem. Prouerb. 24. Eruæ eos qui ducuntur ad mortem. Psal. 68. Eripe me de luto vt non infingar &c. Colos. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum. Item. [Saluum me fac] Postquàm liberaueris me a malis perduc ad salutem. Psalm. 62. In ipso salutare meum: & hoc non propter merita mea, sed [propter misericordiam tuam] ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit. Deinde cū dicit. [Quoniam],

c ¶ Ostendit periculum imminens. Et primo, periculum præsentis mortis, scilicet naturalis. Secundo, damnationis æternæ a qua non est reditus, vnde [Quoniā non est in morte] idest post mortem. [qui memor sit tui] scilicet cogitando bonitatem tuam, si de ea nō fuit memor in vita. Et hoc ideo, quia aīa rationalis nō habet flexibillitatem arbitrii post mortem. Eccles. 11. Siue ceciderit lignum ad austrum, siue ad aquilonē, in quocumque loco ceciderit ibi erit. Secundum periculum est, quia in inferno est obstinatio & non est ibi confessio: illa scilicet de qua dicit apostolus Rom. 16. Ore autē fit confessio ad salutem: & ideo dicit [in inferno autē qui cōfitebitur tibi] Vel aliter [in morte] scilicet peccati. [qui memor sit tui] quasi dicat. Te deprecor eripe animam meā ne consentiam: quia in peccato meo non ero memor tui. Danielis. 13. Declinauerunt oculos suos vt non viderent cælum: nec recordarentur iudiciorum iustorum. [in inferno autem] idest in profundo peccatorum. [quis confitebitur tibi] Prouerb. 8. Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnet. Deinde cum dicit. [Laboraui]

d ¶ Ponit gemitum pęnitentis: vbi tria videtur tangere. Primo, tristitiam cordis. Secundo, defectum rationis, ibi. [Turbatus est] Tertio, infirmitatem virtutis, ibi. [Inueteraui] Tristitia cordis tripliciter indicatur. Primo, per gemitum & suspiria. Secūdo, per corporis inquietudinem. Tertio, per lachrymas. Quantum ad primum dicit. [Laboraui in gemitu meo] scilicet suspirando. Tren. 1. Multi gemitus mei: & cor meum mærens &c. Psalm. 37. Rugiebam a gemitu cordis mei. Dicit autem. [Laboraui] quia labor est pugnare contra se: & tamen labor iste bonum fructum habet. Sapien. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Quantum ad secundum dicit. [lauabo] vbi duo ponit, scilicet luctum & stratum: & hæc duo licet pro eodem accipiantur, tamen proprietatem sequimur. Stratum dicūtur panni, qui sternuntur in lecto. Lectum, illud quod subtus ponitur: & dicitur lectus ab eligendo, scilicet stramina & similia, vnde fit lectus Per hoc ergo quod dicit [lauabo per singulas noctes lectum meum] dat intelligere quòd qualibet nocte surgebat & appodiatus iuxta lectum plorabat. Litera Hieronymi est. Natare faciam lectum meum] & est parabolica locutio. Vel [natare faciam] idest ad modum natantis faciam habere ex inquietudine mea in eo. Dicit autem. [lachrymis stratum meum rigabo] quia etiam in lecto iacens plorando perfundebat pannos lecti, quasi irriguum lachrymarum. Moraliter lectus in quo homo quiescit est conscientia: hanc lauat homo per lachrymas in pęnitentia. Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum. Per stratum vero designantur peccata, quæ supersternuntur conscientiæ, quæ quidem abluenda sunt lachrymis. Nam lachrymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri. Glos. Treno 2. Defecerunt præ lachrimis oculi mei &c. [Per singulas ait noctes] idest per singula peccata. De singulis enim peccatis debet homo pœnitendo plorare. Datur autem hic intelligi quòd pęnitēs habeat vices interpolatas: quia inter bona quæ faciebat aliquando peccabat, & de singulis plorabat: vnde non non dicit per vnam, sed per singulas noctes. Dicit autem [rigabo] per inundantiam lachrymarum. Hierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis &c. Tren. 2. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem: & nocte ne taceant pupillæ oculi tui. Consequenter cum dicit. [Turbatus]

e ¶ Ponit defectum rationis. Tristitia enim est causa iræ: & ideo tristis irascitur de facili. Ira autem semper turbat oculum rationis. Turbati autem minus præuident: & ideo dicit. [Turbatus est oculus meus] idest ratio mea, sed a furore aliorum: irascebatur enim Dauid & turbabatur, quādo videbat insurrexisse contra se Absalonem filium suum, & consiliarios eius. Vel a furore suo: quia turbabatur contra peccata propria. Recognoscebat. n. in statu persecutionis illius, quòd propter peccata sua iuste affligeretur: & hæc ira non cæcat, sed turbat. Alia vero ira excæcat. Vel a furore tuo domine deus quo me punis, quasi prouocatus a me: quia te turbaui. Esai. 38. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum. Iob. 16. Facies mea intumuit a fletu & planctu &c. Tertio, ostendit infirmitatem virtutis, cum ait, [inueteraui &c.] Quando aliquis in iuuentute victoriosus fuit & fortis si postmodum patiatur non solum ab extraneo, sed etiam a suis reputatur senescere. Ita Dauid qui iuuentute sua vicerat omnes, modo autem fugiebat filium suum, dicit [inueteraui] scilicet aliorum reputatione. [inter omnes inimicos meos] manifestos scilicet & occultos. Hebr. 8. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Vel peccator inueterascit, recedens a nouitate christi, de qua dicit apostolus Rom. 9. In nouitate vitæ ambulemus: ut seruiamus in nouitate spiritus. Ro. 7. Glos.

Glos. Seruiamus operibus noui hominis, idest christi, quæ non nostris viribus vel lege attingimus, sed gratia Spiritussancti. Scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est. Roman. sexto. Vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Per quam seruitutem reducitur quis in vetustatem peccati, mēbrum factus veteris hominis: propter quod monet apostolus & suadet Rom. 12. Reformamini in nouitate sensus vestri, vel mentis vestræ. Reformamini dicit glos. quia in Adam fuistis deformati in nouitate &c. Nouum hominem, scilicet christū: videlicet, imitantes hanc vetustatem & deformitatis miseriam, propheta sub interrogatione deplorat dicens. Baruch. 3. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena & cætera. Et consonat ei quod hic dicitur [inueteraui inter omnes inimicos meos] vel dæmones: vel omnia peccata quibus omnibus consensi: & sic hoc quod dicit [inueteraui] secundum hunc sensum est materia gemitus, quasi dicat: ideo [lauabo &c.] quia [inueteraui] veterē hominem imitatus, vitiis omnibus me subiiciens: & tunc hoc quod dictum est [Turbatus est &c.] refertur ad statum pænitentis. Vel potest referri ad materiam iustitiæ: & hoc quantum ad statum peccati, quasi dicat: ideo [inueteraui] idest peccaui, quia [oculus meus] idest caro mea turbata est [a furore] idest ab impetu passionis. Psalm. 57. Supercecidit ignis, scilicet concupiscentiæ secundum glos. Augustini. Et non viderunt solem, scilicet iustitiæ. Daniel. 13. Concupiscentia subuertit cor tuum. Item, idem. Exarserunt in concupiscentiam eius &c. ut neque recordarētur iudiciorum iustorum. Ab impetu ergo passionis dicit Dauid, in eo forte turbatum oculum rationis vt non videret cælum, & hoc fuit in concupiscentia Bersabee. 2. Reg. 11. quam ad se vocatam cognouit. Et postmodum cognito quòd esset grauida, ad crimen adulterii addidit crimē homicidii. Vnde Vrium virum Bersabee proditorie iussit occidi: pro quibus peccatis grauissimis, iusto dei iudicio passus est a filio persecutionem. [Discedite]

f ¶ Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniā exaudiuit dominus vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationē meam: dominus orationem meā suscepit.

g ¶ Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

f ¶ Hæc est tertia pars principalis, in qua fructus pœnitentiæ ponitur: vnde hic se exauditum ostendit, & exinde gratulatur. Et circa hoc, tria facit. Primo enim, repellit a se inimicos. Secundo, confitetur se esse exauditum, ibi. [Quoniam exaudisti] Tertio, prænunciat inimicorum euentum, ibi. [Erubescant] Dicit ergo. [Discedite &c.] Detur quòd aliquis propter peccatum afflictus fuerit, post datam indulgentiam insultare potest inimicis, vel inducentibus ad peccatum, vel persequentibus corporaliter. Ad literam Hieronymus dicit. [Discedite a me] inducentes me ad peccatum: quia societatem vestram nolo. 2. Corinth. 6. Propter quod separamini dicit dominus & immūdum netigeritis, & ego recipiam vos: vel [Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem] idest vos operarii iniqui persequendo me iniuste. [Discedite] inquàm [a me] quia dominus mecum est tamquàm bellator fortis. Hierem. 29. Vnde psalm. 7. Si consistant aduersum me castra, nō timebit cor meum. Et per hoc signatur futura persecutio: & separatio malorum a bonis. Matth. 13. Separabunt malos de medio iustorum. Item, eiusdem. 25. Separabūt eos ab inuicē, sicut pastor segregat &c. Et infra eodem capitulo. Discedite a me maledicti &c. Consequenter cum dicit [qm̄ exaudiuit] pūūtiat se exauditū. Vbi aduertendum est, ꝙ superius tria præmisit .s. orationem cum dixit. [Miserere] Secundo, deprecationem vt liberaretur. [Conuertere] Tertio, luctum. [laboraui &c.] Et hæc tria dicit exaudita ordine retrogrado. Et primo gemitum, dicens. [Exaudiuit dominus &c.] Gemitus sanctorum vocē habet apud deum. Eccl. 35. Non despiciet uocem pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nōne lachrymæ viduæ ad maxillam descēdunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælum, & dominus exauditor delectabitur in illis. Et Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Propterea dicebat illa sancta domina Iudith. 8. Indulgentiam eius cum lachrymis postulemus. Secūdo, [deprecationē] Est nāque deprecatio proprie s̄m glo. Cassiodori, pro remouendis malis. Luc. 1. Exaudita est deprecatio tua. Dicit ibi glo. qua rogasti pro liberatione plebis. Vt ergo ostēdat se liberatū a malis pro quibus rogauerat dicen [Cōuertere &c.] Subiungit hic. [Exaudiuit dñs deprecationē meam] Tertio, orationem: vt scilicet intret in conspectu eius: & hoc est quod sub infert, [Dominus orationē meam suscepit] Et nota, quòd ponit hic ter [dominus] vt ostendat se exauditum a tota Trinitate. Psalm. 66. Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus. Consequenter cum dicit [Erubescant]

g ¶ Ponit inimicorum euentus: ac si diceretur. Tu dicis inimicis tuis. [Discedite] Sed quid erit eis discedētibus a te? Certe [Erubescant &c.] Hæc verba possunt exponi in bono & in malo. Si in bono, tūc dicta sunt per modū orationis. Vbi petit quatuor pro eis: scilicet erubescentiam de peccatis: quia hoc est principium emendationis vitæ. Eccl. 4. Est confusio adducens gloriam. Vnde [Erubescant] Secundo, dolorem de peccatis. [Conturbentur] Psalm. 59. Commouisti terram & conturbasti eam &c. Debet enim pœnitens habere vehementiam doloris, plus quàm habuerit delectationem in peccato. Tertio, conuersionem ad deum. Vnde [Conuertantur. [Esa. 31. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filii Israel. Et quarto, erubescentiam. [Erubescant & conturbentur vehementer &c.] Est autem erubescentia, principium & finis emendationis. Sed aliter posset reddi ratio: quia scilicet a principio erubescit quis oculos hominum & ex hoc dolet & vitat mala, in fine vero erubescit oculum rationis suæ, & oculum dei. 1. Rom. 6. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nūc erubescitis? De 2. Luc. 18. Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad cælū leuare. Hoc autem fieri debet. [valde velociter] vt non tardetur. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum &c. Si autem accipiantur in malo, tunc per modum prænunciationis intelligenda sunt: quasi dicat. [erubescant] præ detectione peccati eorum coram omnibus. Esa. 1. Erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluens foliis &c. [Et conturbentur.] timore & tristitia mirabili. Sapien. 5. Turbabuntur timore horribili &c. Et ideo dicit. [vehementer omnes inimici mei, conuertantur] recognoscendo culpam propriam & gloriam sanctorū. Sapien. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii: nos insensati &c. [Et erubescant] quia erit eis hęc recognitio ad confusionem: & hoc [valde velociter] Esa. 30. Subito dum non speratur veniet contritio eius &c. Iob. 21. In puncto ad inferna descendunt. Thess. 5. Dies domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax & securitas &c.

In finem psalmus Dauid quem cantauit domino pro uerbis chusi filij gemini.

a PSAL. VII.

DOmine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Ne quādo rapiat

a PSAL. VII.

SVPRA premissi sunt psalmi pro liberatione ad hostibus: hic ponitur psalmus in quo petit vindictam de eis: & praponitur titulus talis. In finem quem cantauit domino pro verbis Chusi filii gemini. Historia habetur. 2. Reg. 17. quòd dauid fugit a facie filii sui & Achitophel sapientissimus adhæsit Absaloni. Chusi vero adhęsit Dauid: quem remisit vt sciret cōsilia Achitophel, & ea sibi significaret. Cum autem Achitophel consilium dedisset Absaloni nociuum valde patri suo Dauid, scilicet vt statim eū inuaderet antequàm tutaretur alicubi, Chusi secreto significauit Dauid, vt de campestribus fugeret vbi erat, & transiret Iordanē ad loca munitissima. Isto ergo nuncio Chusi audito Dauid, hoc canticum cecinit domino: & ideo dicitur hic, Quem cantauit dño pro verbis Chusi filii gemini. Dicitur aūt filius gemini, quia forte de tribu Beniamin erat: vel ex aliquo descēderat qui habebat hoc nomē. Hieronymus nō habet, In finē nec p victoria, sed pro ignoratione, vel ignorātibus. Et dicit. Super verbis Aethiopis [tamē nescitur an fuerit Aethiops, Mysticè autē hic psal. potest esse ecclesiæ & cōtra persecutores. Et dicitur pro verbis Chusi qui interpretatur silentium: sed gemini dextera, quasi dicat. Occulto diuinæ prouidentiæ iudicio factum est vt Achitophel qui fratris ruina interpretatur, scilicet Iudas Scariothis in ruinā, idest in mortem fratris sui Christi videlicet, Qui nō cōfunditur eos vocare fratres. Heb. 2. consilio & auxilio conspirauit. Sed quod ille ad pernitiē vnius hominis fecit, Christus ad salutē omnium inflexit vt dicit August. in glosa. Hic autem psalmus habet tres partes. Primo, ponitur oratio. Secundo, exauditio, ibi. [Dominus iudicat] Tertio, gratiarum actio. [Confitebor domino] Circa primum, duo facit. Primo, orat vt liberaretur ab hostibus. Secundo, vt hostes deprimantur, [Exurge domine in ira tua] Circa primum, duo facit. Primo, petit misericordiam. Secundo, allegat suam inocentiā. [Domine deus meus si feci istud]

Circa

Circa primum, tria facit. Primo, præmittit orantis affectionem. Secundo, proponit petitionem [saluum me fac] Tertio, petitionis rationem. [Nequando rapiat] Affectus orãtis est vt speret in domino. Eccle. 2. Quia nullus sperauit in domino & confusus est: & ideo dicit. [In te sperauj] Petitio est duplex: petit enim saluari & liberari secundũ Dion. Liberari est re mouerí a malo. Saluari cõseruari in bonis. Sic ergo petit q̃ saluetur a corruptione hostium & liberetur ab eis. Et põt ĩtelligi *de corporalibus* hostib⁹ & de spiritualibus, quasi dicat. [Saluum me fac] ab hostibus & a tentationibus Psalm. 21. Salua me ex ore leonis. Item, ibidem. Libera animam meam a malignitate eorum. Ponit petitionis rationem, cum dicit. [Nequando rapiat &c.] quasi dicat. Nisi subuenias mihi deuorabit me Absalon, sicut leo. 2. Reg. 15. Surgite fugiamus: neque erit nobis refugium a facie Absalonis. Et supra dicit in *plurali*. [Ab omnibus persequentibus] hic in *singulari*. [nequando rapiat vt leo] quia omnes sub vno capite comprehenduntur. Spirituales sub vno diabolo: corporales sub Absalone. De primo 1. Petri 5. Aduersarius uester tãquàm leo rugiens &c. psalm. 9. Insidiatur in abscondito, quasi leo &c.. [Rapiat] quasi subito. [Et velociter] Ioan. 10. Lupus rapit: quia *diabolus* insidiose facit. Et hoc faciet [dum non est qui redimat &c.] Redimitur quis, dum liberatur a malo: & hoc refertur ad liberationẽ a pœna. Osee. 13. De morte redimam eos. [Neque qui saluum faciat] per liberationem a culpa. Matth. 1. Ipse saluũ faciet populum suum a peccatis eorum. Hieronymus. [Ne forte capiat vt leo animam meam, & laceret: & non sit qui eripiat] Deinde allegat suam innocentiam. [Domine deus meus si feci istud] Et hoc potest intelligi dupliciter: vel per modum iuramenti, vel prænuntiationis. Si per modum iuramenti, sic sciẽdum est quòd duplex est iuramẽtũ: scilicet per contestationem, sicut ad Rom. 1. Testis est mihi deus cui seruio in spiritu meo &c. & per execrationẽ ut cum dicitur. Si ita feci sic contingat mihi. Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinam illius qui me oderat &c. 2. Corin. 1. Ego testem deum inuoco in animam meam: quasi dicat. Si non sum innocens rapiat me. Vel potest intelligi per modum prænuntiationis, quasi dicat. Si ego sum in istis defectibus, hæc erit pœna mea. [Decidam &c.] Et secundum hoc, excludit primo a se culpam. [Si feci istud &c.] Secundo, determinat sibi pœnam. [Decidam &c.] Excludit autem a se culpam, primo in generali, cum dicit. [Domine deus meus si feci istud] Quid [istud?] Peccatum scilicet superbie secundum glos. quod est quasi vniuersale peccatum. Eccl. 10. Initiũ omnis peccati superbia. Vel aliter. [Istud] Quia quando quis patitur tribulationem aliquam ex culpa sua, dicitur ei. Tu fecisti tibi istud: quasi dicat, Tu es in causa, vt hoc fiat. Et sic dicit. [Si feci istud] ego huic persecutiõi causam dedi. 2. Reg. 8. Faciebat Dauid iudicium & iustitiam cũ populo suo. Mich. 7. Iram domini portabo: quia peccaui ei &c. Secundo, cũ dicit. [Si est iniquitas &c.] Excludit culpam in speciali: vbi tria facit. Nam primo, dicit quòd nulli fecit iniuriam: & ideo dicit. [Si est iniquitas] Iob. 41 Si iniquitatem quæ est in manu &c. 2. Reg. Animaduerte & vide, quòd non est in manu mea malũ: neque iniquitas. Vnde cum homo nulli facit iniuriam, iniustũ videtur quòd affligatur. Secundo, quidem remisit offensam. Et ideo dicit, [Si reddidi &c.] Et hoc, 1. Reg. 24. Pepercit tibi oculus meus. Dixi enim. Non extendam manum meam in dominũ meum: quia christus domini est. Leuit. 19. Ne queras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Tertio, quòd inimicis benefecit: quod est tertium bonum. Vnde litera Hieronymi habet. [Dimisi hostes meos vacuos] Rom. 12. Noli vinci a malo, sed vince &c. Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus &c. Mat. 5. Benefacite eis qui oderũt vos. 4. Reg. 6. Regi Samariæ mandauit Helisæus vt apponeret cibos exercitui regis Syriæ, qui venerat ad capiendum eum. Appositaque est eis ciborum magna præparatio. Consequenter cum dicit. [Decidam]

b ¶ Determinat sibi pœnam quæ sequitur, quasi dicat. Si ista nõ sunt vera quæ dico, fiant mihi ista. Et primo, ponit detrimentum pecuniæ. Secundo, personæ, Tertio, gloriæ. Dicit ergo quãtum ad primum. Hoc malum accidat mihi, scilicet [quòd decidã merito] idest iuste. [ab inimicis] idest auferantur mihi bona mea. Iob. 31. Si adhæsit membris meis macula, seram & alius comedat. Quo ad personam, tria ponit quæ homo patitur in se. Primo, persecutionem. Secundo, captiuitatem. Tertio, mortem. Quantum ad primum dicit. [Persequatur] quantum ad secundũ. [Cõprehendat] quantũ ad tertiũ. [Et cõculcet] vel occidẽdo, vel totaliter me prosternat. Quãtũ ad gloriã subiungit. [& gloriam meam &c.] Ac si diceret. Quicquid *sit illud in quo glorior*, redigatur in puluerem & dispergatur. Mystice inimicus diabolus persequens tentando. Tren. 4. Velociores fuerunt persecutores &c. [Comprehẽdat] per consensum peccati. Tren. 1. Omnes persecutores ei⁹ apprehenderunt eã, inter angustias. [Cõculcet] per consuetudinem & contemptũ Esai. 51. Incuruare vt transeamus. Gloria hominis duplex est: naturalis scilicet, & spiritualis. De primo. 1. Corinth. 11. Vir non debet, idest mens, velare caput suũ: quia gloria & imago dei est. De secunda 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Gloriam ergo hominis deducit diabolus in puluerẽ, quia imago dei deturpatur: quia maculatus. 1. Thim. 4. Cauteriatam habentes conscientiã. Psal. 72. Domine in ciuitate tua, imaginẽ ipsorum ad nihilum rediges.

c ¶ Supra proposuit orationem pro se *petens liberari & saluari*. Hic petit contra inimicos: vbi duo facit. Primo, petit eorum punitionem. Secundo, punitionis fructum, ibi [& exaltare] Legamus primo literam secundum historiam, sicut potuit competere Dauid. [Exurge] Duobus generibus hominum dicitur, dormienti, & iacenti. Deus autem quando peccata non punit dormire videtur, quasi non haberet prudentiæ vigilantiam. Psal. 43. Exurge, quare obdormis domine. Item quando non punit videtur impotens iacere: sed tunc surgere videtur, quando potestatẽ manifestat aduersarios puniẽdo. Esa. 26. Exaltet manus tua vt nõ videãt, videant & confundãtur zelantes populi, & ignis hæreditatem tuam deuoret. [in ira] dicit, idest in punitionem quæ est iræ effectus. Fructum autem punitionis ponit triplicem. Vnum ex parte *dei*, vt deus exaltetur non in se, sed in opinione hominum: quia per hoc reputatur altus & potens: & ideo dicit. [exaltare] quasi dicat Deprime inimicos meos, & in hoc altus appareb is. Eccl. 36. Sicut in cõspectu illorum magnificatus est in nobis, ita inconspectu nostro &c. Et dicit. [In finibus] vt totaliter deprimat & nihil remaneat *inuadendo fines eorũ*. Hierony. habet. [eleuare indignans super hostes] quasi dicat. Irascere, & in hoc [eleuare] Alius fructus est ex parte Dauid. Nam 1. Reg. 13. legitur. Inuenit dominus virum secundum cor suum: cui præcepit vt esset dux super populum suum. Et ipse Dauid de se dicit. 2. Reg. 6. Præcepit mihi *dominus*, vt sim dux &c. Hoc ergo præceptum videbatur euacuari Dauid depresso: & ideo dicit. [exurge in præcepto quod mãdasti] scilicet, sim dux in regno: & ideo Hieron. habet. [exurge ad me in iudicium quod mandasti] Alius fructus est ex parte populi. In veteri lege ordinabatur per homines, de aliis principibus populi: sed de summo principe solum dispensabatur per deum. Num. 27. Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis hominem &c. Deut. 17. Cum intraueris terram, quam dominus deus tuus dabit tibi & possederis eam, habitauerisque in illa, & dixeris, constituam super me regem sicut habent omnes per circuitum nationes, illum constitues principem quẽ dominus tuus elegerit. Ergo dominus in magno principatu, debebat sequi diuinam ordinationem. Et ideo *subdit* [& synagoga populorum circundabit te] idest sequetur tuam ordinationem: vt reuertatur in me. [& propter hoc in altum regredere] idest apparebit magnificentia tua, quasi dicat. Non solũ propter vindictam, sed vt homines reuertantur ad me: sed prout refertur ad Christum, petit incarnationis mysterium: in quo duplex est fructus. Primus depressio dæmonum & conuersio hominum. [exurge domine] Quãtum ad primum dicit [exurge] idest appare in mundo per incarnationẽ, & hoc [in ira tua] idest vt punias dæmones. Ioan. 12. Nunc iudicium est mũdi &c. Marc. 1. Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos. [& exaltare *in finibus inimicorum*] auferendo eorum possessionem. Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt omnia quę possidet. Si autem fortior illo superuenerit & vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat: & spolia eius distribuet: & Matth. 12. Quomodo potest quisquãm intrare domum fortis, & vasa eius diripere nisi prius alligauerit fortem & tunc domum eius diripiet, ? vel contra Iudæos: vt sit petitio ecclesiæ gentium contra eos. Et dicit. [Exaltare *in finibus inimicorum*] alia nõ mutantur. Illud quod exaltatur homini apparens, ex hoc occultatur: vt puta quando nimis in altum exaltatur. Sicut ergo quod latet in profundo si exalte-

exaltetur apparet. Iob. 28. Profunda fluuii scrutatus est & abscondita produxit in lucem. Sic ait. [Exaltare] idest *manifestare*: & sicut quod nimis exaltatur occultatur, unde Act. 1. Eleuatus est & nubes suscepit eum ab oculis eorum, sic [exaltare] vt efficiaris Iudæis occultus: vt te nõ cognoscãt, & sic crucifigãt, & redimantur. Quãtum ad secundum, dicit. [Exurge domine deus in præcepto] pro conuersione hominum. Vbi primo, ponitur motiuũ conuersionis. Secundo, perfectio. Tertio, punitio. Dicit ergo. [in præcepto] scilicet mãdatum & fuetudinis & humilitatis. [Quod mandasti] Matt. 11. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. [exurge] ergo in hoc [præcepto] idest appare humilis *alius existens*: quasi dicat. Ita *humilitatem* accipias vt altitudinem non deseras, vel [exurge] a mortuis, & sic [synagoga populorum circundabit te] Congregatio scilicet beatorum qui remunerabuntur, & malorũ qui punientur. Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum &c. Esa. 2. Præparabitur mons domus domini in vertice montium: & eleuabitur *super colles* & fluẽt ad eum omnes gentes. Et 60. ca. Leua oculos tuos in circuitu: omnes isti congregati sunt venerunt tibi. [& propter hanc in altum regredere] scilicet vt hanc synagogam perficias, credentium scilicet congregationem. Ephes. 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem &c. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Vel [in altum] absconderis ab oculis Iudæorum &c. [Synagoga populorum circundabit te] contemnendo & persequendo in quo *maxime punientur*.

d ¶ Secunda pars est istius psalmi: in qua agitur de exauditione petitionis. Et quia exauditio petitionis fit iudicio dei, ideo introducitur diuinum iudicium. Et primo, præmittit ipsum. Secundo, agit de dilatione eius. [Deus iudex iustus fortis & patiẽs: *numquid irascitur per singulos dies.*] Circa primum, tria facit. Præmittit enim primo, iudicium. Secundo, eius modum. [Iudica me domine &c.] Tertio, iudicis idoneitatem. [scrutans corda & renes deus,] Dicit ergo. Habeo inimicos persequentes: & peto diuino auxilio liberari, Et de hoc confido. Quia [dominus *iudicat populos*] Iudicat enim orbem terræ in æquitate & populos in veritate sua. Psalm. 96, Esa. 3. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Et nota quòd postquàm dixit. [Propter hanc in altum] subiungit de iudicio: quia post ascẽsionem reuertetur ad iudicandum. Act. 1. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum, ita veniet ad iudicandum. Modus iudicii ponitur in forma orationis: quia orãdo ostendit quid fiet in iudicio, dicens. [Iudica me] Et primo, ponit bonorum retributionem. Secundo, malorum punitionem. [consumetur] In iudicio duo retribuuntur: quia bonis bona, & malis mala. Qui ergo bonus est & qui caret malis, habebit abũdantiam bonorum & sublatis malorum. Prouer. 1. Qui me audierit abundantia perfruetur, timore malorum sublato &c. Et ideo quantum ad primum dicit [iudica me secundum iustitiam meam] scilicet quã dedisti mihi secundum quòd sum iustus: & hæc iustitia est, vt mihi retribuantur bona. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: quoniam &c. Quantum ad secundum, dicit. [Secundum innocentiam meam] & hæc iustitia est vt nihil mali patiar. Iob. 22. *Saluabitur innocens*: saluabitur autem munditia manuum suarum. Et nota, quòd petit hoc iudicium secundum iustitiam. Supra dicit in pænitentiali psalmo, secundum misericordiã: nullum meritum commemorans. Nunc autem quia iam iustificatus fecerat aliqua bona, quibus debebatur præmium, petit iudicari *secundum iustitiam*. Quod ait. [Super me] *designat* quia iustitia hominis & innocentia non sunt ab homine sed a deo. Cõtra hoc quod petit, vt sibi sint bona, & mali nihil patiatur, videtur aliquando bonum esse & vtile opprimi a malis: & etiam vniuersaliter boni habẽt mala in mundo isto, & mali bona. Luc. 16. Recordare quia recepisti bona in vita tua &c. Et rõ huius assignatur. [Consumetur] idest ad finem deueniat. [nequitia peccatorum] Apoc. vlt. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Nota quòd quandoque deus differt pœnam vt prædestinati conuertantur. Esa. 30. Propterea expectat vos deus, vt misereatur vestri. Vnde tunc [consumetur nequitia peccatorũ] idest deficiet. Quãdoque vt mali malitiam suam amplius manifestent, & iudicia dei appareant iusta: & tunc [consumetur] idest perficietur. [nequitia peccatorum] vt *iustior* appareat *vindicta*: propter quod dicit Genes. 15. Scito prænoscens quòd peregrinum futurum sit semen tuum &c. vsque nec dum completæ sunt iniquitates Amorrheorum: & Act. 7. Et non dedit illi hæreditatem in ea nec passum pedis &c. vsque dixit dominus. Sic ait. [Consumetur] quasi dicat. Faciant quicquid possunt, quia tãdem [consumetur nequitia ipsorum peccatorum] Sed numquid mali grauabunt bonos? Non: quia [deus diriget iustos] Vnde [Diriget iustum] Prouerb. 11. Simplicitas iustorum diriget eos. Deinde cum addit. [Scrutãs]

d ¶ Dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum:

e ¶ Scrutans corda, & renes deus. Iustum adiutorium meum a domino: qui saluos facit rectos corde.

f ¶ Deus iudex iustus, fortis, & patiens, numquid irascitur per singulos dies?

g ¶ Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo

e ¶ *Ostẽdit* iudicis idoneitatem. Et primo, ponit idoneitatem iudicis. Secundo, confidentiam de eo conceptã, ibi. [Iustum adiutoriũ meũ] Duo autem requirũtur ad idoneitatẽ Iudicis: scilicet vt sit sapiens, & vt sit iustus

Hæc autem sunt in deo: & ideo iudex est idoneus. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Est enim sapientissimus omnia cognoscens, etiam interiora. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Est ẽt iustissimus. Hiere. 11. Tu autem domine sabbaoth, qui iudicas iuste &c. Et ideo dicit. [Scrutans corda] Hieron. habet sic. [Probator cordis & renũ, deus iustus] & post sequitur alius versus. [Clypeus meus in deo] Vbi litera nostra habet. [Iustum adiutoriũ &c.] *Dicit* ergo [scrutans] Tria sunt in homine. Vnũ apparens, scilicet exterius opus: & duo quæ latent, scilicet intentio & delectatio. Hæc duo nobis latent, sed deo patent: & quia deo sunt nota, licet nobis occũlta, ideo dicit [scrutans corda] quia nouit intentionẽ. [& renes] idest delectationem, *verum* scilicet delecteris in laude dei vel hominũ: sed quia scrutari est inquirere, inquirere aũt est ignorãtis, hoc a Deo remouet: & vt ostẽdat quòd deus euidẽter scit, cũ dixit. [Cõsumetur &c.] conuenienter dixit [scrutans] Quia in tribulatione maxime apparet conditio hominum. Deinde subinfertur. [Iustum adiutorium meum a domino &c.] Vbi ponitur fiducia concepta de iudice a quo adiutorium est sperandum. Est enim duplex adiutorium dei. s. misericordiæ & aliud iustitiæ. Adiutorium quo liberatur a malis & peccatis est misericordiæ: & nõ est iustum, quia non ex meritis. Sed quando quis iustificatur, deus perficit: & hoc est iustitiæ, quia respõdet aliqualiter merito. De primo dicitur Psalm. 45. Adiutor in opportunitatibus &c. De secundo psal. 45. Adiuuabit eam deus &c. Sed quare? Quia [saluos facit &c.] Prouerb. 2. Custodiet rectorum salutem. [rectos corde] idest qui intentione tendunt in deum.

¶ Sed quærit Cassiodorus, Quare non dicit, Qui saluos facit rectos renibus: sed [rectos corde].

¶ Respondeo. Rectitudo pertinet in ordine ad finem, & ad hoc est intentio: & ideo oportet quòd *intentio sit recta*. *In renibus* autem est delectatio sensibilis.

f ¶ Supra præmisit diuinum iudicium: hic autem agit de dilatione futuri euentus, scilicet pœnæ. Et primo, ostendit cãm dilationis. Secundo, præparationem ad vindictam. [nisi conuersi &c.] Proponit autem tres causas, quare deus potest putari non punire peccatores. Vna est, eo quòd non sit iustus: vt auferatur prouidentia humanorum actuum. Ezech. 9. Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde: & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione. Dicunt in. Dereliquit dñs terrã: & dñs nõ videt. Iob. 22. Circa cardines cæli perãbulat, nec nostra cõsiderat: & hanc excludit a deo, qui iudex est & iustus. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex, & princeps in iudicio peribit. Alia cã est, Quia nõ est potẽs: sed hoc excludit, quia [Deus fortis Iob. 9. Si fortitudo quæritur robustissimus est. Quæ ergo causa? quia. [Patiens] & ideo dicit. Numquid irascitur &c.] idest non quolibet die puniet: sed expectat aliquando & dissimulat. Sap. 12. Dissimulans peccata hominum propter pænitentiã. Esa. 30. Expectat vos deus, vt *misereatur* vestri &c. & 28. Non in perpetuum triturans triturabit. Hieron. habet [comminans tota die] scilicet per sacram scripturam. Deinde cum dicit. [Nisi]

g ¶ Ostendit quòd dominus parat se ad pœnã inferendam: etsi differat ex causa. Et ponitur hæc præparatio. Primo, ex parte dei punientis. Secundo, ex parte hominis puniti, siue recipiẽtis, ibi. [Ecce parturit] Præparatio ex parte dei describitur secundũ præparationem hominis, contra meritum vel peccatum: quia, Odio sunt deo impius & impietas eius. Sap. 14. Et sicut homo præparat se gladio contra hostes qui sunt prope, sed arcu contra remotos, ita diuina vindicta contra eos qui videntur sibi adhærere: & possunt videre causam punitionis, dicitur gladius quasi contra propinquos, sed arcus contrã remotos: & ideo non statim te punit, sed præparat se vt conuertaris. [& nisi conuersi fueritis gladium suũ &c.] idest vindictam suam. Iob. 19. Fugite a facie gladii. Vltor enim iniquitatis est gladi⁹ &c. Zach. 9. Exibit vt fulgur iaculum eius. [vibrabit] ad terrendum: & ad propin-

propinquos vt fortius percutiat. Quia nisi per comminationes homo conuertatur, fortiter percutit. Maximus Valerius. Lento gradu ad vindictam sui procedit diuina ira: tarditatemque supplicii grauitate compensat. Hieronymus habet. [Gladium suũ acuet] idest præparabit maiorem damnationem. Deutero. 32. Si acuero vt fulgur gladium meũ &c. Matt. 10. Non enim veni mittere pacem in terrã: sed gladium &c. Secundum glo. Gladius dei Christus ẽ. Vibratio ergo est cõminatio gehennæ in quo percutientur impii, sicut eo vindicãte. Esa. 27. In die illa visitabit deus in gladio suo duro &c. Præparat etiã se arcu, quasi ad remotos: vnde [arcũ suũ &c.] parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

h ¶Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

i ¶Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueã quam fecit. Cõuertetur dolor eius in caput eius: & in verticẽ ipsius iniquitas eius descender.

k ¶Cõfitebor domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.

In finem pro torcularibus.

a PSAL. DAVID. VIII.

DOmine dominus noster, quàm admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra? Quoniam eleuata est magnificentia tua, super cælos.

b ¶Ex ore infantium & lactentiũ, perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: vt destruas inimicũ, & vltorẽ.

c ¶Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.

d ¶ Quid est homo quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum?

e ¶Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

Et primo, agit de præparatione arcus. Secundo, sagittarum. [& in eo parauit] Qui parat arcum, Primo, tendit. Secundo, ordinat in manu. Quantum ad primum, dicit [arcum suũ] idest diuinam vindictam, quasi ex inopinato punientem. Quantum ad secundum, dicit [& parauit illum] Esa. 30. Præparata est enim ab Heri Tophet a rege: præparata profunda & dilatãta: scilicet ad puniendũ. Secundo, agit de præparatione sagittarum [& in eo &c.] Et primo, quantum ad ipsas sagittas. Secundo, quomodo in eis aliquis magis nociuũ ponit, puta ignem vel venenum. Dicit ergo [& in eo] scilicet arcu, [præparauit vasa] idest instrumenta mortis, scilicet occidentia Ezech. 9. Vnusquisque habet vas interitus in manu sua. [ardentibus effecit] Quia ibi aliquid combustiuum, per quod intelligitur pœna ignis æterni: sed dicitur quòd in hebræo est. [sagittas suas persequentibus me effecit] Per hunc arcum secundum Aug. in glo. intelligitur sacra scriptura. Iob. 29. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Hic tenditur quando duritia veteris testamenti est emollita per nouum. Præparatur, quando exponitur [& in eo parauit vasa mortis] Vasa mortis possunt dupliciter accipi: scilicet in bono vel in malo. Hii sunt hæretici, qui ex sacra scriptura mortem simplicibus parant: & sic parauit, idest parari permisit. Psal. 106. Errare fecit eos &c. [effecit] idest extra fecit: hoc est in apparẽtia posuit [sagittas] penetrabiles sententias. Psalm. 119. Sagittæ potentis acutæ &c. Vel in bono. [Vasa mortis] Apostolus inobedientibus. 2. Corinth. 2. Aliis sumus odor mortis in mortem. Et hos effecit aptos ad comburendum igne charitatis. Eccl. 48. Surrexit Helias quasi ignis, & verbum &c. Deinde cum dicit. [Ecce]

h ¶ Agit de præparatione ex parte hominis puniendi. Vbi duo proponit. Progressum scilicet in peccatum, quo paratur scilicet ad punitionem. Et secundo, incursum pœnæ. [Lacum &c.] In progressu peccati, tria occurrũt. Malum propositum, Conatus, & Effectus. Et sic inimici Dauid primo conceperant: sed tunc temporis erant in conatu, & post effecerunt. Propositum autem est sicut conceptio. Conatus sicut parturitio. Effectus sicut partus. Et ideo dicit. [Ecce parturit] idest nititur efficere. [Iniustitiam] contra proximum. [Concepit dolorem] quia Hierem. 9. Vt iniquè agerent laborauerunt. Esa. 59. Conceperunt iniquitatem. Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum. [Peperit] autem [iniquitatem] conceptam, quia abstulerant Hierusalem Absalon, & Achitophel cum suis complicibus [Lacum.]

i ¶Agit de pœna. Et primo, ponit Metaphoram. Secundo, exponit eam, ibi. [Conuertetur] Venatores ponunt ingenia, vt capiant lupos in foueis. Ipsi etiam inimici vt capiant homines exercent ingenia sua: & hoc fit per proditionem: & ideo est sicut fouea. Apud Hebræos fouea dicitur lacus. Zachã. 9. Tu autem in sanguine testamẽti tui, eduxisti vinctos de lacu in quo nõ erat aqua [lacum] ergo, idest foueam profundam. [aperuit] idest excogitauit fraudem. [fodit] profunde cogitando: & hoc explendo. [Incidit &c.] quia cogitabat occidere, & fuit occisus. Psalm. 56. Foderunt ante faciẽ meã foueam &c. Et hoc exponit, quomodo meam, quia [conuertetur &c.] Quia conceperũt dolorẽ [dolor cõuertetur in caput eius], i. iniquitas quam peperit descendit in verticem] Esa. 24. Grauabit eum iniquitas sua &c [Confitebor]

k ¶ Hæc est tertia pars, vbi ponit gratiarũ actionẽ [secundũ iustitiam eius] quia præcessit meritũ. Psal. 95. Confessio & magnificentia opus eius. [Et psallam] cum psalterio. Psalm. 80. Sumite psalmum & date tympanum &c.

a PSALM. VIII.

SVPRA posuit psalmum in quo Dauid orabat pro sua persecutione, hic ponit psalmum ad gratiarum actionem: & primo, præmittitur psalmus pro beneficiis collatis toto humano generi. Secundo, alius pro beneficiis collatis sibi pro destructione inimicorum, vel pro bonis concessis. Secundo, pro malis sublatis, ibi. [Cõfitebor] Nam hic exprimit affectionem hominis considerantis beneficia dei concessa humano generi, & gratias agentis. Titulus. [In finẽ psalmi Dauid pro torcularibus] Quia aliud est supra expositũ, expo nam hic solum vltimũ. Vbi considerandum est, quòd Deut. 16. dicitur Septẽ diebus facies festũ tabernaculorũ: quando de area & torculari colliges fruges tuos &c. Sciẽdum enim est, q̃ Dauid specialẽ deuotionem habebat in festis celebrandis: & aliquid faciebat speciale ad laudem dei. Festum autem tabernaculorum præcipuum erat. Et hoc fiebat in vindemiis in commemorationem diuini beneficii, quando eduxit de Aegypto filios Israel in tabernaculis, & in duxit in terram promissionis, vbi sunt fructus: & ideo oportebat quòd haberent fructus pulcherrimos: quo tempore erant torcularia. Et ideo dicitur. [pro torcularibus] hoc ad literam. Sed spiritualiter torcular est ecclesia. Esa. 5. Plantauit vineam electam, torcular extruxit in ea. Matth. 21. Plantauit vineam & fodit in ea torcular. Dicit ergo. [pro torcularibus] idest ecclesiis orbis: & dicitur ecclesia torcular, quia sicut in torculari separatur vinũ a vinatiis, sic in ecclesia boni separantur a malis opere ministrorum: & si non loco semper, affectu tamen. Eadem ratione dicitur & area: quia separatio fit grani a paleis. Item a verbis literaliter positis, separatur sensus spiritualis. Item, torcularia sunt martyria in quibus fit separatio animarum a corporibus, dum corpora eorum qui pro Christi nomine afflictione & persecutione calcãtur, quassatim remanẽt in terra, animæ vero ad requiẽ in cælestibus emanãt. Psalmus iste, diuiditur in duas partes. Primo enim, psalmista admiratur diuinam excellentiam. Secundo, eius clemẽtiam, ibi. [Quid est homo] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit maiestatem dei esse admirabilem. Secundo, esse manifestam, ibi [ex ore infantium] Circa primum, duo facit: quia primo ponit eum mirabilem. Secundo, rationem dicti manifestat, ibi [Quoniam eleuata &c.] Dicit ergo O[domine] omniũ. Hester. 13. Dominus omniũ tu es: sed specialiter [dominus noster] qui te colimus, tibi adhæremus. Hieronymus habet. [Dominator noster] Iudic. 8. Non dominabor vestri nec filius meus: sed dominabitur super vos dominus. [quàm admirabile est nomẽ tuũ &c.] scilicet diuinitatis. Psalm. 92. Mirabiles elationes maris &cæt. Genes. 32. Cur quæris nomen meum quod est mirabile? Item, Christi incarnati. Esa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis. Sed numquid solum in Iudæa vt dicunt Iudæi, vel in Affrica vt Donatiste? non: sed [in vniuersa terra] Malach. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus. Ratio admirationis subiungitur. [Quoniam eleuata est magnificentia tua] quia in cælis apparet magnitudo tua. Admiratio est quando aliquis videt effectum, & ignorat causam. Dupliciter est ergo aliqua cã admirabilis: vel quia ignota totaliter, vel quia non producit effectũ manifestantẽ cãm perfecte. Primũ nõ est in deo: quia producit effectũ. Ro. 1. Inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt &c. Producit dico effectum, non tamen manifestantem perfecte causam: & ideo remanet admirabilis: & hoc est quod dicit. [Magnificentia tua] idest laus vel virtus tua: quæ potest facere magna. [Est eleuata super cælos] improportionaliter excedens factionem cælorum. Vnde excludit errorem dicentium, quòd deus sit forma cæli. Esset enim secundum hoc, proportionatus cælis. Item, dicentium quòd agit ex necessitate naturæ: quia non extenderet se supra cælos: tamen potest in infinitum maius facere: vel [super cælos] idest scripturas, quia plus est quàm in scripturis commendetur. Eccl. 43. Glorificantes deum quantumcũque potestis, superualebit adhuc & admirabilis magnificẽtia eius: vel [magnificentia tua] idest filius tuus deus homo. [Eleuata est] in ascensione. [Super cælos] Ephes. 4. Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos &c. Deinde cum dicit. [Ex ore]

b ¶Ostendit quòd est maxime manifesta. Et primo, ostendit manifestationem. Secundo, eius rationem, ibi [Quoniam videbõ] Quòd sit manifesta, probat: quia illud est manifestum quod est omnibus inditum, quantumcumque simplicibus, quasi quadam naturali cognitione. Duplex namque est genus hominum, qui consequitur naturalẽ & rectum instinctũ. Sicut sunt simplices, vel sapientes. Quòd sapientes cognoscant deum, hoc non est magnũ, sed quòd simplices, sic. Sunt autem quidam qui naturalem instinctum peruertunt: & isti cognitionem dei repellunt. Psal. 81. Nescierunt, idest nescire voluerunt, neque intellexerunt &c. Iob. 22. Dixerunt deo recede a nobis, sciam viarũ tuarũ nolumꝰ. Deus aũt facit vt per illos, idest per simplices qui sequũtur naturalem instinctum, confundantur qui peruertunt naturalẽ instinctum: per infantes designantur simplices. 1. Pet. 2. Sicut modo geniti ifantes, rationabiles, sine dolo &c. Dicit ergo, [Admirabile] quidem [est nomen tuum] ita tamen quòd. [Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudẽ] qui interius instigas ad hoc: & hoc. [Propter inimicos tuos] qui aduersanẽ sciẽtiæ & cognitiõi tuæ. Phil. 3. Inimicos crucis Christi &c. [Vt destruas inimicum & vltorem] quẽcũque persecutorẽ. Vel Pharaonem qui velit vlcisci contra cõfitentem nomẽ tuum. 2. Corin. 10. Consilia destruentes & omnem altitudinẽ extollentem se aduersus scientiam dei. Vel tyrannũ, qui armis impugnat nomen sanctum tuum. 1. Pet. 2. Vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: hoc fecit Christus. Nam Matth. 21. de pueris Hebræorum respõdit Christus, q̃ ex eorũ verbis perfecta sit laus, qui Spiritusſanctꝰ instinctu laudabant: quod, tamen videbatur pueriliter agi. Hic locum habet quando simplices recognoscunt deum: & alii peruertunt studia cognitionis naturalis, ne cognoscant ipsum deum. Item, hoc in apostolis qui sine literis & idiotæ. Act. 4. Simplices sicut columbæ. Matth. 10. Et sicut oues in medio luporum, & destruxerũt oẽs inimicos Christi. 1. Co. 1. Quæ stulta sunt mũdi elegit deus: vt confundat sapientes, & infirma &c. Consequenter huius manifestationis rationem subnectit dicens. [Quoniam]

c ¶Tullius dicit in libro de natura deorum, & fuit dictum etiã ab Arist. quàmuis in eius libris quæ apud nos habentur non inueniatur, quòd si aliquis homo intraret palatium, quod videret bene dispositum, nullus est ita amens, qui licet nõ videret quomodo factum fuerit, quin percipiat quòd fabricatum sit ab aliquo. Nos intramus mundum, nec videmus quomodo factũ sit: sed ex hoc ipso quòd est ita bene ordinatus, debemus percipere quòd est factus ab aliquo. Et hoc specialiter ostendit ordo corporum cælestium. Fuerunt quidam errãtes, qui causas rerum attribuunt necessitati materiæ: vnde dicũt facta omnia propter calidum & frigidum, siccum & humidum: vt elementa quæ sic cõuenerunt: hoc autem si apparentiam posset habere in aliis, nullo tamẽ modo in cælestibus corporibus: quia non possunt attribui necessitati materiæ, quòd tantum distet hoc ab illo, & tanto tempore compleant cursum suum. Hoc autem nõ nisi in cãm intellectiuæ oportet reducere. Et ideo scriptura quando vult manifestare dei potẽtiã, reducit nos in considerationem cælorum. Esa. 40. Leuate in excelsum oculos vestros: & videte quis creauit hæc. Ideo dicit. [Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum] Dicit autem. [Opera digitorum] propter tria: quia quæ cum digitis facimus, attente & distincte facimus. Et q̃ de corporibus cælestibus consideranda sunt, non reducũnẽ nisi in causam intelligibilẽ. Et ideo dicit. [Opera digitorum tuorũ] Psal. 135. Qui fecit cælos in intellectu: vel respondet ad id quod dicit [Eleuata. Quando quis facit eleuari quod graue est supponit humerum: sed quando facit eleuari quod ẽ leue, supponit digitũ. Et iõ dicit. [Opera digitorum] quasi leue sit ei facere cælos. Esa. 40. Quis appendet tribus digitis molem terræ, & cælos palmo ponderauit? Vel quæ digitis facimus subtilia opera sunt. Vt ostendat ergo quòd hæc subtiliora sunt aliis, dicit. [Opera digitorum &c.] Lunam vero nominat & non solem propter gentiles, qui credebant eum summum deum: & ideo ponit specialiter. [Lunam & stellas] in quibus non est manifesta ratio erroris. Eccl. 43. Species cæli gloria stellarum, mundũ illuminans in excelsis dominus. Mystice apostolos: vel scripturas [opera digitorum] Tres digiti, tres personæ, quasi dicat. Opera totiꝰ trinitatis vel Spiritusſanctꝰ. [Lunam] ecclesia [stellas] doctores. Et hæc deus fundauit. [Quid]

d ¶Supra psalmista admiratus est diuinæ maiestatis excellentiam. Et nunc cõmemorat duo beneficia diuinitus collata hominibus. Secundo, ex hoc, psalmum terminat in laudem, ibi [Domine dominus noster &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit clementiam dei ad homines, per comparationem ad ea quæ sunt supra homines. Secundo, per comparationem ad primũ hominem, ibi] Gloria & honore] Tertio, per comparationem eorũ, quæ sunt sub homine [& constituisti] Supra hominem duplex est natura, diuina scilicet & angelica. Primo ergo ponit beneficia per cõparationem ad deũ. Secundo, per comparationem ad angelos, ibi [Minuisti] Primo, exponatur secundum quòd competit quantũ ad beneficia naturalia. Secundo, quantum ad gratuita. Et secundũ primum modum & circa eum, duo facit. Primo, ponit specialem curam hominis a deo. Secundo, familiaritatem specialẽ. [Aut filius hominis] Mirabile est q̃ quis magnus alicui paruo speciali familiaritate coniungatur: & ideo primo psalmista commemorat paruitatem hominis ex conditione. [Quid est homo] tam parua res. Iob. 14. Homo natus de muliere: & 25. Homo putredo, & filius hominis vermis. Secundo, quantum ad originem: quia etiam vilis. Iob. 24. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? & 10. Nonne sicut lac &c. Et ideo dicit. [Aut filius hominis] Sed isti sic paruo, sic vili, dicit q̃ duo facit: scilicet quòd memoratus est eius, & quòd visitat eum. Primum, pertinet ad curam. Secundum, ad familiaritatẽ specialẽ. Et est talis modus loquendi. Sicut si aliquis artifex fecisset magna, & inter aliqua vnum minimum, scilicet acum, & quando fecit acum ostendit se habere eius scientiam. Sed quòd in dispositione operum curaret de acu, esset valde mirabile. Et ideo dicit. [Quid est homo] quòd inter magnas creaturas recordaris eius? Eccl. 16. Ne dicas a deo abscondar &c. & quæ est anima &c. Quia propter paruitatem deus non obliuiscitur tui. Sed quid magnum est hoc? deus. n. habet curã de omnibus. Sap. 12. Nec est enim alius quàm tu, cui cura est de omnibus. Dicendum, quòd de homine habet specialem curam, scilicet quòd in iudicio remunerentur actus eius. Iob. 14. Dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos &c. Itẽ, non curam solũ habet de homine, sed familiaritatem habet cũ eo, & hoc est quod dicit. [Quoniam visitas eũ] Sola natura rationalis est capax dei, cognoscendo & amando. In quantum ergo deus nobis præsens efficitur per amorem vel cognitionẽ, visitat nos. Iob. 10. Visitatio tua custodiuit &c. Sic ergo magna clementia dei est in comparatione hominis ad deum: sed sequitur de homine hoc in comparatione ad angelos, quibus homo inuenitur propinquus. [Minuisti]

e ¶In angelis inuenitur imago dei per simplicẽ intuitum veritatis, absque inquisitione. In homine vero per discursum: & ideo in homine aliquantulum. Inde est quòd homines dicuntur angeli. Malac. 2. Legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Est etiam homo corruptibilis, sed modicum: quia aliquando homo in patria omnia sine discursu cognoscet: & erit secundum corpus incorruptibilis. 1. Corin. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Consequenter ostendit clemẽtiam dei ad hominem, per comparationem ad ipsum hominem, cum dicit. [Gloria & honore &c.] Coronari est regum. Deus fecit hominem quasi regem inferiorum: & est gloria, scilicet claritas diuinæ imaginis: & hæc est quædam corona hominis. 1. Corinthiorum. 11. Vir imago est & gloria dei. Psalmus. 4. Signatum & super nos lumen vultus tui domine. Sed ille honoratur, qui non subiicitur alicui. Homo enim nulli creaturæ naturali corporali subiicitur, quantum ad animam, nec in ingressu, nec in progressu. Nõ in ingressu: quia a creatura nõ producitur, & libere agit: nec perit cum corpore: & in hoc honor hominis consistit: & ideo dicitur. Sap. 2. Nec iudicauerunt hominem animarũ sanctarum &c. usque, fecit illũ Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit &c. Consequenter cũ dicit. [Constituisti. Ponit clementiam dei ad hominẽ per comparationem ad ea, quæ sunt sub homine, quia voluit habere hominẽ dominiũ super ilta inferiora. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit dominiũ. Secũdo, facultatẽ dñandi. Tertio, numerũ subditorũ. Secundũ, ibi [Oia subiecisti] Tertiũ, ibi [Oues & boues] Dicit ergo. Ex quo hõ est rex, dedisti ei dñiũ. [Super opera manuũ tuarũ] Gen. 1. Vt præsit piscibus maris & volucribus cæli, & bestiis vniuersæ terræ, & reptili quod mouetur in terra. Hoc habet per rationẽ qua excedit omnia animalia: & ideo statim cũ dixit. [Gloria & honore] subdidit.] Cõstituisti]. i. dedisti dominiũ. Sed nota q̃ dicit, q̃ homo habet authoritatẽ super opera manuũ, nõ digitorũ: quia non sunt subtilia vt cæli qui sunt opera digitorũ. Homo non põt sibi ea subiicere: & ideo secũdo, ostẽdit facultatẽ dominandi. [Oia inquit [subiecisti] vt præcesset & dominaretur ad nutũ, Hoc signatur. Gene. 2. ubi deus adduxit omnia animalia

lia ad Adam. Et hæc subbiectio plenarie fuit ante peccatū: sed aliqua nunc insistunt in pœnam peccati. Tertio, cum dicit. [Oues & boues &c. Enumerat subiecta: & ponit animalia vt etiam plātæ intelligantur. In animalibus autem quędam subiiciuntur secundum totum genus suum; scilicet animalia mansueta & domestica secundū suā naturā, scilicet oues & boues: & hoc in fe mININO dicit. [vniuersas] quia armenta fiunt præcipue de vaccis & oubus. Alia sunt quæ non subiiciuntur secundū totum genus: & horū quædam sunt gressibilia: & quantū ad hoc dicit. [Insuper & pecora campi &c.] scilicet apri, cerui, & huiusmodi: quædam volatilia, scilicet aues, & quædam natatilia sicut pisces. Possunt & hoc ad beneficia gratiæ referri: & tunc in his omnia mysteria Christi numerantur. Primo, incarnationis. [Quid est homo] Duo tangit: scilicet causam incarnationis, & ipsam incarnationē: & dicit. [Quid est homo] Videbatur enim deus oblitus hominis, quando expulit eum de paradiso: huiusmodi recordatur quando reducitur ad illud: psal. 79. Memento nostri domine. Et sic sequitur incarnatio: quia visitat, & iō dicit. [Aut filius hominis &c.] Quia licet totum genus humanum visitauerit, specialiter tamen illum hominem assumptū in vnitate ypostasis. Heb. 1. Numquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Secundum, est passionis. [Minuisti] propter passionem. Hebræ. 2. Eum autem qui modico quàm angeli minoratus est &c. In hebræo habetur [& minues eum parum a deo] quia coniunctus est deo in vnitate personæ: sed secūdum, mysteriū refertur ad Christum qui dicitur filius antonomasice: qui est filius naturalis dei patris. Io. 8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Item, filius Dauid principaliter repromissus. Luc. 8. Miserere mei fili Dauid. Pro occultis filii, idest Christi, quæ occulta sunt. Duplex est filii dei aduentus. Primus fuit occultus, quantum ad diuinitatem & eius gloriam, quæ latebat in infirmitate carnis. Esa. 45. Vere tu es deus absconditus. Secundus, erit manifestus. Luc. 23. Videbunt filium hominis veniētem in nube cum potestate

IN FINEM PRO OCCVLTIS FILII. a PSAL. DAVID IX.

ONFITEBOR tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
b ¶ Lætabor & exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.
c ¶ In cōuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt a facie tua.

magna & maiestate. Item est duplex Christi iudicium. Vnum occultum, & hoc est in dispositione mundi, secundum quòd permitit bonos persecutionem pati a malis. Psal. 25. Iudicia tua abyssus multa. Item, aliud est manifestum in fine. 1. Corin. 4. Quousque veniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordium. Agit enim de occulto iudicio, secūdum quòd boni afflictionem patiuntur a malis. Iob. 30. Expectabam bona & ecce mala: præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ: & totū in idē reditquia gratias agit de liberatione ab inimicis. Diuiditur autem iste psal. in duas partes. Primo, ponit gratiarum actionē. Secundo, materiam gratiarum actionū, ibi [in cōuertendo] Gratias agit tripliciter, corde, ore, & opere. Ore dupliciter: laudando & prædicando. Laudabo: quia dicit [Confitebor] Est autem triplex cōfessio: scilicet fidei. Ro. 10. Confessio fit ad salutē. Psal. 31. Dixi confitebor &c. Peccatorū. Iac. vlt. Confitemini alterutrum peccata vestra. Laudis. 12. Coram omnibus viuētibus confitemini ei &c. Et de hac confessione agit hic. O domine cōfitebor tibi idest gratias agam, idest laudabo te. Psal. 68. Laudabo nomē dei mei &c. Hæc in corde: quia. 1. Reg. 16. Homines vidēt quæ apparent, deus autem intuetur cor. Contra quod Esa. 29 & Mat. 7. Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longe est a me. Sed dicit [in toto] quia deus est maior corde nostro. Iob. 3. Et ideo quantumcūque laudemus secundum posse nostrum, minus est ipso. Deut. 6. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Qui ergo non totum cor dat deo, sed aliquid aliud vult habere simul cum ipso, perdit eum. Esa. 28. Angustatum est stratum, ita vt alter decidat: & pallium breue est, & vtrumque operire non potest. Ille ergo toto corde laudat eum, qui nihil aceptat contra deum: sed totum in eum actu vel habitu refert. Thom. 12. Opera dei reuelare & cōfiteri, scilicet annunciando, honorificum est. [narrabo] prædicando & annunciando aliis: quia deus dat beneficia aliis communicanda: & hoc bene fit aliis annunciando. Luc. 8. Vade & annuntia quanta fecerit tibi deus. Et iō dicit: [Narrabo mirabilia tua]. Sed rationem habet quòd dicit. [mirabilia] quia opera dei mirabilia sunt. Psal. 67. Tu es deus qui facis mirabilia.
¶ Sed quid est quod dicit. [Omnia?] Hoc videtur impossibile. Io. 5. Qui facit magna & inscrutabilia: & absque numero. Quomodo ergo dicit. [Omnia]
¶ Dicendum, quòd omnia secundum genus: vel omnia quæcumque narrat, omnia sunt mirabilia: vel omnia, quia intentio narrātis non debet sistere in aliquo: sed procedere quantum potest. Hylarius in lib. de Trinitate. Qui pie infinita prosequitur, & si nūquàm peruenīet, proficiet tamen prodeundo. Eccle. 43. Glorificantes deum quātum potestis, superualebit adhuc & admirabilis maiestas eius: & 42. Nonne fecit deus sanctos suos enarrare mirabilia? [Lætabor]
b ¶ Hic gratias agit, quantum ad cor. Aliqui narrant aliis bona sua: & gaudent de se, sicut peccatores. Luc. 18. De Pharisæo qui dicebat. Gratias tibi ago: quia nō sum &c. Sed hic gaudet in deo semper. Eccl. 31. In omni dato hilarem fac vultum tuum: & in exultatione sanctifica decimas tuas. [Lætabor] interius in corde. [& exultabo in te] exiliens ad exteriorem lætitiam. Abac. 3. Ego autē in domino gaudebo: & exultabo in deo Iesu meo. [Psallam] Hic gratias agit quantum ad opus. Psallere enim est opus manuale: & per hoc intelligitur bona operatio: quia omnia opera nostra ad gloriam dei terminari debent. Matth. 5. Sic luceat lux vestra &c. Psalm. 145. Psallam deo meo, quandiu fuero. Sed addit. [Nomini tuo altissime] quasi dicat. Deus non proficit ex hoc quòd [confitebor] & [psallam] tibi: quia nomen tuum altissimum est: sed nobis proficit. Psalm. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Iob. 35. Si iuste egeris: quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Et. 22. Quid prodest deo si iustus fueris, aut quid ei conferes si immaculata fuerit via tua? [In]
c ¶ Hic pontat materia gratiarum actionis. Primo, in speciali pro se. Secundo, in generali. [Conuertantur] Circa primū, tria facit. Primo, proponit factum. Secundo, authoritatem faciēntis laudat, ibi [dominus in æternum permanet] Tertio, subdit fructum, ibi [sperent in te] Duo proponit: factum, & facti iustitiam. Secundum, ibi [quoniam fecisti] Factum est destructio inimici, in qua dicit tria: quia si aliquis destruitur, Primo, deficit a propolito: & quantum ad hoc dicit. [In conuertendo inimicum meum retrorsum] supple in hoc [confitebor] idest dabo gratias deo. Tunc conuertitur inimicus retrorsum, quando deficit ab eo quod proponit. Psal. 39. Auertātur retrorsum & erubescant, qui cogitāt mihi mala. Secundo, debilitatur eius virtus. Et

d ¶ Quoniā fecisti iudicium meū & causam meā: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.
e ¶ Increpasti gentes, & periit impius: nomen eorum delesti in æternum & in sæculum sæculi.
f ¶ Inimici defecerunt frameæ in finē: & ciuitates eorū destruxisti.
g ¶ Periit memoria eorum cū sonitu: & dominus in æternum permanet. Parauit in iudicio thronū suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate: iudicabit populos in iustitia. Et factus est dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione.
h Et sperēt in te qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Psalli te domino, qui habitat in Siō: annuntiate inter gentes studia eius. Quoniam requirens, sanguinē eorum recordatus est: non est oblitus clamorem pauperum.

Et quātū ad hoc dicit [infirmabūtur] scilicet in sua potestate. Hiere. 20. Dñs mecū est tāquam bellator fortis: idcirco qui prosequūtur me cadent & infirmi erunt. Tertio, pereunt ipsi, ideo dicit [peribunt] vel desinendo impietatē: & hoc [a facie tua] idest cognitione, vel cōdēnatiōe tua. Vel [peribūt] re vindicāte & sentētiāte eorū malitiā. Vel [peribūt] a facie tua: quia te videre nō poterūt. Esa. 26. secundum aliā translationē. Tolatur impius ne videat gloriam dei.
d ¶ Hic ponit iustitiam facti. Primo, ex parte sua cum dicit. [Quoniā fecisti] Aliquando quis habet iustitiā non tamē habet iudicē qui faciat eā. Aliquando habet iudicem, sed non testemvel aduocatum: sed iste habens iustitiam inuenit iudicē: & ideo dicit. [Quoniam fecisti iudicium meū] idest dedisti [& causam meā] idest testis meus. Hiere. 29. Ego sum testis & iudex, dicit dominus. Deus enim est iudex & testis: inquātū iudex facit iudiciū, inquātū testis causas defendit. Secundo, ponit iustitiā facti ex parte iudicis: & dicit de deo authoritatem iudicandi. [sedisti super thronū] qui sedes iudicis est, idest habes regiā potestatē ad destruendū malū. Prou. 20. Rex qui sedet in solio intuitu suo dissipat omne malū. Item, habes amorē iustitiæ: ideo dicit [qui iudicas iustitiā] Hier. 11. Tu aūt domine sabbaoth qui iudicas &c. Quasi dicat: tibi proprium est hoc. Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit. Esa. 63. Ego qui loquor iustitiā, & propugnator sum ad saluandū. Vel si hoc ad Christū referatur. [Quoniā fecisti &c.] Christus iudicat' fuit & causam habuit. Iob. 36. Causa tua quasi impii iudicata ē. Sed fuit causa sua: quia peruenit ad gloriā suā [sedes] scilicet deus pater. [super thronū] idest animam christi. Vel Christus ad dexteram dei patris sedet. Cætera adapta vt vis. [Increpasti]
e ¶ Supra ostendit psal. iudicium facti ex parte sua, quia in hoc est factū sibi iudiciū debitū, & ex parte iudicis: hic ostendit iudiciū siue iustitiā factā sibi ex parte vindicatorū. Et primo, ponit ipsam iustitiā. Secūdo, exponit, ibi. [Inimici defecerūt] Dñs puniēs malos tria p ordinē facit i eis. Primo, quia nō statim, pcedit ad vltimā pœnā, sed primo reprehēdit. Secūdo, nisi corrigānt punit. Tertio, exterminat. Quātū ad primū dicit [increpasti] per pdicatores. Esa. 58. Annūtia populo meo scelera eorū: & domui Iacob peccata eorū. 2. Tim. 4. Argue, obsecra, increpa, in omni patiētia & doctrina. Item, per tribulationes. Iob. 33. Increpat quoque per dolorem in lecto, & ossa illius marcescere facit. Et quantum ad hoc dicit. [periit impius] vel Absalō, vel diabolus. Iob. 4. Quia nullus intelligit in æternum peribunt. [Increpasti gētes] idest deceptas. [& impius] concitās [periit] quia tota multitudo rebellauit: sed non est destructa, quia fuit seducta. Quantum ad tertium dicit [nomen eorum delesti] quod impii perpetuare nituntur: sed ipsi in perpetuum non inuenientur.
¶ Contra. Nomen Iudæ est in memoria.
¶ Dicendum, quòd homines non intendunt nomen magnificare malo, sed in bono: sed nomen Iudæ manet in malo. Prou. 10. Nomen impiorum putrescet. Hieron. dicit quòd quidam ignotus vt in memoria esset combussit templum: & sic in malo remanet nomen malorum. [Inimici]
f ¶ Hic exponit quomodo periit: & duo facit. Primo, assignat causam quare periit. Secundo, modum, ibi. [Periit memoria. Causa quare periit est: quia periit illud vnde sibi voluit facere nomen. Quandoque scilicet aliqui faciunt sibi nomen ex potentia militari & bellorum: vnde Genes. 6. Hi sunt potentes a sæculo viri famosi. Aliquando ædificando ciuitatem. Eccl. 40. Aedificatio ciuitatis confirmabit nomen: & super hanc mulier immaculata cōputabitur: sicut nomen Romuli per Romā: sed dominus destruxit vtrumque. [frameæ] scilicet gladii. [inimici] scilicet hominis. [defecerunt] [in finem] Psal. 75. Ibi confregit potentias. [ciuitates eorū destruxisti] Esa. 1. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni. Hic inimicus specialiter diabolus. Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit. Framea eius, tentationes. Ciuitates, malā consilia quibus vtitur ad peruertendum bonos. [Periit]
g ¶ Hic ponitur modus quo periit: dupliciter exponit hoc. [Periit] idest simul pereunt memoria & sonitus eorū. Mali sonitū faciūt: cōcutiēdo regna, destruūt ciuitates. Ezech. 31. Omnes tradīti sunt in mortē ad terrā vltimā in medio filiorū hominū ad eos, qui descendunt in lacum. Vel [impii] Quando quis malus homo destruitur, sed non sine magno tumultu: quia oportet aliquā tribulationem pati: vt patet Mat. 9. quando diabolus exiuit clamans & multum discerpens. Litera Hieron. habet. [Periit memoria cum impiis] quia nihil boni fecerūt, vnde memoria eorū maneret in bono. Eccles. 6. Frustra venit & pergit ad tenebras: & obliuione delebitur nomen eius [& dominus in æternum permanet] Hic ponit authoritatem facientis, & tangit sex conditiones circa iudiciū dei. Primo, quòd non est momentaneum, sed æternum. Aliorū potentatus vita breuis: ideo psal. dicit [dominus in æternū permanet] Hieron. habet [sedet quasi ad iudicium dominus] Itē, dicit quòd semper prōptum est: alium non sic est: vnde dicit. [Parauit in iudicio thronum suum] idest paratū habet. Esa. 3. Stat ad iudicādum dominus: stat ad iudicandos populos. Item, dicit quòd est vniuersale: vnde dicit [iudicabit orbem terræ] & non solum Iudæos Gen. 18. Absit a te domine vt perdas iustū cum impio. Itē, quòd est iustum: vnde dicit [in æquitate: iudicabit populos in iustitia] Duo dicit, scilicet æquitatem & iustitiā: quia iustitia importat executionem eorum, quæ sunt secundum se iusta, quæ nō sunt iusta in aliquo casu: quia regulę & numerus sunt circa contingentia: nec possunt adaptari ad singula particularia, sed in aliquo casu intermittuntur: sicut sunt quædā regulæ & numerus & conclusiones, quæ in casu propter aliquid non seruantur. Applicatio autem horum principiorum vniuersalium ad facta vniuersalia, pertinet ad æquitatem. Hieron. dicit. [Iudicabit populos in æquttate] quia ad singularia est æquitas, quæ quodammodo restringit & regulat iustitiam. Item dicit, quòd est misericordia plenum. Hoc commendatur ex persona cui fit misericordia, puta si facis indigenti. Luc. 14. Cum facis prandium aut cænā, noli vocare amicos tuos aut cognatos neque vicinos, diuites &c. Iob. 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi: & ideo dicit. [Factus est dominus refugium pauperi] .s. oppresso. Esa. 1. Subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Psal. 81. Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperē iustificate. Et hoc verū est, vbi habēt iustitiā. Leu. 19. Nō iniuste iudicabis: neq; cōsideres personā pauperis, & nō honores vultū potētis. Itē, ex tēpore: quia, s. tēpore quādo indigēt, est accepta misericordia eius. Eccl. 35. Speciosa ē misericordia Dei in tempore tribulationis: quasi nubes pluuiæ in tpe siccitatis. Et iō dicit [adiutor in tribulatione] & addit [in opportunitatibus] quia tēpore tribulationis homines cōuertūtur ad deū: & tūc est eis prædicādū. Et possunt hæc de Christo exponi. [dñs in æternū permanet] quia Iesus Christus heri & hodie. [parauit iudcium] quia [sedet in throno suo iudicans]. [Et ipse iudicabit orbem terræ in æquitate] Esa. 59. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius. [Et sperent]
h ¶ Supra psal. posuit factū de quo gratias egit: & authoritatem faciētis: hic ponit fructū facti. Et primo, quātū ad alios, Secūdo, quantum ad se, ibi. [Miserere mei domine vide] Primo, ponit triplicē fructū in alios. Primus, est notitia, vel fiducia nominis dei. Secundus, spiritualis lætitia diligentiū eū. Tertius, denunciatio nominis eius. Secundū, ibi. [Psallite] Tertiū, ibi [annūciate] Hos fructus inducit per modū exhortationis. Et circa hoc, tria facit. Primo, inducit ad sperādū. Secundo, ostendit quibus cōuenit sperare. Et tertio, quare. Dicit ergo. [Et sperent in te] Eccl. 2. Qui timetis dominū sperate in illum. Sed vnde venit? [quia nouerunt nomē tuū] Ex duobus enim spes consurgit: q̄ sit potens, & hoc patet [quia dominus nomen illi] & quòd sit volens, quia summe bonus: vnde Luc. 18. Nemo bonus nisi solus deus. Et præcipue hoc nomē Iesus. Matth. 2. Ipse saluū faciet populū suū &c. Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectat. Et quare? [quia nō derelinquis quærentes te] Sapien. 1. Inuenitur ab his qui non tentant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum, scilicet qui quærunt eum bona intentione: quia mali non inueniunt eum. Ioan. 7. Quæretis me & non inuenietis. Item, vbi est: quia non inter cognatos & notos. Luc. 2. Iob. 28. Nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Tertio, inducit ad secundum fructum: scilicet ad lætitiā. [Psallite domino qui habitat in Sion] Dominus dicitur habitare in loco non corporaliter. 2. Reg. 6. Dauid posuit arcam in Sion; sed secundum veritatem habitat in ecclesia. Sion interpretatur specula: & in ecclesia speculamur æterna. Isti ergo debemus psallere, idest gaudere, corde, & ore & operibus, pro

beneficiis datis. Tertio, inducit ad tertium fructum [annunciate. 1.Pet. 4. Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illā administrantes. Et ideo primo, inducit quòd debeant annūciare Greg. Ille vberes fructus suæ prædicationis colligit, qui semina bonæ operationis præmittit, [inter gentes] idest inter gentiliter viuētes, idest inter peccatores. Esai. 21. Occurrētes sitiēti ferte aquam. [studia] idest curam eius siue solicitudinē, de salute humani generis. Hier. 29. Ego cogito cogitationes pacis. Scdo, hæc studia exponit, ibi. [Qm̄ requirens &c.] Illud quod aliquis cū studio & diligentia facit, non obliuiscitur quin illud faciat. Deus autem studiosus est ad salutem hominum: & ideo non obliuiscitur. Duo faciunt obliuionem: scilicet mors. Psal. 30 Obliuioni datus sum tamquàm mortuus a corde. Item paupertas Prouer. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Apoc. 6. Quare nō vindicas &c. si deus nō obliuiscit̃ mortuorū? [Qm̄ requirēs sanguinē eorū]. s. te quærētiū, ēt si cōtingat eos occidi, & hoc iudicādo. Vel [requiret] sanctorū sanguinē, in resurrectione reparādo illum Sap. 5. Ecce quō cōputati sunt &c. Dicitur aūt [recordatus] nō ꝙ sit oblitus, sed quia videtur oblitus propter dilationē. Itē nō obliuiscitur pauperum & paruorum: vnde [non est oblitus clamorem pauperum] Psal. 33. Iste pauper clamauit, vel in periculis, vel in oratione. Iac. 5. Clamor eorum &c. Psal. 22. Non spreuit neque despexit deprecationē pauperis. Exod. 3. Videns vidi afflictionē populi mei qui est in Aegypto: & descēdi liberare eū. [Miserere]

i ¶Miserere mei domine: vide humilitatē meā de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis.
k ¶Vt annunciē omnes laudationes tuas, in portis filiæ Sion.
l ¶Exultabo in salutari tuo: infixę sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem abscōderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuū suarū comprehensus est peccator.
m ¶Conuertantur peccatores in infernum: omnes gentes quæ obliuiscuntur deum. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem,

i ¶Hic ponit fructum quantum ad se. Et primo, cōmemorat beneficium. Secundo, ponit fructum, ibi [vt annunciem &c.] Beneficium duplex: vnū futurum: aliud habitum. [Qui exaltas &c.] Primo, duo facit. Primo, ponit misericordiam. Secundo, misericordiæ motiuum. Futurum beneficium est misericordia. [Miserere mei] Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. Motiuum ad eam, cōsideratio dei, [vide] idest considera [humilitatem meā] Hæc humilitas non importat virtutem sicut illud, Si non humiliter sentiebam, sed deiectionem Vnde Hier. habet [afflictionē de inimicis meis] quia scilicet affligunt. Vel aliter [vide humilitatem] quia humilibus dat gratiam. Sed hoc potest considerare ex consideratione inimicorum, qui sunt superbi & mali. Consequenter confitetur beneficium habitum. [Qui exaltas me &c.] quasi dicat: De tanto periculo eruisti me, ꝙ non restabat nisi vt morerer. Hier. 9. Ascendit mors per fenestras nostras: ingressa est domos nostras disperdere paruulos deforis. Spiritualiter autem portæ mortis sunt hæretici. Matt. 17. Portę inferi non præualebunt aduersus eam. Et sensus hominis. Hier. 9. Mors introiuit per fenestras. Odium verbi dei. Psal. 106. Omnem escam abominata est anima eorū: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Tentationes & vitia. Sap. 16. Deducis ad portas mortis & reducis. Qui ergo liberatur ab istis, dicat. [Exaltas me] idest liberasti me de portis mortis. Consequenter cum dicit. [Vt]

k ¶Ponit fructum: sed ordine retrogrado. Primo, annunciationis. Secūdo, exultationis, ibi. [Exultabo] Tertio cognitionis, ibi. [Cognoscetur] Dico quòd misertus es, & peto quòd miserearis: & hoc vt [annunciem prædicationes] Antiquitus iudicia fiebant in portis. Et ideo dicit [in portis filiæ Syon] idest Hierusalē, quia subiecta erat arci quæ vocabatur Syon, quasi dicat: In multitudine populi Hierosolymitani [annunciem omnes laudationes] nō quòd [omnes] sed de omni genere laudis. Item [portæ filiæ Syon] dicuntur doctores ecclesiæ. Esa. 54. Ponā portas eius in lapides sculptos: vniuersos filios tuos doctos a domino. Itē iustitiæ. Hæc porta domini iusti intrabunt in eam: vt dicit Psalm. 117. Item, bonę cogitationes. Psal. 147. Seras portarum: in his ergo portis [annunciabo laudes tuas]. [Exultabo]

l ¶Posito vno fructu, scilicet prædicatione diuinæ laudis, hic ponit secundum, scilicet lætitiam spiritualem a deo. Et primo, ponit suam exultationem. Secundo, occasionem exultandi, ibi [infixæ sunt gentes] Dicit ergo [annuntiem omnes laudes tuas] scilicet hæ non essent steriles, si ita essent in ore quòd non in corde cesset iucunditas. Psal. 146. Deo nostro iucūda sit laudatio. Et iō subdit. [Exultabo in salutari tuo] Nō in mūdo vel ī carne, sed in tua saluatiōe qua me exaltas. Vel in Christo saluatore. Abac. 3. Exultabo in deo Iesu meo. 1. Reg. 2. Lętata sum ī salutari tuo. Occasio exultationis ē inimicorū destructio, qui persequunt̃ sanctos. Et persequuntur sanctos dupliciter. Primo, violētia. Secūdo, fraudulentia. Dicit ergo quantum ad primū [infixæ sunt gentes] ex hoc ꝙ parauerunt occasionem aliis, ipsi occisi sunt. Et ideo di-

F xit [infixæ] vel secūdum Hier. [submersę] quia illud quod infigitur, deprimitur cū violentia Et isti qui alios cū violentia occidere videbantur, violenter oppressi sunt. Esa. 56. Semitæ eorum incuruatę sunt in eis. Psal. 36. Gladius eorum intret &c. Vel spiritualiter quis immergitur in interitum, quādo facit peccatū: qa ex hoc pœnā æternā intrat & damnatur: & in his operibus infiguntur ex cōsuetudine. Iob. 18. Immisit in rete pedē suum: et in macula eius ambulat. Quantū ad secundū dicit. [In laqueo isto] Insidiatores auibus & aīalib' ponūt laqueos, sic q insidiose procedūt.
G Psa. 56. Laqueū parauerūt pedibus meis. Et dicit [abscōderūt] qa ad literā aucupes abscōdunt laqueos: sic fraudulēter per verba pacis quæ dāt parāt venenū seductionis. Psalm. 139. In via hac qua ambulabā, abscōderūt superbi laqueū mihi. Tertius fructus est, agnitio diuinæ maiestatis. [cōprehensus est pes eorū] idest malus affectus eorū. Osee. 13. Colligata ē iniquitas Ephraim, abscōditū est peccatū eius: qui inclinātur solū ad malū. Et isti abscōdunt laqueū, sed frustra: quia [cognoscetur dominus] Et ꝑ quæ? quia [in operibus] Aliquādo aliqui in prosperitate nō cognoscunt deū sicut Pharao: sed in aduersitate. Psal. 82. Imple facies eorū ignominia. Et iō dicit [iudicia faciēs. [Quæ autē sint iudicia dei, subdit [in operibus] Propriū diuinæ sapientiæ est, quòd disponat omnia suauiter. Sap. 8. Et hoc facit dādo rebus vt per ꝓprias formas in proprios fines tēdāt: sic ꝑ ea ꝑ quæ cogitāt peccatores offendere, incidūt in penas. Iob. 5. Qui apprehēdit sapiētes in astutia eo-
H rū. Et iō dicit. [In operibus manuū suarū comprehensus est peccator] Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impiū: & funib' pctōrū suorū cōstringitur. Iob. 18. Præcipitauit eū cōsiliū suū. Itē [cognoscetur dn̄s] hic a sanctis. Etiā fugiēs laqueū. Prou. 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorū. Dicit ibi gl. Facile euadit laqueos in terris, qui semper habet oculos in cælis. Hier. Vnusquisque secū portat funes vincula & tormēta, vnde sustinet mala: & occulto deo iudicio comprehenduntur peccatores in laqueis, quos abscondunt: & iusti euadunt. [Conuertantur]

m ¶Supra psal. prosecutus est de iudicio dei, quantū ad suos aduersarios. Hic prosequitur quātū ad totū humanū genus, & quātū ad mala quæ vbique per peccatores agūtur. Et circa hoc, duo facit. Primo, per modū orationis prænūciat dei iudiciū cōtra malos. Secūdo, ponit malorū progressum. [Vt quid dn̄e &c.] Circa primū, duo facit. Primo, prænūciat peccatorū pęnā. Secundo, ex-
I poscit diuinū iudiciū puniēs, ibi. [Exurge dn̄e] Circa primū, tria facit. Primo, prænunciat optandā pęnā. Secundo, ponit cām pęnę ex parte peccatorū, ibi [oēs gētes] Tertio, ex parte iustorū. [Qm̄ nō in finē] Dicit ergo. [Cōuertātur] Hæc petitio dupliciter pōt intelligi. Vno modo, de punitione malorū in præsenti per mortem. Alio modo, in futuro per pœnam æternam. Et dicit. [Conuertantur peccatores] idest puniantur.

¶Sed numquid hoc est petendum?

¶Dicendum est, quòd propheta dicit hoc per modū prænunciationis & nō petitionis, vel cōformādo se diuinæ volūtati. Psal. 62. Introibūt in inferiora terræ. Esa. 14. Verūtñ in infernū detraheris, in profundū laci. Vel ꝑ infernū intelligit̃ obstinatio mētis in pctō &c. Etiā viu' in inferno cōuertitur pctōr, qn̄ innititur in obstinationē. Ro. 1. Tradidit illos de' in reprobū sensū. q. d. in hac vita deiiciātur. Est ergo pęna cōuersio in infernū, vt dcm̄ est. Cā
K pęnę est obliuio dei. Qui. n. recedit ab vno termino, disponit se ad tēdēdū in aliū. Duo termini hoīs sunt dei fruitio, & gehenna: & hoc est qđ dicit. [Cōuertātur &c.] scilicet illi pctōres qui [obliuiscūtur] dei, mādatorū, & beneficiorū eius. Psa. 77. Obliti sūt beneficiorū & mirabiliū eius, quæ ostēdit eis. Deut. 32. Deū qui te genuit dereliquisti, & oblit' es dn̄i creatoris tui. Ex parte iustorū ē alia cā, quæ petit vindictā de peccatoribus. Sūt aūt in iustis duo q̄ exigunt vindictā. s. abiectio temporalis, & virtus spūalis. Quātū ad primū, dicit. [Qm̄ nō in finē obliuio erit paupis] Res viles habētur despectui, sermo tradit̃ obliuioni: sed nō sic tradūtur obliuioni iusti apud deū. Iac. 2. Deus elegit pauperes diuites in fide: hæredes regni qđ repromisit deus diligētib' se. Mat. 5. Beati pauperes spū, qm̄ ipsorū ē regnū cælorū. Ergo licet hic videant̃ obliuioni traditi, hoc tn̄ nō est [in finē] scilicet finaliter. Esa. 54. Ad pūctum in modico dereliqui te: & in miserationib' magnis cōgregabo te. Et sequit̃. Et ī misericordia sēpiterna misert' sū tui. Qn̄ enim recordabitur, tunc puniet opprimentes. Psalm. 76. Non obliuiscetur misereri deus: neque continebit in ira sua misericordias suas. Quantum ad secundum [patientia pauperum &c.]

Vel

Vel [expectatio] secundum Hieron. Cum enim hic sustineāt oppressionem patienter & paupertatem, ex patientia merentur vindictam: nec [expectatio peribit in finem] quia consequentur bonum quod expectāt. Aliter [in finē] qui scilicet est vita æterna.

¶Sed numquid patientia est in patria?

¶Dicendum, quòd non secundū essentiam, sed secundum fructū: secus de charitate & iustitia, quæ erunt etiam secundū essentiā. Consequēter cū dicit. [Exurge]

¶Prænunciat diuinum iudiciū. Et circa hoc, tria facit. Primo excitat iudicem. Secundo, implorat iudiciū. Tertio, ostēdit iudicii fructus. Dicit ꝙ nō ē oblitus ī finē pauperum] vnde ipse quasi vnus de pauperibus dicit. Domine rogo vt non differas vsque in finem præmiare: sed [Exurge] Et circa hoc, tria facit. Primo, repudiat prauum siue humanum iudicium. Homo enim humanitus absque ratione opprimens [non confortet] idest non valeat facere quod vult. Prou. 29. Cum impii sument principatum gemet populus. Secundo, exposcit iudicium alterius [iudicentur gentes] non secundum voluntatē humanā, sed [in conspectu tuo] idest tuo iudicio, quasi appello ad te. Act. 25. Ante tribunal Cæsaris sto, ibi oportet me iudicari. Psalm. 25. Iudica me domine quoniam &c. Tertio, petit adiutorem. [Constitue legislatorem] scilicet filium tuum. Esa. 23. Dominus legifer noster. Vel aliter. [Cōstitue legislatorem] idest punitorem secundum legem tuam: secundum enim legem pœna infertur. Hier. habet. [Pone eis terrorem [Alia translatio. [Mitte eis amaritudinem] Glo. [non confortetur homo] idest antichristus [iudicentur] idest puniantur. Fructus iudicii: quia recognoscunt se esse homines [sciāt gentes quoniam homines sunt] fragiles, peccatores, & mortales. Esa. 28. Vexatio dat intellectum. Sic Alexander quando fuit percussus recognouit se nō filiū Iouis, sed mortalem: vt ipse ait suis militibus.

n ¶Exurge domine non confortetur homo, iudicentur gentes in cōspectu tuo. Constitue domine legislatorem super eos: vt sciant gentes quoniam homines sunt.
o ¶Vt quid domine recessisti longe? despicis in opportunitatibus in tribulatione? Dum superbit impius, inceditur pauper: cōprehēdūtur in consiliis quibus cogitant.
p ¶Qm̄ laudatur peccator in desideriis animæ suę: & iniquus benedicit̃. Exacerbauit dn̄m pctōr: s̃m multitudinē iræ suæ non quæret.
q ¶Nō est deus in cōspectu ei': inquinatę sunt viç illius in oī tēpore.
r ¶Auferuntur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorū dominabitur. Dixit enim in corde suo, Non mouebor a generatione B in generationem sine malo.
s ¶Cuius maledictione os plenū est & amaritudine & dolo: sub lingua eius labor & dolor.

o ¶Hic ponit processum impiorū. Et primo, ponit causam nequitiæ eorū. Secūdo, describit nequitiā, ibi [Cuius maleditione &c.] Tertio, contra eam implorat diuinum auxilium, ibi. [Exurge domine deus] Causa nequitiæ est duplex: scilicet permissiua & inductiua. Secūda, ibi. [Quoniam laudatur peccator] Circa primū, tria facit. Primo, ponit diuinam dissimulationem, quæ videtur causa male agendi malis. Eccl. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore filii hominum perpetrant mala: vnde subdit. [Vt quid domine recessisti longe] a nobis, inquātum nō punis affligentes nos: & in hoc videris nos despicere: [in opportunitatibus] idest tempore in quo deberes ferre auxilium. Vel [i opportunitatib' [idest opportune hoc facis: quia sancti inde proficiunt ad meritum vitæ æternæ. Secundo, ponit dissimulationis effectum. [Dum superbit impius] Et ponit duplicem effectum in malis. Superbiam, eo quòd non statim puniuntur a deo: & ideo dicit [superbit impius] in potestatibus [incenditur pauper]. i. affligit. Vel [incēdit] spūaliter ex cōsideratione superbiæ impiorū & eorū peccatis. Psal. 68. Zelus dom' tuæ comedit me. Tertius effectus est, quia [cōprehēduntur in cōsiliis quibus cogitāt] quia consilia eorū finaliter destruēt eos. Prou. 5. Iniquitates suæ capiunt impiū: & funibus peccatorum suorū constringitur. [Quoniam]

p ¶Hic ponuntur tres causæ inducētes ad peccatum. Prima, est adulatio Secunda, contemptus dei, ibi. [Dixit enim in corde suo] Tertia, præsumptio, ibi [non est deus] Circa primū, tria facit. Primo, ponit adulationē eius. Secundo, effectum. Tertio, diuinā clementiam. Laudantur autē secūdum glo. peccatores de duplici peccato: scilicet carnalis concupiscentiæ quantum ad seipsum: & iniustitiæ ad proximum: ideo superbiunt. Sed secundum Hiero. [Quoniā laudatur] & ideo [exacerbauit] in desideriis, quantū ad concupiscentiam. [& iniquus] quantum ad iniustitiā contra proximum. Litera Hieron. habet. [Vir auarus] Alia litera. [Raptor] Esa. 5. Væ qui dicunt bonū malum: quoniam ita est [Exarcebauit dominum peccator] idest ad iracundiā prouocauit. Hieron. habet totum hoc sub vno versu: & alius versus incipit, ibi. [Peccator secundum multitudinem &c.] Potest autem legi [secundum multitudinē iræ suæ non quęret] Vel quia citra cōdignū punit, vel quia magna ira non punit modo vt fortius puniat in futuro. Vel [iræ suæ] scilicet peccatori. [non quæret] peccator deum. [Non]

q ¶Supra posuit psal. quasdam causas malitiæ impiorū, quarum vna erat permissiua: quia deus recedebat longe. Secunda, inductiua, scilicet lingua blādiēs. Hic ponuntur aliæ causæ motiuæ, s. in-

A trinsecæ quæ sunt duæ. s. Dei cōtēptus & ꝓpria præsumptio. Secunda, ibi. [Dixit. n. in corde suo] Circa primū, duo facit. Ponit primo, ꝙ de Deo non recogitat. Secundo, ꝙ eius iudicia non formidat, ibi. [Auferuntur] Circa primum, duo facit. Quia primo, ponit auersionē a deo siue eius contēptum. Secundo, auersionis effectū, ibi [inquinatæ] Dicit ergo. Non est deus in conspectu eius] Hieron. habet [in cogitationib'] qa nihil de eo cogitat: & continuatur sic. [Nō quæret [deum peccator, qa [nō est in cōspectu eius] idest in intentione, vel cogitatione. Iob. 21. Dixerūt deo, recede a nobis: sciētiā viarum tuarū nolumus. Effectus est: quia [inquinatæ sunt]. i. sordent omni tempore vitæ suæ. Viæ peccatoris sunt cogitationes vel voluntates. Sap. 1. In maliuolam animā non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et dicuntur inquinari per peccatū, vel ad similitudinem peccatorū præcedentis tēporis. Hic allegoricæ de antichristo. Moraliter de peccatorib' dici pōt, quia eo ipso quòd deus nō est in intētione eorū conuertūt se ad tēporalia ex quibus anima inquinatur, inquātū permiscēt eis quæ sunt peiora quàm anima. Sed anima permista deo qui ē aīa melior, nō inquinatur, sed clarificatur. Tren. 1. Sordes eius in pedibus eius: nec recordata est finis sui. Psal. 34. Viæ illorū tene-
C bræ & lubricū. Hier. 2. Me dereliquerunt fontē aquæ viuæ: & foderūt sibi cisternas dissipatas quæ cōtinere nō valēt aquas. Hier. habet. [Percutiunt viæ eius] quia peccatores proponūt facere diuersa. Luc. 12. Aīa mea habes multa bona reposita in annos plurimos, comede & epulare: & dixit dn̄s. Stulte hac nocte &c. Psal. 17. Cōcepit dolorē & peperit iniquitatē: tēporalib' adhærēs ī vno nō infigit̃, qa nō sufficit: & ꝑꝑ hoc diuersa cogitat. [Auferunt̃]

r ¶Hic ostēdit quō contemnunt diuinū iudiciū. Et primo, ponit cām. Secūdo, ostēdit effectū, ibi [Omniū inimicorū [[iudicia tua] idest beneficia tua. [auferūtur a facie eius] idest a mēte & memoria eius: & sic nō timebit quia nō cogitat de eis. Prou. 28. Viri mali nō cogitāt iudicia: qui autē requirunt deū animaduertunt oīa. Dan. 13. Declinauerūt oculos suos ne viderēt cælū. Sed Hieron. literā oportet ex torte dicere [oēs inimicos suos despiciēt] quasi. s. nō credit iudicia dei. [Et dominabitur] supple in corde suo. Vel aliquādo ex dei permissione mali dominātur inimicis. Et hæc est
D causa, quare nō cognoscunt diuina iudicia. Abac. 1. Ipse de regibus triūphauit. Ibidē. Impius præualet aduersus iustū: propterea egressum est iudiciū peruersum. Alia cā est præsumptio de seipso: & præsumunt duo. Stabilitatē: & hoc ē quod dicit. [Dixit in corde suo non mouebor a generatione]. i. dominiū meū nō extendetur ab vna gente in aliā, nō mltis mala inferā [nō mouebor] idest non amittā prosperitatē. Esa. 47. Aggrauasti iugū tuū valde: dixisti in sempiternū ero domina. Hieron habet. [Et dixit in æternū ero] [a generatione sine malo] idest numquām patiar malū. Apoc. 18. Sedeo regina & vidua nō sum. Et Luc. 3. in glo. exponens vnā. Dixit peccator volens perpetuare nomen suū: non ibit per celebritatem & famā. [sine malo] idest non faciam malū. Vel [non mouebor] idest non perueniam ad possessionē domorum [sine malo] vioēltiæ & iniustitiæ. Et sic faciet antichristus secundū glo. Vel ego antichristus [nō mouebor] idest inquietabor a generatione in generationē [sine malo] s. ero s̃m ꝙ est licitū. [Cuius]

s ¶Hic ponit processū malitię. Et primo, in corde de quo iā dictū est. Scdo, de ore. Tertio, de opere. [Seder in insidiis &c.] Circa pri-
E mū, duo ponit. Pctm̄ oris, qđ cōmittitur tripliciter. Aliqn̄ maledicēdo deū vel proximū quod est in blasphemiā prorūpere. Esa. 1. Blasphemauerūt sanctū Israel. Quia aliqui maledicunt semiplene, qn̄ timore retrahūtur. Aliqn̄ in iniurias prorūpendo: & hoc ē [os plenū amaritudine] glo. Amaris verbis & minis. Ephe. 4. Omnis amaritudo indignatio blaspemia & clamor tollatur a vobis. Aliquādo decipiēdo: & hoc est [plenū dolo] 1. Corin. 6. Neq; maledici neque raptores regnū dei possidebunt. Hebr. 12. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat: & per eā inquinētur multi. Scdo, ponit radicē cordis. [Sub lingua]. i. in interiora cordis labor latet. glo. i. iniquitas. Cogitat enim perficere iniquitatem in qua laborat. Hier. 9. Vt inique agerent laborauerunt. Iob. 20. Cū dulce fuerit in ore eius &c. Vel [labor] quia aliis cogitat inferre laborem & dolorem. [dolor] idest pernicies ex labore sequens. Esa. 59. Labia viri locuta sunt mendacium, & lingua vestra mendacium & iniquitatem facit.

t ¶Hic ostendit processum malorū, quantum ad corpus. Et circa hoc, duo facit. Primo, proponit eorū processum. Secundo, processus terminum [in laqueo] Circa primum, tria facit. Primo, proponit cū quibus insidietur, ibi[cū diuitibus] Secundo, cōtra quos[vt interficiat innocentē] Tertio, qūo insidiatur. Insidiatur in abscondito]

Dicit ergo. Mali nō contenti locutione, laborāt perficere: vnde[Sedet in insidiis] cogitans qūo noceat aliis.[in occultis]. pter simulationem. Eccl.11. Multæ insidiæ sunt dolosi.[Cū diuitibus]idest consiliariis. Eccl.13. Venatio leonis onagri in eremo, sic pascua diuitū pauperes. Hieron. habet[iuxta vestibulum]idest camerā suam. Cōtra quos ostendit? Certe contra innocentes: vnde [vt interficiat innocētē]corporaliter vel spūalr. Exod.23. Insontē & iustū nō occides. Et cōtra paupes: vnde[Oculi eius in pauperē respiciūt]Esa.3. Quare atteritis populū meū: & facies pauperū cōmolitis? gl. Antichristus cum diuitibus habebit consiliū contra pauperes. Heron. habet.[Oculi eius in robustos]quia pauperes in temporalibus non sunt robusti: sed in spiritualibus. Iob.16. Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me [Insidiatur]

t ¶Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt: insidiatur in abscōdito quasi leo in spelunca sua.

u ¶Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eū.

x ¶In laqueo suo humiliauit eum: inclinabit se & cadet, cum dominatus fuerit pauperū. Dixit enim in corde suo, Oblitus ē deus: auertit faciem suam ne videat in finem.

y ¶Exurge domine deus & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum. Propter quid irritauit impius deū? dixit enim in corde suo, Non requiret.

z ¶Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras: ut tradas eos in manus tuas.

& ¶Tibi enim derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

ɔ ¶Cōtere brachium peccatoris G & maligni: quæretur peccatum illius & non inuenietur. Dominus regnabit in æternū & in sæculum sæculi peribitis gentes de terra illius.

℞ ¶Desiderium pauperum exaudiuit dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili: vt nō apponat vltra magnificare se homo super terram.

u ¶Hic ponitur modus insidiandi. Et primo, ponit similitudinē [sicut leo in spelunca sua]scilicet sic principes mali pauperes opprimunt. Prou.28. Leo rugiens & ursus esuriens princeps impi⁹ super populum pauperem. Secundo ipsum modum insidiarū[insidiatur vt rapiat]Prou.12. Verba impiorum insidiantur sanguini. Vel[insidiatur vt rapiat pauperē] idest bona pauperis per violentiam & fraudulentiā. Subdit modum, rapina[dum attrahit] alliciendo promissis: vel violentia, vel fraudulentia. Prou.7. Blanditiis labiorum attrahit illum in sagena[In laqueo]

x ¶Hic ponuntur duo. Et primo, ad quid peruenit eorum conatus. Secūdo, causam, ibi[Dixit enim]Peruenit enim conatus peccatoris secundum eius intentionem ad prostrationem pauperis: vnde[In laqueo suo]sed secundum dei ordinationē peruenit primo, ad euacuationem potestatis. vnde [inclinauit se] Contingit enim bellicosos quandoque in principio postea conuerti ad delitias, & sic facti effeminati expelluntur. Et ideo Philosophus dicit quòd seruantes dominiū, non faciant filios suos delicate nutrire. Eccl.47. Inclinasti femora tua mulieribus. Psal.13. Omnes declinauerunt. Secundo, ad totalem casum. Prouerb.16. Ante ruinam exaltatio: quia signū ruinæ exaltatio. Glo. exponit de antichristo. Hieron. habet aliter.[Dum attrahit eum]ad laqueum suum, & cōfractū subiiciet & irruet viribus suis valēter]Leo primo prosternit animal captum. Secundo, subiicit. Tertio, incumbit super eum. Causa enim est falsa securitas quam concipit. Primo, de præterito: quia [oblitus est deus] scilicet peccatoris. Contra Eccle.16. Ne dicas in corde tuo a deo abscondar: & ex summo quis mei memorabitur? Item, ibidem.23. Delictorum meorum non rememorabitur altissimus & non intelligit quoniam omnia videt oculus eius. Secundo, de futuro. [Auertit faciem suam ne videat in finem] Iob.37. Nubes latibulum eius &c.[Exurge]

y ¶Supra psal. diligenter prosecutus est ordinem humanæ iniquitatis: hic quasi zelo ductus exclamans implorat auxiliū contra huiusmodi nequitiam. Et primo, implorat auxilium. Secundo, inducit rationes & exauditiones. Tertio, prænūciat suā exau K ditionem. Secundo, ibi,[ne obliuiscaris]Tertio, ibi[Cōtere]Et petit vnum, & aliud præsupponit: petit quòd surgat[Exurge] videtur dormire dñs quando patitur bonos affligi. Surgit, quando liberat. Esa.53. Consurge consurge induere fortitudinē tuā Syon: supponit diuinā potētiā. [exaltetur manus tua]in potentia: & loquitur ad similitudinē percutiētes irati quādo vult percutere hostem qui subleuat manū. Eccl.36. Alleua manū tuā super gentes alienas: vt videāt potētiā tuā. Itē.26. Exaltetur manus tua vt nō videant. Vide &c.& confundantur zelantes populi. Rationes ponit.[Ne obliuiscaris]Et nota quia ꝙ iste psalmus & factus cōtra peccatores persequentes iustos, semper ponit ex vna parte malitiā peccatorū & ex alia iustorū afflictionē. Ponit ergo, Primo, rationes. Secundo, ostendit eas efficaces.[Vide quoniā &c.] Et ponit duas rationes: vnā ex parte iustorū: & aliā ex parte malorū, ibi. [Propter quid irritauit] Dicit ergo[Et exaltet]quia alias videbit

F verū quod mali dicūt, te esse oblitū pauperū. Esa.49. Nūquid potest obliuisci mulier infantē suū, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tñ nō obliuiscar tui. ps.136. Adhereat lingua mea faucib⁹ meis, si nō meminero tui. Alia rō ex parte malorū q̄ grauius peccāt si nō puniant. Eccl.8. Et quia nō cito profertur cōtra malos sententia &c. Et ideo dicit [Propter quid] q.d. pp hoc peccādo deū irritāt impii, quia nō credūt ab eo requiri p penas. Iob.22. Circa cardines cæli perābulat: nec nostra cōsiderat: & dicis q.d nouit deus? & quasi p caliginē iudicat. Ezechi.9. Derelinquet deus terram [Vide] z ¶Fortificat rōnes. Primo, secūdā dicēs. [Tu solus vides laborē] quē inferūt mali bonis: vt ex hoc[tradas] idest in posterū [eos in manus tuas] idest iusticiæ tuæ, qui modo habes eos in manibus ptātis tuę, & modo iustitiam non exerces. Hoc autem ignorāt peccatores: quia ratio prouidētiæ tuæ, eis ignota est. Iob.11. Videns iniquitatē nōne considerat? Item, ibidem. 12. ca. Apud ipsum est fortitudo & sapientia, ipse nouit decipientem & eum qui decipitur: & adducit consiliatios in stultum finem, & iudices in stuporem. Ro.11. Incomprehensibilia sunt iudicia eius Vel[in manus tuas] idest filii tui. Io.13. Sciens quòd omnia tradidit ei pater in manus. Vel H secundum Augustinum hic versus dictus est ex parte impiorum quòd[Dixit in corde tuo non requiret] scilicet deus. Et iterum dixit[Quoniam vides in laborem]Prælatus aliquando videt culpam subditi, & nō punit, timens laborem vel etiam pęnam a punito. Et ideo dicit [impius dixit] o deus nō punis: quia non te sequitur labor & dolor: sed prima est melior litera.[Tibi]
& ¶Hic confirmat primā rationem, quasi dicat: non debes obliuisci: quia[Tibi derelictus est pauper.] vnde ad te spectat cura de eo. Esa.52. Gaude & lætare simul deserta Hierusalem: quia consolatus est dominus populum suum. Omnes qui nihil habent in mundo nisi solum deum, auxilium eorum ad deum solū spectāt. 2.Paral.2. Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habem⁹ refugii vt oculos nostros dirigamus ad deū: sed signanter loquitur. Homines enim in mundo isto defendūt se quādoq; per diuitias. Psal.48. Qui confidunt in virtute sua & in multitudine diuitiarū suarū gloriantur. Quandoq; per consanguineos & amicos & I defensores: sed quia nō habent ista derelinquūtur deo. Et ideo dicit.[Tibi enim derelictus est pauper] Iob.36. Eripiet pauperē de angustia sua. Item, ibidem 3. Flebam quondam super eo qui afflictus &c. Tren. vlt. Pupilli facti sumus absque patre. Psal.87. Sicut homo sine adiutorio. Et si sic de paupere ex necessitate, multo magis de paupere ex spiritu: & hoc quātū ad primū. Quātū ad scdm dicit[orphano tu eris adiutor]q. nō hēt defensorē. Psal.67. Patris orphanorū & iudicis viduarū. Idē.26. Qm̄ pater meus & mater mea dereliquerunt me, dñs aūt assumpsit me[Cōtere]
ɔ ¶Hic annūciat suā exauditionē. Et primo, quātū ad peccatores. Scd̄o, quātū ad pauperes, ibi[Desideriū pauperū &c.] Circa primū, duo facit. Primo, annūciat cessationē ptātis malorū, quā mala iferebāt. Scd̄o, cessationē ipsorū malorū. Quātū ad primū, dicit. [Cōtere brachiū peccatoris]qui cōtra deū peccat. Esa.14. Cōtriuit dñs brachiū siue baculū impiorū, virgā cędētiū ppłos &c.[& maligni]qui peccat cōtra proximū. Psal.36. Brachia peccatorū cōterent &c. Iob.39. Auferet ab ipiis lux sua, & brachiū eorū cōfriuget. Sed qñq; cōtingit ꝙ aliquis tyrrān⁹ facit malitiā & licet ipse cōsumat tñ malitia durat Sed nō ita: q̄a[qręt pc̄tm̄ illi⁹ & nō inueniet].i. opus pc̄ti illius actu trāsit: sed nō reatu: & pęna pc̄tōris manet. Vel[quæret pc̄m̄ illius & non inueniet] in mūdo. Mar.2. Hodie extollitur, & cras nō inueniet. Aliqñ deus pmittit aliquos peccare pp bonū quod inde elicit: sicut ex ira tyrāni passio vel patiētia martyrū: & iō hic inuenit locus malorū: sed tūc nō iueniet habere pc̄m̄ aliquā vtilitatē. Sed qūo fiet hoc? quia regnū dei auferri nō pōt, iō ab eo impii cōterentur. [Dñs regnabit in ęternū]qđ cōprehēdit oīa sæcula [& i sæculū sęculi] idest æternaliter. Vel[in sæculū]qđ succedit sæculo. Dan.4. Ptās ei⁹ ptās æterna q̄ nō auferetur, & regnū ei⁹ quod nō corrūpetur, & vos impii peribitis de terra ista viuētium. Psal.1. Tāq̄ puluis quē proiicit vētus a facie terræ: Psa.36. Vidi ipsū &c.[Desideriū]
℞ ¶Hic pnūciat exauditionē ex parte pauperū: & ponit tria. Primo,

mo, exauditionē, ibi[Desideriū]Secūdo, in quo exadiuit, ibi.[Iudicare]Tertio, quo fructu, ibi[vt nō apponat]Circa primū, ostendit ꝙ exaudiūtur pauperes efficaciter: quia deus dat eis quod desiderāt. Prou.10. Desideriū iustis dabitur. Aliquādo vero exaudiūtur in particularibus desideriis vt exaudiuntur sancti in his, quæ plus desiderāt. Item [exaudiuit]velociter [p̄parationē.]Esa. penul. Anteq̄ clament ego exaudiā. Psa.90. Clamauit ad me & exaudiā eū. [exaudiuit]aūt in hoc: quia [iudicat pupillo] q̄a pupillus est. Esa. vlt. Iudicabit in iustitia pauperes: & arguet in æquitate pro mansuetis terræ .s. humili] Humilis dicitur qui nō innititur suæ virtuti. Ioel.2. Iudicium pauperum &c. Iob.36. Iudiciū pauperibus tribuit. Et quo fructu?[vt non apponat homo]scilicet territus: hoc non est bonum, quia superbia &c. Psal.130. Si nō humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus. &c. Item 11. Linguam nostram magnificabimus.

IN FINEM.

a PSAL. DAVID. X.

IN domino confido, quomodo dicitis animę meę, Trāsmigra in montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde. Qm̄ quæ perfecisti destruxerunt.

b ¶Iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, dominus in cælo sedes eius.

B c ¶Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum & impium.

a PSAL. X.

IN præcedentibus psalmis posita est gratiarū actio pro liberatione ab hostibus: hic ostendit fiduciā ex hoc conceptā. Et loquitur ex persona hominis desiderātis dei bñficia, quæ cōsequitur securitatē. Titulus.[In finē psal. Dauid]Hiero. habet[victor]hoc supra expositū est. Hic psal. potest exponi liter aliter de Dauid. Mystice autē de Christo: siue Allegorice. Moraliter vero de viro iusto & hæreticis vt exponit glo. Primo ergo Dauid proponit suā fiduciā.[In domino cōfido]quasi liberatus per iustū dei iudiciū deprimēs peccatores & exaltās pauperes. Hier.17. Beatus vir qui confidit in domino: & erit dñs fiducia eius. Dan.3. Nō est cōfusio cōfidentibus in te. Secundo, ponit fiduciæ eius impugnationē quæ fiebat verbis.[quomodo dicitis &c.]Dauid enim fugiēti cōsulebāt quidā vt iret ad loca munita & mōtes: vel vt ibi latitaret vt passer est factus. Qūo?[Ecce peccatores &c.] Et exponitur dupliciter. Primo, vt sint verba nō Dauid, sed aliorū, quasi dicat: iō[transmigra]quia[tetenderūt arcū]Vel sint verba Dauid. q.d.] In dño confido: quia tetēderūt arcū parauerūt peccatores sagittas &c.]Et facit tria. Primo, ponit eorū prauā solicitudinē. Secūdo, peruersam intētionē.[vt sagittent]Tertio, iniustā operationē [Quoniā quæ perfecisti]Mystice de Christo sic. Ego Christus in dño cōfido[qūo]ergo vos pharisei[dicitis trāsmigra in montē].i. ad legis obseruātias datas in mōte Synai. Deut.33. Dñs de Synai veniet: & de Seyr ortus est nobis: & nisi hoc feceris[ecce peccatores intēderūt arcū &c.] i. parauerūt se ad occidēdū te & discipulos tuos, & hoc[qm̄ quę tu pfecisti d'struxerūt].i. occiderūt. Vł moraliter dicit fidelis hæreticis ſm gl.[In dño cōfido]tenēs ei⁹ fidē. [qūo]ergo uos hæretici[dicitis trāsmigra] ad nos [in mōtē] idest Christū quē crediderūt habere hæretici? Esa.2. Erit præparatus mōs domus dñi in vertice mōtiū. 2.Reg.1. Mōtes Gelboe nec ros nec pluuia veniāt super vos: neque sint agri primitiarū, quia ibi abiectus est clypeus fortiū .i. Iudæorū, vel magnorū hæreticorū. Hier.51. Ecce ego mōs pestifer: qui corrūpo vniuersam terrā. Vel mōs altitudo itellectus: quē fingūt se hēre. Sed si hoc facerē eēm passer leuis nō mansionarius.[Qm̄ ecce peccatores]idest hæretici [intēderūt arcū]idest ad se traxerunt sacrā scripturā, sicut qui tēdūt arcū[parauerūt sagittas]venenosa eloquia[in pharetra]idest memoria vel sciētia. Hier.5. Pharetra eius quasi sepulchrū patēs. Hieron. habet[sagittas suas super neruū]idest cordā: intentio per uersa.[vt sagittent rectos corde]idest iustos[in obscuro]idest dolose. Hier.9. Sagitta vulnerās lingua eorū. Vel[in obscuro]idest sub tilitatibus sacrę scripturæ. Alia litera habet[in obscura Luna]Luna est ecclesia. Cant.6. Pulchra vt luna, pp eius claritatē & propter eius obscurationē. Claritas lunæ est a Sole: sic claritas ecclesiæ est a Christo. Io.1. Erat lux vera quæ illuminat &c. Itē, medius lunæ globus est clarus & medius obscurus: sic in ecclesia aliq̄ sunt clari: aliqui obscuri, Obscurat aūt luna ſm glo. qñque per reuolutionē & sic fit obscura: quādoq; per eclypsim & tūc in sanguinē conuertitur: quandoq; per interpositionē nubis & tūc fit nigra. Sic ecclesia fit obscura in nouitate, qñ nō sunt in ea prædicatores & doctores. Sanguinea per persecutionē tyrannorum, Nigra per nubes, idest per seductionē hæreticorū, & tunc vult sagittare: hic ponitur iniusta actio eorū. [Qm̄ quæ perfecisti destruxerunt] Alia litera.[Quoniam quem perfecisti] sed prima me-

A lior est, & secundum Hiero.[Quoniam leges quas perfecisti destruxerunt] Esa.48. Scio quòd præuaricās præuaricatus es: & trāsgressorem ex vtero vocaui te, Hier.2. A sæculo fregisti iugū, rupisti vincula: dixisti nō seruiam, quasi dicat: destruent legē tuā quā tu pręcepisti seruari. Exod.33. Innocentē & iustum non condemnabis: sed isti volunt eū occidere. Psal.118. Dissipauerūt iniqui legem tuam: & deus perfecit eam, quia dedit eā. Psal.147. Nō fecit taliter omni nationi. Matth.5. Non veni soluere legē: sed adimplere. Si dicat. [quē perfecisti destruxerūt]sic intelligitur de Christo. [Quem tu pfecisti] [Iustus]
b ¶Hic ponitur rō fiduciæ. Et primo, ponitur quæstio. Secundo, solutio, ibi.[Dominus in templo &c.]Tertio, solutionis ratio. [Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit] Dicit ergo. Sic faciunt isti: sed iustus dominus authoritate videns hoc, quid facit? Hiere.33. Hoc est nomen quod vocabunt eū dominus iustus noster. Soluit quæstionem: & ponit quid facit hic iustus. Et primo, eius iudiciariam potestatem, vel conditionem iudicis. Secundo, iudicii discussionem.[Oculi eius]Tertio, condemnationem concussorū.[Qui autē diligit]Iudex si semper punit, crudelis est: si semper parcit, remissus. Deus autē vtrūque facit: & ideo locum habet tribunal misericordiæ: & hoc est templum. Hebr.4. Adeamus C cum fiducia ad thronum gratiæ. Et ideo dicit.[Dominus in templo sancto suo]1.Corin.3. Nescitis quia tēplum dei estis, & Spiritusanctus habitat in vobis? Habet etiā locum iustitiæ, vnde punit, scilicet cælū: & hoc est etiam[dominus in cælo sedes eius]Vbi enumeratur potestas eius. Esa. vlt. Cælum mihi sedes est. Templū dicuntur fideles propter deuotionē: cælum propter sapientiam. Item, cælum dicitur cuna in qua deus sedet vt faciat eum cælū, idest secreta scientem. Item, dicitur anima templum dei: quia in templo deus adoratur. Similiter in anima fideli. Matth.6. Intra in cubiculum tuum, idest secreta animæ tuæ, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Item, ibi offeruntur sacrificia. Similiter in anima fideli. Psal.50. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Itē, in tēplo fundūtur orationes ad deū, ita in anima operatur deus. Esa.26. Omnia opera nostra operatus es in nobis dñe. Itē, quia deus eā sanctificat: & in eā descēdit sicut in tēplū. Sap.4. Gratia dei in sanctos eius & respectus. &c.[Oculi]
c ¶Hic agit de discussione iudicii. Et primo, ponit diuinæ cognitionis perfectionē. Scd̄o, diligētē examinationē, ibi.[Palpebrę ei⁹ D interrogāt filios hominū]Tertio, iudicii æquitatē, ibi.[Dñs interrogat iustū & impiū]Per primū nullus pōt occultari: quia videt affectū pauperis & impii, peccatoris & iusti. Ezech.23. Oculi dñi lucidiores sunt super solē: circūspiciētes super oēs vias hominū & profundū abyssi: & hominū corda intuētes. Prou.16. Oēs viæ hominū patēt oculis eius: spirituū pōderator est dñs, idest cogitationū vel animarū ſm glo. Et iō dicit.[Oculi eius in pauperē respiciunt]ad miserādū. Psal.30. Miserere mei dñe qm̄ tribulor. Itē ibidē. Dñs protector meus: & in ipso sperauit cor meū &c. Ad ꝓtegēdū, et probādo. Psal.33. Oculi dñi super iustos. Itē, ibidē. In uia hac qua gradieris, firmabo sup te oculos meos. Et sic respiciēs examinat diligēter.[Palpebræ eius interrogāt &c.]Per palpebras significatur discretio: quia sicut palpebrę oculi dirigūt visum, sic discretio moderat humanā sapiētiā. Prou.4. Palpebræ tuæ præcedāt gressus tuos. Ipsa ergo discretio dei interrogat i. ꝓbat et examinat. Sap.1. Cogitationibus impii iterrogatio erit: sermonū aūt illi⁹ auditio ad deū veniet. Et qūo? Quia qñq; punit, qñq; parcit, E qñque dat beneficia: qñque aufert. Iob.6. Sagittæ dñi &c. Etiam claudit paulpebras & aperit. Matth.17. Misereor super turbā &c. Itē ibidē.21. Auferetur a vobis regnū dei. Psal.146. Dat iumētis escā ipsorū &c.[Interrogat filios hominū]quia efficiuntur quidā ex ipsis meliores, quidā peiores, vel quidā ex scriptura efficiūtur mali, quidā boni: quia quidā eā bene intelligūt & nō fatigant sed exercent: mali vero ecōuerso faciūt. Iudicii æquitas ponit: q̄a[Interrogat iustū & impiū]q̄a imittit flagella iustis & iniustis, & tribuit bona tēporalia bonis & malis. Sap.11. Hos, scilicet bonos tā quàm pater monēs probasti: illos aūt scilicet malos, tāquàm rex durus interrogans condemnasti. Propterea dicit. [Dominus interrogat iustum & impiū] idest per tribulationes probat. Greg. Pœna inflicta interrogat, si quis in tribulatione positus deum veraciter amat [iustum interrogat] idest examinat dominus. vt præmietur. Sap.10 Reddidit deus mercedem laborum sanctorū

ſuorum. Sed impium ſiue peccatorem interrogat, vt cõdẽnetur. Matt. 23. Ligatis manibus & pedibus, proiicite eum in tenebras exteriores.

d ¶ Hic ponitur condẽnatio. Et circa hoc, duo facit: quia Primo, ponit culpã. Secũdo, pœnã, ibi. [Pluet ſup peccatores] Oſtẽdit q̃ quãtũ ẽ ex parte dei nõ ẽ perditio malorũ: ſed ex parte noſtra. Vñ dicit. [Qui diligit iniquitatẽ]. i. peccatũ. Io. 3. Omis quia facit peccatũ, & iniquitatẽ facit, quia peccatũ iniquitas eſt [Odit animam ſuã] Sap. 16. Homo per malitiam occidit animam ſuam.

d ¶ Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus, procellarum, pars calicis eorum. Quoniã iuſtus dominus & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit ſultus eius.

¶ Sed quæritur Quomodo quis ſe odire poſſit.

¶ Dicendũ, quòd quodãmodo odit peccator ſeipſum: ſed ſimpliciter nullus odit: Epheſ. 5. Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. Sed quòd mali quodãmodo odiunt ſeipſos, & etiã boni quodammodo ſe odiunt, declaratur hoc modo. Anima noſtra duas habet facies: vnam verſus deum ſecundum rationẽ, aliam verſus carnem ſecundum naturam ſenſitiuam quæ tantũ corporalia cõprehendit. Et ſicut quælibet res diligit proprium bonum, ita homo diligit illud quod extimat animam ſuam Peccatores enim extimant animã ſuam quod principaliter intendunt: quia quelibet res eſt illud quod eſt principiũ in ea, ſicut rex dicitur regnũ. Qui ergo naturam ſenſitiuam habent principale, diligunt eã: Qui aũt intellectiuam, eandem amant. Nullus ergo odit animam quantum ad id, quod extimat principale. Boni ergo odiunt quãtũ ad naturã ſenſitiuam: mali quantum ad intellectiuam. Secundo, ponit pœnam. Et hoc poſſumus exponere de præſenti, vel de futuro. De præſenti ſic, & ſeruat metaphoram. Dixit q̃ dominus eſt in cælo, quia ibi eſt ſedes eius: ſed de cælo venit pluuia, ideo eorum pœna ſignatur cum dicitur. [Pluet ſuper peccatores] Et quid? [Laqueos] Et ſi exponatur hic in præſenti, notãdum eſt, quòd in peccato ſunt quatuor. Primum eſt ſeductio. Vnde dicit. [Pluet ſuper peccatores laqueos] Quaſi iuſto iudicio permittit eos illaqueari & ſeduci. Eſa. 8. Et offendẽtur ex eis plurimi & cadent, & conterentur & irretiẽtur & capientur. Secundum, eſt cõcupiſcentia: & ideo dicit. [Ignis] concupiſcentiæ Pſalm. 57. Super cecidit ignis & non viderunt ſolem: ſcilicet carnalis concupiſcentiæ &c. Tertium, eſt fętor infamiæ. Et ideo dicit [Sulphur] Sic pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorrhã, ignẽ & Sulphurem. Poteſt addi & quartum, ſcilicet inquietudo mentis: & ideo dicit. [Spiritus procellarum] Eſa. 57. Cor impii quaſi mare feruens. [Pars calicis eorum] quia calix eſt quædam menſura, & ipſi penas habent ſecundum eorum peccata. Eſa. 27. In menſura cõtra menſuram, cum abiecta fuerit iudicabit. Sed ſi exponatur de futuro, ſic punientur ibi motus: quia ligabuntur vt nec mala vitare nec bona conſequi poſſint. Ideo dicit. [Pluet ſuper peccato res laqueos] ideſt colligantes ſenſus: & ſic referuntur, ad odoratũ ſulphur, ad tactum ignis. Eſa. 66. Ignis eorum non extinguetur. Apoc. 20. Miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Item affectus, quia nõ quieſcunt: quia [Spiritus procellarũ pars calicis eorum] ideſt dæmones inquietantes, moleſtantes, & affligentes. [Quoniam iuſtus dominus & iuſtitias dilexit] ideo non expectandum eſt ab eo niſi iuſtitia. Hier. 9. Ego dominus qui facio miſericordiam, iudicium & iuſtitiam in terra. Pſalm. 144. Iuſtus dominus in ombus viis ſuis. [æquitatem vidit vultus eius] vel facies ideſt æquitas viſa eſt notitia eius, quaſi dicat. Illis quibus innoteſcit & quos diligit, æquitatem oſtendit.

a PSAL. XI.

IN præmiſſa deccade pſalmiſta tractauit de percuſſione, quam ipſe paſſus eſt ab Abſalone filio ſuo per quam figurabatur perſecutio, quam paſſurus erat Chriſtus a Iuda. In hac autem ſecunda decade ſicut ex titulis quorundam pſalmorum apparet, agit de perſecutione quam paſſus eſt a Saule per quã figurabatur perſecutio, quam Chriſtus erat paſſurus a principibus ſacerdotũ. Diuiditur autem deca huius, in duas partes. In prima, petit liberari ab inimicis. In ſecunda, iam liberatus erat pro ſui exaltatione in pſalmo, [Exaudiãt te dominus] qui quidẽ competit quantũ ad hiſtoriã Dauid: quia mortuo Saule Dauid promotus eſt in regẽ. Et quantũ ad myſteriũ Chriſto, cuius regnũ in morte eius cõfirmatũ eſt. Phil. 2. Propter quod, quia. ſ. factus eſt obediẽs patri vſque ad mortẽ, deus exaltauit illũ. In prima parte, facit duo. Primo, petit liberationem. Secũdo, de liberatione gratias agit: & hoc in 17. pſalmo. [Diligam te] Circa primũ, tria facit. Primo, exaggerat perſecutorũ malitiã. Secũdo, cõmemorat propriã iuſtitiã, ibi. [Dñe quis habitabit] Tertio, propter ſuã iuſtitiã petit exaudi tionis efficaciã, ibi. [Exaudi dñe &c.] Circa primũ, duo facit. Primo reprehẽdit aduerſariorũ doloſitatẽ. Secũdo, arguit eorum iniquitatem, ibi. [Dixit inſipiens] Circa primũ, duo facit. Primo, cõmemorat doloſitatẽ eorũ. Secundo, petit diuinũ lumẽ, ne ab eis illaqueetur, ibi. [Vſquequo domine] hoc ẽt ſatis competit quãtũ ad hiſtoriam Dauid cõtra quẽ Saul dolo ſe pcedebat. Præmittit autẽ huic pſalmo talẽ titulũ. [In finẽ pro octaua pſalmus Dauid] quod expoſitũ ẽ ſupra. Circa primũ, tria facit. Primo deſcribit cõmemorationẽ doloſitatis eorum. Secundo, petit eorũ deſtructionem, ibi [Diſperdat dñs] Tertio, ponit orationis exauditionẽ, ibi. [Propter miſeriã &c.] Circa primũ, duo facit. Primo deſcribit eorũ defectũ. Secundo, ſubdit defectus ſignum, ibi. [Vana locuti ſunt] Circa primum, ſciendum eſt quòd Dauid cõſiderans malitiã aduerſatiũ cõtra ſe inualeſcẽtẽ, quaſi ſtupefactus, primo recurrit ad diuinũ auxiliũ dicens. O [domine ſaluũ me fac] Et merito: quia præter eũ nõ eſt ſaluator, vt dicitur. Eſa. 45. Secundo, enumerat eorũ defectus. Duo autem præſeruant hominẽ a malo, ſcilicet Timor dei. Eccl. 2. Qui timet deum cuſtodiet mãdata illius. Et amor veritatis: quia ſcilicet recta opera dicuntur vera quaſi concordãtia regulæ: quę ſi non ſint recta pertinent ad infamiã. Aliqui enim & ſi propter timorẽ dei mala nõ uitent, retrahuntur tamen ab eis propter infamiã. Sed aliquis nec infamiã timet: unde dicitur. Luc. 18. de quodam q̃ Nec deum timet, nec hominẽ reuereetur. Et iſta duo excludit ab aduerſariis pſalmus. Primo quidẽ timorẽ dei, cũ dicit. [Quoniã defecit ſanctus] ſanctitas enim in timore & cultu dei cõſiſtit. Vnde & diuino cultui dedicata ſancta dicuntur, quaſi dicat. Non inuenitur in hoc mundo homo qui deum timet. Mich. 7. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt. Secundo, excludit veritatis amorẽ cum dicit. [Quoniam diminutæ]

¶ Sed quærendum eſt, quare dicit. [veritates] in plurali. Oſee. 4. Non eſt veritas Dei in terra.

¶ Ad quod dicẽdum eſt, quòd vna eſt primordialis veritas quæ eſt in intellectu diuino. Io. 14. Ego ſum via veritas & vita. Sicut autem ab vna facie hominis diuerſę ſimilitudines reſultant in diuerſis ſpeculis, & in vno ſimiliter ſpeculo fracto, ita in diuerſis animabus ab vna veritate diuina diuerſæ veritates reſultant. Et ſi militer in vna anima, quia non attingit ad ſimplicitatẽ diuinam ſed eſt cõpoſita, ex quo eſt, & quod eſt, apparent ab illa vna veritate qua ſancta anima illuſtratur diuerſæ veritates: quæ quidem veritates cũ anima recedit a deo per culpas, diminuũtur. Vel dicẽdum, quòd dicit veritates: propter triplicẽ veritatẽ creatã quę eſt in ſanctis, ſcilicet Vitæ, de qua. Eſa. 38. Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate. Doctrine Mat. 21. Scimus quia verax es: & viã. Dei veritate doces. Et iuſtitiæ, de qua Exo. 18. Prouide de omni plebe viros potentes & timentes deum: in quibus ſit veritas. De iſta veritate videẽ loqui pſalmꝰ iſte, ſcilicet de veritate iuſtitiæ a qua quidem receſſit Saul cũ perſequeretur ipſum Dauid iniuſte. Dicendum ergo eſt, quòd huiuſmodi veritates diminutæ ſunt non a ſeipſis, ſed [a filiis hominum] per quorũ culpas deprauãtur. Et quidem veritas vitæ diminuitur, quando bonũ iudicatur malum. Doctrinæ, quãdo lux dicitur tenebrę. Veritas vero iuſtitiæ, quando amarũ iudicatur dulce: & econuerſo. Eſa. 5. Væ qui dicitis bonum malum & malũ bonũ: ponentes lucẽ tenebras, & tenebras lucẽ: ponẽtes amarũ dulce, & dulce in amarum. Dicit aũt ſanctitatẽ deficere, quia cum ſit a deo per gratiã ſtatim tollitur vnico peccato mortali. Veritas autẽ quaſi ſucceſſiue diminuitur. Hier. habet. [Quoniã defecit miſericors] & quoniã diminuti ſunt fideles: quia miſericordia & iuſtitia requirunt ad proximum. Prouerb. 20. Virum autem fidelem, quis inueniet? Conſequenter cum dicit. [Vana]

b ¶ Ponit ſignũ defectꝰ ſanctitatis: & eſt duplex. ſ. vanitas & doloſitas. Primũ ſignũ defectus eſt vanitas: & quãtũ ad hoc dicit. Vana locuti ſunt &c. Vanũ eſt quod nõ hẽt ſubſiſtentiã. Vera ergo quibꝰ nihil vanitatis ſubeſt, ſunt: vnde 1. Thi. 1. Finis præcepti eſt charitas: de corde puro, de cõſciẽtia bona, & fide non ficta: a qua quidẽ aberrantes cõuerſi ſunt in vaniloquiũ. Hier. 9. Vnuſquiſque a proximo ſuo ſe cuſtodiat. Greg. Sermo vanus, vanæ mẽtis ĩdex eſt. Itẽ, vanũ eſt quod intellectũ non tenetur. Etiã ſuperflua verba vana ſunt. Prou. 14. Vbi plurima verba, ibi frequẽter egeſtas. Itẽ, vanũ eſt quod non eſt ſtabile: & ſic verba de temporalibus vana ſunt. Io. 3. Qui de terra ẽ de terra loquitur. Eſa. 29. Dehumo muſitabit eloquiũ tuũ: ſed ad quẽ loquũtur vana? [Ad proximũ] cui debet dicere verũ. Eph. 4. Loquimini vnuſq; ſq; veritatẽ cũ proximo ſuo: ſcdm ſignũ defectꝰ ſ̃ctitatis ẽ doloſitas, & q̃tũ ad hoc

hoc dicit [Labia doloſa ĩ corde, & corde locuti ſunt] Geminatio, duplex cor ſignificat. Oſtendunt aũt ore ſe habere vnum, corde autem habent aliud. Oſtendunt ſe dolere & gaudent, diligere & odiunt, compati & lætantur. Iacobi 1. Vir duplex animo in conſtans eſt in oibus viis ſuis. Eccl. 2. Væ duplici corde & labiis ſceleſtis. [Diſperdat]

b ¶ Hic petit deſtructionem eorum. Et primo, petit eam, ſecundo, innuit cauſam, ibi. [Vniuerſa labia &c.] quaſi bis perdat, ſcilicet in anima & corpore. Hier. 17. Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine deus. Conſequenter ponit cauſam malitiæ eorum. & ponit tria, ſcilicet fraudulentiam, quia. [Labia doloſa] Eſt. n. dolus cum quis aliud agit & aliud ſimulat. Dolus in corde concipit, ſed regitur verbis, vel factis. Prou. 12. Dolus in corde cogitantium mala. Hos diſpergit deus: quoniam detegit, tunc enim non habet rationem doli. Dolus enim eſt occulta malitia. Vnde non petit eorum deſtructionem, ſed malitiæ detectionem. Vel petit eorum perditionẽ per gratiam. Prouerb. 19 Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. Vnde dicit [Labia doloſa]. Glo. quaſi ratio petitionis eſt doloſitas [vel diſper der eos] quaſi de malitia puniendo, vt ip ſi in ea incidant iuſto dei iudicio, vt de Aman dicitur Eſther 7. contra Mardochęum. Suſpenſus eſt Aman in patibulo quod parauerat Mardochęo. Ezech. 3. Linguam tuam adherere faciam palato tuo: & eris mutus quaſi non audens vl terius fraudes facere. Prou. 21. Mulctato peſtilente ſapientior eſt paruulus. Idem 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Secundo, ponit iactantiam. [Et linguam magniloquam] de ſe apud eos, qui eos magnos reputant. Pſal. 72. Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terram. Illud autem quod eſt maius in alio conſueuimus reuereri, & q̃d minus non reputare. Vt ergo appareant magni & deo æquales, contemnunt deum, ideſt diuinos honores. Sic de Antichriſto dicitur, quod aduerſus deum deorum loquitur. The. 2. Aduerſatur & extollitur ſuper omne quod dicitur deus & colitur, ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe quaſi ipſe ſit deus. Et de Anthioco 2. Mach. 9. Iuſtum eſt ſubditum eſſe deo, & mortalem deo non paria ſentire. Et Act. 12. de Herode, quòd acclamabat ei populus voces dei & non hominis. Et ne poſſent excuſari, q̃ non ex propoſito fecerunt, ſubdit. [Qui dixerunt] ſcilicet expoſito. [Linguam noſtram magnificabimus] Tertio, ponit eorum blaſphemiam ſiue ſuperbiam [Labia noſtra a nobis ſunt] Hæc eſt enim prima ſpecies ſuperbiæ, quando quis q̃ſtimat ſe habere a ſemetipſo 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriãtes 2. Cor. 3. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra a deo eſt. Secunda ſpecies ſuperbiæ, eſt quando aliquis vult in aliquo gloriari præ cæteris Vnde dicit. [Quis noſter dñs eſt] Iob. 21. Quis eſt omnipotens vt ſeruiamus ei? Oſee. 7. Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo & facti ſunt quaſi arcus doloſus. Iob. 11. Vir vanus in ſuperbiã erigitur, & quaſi pullũ onagri ſe liberũ natũ putat. [Propter]

c ¶ Hic tertio, ponit orationis exauditionem. Et primo, præmittit eam, ſecundo, ponit eius certitudinem, ibi [Eloquia domini] Tertio, ponit ſuam credulitatem, ibi [Tu domine] Dicit ergo. [Propter miſeriam] ideſt multiplicem defectum [inopum] ideſt carentium opibus. [Et gemirum] ideſt ſingultus. [Pauperum] ideſt parum habentium. Pſalm. 9. Tibi derelictus eſt pauper. Exo. 2. Audiuit gemitus eorum & recordatus eſt fœderis. [Nũc exurgam dicit dominus] Nunc in tempore opportuno. Pſal. 9. Adiutor ĩ opportunitatibus in tribulatione. Eſa. 59. Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiui te. [Ponam in ſalutari tuo], i. apponã [Fiducialiter agã in eo]. i. ego ero in eo. Hie. 1. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecũ ſum. Eſa. 14. Dñs exercituũ decreuit, & quis poterit infirmare? manus eius extenta, & quis auertet eam? Hierem. 1. Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia tecum ſum vt liberem te. Et 29. Erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam ait dominus. Conſequenter ponit promiſſionis certitudinem. [Eloquia domini, eloquia caſta] Non adultera per admiſſionem alicuius extranei, vel caſtigata a ſuperfluitate, vel incorrupta, quia caſtus quis dicitur ante experientiam, ſed continens poſt. Non vana, ſed firma. Matth. 24. Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Secundo, ſunt plena veritate. Vnde [Argentum igne examinatum] Argentum eſt album ſine maculatione, ſonorum ſine ſimulatione, odoriferum ſine infectione. Probatum terræ] ideſt a terra. Græci autem ablatiuo carent. Hæc autem eſt tranſlatio de græco. [Purgatum ſeptuplum] ideſt perfecte. Et reſpondet pphęta. [Tu ergo domine ſeruabis nos] a malo, [& cuſtodies nos] in bono [a generatiõe hac in æternum] Ergo [Incircuitu impii ambulant] ita quòd ad finem itineris quem intendunt nũquãm venient, ſcilicet vt affligant alios, ſicut volunt. Eſa. 59. Semitę eorum incuruatæ in eis. Et quare? Quia. [Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum] quia in domo mea non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed lignea & fictiliat & quædam quidem in honorẽ ſanctificata ad omne opus bonũ parata 2. Timoth. 2. vel [in circuitu] vitiorum [ambulant impii] non pertingentes ad medium virtutis 1. Reg. 25. Anima inimicorum tuorum rotabitur &c.

ad proximum ſuum: labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.

b ¶ Diſperdat dominus vniuerſa, labia doloſa: & linguã magniloquam. Qui dixerunt linguam noſtrã magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt, quis noſter dñs eſt?

c ¶ Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgã dicit dominus. Ponam in ſalutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia caſtra, argentum igne examinatum: probatum terræ, purgatum ſeptuplũ. Tu domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos a generatione hac in æternũ. In circuitu impij ambulãt: ſ̃m altitudinẽ tuã multiplicaſti filios hominũ.

IN FINEM PSAL. DAVID XII.

Vſquequo dñe obliuiſceris me in finẽ? vſquequo auertis faciẽ tuam a me?

a PSAL. XII.

IN præcedenti pſalmo Pſalmiſta poſuit aduerſariorum doloſ: hic contra eos petit remedium a deo. Titulus. [In finem pſalmus Dauid] hoc ſupra expoſitum eſt. Diuiditur autem pſalmus iſte in tres partes. In prima, ponitur conqueſtio: in ſecunda, quæſtio, ibi [Reſpice & exaudi me] tertio, exauditio, ibi. [Ego autẽ in miſericordia tua] Conqueſtio, tria continet. Admiratur diuinam diſſimulationem, confitetur proprium defectum, conqueritur de aduerſariorum poteſtate. Secundum, ibi. [Quandiu] Tertium, ibi [Vſquequo exaltabitur] Qui diſſimulat iniurias alicuius, hoc ideo facit, aut quia non recordatur eius, aut quia nõ vult remedium apponere, & ideo dicit, O [domine] ego grauor ab aduerſariis, & non apponis remedium? [Vſquequo obliuiſceris me in finem] ideſt finaliter videtur, quòd velis me vitare. Eſa. 49. Dixit Syon, dereliquit me dominus, & dominus oblitus eſt mei. Abac. 1. Quare non reſpicis ſuper inique agẽtes, & taces deuorante impio iuſtiores ſe? [Vſquequo auertis faciem tuam a me] Auertit faciem quando non ponit remedium quis. Pſal. 43. Quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopie noſtræ & tribulationis noſtræ? Hoc ſecundum hiſtoriam Dauid, qui diu eſt perſecutus a Saule. Allegorice dicitur de patribꝰ veteris teſtamenti, qui continue expectabant Chriſtum, & deus quaſi oblitus eorum differebat remedium adhibere, & dicunt. [Vſquequo domine &c.] [Vſquequo auertis faciem tuam a me] ideſt præſentiam filii tui a nobis. Vel vt ſit conquæſtio moderno rum iuſtorum de ſecundi aduentus dilatione [Vſquequo domine obliuiſceris me] Erit hoc vſque [in finem] ideſt in die iudicii, vel vſque ad mortem? Et [vſquequo auertis faciem tuã a me] ideſt faciem gloriæ tuæ vt videam te facie ad faciem? Exod. 33. Oſtende faciem tuam mihi. Pſal. 79. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Poſſunt tamen aſſignari & multæ cauſę, quare antiqui patres tantum deſiderabant aduentum Chriſti in carnem. Prima, propter exaltationem humanæ naturæ, in cuius perſona dicitur. Tren. 1. Vide domine, quoniam facta ſum vilis: ſed exaltata eſt per incarnationem. Pſal. 72. Cum gloria ſuſcepiſti me: ideſt facta, ſum glorioſa, ſicut mulier ignobilis ſublimatur ſi contrahat cum nobili viro. Inde eſt quòd omne peccatum poſt aduentum ſaluatoris grauius eſt, quàm fuerit ante. Sicut ſi mulier nobilis, vel homo aliquam turpitudinem faceret, eſt magis ignominioſus, quàm ſi faceret vnus ruſticus. Secunda cauſa eſt, vt liberarentur captiui de carcere inferni ſiue limbi. Iob. 17. In profundiſſimum inferni deſcendent oſſa mea: putaſne ſaltem ibi erit requies mea? quaſi dicat, non: ſed per Chriſtum liberati ſumus ab eo. Zach. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctum de lacu in quo non erat aqua. Tertio, propter depreſſionem diaboli. Pſa. 88. Tu humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbum: ideſt minoraſti potentiam eius. Quarto, quia per aduentum Chriſti pacificatus eſt nobis deus. Ephe. 2. Lapis angularis qui facis vtraque vnum. Quinto, propter delectationem, quam ſperabant habere cum Chriſto, videndo, audiendo, conuerſando cum ipſo. Matth. 13. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis &c. Moderni vero, ſecundum aduentum deſiderant. Primo,

mo, quia tunc exaltabitur. Sap. 3. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis. Et iterum 5. c. Computati sunt inter filios dei. Secundo, quia liberamur ab omni pœna. Esa. 25. Auferet dñs oẽ3 lachrymã, ab omni facie, i. cãm lachrymãdi, vel pœnã. Tertio, qa liberamur ab omni pctõ. Esa. 23. Opprobriũ populi sui auferet dñs de vniuersa terra. Quarto, qtũc eripiemur a pãte diaboli. Esa. 11. Nõ nocebũt neque occidẽt in vniuerso sancto meo. Quinto, qa liberabimur a seruitute corporis. Psal. 141. Educi de carcere animã meam. Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Sexto, qa videbimus deum facie ad faciem 1. Ioã. 3. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hier. 21. Omnes cognoscent me a minimo vsque ad maiorem. Vel potest esse conquestio cuiuslibet hominis iusti præssi aduersitate, vel corruptione peccati & concupiscentiæ.

b ¶Hic confitetur proprium defectum. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit anxietatem cordis. Secundo, dolorem consequentem, ibi. [Dolorem in corde meo per diem] Quantum ad primũ dicit philosophus in rhetoricis. Timor cõsiliatiuos facit: hoc idem habetur Esa. 16. Ini consilium coge consilium. Sic homo aliquando in aduersitate & tentatione consiliatur quõ resistat: & ideo dicit. [Quandiu ponam cosilium in anima mea] i. quandiu oporet me habere noua consilia ad resistendum inimicis? sic patres veteris testamenti habuerunt diuersa consilia ad figurandum Christum. Quando autem homo in consilio accipit vnam viam & tamen deficit ab ea, tunc sequitur dolor, & ideo dicitur. [Quandiu ponam domine consilium in corde meo] idest quotidie, dum continue deficio. Hierem. 8. Dolor meus super dolorem in me cor meum mœrens.

c ¶Hic conqueritur de prosperitate inimici, qui exaltabitur, scilicet Saulis super Dauid, & inimici qui ducit in consensum peccati & carnis, quoniam habent concupiscentias suas. Abac. 1. Propter hoc non peruenit vsque in finem iudicium, quia præuaiet impius aduersus iustum.

d ¶Secunda pars huius psalmi, ponitur oratio siue petitio. Et primo, ponitur petitio respondens diuinæ dissimulationi. Secundo, proprio defectui, ibi [Illumina oculos meos &c.] Tertio, prosperitati inimicorum, ibi [Nequando dicat &c.] Primo, dicit de diuina dissimulatione obliuionem & aduersionem, quasi dicat. [Respice] idest conuerte qui auertis tunc oblitus. Nunc [Exaudi me] Esa. 64. Respice, populus tuus omnes nos. Secundo, ponitur petitio correspondẽs proprio defectui: vnũ, ex multis cõsiliis, & aliud, ex doloribus. Et ideo, quia non habeo consilia ex me [Illumina oculos meos, ne vmquàm obdormiam in morte] idest doce me. Item, Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris &c. Hoc competit ad literam Dauid fugienti a facie Saulis quem oportebat sepius cauere, ne aliquando in manus ipsius incideret & occideret. Similiter & quandiu homo solicitus est, vt peccato resistat non cadit in mortem, sed quando dormit occiditur. Sic 2. Reg. 4. Quando Isbosteth dormiebat, & illa purgabat triticum occisus est. Eph. 5. Exurge qui dormis. Petitio contra aduersarium. Nequando dicat inimicus] Et ponit duo. Primo, petitionem. Secundo, eius rationem, ibi [Qui tribulant me] Illumina, ne quãdo dicat inimicus exultando. [Prænalui aduersum eum] Et diabolus exultat quando tentat & trahit in peccatum. Similiter. Exurge domine non præualeat homo: & huiusmodi est ratio ne gaudeat, quia [Exultabunt si motus fuero] si dimisero stratum iustitiæ & labar in peccatum. Eccl. 18. Post concupiscentias animæ tuæ non eas & a volũtate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius faciet te venire in gaudium inimicorum tuorum. Dani. 9. Propter temetipsum deus inclina aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostrã & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum.

e ¶Hic signatur exauditio suæ orationis. Et circa hoc, tria facit. Primo, petit spem exauditionis. Secundo, gaudium de exauditione facta, ibi [Et exultauit cor meum] Tertio, gratias agit, ibi [Cantabo] Dicit ergo [In misericordia tua speraui] non in mundo. Tren. 3. Misericordiæ domini multæ quòd non sumus consumpti: non in potestate mea, quia nulla est contra diabolum. Iob. 41. Non est potestas super terram quæ possit ei comparari. Et ponit hic tria per quæ homo iuuatur cõtra diabolum: scilicet per lætitiam spiritualem, per orationem deuotam, & per bonam operationem. Propter primum dicit [Exultauit cor meũ in salutari tuo] non in temporalibus, vel vanitatibus, sicut faciunt peccatores de quibus Iob. 21. Gaudent ad sonitum organi, & ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Osee. 9. Noli lætari Israel, noli exultari, sicut populi, sed [in salutari tuo] i. in Christo qui ad hoc venit vt saluet nos. Matt. 1. Ipse enim saluum faciet &c. Et hæc lætitia armat hominẽ contra diabolũ. Pro. 17. Animus gaudeus ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa. Secundum est oratio siue laus dei. Vnde addit [Cantabo domino] idest laudabo eum. Psal. 21. Qui timetis dominum laudate eum. Laus enim dei multum valet ad expugnandum diabolum. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. Abac. 3. Ego autem in domino gaudebo & exultabo in deo Iesu meo. Et hoc pro beneficiis concessis, & ideo sequitur. [Qui bona tribuit mihi] idest quia bona tribuit. Iacob. 1. Omne datum optimum &c. Et dicit [bona] quia sunt quædam bona temporalia quæ dominus tribuit. Matth. 15. Tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta &c. Item, [bona] spiritualia quæ sunt bona gratiæ & virtutes 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarũ sunt &c. Hæc omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Iob 2. Si bona suscepimus de manu domini &c. Item, bona gloriæ. Psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Hæc omnia bona tribuit dominus, & ideo merito laudandus est. Eccle. vlt. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam. Tertium est bonum opus, de quo subiungitur [Psallam] idest operabor. Psallere est manu tangere psalteriũ. Hieron. Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum. Matth. 12. Cum immundus spiritus exierit ab homine &c. vsque ingressi habitant ibi &c. fiunt &c. [Nomen domini] idest ad laudem nominis domini [altissimi] Luc. 1. Gloria in altissimis deo. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant &c.

b ¶Quandiu ponã consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?

c ¶ Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

d ¶Respice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne vmquàm obdormiam in morte: ne qñ dicat inimicus meus, Præualui aduersus eũ. Qui tribulant me, exultabũt si motus fuero.

e ¶Ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi.

IN FINEM

a PSAL. DAVID XIII.

Dixit insipiẽs in corde suo, Non est deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnũ.

b ¶Dominus de cælo prospexit super filios hominũ: vt videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

c ¶ Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebãt, venenum aspidum sub labiis eorũ.

d ¶ Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

e ¶Cõtritio & infelicitas ĩ viis eorũ, & viã pacis non cognouerunt: nõ est timor dei ante oculos eorũ.

a PSAL. XIII.

SPRA psalmus exprobrauit dolo sitatem inimicorum. Hic ponit eorum malitiam. Titulus. [In finem psalmus Dauid] Et circa hoc, duo facit. Primo, manifestat eorum malitiam. Secundo, ponit spem liberationis suæ ab eis, ibi. [Nonne cognoscent &c.] Et circa primum, duo facit. Primo, proponit eorum malitiam. Secundo, certificat hanc malitiam eis inesse, ibi [dominus de cælo &c.] Prima, in duo. Primo, proponit radicem malitiæ eorum. Secundo, processum malitiæ [corrupti sunt &c.] Sicut dicitur. Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia, & initium superbiæ hominis apostatare a deo. Quòd homo ergo non habeat deum in corde, principium malitiæ est. Et ideo dicit. [Dixit insipiens in corde suo non est deus] Sapient. 1. In malivolam animam non introibit sapientia, aut habitabit in corpore subdito peccatis.

¶ Sed numquid potest dicere? Dicere in corde est cogitare. Sed numquid potest cogitare deum non esse? Anselmus dicit, qꝑ nullus potest. Item, Damascenus. Cognitio dei naturaliter omnibus est insertа: naturaliter cognita nullus potest cogitare nõ esse.

¶ Sed sciendum, quòd de cognitione dei dupliciter loqui possumus: scilicet secundum se, vel quo ad nos. Si primo modo, sic proculdubio non potest cogitari non esse. Nulla enim propositio potest cogitari falsa, ex sua natura, cuius prædicatum includitur in diffinitione subiecti. Notandum est autem, quòd in deo est aliter esse quàm in aliis, quia esse dei est eius substantia. Ergo qui dicit deum secundum se, dicit ipsum esse: & ideo secundum se non potest cogitari non esse. & verbum Damasceni soluitur, quia quod naturaliter insertum est, indeterminate scitur, scilicet qꝑ deus sit, sed non idem, quòd deus: sed per fidem habetur. Deus dicitur a theos quod est ardere omnem malitiam. Tunc ergo dicit aliquis, quòd non est deus, quando cogitat quòd non est omnipotens, & quòd non habet curam rerum humanarum. Iob. 21. Quis est omnipotens vt seruiamus ei? Potest referri ad Iudæos dicentes Christum hominem purum esse non deũ. Ioã. 10.

Tu homo cum sis facis teipsum deum. Qui Iudæi, non credentes ipsum qui promissus erat in lege, dicunt. [Non est deus] iste scilicet qui nobis prædicat. Et hoc dixit [insipiens] quia dei sapientiam recipere noluerunt habentes oculos mentis excæcatos. Psalm. 81. Nescierunt neque intellexerunt. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorũ.

Vel hic reprehenditur peccator. Primo, de peccato cordis in consensu, ibi. [Dixit insipiens] Secundo, peccato operis, ibi. [Corrupti sunt] Tertio, peccato cõsuetudinis, ibi [Et abominabiles] Primo, vocat peccatorem insipientem, quia sapientiam nõ habet, vt dicit &c. Item, quia non sapiunt ei spiritualia. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ dei sunt. Consequenter ponitur processus malitiæ. [Corrupti sunt & abominabiles] Sicut duæ partes iustitiæ sunt facere bonum & vitare malum, hic iniustitiæ duæ partes sunt: facere malum & vitare bonum. Et primo, ponit primam partem. Secundo, secundam. Circa primam, duo ponit. Primo, peruersitatem vitiorum. Secundo, abominationem eorum. In corporibus sequitur corruptio per exalationem naturalis caloris expulsi ab extraneo calore. Calor namque naturalis animæ est amor dei. Quando ergo subintrat extraneus amor concupiscentiæ & aliorum peccatorum, recedit deus. Et ideo cum dixit. [Non est deus] statim subdit [Corrupti sunt] Hier. 5. Negauerunt deum, & dixerunt non est ipse, scilicet peccatorum damnator, iustorum remunerator. Eccl. 21. Cor fatui scilicet peccatoris, quasi vas contractum [corrupti] ergo [sunt] peccatores per malum actum. Ioan. 3. Erant autem eorum mala opera. Quia postquàm per consensum ammittunt bona gratuita corrumpuntur in eis naturalia, & ideo sequitur eos pœna. Psa. 96. Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit incircuitu inimicos eius. Item, quando corpus putrescit, redditur abominabile. Sic anima hominis quandiu amor dei est in ea est deo accepta: sed quando corrumpitur per peccatum fit abominabilis. Abominabile est, quod humanus appetitus refugit. Et ideo dicit. [Et abominabiles facti sunt] scilicet deo & hominibus peccatores p consuetudinem peccandi. Hier. 2. Quàm vilis facta es nimis, errans vias tuas? Osee. 9. Alienati sunt in confusione & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt. Et dixit [In studiis] quia per ea deueniunt abominabilia. Vel studiose faciunt secundum Hierony. Plus enim abominatur deus studiosam voluntatem peccandi, quàm ipsum peccatum. Iob. 34. Quasi de industria recesserunt ab eo: & vias eius intelligere noluerunt. Alia litera habet [Corrumpunt & abominati sunt studium] scilicet sapientiæ & disciplinæ. Prou. 1. Exosam habuerunt disciplinã, & timorem domini non susceperunt. Ezec. 8. Adhuc videbis abominationes maiores. Consequenter agit de vitatione boni [Nõ est qui faciat bonum] quia non est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. Eccl. 7. [Vsque ad vnum] idest Christum, quia ipse solus nec peccatum contractum habuit, nec commissum. Beata virgo habuit contractum peccatum. Eccl. 7. Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Vel [vsq; ad vnũ] quia nec vnus est qui perfecte faciat bonũ. Verum est, supposito quòd dixerũt [Nõ est deus] [Et corrupti sunt [Dñs]

b ¶Hic primo, certificat culpam. Secundo, exponit, ibi [Sepulchrum] Peccatum certificatur per iniquitatem: & ideo hic ponit dei inquisitionem dicens. Vos dicitis quòd [non est deus] Sed falsum est, quia [dominus de cælo prospexit super filios hominum] Prouerb. 16. Omne viæ hominis patent oculis eius. Prospexit ergo mittendo filium suum dominus pater de cælo, i. de sinu pietatis suæ. Esa. vlt. Cælum mihi sedes est. Vel [de cælo] idest Christus per quem iudicabit peccatores. Vel aliter. Dicunt aliquid quòd deus non cognoscit singularia & mutabilia, quia est immaterialis & simplex & æternus. Et sic non cognoscit secundum motus rerum, & secundum modum suæ cognoscibilitatis. Respondetur, immo: quia cognoscit materialia immaterialiter vt Dionysius concludit. Et ita etiam cognoscit intellectus: & ideo dicit [De cælo] idest de altitudine suæ dignitatis & naturæ. [Prospexit super filios hominum] Et vult innuere in nobis voluntate antecedente, qua vult omnes saluos fieri, id quod pertinet ad salutem, scilicet vt cognoscamus deum p intellectum & amemus per affectum, & desideremus. Et ideo dicit. [Vt videre faciat] quia ipse semper videat, idest vider. [Si est intelligens] per intellectum. Deut. 33. Vtinam saperent & intelligerent &c. [Aut requirens deum] per affectum. Quid inueniet, cum hic quæsiuit contrarium? quia [Omnes declinauerunt] Et ponit tria, scilicet declinationem a deo, inutilem operationem, & cessationem a bono. Dicit ergo. [Omnes declinauerunt] scilicet a deo. Deut. 21. Noui quòd post mortem meã inique agetis, & declinabitis de via quam præcepi vobis. Osee. 4. Non est veritas, non est scientia, non est misericordia dei in terra Hiere. 8. Nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiã de peccato suo. Itẽ, ex hoc quòd declinat a deo, efficitur inutilis. Quia illud est inutile, quod non attingit ad id ad quod factũ est. Homo autẽ factus est ad fruendum deo. Sap. 4. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. Vnde dicit [Simul inutiles facti sunt.] Item, cessant a bono, quia [Non est qui faciat bonum &c. Hoc iam expositum est. [Sepulchrum]

c ¶ Hieronymus dicit, quòd apostolus vtitur testimonio istorum versuum. [Sepulchrum patens est] Et inuenitur alibi in sacra scriptura. Roman. 3. vbi dicit quòd aliquam partem accepit ex Esa. 59. aliam ex aliis partibus psalterii, & non ex isto psalmo tantum, cum ipse Hebræus esset & sciret hoc in Hebræo non haberi: habetur tamen meditatione vulgata, qua vulgus vtitur, vel quæ non attribuitur alicui certæ personæ. A sepulchro patenti exalat fœtor, & ideo supra psalmista certificauit malitiam, siue culpam inimicorum: hic autem exponit eam: & circa hoc, duo facit. Primo, ostẽdit quomodo sunt peccatores inutiles aliis. Secundo, quomodo sibi, ibi. [Contritio & infelicitas] Circa primum, duo proponit. Primo, quomodo noceant aliis verbo. Secundo, quomodo facto, ibi. [Veloces &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit prõptitudinẽ oris ad nocendũ. Secundo, modum nocendi, ibi [Linguis suis dolose agebant] Dicit ergo. [Sepulchrum patens est guttur eorum] Tale autẽ ad nihil aliud est paratum nisi vt recipiat cadauera: sic os eius qui semper est paratum ad mortificãdum per detractionem, est sepulchrum patẽs. Apoc. 9. De ore eorum procedebat ignis, & fumus & sulphur. Vel nota uoracitatem eorum, quia guttur seruit etiam ad comestionem, sed quandoque nocent dolo, quandoque malitia, & quandoque iniuria. Et primo, ponit dolum quem habent in lingua. [Linguis suis] exterius blande loquendo. Hier. 9. Sagitta vulnerãs lingua eorũ dolũ locuta est: sccẽo in corde. [Venenũ aspidum sub labiis eorum] Occultatũ venenũ mortificatiũ est, sed venenum aspidum insanabile est, & incantari non potest. Ptalm. 57. Sicut aspidis surdæ, & obturantis &c. cuius venenũ dormiendo interficit. Hier. 5. Inuenti sunt in populo meo impii insidiantes, quasi aucupes ad capiendos viros. Ibidem. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo, qui dulci sono attrahunt ad laqueum aues. In quo designatur crudelitas, & pertinacia & malitia. Crudelitas, quia nituntur occidere: pertinacia, quia semper odium est in corde ipsorum. Et ideo dicit. [Venenum &c.] [Quorum]

d ¶Hic ostendit quomodo aperte nocent, quia per verba detractoria. [Et amaritudine] idest amara verba. Leuit. 9. Non maledices surdo, idest absenti. Vel quando verba contra deum dicit, prouocatiua ad iniuriam, vel iram. Esa. 5. Rugitus eius vt leonis [veloces] Hic ostendit quomodo noceant facto, quia [Ad effundendum sanguinem] Prou. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem [Contritio]

e ¶ Hic ostendit, quomodo sint nociui sibi ipsis. Dupliciter aliquis sibi nocet: perdendo, scilicet bonum quod habet, & deficiendo ab eo quod sperat. Dicit ergo [in viis eorum est contritio] quia conteritur bonum quod habent. [Et infelicitas] quia non peruenient ad bonum speratum, scilicet felicitatem. Esa. 59. Vastitas & contritio in viis eorum, & viam pacis nescierunt, non est iudicium gressibus eorum. Vel [contritio] in mundo isto [infelicitas] post mortem, quæ felicitati est opposita. Iob. 21. In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur: hoc prouenit ex vno quod est contra dilectionem proximi, quia [Viam pacis non cognouerunt] scilicet quid sit. Vel [viam pacis non cognouerunt]. s. Christum, quia viæ eius sunt viæ pacis. Prouer. 3. Viæ eius, viæ pulchræ. [Non cognouerũt] quia ipsum Christum peccando occiderunt. Aliud contra dilectionem dei. Vnde dicit. [Non est timor dei ante oculos eorũ] Et ex hoc peccant, quia vt dicitur. Prou. 17. Per timorem domini declinat omnis homo a malo. Quia ergo hoc non habent, ideo sunt sepulchrum patens [Nonne]

f ¶Hic

f ¶Hic agit de spe liberationis. Et primo ostendit, quòd impii non habent spem:quia[Nonne cognoscent]Secundo,ostendit quæ sit huiusmodi spes, ibi [Quis dabit ex Syon] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit quòd non cognoscent ipsam hanc. Secundo, ponit signum, ibi [Consilium inopis. Movet Primo, quæstionem, & interponit in eo culpam impiorum, & loquitur sic. Dico quòd sunt sepulchrũ patẽs, & q̃ non est deus in corde eorum: sed numquid cognoscent, quòd dominus est in generatione iusta? quasi dicat, hoc debent cognoscere, & quòd dominus sit in ea. Hier. 14. Tu in nobis es domine, & nomen sanctum tuũ &c. Psal. 21. Tu autem in sancto habitas laus Israel. Est ergo dominus in eo sicut in templo. [Et omnes qui operantur iniquitatem] scilicet quantum ad deum. [Et deuorant plebem meam sicut escam panis] quantum ad proximos, quos deuorant auferendo bona eorum. Zac. 11. Voret vnusquisque carnem proximi sui. Michæ. 2. Comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Eccles. 24. Panis egentium vita pauperis, qui defraudat illum homo sanguinis est[Non inuocauerunt deum] idest non habent spem de deo. Esa. 59. Deum non inuocauerunt. Et sequitur ex hoc, quòd habent securitatem, ideo dicit. [Illic trepidauerunt &c.]Prouerbiorum 28. Fugit impius nemine persequente. Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus illius, & pax cum sit illi semper insidias suspicatur, sed qui inuocant deum saluantur. Ioel. 3. Omnes qui inuocauerunt nomen domini, salui erũt. Prouerbiorum. 18. Turris fortissima nomen domini. Non ergo tales cognoscent, quia [Dominus in generatione iusta est] Et ostendit quòd non, per signum, quia [Confudistis consilium inopis] idest confusibilem reputastis & blasphemastis quantũ in vobis est, & hoc est consilium inopis, vt sciat [quoniã Dominus spes eius est]Psal. 21. Sperauit in domino eripiet eũ saluũ faciet eum quoniam vult eum. Matth. 27. qui dicit, Si vis perfectus esse &c. Item, 19. Hoc consilium semper diuites contemnunt. Prou. 1. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexestis. Et vnde? [Quoniam dominus spes eius est]quia nõ habent in mundo vnde sperent nisi in deo, qui spes sanctorum est.

f ¶Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam sicut escam panis? Dominum non inuocauerũt: illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Quoniam dominus in generatione iusta est, consilium inopis cõfundistis: quoniam dominus spes eius est.

g ¶Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

g ¶Omnes antiqui expectabant hoc. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda &c. Sed hoc expectabatur ex Syon, idest ex Iudæis. Io. 4. Salus ex Iudæis est. Sed quando? Responsio: hoc habebimus. [Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ] qui sunt in captiuitate peccati & carcere inferni. Esa. 49. Equidem captiuitas a forte tolletur, & quod captum fuerit a robusto: & tunc [lætetur Iacob]idest populus dei interius[& exultet Israel] exterius.

a PSAL. XIIII.

SVPRA psalmus egit de malitia & dolo aduersariorum: hic agit de propria iustitia. Et primo, ostendit qualis sit iustitia quam deus acceptat. Secundo, quasi gratias agens ostendit qualis sit sua iustitia, ibi [Conserua me] Titulus [psalmus Dauid] In psalmo isto, duo facit. Nam quasi sacerdos existens coram deo, consulit deum. Primo, ponitur quæstio. Secundo, expositio, ibi [Qui ingreditur sine macula] Præmittit ergo duplicem quæstionem, quia duplex est status præsentis ecclesiæ, & futuræ. Primus est militantium. Apocalyp. 14. A modo iam dicit spiritus vt requiescãt. Et hi duo status signati sunt in veteri testamento. Quia primo habuerunt tabernaculum. Exod. 26. quandiu habuerunt bella & labores 2. Regum 7. Factum est cum dedisset dominus requiem Dauid ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathan. Vides quòd ego habitem in domo cedrina & arca dei posita est in medio pellium? Postea fecit templum, quando habuit pacem. Per tabernaculum designatur ecclesia militans, per templum in monte factum, status futuræ vitæ: & ideo dicit [quis habitabit in tabernaculo tuo] idest in præsenti ecclesia, quasi dicat: quis est dignus habitare? Peccatores enim habitant numero non merito. Hieronymus habet [Quis peregrinabitur] Psa. 07. Habitare facit vnanimes in domo. Secunda quæstio [Quis requiescet in monte sancto tuo?] Et dicit mons sanctus, quia nihil est ibi coinquinatum. Hierem. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ: mons sanctus. Esa. 35. Via sancta vocabitur. Exod. 15. Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine. [Qui]

F

a PSAL. DAVID. XIIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet ĩ mõte scõ tuo.

b ¶Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

c ¶Nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

d ¶Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignus: timẽtes autem dominum glorificat.

b ¶Hic ponitur respõsio. Et circa hoc, duo facit. Primo, commemorat merita habitantium in prædictis locis, scilicet in tabernaculo, & in monte sancto dei. Secundo, præmium, ibi [Qui facit hæc, nõ commouebitur in æternũ] Ponit autem decem effectus virtutum. Sed actio virtuosi cõsideratur dupliciter. Primo, per comparationem ad se. Secundo, per comparationem ad alios. Primo, proponit ea per quæ homo bene operatur in se. Secundo, ea per quæ se bene habet ad proximum, ibi [Nec fecit proximo suo &c. In se, quãtum ad exteriora, in opere & in locutione. In opere, quantum ad duo. Primo, quòd fugiat malum. Et ideo dicit [Qui ingreditur sine macula] Vita ista quædam via est ad vitam æternam. Et ideo dicit [ingreditur] idest in via graditur. Psal. 41. Ingrediar in locũ tabernaculi. Itẽ. 118. Beati immaculati in via [sine macula] scilicet mortali, quia peccatum veniale non habet maculam proprie. Eccle. 31. Beatus dames qui inuentus est sine macula. Sed in Christo & in Virgine Maria nulla omnino macula fuit, & istis appropriatur temperantia, quia contra temperantiã maculatur. Secundo, vt faciat bona. Et ideo sequitur [& operatur iustitiam] idest ea ad quæ iustitia inclinat, & reducitur ad eam prout est specialis virtus. In sermone, Primo, vt faciat bonum [Qui loquitur veritatem] idest faciat bonum locutionis. Esa. 33. Quis poterit ex vobis cũ ardoribus sempiternis? Qui ambulat iniustitiis, & loquitur veritatem. Et dicit [in corde] contra illos qui loquuntur veritatem a casu, non ex proposito. Prou. 12. Labium veritatis firmum erit 1. Per. 2. Deponentes omne mendacium & omnem dolum, quasi modo geniti infantes. Secundo, vt vitet malum, scilicet dolositatem. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum: dolum locuta est. [Qui non egit dolum in lingua sua] Alia litera [Qui non est facilis in lingua sua] Prouerb. 25. Vrbs patens & absque murorum ambitu, vir qui non potest in loquendo cohercere spiritum suum. Alia litera. [Et non est acculatio in lingua eius] quia scilicet non est detractor & relator, vel quia verba sua non sunt accusabilia. Eph. 4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. [Nec fecit]

c ¶Supra egit psalmus de virtuosa operatione quam deus acceptat, connumerando per quæ homo bene operatur in se. Hic autem connumerat ea, per quæ se bene habet ad proximum. Et hic q̃tũ ad proximũ, petit tria. Primo, vt ei nõ noceat. Secũdo, quòd nõ cõsentiat nocenti. Ro. 1. Qui talia agũt regnum dei non consequẽt: sed digni sunt morte, nõ solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Tertio, quòd non decipiat ipsum. Dicit ergo quantum ad primum. [Nec fecit proximo suo malũ] nec corporaliter, nec spiritualiter. Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. Col. vlt. Dum tempus habemus operemur bonum. Quantum ad secundum dicit [& opprobrium non accepit aduersus proximos suos] Aliquis dicit aliquid contra alium, sed non est substinendum. Et ideo dicit. [Opprobrium non accepit] tunc scilicet, quando ille qui audit verba detractoria contra eum, & ex his detestatur illum de quo dicuntur, vel etiam ipse dicit aliis. Eccl. 19. Audisti verbum contra proximum tuum, commoriatur in te &c. Eccl. 28. Sepi aurem tuam spinis, & noli audire linguam nequam. Hieron. Si non est auditor, non est detractor. Bernar. Detrahere aut detrahentem audire, quid horũ damnabilius sit, non facile dixero. Prou. 25. Ventus aquilo dissipat pluuiam, & facies tristis linguam detrahentem. Quia ad literam detrahens cessat cum audiens contristatur. [Ad nihilum]

d ¶Hic ostendit quòd non despiciat. In homine sunt duo, scilicet vitium & virtus. Vitium est despiciendum, & ideo dicit [malignus] inquantum talis [ad nihilum est deductus] idest nihil reputatur. Et hoc est bonum. Primo, ad tollendum æmulationem. Quandoque enim aliquis malis exaltatur. Hier. 12. Via impiorum prosperatur &c. Sed propter hoc, nullo modo debet eum reputare magnum, sed debet eum despicere. Malac. 2.

Gloria

Gloria hominis peccatoris stercus & vermis est: hodie extollitur & cras non inuenitur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit. Vel aliquis magnus intendit nocere, sed ex quo est malignus contemnas eum: quia talium derogatio est nostræ vitæ approbatio. Psal. 26. Si consistãt aduersum me castra, nõ timebit cor meũ, idest peccatores. Sed virtuosum hominẽ reputa magnum, iõ dicit [Timentes autem dominũ glorificat] Eccl. 25. Quãm magnus est qui inuenit sapiẽtiam & sciẽtiam, sed non est super timentem dominum. Glo. aliter exponit [Ad nihilum deductus est in cõspectu eius malignũ] idest diabolus vinctus est ab eo, Ioan. 2. Victus malignum &c. & dominus glorificat timentes dominum, scilicet se. Sed prima expositio est magis literalis.

A

e ¶Hic prohibet ne decipiat proximum. In tribus autem proximus decipitur: videlicet in promissis, & hoc per iuramentum. Et ideo dicit. [Qui iurat &c.] idest firmat ad decipiendum: quia non seruat. Zach. 8. Iuramentum mendax non diligas. Leui. 14. Non periurabis in nomine dei tui, & non pollues illud. Iurare non pertinet ad virtutem, sed iuramentum seruare. Item in contradictis. Vnde [Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram] Luc. 6. Mutuum date nihil inde sperantes: [& munera super innocentem non accepit] Prouerb 17. Munera de sinu idest ecclesiæ, impius accepit, vt peruertat semitas iudicii. Deut. 23. prohibetur quòd non detur fratri ad vsuram, quia vendit quòd non est cum non habeat vsum fructum. Item in iudiciis, quando dat sententiam contra innocentes. Et ideo dicit [& munera] Esa. 5. Væ qui iustificatis impios propter munera. Iob. 19. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Consequenter ponitur præmium [Qui facit] idest seruat [hæc] omnia prædicta. Iacobi 1. Estote factores verbi. Ro. 2. Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores [non commouebitur in æternum] idest, hic habitabit in monte sancto meo. Infra 124 Qui confidunt in domino sicut mons Sion &c. Psalm. 54. Nõ dabis in æternum fluctuationem iusto.

C

a PSAL. XV.

IN prædenti psalmo enumerauit iustitias, quas deus requirit ab homine: hic autem ostẽdit quomodo iustitiam sequebatur. Titulus talis est [Inscriptio tituli ipsius Dauid] Et quantum ad literã significat quòd editus est specialiter de his, quæ pertinent ad personam Dauid. Sed quia Dauid gerebat etiam personam Christi ex eius semine nascituri, ideo quædam hic de Dauid, quædam de Christo ponuntur. Et ideo Petrus Act. 2. Prouidebam dominum &c. de resurrectione Christi dicit proprie dictũ esse & non de Dauid. Et secundum hoc tangit historiam in psalmo isto de nouo testamento, secundum quòd dicitur Ioan. 19. quòd Christo crucifixo imposuit Pilatus titulum super caput eius. Hic est Iesus nazarenus rex Iudæorum: & hic est quasi titulus regni eius. Triplex titulus consueuit describi. Aliquando in sepulchro alicuius, hoc est sepulchrum talis. Aliquando in domo, hæc est domus talis. Aliquando pro triumpho, sicut Romæ fiebat: hic titulus Christi est, qui triumphauit per crucem. Col. 2. Palam triumphans illos in seipso, expolians principatum & potestates. Signatur ergo hic, quòd in psalmo specialiter de regno Christi agitur. Titulus Hieronymi talis est [humilis & simplicis psalmus Dauid] Et signatur quòd agitur in psalmo illo de simplicitate & humilitate Dauid, siue singularis, siue figurati, scilicet Christi. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes. In prima, ostẽdit siue ex parte sua siue ex parte Christi loquens, se soli deo inhærere. Secundo, cõmemorat beneficia q̃ a deo recepit, ibi [Benedicam dominum qui &c.] Primum ad simplicitatem, secundum ad humilitatem pertinet. Circa primum, duo facit. Primo, ostendit quòd soli deo inhæret. Secundo, rationẽ assignat, ibi [Dominus pars &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ostẽdit quõ se habeat ad deũ. Secũdo, quõ se habeat ad sanctos dei. Tertio, quõ se habeat ad inimicos dei. Secũda, ibi [Sãctis] Tertia, ibi [Multiplicatę &c.] Ad deum se habet vt sibi soli inhærẽs: & hoc dupliciter: per spem, & fidem, ibi [Dixi dño] Circa primũ duo proponit, scilicet signum spei, & ipsam spem. Signum spei, ibi [Conserua me domine] quasi non confido per me seruari posse, sed tu domine [Conserua me] vel in se, vel in membris suis. Ioan. 17. Pater serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Et hoc [quoniam speraui in te]

A

¶Sed numquid sperauit Christus?

¶Dicendum est quòd sic: sperauit quidem pro aliis vitam æternam, pro se autem clarifatem corporis. Clarifatem aũt animæ habuit in instanti suæ conceptionis. [Dixi &c.] Hic primo, ponit actum fidei. Secundo, rationem assignat, ibi. [qm̃ bonorum &c.] Actus fidei est confiteri deo, vel in corde credendo, vel exterius laudando, factis approbando. Ro nan. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutẽ. Et ideo [Dixi] corde, ore, & opere [quia deus meus es [Gen. 28. Erit mihi dominus in deum. Et ideo est [quia bonorum meorum non eges] Et hoc est proprũ dei: quia infinitę bonitatis est & nihil ei addi põt, quia est substãtiale bonum ad omnia extendens bonitatem sicut sol lumen, nõ per participationem, sed per ipsum esse illuminans omnia. Cuilibet autem alii creaturæ potest addi seriam sanctis] & propter hoc aliquid eis accrescit, & ideo aliquo mõ indigent nobis, sed deus solus non indiget bonis nostris. Iob. 35. Porro si iuste egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Hieronymus habet. [Quoniam bene non est nobis sine te] quasi ex hoc apparet, quia tu es deus meus, quia tu es bonitas, nec mihi bene est sine te. [Sanctis]

B

b ¶Hic ostendit quomodo se habet ad sanctos, eriam vt legitur ex persona Christi. Et sciendum, quòd voluntas patris sicut voluntas Christi est, & inquantum homo, vt impleat voluntatem patris. Psal. 39. Vt faciam voluntatem tuam deus meus volui. Thess. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra. Ioan. 6. Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatẽ eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam, sed resuscitem illud in nouissimo die. Christus autem multa voluit: & hoc propter nostram vtilitatem. Sed quid voluit? Pati, mori, resurgere, vt nos viuificaret. Dicit ergo deus pater [omnes voluntates meas mirificauit] idest mirifice adimpleuit [in eis] In quibus? [eis] [In sanctis qui sunt in terra eius] idest in ecclesia militante & triumphante. Hieronymus habet sic. [Sanctis qui sunt in terra & magnificis, omnis voluntas mea in eis.] Alia litera habet [robustis] Et dato quòd aliquis terrenus confidat in potestate robusti exercitus, sed Dauid dicit. [Ego speraui in te] Eccl. 2. Nullus sperauit in domino & confusus est. Et robusti mei sunt sanctí tui, qui magna faciunt. Psal. 100. Oculi mei ad fideles, dicit Christus, vt sedeant mecũ. Quòd ipse Christus diligat sanctos patet. Prouebiorum. 18. Ego diligentes me diligo. [Multiplicatæ]

D

c ¶Hic ostendit quomodo se habeat ad aduersarios dei, siue ad peccatores. Et primo, ponit eorum conuersionem. Secundo, conuersionis modum, ibi [Non congregabo] Circa primum, duo facit. Primo, proponit statum præcedentis culpæ. Secundo, ponit statum subsequentis gratiæ, ibi [postea accelerauerunt] Dicit ergo [Multiplicatæ sunt infirmitates eorum] idest diuersa peccata. Vel infirmitates] idest pœnalitates ex peccato consequentes. Tren. 1. Multi gemitus mei. Et ex hoc sequitur [postea accelerauerunt] idest conati sunt ad curandum vitam, vt redimerent tempus perditum. Et signanter hoc faciunt, quia, Vbi abundat delictum superabundat gratia, vt dicitur. Roma. 5. Item, post tribulationes homo currit ad deum. Osee, 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me, venite reuertamur ad dominũ. Psalm. 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. [Non]

E

d ¶Hic ponit modum conuersionis. Et primo, ostendit ad quẽ ritum conuertantur. Secundo, quomodo perfecte, ibi [nec memor ero &c.] Dicit ergo [accelerauerunt] Sed quomodo conuertentur? In veteri lege illi qui conuertebantur, offerebant diuersa sacrificia. Sed ego adunabo ex diuersis partibus ad fidem, sed nõ vt effundant sanguinem, quia vt Apostolus dicit Hebr. 10. Impossibile est per sanguinem taurorum aut hircorum, auferre peccata. [Non congregabo conuenticula eorũ de sanguinibus] idest de ritu legis, sed hæc cõgregatio est de sanguine nouo, idest Christi. Hebr. 9. Christus semel oblatus est ad multorũ exhaurienda peccata. Heb. 10. Vna oblatione consumauit in æternum sancti-

a INSCRIPTIO TITVLI IPSIVS DAVID PSAL. XV.

CONserua me domine quoniam speraui in te: dixi dño deus meus es tu, quoniam bonorũ meorum non eges.

b ¶Sanctis qui sunt in terra eius: mirificauit oẽs voluntates meas in eis.

c ¶Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

d ¶Non cõgregabo conuenticula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

e ¶Domin⁹ pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea p̄clara ē mihi. f ¶Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. Prouidebam dominū in conſpectu meo ſemper: quoniā a dextris eſt mihi ne commouear. Proprer hoc lætatum eſt cor meū, & exultauit lingua mea. g ¶Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctū tuum videre corruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem.

ſanctificatus &c. Zach. 9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua &c. Sed quomodo perfecta erit iſta congregatio? [Quia nō ero memor nominis illorum?] Quod habebant in ſtatu peccati, quia vnus dicebatur fornicator, alius latro. Sed nullus poſt conuerſionem debet ſic noīari, q̄a hoiuſmodi noīa ſunt deleta. Vel non ero memor peccatorum in iudicio, cum congregabo iuſtos. Venite benedicti Matth. 25 Et hoc [p̄ labia mea] vel per prædicatores meos. Sed dicetur eis. Item maledicti &c. Hier. 15. Si ſeparaueris precioſum a vili, quaſi os meū eris. Hiero. habet. [Multiplicata ſunt idola eorum: poſt tergum ſequentium nōn libabo libamina eorum de ſanguine, neque aſſumam nomina eorum in labiis meis] quaſi dicat. Te colo, nō idola. Sed illorū idola multa ſunt. Oſee. 8. Multiplicaui poſt dorſum recedentes a te. Hier. 2. Verterunt ad me tergum & non faciem, nec ero particeps libaminum eorum. Deut. 33. De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum. Nec iurabo per illa idola. [Dominus]

e ¶Hic aſſignat rationem ſuæ inhæſionis ſoli deo, quia ſcilicet ipſe ſolus eſt hæreditas ſua: quaſi dicat, Ideo ſolum hoc in cælo, quia hæc eſt hæreditas mea. Primo, dicit deum eſſe ſuam hæreditatem. Secundo, commendat eam, quòd eſt contentus de ea, ibi [Etenim hæreditas mea &c.] Ipſe eſt bonum noſtrū quo fruimur: homines in mūdo iſto quærunt poſſeſſiones & vſus earum, ſed poſſeſſio ſua eſt deus, vnde [Dominus pars hæreditatis meæ] intranſitiue, ideſt hæreditas quæ venit mihi in partem. Quidā habent pro hæreditate delectationes carnis. Sap. 2. Hæc eſt pars, & hæc eſt ſors noſtra. Alii autem alia delectabilia mundi, ſed deus eſt ſors mea. Tren. 3. Pars mea dominus, dixit anima mea. Sed non ſolum eſt hæreditas mea, ſed [pars calicis mei] ideſt calix meus veniens mihi in ſortem, quia tota delectatio mea & potus, eſt deus. Pſal. 22. Calix meus inebriās quàm præclarus eſt. Vel Chriſtus habet hæreditatē fideles: & huiuſmodi hęreditatis ſcilicet fidelium, deus eſt pars ſicut dictum eſt [dominus pars calicis mei] quia paſſio mea ordinatur ad deum. Ipſe etiam eſt dator huius hæreditatis [Tu es qui reſtitues hæreditatē meam mihi] ſcilicet æternæ gloriæ. Et ſic Chriſtus loquitur ex perſona ſuorum, qui eam perdiderant peccante primo parente. Vel [hæreditatem] ideſt claritatē corporis, quam perdidit homo peccando. [Funes extenderunt mihi in præclaris] Diuites terrā mēſurant fune. Deut. 33. Iacob funiculus hæreditatis eius. Et iō portio dicitur quaſi funiculus funis, ideſt portio mea cedit mihi in rebus optimis, quia nihil melius ipſo deo. Hier. 3. Tribuam tibi terram deſiderabilem, præclarā hæreditatem. Secundo, oſtendit q̄ ſit ea contentus [Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi] quaſi dicat. Non ſolum hæreditas mea in ſe præclara eſt, ſed eſt ita præclara mihi, quòd nullo modo mutarem eam. Pſa. 131. Hæc requies mea in ſæculū ſæculi, hic habitabo quoniā elegi eā. [Benedicam.]

f ¶Supra pſalmus poſuit rationem, quare ſoli deo inhæret: quia ſcilicet ipſe eſt pars hæreditatis ſuæ: hic recognoſcit beneficia. Et primo, proponit beneficia ſuſcepta. Secundo, ſperanda, ibi [Inſuper & caro mea] Circa primum, duo facit. Primo, commemorat beneficia ſuſcepta. Secundo, oſtendit gaudium, quod habet ex eis, ibi [propter hoc lætatum eſt cor meum] Cōmemorat ergo duplex beneficiū: vnum in adeptione boni, aliud conſeruando contra mala. Quantum ad primum dicit [Benedicam dominum &c.] vt intelligā quàm præclara ſit illa hæreditas æterna. Pſal. 118. Da mihi intellectum & ſcrutabor &c. Pſal. 31. Intellectum tibi dabo & inſtruam te. Eccl. vlt. Danti mihi ſapientiam dabo gloriam. Dedit autem dominus homini rationem ad ſapientiam, ſed nō totaliter abſtulit infirmitatē: ſed hoc erit in gloria. Et primo, proponit eam. Secundo, ponit auxilium contra eam, ibi [Prouidebam dominum] Omnis homo habet a deo ſecundum rationem lumen intellectus, & iuſtus reformatur lumine gratiæ. Sed adhuc infirmitas carnis reſtat, & ideo dicit. [Inſuper adhuc increpuerunt me renes mei] ideſt infirmitates meæ, ſcilicet culpæ, vel peccata. Et hoc [vſque ad noctem] ideſt

F vſque ad mortem [increpuerunt me renes mei] ideſt reprehenſibilem me oſtenderunt. Alia litera [quia in renibus incentiuum luxuriæ ſedem habet, & ſic delectationem tentando moleſtat] 2. Corint. 12. Ne magnitudo reuelationum &c. Sed in Chriſto nō ſunt infirmitates culpæ, vel infectionis, quia caro eius non repugnat aduerſus ſpiritum, & ideo intelligitur ſolum de pœna. Heb. 4. Tentatum per omnia, quātum ad infirmitates corporales. Sed ſi de nobis itelligatur, dicēdum quòd homo q̄ donū intellectus habet, vel gratiam, dicat adhuc cū Apoſtolo. Roma. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ [renes] ideſt Iudæi ſibi coniuncti [vſque ad noctem] ideſt vſque ad paſſionem, ſiue vſque ad paſſibilitatem carnis. Et quia caro timebat paſſionem, ego in illa paſſione [prouidebam dominum] erectis oculis in cælum, non in mundo. Prouidentia eſt præuiſio rerum fiendarum in futuro, ſed viſio ſiue conſpectus eſt rerum præſentium. Sed ſi adhuc tales renes impugnant non eſt timendum, quia paratum habet auxilium dei. Et ideo, Primo, ponit recordationem auxilii dicens. [Prouidebam dominum &c.] quando ſcilicet [increpuerunt me renes mei Pſalm. 24. Oculi mei ſemper ad dominū quoniā &c.]
H Et hoc ideo, quia [a dextris eſt mihi ne commouear] non ad ſiniſtram. Prou. 3. Dominus erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris. Eſa. 50. Stemus ſimul &c. [Propter hoc lætatum eſt cor meum] 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in domino. Pſal. 63. Lætabitur iuſtus in domino &c. [& exultauit lingua mea &c.] exterius, cum exteriori gaudio prorumpit in laudē vocis. Eſa. 12. Cantate domino quoniam magnifice fecit. Pſal. 80. Exultate deo &c. [Inſuper.]

g ¶Hic enumerat beneficia ſperanda. Primo, quantum ad reſurrectionem carnis. Secundo, quantum ad animam, ibi [Notas] Prima, in duo. Primo, ponit ſpem reſurrectionis. Secundo, modum, ibi [Quoniam non derelinques] Dicit ergo Dediſti mihi intellectum, & aſtitiſti mihi homini, ſed [Inſuper & caro mea requieſcet in ſpe] reſurrectionis. Pſal. 3. Ego dormiui & ſoporatus ſum, & reſurrexi. Et etiam habebit caro mea ſpem in reſurrectione. Sap. 3. Spes illorum immortalitate plena eſt. Ratio, q̄a reſurrectio requirit vnionem corporis & animæ. Et ideo non
I debuit anima coniuncta diuinitati remanere in inferno, ſed tandiu debebat ibi ſtare, donec probaretur veritas humanitatis, & veræ carnis: nec plus decebat relinqui in inferno, vbi deſcenderat ad liberādum ſanctos. Eccl. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terrę, & inſpicam omnes dormiētes, & illuminando omnes. &c. Itē ex parte corporis, quia [nec dabis ſanctum] ideſt corpus meum a te ſanctificatum [videre corruptionem] ideſt putrefactionis, vel reſolutionis, quam non eſt paſſus, ſed mortis corruptionem paſſus eſt. Beneficia quæ pertinent ad animam commemorat, cū dicit. [Notas] Hoc refertur ad Chriſtum pro membris ſuis, & hæc ſunt documenta & præcepta, quæ ſunt via in beatitudinem. Prou. 7. Serua mandata mea & viues. Et ideo dicit. [Notas mihi feciſti vias vitæ] Secundo, commemorat beneficium, vbi tria dicit. Primo, plenam dei viſionem [adimplebis me lætitia cū vultu tuo] ideſt videbo vultum tuum. 2. Corin. 13. Nunc cognoſco ex parte ideſt imperfecte, tunc cognoſcam facie ad faciem. Plenam lætitiam. Iob. 16. Vt gaudium veſtrum plenum ſit, quia
K de ſummo bono delectationes indeficientes: quia [in dextera tua vſque in finem] Eſa. 51. Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt: & fugiet ab eis dolor & gemitus. Prouerbiorum. 3. Longitudo dierum in dextera eius: & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.

ORATIO DAVID

G a PSAL. XVI.

Exaudi domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam: non in labiis doloſis. De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatē. Probaſti cor meū, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meū opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea. b ¶Ego clamaui, quoniam exaudiſti me deus: inclina aurem tuā mihi, & exaudi verba mea.

a PSAL. XVI.

SVPRA deſcribit pſalmus diuinam iuſtitiam, & oſtendit q̄ eam ſeruabat. Hic proponit orationem in qua petit exaudiri, propter iuſtitiam. Titulus. [Oratio Dauid] Et eſt primus pſalmus qui intitulatur ab oratione, quia huiuſmodi totaliter eſt oratio, & ideo ab oratione incipit, quia inter tribulationes ſingulare refugium eſt oratio. Pſalm. 108. Pro eo vt me diligerent

detrahebant mihi, ego autem orabam. Diuiditur ergo pſalmus iſte in duas partes. In prima, orat pro ſtabilitate propria. In ſecunda, petit liberationē a malo, ibi [Ego clamaui] Circa primū, duo facit. Primo, petit exaudiri. Secundo, proponit petitionem ſuam, ibi. [De vultu tuo] Conſiderandum eſt aūt, quòd in exauditiōe ſit triplex gradus. Primo, ille cui ſit petitio audit verba. Secundo, attendit ſeorſum. Tertio, implet petitū. Primo ergo petit vt exaudiatur, dicens [Exaudi &c.] Dan. 9. Exaudi dn̄e deus orationē ſerui tui. Secūdo, in exauditione ponit meritū petētis: & iō dicit [Iuſtitiā meā] q. dicat: in me eſt meritum vt exaudias. Glo. Iuſtitia habet vocē apud deum, qua penetrat cælum. Iacob. vlt. Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. Ioan. 9. Peccatores deus non audit, ſed ſiquis dei cultor eſt, hunc deus exaudit. Secundo, petit quòd intendat ad ſenſum orationis [intende deprecationem meam] Glo. dicit. Deprecationem quæ eſt pro malis amouendis. Alia litera [Intende ad canticos meos] quaſi ad ſpiritualem intellectum. Pſal. 129. Fiant aures tuæ intendētes, in vocē deprecationis meæ. Tertio, quòd audiat verba orantis, & ideo dicit [auribus percipe orationem] quæ eſt [non in labiis doloſis] ſed ſimplicibus. Eſa. 53. Dolus non fuit in ore eius.

¶Sed cū omnia audiat, quare dicitur quædam audire & quædā nō? Sap. 1. Spiritusſanctus diſciplinæ effugiet fictū, & auferet ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Deus non debet audire niſi verba vera, & non quæ proueniunt ex labiis doloſis & ideo dicit [non in labiis doloſis. Pſal. 11. Labia doloſa in corde. Et ſic doloſum dupliciter accipitur, ſcilicet fictio reſpectu oris, & reſpectu operis, cum opus non concordat ori. Phariſæus qui dicebat, non ſum ſicut cæteri hominum &c. non fuit exauditus, ſed alius qui non in labiis doloſis, ſed recte orabat fuit exauditus, quia Deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Glo. Labia doloſa ſunt qui dicunt, domine domine, & non faciunt voluntatem patris mei [De vultu tuo] Iudex non profert ſententiam niſi audita petitione, & diſcuſſa cauſa. Et ideo hic petitionem ponit, & petit tria. Primo, ſententiam. Secundo, cauſæ examinationem, ibi [proba] Tertio, ſententiæ qualitatē [Perfice] Circa primum, duo facit. Primo, petit iudicium. Secundo, temperamentum, ibi [oculi tui] Dicit ergo [de vultu tuo] ideſt de cogitatione tua, [iudicium meum prodeat] ideſt pro me. Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio non in furore tuo: ne forte ad nihilum redigas me. Sed hic petit iudicium non ſecuritatis. Eſa. 64. Omnes iuſtitiæ veſtræ quaſi pannus menſtruatæ, ſed æquitatis ſecundum quòd patitur humana natura: & ideo dicit [oculi tui videant æquitatem] ideſt iudicent iudicium æquitatum. Eſa. 11. Arguet in æquitate pro manſuetis terræ. Iob. 22. Aequitatem proponat contra me & ad victoriā proueniet iudicium meū: quaſi dicat. Non peto iudicium, quia cauſa mea tibi examinata eſt: q̄ cauſa ſua ſit examinata coram eo, oſtendit cū dicit. [Probaſti &c.] Et primo, ponit ordinē examinationis. Secūdo, quid ſit inuētū exponit [& non eſt inuēta] Dicit ergo [Probaſti cor meū] Differentia eſt inter probare & examinare: probare quærit rōnē facti, examinare quærit ipſum factum. Ratio autem facti magis tangit cor, ſed factum magis tangit corpus. Dicit ergo [Probaſti cor meum] ideſt probatum oſtendiſti, quòd non eſt turbatū propter tribulationes quas patior. Deus cum examinat, tria facit. Probat, viſitat, & examinat. Probat cum diiudicat, an habeat cordis rectitudinem, quia ſi non habet non curat examinare. Sed quando hoc habet, indiget examinari, vtrum habeat firmitatem. Hier. 17. Ego dominus ſcrutans corda & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam ſuam. Sed hæc examinatio eſt dura & fortis, ita quòd nullus ſuſtineret niſi adiutus ab eo. Iob. 6. Quæ fortitudo mea vt ſubſiſtam, & quis finis meus vt patienter agā? nec fortitudo mea nec caro mea ænea eſt. Et ideo præmittit viſitationem. Pſal. 88. Viſitabo in virga, vel adiuuado, vel corrigendo [viſitaſti nocte] Sed poteſt idem intelligi per noctem & ignē, quia turbat animam. Iob 29. Nocte os meum perforatur doloribus: & incendium facit hoc idem. Vel nocte, ideſt defectu ſpiritualis intelligentiæ. Quandoque quis habet rectum cor ſi ſuperuenit ſibi tentatio & negligentia, & eſt in nocte: & in hac viſitat dominus adiuuando contra tentationes, & negligentiam excutit & confortat. Pſal. 49. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. Vel nocte, ideſt quiete & ſilentio, & tunc viſitat p̄ conſolationes. Matth. 52. Media nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit [examinaſti igne] ideſt tribulatione, quia tūc apparet ſi eſt bonus amicus & non recedit. Eccl. 6. Eſt amicus ſecun
A dum tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis. Inuenitur per iſtam examinationem innocentia & perfectio, quia examinat ſi in eo inueniatur innocētia. hoc autē in iſto inuenitur. Et primo, ponit eius innocentiā. Secundo, perfectionē, ibi [non eſt inuenta in me iniquitas.]

¶Sed contra 1. Ioā. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et Prou. 20. Quis poteſt dicere, mūdum eſt cor meum? Eccl. 7. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bo-
B num & non peccet. Glo. Nec infans vnius diei.

¶Dicendum, quòd loquitur de iniquitate peccati p̄ quā in tribulatione recedit a deo. Perfectio innocentiæ inuenitur in eo, in tantum quòd non loquitur [opera hominum] ideſt peccatum, q. d. Non ſolum in corde, ſed nec in ore eius eſt iniquitas. Iob. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatē, nec in faucibus meis iniquitas perſonabit. Eph. 4. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Vel ſic [non eſt inuenta iniquitas.] Vt nō loquatur os meum] cum poſt ſequitur [opera hominum &c.] quaſi dicat. Tu vidiſti quòd in me non eſt iniquitas: & hoc, quia nō decet me loqui: tu tamen vidiſti hoc. Prou. 27. Laudet te alienus & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Hier. habet ſic [probaſti] & non inueniſti cogitationes meas aſcendere ſuper os meū] q. d. Non intantum turbatio proceſſit, vt veniret a corde ad os per murmur. Secundo, exponit quo igne examinatus cum dicit [propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras]. Viæ
C duræ ſunt aduerſitates, & hoc ſuſtinui [propter verba labiorum tuorum] ideſt vt ſeruarem verba, aut annunciarem verba tua. Hier. 22. Factus eſt ſermo domini ib opprobrium & in deriſum. Hier. habet [vt vias latas] latrones quærunt diuerticula vt lateant, ita Dauid quando ſequebatur eum Saul. Pſal. 17. Poſuit pedes meos quaſi ceruorum. Spiritualiter dicitur de Chriſto punito inter latrones vt malefactor. Ioan. 18. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Si incipias verſum, ibi [propter opera hominum cuſtodiui vias duras] dicas vias duras quæ ſunt opera hominū. Prou. 4. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas dum ingreſſus fueris &c. Conſequenter determinat quid petit [Perfice greſſus meos in ſemitis tuis] ſcilicet iuſtitiæ. Iob. 4. Vbi eſt fortitudo tua, patientia, & perfectio viarum? Et hoc vt veſtigia ideſt affectus meus, non moueatur a mandatis tuis. Vel petit Chriſtus pro eccleſia vt greſſus eius perficiātur, & veſtigia, ideſt ſacramenta non moueantur. Item, cum ex actibus generentur habitus, actus veſtigia relinquuntur in voluntate. Vel ad literam petit Dauid, quòd non
D præcipitetur de præruptis per quæ tranſibat fugiens Saulem 1. Reg. 24. Sequebatur eum Saul per præruptiſſimas petras. Alia litera habet [Suſtenta greſſus meos in calcibus meis, & non labētur veſtigia mea] Vel quòd Chriſtus ſecundum quòd homo perficiatur in ſempitenum gloria diuinitatis. Ioan. 14. Clarifica me pater apud temeipſum, claritate quam habui priuſquàm mūdus fieret. [Ego]

b ¶Supra poſuit pſalmus vt ſtabiliatur in bono: hic autem petit vt liberetur a malo. Et circa hoc, tria facit. Primo, petit exaudiri in ſua petitione. Scd̄o, ponit eā, ibi [Mirifica miſericordias tuas] Tertio, exauditionem ſuæ petitionis manifeſtat, ibi [Ego autem] Circa primum, duo facit. Primo, proponit ſpem conceptam de deo. Secundo, ex hac petit ſe exaudiri, ibi [Inclina aurem] Dicit ergo [Ego clamaui] videtur ordo p̄poſterus: quia cōuenientius videtur dici [quoniam clamaui exaudiſti me] Et ideo tripliciter exponitur. Vno modo ſecundum glo. [Ego clamaui] In clamore validior intētio mentis eſt, & libera. Tū ergo clamāt
E qui cum magna deuotione orant, & libertate cordis. Et vnde hoc? [quoniā exaudiſti] dando ſcilicet libertatem. Greg. Neminem exaudit deus niſi quem vt precetur inſpirat: animam ſcilicet, per aliquam deuotionem. Pſal. 118. Concupiuit anima mea deſiderare &c. Alio modo, ſecundum Aug. 10. de ciuit. dei, q̄ ly quoniam nō deſignat cauſam, ſed ſignum, quaſi dicat: hoc eſt ſignum quòd clamaui, quia exaudiſti me. Tertio modo, quia cū quis exauditur ſemel, iterum fiducialius petit. Et ideo dicit [quoniam exaudiſti ego clamaui] Hierony. habet [plane quoniam exaudiſti] Semper hæc duo coniungit, clamorem & exauditionem, quia qui ſic clamat exauditur. Ionæ. 2. Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. Pſal. 141. Clamaui ad te dixi tu es &c. Conſequenter petit exaudiri: & qui exaudit, Primo, audit: ideo dicit [Inclina] niſi dominus ſit in alto loco oportet quòd inclinet aurem ad audiēdum illum qui eſt in imo.

Dominus

Dominus sedet in maiestate sua, etsi vellet nostra agere secundũ altitudinem suæ iustitiæ non saluaremur, quia Esa. 64. Quasi pannus menstratæ iustitiæ nostræ. Et ideo oportet quòd inclinet & tũc exaudiat. Dan. 9. Inclina dñe aurẽ tuã & audi. [Mirifica]

c ¶ Hic ponitur petitio & est duplex. Prima, de sui liberatione. Secunda, de inimicorum deiectione, [Exurge domine p̃ueni eũ.] Circa primum, duo facit. Primo, petit liberationem. Secundo, subdit necessitatem liberationis, ibi [Inimici mei] Circa primũ, tria facit. Primo, petit misericordiam. Secundo, salutem, ibi [qui saluos] Tertio, liberationis modum, ibi [custodi me, vt pupillam oculi] dicit ergo [Mirifica] Quòd quis liberatur a paruo hoste non est mirum, sed cum quis liberatur a maximo malo, vel hoste hoc est mirum, & hoc petit [Mirifica] idest mirabiliter libera me. Et hoc non secundum iudicium hominis, sed secundum [misericordiam tuam] Eccl. 36. Innoua signa & immuta mirabilia, glorifica manũ & brachiũ dextrum, excita furorem & effunde iram, extolle aduersarium, & afflige inimicum. Et huius ratio est, quia tuum est & proprium [qui saluos facis sperãtes in te] Eccle. 2. Nullus sperauit in domino & confusus est. Et saluas [A resistẽtibus dexteræ tuæ] Dextera dei virtus est operatiua, siue spiritualiter in bonis. Prou. 3. Lõgitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Dicuntur resistere dexteræ dei dæmones siue peccatores, qui impediunt spiritualia Vel dextera dei dicitur Christus. Psalm. 117. Dextera dei fecit virtutem. Cui resistunt Iudæi contradicendo eius doctrinæ Ioan. 7. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? & detrahendo illius operationi. Ioan. 9. Non est hic hõ a deo qui sabbatum non custodit. Luc. 11. In beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

¶ Sed est quæstio contra psalmum. Tu terribilis es & quis resistet tibi? Nullus ergo suæ uoluntati potest contradicere. Iob. 9. Deus cuius iræ nullus potest resistere.

¶ Et dicendum, quòd nullus efficaciter potest resistere ei, sed potest habere voluntatem siue propositum resistendi. Consequenter ponit modum liberationis, quia diligenter & tute, ideo dicit [custodi me, vt pupillam oculi] Pupilla oculi cum diligentia custoditur, quia nihil quod lædere possit permittitur appropinquare, sic & facit deus in custodia serui sui. Deut. 32. Circunduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Zach. 2. Qui uos tetigerit tangit pupillam oculi mei. Vel secũdum glo. Pupilla oculi dicitur Christus dirigens. Eccl. 3. Virtus visiua est in pupilla qua discernimus bonum a malo, & Christus discernit fideles ab infidelibus & a bonis malos Ad hanc diligẽtem custodiam manifestandam vtitur duplici metaphora, scilicet vmbræ & alarum. Vmbra enim refrigerat ab æstu, sic & tutela dei refrigerat dans securitatem. Item, alis gallina pullos contra miluum custodit, sic & deus suis alis quæ sunt charitas & misericordia, iustos defendit a rapacitate dæmonum. Matth. 23. Quoties volui congregare vos quemadmodum gallina congregat pullos sub alas & noluistis? His ergo alis deus nos eleuat ad superna. Psal. 88. Misericordia & veritas præcedent faciem tuã, beatus populus &c. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, iõ attraxi te miserans. Vel pupilla oculi dicitur anima, quia sicut pupilla quę est in medio oculi circundatur multis pellibus ad defensionem, & homo apponit manum, & fere omne quod habet ne lædatur, sic debet homo facere pro anima. Iob. 2. Pellem p̃ pelle &c. quia vt dr̃ Marc. 16. Quid p̃dest homini si lucretur &c. animæ vero &c. [Vel custodi me vt pupillam oculi] idest vt Christum [Sub vmbra alarum tuarum protege me] idest sub custodia angelorum. Psal. 90. Angelis suis mandauit de te &c. Vel duæ aĩæ, sunt duo brachria Christi extẽta in cruce Deut. 32. Expãdit alas suas & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. Consequenter ostendit a quibus competit liberari, quia [a facie impiorum qui me afflixerunt] idest a potestate & præsentia dæmonum, vel falsorum fratrum 2. Cor. 11. Periculis in falsis fratribus. [Qui me afflixerũt] tẽtationibus & persecutionibus. Exo. 1. Oderant filios Israel Aegyptii & affligebant illudentes eis. Sic nos debemus petere liberari a peccato. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. [Inimici]

d ¶ Hic ponit necessitatẽ liberationis: & circa hoc duo facit. Primo, proponit afflictionem quam patitur. Secundo, afflictionis similitudinem, ibi [Susceperunt me] Circa primum, duo facit.

c ¶ Mirifica misericordia tuas: qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dexterę tuæ: custodi me, vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.

d ¶ Inimici mei animã meam circundederunt, adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Proiicientes me, nunc circũdederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

e ¶ Exurge domine, præueni eum, & supplanta eum, eripe animam meam ab impio, frameam tuã ab G inimicis man⁹ tuæ. Domine a paucis de terra diuide eos in vita eorum & de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

e ¶ Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

F Primo, præmittit afflictionem. Secundo, afflictionis modum, ibi [adipem &c.] Dicit ergo [Inimici] dæmones, siue peccata ita affligunt me, quòd [circundederunt animam meam] idest sic vndique concludunt, quòd non inueniam viam liberationis. Et dicit [animam] quia nihil quærunt nisi animam. Hostes corporales quærunt tollere vitam, hostes vero spirituales quærunt animam. Vel potest intelligi de Christo cuius animam Iudæi suis malitiis circundabant. Psa. 117. Circundederũt me sicut apes &c. Item ibidem. Circundederũt me canes multi, concilium malignãtium obsedit me. Consequenter ponit modum, vnde dicit [adipem] Adeps in scriptura quãdoque in bono, quandoque in malo accipitur. In bono secundum quòd signat deuotionem mentis. Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In malo Primo, secundum quòd signat nequitiam cordis. Secundo, oris. Tertio, operis: & ideo designat detestabilem malitiam. Iob. 21. Viscera impii plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Et hoc est multiplex. Quandoque delectatio de peccato quod faciunt. Prou. 2. Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Itẽ, superbia & falsitas. Iob. 11. Vir vanus in superbiã erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Item, carnalis sensus. Dicit ergo [adipem suum] idest carnalem sensum, vel superbiã vel delectationem [concluserunt] in se vt non capiant spiritualem sensum. Hieronymus habet [adipe suo] idest abundantia tẽ- H poralium & sæcularis potestatis [concluserunt me] Secundo, quo ad os, quia [os eorum locutum est superbiam] Et hoc quando Iudæi dicebant contra Christum, Si rex Israel &c. Tertio, quo ad opus. Et primo, ostendit quomodo procedit ad opus. Secundo, causam huius, ibi [oculos suos] In operatione autem duo ponit. Primo, defectum. Secundo, solicitudinem nocendi, & tamen quando quis contemnit non solicitatur nocere. Et ideo dicit [proiicientes] idest despicientes. Esa. 33. Proiecit ciuitates, non reputauit homines, & tamen circundederunt me vndique solicite. Et hoc fecerũt Iudæi Christo, quando proiecerunt eum extra ciuitatem. Luc. 2. Et [circundederunt me] cõuenientes ad spectaculum vt irriderẽtur. Act. 7. Et huius ratio est, quia non respiciunt ad deum, sed ad terrena. Psalm. 3. Non est salus illi in deo eius. [Statuerunt oculos suos declinare in terram] scilicet peccatores statuerunt intentionem cordis sui declinare in terrã, cum deliberatione & mora. Prou. 17. Oculi stultorum, idest pec- I catorum in finibus terræ, & ideo non recipiunt lumen gratiæ. Eccl. 2. Oculi sapientis in capite eius, stultus idest peccator in tenebris, idest in peccatis ambulat. Dan. 13. Declinauerunt oculos suos vt non viderent cælum. Et hoc ad literam fuit in Iudæis, cum dicebant. Ioã. 11. Ne forte veniant Romani & tollãt locum nostrum & gentem. [Vel in terram] idest in carnẽ Christi, cuius infirmitatem tantum considerabant & non eius diuinitatem, quasi dicat: [statuerunt oculos suos &c.] De industria similitudo ponitur quantum ad violentiam, quia [sicut leo paratus ad prædam susceperunt me] vel a deo, vel a Pilato milites, quantum ad fraudulentiam, quia [sicut catulus leonis habitans in abditis] Leo in agro inuadit, sed catulus eius in occulto morans, raptam prædam comedit, vel inuadit. Matth. 26. Osculo enim fuit traditus, de nocte captus, per falsos condemnatus, & princeps sacerdotum scidit vestimenta sua. [Exurge]

e ¶ Hic ponit aliam petitionem, idest deiectionem inimicorum. K Et ponit tria, Primo, petitionem. Secundo, expositionem, ibi [Eripe animam meã] Tertio, petitionis rationem, ibi [de abscõditis] Circa primum, duo facit. Primo, petit occultationem auxilii. Secundo, destructionem aduersarii. Dicit ergo. Dormire videris dum pateris me affligi, sed [Exurge domine præueni eũ] vt citius subuenias quàm nocere possit [& supplanta eum] idest destitue eum quasi astute. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum. Prouer. 19. Astutia hominis supplantat gressus eius [supplanta eum] in duobus, scilicet in mei liberatione. Et quantum ad hoc dicit [eripe animam meam ab impio] quia contra iustitiam persequitur me, & ideo impius est. Psal. 42. Ab homine iniquo & doloso eripe me. Et huius rõ est, q̃a anima mea, ẽ framea. i. gladius acutus ex vtraq; parte, qua destructus est diabolus. Et hoc proprie dicitur de anima Christi. Esa. 17. In in die illa visitabit dominus super Leuiathan in gladio duro & forti. Dicit [frameam tuam ab inimicis manus tuæ] supple [eripe.] Psal. 68.

Psal. 68. Intende animæ meæ & libera eam. Vel [eripe frameã tuam ab inimicis] idest aufer gladium & potestatẽ quam habent a te. Sap. 6. Data est vobis a deo potestas. Et voluntatem quam habent a se. Zach. 13. Frameam suscitare super pastorem meũ. Vel [supplanta eos] in eorum frustratione: & eripe animam meã ab inimicis manus tuæ [idest Christi filii tui. Nam filius dicitur manus patris. Deut. 32. Tollam in cælum manu meã, idest filium meum. [Domine a paucis de terra diuide eos] quia p̃pter hoc persequũt me vt regnũ suum stabiliãt. Hæc est duplex litera: in psalmo Romano sic e Domine dispertire [eos in vita eorum] quasi dicat: ipsi oculos habent ad terram, & ideo mala faciunt: sed tu exclude eos de terra quam dedisti eis. Sed quomodo? Numquid vt vadant in vnum locum? Nõ. Sed dispartire eos per totum mundum. Alia litera [Domine a paucis de terra dimitte eos] quasi dicat: diuide eos de terra: & [paucis] idest a societate electorum [in vita eorum] idest dum viuunt. Vel quia legitur quòd imminente destructione sunt admoniti per angelũ: quòd fideles recederent & irent in regnũ Agrippæ. Et ideo [diuide eos a paucis] idest Christianis qui sunt reseruati [de absconditis tuis adimpletus est vẽter eorum] idest de peccatis non confessis. Prou. 28. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Iob. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum & cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Vel hic ponitur rõ petitionis: & hmõi ratio est duplex, videlicet quia potest referri ad peccata, vel ad beneficia de quib⁹ sunt ingrati. Si primo modo, sic Primo, ponit abundantiam peccatorum. Si secundo mõ, ostendit q̃õ beneficia dei deriuabantur ad filios. Dicit ergo quantum ad primũ [De absconditis tuis adimpletus est venter eorũ] idest de peccatis quę sibi abscondita sunt: non quòd non videat, sed quia non vult ea videre. Abah. 1. Mundi sunt oculi tui domine ne videãt malum, & ad iniquitatẽ respicere non possuit [adimpletus est venter eorum] idest conscientia, vel memoria, vel carnalis concupiscentia, vel sensualitas [Saturati sunt filiis] idest peccatis, vel malis operibus. Mala opera dicuntur filii malorum, sicut bona opera filii bonorum. Alia litera habet [saturati sunt porcina] idest immunditia peccatorum. & est expositio eius quod dicit, de abscõditis [& diuiserunt reliquias suas paruulis suis] quasi dicat: deriuantur ad filios qui imitati sunt peccata eorum. Sap. 4. Ex iniquis omnes filii qui nascentur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Vel [saturati sunt filiis] idest ad vtilitatem filiorum [& diuiserunt reliquias suas paruulis suis] q. eos ad peccatum quantum in eis fuit obligauerunt. Matth. 27. Sanguis eius super nos & filios nostros: vel [saturati sunt filiis] idest pro filiis, quasi ita saturati sunt peccatis quòd suffecit eis & filiis suis, idest reliqua peccata quæ non fecerunt ipsi, dimiserunt facienda filiis suis. Si secundo modo, sic duo beneficia receperũt. Primo, spiritualia, quia legem. Et ideo dicit [de absconditis] sapientiæ tuæ [adimpletus est venter eorum] idest carnalis sensus. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Secundo, bona temporalia: quia [saturati sunt filiis] & quod plus est reliquerunt ea eis. Hieronymi litera habet ab illo loco [eripe animam meã ab impio] quasi scilicet impius sit gladius tuus Esa. 10. Væ Assur virga furoris [a viris manus tuæ qui sunt mortui in profundo, quorum pars est ĩ uita] quasi dicat, [Eripe animam meam ab impio] idest a Saule [& a viris manus tuæ] qui contradicunt manui tuæ. Qui sunt mortui in profundo, idest peccato. Quorum pars est in vita, scilicet ista [Quorum venter adimpletus est &c.] Saul secundum glo. signat mortem: & sicut mortuo Saule Dauid regnauit in pace, ita Xp̃s morte deuicta post resurrectionẽ [Ego]

e ¶ Hic ostendit spem suæ exauditionis, & ponit duo, scilicet iustitiam quam habet, & visionem dei. Et consequuntur se: quia per iustitiam peruenitur ad dei visionem. Psal. 14. Quis habitabi ĩ tabernaculo tuo &c. Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Alia litera [Ego autem in iustitia videbo faciem tuam] & ideo apparebo in conspectu tuo, idest veniam ad videndum te [Et satiabor cum apparuerit gloria tua] idest, quando videbo te replebor omnibus bonis. Psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum, scilicet gloria tua: in qua omnia bona sunt. Illi, satiantur porcina secundum 70. Nostra litera dicit [In terra sanctorum &c. Esa. 26. Tollatur impius ne videat gloriam dei [Ego autem satiabor] Hierem. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus.

IN FINEM

¶ Puero domini Dauid, qui locutus est domino verba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum eius: & de manu Saulis.

a PSAL. XVII.

Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum & refu- B gium meum, & liberator meus.

b ¶ Deus meus adiutor meus,

A a PSAL. XVII.

IN præcedenti psalmo psalmista petiuit orando liberari ab inimicis. Hic autem liberatus gratias agit. Et primo gratias agit de beneficio liberationis. Secundo, prorumpit in laudem liberatoris, ibi [Cæli enarrant gloriam dei] Titulus [In finem puero domini Dauid] Et locutus est verba cãtici huius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorũ eius, & de manu Saulis. Et psalm. iste de verbo ad verbum habetur 2. Re. 22. Et historia manifesta est, quia 1. Re. 19. legitur q̃õ Saul quærebat eum occidere. Et eo mortuo 2. Reg. 2. iterũ Abner & filius eius, fuit contra eum. Tandem victoriam habuit Dauid contra eos. Et ideo fecit hunc psalmum. Et Hieronymus dicit idem. Et quia per Dauid significatur Christus, omnia ista referri possunt ad Christum, vel secundum caput, vel secundum corpus, scilicet ecclesiam, quia liberatus est a Saule .i. morte. Saul enim interpretatur petitio, quia ad petitionem populi datus fuit, immo potius extortus. Vnde non fuit datus ad permanendum. Sic Christus, Primo, sustinet mortem, postea remanet quietus secundum glo. Liberatur etiam ab inimicis omnibus Iudæis & dæmonibus, & quantum ad corpus suum idest C ecclesiã. Diuiditur aũt ista pars in tres. In prima, in generali cõmemorat beneficium liberationis. In secunda, ostendit potentiã liberantis, ibi. [Commota est] In tertia, modum liberationis, ibi [Misit de summo &c.] Circa primũ, duo facit. Primo, cõmemorat affectũ quẽ concepit ex beneficio p̃dicto. In secũda, ostendit effectũ inde sequentẽ, ibi [Laudãs] duplex affectus surrexit in eo ex hmõi beneficio. s. amoris & spei. Et primo, ponit primũ. Secũdo, scd̃m, ibi. [Deus me⁹] Primo, ponit affectũ amoris ad deum. Secũdo, rõnẽ eius, ibi [fortitudo] Dicit ergo. O dñe qui me liberasti, ego semper [Diligã te] quia in te manebo Io. 14. Manete in dilectione. Ro. 8. Cert⁹ sum, quia neq; vita, neq; mors, neq; angeli, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Chr̃i. Diligere. n. est rõnabiliũ, amare gñale est. Iudic. 5. Qui diligunt te, sicut Sol in ortu suo splẽdet, ita rutilãt. Rõ aũt dilectionis alicuius est p̃priũ bonũ. Vnde, q̃ñ quis reputat bonũ suũ dependere ab aliquo, hæc ẽ rõ quare diligit eũ. Dauid reputabat totũ bo- D nũ suũ a deo. Vñ dicit [Diligã te] quia tu es [fortitudo mea] Fortitudo habet firmare animũ, ne quis recedat a bono p̃p difficultates imminẽtes. Q̃õ aũt sit eius fortitudo, oñdit. Hõ indiget fortitudine ad duo. Primo, in bonis vt stabiliatur in eis, & iõ dicit. [Dñs firmamẽtũ] .i. firmũ fundamẽtũ 2. Re. 22. Dñs petra mea. Mat. 7. Omnis q̃ audit verba mea & facit ea similis est viro ædificati domũ suã supra petrã. Itẽ, in malis, & hoc ad duo. Vno modo, antequàm adueniat vt fugiat. Vnde dicit [Refugiũ meũ] Prouerb. 14. Turris fortissima nomen domini. Psalm. 103. Petra refugium herinaciis. Alio modo, postquàm euenerit, vt liberet. Vnde dicit. [Et liberator meus] [Deus meus.]

b ¶ Hic ponit effectum spei: & differt inter spem & amorem, quia amor est vis vnitiua: amamus enim aliquid inquantum reputamus illud nostrum. Et ideo dicit, quòd ipse est fortitudo sua. Esa. 12. Fortitudo & laus mea dominus & factus est mihi in salutem. Spes importat defensionem ab extrinseco, & vtrumque deus facit. Vel sic. Obiectum spei est bonum arduum futurum, possibile adipisci. Sicut ergo quis amat propter bonum iam da- E tum, ita sperat futurum ex fiducia ex amore concepta, & ex similibus inquantum credit similia in futurum recipere. Et ideo hic tria facit. Primo, sperat refugium & firmamentum quod est in bonis. Secundo, petit protectorium quod est in malis, qui iam euenerunt. Dicit ergo primo, [Deus meus adiutor meus] Psa. 93. Nisi q̃a dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea &c. Et ideo sperabo in eum] Eccles. 2. Qui timetis dominum, sperate in illum, & cum oblectatione venient vobis misericordiæ. Secundo, speramus liberari a malis, quibus nondum subiecti sumus, quia defendit nos. Primo, ne lædamur. Secundo, quòd ea vincamus & pro victoria coronat. Quantum ad primum dicit. [Protector meus] Hieronymus habet [scutũ] quod protegit ne transfigi possit a malis. Sic facit deus. Psa. 63. Protexisti me deus a conuentu malignantium. Quantum ad secundum dicit. [Et cornu salutis] quia animalia cornu impingunt, ita virtus dei contra aduersarios resistit, quia pugnat, vt vincat mala tẽporalia & spiritualia. Psal. 43. In te inimicos nr̃os

vẽtilabimus cornu: & in nõie tuo spernemus insurgẽtes in nobis. 1. Re. 2. Exultauit cor meum in domino: & exaltatum cornu meum in deo meo: idest virtus mea. Quantum ad tertium, [& susceptor meus] Quando quis vincit suscipitur cum triumpho. Sic etiam facit deus. Ioan. 14. Iterum veniam & accipiã

& sperabo in eum. Protector meꝰ
& cornu salutis meæ, & susceptor
meus. Laudans inuocabo dominũ:
& ab inimicis meis saluus ero.
c ¶ Circundederunt me dolores
mortis: & torrentes iniquitatis cõ
turbauerunt me.
d ¶ Dolores inferni circundede-
runt me: præoccupauerunt me la-
quei mortis. In tribulatione mea
inuocaui dominum: & ad deum

vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Psal. 72. Cum gloria suscepisti me. Simile habetur 2. Reg. 22. Consequẽter ponit effectum sequẽtem, scilicet laudem. Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis, vel ex hoc saltem sequitur. Primo ergo ponit laudem. Secundo, eius efficaciam. Dicit ergo [Laudans inuocabo dominum] q. d. ex hoc laudem propriam non habeo: sed quæro tuam, quia tu fecisti. Esa. 63. Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus, quæ retribuit mihi. [Et inuocabo te] secure cum efficacia: quia sic inuocans [Saluus ero ab inimicis meis] Ioel. vlt. Quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. [Circundederunt]

c ¶Hic ponitur necessitas liberationis. Et primo, magnitudinẽ liberationis ostendit. Secundo, orationem quam fundit ad deum [in tribulatione] Tertio, ponit exauditionem. [Exaudiuit] Nota quòd ista tria sic sunt adinuicem ordinata, iniquitas, mors, & infernus: quòd ex iniquitate homo inducitur ad mortem, & ꝑ mortem deducitur ad infernum. Et sicut primum est via ad secundum, ita est secundum ad tertium. Et ideo primo, dicit de primo progressu. Secundo, de secundo, quòd de morte vadunt ad infernum, ibi [Dolores inferni &c.] Primo, duo facit. Primo, ponit modum. Secundo, viã ad eam. s. iniquitatẽ [Torrentes iniquitatis] Dolor mortis maximus est 1. Reg. 15. Siccine separat amara mors? Eccl. 41. O mors, quàm amara est memoria tua. Vnde quando quis non potest eam effugere tunc circundant eũ dolores, & tanto magis quanto sunt ineffugabiles. Via est iniquitas: quasi ideo timeo eam, quia [Torrentes iniquitatis conturbauerunt me] Torrens est fluxus aquę decurrentis cũ impetu. Iob, 6. Sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Impetus ergo subitus iniquitatis interioris, puta subitæ tentationis & grauis, est torrens impellens ad peccatum. Vel exterioris: sicut impetus alicuius hostis. Et hi. [Conturbauerunt me [Dolores]

d ¶Hic prosequitur secundum progressum. Et ideo dicit [Dolores inferni] idest similes infernalibus. Gen. 37. Lugens in infernum descendam. Vel dolores qui concipiuntur ex timore inferni. Et hi circundant quando ineuitabiles sunt: & veniunt hi dolores [Quia præoccupauerũt me laquei mortis.] Quæ mors? Prou. 21. Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus & excors est: & impingetur ad laqueos mortis. Ecce necessitas. Sed remedium apposuit orationis. Et primo, ponitur oratio: & ideo dicit [In tribulatione mea inuocaui dominum] Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Baruch. 3. Nunc domine deus &c. Esa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest &c. Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis & eruam te. Sap. 7. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ. Consequenter ponitur orantis deuotio, quia [Ad dñm meum clamaui] idest cum magnitudine deuotionis orantis. Psal. 119. Ad dominum cum tribularer &c. Heb. 5. Cũ clamore valido & lachrymis offerens exauditus est: & dicit [Ad dominum meum clamaui] non alienum. Deut. 10. Dominum deum tuum adorabis &c. Tertio, ponitur exauditio [exaudiuit] Duo dixerat: se inuocasse, & clamasse. Et iõ dicit exauditam vocem & clamorem? Vnde [De templo sancto suo vocem meam exaudiuit] Templum dei est ipsa excellentia suæ sanctitatis, quia dominus est templum suum. Apo. 21. Tẽplum non vidi in ea: dominus enim deus omnipotens templum illius est; & cæt. Item, tẽplum est ipse Christus. Ioan. 2. Hoc aũt dicebat de templo corporis sui, in quo deus est per vnionem personæ. Item anima iusta in qua deus est per gratiam 1. Cor. 3 Templum. n. dei sanctũ est qđ estis vos. Item, beata Virgo. Psal. 5. Adorabo ad templũ sanctum tuum: in qua idest per quã exaudiuit nos deus. Psal. 33. Exaudiuit me & ex oĩbus tribulationibus meis eripuit me. Item, ecclesia. Psal. 10. Dñs in tẽplo sancto suo. Et de quolibet tẽplo isto exaudiuit. 3. Reg. Si quis cognouerit plagam cordis sui & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in loco habitationis tuæ. Et nõ solum orõnem dicit exauditam, sed etiã clamorẽ, ideo dicit [Et clamor meus in cõspectu eiꝰ introiuit in aures eius. Et dicit [in cõspectu] i. in oculis

F eius: quia oĩa videt. Exo. 3. Videns vidi afflictionem &c. Vel [in conspectu] i. in beneplacito: vel in corde, vbi ipse solus cõspicit 1. Re. 16. Homo videt ea quæ apparent deus autem intuetur cor. [Et introiuit in aures eius] ꝑ acceptationẽ. Iac. 5. Clamor eorũ in aures dñi. Vel [in aures] i. in clementiã eius. Eccl. 15. Oratio

meum clamaui. Et exaudiuit de tẽ
plo sancto suo vocem meam: & cla
mor meus in conspectu eius in-
troiuit in aures eius.
e ¶Cõmota est & contremuit ter-
ra, fundamenta montium contur
bata sunt & commota sunt, quo-
G niam iratus est eis.
f ¶Ascendit fumus in ira eius, &
ignis a facie eius exarsit: carbo-
nes succensi sunt ab eo.

humiliãtis se nubes penetrat. [Cõmota]

e ¶Supra egit psal. de effectu cõcepto ex beneficiis liberationis: hic agit de potentia liberantis. Potentia agentis ostẽditur ex effectu agẽtis: quę aũt hic dicũtur pñt ad duplicẽ dei effectum pertinere, s. ad illum qui ostenditur in corporalibꝰ & ad effectum redemptionis. Et forte veriꝰ ad vtrumq;: quia ea q̃ hic dicũtur sub figura corporaliũ spiritualiter cõplentur per effectũ redẽptionis. Effectus aũt diuinæ potentiæ maxime manifestatur in rebus corporalibus, qa spiritualia minus sunt nobis nota & præcipue in illis quos hoĩes admirãtur: & hæc sunt cõmotiones elementorũ, s. terræ, aeris, aquæ, & ignis. Diuiditur ergo pars ista in tres partes. Primo, ostendit dei potentiã in effectibus q sunt circa terrã. Scđo, in permutationibꝰ aeris. Tertio, in permutationibꝰ aquarũ. Secũda, ibi [Inclinauit cælos] Tertia, ibi [Apparuerũt fontes aquarũ] Sed si ad misteriũ referatur diuiditur in duo. Primo, ostẽdit fructũ diuinæ redẽptionis factæ
H per Christũ. Secundo, modũ ipsius, ibi] Inclinauit cælos] Prima, in duo. Ad primũ referẽdo primo agit de effectu terræ q̃ est abimo. Secũdo, de eo q a summo ascendit. Si mystice, sic ostenditur duplex effectꝰ redẽptionis: s. pænitẽtia pctõrum & deuotio iustorũ, ibi [Ascendit] Sed ẽm quòd refertur ad corporalẽ effectum qui est ab imo terræ maxime mirabilis effectꝰ est terremotus &c. Hic tria tãgit. Primo, ipsam cõmotionẽ. Secũdo, id qđ mirabilẽ eam reddit. Tertio, eius cãm. Dicit ergo [Cõmota est & contremuit terra] Dupliciter aliquid mouetur. Vno mõ, mouetur aliquid de loco in locũ & sic nõ mouetur terra. Alio mõ, ad modũ tremẽtis: & sic mirabilẽ facit esse terremotũ cõcussio montiũ: quia si terra mollis moueretur nõ esset mirabile: sed qñ mouẽtur mõtes: tũc mirabile est: & iõ dicit. [Cõturbata sunt] quia videtur stabilitatem amisisse. Prima cã est volũtas diuina, & hãc exprimit methaphorice cũ dicit [Qm̃ iratꝰ est eis]. s. deus. Sicut cũ dñs turbatur qui ei assistunt tremũt, ita ad cõmotionẽ dei oĩa turbantur. Mystice
I designatur ꝑ hoc cõmotio hominũ ad pænitentiã. Itẽ, inter eos quidã sunt minores & hi designantur ꝑ terrã. Vnde dicit. Cõmota est & cõtremuit terra] idest qui prius peccatores erãt & terreni. Esa. 51. Posuisti vt terrã cor tuũ: & quasi viã transeuntibꝰ. Hæc cõmota est per effectũ a terrenis ad cælestia: & hoc a tremore quẽ cõcepit de pænis. Esa. 62. A timore tuo dñe cõcepimus: & quasi parturiuimꝰ & peperimꝰ spiritũ salutis. Quidã sunt magni & hi dicũtur mõtes. i. superbientes in sæculo. [Cõmota sunt] ꝑ Christi aduentũ. [Montiũ fundamenta] sunt illa in quibꝰ firmãtur. s. diuitiæ, potestates & honores. Psal. 45. Transferũtur montes in cor maris: puta turbãtur qñ veniunt aduersitates: & post totaliter cõmouentur. Esa. 23. Dñs exercituũ cogitauit hoc vt detraheret oẽm superbiã gloriæ & ad ignominiã deduceret vniuersos inclytos terræ: oĩa regna & potestates q̃ habent initiũ habebũt occasũ. Rõ est [quoniã turbatus est eis] hoc põt dupliciter intelligi. Si de malis nõ est dubiũ ꝙ ex vindicta dei q̃ dr̃ ira, transfe-
K rẽtur. Si de bonis. i. quoniã ira dei eis innotuit, iõ conuertuntur. Innotuit. n. per eum. Ro. 1. Reuelatur ira dei de cælo super omnem impietatẽ, & iniustitiã hominũ eorum qui veritatem dei, in iniustitia detinent. [Ascendit]

f ¶Hic ponitur corporaliter exponẽdo effectꝰ q est a sũmo. Effectꝰ aũt terræ a summo est: qñ terra cælesti igne in aliqua sui parte cõburitur. Et circa hoc, duo facit. Primo, tãgit materiã ipsam. Secũdo, accẽsionẽ ignis & cõbustionẽ. Materia eius est fumus siccus resolutus ascẽdens quousq; inflãmetur. Et iõ dicit [Ascẽdit fumꝰ in ira eius] i. in voluntate eius. i. dei per quam sic punit [A facie] idest a potestate eius [ignis exardescit] i. accẽditur [Et carbones] idest materia cõbustionis hic incenditur. Mystice ꝑ hoc innuuntur duo, s. deuotio orationis & inflammatio charitatis. [Ascẽdit] Et ex hoc consideratur ira dei cõtra peccatores [Ascẽdit fumus] deuotæ orationis. Apocaly. 8. Ascendit fumus aromatum idest ignis charitatis. [A facie eius] idest Christi [exardescit] Lucæ. 12. Ignem veni mittere in terram. [Carbones succensi sunt ab eo] scilicet isti susceptiui ascensionis. Carbo aliquãdo habuit ignem: sic homo a principio habuit charitatem, sed extinctus erat

erat: sed isti succensi sunt à Christo. Item, carbones non humidi sic incenduntur, sed humidi, non: sicut humidi fluxu carnalium. Ps. 119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus &c. [Commota est & contremuit terra fundamẽta &c.] [qm̃ iratus est eis] deus irasci dicitur quia ad modum irati se habet non in se, sed quãtũ ad effectũ. Dominus autẽ iratus facit tremere seruum, & leo catulum: pro quo sciendũ quòd virtus continens mẽbra dimittit exterius, & reuertitur interiꝰ pura ad cor quasi fugiẽs

g ¶Inclinauit cælos, & descendit:
& caligo sub pedibus eius. Et ascẽ
dit super cherubin.
h ¶Et volauit: volauit super pen
nas ventorum. Et posuit tenebras
latibulum suum, in circuitu eius
tabernaculũ eius: tenebrosa aqua
in nubibus aeris. Præfulgore in cõ
spectu eius nubes transierunt: grã
do, & carbones ignis.

& cedens malo imaginato: vel virtuti surgenti contra eã: cui resistere non potest & membra tremunt: sicut murus cũ concutitur fundamentũ. Anima enim continet corpus, & est quasi fundamẽtum eius: & pars animæ partẽ corporis. Vnde concusso fundamẽto concutitur murus: & concussa virtute concutitur membrum. Sic ergo effectus iræ in animali est tremor. Dicitur autem animal tremere, quando concutitur pars eius, toto in eodẽ loco manente: & similiter quia contingit hoc in terremotu, dicitur terra tremere per similitudinem ad animalia. Dr̃ n. deus irasci terræ in terremotu. Vel sic. In homine sunt quatuor: scilicet ratio, vires sensitiuæ natura, res, & corpus. Sed in mundo sunt deus, angeli, animalia, plantæ & elementa. Videmus enim quòd ad malum imaginatum cui corpus nõ potest resistere corpus statim tremit: non ex cognitione, sed quodam naturali ordine siue naturaliter, inquantum virtus mali imaginati est potentior. Et similiter deus cũ vertit virtutẽ suam supra terrã, licet non cognoscat irã, naturaliter tremit [Fundamenta] idest aliquę concauitates siue terra concaua, qua mota mõtes cõcutiũtur. [Quoniã iratus &c.] Prima causa est volũtas dei siue virtus eius volẽs in eis agere: sed mediantibus causis secundis hoc agit: ita quòd omnes causæ secũdæ cõparantur ad terram, sicut imaginatũ malũ commouens mẽbra [Ascendit fumus] Vbi nota secundũ Philosophũ, quòd a terra humida resoluitur virtute caloris solis uapor calidus & humidus. A terra autem sicca vapor siccus & calidus: sed naturaliter plus ascendit secundus quàm primus. Hic enim assimilatur igni, ille aeri: & hunc vaporem psalmus vocat fumum, scilicet calidũ & siccum. Philosophus vero vocat eum materiam incendii. Sursum enim latus, hic vapor cum modico augmento caloris factus, per modum circulationis accenditur. Qui quidẽ fumus siccus si habeat longitudinẽ & latitudinẽ postquàm accensus est, vocatur flãma. Est enim flãma secundũ Philosophũ spiritus sicci ardoris: si longitudinẽ tantũ, vocatur daly siue titiones & ægibes: siue capre & sydera. Daly quidẽ quando est materia illa incendii longa: cõtinua sine scintillatione Capræ vocatur quãdo est cũ scintillatione, idest quando videtur salire & discurrere, sicut capræ. Sydera quando est materia discontinua & videtur volare sicut sydera: & hoc habet minimum de materia. Est & aliud genus syderũ quod est frigus expellens calidũ: & talia sydera nõ videntur volare, sed magis proiici vt dicit philosophus Et generãtur nõ ex fumo omnino sicco, sed vapore magis humido & calido: qui secũdũ naturã suã, non tantũ ascendit sicut siccus: sicut dictũ est. Et quia est siccũ patitur a frigido & repercutitur: & inferius proiicitur. Et fit hoc in die & in sereno: alias extingueretur a densitate & humiditate aeris. Et quia videtur in die signum est, quòd est prope terram. Ascendit autẽ dupliciter: & per continuationem sicut superior flãma accendit inferiorẽ lucernã: siue per motũ a frigore & constrictione, siue conglobatione calidi. Sic ergo dicit. [Ascendit fumus] idest exalatio sicca. [In ira eius] idest per voluntatẽ ipsius volentẽ agere in eo. [Et ignis] idest ille fumus qui vocatur ignis etiã a Philosopho in principio metaphisicorũ, quasi eo ꝙ non habeat propriũ nomen: sicut exalatio humida quæ vocatur vapor: sed dicitur ignis, quia disposita est ad accẽsionẽ & quia est calida & sicca sicut ignis. Iste in ignis [exarsit] idest accensus est scilicet a deo tãquã a prima causa. Qui quidẽ ignis accẽsus vocatur dalus, flãma, & sydera. Sydera dico generata primo modo, vt dictũ est. [Et carbones succensi sunt ab eo] idest sydera. secũdo mõ, generata. Vel sic. [Cõmota est &c.] Vapor siccus virtute caloris solis a terra eleuatus aliquando est subtilis: & tũc eleuatur superius: & facit incensionẽ vt dictũ est supra. Aliquando in superficie terræ est aliquantulũ grossior, vnde a frigore repercussus non tantũ ascẽdit & est ventus. Aliquando infra terrã eleuatur grossior vapor siccus: qui propter suam grossitiem & terræ soliditatẽ & profunditatem non expirat extra, sed clauditur in terra, & cõgregatur in aliqua concauitate terræ simili sibi, & coartatur ab aliquo corpore non sibi simili in spetie, & sic agitatur in terræ visceribus & sic cõmouet eã: nec mirũ cũ videamus ventum in mari facere vndas quasi mõtes, & in terra eleuare arbores & ædi-

A ficia corruere: & in aera tẽpestates maximas facere. Quòd aũt vẽtus sit causa terremotus, signum est quòd ante terremotus cõsueuit fieri trãquillitas a ventis: sed post terremotũ sunt venti. Materia aũt terremotus subtiliata per calorẽ solis expirat a terra: & sic cessat terremotus, & fit ventus. Causa terremotus est impulsio vnius venti ab alio: & proterea non potest esse in tota terra simul, sed durant per ducenta miliaria ad plus, vt dicit Seneca. Et dicit ꝙ terremotus diuisit Siciliã a Calabria: & Hispaniam ab Aphrica. Et durat aliquã-
B do per vnũ annũ. Itẽ, nota ꝙ terra solida a qua nõ potest vapor exire extra apta est vt cito moueatur, ea enim quæ est de natura lapidea non leuiter mouetur & cõcutitur: oportet tamen ab aliqua parte porosam esse vñ ingrediatur vapor vt per poros intret: & per soliditatẽ contineatur. Et si dicas si ingrediatur non potest egredi, dicendũ ꝙ non potest semper hoc facere: quia aliquando semper continuatur ingressus & eleuatio vaporis ad locũ illum. Et iterũ quia calidum nõ vadit inferius, ad hoc cooperatur vnda maris claudens poros: & præ frigore recludens inferius. Vnde loca cauernosa circa mare, faciunt frequenter terremotũ. Itẽ, nota ꝙ iste vapor continue egreditur de terra quantũ ad aliquid, & propterea tempore terremotuũ animalia quæ portant caput iuxta terram sepe ex hoc inficiũtur per vaporum illum venenosum egredientem de terra. [Inclinauit]

g ¶Hic agit de ventis. Vbi nota ꝙ materia venti est vapor vel exalatio sicca calefacta, sed non ita subtiliata ꝙ possit ad supremum locũ ascendere, nec ita calefacta: vnde impeditur a frigore & ingrossatur & repercutitur inferius: & hæc repercussa mouet
C aerẽ. Habet tamen tantũ de caliditate ꝙ non ita vincitur a frigore vt conuertatur ad terrã: & dicitur [Caligo] & dicitur [Sub pedibus] quia non est alta sicut illa quæ accẽditur in flamma. Aliquando autẽ non statim repercutitur sed agitat nubes quia nõ totaliter vincitur: nec directe redit inferius ad terrã: & propter hũc motum tortuosum quasi nititur sursum ascendere, & non valet propter repercussionem. Et hoc est quod dicit. [Et volauit]

h ¶Hic agit de permutationibus aeris secundũ corporales effectus: & est triplex permutatio: scilicet in ventis, in nubibus, & tonitruis, & agit de qualibet. Circa primum, proponit tria. Primo, causam effectiuã omniũ istarũ transmutationũ. Secundo, materiã. Tertio, modũ. Causa autẽ omniũ istorũ est corpus cæleste, quod suo motu causat has alterationes aeris: & ideo dicit. [Inclinauit cælos] idest virtutẽ cælestiũ corporum ordinauit ad hos effectus: quia hoc habent a deo. [Et descendit] Licet deus immobilis manens omnia operetur, dicitur tamen moueri per effectum inquantũ facit mobiles effectꝰ. Sap. 7. Oĩbus mobilibꝰ mobilior est sapiẽ-
D tia: & secundũ hoc dicitur descendere inquantũ facit descendere virtutẽ cælorũ. Materia ventorũ est caligo, siue fumus siccus: nõ ita subtilis quòd ascendat vsque ad ignẽ: sed subsistens, & dicit. [Sub pedibꝰ] i. sub ptãte eius: & totũ est a deo. Modus. [Ascẽdit super cherubin. Notãdũ ꝙ Iudæi fingũt ꝙ sicut rex habet currũ, ita habet deus ẽt currũ q est cherubin: & imaginantur deũ corporalem & similem cherubin. Et ideo in psalmo Hieronymi etiam de verbo ad verbum dicitur. [Aequitauit super cherubin] Et isti habent falsam imaginationem: quia quæ imaginabiliter dicuntur in scriptura, signa sunt spiritualis veritatis. Diuina autem sapientia moueri dicitur, inquantum motum causat in mobilia. Quicquid aũt cãt deus in istis inferioribꝰ, cãt ministerio spũalis creaturæ: vnde dicit Aug. ꝙ deus mouet corporalẽ creaturam mediãte spũali: sed nõ facit hoc sua virtute spũalis creatura, sed deo præsidente. Et dr̃ hoc spãliter facere cherubin, quia interpretur plenitudo sciæ: & deus oĩa per suã sciẽtiam facit. Et dicitur
E esse super cherubin, quia scĩa dei excedit scientiã angelorũ. Et iõ facit hoc deus. Volãs]. i. volare faciẽs. Et per cherubin. i. per suã sciẽtiã, & super eos qui excedit illos: & dixit [Volauit, volauit] quia motus venti nõ est vniformis: & dicit [Pẽnans vẽtorum] ꝑ velocitatem motus eorum. Mystice, hic ponitur mysterium incarnationis. Et primo, ponitur Christi incarnatio, per quam exiuit & venit in mundum. Secundo, eius ascensio, qua iuit ad patrem, ibi [Ascendit super cherubin] Tertio ea, quæ post Christi ascensionem in ecclesia facta sunt. [Et posuit tenebras] Dicit ergo. [Inclinauit cælos & descendit &c.] Si quis magnus facit humilitatem alicui paruo de villa, dicitur facere iniuriam & deiectionem toti loco, cui præsidet. Sic filius hominis dicitur humiliare se & inclinare cælos, qa voluit venire ad nos humilis [Descendit] idest visibilis apparuit. Baruch tertio. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ioan.

1. Quod vidimus & audiuimus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. [Descendit ergo per humilitatem accipiendo carnem humanam, moriendo & docendo humilia. Vel [Inclinauit &c.] idest prædicatores[& descendit]faciens eos dicere capacia hominibus[Et caligo]idest diabolus & omnes mali[Sub pedibus eius] idest Christi. Psal. 109. Ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. De ascensione dicit [Ascendit super Cherubin] Eph. 4. Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia [Super Cherubin] idest super ordines angelorum. Ephe. 1. Constituens eum ad dexteram suam in cælestib^9 super omnem principatũ,& potestatẽ, & virtutẽ, & dominationẽ &c.Et omnia subiecit sub pedibus eius,& ipsum dedit caput super omnem ecclesiam,quæ est corpus ipsius. Hier. 32. Fortissime, magne, potens,dominus exercituum nomen tibi: magnus cõsilio & incomprehensibilis cogitatu. Et dicit specialiter [Super Cherubin] quia non solum ascendit vt est ẽt eis superior:sed qa eis incomprehensibilis] [Volauit volauit] duplex volat^9 intelligitur hic. Primo, inquantum fama eius post ascensionẽ in breui tempore per totũ mũdum creuit:vnde dicit[Super pẽnas vẽtorũ] idest plusquãm pennæ q̃ spargunturimpulsu ventorum: quia in modico tẽpore ante tres annos. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. quia ante destructionem Hierusalem. Vel [volauit &c.] ascendens in cælum factus inuisibilis & [volauit] ab aspectu nostro. Act. 1. Nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Item [volauit super pennas ventorum].i. super scientiam angelorũ. Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus &c. Vnde dicitur in libr. 5. de caulis,quòd prima causa superior est omni narratione: & non deficiunt linguæ a narratione eius nisi quia deficiũt a narratione esse ipsius,quia est super oẽm causam. Et dicit commentator, quòd eius nõ est indiciũ nec cognitio [& posuit tenebras &c.] Sicut dictũ est,q̃ hic inducunt ad ostendendũ dei mirã potẽtiã, qua Dauid liberatus ẽ,possunt referri ad corporales effectus in figura, & ad spirituales in mysterio. Primo ergo introducit Psalmus,ẽm quòd exponitur ẽm corporales effectus, excellẽtiã diuinæ potentiæ in aere. Et hoc tripliciter: scilicet quantũ ad ventos, quantũ ad pluuias & nubes, & quantum ad fulgura. Et quia de ventis supra dictum est, dicendũ est de pluuiis in aere. Secundum ergo nubes & pluuias,inuenimus duplicẽ commutationem in aere: vnam de sereno in nubilum,aliam de nubilo in serenũ. Primo ergo ponit primam cõmutationẽ. Secundo, secundã ibi. [Præ fulgore] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit nubilosi tẽporis obscuritatem. Secundo, adhibet similitudinẽ.Tertio, ponit obscuritatis causam. Dicit ergo quantũ ad primũ [posuit tenebras latibulũ suum]Dicitur q̃ deus habitat in cælo.Vnde qsi nubes occultant cælum vt deus habitare in occulto. Eze. 32. Cælum nube tegam. Et posuit similitudinem de tabernaculo. Et ideo dicit [In circuitu eius tabernaculum eius] Tabernaculum enim ponitur & deponitur sicut nubes Dicit [Tenebrosa aqua in nubibus aeris] Consequẽter agit de secunda [Præ fulgore &c.] & vtitur tali similitudine:quando venit lux expelluntur tenebræ,& sic deo ostendente lumen suum, fugit obscuritas nebularum. Et ideo dicit [Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt] præ fulgore luminis a facie tua nubes transierunt:sicut fulgore siue spendore Solis nubes fugiunt,& liquefiunt,vt in libro Metheo.dicitur. Dali vel titiones ponuntur in transitu nubiũ: quia similem causam generationis habet grando, & fulgur, siue ignis. Antiqui vero dicunt,quòd generantur in loco supremo, quod ostendit fortiorem congelationem a forti frigore causari. Vnde plus requirit de frigore nix,q̃ aqua:pluuiæ,& grando plusquàm nix:& tantum potest esse frigus, q̃ statim condensat in grandinem: aliquando prius in aquam, & postea in grandinem. Et dicunt,q̃ vapores superius eleuati congelantur multũ, & ideo generantur grossi grandines. Sed Philosophus ecõtra dicit q̃ grossiores essent in montibus, & in hyeme, cuius contrarium videmus: quia grossiores sunt in valle, & fiunt in vere, & in autumno & generantur in loco propinquo. Item ẽm Philosophum,aliquando veniunt angulares qd̃ est signum quòd veniunt de propinquo. Anguli enim citius liquefiunt. Vnde sciendũ, q̃ naturale est, quòd oppositum fortius agat in oppositum, Cõstat autem, q̃ in nubibus admiscetur frigidum & calidũ: ergo quando calor aeris circunstans constringit, frigidum quod non potest consumere, tũc frigidum agit interius circundante extra calore. Titiones autem cadentes habent duplicem causam generationis: vnam per fumum superius ascendentem vsque ad locum inflammationis, qui inflammatur: & sic secundum inflammationem, descendit quoulque inuenit materiam combustibilem. Et hoc tetigit quando dixit. [Carbones succensi sunt ab eo] Et hic tangit

F alium modum, qui est per contra resistentiam. In nube autem aliquando est aliquid calidum & istud a frigido exteriori cõstringitur interius & multiplicatur, ita quòd materiam grossam adducit & cadit, & ideo carbones,ignis,& grando habent similem generationem,scilicet constrictionem frigoris, vel caloris, vt dictum est. Dicit ergo [Præ fulgore in conspectu eius &c.] Et hęc transierũt simul cum carbone & grãdine, q̃ generant^r ex nubib^9, vt dictũ est.

i ¶Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

k ¶Et apparuerũt fontes aquarũ: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

l ¶Misit de summo & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.

h ¶Hic agit de tertia permutatione. Et primo,de tonitruo. Secũdo,de fulgoribⁿ,ibi [Misit sagittas.]Sciẽdũ q̃ psalm^9 loquitur hic secundum hanc similitudinem, quòd quicquid fit in cælo attribuat deo. Vnde sonum auditus in cælo accipit, quasi vox dei est. Est autem duplex sonus in cælo. Vnus qui est in tonitruo:& hic,licet aliqui dicant extinctionem ignis in nube, psalmus reprobat & dicit quòd fit per concussionem ventorum: ita & nubes. Et ideo psalmus dicit [Intonuit de cælo dominus] Item aliquando nubes grossæ ex quibus grandines generantur, quandoque cum sonitu: vnde Philosophus dicit, q̃ aliquando ante grandinem est fragor nubium, aliquando non. Sicut enim vapor calidus & siccus expulsus a frigido scindens nubem facit sonum,ut patet in fulgure,sic vapor humidus congelatus in grandinẽ & expulsus a calido scindit aliqualiter & facit sonum, Et ideo dicit. [Altissimus dedit vocem suam] idest manifestauit potentiam suam. Et sequitur. [Grando & carbones ignis] quæ ex his nubibus generantur,vt dictum est.Vel sic.[Intonuit de cælo]Nota quòd aliquando ad locum superiorem ascendit vapor humidus: & quia est de natura aquæ fiunt ex eo impressiones humidæ quę sunt nebula,ros, caligo, pluuia,grando, & nix, & huiusmodi.

H Diuersificãtur autem ista aliquando diuersitate quantum ad caloris & frigoris tenuitatem & spissitudinem. Aliquãdo.n.ascendit vapor siccus: & si solum ascendit facit ventos. Si autem fit comprehensus ille vapor siccus in vapore humido, tunc quando vapor humidus sursum ascendit & incipit inspissari propter frigus, vapor siccus in vapore illo humido incluso facit agitationẽ magnam & inflammatur: talis enim vapor cito inflammatur, vt est videre in vapore qui egreditur de ventre hominis:& hæc inflammatio causa est fulgoris & coruscationis. Agitatus autem vapor siccus in interioribus nubibus, multiplicem sonum facit. Si etiam sic inflammatus percutiat latera nubis & non scindat, tunc micat non clare, sicut si aliquis aliquem splendorem videret per pannum. Est enim nubes aliquantulum peruia: vnde aliqualiter videtur. Sonat autem sicut sonus flammæ,in medio incendio. Aliquando etiam sine inflammatione: & per consequẽs

I sine coruscatione fit sonus, quasi tumultuans: & hoc fit cum percutit, non inflammatus in lateribus nubis. Si autem percutiat latera & scindat, tamen cum difficultate quadam & hoc in parte grossiori nubis, tunc est terribilis sonus quasi aliquis pannum immensæ latitudinis scinderet,& tunc visus fulguris, vel coruscationis est curuus: quia non recte egreditur de nube,vt dictum est. Aliquando scindit nubem virtute magna & quasi subito, & totus vapor simul egreditur: & tunc sonat sicut vesica inflammata, vel si vter inflatus frangeret super caput alicuius: & percutit aerem percussione fortissima. Aliquando vapor ille sic cus ex inflatione crescit: & quærens maiorem locum facit dissoluere nubem subito & sonare ad modum viridium lignorum tre pidantium in igne, vel ouorum maxime:& hoc maxime apparet in castaneis, quibus in igne positis cum humidum incipit resolui & maiorem locum quærere, trangit testam resistentem, & cum impetu & sono magno exit. Aliquando etiam non valens exire extinguitur:& sonat ad modum ferri cãdẽtis in aqua extinctũ: quem sonum vocat Philisophus sisinum,vel stridorem. Aliquando etiam ille vapor facit diuersa foramina in locis nubis minus spissis,& tunc facit quasi sonũ sibili, sicut ventus quãdo exit per foramina. Aliquando antequàm incẽdatur erumpit de nube, & tunc sonat sicut folles fabriles cum sufflant. [Fulgura]

i ¶Hic describit motum fulgurum: & comparat ea sagittæ ꝓpter vehementiam venti a quo mouentur. [Et dissipauit eos] scilicet peccatores: qui aliquando ex eis mouentur:secundum diuersitatẽ.n.vẽtorum est diuersitas motus fulguris. Nam sicut superius cũ de modo ventorũ agebatur dixit[Volauit volauit &c.] vt ostenderet diuersum modum ventorum, ita hic dicit [Fulgura &cẽt.] vt ostendat diuersum modum fulgurum dicit [Conturbauit eos]quia dicit Plin. quòd secundum fulgura sunt augurationes, quia quandoque est bonum signum, scilicet quando est, ab oriente, aliquando non est bonũ: & iõ homines augurantes conturbantur propter prẽsagia futurorum.[Et apparuerunt]

k ¶Hic agit de generatione aquarum quæ ex aliquibus principiis emanãt, qui fontes dñr,ex quibus est omnis gñatio aquarũ.

Hi

Hi autem dupliciter generantur. Aliquando ex causa consueta

A & naturali: sicut cum vapores super terram eleuantur, & ex hac eleuatione infrigidantur superius & descendunt,& fiunt pluuiæ, ita etiam ex calore terræ interius: & quãdo vapores non exeunt congregantur & resoluuntur in aquam, & fiunt fontes aquarũ: sicut pluuiæ generãtur in aere, ita fontes in terra: & ideo circa montes a quibus vapores non exeunt, fiunt fontes. Et hoc est quod dicit [Apparuerũt fontes aquarum] Aliqn̄ generãtur fontes ex subuersione terræ ex terremotu, ex cuius cõmotione apparẽt venæ aquæ in profundo terræ submersæ. Et iõ dicit. [Et reuelata sunt fundamẽta orbis terrarũ] Phil. Subuersio est a vento intus incluso: sicut ventus in aere cõmouit aerẽ. Sed qn̄ retinetur ventus fit terremotus: & vterq; ventus vt ira dei. Et iõ dicit facta p terrã, sicutr terremotum. Mistice ẽm spirituales effectus:& sicut supra ostensum est mysteriũ incarnationis signãs ipsam incarnationẽ per quã descendit,& ascensionẽ, ita hic designãtur ea quæ secuta sunt post. Primo ergo ostendit eius occultationẽ. Secundo ecclesiæ,congregationem,ibi [In circuitu eius] Tertio,apostolorũ prædicationẽ,ibi [Tenebrosa aqua] Quantũ ad primũ dicit [posuit tenebras] glo. distinguit quadrupliciter tenebras. Primo,humanitatẽ. Ezec. 32. Sole nube tegam. Esa. 45. Vere tu es deus absconditus. Secũdo,species sacramentales: sicut baptismus & alia sacramenta in quib^9 diuina virtus operatur secrete. Tertio,latuit in fide fideliũ 2. Cor. 15. Quandiu sumus in cõrpore, peregrinamur a dño. Quarto, latenter operatur aliquid per malos,q̃ sunt tenebræ. Io. 1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eã non cõprehenderunt. Aliqn̄ mali permittuntur aliquid facere cõtra sanctos:sed his tenebris existẽtibus [tabernaculũ eius].i. ecclesia est [in circuitu eius]Psal. 45. Sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. Apoc. 21. Ecce tabernaculũ dei cum hominibus,& habitabit &c. per fidẽ & charitatem,in quantũ sibi inhærẽt tamẽ medio,qui eis æqualiter fuet vt dicit glo. [Tenebrosa aqua in nubib^9 aeris]Hic agit de prædicatione apostolorũ. Et primo,ponit qualitatẽ prẽdicationis Secundo, cõditionẽ pdicantiũ, ibi[Nube]Tertio, prẽdicationis effectũ[Apparuerũt fontes aquarũ] dicit ergo [Tenebrosa aqua] idest doctrina [in nubibus] idest in prophetis & prædicatoribus. Hos vocat nubes, qui a terrenis eleuati,in floribus compluunt verbum dei. Esa. 63. Qui sunt isti qui vt nubes volant &c. Et 45. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum. Vel dicit [In nubibus aeris].i.apostolis eleuatis a terra. Esa. 5. Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. Et dicuntur apostoli aqua tenebrosa in cõparatione ad fulgorem,idest Christum, qui apparebit videntibus eum. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autẽ facie ad faciem. Vel aliter: & sic punctetur. [Tenebrosa aqua in nubibus aeris: præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt] Postea sequitur[Grando & carbones ignis &c.] Et distinguitur duplex doctrina: scilicet prophetarum, & hæc est obscura, quia velamen habet vt dicitur 2. Cor. 3. Vsque in hodiernum diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur:ideo dicitur [Tenebrosa aqua] in prophetis, idest doctrina. Sed doctrina noui testamenti est clara: & ideo dicit [Præ fulgore] tota est vna dictio.i. fulgida, quia vt dicitur Eph. 3. Aliis generationibus non est agnitũ. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi. Consequenter agit de ipsis doctoribus, & comparantur nubibus,sagittis,& fulgoribus. Nubibus pro prædicatoribus. Et dicit tria. Primo,eorũ transitũ. [Nubes] Qualitatem prædicationis [grando & carbones ignis] Authoritatem prædicandi [Intonuit [Nubes] idest apostoli [trãsierunt] de Iudæis ad gentes. Iob. 37. Nubes spargunt lumen suũ:q̃ lustrant per circuitũ. Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quia &c.Grando nocet multum fructibus & floribus: & eorum prædicatio fuit quasi grando comminationis. [Et carbones ignis] idest verba inflammantia: & authoritas, quia dominus per eos loquebatur. Vnde [Intonuit de cælo dominus] idest de ipsis apostolis intonuit verba comminationis. Matt. 10. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vẽ qui loquitur in uobis &c.]Et altissimus dedit vocẽ suam] .s. mansuetudinis inflammando. Iac. 1. [In mansuetudine suscipite insitum verbum &c. Et primo, sequitur verbum [Grando] ex secundo, [Carbones ignis] Vel aliter [Intonuit] super Christũ. Ioan. 12. Venit vox de cælo dicens. Et clarificaui et iterum clarificabo: dicebat turba quæ audiebat tonitruum factum esse.[Et altissimus dedit vocem suam]In transfiguratione. Luc. 3. Hic est filius meus dilectus [Misit sagittas] Comparantur hic isti doctores sagittis propter feruorem spiritusancti in eis. Esa. 49. Posuit me quasi sagittam electam. Et 27. Qui egredientur impetu

A a Iacob & implebunt faciem orbis semine. [Et dissipauit eos] quia aliis odor vitæ in vitam, aliis fuerunt odor mortis 2. Cor. 2. [Fulgura multiplicabis]hæc dicit propter claritatem miraculorum. Iob. 38. Numquid mittes fulgura & ibunt,& reuertentia dicent tibi, Adsumus?[Et cõturbauit eos]i.fecit eos obstupescere. Act. 3. Dicit de miraculo Petri, q̃ repleti sunt omnes stupore, & extasi in eo quod cõtigerat. [Apparuerunt fontes] Hic ponitur effectus prædicationis. Et primo, ponitur effectus. Secundo, principium [Ab increpatione.]Et est

B duplex effectus, Vnus, ostenditur cum dicit [Apparuerunt fontes aquarum] idest documenta sapientiæ. Esa. 41. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes:ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum.Item 12. Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Vel dona spiritussancti. Zac. 13. Erit fons patens domui Dauid & habitatoribus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Alius effectus ponitur cum dicit. [Reuelata sunt fundamenta]scilice sancti patriarchæ & prophetæ,supra quos fides nostra fundata est: quia quod in eis dictum, vel factum est figurali ter, reuelatum est per apostolos. Principium autem horum est, quando Christus incepit increpare. Matth. 3. Pænitentiam agite appropinquabit &c. Luc. 13. Nisi pænitentiam egeritis, omnes simul peribitis [Ab inspiratione spiritus iræ] quando inspirauit quòd omnes turbaremur contra peccata [Misit]

l ¶Supra egit psalmus de potentia liberantis: hic prosequitur p

C ordinem beneficium liberationis. Et circa hoc, duo facit. Primo, agit gratias de liberatione quantum ad præterita. Secundo, quantum ad futura quæ sperat, ibi. [Et ero immaculatus cum eo] Circa primum, tria ponit. Primo, narrat a quibus sit liberatus. Secundo, liberationem, ibi [Et factus est] Tertio,liberationis causam,ibi [Saluum me fecit]Circa primum, duo facit. Primo, se ostendit liberatum a magnis tribulationibus. Secundo, exponit quomodo tribulationes sint magnæ, ibi[Eripuit me] Dicit glos. secundum literam [Misit de summo] quasi dicat. Deus potens est,quia omnia prædicta facit, scilicet commouere &c. [Intonuit &c.] Habens suam potestatem. Et hoc [de summo] scilicet potestate[Accepit me]eripiendo. [Et assumpsit me] idest eleuauit me protegendo de aquis multis] idest de multis tribulationibus. Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum & de omnibus &c. Eccl. 51. Liberasti me de portis tribulationũ quę circundederũt me: & a præsuria flãmæ quæ circundedit me.

D Mystice,misit dcus pater filium suũ de summo idest de cælo.Ioã. 6. Descendi de cælo,non vt faciam voluntatẽ mcã &c. Hoc est quod petebat Psal. 143. Emitte manum tuam de alto [Et liberauit me de aquis multis] A summo cælo egressio eius &c. Vel spiritum sanctum. Tren. 1. De excelso misit ignem [Et accepit me] infirmum ad sanandum [Et assumpsit me de aquis multis] scilicet baptismi, vel de multitudine peccatorum. Vel [misit de summo] idest virtis iustis gratiam suam. Iac. 1. Omne datũ &c. [Et accepit me] ad pænitentiam. Esa. 40. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo cõgregabit agnos &c. Osee. 11. Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eum in brachiis meis. Vel populorum:quia fideles de multitudine gentium sunt assumpti. [Eripuit.]

m ¶Hic probat quomodo tribulationes sunt multæ. Et primo, ex conditione inimicorum. Secundo, ex persecutione eorum, ibi. [Quoniam confortati sunt]Conditio inimicorum nociua est

E valde,quia potentes & odiẽtes:vnde[eripuit me de inimicis fortissimis,& ab his qui oderunt me] Potentes mystice sunt peccata carnalia. Eccle. 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Esa. 49. Numquid tollitur a forti prẽda?Odientes sunt dæmones. Oderunt Aegyptii filios Israel. Psal. 88. Concidam a facie ipsius inimicos eius &c. Consequenter ponitur persecutio. Dupliciter potest quis liberari ab inimicis: vel quòd non permittat se vinci,vel quòd fugiat. Vtũque autem excludit a se. Primo, quia fortes & confortati, idest multiplicati vicerunt eum: nec potuit fugere. Et hoc est quod dicit. [Præuenerunt me] præcludentes modo viam ad fugiendum. Tren. 4. Velociores fuerunt persecutores mei aquilis cæli,super montes persecuti sunt nos: & hoc. [In die afflictionis] quia tunc homo debilior est quando est afflictus. Tren. primo. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam, inter angustias. Auxilium liberatoris ponit duplex, Primo, contra inualescentes hostes. Vnde dicit [Et factus est dominus protector meus].vt non noceãt. Psa. 63. Protexisti me a cõuentu malignãtiũ.&c. Se-

cundo, contra prudentes. Vnde sequitur [Eduxit me in latitudinem] de angusto in quo eram positus nesciens quid facerem, dans vias quid facerem. Vel in latitudinem charitatis, Psal. 118 Latum mandatum tuum nimis. Causa liberationis est duplex, scilicet diuina gratia, & meritum humanum. Vnde dicit saluum me fecit quoniã voluit me] hæc est potentissima causa liberationis, scilicet voluntas sua, Eph. 1. Qui operatur omnia cum consilio voluntatis suæ: & tamen subsequenter opatur ibi aliquid, meritum humanũ. 1 Cor. 15. Gratia dei in me vacua non fuit. Et ideo subdit. [Retribuet mihi dominus &c.] Vbi tria facit. Primo, proponit meritũ. Secundo, in quo cõsistit. Tertio, ponit viam perueniendi ad hoc meritum. Secunda, ibi [Quia custodiui &c.] Tertia, ibi [Quoniã omnia iudicia] Meritum hominis consistit in duobus, scilicet in operatione boni & in euitatione mali, Psal. 33. Declina a malo & fac bonũ. Et ideo quantũ ad primum dicit [Retribuet mihi dominus ſm iustitiam meam] quã ipse in me operatus est. Sap. 3. Iustorũ animæ in manu dei sunt, & nõ tanget illos tormentũ malitiæ &c. Prou. 11. Seminãti iustitiam, merces fideles. Quantũ ad secundum dicit [ſm puritatẽ manuũ mearum retribuet mihi] idest innocentiã. Iob. 22. Saluabitur innocens: saluabitur in mũditia manuũ suarũ. Nõ prinabit bonis &c. ps. 80. Hæc est iustitia cõsistit i obseruatiõe viarũ dei. Psa. 118. Viam mandatorũ tuorũ cucurri. Et iõ dicit [Quia custodiui vias dñi] Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus; vias eius custodiui & non declinaui ex ea: & quia [non impie gessi] recedendo [a deo] q a per peccatum hõ recedit a deo, & inquinatur. Psal. 43. Non recessit retro cor nostrum. Qũo peruenit ad hoc. Quia [omnia iudicia eius in conspectu meo] Valet valde ad operandum bona & euitanda mala, cogitare diuina iudicia. Iob. 19. Fugite a facie gladii, quoniã vltor iniquitatũ est gladius. Et custodiui hoc [quia iustitias eius non repuli a me] de industria peccando. Iob. 21. Dixerunt deo recede a nobis. Et sequitur peruenient eis inundatio. Qui ex infirmitate, vel ignorantia peccat, faciliter veniam consequitur [Et ero]

n ¶Supra cõmemorauit psalmus beneficium liberationis de præterito: hic de futuro quãtũ ad spem. Et primo, cõmemorat beneficia in generali. Secũ, in speciali quæ accepit & quæ sperat, ibi Deus meus impolluta via eius] Tertio, cõmendat iustitiã diuinã. Circa primũ, duo facit. Primo, proponit orationem ad deum. Secundo, cõmendat spem exauditionis, ibi. [Qm̃ tu illuminas] Tria proponit. Primo, propositũ perseuerandi in innocentia. Secundo, meritum retributionis. Tertio, rõnem assignat. Secunda, ibi [retribuet] Tertia, ibi [Cum sancto sanctus eris] Dicit ergo. [Et ero immaculatus cũ eo] i. adhærebo deo, quia le quiẽ ex psona sua & aliorũ, quorũ quidã innocentes sunt & iõ dicit [Et ero] i. istabo & perseuerabo in innocentia. Eccle. 31. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Vel [Ero immaculatus cum eo] i. adhærebo deo 1. Cor. 6. Qui aũt adhæret deo vnus est spiritus &c. conseruans te ab omni macula. Iob. 27. Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. Quidam sunt pænitentes: & ad hoc pertinet ne iterum in peccatum labantur. Et iõ dicit [& obseruabo me ab iniquitate mea] sicut canis qui reuertitur ad vomitum, & sus lota in volutabro luti 2. Pet. 2. Eccl. 26. In duobus contristatum est cor meum, & in tertio, iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens præ inopia, & vir sensatus contemptus, & qui transgreditur de iustitia in peccatũ, deus parauit illum ad rompheam. Consequenter ponit spem retributionis cum dicit [Et retribuet mihi dominus ſm iustitiam meam] Et est duplex retributio. Vna, quæ datur pro bonis impleris. Et propter hoc dicit. [Retribuet mihi dominus ſm iustitiã meam] Anselmus. Iustitia est rectitudo voluntatis propter se seruata. Vel secundũ opera hominis, reddet ei. Psal. 61. Redder vnicuiq; ſm opera sua. Dicit, [obseruabo] & [retribuet] quia si homo aliquando fuit iustus, & fecit opera iustitiæ, & non obseruat se a peccatis, vel non conseruat se in operibus iustitiæ, ideo mortificantur, nec meretur retributionem. Ezec. 8. Omnes iustitiæ eius non recordabuntur. Alia est quæ datur pro beneficiis: vnde dicit [Retribuet secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius] Aliqui habent exterius tantum manus, idest operationes puras, & illis deus nõ retribuet: sed quando habent puras in corde operationes tunc retribuet. Et hoc est [in conspectu oculorum eius]

eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi dominus secundũ iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia costodiui vias domini: nec impie gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius nõ repuli a me.

n ¶ Et ero immaculatus cum eo:

& obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus, secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorũ eius.

o ¶ Cũ sancto sanctus eris: & cũ uiro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.

non illis bonis quæ sunt in conspectu nostro: sed in conspectu dei Isa. 64. Oculus nõ vidit deus absque te. Et quid retribuet? Iucunditatem ineffabilem & augmentum gratiæ, quæ prouenisti ex mãdatis dei seruatis. Psal 118. In custodiendis illis retributio multa. [Et retribuet ſm puritatem manuum mearum] i. operũ. Dicitur autem opus impurũ, ratione carnalis affectus. Esa. 1 Manus vestræ sanguine plenę sunt. Item, rationis inanis gloriæ. Mat. 5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominib; vt videamini ab eis, aliquin mercedem non habebitis. Gregor. Vecordia est magna agere, & laudi inhiare, qui vnde cœlum mercari potuit, inde vanum & transitoriũ sermonem quærit. Cõsequenter ponitur ratio retributionis: ideo sequitur [Cũ sancto]

o ¶ Circa hoc, duo facit. Primo, ponit rõnem retributionis. Secundo, exponit eã, ibi [Quoniã tu populũ] Primi duo versus dupliciter possunt intelligi. Vno modo vt intelligatur ad deum loqui, & sic ẽ literalis sensus quasi dicat. Tu domine [cũ sancto sanctus eris] Et sic dicit duo. scq deus sit remunerator & approbator bonorũ. Secundo, qũo est rebrobator malorum: vnde sequitur [& cum innocente &c. & cum peruerso. peruerteris] Est autem sciendum q nominat, s. sanctum, innocẽtem, & electum. Electus autem potest dupliciter intelligi. Vno modo a deo, & hoc est cõmune omnibus sanctis. Ephes. 1. Elegit nos deus ante mundi constitutionem &c. Alio modo, dicitur electus qui habet excellentiam innocentiæ & sanctitatis. Cant. 5. Dilectus meus cãdidus & rubicundus, electus & millibus. Si primo modo sumatur electus, tunc secundum ponit ex parte nostra, & tertium ex parte dei. Si secundo modo, sic proponit duo quæ ex parte nostra sunt. Primum est operatio boni quæ fit propter deum: & quæ p prie habet rationem sanctitatis: quia omnia quæ ordinantur ad deum dicũtur sancta: & hoc est quod dicit. O domine tu eris sanctus cum sancto, sanctitatem i eo causando. Leuit. 23. Ego deus qui sanctifico vos. Vel sic. Tu eris sanctus effectiue. i. ostendens te amare & approbare sanctitatem. Non enim ostendit se nisi per opera, substantiam enim eius non videmus. Nec aliter est sanctus cum sancto, nisi ostendendo sanctitatem. Non est enim visibilis nunc nobis, vt dicamus quòd conformat se sancto in moribus exterius, sicut de hoĩe qui diuersis diuersimode se conformat maxime amicis: quia omne animal diligit sibi simile, & quod diligit quis, illud remunerat. Vnde ostendens se sanctum, qm̃ remunerabis inquit sanctitatis opera? [Et cũ viro innocente innocens eris] effectiue & remunerando. [Et cum electo] quem tu diligis [electus eris] quia facies quòd ipse te eliget. Ioannis 15 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, primordialiter. Deuter. 4. Dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Et 26. Deum elegisti hodie vt sit tibi deus & obedias eius imperio: & dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, & faciet te excelsiorem cunctis gentibus vt sis populus sanctus. Vel [electus] idest excellenter separatus [& cum peruerso peruerteris] idest permittes eum esse peruersum. Vel peruersi sunt illi, qui non sequuntur illos, quos debent sequi. Qui ergo non sequitur voluntatem dei videtur peruersus. Ergo tu contra voluntatẽ dei & deus cõtra voluntatẽ tuã q. d. Tu vis habere beatitudinẽ, & deus dabit tibi miseriã. Leu. 16. Si ambulaueritis mihi ex aduerso, & ego cõtra vos aduersus incedã, & percutiãvos septies pp peccata vestra. Et ideo dicit [cum peruerso peruerteris] idest agens contra voluntatem peruersorum. Alio modo, potest legi vt referat sermonem ad aliquem hominem: & sic o homo cum sancto homine, vel cum Christo sanctus eris: quia non audies de deo nisi sanctitatem. Exod. 37. Cum viro religioso tracta de sanctitate [& cum innocente innocens eris] quia secundum conuersationem informantur mores: primæ Corinthiorum decimoquinto. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, [& cum peruerso peruerteris. Eccl. 16. Qui tetigerit picẽ inquinabitur ab ea, & qui communicat superbo &c. Consequenter exponit præmissa secundum primam lecturam. Quare eris domine cum sancto? quia. [Tu populum humilem saluum facies] idest in hoc quòd humilem saluum facies, ostendis te cum sancto sanctum esse. Iacobi quarto. Humilibus dat gratiam. Matth. decimonono. Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cælorum. Psalmus 145. Excelsus dominus, & humilia respicit. Quare cum peruerso peruerteris? quia [oculos super-

superborum humiliabis. Luc. 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur. Isa. 2. Oculi sublimis humiliati sunt, & incurvabitur altitudo virorum. Et dicit [oculos] quia superbia in hoc consistit, quòd homo aspectum suum ad maiora quàm sit sua proportio erigit. Isa. 16. Superbia eius & arrogantia eius plusq; fortitudo eius. Et iõ Psa. 130. Domine nõ est exaltatum cor meũ: neq; elati sunt oculi mei. [Quoniam.]

p ¶ Hic conuertit se ad orationẽ, q. d. Ita iustus es. [Quoniã tu illuminas lucernam meam] Et duo facit. Primo, refert grariarum actionem de beneficio suscepto. Secundo, ponit petitionem de suscipiendo, ibi [Deus meus illumina tenebras meas] Dicit ergo [Tu illuminas &c.] Hoc totum potest secundum literam dupliciter exponi: vt per lucernam intelligatur prosperitas, per tenebras intelligatur aduersitas. Sicut qũ homo est lætus videntur sibi clara omnia: quando est tristis videntur sibi omnia obscurari. Hoc est ergo quod dicit. [Quoniã tu illuminas lucernam meam domine] quia tu dedisti mihi prosperitatem, & continue das [illumina tenebras meas] idest siquid aduersitatis remansit in me, expelle & remoue a me. Alio modo, potest intelligi moraliter, vt per lucernam intelligatur mens siue anima hominis. Prouer. 20. Lucerna domini spiramentum hominis. Mens ergo hominis est quasi lucerna dei accensa diuino lumine. Psalm. 4. Signatum est super nos &c. Quãdiu sine peccato sumus: lucerna nostra accensa est. i. anima nostra splendet lumine gratiæ: sed quando aliquid tenebræ corruptibilis carnis remanet, est extincta. Rom. 7. Ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Et hoc est quod dicit [Quoniam tu illuminas lucernam meam] idest quia anima mea illuminata est lumine gratiæ [illumina tenebras meas] idest remoue a me defectus & corruptiones per quæ homo incidit in tenebras. Vel potest legi allegorice, vt dicãtur verba quasi ex persona Christi, vel cuiuscunque viri iusti. In ecclesia sunt multi lucentes sicut fideles & sancti. Philip. 2. Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Item, multi tenebrosi sicut infideles & peccatores. Phil. 5. Eratis aliquando tenebræ &c. Ergo homo orans pro ecclesia, vel ecclesia pro se, dicit [Quoniam tu illuminas lucernam meam] idest fideles qui lucent [illumina tenebras] idest peccatores. Spem exauditionis ponit cum dicit. [Quoniam.]

q ¶ Hic facit duo. Primo, tangit liberationem a malo. Secundo, victoriam super malo. Dicit ergo. Oro, quia spero [in te] idest in virtute tua [eripiar a tentatione], i. a quacumq; tribulatione siue impugnatione 1. Cor. 10. Fidelis deus qui patietur tẽtari supra id quod potestis [& in deo meo transgrediar murum] idest victoriam a peccato virtute dei habebo. Tunc enim hostis habet victoriam ciuitatis quando transgreditur murum. Murus iste est quæcumque difficultas quæ impedit nos ad bene operandum: siue peccata quæ prouocant nos ad male faciendum. Hieronymus dicit [frangam murum] quia non possumus esse in mundo sine peccato 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus &c. sed trangredimur quia superamus illud, dum non consentimus concupiscentiis eius. Sequitur [Deus]

r ¶ Supra cõmemorauit in generali beneficia quæ in futurũ expectat a deo, quia [In te eripiar &c.] Hic in speciali prosequitur ea. Et notandum, quòd loquitur ad modum habentis aduersitatem & aduersarios, de quibus sperat victoriam: in qua triplex est gradus. Primo, vt persequatur aduersarios fugientes, & sicut captos destruat. Secundo, vt in eis regnet. Secunda ibi. [Et præcinxisti me] Tertia, vt exaltetur, ibi [& eripies me] Circa primum, tria facit. Primo, commendat suum adiutorem, scilicet deum. Secundo, ostendit quomodo a deo iam data sunt ei quædam per quæ idoneus est ab persequendũ eos. Tertio, agit de persecutione. Secunda, ibi [Deus qui præcinxisti] Tertia, ibi [Persequar] Prima, in duo. Primo, commendat deum. Secundo, commendationem probat, ibi [Quoniam quis &c.] Commendat ergo deum de tribus: quòd sit iustus in opere, verax in sermone, & q sit misericors in subuentione. Quantum ad primum dicit [eripiar a tentatione] dum considero diuinæ iustitiæ puritatem, q a [Deus meus impolluta via eius] Iterum dum considero eius dispositionem, quia nihil iniustum est in eo. Ezec. 18. Numquid via mea æqua est, & non magis viæ tuæ prauæ sunt? Vel via dei per quam deus vadit ad animam est impolluta. Et est hæc charitas 1. Corin. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro idest vt securi eatis. Hæc est impolluta, quia charitas non agit perperam idest peruerse. Vel via dei est ipse Christus, quia pec-

p ¶Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas.

q ¶Quoniam in te eripiar a tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.

r ¶ Deus meus impolluta via eius, eloquia domini igne examinata: p

tector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus præter domini? aut quis deus præter deũ nostrum?

s ¶Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatã viam meã.

t ¶ Qui perfecit pedes tamq̃ cerui, & super excelsa statuens me.

catum non fecit. Esa. 35. Via sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus: & erit via recta ita vt stultus non erret per eã. Vel via Christi est virgo beata. Psal. 76. In mari via tua. Hæc est impolluta. Can. 4. Tota pulchra es amica mea &c. Esa. 54. Dilata locum tentorii tui. Quantum ad secundum dicit [Eloquia domini] Et loquitur ad similitudinem auri & argenti, q; si sit purum, probatur p ignẽ. Vñ sicut auriũ p ignẽ purgatum nihil habet impuritatis, ita sunt purgata verba domini. Prouerb. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis quicquàm cõtrariũ atq; peruersum &c. [igne examinata] Psal. 11. Eloquia dñi eloquia casta: argentũ &c. Et dñr igne examinata scilicet, spiritusanẽti. Iob. 12. Auris verba diiudicat, & fauces commedẽtis saporem. Nullus potest examinare verba nisi habeat ignem spiritussanẽti 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Verum, quia est verax implebit quod promisit. Et propter hoc dicit [protector est omnium sperantiũ in se] Eccl. 1. Quis speranit in domino & confusus est? Consequenter probat commendationem, quia hæc sunt proprietates: quòd sit iustus, q; sit verax, & quòd sit misericors. Si ergo ista bene conueniunt deo meo, nõ quæras alium, sed nullus alius deus est præter ipsum. Et ideo dicit [Quis deus præter dominum?] quasi dicat, nullus. Isa. 42. Ego sum dominus: hoc est nomẽ meum. Deut. 6. Audi Israel. Dominus deus tuus vnus est. In hoc differebant Iudæi ab aliis. Et quia alii colebant elementa mundi, vel homines vel angelos, hi vero dicebantur factores eorum. Sed Iudæi colebant verum deum factorem eorum. Dicit ergo quòd ipse est deus totius creaturæ. Secundo, quòd ipse colebatur specialiter a Iudæis. Dicit ergo quantum ad primum. [Quis deus præter dominum] scilicet totius creaturæ factorem? Iudith. 16. Tibi seruiat omnis creatura tua [Aut quis deus præter Deum nostrum] specialiter 1. Reg. 2. Non est sanctus vt dominus, neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut deus noster. Psal. 75. Notus in Iudæa deus &c. Qui dicitur noster specialiter, pietate, & cultura, & vnione natuiæ, & carnis assumptione, & redemptione. In hoc confundunturManichæi: quia hic est deus & dominus visibilium, & quòd deus veteris testamẽti est verus deus, q a nullus deus pter eum. [Deus]

s ¶ Hic ostendit quomodo habet a deo idoneitatem ad vincendum. Deus enim aliquando dat virtutem alicui ad bene operãdum: nec tamen sufficit nisi deus protegat eum exterius. Primo ergo ostendit, quomodo deus dedit virtutem interius. Secundo, quomodo iuuat exterius, ibi [Dedisti mihi protectionem] Tria sunt necessaria alicui ad vincẽdum, scilicet quòd sit fortis. Prou. vlt. Fortitudo & decor indumentum eius. Luc. 11. Fortis armatus custodit atrium suum. Quòd sit agilis, & quòd sit doctus in bello. Et hæc dicit se habere. Secundo, ibi [Qui perfecit pedes meos] Tertio, ibi [Qui docet manus] Circa primum, duo facit. Primo, confiterur sibi datam fortitudinem a deo. Secundo, debitum fortitudinis vsum. Dicit ergo. [Deus qui præcinxit me virtute ad bellum &c.] Milites prædicti præcinguntur armis & gladio vt sint expediti & parati ad pugnam 1. Mach. 3 Iudas Machabæ induit se lorica sicut gigas: & succinxit se arma bellica in prælijs. Hæc est fortitudo, scilicet virtus quæ data est mihi a deo, non solum in corporalibus bellis, sed etiam in spiritualibus, quæ non vincerem sine virtute dei. Et ideo dicit [præcinxit me virtute] Ephe. 6. Confortamini in domino & in potẽtia virtutis dei. Esa. 40. Qui dat lapso virtutem, & his, qui non sunt fortitudinem & robur multiplicat. Vel [præcinxit] ad modum currentis ne impediatur ex defluxu vestium. Ita virtus dei retinet affectum ne defluat ad terrena. Et ideo sequitur [& posuit immaculatam viam meam] 1. Reg. 25. Benedictus deus, q custodiuit seruum suum a malo. Psalmus. 118. Beati immaculati in via. Vel via ista est via charitatis, quæ non agit perperã vt supra dictum est [Qui.]

t ¶ Hic ponitur agilitas, quæ necessaria est ad pugnandũ 1. Re. 24. dicit quòd egressus est Saul contra Dauid super petras abruptissimas, quæ solis ceruis peruiæ sunt q. d. tantã agilitatem mihi contulit deus quòd quasi ceruus ibam per montes [& super excelsa statuit me] In montibus decliuibus vestigia hominis non figunt, sed deus dedit ei tantam grãm vt non laberet in eis. Mystice legitur sic. Ceruus transcendit sine læsione spinas & siluas, sic spiritualis affectus peruanit sine læsione & infectione mala, siue delectationes mundi. Gen pen. Neptalim cernus emissus dãs eloquia pulchritudinis. Esa. 25. Tũc saliet sicut seruꝰ claudus

[& super excelsa statuit me] idest super cælestia statuit mentem meam defixam. Abac. 3. Super excelsa mea deducet me victor. Consequenter ponitur doctrina militaris: vnde ait. [Qui docet manus meas ad prælium] Doctrina militaris acquiritur scientia, & perfectio exercitio. Primo ergo scientiã siue doctrinam quæ-

Qui docet manus meas ad præliũ: & posuisti vt arcum æreum brachia mea.

u ¶Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipse me docebit. Dilatasti gressus meos sub tus me: & non sunt infirmata vestigia mea.

x ¶Persequar inimicos meos, &

rit: quia hæc doctrina necessaria est militibus. Prouer. 24. Cum dispositione initur bellum. Sed iste edoctus a deo, dicit quantum ad secundum: [Posuisti vt arcum æreum brachia mea]. i. brachia quasi sint agabilia mihi ad bellandum dedisti. Vel [qui docet &c.] idest contra vitia & dæmones: docet nos operari ad superandos hostes, qui iter cæli claudere conantur. Postea mutãs personam dicit. [Posuisti &c.] Alia litera habet [Confregisti arcum æneum] idest brachium meum. Psa. 143. Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium &c. Nota, ꝙ excellentia agilitatis & excellentia fortitudinis est in leonibus siccitate nimia, nec habent medullam in ossibus, & hæc contingunt ex magna inæqualitate elementorum immista: & ideo parum viuunt, & hoc non decet in homine propter operationes eius: vnde huiusmodi dicuntur ex speciali munere data Dauid, vt dicitur. Eccl. 47. Lusit cum leonibus quasi cum agnis: & vrsis similiter fecit sicut cum agnis ouium. Et similiter sibi data est a deo ex gratia, doctrina pugnandi. Mistice. Oportet nos in spirituali bello esse doctos. Eccl. 11. Multæ insidiæ sunt dolosi: quas non possumus euadere nisi habeamus & doctrinam & auxilium diuinum. Iob. 39. Gloria narium eius idest dæmonis, terror: contemnit pauorem nec cedit gladio 1. Corint. 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen qui intus est renouatur de die in diem. [Et dedisti]

u ¶Hic ostendit quomodo prædicta sibi data cõseruantur a deo exterius: vnde dicit [Præcinxisti me virtute] & tamen protegit me. [Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ] idest protexisti me ad salutem: quia non sufficiunt prædicta nisi adsit protectio dei. Psal. 61. Protexisti me deus a conuentu malignantium &c. [& dextera tua suscepit me] idest fauor gratiæ tuæ me in bello confortauit. De hoc bello. Ezech. 3. Manus domini erat mecũ confortans me. Vel [dextera tua] idest filius tuus [suscepit me] idest naturam meam. Vel [me] infirmum ad curandum. [Et disciplina tua correxit me in finem] idest finaliter & perfecte. Prouerb. 3. Quem diligit dominus corrigit & castigat, & quasi pater in filio complacet sibi: vnde [disciplina tua correxit me in finẽ. Quãtũ ad secũdum dicit [Disciplina &c.] cõtingit aliquãdo, quòd aliquis dubitat, aliquando errat. Ille autem scilicet deus errata corrigit: vnde [disciplina tua correxit me in finem] vt supra dictum est. Item dubitata dirigit [Et disciplina tua ipsa me docebit] Psal. 118. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Quãtum ad tertium dicit [Dilatasti gressu meos subtus me] quasi das agilitatem, & in ea foues illos qui latos habent gressus quando non arctantur. Vel spiritualiter, quãdo cor est promptũ per charitatem ad bonum. Psal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum [& non sunt infirmata vestigia mea] quia non deficit. Vel [vestigia] idest signa quæ in itinere relinquuntur. [Persequar]

x ¶Supra psalmus posuit idoneitatem suam ad vincendum: hic autem agit de victoria, quomodo persecutus est fugientes. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit persecutionis modum. Secundo. ostendit impotentiam resistendi, ibi [Confrigam illos nec poterunt stare] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit persecutionem esse iustam. Secundo, efficacem. Tertio, perseuerantem. Iustam cum dicit. [Persequar inimicos] non amicos, sed inimicos 1. Mach. 3. Persecutus est Iudas inimicos perscrutans eos, & qui perturbabant populum suum succendit flammis.

¶Sed non videtur quòd liceat bonis viris, facere persecutionem contra aliquos. Gal. 4. Quomodo tunc is qui secundum carnẽ natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. ergo carnalium est inferre persecutionem & spiritualium est pati.

¶Sed dicendum, quòd affectus persequendi distinguit persecutionis genus. Quidam enim persequũtur amore & zelo. Psal. 68. Zelus domus tuæ comedit me: & hoc faciunt vt ad bonum sique ad salutem perducant, vel malum impediant. Psal. 100. Detrahentẽ secreto proximo suo, hunc persequebar. Et hoc modo,

F persequuntur boni malos siue peccatores. Quidam ꝑsequunt ex odio inferentes malum & impedientes bonum: & hoc modo persequuntur mali siue carnales, viros iustos. Psal. 70. Persequimini & comprehendite eum &c. Vel [persequar inimicos meos] idest carnales affectus [comprehendam illos] non illi comprehen dent me secundum

comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

y ¶ Cõfringã illos, nec poterũt stare: cadent subtus pedes meos.

z ¶ Et præcinxisti me virtute ad bellũ: & supplantasti insurgentes in me subtus me. Et inimicos meos
G dedisti mihi dorsum: & odientes me desperdidisti.

& ¶Clamauerunt, nec erant qui saluos faceret, ad dominum, nec

glo. Et ostendit quomodo est efficax ad persequendum inimicos: vnde dicit [& comprehendam illos] Tunc ostenditur efficax, quando peruenit a finem vt capiat eos. 2. Reg. 5. Si ascendam ad Philistiim, & si dabis eos in manu mea? Et dixit domin⁹ ad Dauid. Ascende &c. Et supra. Ingrediebatur proficiés atq; succrescens, & dominus deus exercituũ erat cum eo. Item ostendit, quomodo est perseuerans: quia [non cõuertar] scilicet a persecutione iniustorum [donec deficiant] idest donec consumantur 2. Reg. 1. Sagitta Ionathæ numquàm rediit retrorsum. Moraliter inimici nostri sunt motus concupiscentiæ quę in nobis sunt, & mouent continua bella. Roman. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnãtem legi mentis meæ &c. Hos debemus persequi & comprehendere & ligare, eis dominari & refrenare [& non conuertar] idest desistam persequi [donec deficiant a rebellione 2. Reg. 8. Percussit Dauid Philistæos &
H humiliauit eos: sed hæc non deficiunt in vita ista, licet. n. semper minuantur, numquàm tamen totaliter extirpantur. Exo. 15 Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Allegorice dicitur de Christo, qui persequitur inimicos nostros Iudæos, & alios pc̃tõres, puniens eos corporaliter & spũaliter. [Cõfrigã]

y ¶Hic excludit eorum potentiam resistendi q. d. Non resistẽt mihi, quia [Confrigam illos] idest ita vires eorum diminuam, ꝙ [nec poterunt stare] Psal. 35. Ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Iob. 38. Brachiũ excelsum cõfringetur, idest non durabunt aduersum me, vel non poterunt resistere. Leuit. 28. Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. Et hoc ideo: quia venient in potestatem meam: & hoc est quod dicit [cadent subtus pedes meos] Hoc etiã debemus nos facere de malis motibus & peccatis, vel de dæmonibus. Malch. 4. Calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcan-
I di super serpẽtes & supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Gen. 4. Subtus te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius: & hoc totum est ex eo, quia. [Et præcinxisti]

z ¶Hic agit de eorum totali deiectione: & commemorat duo. Primo, diuinum beneficium. Secundo, finale eorum exterminiũ, ibi [Et comminuãt eos &c.] Et quia ea quæ dixit videntur ad gloriam suam pertinere, ideo attribuit ea deo. Et primo, excludit propriam virtutem. Secundo ostendit, inimicorum deiectionem, [supplantasti] Tertio, eorum auxilii destitutionem, ibi Clamauerunt] Dicit ergo. O domine tu fecisti hoc mihi. [Et præcinxisti me virtute ad bellum] idest tota virtus quam habeo ad bellandũ est a te, non a me. Esa. 40. Qui dat lapso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem multiplicat, & robur. [Et supplantasti insurgentes in me subtus me.] Ponit deiectionẽ inimicorũ de qua tria dixit. s. fugã: [dedisti dorsum] diminutionẽ [Confringam] & eorum casum, quia [cadent] & hoc deo attribuit, non eodem or-
K dine. Primo, ponit casum inimicorum suorum, quasi dicat. Inimici mei cadent [subtus me] Esa. 40 Deficient pueri & laborabunt: & iuuenes in infirmitate cadent, sed tu hoc fecisti [Et supplantasti insurgentes in me subtus me] idest virtutem abstulisti, ne possent mihi resistere. Leuit. 26. Persequentur quinque de vestris centum alienos. Secundo, ponit fugam inimicorum. [Et inimicos meos dedisti mihi dorsum] Esa. 45. Dorsa regis vertam. Tertio, agit de fractione [& odiẽtes me disperdidisti] ingentibus quas non nouerunt. [Clamauerunt.]

& ¶Hic ostendit, quòd omnino sunt desolati, vnde dicit [Clamauerunt nec erat qui saluos faceret] quia nec auxilium hominum habebant, nec etiam deorum, quos ipsi dicebant creatores rerum. Hier. 2. Vbi sunt dii tui quos fecerunt? Surgant & liberent te in die afflictionis tuæ: vnde sequitur [Clamauerunt ad dominum, nec exaudiuit eos] Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam vos.

¶Sed contra. Esa. penul. Antequàm clament, ego exaudiam. Psalm. 90. Clamabit ad me & ego exaudiam eum.

¶Et dicendum, quando recta intentione quis clamat siue orat, tunc

tunc exauditur: & deus suam orationem approbat & exaudit. Ioan. 9. Si quis dei cultor est scilicet recta intentione, hunc exaudit: sed quando simulata oratione & ficta clamarem ad deum: non exaudit. Iacob. 4. Petitis & non accipitis, eo quòd male pietatis, idest mala intentione, vel iniusta petitione. Prouerb. 1. Tunc inuocabunt & nõ exaudiã, mane consurgent & non inuenient. Consequẽter ostẽdit eorum totalem destructionem: vnde dicit [Et cõminuam eos] Quando puluis proiicitur nullum vestigium remanet, quia ventus ipsum dispargit. Sic quando mali destruuntur, nullo modo remanent. Ideo dicit. [Et comminuam eos vt pul-

exaudit eos. Et comminuam eos vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

ɔ ¶Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

℞ ¶Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis.

a a ¶Viuit dñs, & benedictus de⁹

uerem ante faciem venti. Psal. 2. Impii tamq̃ culpis quẽ proiicit ventus a facie terræ, scilicet sunt dispersi. Psal. 9. Periit memoria eorum &c. Sed quia aliqui destruuntur aliquando cum honore, ostendit quòd mali siue peccatores viliter consumuntur & inhoneste, vnde dicit [vt lutum platearum delebo eos] Iob. 20. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, scilicet peccatoris, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdet. Psal. 68. Deleantur de libro viuentium. Esa. 17. Rapietur sicut puluis montium a facie venti, s. peccator, & sicut turbo coram tẽpestate. Iob. 13. Redigentur in lutum ceruices vestræ. [Eripies]

ɔ ¶Supra commemorauit psalmus inimicorum persecutionem, & omnimodam destructionem. Hic autem commemorat suam exaltationem, qua promotus est in regem. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit exaltationem. Secundo, gratiarum actionem, ibi [Viuit dominus] Circa primum, duo facit. Primo, proponit suam exaltationem super Iudæos. Secundo, ponit deuotionem gentilium, ibi [Populum] Tertio, proteruiam Iudæorum, ibi. [Filii alieni] Hoc magis, spiritualiter pertinet ad Christum, q̃ ad Dauid. Et ideo circa hoc, duo facit. Primo, ostendit quomodo liberatur a contradictione Iudæorũ. Secũdo, quomodo datur ei potestas contra gentes. Dicit ergo. Non solum [odientes me disperdidisti] sed [Eripuisti me de contradictionibus populi] Si intelligatur de Dauid, multum contradixerunt ei Iudæi 2. Reg. 20. Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel. Et etiam Christo cõtradixerunt vt patet in euangelio. Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem &c. Et ex hac ereptus fuit Dauid, & etiam Christus [constitues me, in caput gentium] quasi dicat: Iudæi nolunt me dominari super se: sed tu me fecisti dominum & Iudæorum & gentium. Et hoc maxime conuenit Christo, vt dicitur Eph. 1. Ipsũm dedit caput super omnem ecclesiam quæ est corpus ipsius. Deinde ponitur deuota subiectio gentilium: vnde dicit [Populus quem non cognoui seruiuit mihi] Populus scilicet extraneus puta Ismaelitarũ & Moabitarũ: qui vt habetur 2. Re. 8. facti sunt ei sub tributo. Similiter & Christo: quia quos non cognouit visitando eos corporaliter, seruierunt & obedierunt ei. Matt. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, scilicet corporaliter visitare. Vel [non cognoui] idest non approbaui dando ei legem & prophetas. Esa. 55. Ecce gentes quas nesciebas vocabis, & gentes quæ te nõ cognouerunt ad te current [in auditu auris obediuit mihi] quia licet non videant me, ex solo auditu fidei per apostolos obedierunt. Esa. 64. Inuenerunt me, qui non quæsierunt me. Roma. 10. Fides ex auditu. Vel [in auditu auris obediuit mihi] quia statim cum audissent, sicut dicitur Matth. 24. Relectis omnibus secuti sunt eum. [Filii]

℞ ¶Hic ponitur proteruia Iudæorũ: & vocat eos filios alienos, quia olim fuerunt filii generati a deo per gratiam & doctrinam legis. Exo. 4. Primogenitus meus Israel: sed tamen alieni facti sunt. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui. Et sequitur. Ab alienati sunt retrorsum. Et sunt alieni triplici ratione [quia mentiti sunt mihi] quia [inueterati] quia [claudi] Alienantur quis a deo, quando non seruat fidelitatem. Et quantum ad hoc dicit [mentiti sunt mihi] idest fregerunt pactum. Item quando non sequuntur patrum fidelium vestigia, vnde [inueterati sunt] Res inueterata est propter interitum. Isti fuerunt a principio noui 1. Paral. 12. dicunt. Tui sumus o Dauid & tecum fili Isa. sed paulatim tepuerunt. Aliud est quando totaliter recedit: vnde dicit [claudicauerunt a semitis suis] quasi vno pede debiles: vetus testamentum male seruantes, & nouum respuentes. Vel si

A referatur ad Christum [Filii alieni mentiti sunt mihi] quia pepigerunt pactum cum deo. Exod. 24. Omnia quæcumque locutus est deus faciemus: postea fregerunt. Psal. 65. Mentientur tibi in multitudine virtutis tuæ inimici tui. Item, virtus quæ fuit in patribus in filiis non est, ideo [inueterati sunt] Baruch. 3. Quid

meus: & exaltetur deus salutis meæ.

b b ¶Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracũdias. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me Propterea confitebor tibi in na
B tionibus domine: & nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in sęculum.

est Israel quòd in terra inimicorum es, & inueterasti in terra aliena? Item claudicauerũt a semitis suis] idest ꝓceptis legis: quia vno pede incedunt, scilicet sensu literali non spirituali. Item, literaliter etiam [claudicauerunt] quia sequebantur solum traditiones Pharisęorum 3. Reg. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? si dominus est deus, sequimini eum. [Viuit]

a ¶Hic ponitur gratiarum actio: & circa hoc tria facit. Primo, proponit eam. Secundo, ponit eius materiam, ibi [Deus qui dat &c.] Tertio, prorũpit in laudes dei, ibi [Propterea] [viuit dominus] Et loquitur admodum regis de deo. Antiquitus, modus salutandi regẽ fuit. Viuat rex. Hoc conuenit deo: quia ipse est vita æterna. Psal. 35. Apud te est fons vitæ. Et ideo dicit [Viuit dominus.] Ezech. 33. Viuo ego dicit dominus deus. Ipse enim est dator vitæ hominibus Ioan. 1. Quod factum est in ipso vita erat. Item, aliis optatur benedictio, sed ipse est ipsa benedictio [Benedictus deus meus] Deus meus dicitur filius. Esa. 9.
C Filius datus est nobis. Psal. 66 Benedicat nos deus, deus noster benedicat nos deus. Dan. 3. Benedictus es dñe deus patrum nostrorum, & laudabis & benedictus in sæcula. Et quia nos benedictionibus implet. Tertio, optat eius exaltationem. [Et exaltetur deus salutis meæ] idest actor & dator salutis gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Psal. 43. Tu es ipse rex meus & deus meus, qui mandas salutes Iacob. Item 73. idem. Operatus es salutem in medio terræ. Non perit vt exaltetur in se, quia altissimus est. Psal. 86. Fundauit eam altissimus: sed exaltetur in cognitione nostra. Et dicit [salutis meæ] idest qui me saluat. Esa. 45. Deus iustus & saluans non est præter me. Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus sub cælo. Vel deus qui saluat me exaltetur per suum effectum, vt saluet me non solum in infimis, sed etiam in excelsis. Matth. 11. Benedictus qui venit in nomine domini, osanna in altissimis. Eccl. 44. Exaltate illum quantum potestis: maior est enim omni laude. Psal. 98. Exaltate
D dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. [Deus]

b b ¶Hic ponitur materia gratiarũ actionis, & pro beneficio liberationis a malo, & pro beneficio promotionis ad bonum: vnde dicit [Deus &c.] Et hoc potest dici in persona ecclesiæ: quia qui persequuntur eam, subiicientur sibi. Esa 60. Venient ad te curui filii eorum, qui humiliauerunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorum. Sicut Paulus qui condemnauit Stephanum ꝓstratus est, vnde pia vindicta est, dum rebellis subditur & humiliatur: ideo tu es [liberator] Ioan. 8. Si filius vos liberauerit &c. [meus de inimicis meis] non qualibuscumque: sed [iracundis] Prouerb. 27. Ira non habet misericordiam: vnde maior gloria a seruentibus malis liberari [& ab insurgentibus in me] Psal. 26. Insurrexerunt me testes iniqui &c. [exaltabis me] Vt ostendat dei prouidentiam hoc dicit. i. in quo credũt deprimere exaltant. Phil. 2. Propter quod & deus exaltauit illum. Gen. 7. Multiplicatæ sunt aquæ: & eleuauerunt arcã in sublime [a viro iniquo
E eripies me] idest a fraudulentis. Psal. 139. Eripe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me. Consequenter concludit gratiarum actio ꝓp prædictas cãs [Propterea cõfitebor tibi in nationib⁹ dñe &c.] idest corã omni populo te laudabo [Tho. 12. Benedicite deũ cæli, & corã omnibus viuentib⁹ confitemini &c. [& nomini tuo psalmũ dicam. In psalmo itelligitur bona operatio: quia quicquid boni facimus, debem⁹ facere i gloriã nominis dei. [Magnificans salutes regis eius] Hieron. habet] Sic magnificanti & facienti tibi] s. magnificanti & facienti ẽm literã nostrã [Deus qui das vindictas] Et est deus inquãtũ magnificãs. Et ponit duo: vnũ ad statũ regni, aliud ad personã, quia vtrũq; magnificatum est. Quantũ ad primũ, dicit [magnificans salutes regis eius] quia promouisti me ad regnũ. Vel [regis] idest Christi per cuius nomen oẽs saluantur. Act. 4. Non est aliud nomen datũ &c. Quãtũ a personã, dicit [& faciẽs misericordias Chro suo Dauid & semini ei⁹ [vsq; in sæculũ] qa multiplicauit semẽ suũ sicut ꝓmisit.

PSAL.

SVPRA psalmus multipliciter egit gratias de beneficiis datis & speratis. Hic autem ex consideratione illorum beneficiorum consurgit in laudem benefactoris. Titulus patet [In fine psalmus Dauid] secundũ literam refertur ad Dauid; secundum autem mysteriũ ad Christum [In finem] Diuiditur autem psalmus iste in duas partes. In prima enim, commendatur deꝰ ex sua eruditione, qua nos instruit. Et hoc dupliciter. Vna communi, quæ se habet æqualiter ad omnes: & hæc per opera sua manifestatur. Rom. 1. Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Alia speciali, per legis lationem, quæ est solum ad fideles. Secundum, ibi] Lex domini immaculata] Psalmus iste secundum veritatem exponitur de Christo, quia Apostolus de hoc authoritatem ad mysterium Christi. Ro. 10. inducit. In omnem terram exiuit &c. Nihilominus tamen sicut mysteria christi representãtur figuraliter quandoque in figuris veteris testamenti, ita quandoque figuraliter præmonstrantur in figuris operum sanctorum. Et ideo, Primo, exponetur iste psalmus quo ad figuram. Secundo, quo ad veritatem. Et primo, loquitur de cælis. Secundo, de sole. Per cælos apostoli: per solẽ Christus intelligitur. [In sole] Circa hoc, duo facit. Primo, ponit doctrinã qua nos erudit deus per cælos, q̃ũcũque intellectos. Secundo, excludit impedimenta huius doctrinæ, ibi [Dies diei eructat verbum &c.] Duo necesse est cognoscere de deo. Vnum, scilicet gloriam dei in qua est gloriosus. Secundo, opera eius. Si respiciamus corporales cælos, isti nunciãt nobis gloriam dei: quia in eis est mira & ordinata distinctio, quæ est quædã redundantia illius in firmitatæ gloriæ. Eccl. 43. Species cæli gloria stellarum, *mundum illuminans in excelsis dominus*. Et quia sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenum est opus eius. Et ió intelliguntur isti cæli materiales indicare nobis gloriam dei, non quasi animalia materialia: vt Rabimyoses dicit, sed in eius pulchritudine qua multo magis indicatur eorum artifex. Et firmamentum dæmonstrat nobis, quantum deus sit magnificus. Firmamentum dicitur cælum, vt dicitur Gen. 1. Vocauit deus firmamentum cælum. Secundum autem distinctionem dicitur cælum, & sic in cælorum distinctione apparet diuina sapientia: si totum accipiatur simul, sic narrat eius virtutem: & ideo dicit quòd [cæli enarrant] idest manifestant. [gloriam dei & firmamentum nuntiat opera manuũ eius] per quæ opera apparet eius virtus. Secundum autem veritatem per cælos intelliguntur apostoli: *in quibus* tamquàm in cælis habitat deus. Et dicuntur cæli propter sublimitatem conuersationis. Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Item stellati, propter multarum virtutum abundantiã. Eccl. 43. Species cæli gloria stellarũ. Esa. 55. Sicut exaltati sunt cæli a terra &c. Quia lucidi per doctrinam & exemplum. Matt. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Quia volubiles: per obedientiam & discursum prædicationis. Eccl. 34. Gyrum cæli circuiui sola, & in fluctibus maris ambului, & profundum abyssi penetraui, & in omni terra steti, & in omni populo & in omni gente primatum tenui. *Illi* [enarrant gloriam dei] scilicet patris in qua est Christus: & quia christus est æqualis patri, & quòd est deus & quòd gratis peccata dimittit. Isa. 52. Gratis *venundati estis, & sine argento redimemini*. Item, apostoli dicuntur firmamentum, quia firmati virtute Spiritussancti. Luc. vlt. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. [& annũtiant opera manuum eius] idest mirabilia quæ fecit Christus, scilicet natiuitatem, passionem, resurrectionẽ, & ascensionem. Eccles. 42. Nõne deus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia eius? Psal. 12. Annunciate hoc in vniuersa terra. Idem. 95. Annunciate inter gentes gloriã eius: in omnibus populis mirabilia eius Vel [Cæli enarrant &c. Quia cæli nouam stellam miserunt, ortum saluatoris nuntiantem. Matth. 2. Vidimus stellam eius in oriente. [Dies]

b ¶ Hic excludit impedimentum doctrinæ: & excludit triplex impedimentum. Aliquando impeditur doctrina, vt non possit audisci ex tempore. Aliquando ex linguarum varietate. Aliquando ex locorum diuersitate. Primum impedimẽtum est de nocte. Non est tempus legendi cum sit tempus quiescendi: & secundũ diuersa tempora conuenit docere & discere. Et primo, dicendum est, de materialibus diebus qui causantur secundum naturam ex motu cæli: & ideo non solum substantiam cælorum oportet considerare, sed etiam motum firmamenti: & sic oportet accipere in hac vicissitudine sapientiam. Eccl. 33. Quare dies diem superat, & lux lucem & annus annum a sole? A domini scientia separati sunt, idest dispositi supra. Et ideo dicit [Dies] succedens. [diei eructat verbum [idest diem sapientiæ] idest manifestat ordinem & bonitatem diuinę sapientiæ: inquantũ vna dies est maior alia &c. Vna die est maior estus q̃ alia: & sic de singulis. [Et nox] Supra ostendit diuinam sapientiam & ordinem dispositionis diuinæ: quia ordinate nox nocti succedit: & dicit quia [Dies eructat] quia tempus diei est tempus loquendi: & ideo est tempus verbi. Propter quod dicit [eructat verbum] Sed tempus noctis est tempus meditationis propter quietem: & ideo inquiete noctis hõ meditatur, & adinuenit multa ex quibus fit scientia: & ideo est tempus scientiæ. Et ideo dicit [& nox] succedens [nocti indicat scientiam] scilicet dei: quia in vna nocte est alia dispositio temporis quàm in alia: & hoc totum a scientia dei disponẽte. Secundum veritatem. apostoli dicuntur dies. Et hoc est quod dicit [Dies] idest apostoli [eructãt verbum] diuinæ sapientiæ. [diei] idest perfectis. 1. Corinth. 2. Scientiam loquimur inter perfectos. Nõ. n. omnibus omnia prædicãtur: sed clara claris, sancta sanctis: magnis magna prædicant. Item. Apostolus inquantũ est nox idest in carne viuens & mortalis, infirmitati & ignorantiæ rudium condescendens tamquàm nox indicat nocti, idest perfectis scientiam sed de rebus humanis. 1. Corinth. 3. Non quasi vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquàm paruulis in Christo lac vobis dedi non escam. Vel [dies] idest Gabriel. [eructat verbum diei] idest Virgini beatæ proponit verbum saluatoris: sed [nox] idest diabolus. [indicat scientiam nocti: idest Euæ. Gen. 3. Eritis sicut dii, scientes bonum & malũ. Itẽ, secundo impeditur doctrina, secundum varietatem linguarum: sed hæc doctrina per hoc non impeditur: quia [Non sunt loquelæ neque sermones] idest quæcũque sint illæ linguæ seu nationes possunt erudiri de diuina sapientia & virtute: & hoc siue per cælos, siue per apostolos. Sed secundum veritatem dicendum quòd [Non sunt loquelæ &c. Quorum non audiantur verba eorum] quia voces, siue prædicationes, siue doctrina apostolorũ auditur a quolibet.

¶ Sed de loquela Apostolorum duplex est opinio Quidam enim dicunt, quòd apostoli vna lingua loquebantur: sed alii omnes *eos intelligebant*.

¶ Sed contra hoc est apostolus. 1. Corin. 14. Gratias ago deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor. Vnde [Non sunt loquelæ] in quibus non audiantur loqui. Loquelæ significant linguas principales: sed sermones significant varietates idiomatum in eadem lingua. Vel [loquelæ] linguæ [sermones] sunt modi loquendi. Est autem triplex modus loquendi. Vnus humilis, quẽ communiter loquimur. Alius, quando est coloratus. Et alius, quãdo est ornatus tantum. Primus, conuenit docenti. Secundus, persuadenti. Tertius, delectanti: & quilibet istorum modorum loquebantur apostoli. Isa. 28. In loquela labii & lingua altera loquar ad populum istum. Item, impedimentum doctrinæ est diuersitas & remotio loci. Quia doctrina aliquando non vadit ad *remotas partes: sed non ita est de ista*: quia [In omnem terram exiuit sonus eorum] scilicet cælorum, vel apostolorum: quia vbique est doctrina, qua cæli erudiunt: sed de apostolis melius dicitur, quia dicit [exiuit] non exierunt [sonus] idest fama [& in fines orbis terræ verba eorum] Esa. 12. Cantate domino quoniã magnifice fecit, annuntiate hoc in vniuersa terra. Matth. vlt. Euntes docetes omnes gentes. Et ideo dicit [in fines orbis terræ verba eorũ] quia sonus peruenit ad remota: & verba, ad loca propinqua. Sed non est ita de apostolis: immo etiam verba idest distinctio soni peruenit ad fines orbis terrarum, vel prophetia aliqua, vel fama miraculorum. [In sole]

c ¶ Supra psalmus fecit mentionem de cælis: & hic ad ostẽdendã laudem creatoris agit de sole. Et sicut per cælos intelliguntur apostoli, ita per solem intelligitur Christus. Malac. 4. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Et quædam prophetiæ dicunt hoc de Christo sub figura solis. Ideo, primo ponit figuram per quam incipit veritatem de Christo explicare. Circa figuram tria ponit. Primo, situm solis. Secundo, motum [Et ipse tamquàm sponsus] Tertio, effectum eius. [Non est qui se abscondat &c.] Primo, sciendum est, quòd hæc diuersa litera Hieronymi habet [Soli posuit tabernaculum in eis] quasi dicat. Ita cæli enarrant &c. Et pro eis scilicet cælis [posuit soli tabernaculum]

IN FINEM

a PSALM. DAVID XVIII.

Caeli enarrant gloriã dei: & opera manuũ eius annuntiat firmamentum.

b ¶ Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelę neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

c ¶ In sole posuit tabernaculum

lum] idest collocauit eum in cælis. Ponitur conuenienter tabernaculum: quia hic mundus est locus viatorum non habitantiũ in certo loco, quia sunt in continuo motu. Nostra autem litera habet. [In sole posuit tabernaculum suum] Domus alicuius dominui pulchrius stat in ciuitate, quàm in rure: ita pulchrius in cælo videtur tabernaculũ dei: & ideo dicit [In sole posuit tabernaculum suum] quasi dicat: Sol est eius tabernaculum: non quòd deus in loco cõtineatur, sed quia vt Dionysius dicit, In sole maxime repræsentatur bonitas & virtus dei, siue diuina. De motu solis duo dicit [A summo cælo. Nota quòd loquitur de cælo sicut est in motu suo, qui est finis noctis & principium diei. Et secundum quòd est finis noctis non est nisi exitus de occulto in manifestum: quia nõ oritur, quasi tunc esse incipiat, sed quia tunc manifestatur: & ideo assimilat eum sponso egredienti de thalamo: quia sicut occultatur sponsus in thalamo, sic occultatur sol de nocte: ideo dicit. [Ipse tamquàm sponsus procedens de thalamo suo]. Secundum autem quòd est principium diei, quatuor ponit: scilicet proprietatem siue efficaciam eius, magnitudinem, velocitatem, & regularitatem motus eius. Proprietatem, quia nox tristitiam indicat: sed dies lætificat. Psalm. 29. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Et ideo dicit. [Exultauit] Magnitudinem, quia magnus inter omnia corporalia particularia. Et ideo dicit. [Vt gigas] Velocitatem. Vnde dicit. [Ad currendã] Regularitatem. Vnde dicit [Viam] quia non exorbitat a rectitudine viæ, sicut aliqui planetæ. Item, hanc similitudinẽ exponit, cum dicit. [A summo cælo] Et quòd hic dicitur potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia sunt duo puncta secũdum astrologos, scilicet summitas cælorum vbi sol est quando est in meridie, & punctus oppositus qui est angulus terræ vbi est sol in medio noctis: & hoc est quod dicit. [A summo cælo egressio eius] secundum illos qui incipiunt diem a medio noctis. [Et occursus eius vsque ad summum eius] quantum ad angulum cæli: vbi est in meridie. Sed si ad vnũ punctum summum referatur, sic est vnus *punctus, vbi sol est in meridie*. Et hoc est quòd secundum astrologos plures dies computantur a medio diei, quasi dicat. A puncto meridionali est recursus eius scilicet solis, vsque ad locum illum. Eccl. 1. Oritur sol & occidit: & ad locum suum reuertitur. Effectus eius manifestatur cum dicit: [Nec est qui se abscondat a calore eius] quasi dicat: sol in meridiano ita exurit terram & ita calidus est quòd in aliquibus terris vix homo subsistit. Ecclesi. 43. In meridiano exurit terram: & in cõspectu ardoris eius quis potest subsistere? Secundum autem rem significatam, designantur mysteria Christi. Et primo, designatur ipsius conceptio. Secundo, natiuitas. Tertio, eius progressus. Quarto, eius ascensio. Conceptio designatur, cum dicitur. [In sole posuit tabernaculum suum] Est autem consuetum, quòd per tabernaculũ intelligitur corpus, 2. Per. 1. Scio quòd velox est depositio tabernaculi mei, sm quòd dominus noster Iesus christus significauit mihi. 2. Corinth. 5. Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus. Quod ergo dicit. [In sole posuit &c.] idest corpus suum posuit in sole idest in beata virgine: quæ nullam habuit obscuritatem peccati. Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te. Vel. In sole sunt tria. Lucet, ardet, & distinguit vices temporum. [In sole posuit tabernaculum suum] idest in manifesto: quia cum inuisibilis esset, per assumptionem corporis factus est visibilis. Ioan. 1. Verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Item [In sole] idest ardore. [posuit tabernaculum suum] idest corpus suum: quia suscepit passibile. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Item subiecit ipsum varietati: & qui secundum quòd deus erat æternus, secundum quòd homo factus est temporalis. Psalm. 30. In manibus tuis tempora mea. Vel [tabernaculum suum] idest ecclesiam. Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. [Posuit in sole] idest in manifesto. Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Natiuitas designatur cum dicitur. [Ipse tamquàm sponsus procedens de thalamo suo] Thalamus vterus virginalis est: de hoc sicut sponsus processit, quia in ea vnione perpetua desponsauit humanam naturam: vnde in morte diuinitas remãsit vnita animæ & corpori. Osee. 2. Spõsabo te mihi in fide. Processus viæ eius describitur a iucunditate. Vnde [Exultauit] interius scilicet cum lætitia spirituali, quã nec mors nec tristitia aliqua in sensualitate potuit perturbare: quia etiam in passione fruebatur. Esa. 42. Non erit tristis neque turbulentus: quia ex tristitia sensualitatis, nulla tristitia in parte superiori fuit, tamen tota anima patiebatur secundum quòd erat natura: non autem secũdum quòd erat conuersa ad deũm. Item, describitur a magnitudine: quia [vt gigas] geminæ substantiæ: quia naturæ diuinæ in qua magnus. Psalm. 76. Quis deus magnus sicut &c. Et humanæ naturæ in qua etiam magnus. Luc. 1. Hic erit magnus &c. A velocitate: quia salutem nostram operatus est in modico cẽpore. Vnde dicit. [Ad currendã viam] Actu. 10. Pertransiuit benefaciendo, & sanãdo, quasi velociter. [A summo]

d ¶ Hic prosequitur de ascensione. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit ascensionem debitam. Secundo, eius terminum. Tertio, effectum debitum ponit. Primum, cum dicit. A summo cælo egressio eius] Naturale est cuilibet rei tendere in locum suum sibi connaturalem. Locus naturalis summus deberet ei, qui habet summã naturam. Christus est natus a patre habẽs summam naturam. Ephes. 4. Qui descendit ipse est qui & ascendit. Et ideo dicit. [A summo cælo egressio eius] scilicet per æternã generationẽ. Et dicit. [A summo] nõ ex ætherео, vel empyreo, vel alio: sed ab esse Trinitatis, qui est consubstantialis patri, idẽ in essentia. Deinde ponit terminum. Dicit ergo. [Et occursus eius vsque ad summum eius] Ioan. 16. Exiui a patre & veni in mundũ: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Sequitur effectus. [Nec est qui se abscondat a calore eius] Ephes. 4. Dedit dona hominibus. Ibidem. Ascendit super omnem cælos, vt adimpleret omnia. Sed quando est in alto, omnes calefacit. Sic Christus ascendens misit Spiritum sanctum discipulis. Vnde dicit. [Nec est qui se abscondat a calore eius] Spiritussanctus calefacit. Cant. 8. Lampades eius, lampades ignis. Sed numquid multi non recipiunt calorem eius? Dicendum, quòd sicut est de sole materiali, ita contingit de Spiritusancto. Multi autem possunt se abscondere & non recipere calorem solis, sed sol ex parte sua se exibet omnibus: sic Spiritussanctus effunditur vbique & petitur ab omnibus recipi, nisi aliquis se per malitiam abscondat. Vel. [non est qui se abscondat &c.] quia licet peccator non recipiat eum, tamẽ non potest abscondi quin cognoscatur ab eo &c. Prouer. 15. Infernus & perditio coram domino. [Lex]

e ¶ Supra psalmus egit de sua generali instructione, quæ fit per creaturas: nunc agit de speciali, quæ fit per legis lationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit legis commendationem. Secundo, agit de delictis quæ committuntur contra legem, ibi. [Delicta quis intelligit] Et conuenienter post mysteria incarnationis Christi, agit de lege veteri quæ est per Christum impleta & noua tradita. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostẽdit legis bonitatem siue rectitudinem. Secundo, eius suauitatem seu dilectionem, ibi. [Desiderabilia] Circa primum, tria. Primo, commendat legem in generali. Secundo, ea quæ in lege continẽtur, ibi. [Testimonium domini] Tertio, commendat ea, quæ adiacent legi, ibi. [Timor domini] Est autem considerandum, quòd de lege domini dicit duo: & quòd est immaculata, & quòd est conuertens: & potest ad vtramque legem referri, scilicet nouam & veterem: & ponuntur ad differentiam legis humanæ: in qua quædam illicita permittuntur: sicut vsuræ & postribula: non enim potest omnia corrigere. Sed lex domini non est talis: sed est [immaculata] idest omnia mala excludens. Psalm. 11. Eloquia domini eloquia casta &c. Iob. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. Item, lex humana non extendit se nisi ad ea, ad quæ se habet iudicium humanum, scilicet tantum ad exteriora. 1. Reg. 16. Homo videt quæ apparent, *deus autem intuetur cor*. Et ideo lex humana retrahit ab exterioribus, licet diuina lex conuertat cor ad deum. Et ideo dicit [Conuertens] non tantum exteriores actus, sed & [animas] Sed lex vetus hoc faciebat imperfecte, lex noua perfecte: quia lex vetus cohibet per penas temporales, quæ cohercẽt manum: sed lex noua cohibet per penas æternas quæ cohercent cor. Continentur autem in lege tria: testimonia, iudicia, & præcepta. Testimonia, quia lex diuina procedit ex necessitate super aliqua credulitate. Heb. 11. Accedentem ad dominum oportet credere. Et ideo necessaria sunt testimonia per quæ fides recta hominibus probetur: & ita in ea sunt testimonia & cæremoniæ. Et dicit de eis duo: quòd testimonia siue præcepta habent aliquid fidele: & quòd sapientiam præstant. Doctrinæ autem humanæ habent aliquid non fidele: nec sapientiam præstant. Non fidele, quia antiquitus confixerunt in legibus quædam falsa: sm qꝰ videbatur eis ad vtilitatem ciuitatum. Sicut quòd quidam homines nati sunt ex diis, vt conciperent magnos animos, & quòd bene regentes transferebantur ad deos, vt animarent ad bonum reipublicæ. Sed [testimonium domini] idest doctrina, seu

suum: & ipse tamquàm sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam.

d ¶ A summo cælo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summũ eius, nec est qui se abscondat a calore eius.

e ¶ Lex domini immaculata, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiã præstans parũulis. Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda, preceptum domi-

seu mandatum diuinum est [fidele] idest habet veritatem: sed illud, scilicet doctrina illorũ est falsa. Psalm. 92. Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis: & hoc ideo est, quia lex illa ordinat ea, quæ sunt in vita ista tantum: sed lex diuina ordinat ad futuram vitam. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Testimonia proprie dicuntur in lege illa q̃ generant authoritatem præcipientis in corde subditorũ, vt obediant præceptis: vt quòd deus sit vnus, & quòd sit creator cæli & terræ, & huiusmodi. Et quia cæremonialia præcepta sunt ex sola authoritate diuina debita, possent dici testimonia: præcepta vero moralia fundantur in debito omnis virtutis. Iudicialia vero præcepta fundantur in debito, quod est inter homines quantum ad contractus. Lex autem illa humana non præstat sapientiam. Aliqua enim sapiẽtia est in humanis vbi est aliqua veritas, vt philosophica: & quædam sapiẽtia est, qua vtebantur sacerdotes in templo, & hæc est falsa: & hæc multis proponebatur, sed illa philosophica paucis: sed diuina [paruulis] quia populis. Deut. 4. Hæc est sapiẽtia vestra & intellectus coram populis. Vel paruulis] idest humilibus. Matth. 11. Abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. [Iustitiæ domini rectæ] seu iudicia illa quæ dicuntur Exod. 22. Qui furatus fuerit bouem aut ouem &c. Esa. 26. Rectus callis iusti ad ambulandum. Prouerb. 21. Gaudium est iusto facere iustitiam: & pauor operantibus iniquitatem. Et dicit duo de eis: quòd recta & quòd iucunda. Recta, quia continent iustitiã. Rectum dicitur iustum. Prouer. 8. Iusti sunt omnes sermones mei, & non est in eis prauum quid nec peruersum: recti sunt intelligentibus &c. Iucunda nõ seuera, & perturbatiua quia sunt æquitati permista, vnde dicit. [Lætificãtes corda] propter æquitatem & spem præmii. Psalm. 118. Lætabor ego super eloquia tua. Moralia vero præcepta sunt lucida & illuminatiua: vnde dicit. [Præceptum domini lucidum] Lucidũ dicitur, quia in se est manifestum & euidens, sicut hic, Non occides, non mæchaberis, non furtum facies & similia: quæ habent in se claritatẽ, quòd quilibet seruare tenetur dicens. Prouer. 6. Mandatum lucerna, et lex, lux. Præceptum dicitur ad quod attenditur secundũ imperium superioris: & est de agendis & importat debitum faciẽdi in eo cui præcipitur: quod quidem debitũ est, vel ex parte regulæ diuinæ quam tenemur sequi, & sic illud cadit sub debito, sine quo rationis ordo seruari non potest: uel est debitum ex authoritate præcipientis: cui obedire tenemur. Vel ex parte finis: quem omnino volumus: qui est præstitutus nobis: & tunc cadit sub præcepto illud sine quo non possumus seruare subiectionem ad præcipientem: vel sine quo non possumus consequi finẽ intentum. Dicitur enim præceptũ quasi præcise ceptum, scilicet ad agendum: quasi quòd præcise teneamur illud agere: ideo tale præceptum est [illuminãs oculos] scilicet rationis, qui oculi tenebrescunt per cupiditatem exteriorum & concupiscentias interiorum passionum: & hoc remouet præceptum domini, & ideo illuminans oculos] Illumina oculos meos, ne vnquàm obdormiam in morte. Psal. 12. [Timor]

ni lucidum illuminans oculos.
f ¶Timor domini sanctus permanens in sæculũ sæculi: iudicia dñi vera iustificata in semetipsa.
g ¶Desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum multũ: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.
h ¶Delicta quis intelligit? ab oc-

f ¶Hic ponit quædam adiacentia legi: quorum vnum est ex parte nostra scilicet timor, qui inducit nos ad seruandum præcepta. Eccl. vlt. Deum time: & mandata eius obserua. De timore isto duo dicit. Primo, dicit eum sanctum. Secundo, dicit eum permanentem. Omnis autem timor ex amore causatur, quia illud timet homo perdere quod amat. Et ideo sicut est duplex amor, ita est duplex timor: quidam est timor sanctus qui causatur ab amore sancto. Quidam non sanctus: qui a non sancto causatur. Sanctus amor est quo amatur deus. Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris: per Spiritumsanctum qui datus est nobis. Timor iste sanctus tria facit. Primo, timet deum offendere. Secundo, recusat ab eo separari. Tertio, deo per reuerentiam subiicit: & iste timor dicitur castus & filialis. Nõ sanctus timor est qui causatur ab amore non sancto, qui est mundi & suiipsius: & de tali amore non sancto causatur duplex timor non sanctus, Seruilis, qui est ex amore sui: & mundanus, qui procedit ab amore mundi. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. De timore sancto. Psalm. 33. Timete deum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eũ. Mundanus timor non permanet nisi cum mundo, seruilis permanet in malis in perpetuum, sed sanctus permanet in bonis. De hoc dicit psalmus. [Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi]

¶Sed contra Perfecta charitas foras mittit timorem. 1. Ioan. 4.

¶Dicendum, quòd charitas expellit timorem seruilẽ: sed filialis timor dupliciter permanet scilicet, in patria: Primo, quantum

F ad sui præmium. Psalm. 9. Patientia pauperum non peribit in finẽ. Non quòd ibi sit patientia, quia non est ibi tribulatio, sed fructus eius: & sic fructus timoris permanet. Eccl. 1. Timenti deum bene erit in extremis: & in die defunctionis suæ benedicẽtur. Vel manet secundum aliquẽ sui actũ: non quòd timeat offendere, quia ibi nõ timet peccatum nec separationem, sed quantum ad reuerentiam, quia submittent se deo, nec audebunt se ei æquare. Iob. 26. Colũnæ cęli cõtremiscunt: & pauẽt ad nutũ eius. Ex parte dei est illud, scilicet iudiciũ eius: quod dicitur executio iustitiæ. Psal. 93. Quousque iustitia cõuertatur in iudiciũ. Et hæc sunt ẽm q̃ punit vel præmiat. Et ideo. [Iudicia dñi] dicunt [vera & iustificata] Vera, propter rectitudinẽ: quia in eis semper est veritas. Ro. 2. Iudiciũ dei est secundum veritatem in eos qui talis agunt. Non enim sequitur. [Testimonia] humana, sed [iustificata in semetipsa] dicitur quia vel non sequitur aliam superiorem legem: sed in semetipsa. Vel quia in semetipsis ipsa iudicia domini habent euidentem iustitiam. Psalm. 36. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquàm meridiem. [Desiderabilia]

g ¶Supra psalmus commendauit legem diuinam, quantum ad eius rectitudinem. Hic autem commendat, quantum ad eius suauitatem & iucunditatem. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit eius commendationem. Secundo, talem commendationem probat, ibi. [Et enim seruus tuus] Præfert autem legem, quantum ad desiderium animæ omnibus rebus mundi. In rebus autẽ mundanis desiderantur exteriores diuitiæ: & voluptates corporales. Et supra ista est delectatio legis dei. Quantum ad primum, dicit ista quæ dicta sunt. [Desiderabilia super aurum] Prouer. 8. Melior est sapientia cunctis opibus preciosissimis: & omne desiderabile ei non potest comparari. Psalm. 118. Dilexi mandata tua super aurum &c. Et tangit illa duo quæ homines desiderant, vnde dicit. [Aurum] & pompas, vnde [Lapidem preciosum] Lapides preciosi non seruiunt nisi ad apparentiam: vnde, ibi multũ põt referri, vel ad lapidẽ, vel ad preciosum. Itẽ, quãtũ ad secũdum dicit. [Et dulciora super mel & fauum] Psalm. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Dicitur mel & fauum, quantum ad delectationes corporales. Mel extrahitur a cæra, sed fauus est mel & cæra. Delectationes corporales quandoque sunt manifestæ, & sic est mel: quãdoque sunt absconditæ & dulciores, & sic est fauus. Prou. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt &c. Vel præferuntur fauo pp vetus testamentũ, in quo est mel in fauo, veritas in figura: mel pp nouũ vbi est veritas manifesta.

¶Sed numquid Spirituales delectationes sunt delectabiliores?

¶Dicendum est quòd sic: & est triplex ratio. Vna ex parte boni delectati, quod est potius bonum: & ex causa delectationis, quod est maius bonum. ergo magis delectabile. Secunda, ex parte potentiæ delectantis; quia vis intellectiua est fortior sensitiua. Tertia, ex modo delectationum. Corporales delectationes consistunt in fieri & in motu, sicut in cibis & in aliis. Motus autem est quid imperfectum & quoddam futurum, & præteritum importat: quia non habetur totum simul. Spirituales autem delectationes non sunt in motu: quia consistunt in amando & intelligendo bonum, quod non est in motu: sed per accidens plus desiderantur ille inquantum abundant aliqui in sensu, & deficiunt in intellectu. Vel sancti homines plus diligũt præcepta dei quàm seipsos. Et sancti designantur per aurũ & lapidem preciosum. 1. Corinth. 3. Siquis ædificauerit super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos. Item per mel & fauum significatur illi, qui alieni sunt a rebus mundi: sed fauus sunt illi qui adhuc rebus mundi delectantur: & tales quia non sunt totaliter alieni, diligunt plus se quàm præcepta: alii diligunt plus præcepta quàm se. Et hoc probat dupliciter. Primo, experimento. Secundo, ex affectu. Experimento, cũ dicit. [Et enim seruus tuus custodit ea] quasi dicat. Possum dicere quia dulcia sunt, quia probaui ea: nam ego diligo & experior. Nullus autem testimoniũ põt ferre nisi qui experitur. Io. 7. Si quis voluerit volũtatem eius facere, cognoscet de doctrina mea vtrũ ex deo sit, an ego a meipso loquor. Iob. 23. Vestigia eius sequutus est pes meus. Ex effectu idest remuneratione probat idem, cum dicit [In custodiẽdis illis retributio multa] Mat. 5. Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cælis. Et nõ dicit pro custodia: sed [in custodiendis illis] quia ipsa custodia eorũ est magna retributio: scilicet gloria cordis & mundicia. 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Et sic commendatur lex ab honestate, quando dicit [In custodiendis illis &c.] quia honestum idẽ est quod virtus: & est per se appetibilis. [Delicta

h ¶Hic orat pro delictis illorũ, qui prætereũt legem. Et primo, proponit

proponit occultationem peccatorum. Secundo, petit eorum remissionẽ, ibi [Ab occultis.] Tertio, ponit rationẽ petitionis, ibi [Si mei &c.] Dicit ergo. Legem frequenter offendimus, sed [delicta quis intelligit?] quasi dicat. Nullus. Et hoc propter tria. Primo, quia delictum excęcat oculos peccantis, vnde nõ de facili discernũtur parua peccata. Sap. 2. Excęcauit eos malitia eorũ. Secundo, quia peccata sunt multa. Psal. 39. Circundederũt me mala quorũ non est numerus, comprehenderũt me iniquitates meæ: & non potui ut uiderẽ. Itẽ propter eorum subtilitatem, psalm. 39. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: ex subtilitate: sed non dicit peccata, sed [delicta.] Duplex est peccatum: scilicet transgressionis: & hoc facilius cognoscitur, quia homo scit se fecisse actũ prauum. Item omissionis: & hoc difficile cognoscitur, quia hec non obligant ad semper, sed pro loco & tempore. Et distingue. Quando est locus & tempus, est difficile affirmare: & quando danda est eleemosyna: qualiter &c. & vbi. Consequenter ponit peccatorum remissionem. Est autem duplex genus peccati. Vnũ quod sumit initium a nobis: & hoc est precipue originale, & quæ ex corruptione fomitis procedunt ut peccata carnalia, & hæc animam inquinant, quia coniungunt eam rebus terrenis. Et ideo dicit. [Ab occultis meis munda me. [idest quæ ab occulta radice procedunt, vel quæ in occulto fiunt, uel quæ secreta voluntate oriuntur. Eph. 5. Quæ in occulto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Aliquando sumunt originem ab alio: ideo dicit [Ab alienis parce seruo tuo.]

cultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.
¶ h Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor a delicto maximo. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei; & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Domine adiutor meꝰ, & redemptor meus.

¶Sed nunquid alicui imputatur alienum peccatum? Eze. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

¶Dicendum, quòd non, quando totaliter est alienum: sed quã do transit ad te per imitationem. Eccle. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. uel per suasionem, vel consensum. Prouerb. 1. Fili mi si te lactauerint peccatores, nõ acquiescas eis. Vel p dissimulationem: tempore & loco debito, tunc fit tuum: & imputatur. Rom. 1. Non solum qui faciunt ea digni sunt morte, sed & qui consentiunt facientibus. Et hoc maxime in prælatis, quando dissimulant scienter scelera subditorum. Et dicit. [Parce seruo tuo.] quia hæc peccata uidentur in nobis ex diuina ira prouenire quòd. s. hmõi occasiones peccati dent nobis. Vel [ab alienis.] i. superbis hoĩbus. psal. 17. Filii alieni mẽtiti sũt mihi. [Si mei.]

¶ h Hic ponitur ratio petitionis. Et primo, ex parte Dauid petit immunitatem a malo. Secundo, perfectionẽ in bono [Et erunt ut complaceant.] Petit autem immunitatem a malo. Et hoc dupliciter: a futuro & a præterito. Dicit ergo. [Si mei nõ fuerint dominati.] vel [dominata.] s. peccata. psal. 62. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ. i. omnia peccata quæ terra dicũtur propter multas proprietates terræ: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. i. oẽs operationes iniquas. Vel [dñati.] s. superbi. Vel [alieni.] i. peccatores vel dęmones qui dicuntur tunc dominari, qñ pertrahunt ad consensum. Io. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati. [Si ergo non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.] i. seruabo me sine macula peccati mortalis. s. non venialis. Iob. 15. Quid est homo vt immaculatus sit? De pręterito dicit. [Et emundabor a delicto maximo.] Esa. Si fuerint paccata vestra sicut coccinum, quasi nix dealbabũtur. Iob. 11. Si iniquitatem quæ in manu tua abstuleris a te, & non permanebit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam. Vel [maximo.] i. superbia, quia est initium omnis peccati. Eccle. 10. Non est maius peccatum quàm apostatare a Deo: & hoc fit per superbiam. Vnde peccatum quod est ex superbia, potius est q̃ sit ex ignorantia, uel ex infirmitate. Superbia namque est initium & causa omnis peccati: & qui caret illa est vere immaculatus. Consequenter ponit illud, quod pertinet ad perfectionem in bono. Et primo oris. Vnde dicit [Et erunt vt complaceant eloquia oris mei.] Quandiu homo est in peccatis: eloquia sua non placent deo. Eccle. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. psal. 49. Peccatori autẽ dixit deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Item ponit perfectionem cordis, quæ requirit placentiã dei. Vnde dicit [Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.] i. coram angelis: vel qui intus vides & conscientiam inspicis. Et hoc dico: quia tu [domine es adiutor meus.] in bonis agendis [Et redemptor meus.] a malis cauendis. Isa. 44. Reuertere ad me quia redemi te.

A a PSAL. XIX.

IN præcedentibus psalmis agebatur de liberatione a persecutione, & gratias egit pro liberatione: hic aũt liberatus uel in spe liberationis existẽs petit ad maiora promoueri. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes. In prima parte, ponitur petitio exaltationis. In secunda, proponitur promissio, ibi. [Dñe in virtute &c.] Circa primũ, tria facit. quia primo ponitur petitio. Secũdo ponitur spes exauditiõis ibi. [Nũc cognoui.] Tertio, ponitur conclusio psalmi, ibi. [Dñe saluum fac &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponitur petitio pro malis. Secũdo, pro promotione ad bonũ, ibi. [Retribuat tibi] Psalmus iste procedit alio modo quàm præmissi. In aliis aũt psalmis inducitur quasi orõ Dauid pro se petentis: hic inducitur quasi oratio aliorum pro ipso: & quasi ẽm literã ea, quę hic dicuntur aliqualiter referuntur ad Dauid: tñ p̃prie & vere pertinent ad Christũ. Secundum mysterium aũt pertinent ad ecclesiam, & virum iustum: & qualitercunque intelligantur circa istã partẽ, Psalmus duo facit. Primo, ponitur exauditio deprecantis. Secundo, ponitur ratio exauditionis, ibi [Protegat te.] Dicit ergo. O Dauid vel Christe [Exaudiat te dñs, Mach. 1. Exaudiet orationes vestras &c. [Exaudiat te dñs] Dauid passus est tribulationes, & Christus in passione similiter: & ideo dicit. [In die tribulationis.] & correptionis. Isa. 37. Dies tribulationis & correptionis & blasphemiæ dies hæc. Et in hac exauditus est Christus pro se & pro aliis. Heb. 5. In die carnis suæ cũ clamore valido & lachrymis offerens exauditus est. Et iustus homo dicit. Cum tribularer, clamando exaudiuit me. Est ergo triplex causa, quæ facit orationem exaudibilem. Prima, est diuina bonitas. Secũda, sanctorum suffragia. Tertia, proprium meritum: quia ut dicitur Io. 9. Deus peccatores non audit: sed si quis dei cultor est, hunc exaudit. Ratio exauditionis ponitur, cum dicit [Protegat te nomen dei Iacob.] Prima causa. i. propter suũ nomen. i. pp suã bonitatẽ. [protegat te.] si referatur ad Christũ. Si autẽ ad alios pertineat sic ponitur. Deprecantem.] protegat te nomen dei Iacob] Quẽ deum ipse adorauit, qñ apparuit ei in Bethel. Gen. 28. Deus Iacob, qui terrenos ad cælos ducit, & de celis auxiliatur terrenis. Iste ergo [protegat te] Prouerb. 18. Turris fortissima nomen dñi. psal. 30. Proteges eos in tabernaculo tuo &c. Hoc nomẽ est oĩpotens. Exo. 15. Qui potest saluare &c. Itẽ, est nomen misericordiæ. Lucæ. 1. Sanctũ. i. misericors nomen eius. Ca. 1. Oleum effusum nomen tuũ. Sic ergo ex potentia & misericordia dei protegimur. Isa. 49. Sub umbra manus suæ protexit me psal. 9. Sub vmbra alarum tuarũ protege me. Secunda causa. [Mittat tibi auxiliũ de sancto.] i. de collegio sanctorum. Et est duplex collegiũ sanctorum. Vnum regnantium cum deo, in gloria aliud est militantium in terra. & ex vtrisque adiuuamur quia angeli intercedunt pro nobis. Io. 1. Aduocatum habemus. s. collegium angelorum Apoca. 7. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli, coram deo. Fumus est ex humore & calore. Item Christus, qui est rex eorum pro nobis assistit. Heb. 7. Accedens per semetipsum ad deum, ad interpellandum pro nobis. Et ideo dicit [Mittat tibi auxilium de sancto.] i. de filio incarnato qui anagogice dicitur sanctus. Lucæ. 1. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Dan. 9. Vngatur sanctus sanctorum. Vel [de sancto.] i. de Christo passo, quia in passione sua sanctificauit se pro nobis. Io. 17. Pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in ueritate. 1. Regum. 11. Cras erit vobis salus cum incaluerit sol. Vel [mittat tibi auxiliũ de sancto.] s. de beatorũ collegio. psal. 21. Tu aũt in sancto habitas. [Et de Siõ tueatur te.] Sion. i. specula. i. de arce Dauid, vbi erat arca: tunc ibi colebatur deus. q. d. Ex precibus illorum, qui speculantur in hoc mundo cælestia [tueatur te.] i. faciat te esse tutum. Vel ecõuerso. [De sancto.] s. collegio eorũ q̃ sunt ĩ mũdo. [Et de Siõ.] i. illis qui sunt in gloria. [tueatur te.] Vel [de sancto.] quantũ ad eos, qui sunt in vita actiua. [Et de Sion.] quãtum ad illos qui sunt in vita cõtẽplatiua, omniũ s. istorum precibus. [tueatur te.] Tertia cã est, vt deo sua opera sint placita: vnde dicit. [Memor sit omnis sacrificii tui.] Omne opus bonũ est sicut sacrificiũ: q̃a oĩa debẽt deo offerri. 1. Cor. 10. Omnia in gloriã dei facite. Ergo omnia opera nostra sunt sacrificiũ quodãmodo, siue eleemosynæ. Heb. vl. Beneficẽtiæ & cõionis nolite obliuisci: talibus. n. hostiis promeretur deus, siue ieiuniũ Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. In ve-

IN FINEM

a PSAL. DAVID XIX.

EXaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxiliũ de sancto, & de

In veteri quidem testamento, quædam sacrificia fiebant, quæ non totaliter comburebantur, sed pars: & pars in vsum offerentium veniebat, sicut hostiæ pacificæ, quædam quæ totaliter comburebantur, quæ dicebantur sanctissima: quæ vocabantur holocaustum ab olon, quod est totum, & cauma quod est incensum. Et ideo é duplex genus bonorum operum. Quædam quæ dicuntur sacrificiũ, quãdo aliquis de bonis suis dedicat deo: vt si quis coniugatus aliquibus diebus abstineat. Eccl. 3. Tempus amplexandi, & tempus lõge fieri ab amplexibus. Sed qñ aliquis totum dat nihil sibi reseruans, vel totaliter continet, sic dicitur holocaustũ: ideo dicit. [Memor sit ois sacrificii tui] Psal. 50. Sacrificium deo &c. [Et holocaustum tuum pingue fiat] idest acceptum deo. Eccle. 35. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu domini. Et dicit. [Pingue] quia holocaustũ incendebatur & odorem faciebat: quia pinguia plus odoris habent. Et ideo qui plus deuote sacrificium offert, magis est acceptum quantumcumque sit illud. Hæc referri possunt ad sacrificium Christi, qui totum se obtulit in ara crucis. Et sic [memor sit] idest memores nos faciat esse passionis & mortis. Tre. 3. Recordare paupertatis & transgressionis meæ absinthii & fellis. Vel [memor sit] bonorum operum nostrorum quæ sacrificauimus ei. [Tribuat]

b ¶ Supra petiit psalmus orando promotionem in bonum, quod est bonum exterius desideratum: hic petit quid est illud bonum interius petitũ. Et circa hoc, duo facit. Primo, petit impleri quod postulat. Secundo, ponit rationem, ibi. [Lætabimur] Circa primũ, duo facit. Primo, petit illud, quod est in interiori motu animæ, secundum voluntatem finis. Secundo, petit impleri consiliũ de his quæ sunt ad finem [Et omne consilium tuum &c. Dicit ergo. [Tribuat tibi secundum cor tuum] idest, secundum voluntatem quæ est de fine, quasi dicat. Perducat te ad finem quem intendis, qui debet esse deus. Proverb. 10. Desiderium suum iustis dabitur. [Et omne consilium tuum confirmet.] Hoc est de his quæ sunt ad finem. Consilia enim nostra debilia sunt, quia non possumus prouidere omnia. Sapien 9. Cogitationes mortalium timidæ: & incertæ prouidentiæ nostræ. Sed deus est qui confirmat dirigendo consilium nostrum, quod debet esse de æternis petendis. Ioan. 17. Petitæ, vt gaudium vestrum sit plenum. Et dando efficaciam ad nostra consilia exequenda. Sed consiliũ prauorum dissipat, vt dicitur Iob. 5. [Lætabimur]

c ¶ Hic ponitur ratio exauditionis. Deus libenter dat bona eis, qui communicant aliis. 1. Petri 4. In alterutrum illam administrantes. Et ideo ratio exauditionis est, quando debet aliis bonũ, quod petitur, communicari. Et hoc fit primo, quantum ad multorum lætitiam, quasi nos exaltati. [Lætabimur in salutari tuo] non in nobis. Gregor. Iustum est, vt in se semper mœrorem inueniat, qui derelicto deo in se gaudium quærebat. [Et magnificabimur, in nomine dei nostri] per inuocationem eius qui te exaltauit Sap. vlt. In omnibus magnificasti populum tuum, & honorasti, & non despexisti, in oi loco, & in omni tẽpore assistẽs eis. [Et ideo dicit magnificabimur &c] idest magni erimꝰ. [Impleat]

d ¶ Hic agit de petitionibus exterioribus: & hoc, quando deus quæ petimus exaudit: quia Christus pro nobis multas petitiones fecit. Io. 17 [Nunc cognoui.] Hic ponitur spes exauditionis, & dicit. Considerans quòd de bono tuo multiplicabimur [Nunc cognoui quoniam saluum fecit dominus Christum suum] vt intelligantur vel de Christo per quem multi saluati sunt, vel de Dauid, quem saluũ fecit in prædestinatione. Nunc quasi ex nunc antequàm fiat. 1. Pet. 1. De qua salute exquisierunt prophetæ pnunciãtes quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. Et non solum est hoc, quòd saluum fecit Christum Iesum suscitando eum a mortuis Psal. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem: & sic saluo capite saluabuntur membra, sed exaudiet illum, scilicet Christum orantem pro membris. Io. 11. Pater scio quia semper me audis. Vel Dauid. Sed etiam. [Exaudiet]

e ¶ Hic commendatur virtus exaudientis. Et primo, ponit virtutem. Secundo experimentum virtutis, ibi. [In curribus.] Potentatus dicit multitudinem potentiæ. Potentatus est opus validum dominatoris. Et potest referri ad homines, vt sit sensus. [Salus dexteræ tuæ] qua saluas Christum & nos per eum, apparet [in potentatibus] idest in omni loco, qui virtuose & potenter est in nobis. Vel potest referri ad deum: & sic [salus dexteræ tuæ est in potentatibus,] idest in magnitudine potestatis tuæ. Psalm. 67. Qui educit vinctos in fortitudine. Et dicit [dexteræ] quia duplex ẽ salus dei. Vna scilicet sinistra qua saluat in temporalibus bona temporalia largiendo Ps. 48. Homines & iumenta saluabis domine. Alia est salus dexteræ quæ est æternorũ qua saluat iustos, dona tribuendo. Sapiẽ. 10. Reddidit deus mercedem laborum sanctorum suorum. Consequenter ponit experimentum virtutis. Et primo, ponit diuersitatem fiduciæ & gloriæ quæ est in hominibus. Secundo, ponit euentum vtrorumque, ibi. [Ipsi obligati sunt.] Est enim duplex genus hominum. Quidam enim ponunt totam spem suam in potentia sæculari: contra quos dicitur, Hiere. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine. Psalm. 51. Videbunt iusti & irridebunt, & dicent &c. Quidam ponunt spem in deo. Psal. 117. Bonum est sperare in domino. Et ideo dicit. [Hi in curribus, & hi in equis,] quasi dicat. Quidam confidunt in potentia sæculari, de quibus dicitur. [Hi in curribus &c] Vel refertur ad pugnã vel ad triumphos: quia quidam pugnant in curribus, quidam in equis. Exo. 15. Ingressus est Phatao cũ curribus & equitibus. Vel ad triumphos, & tunc non confidunt sed gloriantur: quia secundum gloriantiquitus erat duplex genus triumphi: vnus maior, alter minor. Primus dicebatur laureatus: quia victor coronabatur lauro, & hoc fiebat in curru. Secundus dicebatur ouatio: & fiebat in equo, quasi dicat. Quidã gloriantur in magnis, quidam in equis, vt in ouatione. Ouo ouas idem est, quòd lætari: & est tractum a pueris qui lætantur quãdo datur eis ouum. Sed nos magis, idest, gloriamur in nomine domini. Triumphus dicitur a tris, quòd est tres, & phonos quòd est sonus: quia triplex sonus reuerentibus victoribus exhibebatur. Primo enim, totus populus ei obuiam exibat. Secundo, omnes capiui sequebantur currum eius ligatis manibus. Tertio, ipse indutus tunica Iouis sedebat in curru quem trahebant quatuor equi albi: & sic ducebatur ad capitolium. Sed in curru ponebatur cum eo seruus quidam, qui colaphizabat eum dicens, Cognosce teipsum. [Ipsi]

f ¶ Hic ponitur diuersus euentus: quia est euentus malorum. Hieron. habet [incuruati] & tunc planum est, quòd incuruatio est via ad casum: & sic pocẽtia mũdi paulatim deficit. Vel [obligati] quia bona temporalia ligant, & maxime peccatores. Sap. 14. Creaturæ dei factę sunt in odium & in muscipulam pedibus insipientium, idest peccatorum. Vnde dicit. [Et ceciderunt] quia finaliter conterentur. Esa. 8. Cadent & conterentur: & irretiẽtur & capientur. Item, euentus potentiæ cum dicit. [nos autem surreximus] paulatim. Michæa. 8. Cecidi consurgam, cum in tenebris sedero, dominus lux mea est. [Et erecti sumus] Sicut inclinatio est via ad casum, ita erectio est via ad rectitudinem status. Et hoc in sanctitate est. [Domine]

g ¶ Ponitur conclusio totius istius psalmi: qui quidem ad duo videtur tendere. Quia vel petit pro Christo vero, vel pro Christo figuratiue. Quantum ad primum dicit. [Domine saluum fac regem] idest Christum. Vel pro Dauid. Et sic deprecatur pro ipsis orãtibus. [Exaudi nos in die qua inuocauerimus te] Psal. 137. [In quacumque die inuocauero te exaudi me.

a PSAL. XX.

SVPRA in præcedenti psamo facta est petitio pro exaltatione regis: hic autem quasi exauditus prænunciat eam. Titulus. [In finem psalmus Dauid] Diuiditur ergo psalmus iste, in duas partes. In prima, prænunciat regis exaltationem. In secunda, hostium delectationem, ibi. [Inueniatur] Circa primum, tria facit. Primo, pronunciat regis gaudium. Secundo, ponit causam gaudii, ibi. [Desiderium] & Tertio, meritum causæ, ibi [Quoniam rex sperat in domino] Hic psalmus exponitur de Christo qui est rex, & de Dauid qui fuit eius figura: & ideo de vtroque potest

potest exponi: de Christo secundum veritatem, de Dauid secũdum figuram. Est ergo duplex gaudium. Vnum de deo: aliud de dei beneficio. Quantum ad primũ, dicit. O [domine] deus pater [rex] idest Christus. [Lætabitur in virtute tua] idest tuæ diuinitatis. Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da. Et tunc lætatus est, quando vicit diabolũ, & mortem, morte sua: & quando fecit miracula, quando ascendit in cælum. Psalm. 46. Ascendit deus in iubilo. Esaiæ. 23. Regnabit rex & sapiẽs eric &c. 1. Corin. 1. Christum dei virtutem & dei sapientiã. Similiter si dicatur de Dauid. O [domine] deus [rex] scilicet Dauid: & alii sancti [lætabũtur in virtute tua] Cant. 1. Lætabimur & exultabimus in te: memores vberum tuorum. Quantum ad secundũ dicit. Et super salutare tuum &c.] idest super adeptionem salutis per te factæ. Præcipue Christus exultabit per hoc, quòd per eum saluas genus humanum. Luc. 1. Iple saluum faciet populum suum. [Desiderium]

b ¶ Hic ponitur causa gaudii, quæ est impletio desiderii Prouer. 13. Desiderium si compleatur, delectat animam. Sicut se habet desiderium ad gaudium, sic motus ad quietem ad quam per motum peruenitur. Vnde primo, ponitur impletio desiderii. Secundo, ponitur in quibus desiderium impletur, ibi. [Quoniã præuenisti] Est autem duplex desiderium: vnum quod est tantũ in corde, aliud quod exprimitur ore: & vtrũque impletur, quia deus antequàm oretur, exaudit. Quantum ad primum dicit. [De fideriũ cordis eius tribuisti ei. Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum. Et dicitur de quolibet viro iusto. Quantum ad secundum dicit. [Et voluntate labiorum eius] idest quam expressit per labia. [Non fraudasti eum] quia exaudisti eũ. Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerentia. Esa. 46. Consiliũ meũ stabit: & omnis voluntas mea implebitur. [Quoniam]

c ¶ Hic ponit in quibus impletur desiderium. Et primo, dicit de impletione desiderii cordis. Secundo, de impletione desiderii orationis, quod idem est quòd desiderium labiorum, ibi. [Vitã] Est autem duplex beneficium: & ideo primo ponit beneficium spũale interius, quod est beneficiũ dulcedinis. Et quãtũ ad hoc dicit. [Quã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis] Vnde dicere est bonum dicere: & dicere dei, est eius facere. Vnde in benedictione dei intelligitur infusio bonitatis. Genes. 26. Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum &c. Et. 17. Benedicam ei & multiplicabo eum: & augebo eum valde. Hæc ergo benedictio est dulcis. Sap. 12. O quàm bonus & suauis est spiritus tuus in nobis. ergo [In benedictionibus dulcedinis] idest in bonis gratiæ: & in immunitate a peccatis [præuenisti eum] idest Christum, tempore: quia a principio conceptionis fuit plenus omni gratia. Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratia & veritate, quasi vnigenitum a patre: quia quàm cito conceptus fuit, fuit vnitus diuinæ naturæ, & tã cito fuit plenus gratia. Item [præuenisti eum] quantitate: quia præ omnibus aliis gratiam accepit: & non ad mensuram. Sancti etiam dicuntur præueniri. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Sapien. 6. Præoccupat eos qui se concupiscunt. Et sic in figura Christi Dauid speciali gratia præuentus est: quia vnctus fuit in regem cum adhuc esse puer, antequàm ipse cogitaret de regno. Beneficium exterius ostendit dicit. [Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso] Si hæc referuntur ad Christum, tũc est sensus. [Posuisti in capite eius coronam de lapide &c.] idest fecisti eum regem. Corona autẽ est signum regiæ dignitatis: quia vt dicitur Esa. 33. Regem in decore suo videbũt. Cant. 3. Egredimini filiæ Sion: & videte regem in diademate, quo coronauit eum mater sua: idest diuinitas: propter hoc dicit. [De lapide pretioso] idest de diuinitate: quia Regnum suum non est de hoc mundo. Ioann. 18. Hieron. [De auro obrizo] idest purissimo. Apoc. 6. Data est ei corona. Vel corona de lapide pretioso sunt apostoli: qui dicuntur lapides pretiosi propter pretiositãtẽ doctrinæ. Apoc. 12. In capite eius scilicet Christi, corona stellarum duodecim. Eccli. 25. Corona senum multa peritia. Vnde cætus apostolorum, est quasi corona Christi. Vel [posuisti in capite eius coronam] idest ecclesiam. Prouer. 12. Mulier idest ecclesia diligens, corona est viro suo: idest Christo. Vel põt dici hoc de quolibet sancto: quia corona sine mercede: est ipse deus. Esa. 28. In die illa erit dominus corona gloriæ. [De lapide] pretioso: quia Dauid ad literam ab ipso deo coronatus est. Consequenter ostendit, quomodo impletur petitio labiorum eius: vnde dicit. [Vitam petiit a te] quando petiit a resurrectionem. Psalm. 40. Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. Et hoc datum est ei. Psalm. 2. Postula a me, & dabo tibi hæreditatẽ. Luc. 11. Omnis qui petit accipit. Similiter et quilibet sanctus petit hoc, scilicet vitã & maxime vitã æternam. Psal. 26. Vnã petiia domino hanc requiram &c. Et Dauid similiter hoc petit. Secundo, ostendit quõ impletur petitio quo ad alios. Vnde dicit. [Tribuisti ei &c.] Petiit q̃ corpus eius scilicet ecclesiæ, seruetur in [longitudinẽ dierum] Et hoc ei tribuit deus. Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. Hoc etiam petebat Dauid. 2. Regũ. 7. Insuper locutus est de domo serui sui in longinquum. [Magna]

d ¶ Hic ponitur consumatio bonorum. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit magnificationem istius regis præuenti, in quo inchoata est benedictio. Secundo, exponit magnitudinẽ, ibi. [Gloriam & magnum decorem] Dico quòd [præuenisti eum &c.] sed adhuc plus: quia [gloria eius] scilicet christi & hominis est [magna in salutari tuo] idest in verbo cui vnita est natura humana. Vel [magna est gloria eius] apud homines: & hoc [in salutari tuo] quia suscitatti eũ. Heb. 5. In diebus carnis suæ preces supplicationesque &c. Vel [magna est gloria eius in salutari tuo] idest in auxilio tuo: in quo institutum est, vt habeat magnam gloriam: & hanc exponit quantum ad tria. Primo, per comparationem ad seipsum: ideo dicit. [Gloriam & magnum decorẽ imposuisti super eũ] qui quidem decor impositus est super Christum in sua resurrectione, & gloria in aliorum admiratione. Vel vt accipiatur pro eodem [gloriam & magnum decorem imposuisti super eum] Iob. 40. Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus. Secundo, in comparatione ad alios: vnde dicit. [Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi] quia per ipsum derivata est benedictio in omnes alios. Gen. 12. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tertio, in comparatione ad deum. Vnde dicit. [Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo] idest lætificat Christum hominem lætitia sempiterna [Et in vultu tuo] idest in visione vultus tui. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Vel gloriã imposuit super eũ quando sanctis suis dedit facere miracula, & hoc super Christũ quia totum ad gloriam Christi factum est, scilicet quòd benedixit eis, & quòd perduxit eos ad visionem suam. Esa. 66. Videbitis & gaudebit cor vestrum. Ioan. 16. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. [Quoniam]

e ¶ Supra psalmus nunciauit regis Christi exaltationem: hic autem meritum huius declarat: & hoc meritum est, quia Christus secundum quòd homo & quilibet iustus non ponit nisi in deo spem suam. Hierem. 17. Benedictus vir qui sperat in domino, & erit dominus fiducia eius. Et ideo quia sperauit in domino [non cõmouebitur] Psal. 124. Qui confidunt in domino &c. Quia spes in deo est firmamentum. 1. Mach. 2. Omnes qui sperant in eo non infirmantur. Ideo hæc comparantur anchoræ. Sed notandum, quòd tria sunt quæ debent mouere ad sperandũ in domino. Primo, diuina prouidentia. Homo non confueuit sperare in illis ad quos sui cura non pertinet. Ad deum autem pertinet cura nostra: ideo dicit. [Sperat in domino] cuius est gubernare. Secundum, est [misericordia] Luc. 1. Misericordia eius a progenie in progenies. Tertium, est potestas: & ideo dicit [altissimi] Psal 90. Qui habitat in adiutorio altissimi [Inueniatur]

f ¶ Supra prænunciauit psalmus regis exaltationem: hic autẽ agit de hostium deiectione. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit hostium deiectionẽ. Secundo, infert conclusionem, ibi. [Exaltare] Circa primum, duo facit. Primo, proponit pœnam hostiũ. Secundo, culpam, ibi. [Quoniam &cet.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit inflictorẽ pœnæ. Secundo, ipsam pœnam, ibi. [Pones &c.] Inflictor pœnæ est manus dei: vnde dicit. [Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Hieron. habet. [Inueniat manus dexteræ dei inimicos odiens] sed hoc videtur repetitio psalm. quia idem est manus & dexterã dei; & inimicus, & odiens. Et consuetum est in psal. Vel si distinguitur, omnis dexterã eius est manus: sed non omnis manus dextera. Per manus ergo dei intelligitur potentia dei operatiua: & hæc est quædam dextera

salutare tuũ exultabit vehemẽter.

b ¶ Desideriũ cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

c ¶ Quoniã præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierũ in sæculum, & in sæculum sæculi.

d ¶ Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionẽ in sæculum sæculi: lętificabis eum in gaudio cũm vultu tuo.

e ¶ Quoniam rex sperat in domino, & in misericordia altissimi nõ commouebitur.

f ¶ Inueniatur manus tua omnibꝰ inimicis tuis: & dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.

dextera, qua exaltat bonos in spiritualibus bonis. Prouer. 3. Longitudo dierum in dextera eius. Sinistra est, qua punit malos & largitur temporalia. Ibidem. In sinistra illius diuitiæ. Dicit ergo. [manus]idest potentia. [inueniat]idest tradet ad votũ[omnes inimicos] Esa. 9. In omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eiꝰ extenta. Et[dextera] quia hoc quòd deus punit malospertinet ad dexteram:inquãtum talis punitio ordinatur ad salutem electorum. Sic ergo inquantũ punit malos dicitur manꝰ: & inquantum ordinatur ad bonum iustorũ, dicitur dextera. Vt[Dextera]ẽ Christus & manus: vnde [manus tua] idest Christus [inueniat] idest cognoscatur in bonum ab his qui sunt amici tui, scilicet gentibus. Rom. 9. Esa. 45. Inuenerunt me qui nõ quæsierunt me. Vel in malum[inueniatur &c.]idest cognoscatur ab inimicis tuis] .i. Iudæis in iudicio, cũ venerit ad iudicium. Luc. 21. Videbunt filium hominis venientẽ &c. [& dextera tua] idest filius tuus[inueniat]idest puniat[omnes qui te oderunt]. [Pones]

g ¶Pones eos vt clibanum ignis, in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

h ¶Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.

i ¶Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Quoniã pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

g ¶ Hic ponitur pœna hostium. Et primo, quantũ ad mala eis inflicta. Secundo, quantũ ad bona eis sublata, ibi[Fructũ]Ponit aũt triplicẽ ordinẽ pœnæ: & si referatur ad mysteriũ pater, quia in futuro iudicio erunt tria. Primo, erit ignis incẽdens superficiẽ mundi. Psal. 96. Inflammabit in circuitu inimicos eius: ideo dicit [Pones eos vt clibanũ ignis]scilicet[in tempore vultus tui] idest Christi, quo tempore apparebit ad iudiciũ. Psal. 16. De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat &c. & dicit[vt clibanũ] quasi vndique igne oppressi. Mat. 6. Sicut ſenum quod hodie est & cras in clibanum mittitur. Vel[vt clibanum]idest in se ignem continet: & per hũc intelligitur ignis quẽ mali patientur interius prauæ cupiditatis & iracundiæ. Bona affectio est bonus ignis. Tre. 1. De excelso misit ignem in ossibus meis &c. Mala affectio est malus ignis. Psal. 57. Supercecidit ignis & non viderunt solẽ: idest semper ardẽt in conscientia impietatis suæ. Osee 7. Omnes adulterãtes quasi clibanus succensus a coquẽte. Adulterãtes omnes sunt, quicumque alii quàm deo se cõiungunt inordinate. Coquẽs est diabolus, qui *malas cogitationes ministrat: sicut coquens ministrat ligna.* Tre. vlt. Pellis nostra velut clibanus exusta ẽ, a facie tẽpestatũ famis. Et hoc [in tẽpore vultus tui] idest in tẽpore manifestationis tuæ ad iudiciũ. Secundo, ponitur disceptatio iudicii: in qua improperabit impiis pctã & proferet sententiã damnationis, siue vocaliter siue mentaliter. Et iõ [Dñs in ira sua cõturbabit eos].i. turbationem inducet tristitiæ de malis illatis, & de bonis sublatis. Tertio, ab igne inuoluẽtur: vñ[Et deuorabit eos ignis]Iob. 20. Deuorabit eos ignis, qui nõ succendetur scilicet humano flatu: sed succendetur virtute diuina: vnde Hieron. habet [deficiet eos] Hæc omnia possunt satis Dauid conuenire. [Fructum]

h ¶ Hic ponitur priuatio bonorũ. Bona quæ habẽt homines in hoc mũdo, quædã sunt quibus cupiũt homines in hac vita frui, & quædã desiderant dimittere post se: & vtraque perdent. Et iõ quãtũ ad primũ dicit. [Fructũ eorũ de terra perdes] quo frui quẹ rebãt. Sap. 3. Vana est spes &c. Ro. 6. Quẽ fructũ &c. Quantum ad secundũ, dicit[semẽ eorũ]scilicet peribit[a filiis hominũ]scilicet a societate sanctorũ. Esa. 14. Perdã Babilonẽ &c. Et hoc ideo accidit, quia vt dr̃. Eccl. 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet. Sap. 3. Nationes enim iniquæ, diræ sunt cõsumationis. [Qrũ]

i ¶ Hic ponitur culpa peccatorũ, & describitur quantũ ad duo. Primo, quãtũ ad conatũ operis: & quantũ ad hoc dicit hic. [Qrũ declinauerũt &c.]quia licet nõ possint facere, tamẽ conãtur quãtũ possunt mala inferre. Psal. 34. Retribuebãt mala mihi. Vel[declinauerũt]quia mala eis imminentia volunt aliis inferre. Imminebat enim duplex malũ Iudæis. s. malum pœnæ: & hoc in Christũ retorquere conati sunt, quando ne Romani auferent dominiũ occiderunt Christũ. Secundo, imminebat eis malũ culpæ. Io. 8. Vos ex patre diabolo estis: & hoc torquebãt ĩ Christũ quãdo dicebãt Io. 8. Nonne bene dicimus &c. Ipsi demoniaci erant & Christo peccatũ imponebant. Secundò, describitur culpa Iudæorũ siue peccatorũ, quãtũ ad conatũ cogitationis: vnde dicit[cogitauerũt consilia &c]idest cogitauerunt vt fidẽ eius destruerẽt. Hier. 11. Cogitauerũt cõsilium &c. De hoc ligno dicitur Sap. 14. Bene dictũ est lignũ per quod fit iustitia: sed non stabilierunt .i. nõ potuerunt perficere cogitatum. Esa. 8. Inite consilium & dissipabitur &c. quare? quia Non est consilium cõtra dominum. Et rationem huius dicti assignat, quare non stabilierunt consilium cõtra dicentes [dorsum] Litera Hieron. planior est. [Quoniam pones eos humerũ: fines tuos firmabis contra facies eorũ] Dupliciter cõtingit q̃ hostes contra aliquẹ cõsilia nõ stabiliũt. Vno mõ, si ab eo vincantur. Alio modo, si fines hostiũ sint firmati: & ideo dicit [nõ potuerunt &c] idest fugient ante te Item[fines tuos firmabis contra eorũ facies.] Hoc spiritualiter intelligit de Christo: cuius nullus nõ potuit irrũpere fines Io. 10. Nõ rapiet eas quisq; de manu mea. Et in litera nostra habetur [in reliquiis tuis præparabis vultũ eorũ] idest contra vultum eorum ſm glos. Supra psalmus posuit pœnam malorum futuram: hic autem pœnam eorum præsentem. Et est duplex pœna spiritualis, quæ est in anima: scilicet secundum auersionem a deo, & secundum conuersionem ad malum. Quantum ad primũ dicit: tu secundũ tuam prouidentiã[pones eos dorsum] Quantum ad secundũ dicit[in reliquiis tuis præparabis vultum eorum]Et hoc multipliciter exponitur: secundũ glo. Vno modo de his quæ Christus reliquit, scilicet tẽporalia quæ cõtẽpsit. Io. 18. Regnũ meũ non est de hoc mundo: quia in cupiditate rerũ tẽporaliũ reliques vultũ eorũ: idest præparabis intẽtionẽ eorum, vt proprer hoc occidãt Christũ sicut cũ dixerunt. Ne forte veniant Romani &c. [Vel *in reliquiis eorũ*]idest gẽibus quas *relinquis* conuertẽdas. Ro. 15. In eũ gentes sperabũt. [præparabis vultũ eorum]idest cognitionẽ tuã quæ est eorũ, idest Iudæorũ .i. eis promissam. Vel reliquiẹ Christi extremavitæ eius dicũtur, idest passio & mors eius: & in iſtis fuit præparata mala eorũ intentio ad eius passionẽ. Vel præparationẽ vultꝰ ĩ bonũ. i. in reliquiis Iudęorũ qui conuertẽtur. Esa. 10. Reliquiæ saluæ fiẽt. Et licet ponanẽ vt dorsum mõ, tñ reliquiæ cõuertentur & cognoscẽt. [Exaltare]

k ¶Hic ponitur conclusio. Et primo, petit id quod est ex parte dei. Secundo, promittit id, quod est ex parte nſa. Dicit ergo. [Exaltare domine in virtute tua]vt scilicet in ea rex lętẽt. Esa. 26. Exaltetur manus tua vt nõ videant & cõfundãtur. Tamen ſm mysteriũ. [Exaltare]Christe in resurrectione, quæ erit [in virtute tua] Ioan. 10 Potestatẽ habeo *ponẽdi animã meã & iterũ sumo eam*: per resurrectionẽ & ascẽsionẽ. [Exaltare]quæ erit in virtute tua. Esa. 63. Gradiens in multitudine virtutis suæ. Et nos[cantabimꝰ] scilicet interius. [& psallemus]exterius. [virtutes tuas] Vel cãtabimus]idest prædicabimus & annunciabimus excellentiã potestatis tuæ. 1. Pet. 2. Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suum.

k ¶ Exaltare domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

IN FINEM

PRO ASSVMPTIONE

a PSAL. XXI.

Eus deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.

a PSAL. XXI.

IN præcedentibus priusvidetur esse actũ de tribulatione, quam sustinuit Dauid a filio & a Saule. Hic aũt in tertia decade agitẽ de persecutione quã passus est a toto populo: qui eum abiecit ad mãdatũ Saulis. *Diuiditur ergo psalmus iste in tres partes. In prima*, narratur tribulatio. In secunda, funditur oratio ad deum pro liberatione. In tertia, ponitur gratiarũ actio secunda incipit Psa. 24. [Ad te dñe leuaui] Tertia, ibi[Afferte domino] Circa primũ, duo facit. Primo, exponit tribulationẽ. Secundo, ostendit quo a deo iuuatur in tribulatione, ibi[Dñs regit me] Sicut supra dictũ est, sicut ĩ aliis prophetiis, ita hic agitur de aliquibus tũc præsentibus inquantũ erant figura Christi & quæ ad ipsam prophetiã pertinebant. Et iõ quandoque ponuntur aliqua quæ ad Christũ pertinent, quæ excedunt quasi virtutem historiarũ. Et inter alia specialiter iste psalmus agit de passione Christi. Et iõ hic est eius sensus literalis. Vnde specialiter hũc psalmũ in passione dixit cũ clamauit. Hely hely lamazabathaniquod idem est q̃ Deus deus meus: *sicut psalmus incipit*. Et iõ *licet figuraliter, hic psalmus dicatur de Dauid*, tamen specialiter ad litterã refertur ad Christũ. Et in synodo Toletana quidam Theodorus Monestenus qui hũc ad literam de Dauid exponebat, fuit dannatus & propter hoc & propter alia multa: & ideo de Christo exponendus est. Sciendum est autem quòd quandoque prius agitur de passione Christi prolixe: quorum iste psalmus primus est. Alii enim breuius tangunt passionem Christi. Secundus est, Iudica domine nocentes me. Tertius est, Exaudi deus orationẽ meam, & ne despexeris deprecationem meam. Quartus, Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ. Quintus, Deus laudem meam ne tacueris. Et hoc propter quinque plagas Christi: vel propter quinque effusiones sanguinis. Et vnus est modus procedendi in omnibus, quia incipiunt a gemitu & terminantur in salutem populorum: quia ex passione facta est salus omnibus hominibus. *Titulus Hieron. est* [Victori pro ceruo matutino] In nostra litera. [Victori pro assumptione, vel pro *ceruo matutina*] In hoc psalmo principaliter agitur de passione Christi. Secundo, tangitur in eo de resurrectione: quia per eam datur intelligi passio: & passio ordinatur ad resurrectionem sicut si dicam. Iste est manumissus, ostendit quòd fuit seruus. Ergo iste psalmus est Dauid idest Christi. Et est pro assumptione, idest resurrectione, & hæc fuit matutina: vnde[pro seruo]idest pro humana natura[vel pro seruo matutino]idelt Christo. Psal. 107. Exurgam diluculo. Hic autem titulus est quando Dauid ibat *profugus & latebat in deserti*s sicut ceruus. Vnde supra dixit. Et posuit pedes meos tãquàm ceruorum. Vnde pro ista tribulatione quæ figurabat passionem Christi in titulatur iste psalmus hoc modo: tamẽ melius refertur ad Christũ vt per ceruũ intelligatur humana natura in Christo: quia ceruus transit spineta sine læsione pedũ, sic Christus transiuit per istã vitã præsentẽ sine sui inquinatione. Itẽ, ceruus optime salit: sic Christus de fouea mortis ascendit ad gloriam resurrectionis. Et ideo ceruus dicitur, & matutinus dicitur: quia tunc surrexit. Psalmus iste diuiditur in tres partes. In prima, ponitur conquestio. In secunda, natratio passionis, ibi[Ego aũt sum vermis] In tertia, ponitur liberationis petitio, ibi[Tu autẽ domine ne elongaueris] Circa primũ, tria facit. Primo, ponitur cõquestio siue quæstio. Secundo, ponitur *expositio conquestionis*, ibi [longe a salute] Tertio, ponitur ratio conquerendi, ibi. [Tu autẽ in sancto habitas] Hæc est translatio septuaginta. In græco autẽ & in Hebræo non est[Respice in me: sed habetur sic [Deus deus meus quare me dereliquisti] quia hæc verba dixit Christus in cruce: sed [respice] interpositum est. Ponitur ergo petitio cum dicit[Deus deus meus] Repetitur autẽ bis deus ad maiorem certitudinem. Gen. 41. Quod autem secundo vidisti ad eandem rem pertinẽs, indicium est firmitatis. [respice ĩ me]idest miserere mei. Psal. 42. Respice in me & miserere mei, quia vnicus &c. [quare me dereliquisti] Hæc fuerunt verba Christi in cruce. Ex his autẽ verbis Arrius occasionem sumpsit erroris, scilicet quòd in morte Christi separata est diuinitas ab humanitate. Vnde de hoc secundum *eũ conqueritur dominus dicens*[quare me dereliquisti] Sed hoc erroneum est. Est autem sciendum, quòd aliquis dicitur derelictus a deo quando non adest ei deus, sicut videtur adesse, quãdo protegit eum: & impleet eius petitionem. Hierem. 20. Dominus deus mecũ est tamq̃ bellator fortis: idcirco qui persequũtur me cadẽt & infimi erũt. Et quia Christus nõ est liberatus a passione corporali cum esset in passione, secundum hoc dicitur ad horam derelictus idest passioni expositus. Rom. 8. Proprio filio suo non perpecit &c. Item illa petitio. Pater si fieri potest transeat a me calix iste vt dicitur Matth. 26. non videtur impleta: quia erat secundum carnem. Esa. 54. Ad punctum & in modico dereliqui te, idest passioni te exposui: & in miserationibus magnis congregabo te, scilicet in resurrectione. Et ideo dicit[quare me dereliquisti]idest passioni me exposuisti. [longe a salute mea verba delictorum meorũ] Hic exponitur cõquestio siue quæstio. Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi [Deus meus clamabo] Dicit ergo[Dereliquisti me] Et hoc, quia[lõge sunt verba delictorum meorum a salute mea] mei veri hominis inquantum habeo humanam naturam. Psalm. 118. Longe est a peccatoribus salus. Et hæc verba scilicet [dereliquisti: & longe, & quare]non videntur esse hominis iusti siue iustitiæ, sed videntur esse[verba delictorũ meorum[scilicet hominis peccatoris, idest ostendunt me nõ esse iustum sed peccatorem. Vnde hæc verba dixit Christus in persona peccatoris siue ecclesiæ. Et hæc ẽ vna de regulis *supra in principio* psalterii positis, quòd ea quæ pertinent ad membra dicit Christus de se propter hoc, quia sunt sicut vnum corpus mysticũ Christus & ecclesia, & iõ loquũtur sicut vna psona, & Christus transformat se in ecclesiã & ecclesia Christum. Roma. 12. Multi vnũ corpus sumus in Christo. In mẽbris autẽ Christi idest in ecclesia sunt delicta siue peccata. In capite vero idest in Christo, nullum est delictum sed similitudo delicti. Rom. 8. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum. 2. Corinth. 5. Eum qui peccatum non nouerat peccatũ pro nobis fecit: vt nos efficeremur iustitia dei ĩ Christo. Christus autem imminente passione orauit. Pater si fieri potest &c. Sed hæc verba Christi oranis possunt dupliciter exponi. Vno modo vt Christus ea protulerit quasi gerens infirmorũ personam, qui sunt in ecclesia: quia futurum erat vt aliqua mẽbra sua debilia quando imminęret eis passio formidarent. Alio modo quòd protulit hanc petitionem gerens officium carnis in firmæ in Christo, quæ naturaliter timet & fugit mortem. Quod petiit ergo *liberari, fuit verbum uel membrorum in quibus* delictum inuenitur, vel carnis Chri in qua est similitudo delicti sine peccati: & ideo dicit [verba] quibus petiit liberari: q̃ sunt [delictorum meorũ]. idest fideliũ pro quorum delictis patior: vel sunt infirmę carnis quæ habet similitudinem delicti: longe a salute corporali, quia calix siue passio non transit a me vt petii, quasi dicat. Non consequor salutem, quam intendo, si petitio mea quam peto exauditetur. Pater trãseat a me calix iste. Et ideo litera Hieron. habet [longe a salute mea verba gemitus mei] Aliter exponit August. in libro de gratia noui testamenti. Hæc verba quibus peto liberari a passione, & conqueror quòd sum derelictus passioni sunt longe a salute mea, quam secundum quòd deus debeo facere. Matth. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et assignat rationem quare sit derelictus. Est enim duplex salus, vna corporalis, quæ est communis hominibus & iumentis. Psalm. 35. Homines, & iumenta saluabis domine. Alia spiritualis & æterna: & hæc est, ppria Christi: vnde dicit[mea] quia salus noui testamẽti est p. Christũ facta. Esa. 45. Israel saluatus est in domino salute æterna. Et hæc differunt: quia prima quærebatur in veteri testamento. Secunda, quæritur in nouo. Quare ergo derelictus est passibilis? quia ipse venit in nouo testamẽto. Et hæc verba q̃ hic dixit, [longe a salute mea] speciali, quia sunt pro corporali salute[longe] *Christus loquitur in perlona peccatorũ, qui quandoque* propter peccata derelinquuntur a deo: vnde dicit [verba delictorum meorum]idest peccatorum sunt[longe a salute] spirituali: quia hæc est causa quare peccatores saluantur: quia sunt peccatores. Ioan. 9. Peccatores deus non audit. Vel secundum Augustinum loquitur[a me]quasi derelinquendo me fecisti me longe a salute mea idest corporali. Et hæc verba sunt delictorũ meorum. [Deus]

b ¶ Hæc in speciali prosequuntur Per diem & noctem duo intelligere possumus. Vno modo ad literã diem &] noctẽ temporalẽ: & sic clamare est clamare assidue: vnde dicit[non exaudies] quasi dicat. Quàmuis assidue clamem, non sum tamen exauditus. Litera Hieron. habet[& nocte & non est silentium mihi]quasi non sileo die & nocte orare. Alio modo, vt per diem intelligatur prosperitas: & per noctem aduersitas. Et secundum Augustinum verba quæ pro salute corporali dicuntur fiunt per diem: pro prosperis per noctem vt tollatur aduersitas. Ergo Christus clamat per diem quando est in prosperitate, & non exauditur, quia petit vt non pereat: & per noctem vt tollatur aduersitas, & non tollitur.

¶ Sed contra dicitur de Christo quòd Exauditus est &c.

¶ Et dicendum, quòd oratio est actus rationis. Vnde omnis oratio Christi procedens ex rationis iudicio est exaudita. Secus est de oratione exprimente infirmitatem naturæ passibilis & proprium motum membrorum: quia *nec ipse voluit eam exaudiri*. Ioan. 12. Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater &c. Et quare non est exauditus in prosperis & aduersis, ostendit [& non ad insipientiam mihi]quia hæc petitio non pertinet ad salutem noui testamenti, quam ego intẽdo quæ est salus æterna, sed pertinet ad salutem veteris testamenti. Vt ergo hanc sapientiam discas, scias quòd salus temporalis non pertinet ad nouum testamentum sed ad vetus. Hæc est sapiẽtia quæ stultitia est apud homines. 1. Corinth. 4. Nos stulti propter Christum. 1. Corinth. 1. Nonne deus stultam fecit sapientiam huius mundi &c. [Tu autem]

c ¶ Supra posita est quæstio Christi inquirentis causam passionis suæ: hic autem ostendit quòd huiusmodi quæstio est rationabilis & rationabile est quòd est derelictus. Et primo dicit hoc esse mirabile ex parte Dei. Secundo, ostendit hoc experimento antiquo, ibi [In te sperauerunt] Hoc quod hic dicitur tripliciter refertur ad prædicta, secũdum tres expositiones. Vna est, quia est longe a salute temporali, & sic facta est ista diuisio. Vnde illud est mirabile ex parte dei propter duo. Primum est, cum deus in sanctis habitet & non defendat eos. Iudith. 6. Si dominus nobiscum est, cur hæc mala omnia apprehenderunt nos? Vbi sunt mirabilia eius quæ patres nostri narrauerunt nobis? Et ideo dicit [Tu autem in sancto habitas] Hierem. 14. Tu in nobis es domine, sed specialiter habitat in Christo. Alia ratio est: quia quicquid boni habemus totum est in laudem dei. Et ideo si nobis est bene, melius a nobis laudatur deus. Et ideo sequitur [laus Israel] Hierem. 17. Sana me domine & sanabor: saluum me fac & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Secundum aliam

expositionem. [Quare me derelequisti] ideo scilicet, quia [verba delictorum meorum sunt longe a salute mea] spiritualiter: sed ego clamo pro teporali: tu vero qui habitas in sancto, vt sit [laus Israel] non exaudies, quia non exaudis quando quis non clamat pro spirituali salute. ¶Vel secundum tertiam expositionem vt loquatur Christ⁹ in persona peccatoris, quasi dicat: ideo es lõge a salute mea, quia non habitas in peccatoribus: sed in sancto. [In te]

laus Israel.

d ¶In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt in confusi.

e ¶Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videntes G me, deriserunt me: locuti sunt la-

d ¶Hic ponitur alia ratio quæ sumitur ex antiqua consuetudine & experimẽto: quo sãcti patres liberabãtur a tribulationibus innocẽtes deum sicut patet Exod. 14. quòd liberati sunt de persecutione Aegyptiorum, de Susanna quæ liberata est ab iniqua sententia senum. Dan. 13. Daniel liberatus de ore siue de lacu leonum. Dan. 15. Quomodo ergo sum derelictus a te & non sum liberatus a passione? Duo ergo facit circa hoc. Primo, facit mentionem de malo corporalis afflictionis. Secundo, de malo confusionis. Quantum ergo ad liberationem primi mali, duo faciebant. Primo, speabant in eum: vnde dicit. [In te] nõ in mundo [sperauerunt patres nostri. Esa. 26. Sperastis in domino in sæculis æternis: in domino deo forti in perpetuũ &c. [& liberasti eos] & iste est fructus spei quia liberasti eos. Secundo, clamabant: vnde dicit [Ad te clamauerunt] ex magna cordis affectione [& salui facti sunt] Psal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui &c. Quantum ad secundum malum, scilicet confusionem dicit. [In te sperauerunt & non sunt confusi.]

¶Sed contra Dan. 13. Non est confusio confidentibus in te. Ro. 5. Spes non confunditur.

¶Dicẽdũ ꝙ patres pertinebant ad vetus testm̃ in quo tẽporalia dabantur: & ideo vt ostendat quòd diuina prouidentia temporalia etiam disponat, liberat eos etiam temporali liberatione. Sed Christus promittit & donat spiritualia: & vt ostendat contemnenda temporalia & speranda æterna, noluit temporalem liberationem secundum rationem: & tamen aliqui in nouo testamento sunt temporalibus liberationibus liberati, & in veteri testamento aliqui sunt spiritualibus afflictionibus eruditi, vt ostendatur deus author esse vtriusque testamenri. [Ego autem]

e ¶Hic ponit passionem suam. Et primo, proponit confusionem suam quam passus est. Secundo, exponit eam, ibi. [Omnes videntes me] Tertio, causam eius assignat, ibi. [Quoniam tu es] Prima pars dupliciter potest legi. Vno modo, vt primo proponat similitudinem confusionis, Secundo exponat oprobrium. Dicit ergo. Illi sunt liberati, ego autem non sum liberatus a confusione: sed sic viliter cõculcatus ac si essem vermis. & nõ homo. Iob. 25. Homo putredo, & filius hominis vermis. Tren. 3. Factus sum in derisum omni populo: canticum eorum tota die. Et quomodo? Exponit [obprobrium hominum & abiectio plebis] Matth. 25. Prætereuntes blasphemabant eum. Vah qui destruis templum. Et qui crucifixi erant conuitiabantur ei. Alios saluos fecit. Et Ioã. 19 Plectentes coronam de spinis &c. & ideo [obprobrium factus sum hominum] in verbis eorum vt dictum est [& abiectio plebis] quia spreuerunt eum, & quia abiecto eo petierũt Barabbã. Mat. 27. Tren. 3. Abiectionem posuisti me in medio populorum. Secundo modo vt pertineat ad Christi dignitatem. Vermis enim non generatur ex coitu: sed ex terra solo calore solis cælestis. Ipse enim quasi tenerrimus ligni vermiculus, vt dicitur. 2. Reg. 23. Sic Christus ex virgine sola operatione Spiritussancti. Psal. 84. Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suũ. Ideo dicit. [Ego autem sum vermis & non homo] scilicet tantũ: sed etiam deus. Vel aliter secundum Augu. Per hominem intelligitur homo vetus scilicet Adam, qui sic fuit homo quòd non filius hominis. Per vermem intelligitur Christus qui sic fuit hõ ꝙ filius hominis idest virginis: ideo dicit [sum vermis & nõ homo] scilicet gaudens tẽporalibus: sed filius hominis gaudens spiritualibus [abiectio plebis] hic non mutatur. Consequenter ponit derisionem: & primo ostendit quomodo sit vniuersalis. Secundo, quõ sit multiplex. Quòd sit vniuersalis ostendit cũ dicit. [Oẽs videntes me deriserunt me] Hierem. 20. Tota die omnes subsanabant mihi: quia populi & principes: & hæc distributio [omnes] pro toto populo intelligit scilicet malo. Quòd illusio fuerit multiplex ostendit: quia verbis, vnde dicit quia [locuti sunt labiis] Matt. 27. Prætereuntes blasphemabãt eum, Esa. 57. Super quem lusistis & super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguam? Sap. 2. Si verus filius

biis, & mouerunt caput.

f ¶Sperauit in domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniã vult eum.

g ¶Qm̃ tu es qui extraxisti me de vẽtre: spes mea ab vberib⁹ matris meæ, in te proiectus sum ex vtero.

h ¶De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris a me.

i ¶Quoniã tribulatio proxima ẽ,

F dei est suscipiet illum. Itẽ, factis [& mouerunt caput] Matth. 27. Mouentes capita sua scilicet præ derisu dicentes: alios saluos fecit &c. [Sperauit]

f ¶Hic ostendit quæ sint illa verba quæ in eius confusionem loquebantur: quia primo improperabant sibi spem quam habebat de deo: vnde dicit [Sperauit in domino eripiat eum] Mat. 27. Confidit in deo, liberet eũ si vult, quasi dicat: si sperasset in domino liberasset eũ quia dictũ est supra statim. Quia sperauerunt in te patres nostri & liberasti eos Sed decipiũtur: quia nõ intelligitur de salute, siue de liberatione tẽporali. Secũdo, improperant Christo, quòd non sit deo acceptus: vnde dicit [saluum faciat eũ quoniam vult eum. Sapien. 3. Filium dei se nominat. [Quoniam]

g ¶Consequẽter ponitur cã confusionis & circa hoc, duo facit. Primo, ponit, causam. Secundo, prorũpit in orationem. [ne discesseris] Causa irrisionis consueuit esse stultitia. Vnde temporales reputant bonos homines stultos: quia non confidunt de mundo. Psal. 13. Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est. In hac causa duo facit. Primo, ponit diuinum beneficiũ motiuum ad sperandum. Secundo, ipsam spem, ibi [spes mea] quasi dicat: derident me, quia spes mea est in te: & ideo dicit. [Quoniã tu es qui extraxisti me de ventre matris meæ] Hic ponit primo quæ pertinent ad caput. H Quæcumque nascuntur naturaliter & vl̃iter ex vtero matris virtute diuina producuntur: & ipsa est omnium causa. Gal. 1. Qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suã. Sed singulariter dicit Christũ abstractum ex vtero matris, quia mirabiliter conceptus est & sine semine natus seruata matris integritate: hoc est beneficium. & ex hoc sequitur spes. Et circa hoc, tria ponit. Primo, ipsam spem. Secundo, eius perfectionem. Tertio, eius rationem. Dicit ergo [spes mea ab vberibus matris meæ] idest tu es spes mea ex quo homo sum & suxi vbera matris meæ: quia cum erat verbum apud deũ nõ conueniebat ei sperare. Psal. 78. Spes mea a iuuentute mea.

¶Sed contra Christus ab instanti conceptionis habuit vsum liberi arbitrii. ergo extunc sperauit.

¶Respondeo, *Dicendum quòd vbera* idest lac vberum in eodem tpe præparatum fuit, quo fuit conceptus: vnde vbera ad ipsam I conceptionem referuntur. [In te proiectus sum ex vtero]

¶Contra. Si postquàm egressus est ex vtero proiectus est in deũ, ergo antequàm exiret vterum non fuit proiectus in deum.

¶Dicendum, quòd ille proiicitur in alterum, qui non in se sed ei innititur. 1. Pet. 5. Omnem solicitudinem uestram proiicientes in eum: vnde [proiectus sum ex vtero] quia tibi soli innitor. Et sic describitur perfectio spei. [De ventre]

h ¶Hic ponitur ratio spei, quasi dicat: in te speraui, quia te habui semper vt deum. Psal. 27. In deo sperauit cor meũ & adiutus sum. Et ideo dicit. [Tu es deus meus de vẽtre matris meæ] idest ex quo factus sum homo: quia ante non erat dei filius homo. Sed si exponatur de membris Christi, proiectio siue extractio est de vno in aliud secundũ carnem, Christus autem semper tendebat in deum: sed loquitur de membris quæ secundum carnem semper sunt in vẽtre carnali scilicet concupiscentiis mundanis: K sed per deum ab huiusmodi concupiscentiis extrahuntur & proiiciuntur in deum: vt nihil nisi deum sperent & quærant. Consequenter concludit orationem cum dicit [ne discesseris me,] scilicet defendendo: vel in me, vel in membris meis quantũ ad spiritualia, quasi dicat: [Dereliquisti me] exponendo passioni corporali [ne recedas a me] fouendo me spirituali auxilio. [Quoniam]

i ¶Hoc secundum Hieron. est principium versus sequentis: & ideo potest vt dictum est, cõuenientius cum præcedentibus legi: & etiam cum sequentibus. Et vt dicit Hieron. conuenientius legitur cum sequentibus. Nam psalmus ex persona domini exponens passionem, præmittit primo orationem: postea ordiné passionis subsequitur, ibi. [Circundederunt me &c.] Circa primũ, duo facit. Primo, proponit orationem. Secundo, necessitatem orandi ostendit. [Quoniam tribulatio] Dicit ergo. [Tu es deus meus de ventre matris meæ] & ideo oro [ne discesseris a me] quoniam tribulatio proxima est] Hæc enim intelligenda sunt vt Christus loquatur in persona membrorum suorum, vt non derelinqueret ea in tribulationibus. 1. Corinthiorum. 10. Fidelis deus qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.

quoniam non est qui adiuuet.

k ¶Circundederũt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super meos suum, sicut leo rapiens & rugiens.

l ¶Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factũ est cor meum tãquàm cæra liquescens: in medio ventris mei.

m ¶Aruit tamquàm testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

n ¶Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumera- B uerunt omnia ossa mea.

potestis. Psalm. 70. Ne derelinquas me: quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam consilium fecerũt in vnum. Nõ autem dicit hoc pro se. Necessitas autẽ est duplex: tribulatio quæ imminet, & auxiliũ quod deficit. Vnde dicit [tribulatio proxima est] scilicet tempore. Matth. 26. Ecce appropinquabit hora: & filius hominis tradeẽ &c.

¶Sed obiicitur quòd cum hæc verba sint Christi iam in cruce existentis, quomodo dicit. [Qm̃ tribulatio proxima ẽ &c.

¶Possumus dicere ꝙ Dauid mutat tempora. Augustin⁹ aliter soluit. Tribulatio quãdoq; est propinqua, quãdoque remota. Sẽsus doloris est in anima: propinquũ animę est corpus, remota sunt bona exteriora. Qñ ergo est afflictio in exterioribus, tribulatio non est propinqua. Sed quãdo est in proprio corpore, tũc est propinqua & proxima: & impossibile est quin homo sentiat. Christus autem in proprio corpore affligebatur. Psal. 114. Tribulationem & dolorem inueni. Item, deficit auxilium [quoniã non est qui adiuuet] Et ideo est orationi instandum. Esa. 63. Circunspexi & non erat auxiliator, quæsiui & non erat qui adiuuaret: quia etiam apostoli relicto eo fugerunt. [Circundederunt]

k ¶Supra ostendit psalmus in persona Christi suam conquestionem siue quærelam, rationabilem esse: & ex parte dei & ex antiquorum consuetudine, siue experimento: hic autem prosequitur ordinem passionis quantum ad afflictionem carnis. Et proponit, Primo persecutores. Secundo, persecutionis effectum, ibi. [Sicut aqua] Tertio, persecutionis modum, ibi [Circundederunt me canes] Primo ergo introducuntur persecutores inuadentes opere: quorum quidam minores vt plebs & ministri: & quantum ad hos dicit. [Circundederunt me vituli multi] Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. [Circundederunt me] quia vndique inuaserunt. Psalm 117. Circundederunt me sicut apes &c. Quidam sunt maiores: vnde dicit [tauri pingues obsederunt me] *Eccl. 6.* Ne extollas te in cogitatione tua sicut taurus: qui ex pinguedine & fortitudine, nec iugo præmitur & multum generat & superbit. Dicitur quòd taurus est animal melãcolicum & propter hoc diu retinet iram: & sicut minores habent audaciam propter multitudinem, ita maiores propter diuitias. Et ideo dicit [pingues] Iob. 15. Pingui ceruice armatus est [obsederunt me] Iob. 19. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Consequenter ponit persecutores insurgentes ore: vnde dicit. [Aperuerunt super me os suum] Et quidem multipliciter eum tentando. Matth. 22. Quid me tentatis hipocritæ? accusando, inuidendo, ad mortem expetendo, dicentes crucifige. Tren. 3. Inimici mei aperuerunt os suum super me. Consequenter adhibet similitudinem [sicut leo rapiens & rugiens] cui comparantur propter crudelitatem. Hierem. 12. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocem. Nam leonis est vt capta præda rugiat. Amos. 3. Numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Et dicit [rapiens] insidiando & [rugiens] manifeste in mortem expetendo. Ezech 11. Sicut leo rugiens rapiensque prædam, animam deuorauerunt. [Sicut]

l ¶Consequenter ponit persecutionis effectum. Et primo, proponit hũc effectum. Secundo, exponit eum, ibi [dispersa] Dicit ergo. Persequuntur me & nocẽt: quia quantum ad corporalem salutem totaliter inualuerunt. Et ideo dicit. [Sicut aqua effusus sum] Si effundatur oleum aliquid remanet in vase: si effundatur vinum saltem remanet odor in vase: sed de aqua nihil remanet, quasi dicat. *Totaliter effusus sum ẽm eorum opinionem* 2. Reg. 14. Quasi aquæ dilabimur, quæ non reuertuntur super terram. Aqua leniter effunditur & proiicitur: sic ego effusus sum. Sicut etiam Iudæi non solum eum delere desuper terram conati sunt, sed etiam famam eius perdere voluerunt. Vel assimilatur Christus aquæ, quia aqua lauat: sic passio Christi de omnibus peccatis & omnes sordes lauat. Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Item, aqua rigat & facit fructificare: sic passio Christi. Ecel. 24. Dixi irrigabo ortum meum &c. Et fructificat fructum vitæ æternæ. Eccle. 24. Flores mei, idest passionis meæ, fructus honoris & honestatis. Item, facit viam lubricam: sic passio Christi disponit Iudæos ad casum. 1. Corinth. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Consequenter exponit hunc effectum: &

A ideo dicit [dispersa sunt &c.] quasi dicat: quicquid videbatur in me forte, est dissolutum: quicquid pulchrum, emarcuit. Et iõ dicit dispersa &c.] In homine est duplex fortitudo. Vna est fortitudo corporis: & hæc consistit in ossibus & neruis: & quantum ad hoc dicit [dispersa sunt omnia ossa mea] quasi dicat. Omnis virtus mea corporalis defecit: tamen de Christo dicitur spiritualiter. Nã apostoli qui sunt ossa Christi dispersi fuerunt. Zachariæ. 13. Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Alia est fortitudo animæ quæ consistit in corde: vnde dicit. [Factum est cor meum tamquàm cæra liquescens.]

¶Quærit August. quomodo de Christo capite verum sit: quia hoc videtur prouenire ex superabundanti timore, quod non est dicendũ de Christo, quia & si fuerit in eo timor naturalis, non tamen fuit tantus quòd liquesceret cor. Et ita intelligitur de Christo non secundum se, sed quãtum ad membra, quæ quidem sunt cor Christi, quæ & præcipue diligit. Phil. 1. Eo quòd vos habeã in corde. Et sequitur. Testis est mihi deus, quomodo cupiam vos esse in visceribus Iesu Christi. Hi fuerunt apostoli qui fuerunt ossa ad sustentandum infirmos in ecclesia, sicut ossa sustentant carnes. *Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecilitatem infirmorum sustinere.* Et fuerunt corda eorum sicut cæra liquescens. Primo, mala liquefactione per timorem: sicut in fuga di- C scipulorum. Matth. 28. Tunc relicto eo fugerunt omnes. Et in negatione Petri. Luc. 22. At ille negauit dicens. O homo nescio quid dicis. Secundo, bona liquefactione sicut in conuersione discipulorum: vt patet in Petro & Andrea. Vel dicendum quòd liquefactio etiam est amoris. Cant. 5. Anima mea liquefacta ẽ. Res antequàm liquefiat dura est & constricta in se: si liquescit diffunditur & tendit a se in aliud. Timor etiam quandoque indurat, quando scilicet non est magnus: & sic est etiam de amore: quia quando superuenit amor tunc homo tendit in aliud qđ ante in se erat. Et de hac liquefactione põt exponi etiã de Christo, *secundum quòd est caput.* Nam hoc liquefieri & est a Spiritusancto: & ẽ in medio vẽtris idest affectus. Vel per cor Christi intelligitur sacra scriptura, quæ manifestat cor Christi. Hoc autem erat clausum ante passionem, quia erat obscura: sed aperta est post passionem, quia eam iam intelligentes considerant, & discernunt quomodo prophetiæ sint exponendæ [Aruit]

D m ¶Hic ostendit quòd quicquid pulchrum fuit in Christo euanuit. Florere videbantur in Christo ante passionem tria. Operatio miraculorum, facundia doctrinæ, fama & gloria populorũ. De primo Io. 6. Multitudo magna sequebatur eũ: quia videbant &c. *Et hæc virtus aruit in passione quantum ad opinionem eorum:* vñ clamabãt. Alios saluos fecit &c. [Aruit] i. viluit [tamq̃ &c.] [Vel [testa] qñ arescit induratur, sic in passione virtus Christi fuit indurata ad sustẽtandũ. Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tẽtatio tribulationis. De secũdo. Mat. 7. Erat docens eos tanq̃ potestatẽ habens: sed in passione. [Adhæsit lingua mea faucibus meis] præ taciturnitate. Ezech. 3. Adhærere faciam linguam tuam palato tuo: & eris mutus. Et hoc est factum in passione: quia non respondebat Hærodi. Luc. 23. Interrogabat eum Hærodes multis sermonibus. At ipse nihil respondebat ei. De tertio Matth. 21. Plurima autem turba strauerunt vestimẽta sua in via. Alii autem cedebant ramos de arboribus &c. Tunc impletũ est E quod Dauid prophetauerat de Christo dicens. O domine saluũ *me fac, o domine bene prosperare:* benedictus qui venit in nomine domini, deus dominus & illuxit nobis. Sed in passione viluit: vnde dicit [& in puluerem mortis deduxisti me] idest vilem mortem me pati fecisti. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eũ. Vel si referatur ad membra [in puluerem mortis deduxisti me] idest membra mea quæ sunt incinerata: non autem Christi. Vel [In puluerem &c] idest in potestatem Iudæorum dedisti me, qui sunt sicut puluis &c. [Quoniam]

n ¶Hic ponitur modus passionis. Et primo, ponit ea quæ facta sunt ante crucifixionem. Secundo, quæ facta sunt in ipsa crucifixione. Tertio, quæ facta sunt post crucifixionem. Ante crucifixionem facta fuerunt duo. Primo, fuit captus: & quãtum ad hoc dicit. [Circundederunt me canes multi] Philip. 3 Videte canes, videte malos operarios. Esa. 56. Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Item secundo, quomodo fuit illusus: vnde dicit [consilium malignantium obsedit me]

Consequenter ponit ea, quæ facta sunt in ipsa crucifixione. Et primo, quantum ad affixionem. [Foderunt manus meas & pedes meos] grossis clauibus affigentes ligno. Zacha. 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Item quantum ad distentionem dicit [dinumerauerunt omnia ossa mea] idest dinumerabilia fecerunt. [Ipsi vero]

o ¶ Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

p ¶ Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.

q ¶ Erue a framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

o ¶ Hic ponuntur illa, quæ facta sunt post passionem. Vnde dicit. [Ipsi &c.] Conuenientes ad spectaculũ vt illuderẽt. Luc. 23. Milites illudentes impleuerunt spongiam aceto dicẽtes. Si rex Israel es saluũ te fac &c. ['& inspexerunt] scilicet quid euenirет de me. [diuiserunt inter se vestimenta mea] quæ erant plura & diuisibilia. [& super vestem meam] scilicet inconsutilem [miserunt sortem] & hoc fecerunt, vel propter cupiditatem, vel propter quandam illusionem. Per hæc vestimenta diuisa signantur ecclesiæ sacramenta: sed per vestem quæ non diuiditur signatur vnitas ecclesiæ quam quilibet credit habere: sed non habet nisi vnus, quia sola est vnitas ecclesiæ. Cant. 6. Vna est columba perfecta mea. [Tu autem]

p ¶ Narrata passione, hic procedit ad orationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, petit diuinum auxilium. Secundo, petit præsentis auxilii fructum, ibi. [Narrabo nomen tuum] Circa primum, duo facit. Primo, petit diuinum auxilium in generali. Secundo, per se in speciali, ibi. [Erue a framea] Circa primũ, duo facit. Primo petit accelerationem auxilii. Secundo, auxilii necessitatem. Dicit ergo quantum ad primum. Sic fecerunt. [Foderunt manus meas & pedes meos &c.] sed [tu domine ne elongaueris auxiliũ tuum a me] idest ne differas præbere mihi hominĩ Christo auxilium diuinitatis, quasi dicat: factum est, quia liberatus est a morte per gloriam resurrectionis quæ non est elongata: quia post triduum resurrexit. Et fuit Christus resurgens. 1. Corin. 15. Christus resurgens ex mortuis primitiæ dormientium. Psal. 36. Exurgam diluculo. [ad defensionem meam conspice] quasi dicat: ad hoc necessarium est auxilium tuum mihi, scilicet ad defensionẽ. [sub vmbra alarum tuarum protege me &c. Defende me scilicet contra persequentes ad mortem: & contra dæmones ne derineãt in limbo. Sic ergo petiit ne corpus resoluatur in cineres, & ne anima derineatur in inferno. Actu. 2. Solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum. Psalm. 37. Ne derelinquas me &c. [Erue]

q ¶ Hic exponit in special a quibus petit defendi. Et primo, cõtra mortem. Secundo, contra tentationem mortis, ibi [de manu canis] Dicit ergo [conspice ad defensionem meam] & o deus. [erue animam meam] quam ipsi quærunt [a framea] idest a gladio qui fremit agitatus.

¶ Sed contra. Christus non fuit occisus gladio sed lancea: & lancea etiam fuit percussus post mortem.

¶ Sed dicendũ, q̃ gladius sua acuitate diuidit. Heb. 4. Acutior oĩ gladio ancipiti, & pertingens, vsque ad diuisionem. Et ideo quia mors diuidit animam a corpore & patrem a filio & econtra, & fratrem a fratre, dicitur gladius. Zadi. 13. [Framea] idest mors: suscitare super pastorem meum. Et ab hac eruit in resurrectione. Vel] framea] est lingua aduersariorum. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus. Vel hic loquitur Christus pro membris quorum plures sunt occisi gladio. Actu. 12. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio [& de manu canis] Hic orat contra tentationes: & tripliciter describit hic eos irrationabiles. Et hoc facit sub similitudine canis, qui latrat antequàm percipiat contra quẽ debeat latrate propter subitam irã eius. Sic Iudæi antequàm sciẽrent quare latrarent contra Christum, clamabant. Phil. 3. Videte canes: videte malos operarios. Et supra [Circundederunt me canes multi] Hoc maxime pertinet contra Iudæos, qui contra Christum latrantes clamabant. Crucifige crucifige eum. [Salua me]

r ¶ Hic describit eos crudeles sub similitudine leonis: qui est crudele animal. Et hoc refertur ad Pilatum qui fungitur leonis potestate, idest imperatoris, quẽ Apostolus dicit leonẽ. 2. Thim. 4. Liberatus sum de ore leonis. Vel refertur ad diabolum. 1. Pet. vltim. Tamquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. [Et a cornibus vnicornium humilitatem meam] Hic describit eos superbos: & refertur ad principes sacerdotum & scribas, qui scilicet comparantur vnicorni superbiam designanti: & hoc indicat quòd vnum cornu habet in capite: & est tantæ superbiæ quòd nullo modo patitur subiectionem, sed statim captus moritur. Iob 39. Numquid volet rhinoceros, idest vnicornis seruire tibi aut morabitur &c. Et per hoc significãtur principes Iudæorũ qui singulariter gloriabantur de cognitione dei. Et qui cumque singulariter se extollit similis est Pharisæo. Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum. Psalmus. 74. Nolite extollere in altum cornu vestrum. [Narrabo]

r ¶ Salua me ex ore leonis: & a cornibus vnicornium humilitatem meam.

s ¶ Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.

t ¶ Qui timetis dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel.

s ¶ Consequenter ostendit diuini auxilii fructũ. Et primo, ostendit hoc, quantũ ad ipsum Christum. Secundo, quantũ ad alios, ibi. [Edẽt pauperes] Circa primum, duo facit. Primo, proponit duplicem fructum, scilicet prædicationis & laudis. Secundo, explicat vtrumque, ibi. [Qui timetis] Circa primum, ponit duplicem fructum de liberatione Christi. Primus fructus Christi fuit prædicatio per vniuersum mundum. Dicit ergo. [Salua me ex ore leonis &c.] quia saluatus & liberatus de faucibus eorum. [Narrabo nomen tuũ fratrib us meis] idest apostolis. Et hoc fecit post resurrectionem. Sunt autem apostoli fratres sui, & per naturam assumptam, & per gratiam vocationis ad apostolatum. Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui: quos prædestinauit hos & vocauit. ¶ Sed numquid non narrauit ante passionem nomen dei, cum ipse dicat. Io. 22. Pater manifestaui nomẽ tuum hominibus &c. ¶ Dicendum quòd sic: sed plenius post passionem & resurrectionem. Primo quidem, narrauit discipulis ore proprio, quando Aperuit illis sensum vt intelligeret scripturas. Luc. vlt. Secũdo, dando eis spiritum paraclitum. Iob. 16. Cum venerit paraclitus ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et Io. 14. Cum uenerit paraclitus quem mittet pater &cæt. ille docebit vos omnia. Sed plenissime narrabit quando manifestabit diuinitatem suam in iudicio. Ioan. 14. Manifestabo ei meipsum. Luc. 21. Tunc videbunt filium hominis venientem cum potestate magna & maiestate. Tunc enim in filio cognoscent patrem. Ioan. 14. In die illa cognoscetis, quia ego in patre & pater in me & ego in vobis. Et hoc ipsi soli filio conuenit, vt ipse dicit. Matth. 10. Nemo nouit patrem nisi filius. Secundus fructus liberationis Christi fuit laus diuina. Vnde dicit [in medio ecclesiæ laudabo te] Esa. 44. Laus eius ab extremis terræ. Sed dicit [in medio ecclesiæ] quod Aug. sic exponit, dicens primo sic. Illud dicimus esse in medio, quod est in manifesto. In veteri testamento deus laudabatur in occulto idest in mysteriis: sed in nouo laudatur in publico, quia in nuda veritate. 2. Corinth. 3. Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes: per amotionẽ velaminum. Aliquando dicimus esse in medio illud, quod est intimum. Intimi in ecclesia sunt viri perfecti: qui specialiter laudant deum in corde. [in medio ecclesiæ laudabo te] idest in doctoribus & viris perfectis. [Qui]

t ¶ Exequitur vtrumque. Et primo, primum. Secundo, secundum, ibi. [Apud te] In primo proponit totam prædicationem noui testamenti, quomodo narratur nomen domini. Et primo, ostendit ad quid inducuntur homines in nouo testamento. Secundo, quid eis narretur, ibi [quoniam non spreuit] Ad tria inducunt homines in nouo testamento: videlicet ad confessionem oris, ad quærendam gloriam dei, & ad deum timendum. Quantum ad primum dicit [Qui timetis deum laudate eum] Est autem duplex timor: vnus filialis qui timet deum offendere, & timet ab eo separari, & exhibet ei reuerentiam: & hic est ex charitate. Alius autem est timor seruilis, qui timet solum pœnam: & hic non est ex charitate. Ioan. 4. Charitas foras mittit timorem. Vetus lex fuit timoris: sed noua est lex amoris. Vos ergo [qui timetis dominum] idest qui impletis legem ex timore [laudate eum] quia nihil laudat quis quod non diligit, quasi dicat: confitemini ei ex amore. Psalmus 116. Laudate dominum &c. Quantum ad secundum dicit [vniuersum semen Iacob magnificate eum] 1. Corinth. 10. Siue manducatis siue bibitis siue aliud facitis, omnia in gloriam dei facite Et dicit [vniuersum semen Iacob &c.] quia filiis Iacob, idest Iudæis lex veteris testamenti fuit data: in qua promittitur gloria humana: sed in nouo testamẽto promittitur gloria dei. Et dicit [vniuersum] vt includat filios promissiõis qui cõputãtur in semine vt dr̃ Gal. 3. f. gẽtiles. Quãtũ aũt ad tertiũ dicit. [Timeat eum oẽ semen Israel] timore reuerentiæ qui est cũ dilectione. Deut. 10. Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit a te nisi vt timeas eum, & ambules in viis eius? Israel idem est quòd Iacob. [Quoniam]

v ¶ Hic ostendit quid eis annunciatur, scilicet virtus Christi, secundum quòd loquitur in persona Christi orantis. Aliquando enim non vult quis preces exaudire quãdo scilicet ipsum pro quo petitur nõ vult videre, vel quando non vult videre rogantem: aliquando & si vult videre rogantẽ nõ tamẽ vult exaudire petitionẽ: & hoc excludit quãtum ad primum cũ dicit [non spreuit] quasi negligendo [neque despexit deprecationem pauperis]

v ¶ Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam a me: & cum clamarem ad eum, exaudiuit me.

x ¶ Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

y ¶ Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi.

z ¶ Reminiscentur, & conuertentur ad dominum: vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius: vniuersæ familiæ gentiũ.

& ¶ Quoniam domini est regnũ: & ipse dominabitur gentium.

B o ¶ Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.

idest humilitatẽ eius, qui non habet spem in temporalibus, idest Christi: secundum ostendit [nec auertit faciem suam a me] quasi non acceptando me. Psalm. 68. Ne auertas faciem tuã a puero tuo &c. Tertium, cum dicit [& cum clamarem ad eum exaudiuit me] quia iudex admisit quod petii pro me & pro meis. Io. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Ioan. 2. Clamaui, & exaudisti vocem meam. Et nota quòd ante passionem tria dicit se fuisse passum. Dicit enim fuisse abiectum. [Ego sum vermis &c.] Derelictum. [Quare me dereliquisti] Item dicit se non esse exauditum. [Clamabo per diem & non exaudies] Et quare? Quia tunc dicebat [verba delictorum] idest pertinentia ad infirmitatem carnis, secundum quam potius temporalia quæruntur. Nunc autem quia per resurrectionem ad hoc genus adduxit humanam naturam vt quæreret spiritualia, dicit contrarium. Quia supra dixit. [Ego sum vermis &c.] hic dicit [non spreuit me &c.] Supra dixit. [Dereliquisti me] hic dicit [neque auertit faciem suam a me] supra dixit. [Clamabo per diem] hic dicit [dum clamarem ad eum exaudiuit me]. [Apud]

x ¶ Supra psalmus ex persona Christi duo promisit se dictuũ: scilicet narrationem diuini nominis, & laudem dei. De primo, iam dixit. Hic agit de secundo, scilicet de laude diuina. Circa hoc, duo facit. Primo, ostendit quilis sit laus dei. Secundo, quomodo laudi adiungit opus, ibi. [Vota mea &c.] Dicit ergo quantum ad primum, [apud te laus mea] Et hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo sic: laus mea qua ego laudor est apud te, non apud homines a quibus non habeo laudem: sed a te. 2. Corin. 10. Non qui seipsum comedat ille probatus est: sed quem deus commendat. Alio modo sic. [Laus mea] qua scilicet te laudo, est [apud te] non in oculis hominum. Eccl. 47. De omni corde suo laudauit deum, & dilexit dominum. Et hoc [in ecclesia magna] per me, & meo nomine congregata. [Magna] dilatione. Esa. 54. Dilata locum tentorii tui: & pelles tabernaculorum tuorum extende. [Magna] potestate. Matth. 16. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam &c. & quodcumque solueris &c. Dignitate. Apoc. 11. Reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. Hic ostendit, quomodo laudi adiungit opus. Votum Christi fuit vt se daret pro salute fidelium. Ipse enim illud vouit inquantum homo. Psalm. 39. Vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. Quæ quidem voluntas dei est sanctificatio nostra. Esa. 6. Descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Hæc vota soluit Christus dando se ad passionem. Et iterum quando dedit corpus suum in cibum fidelium. Vnde dicit. [Vota] idest sacrificia. [reddam] in ara crucis & in sacrificium fidelium. Et hoc faciam. [In conspectu timentium eum] Eccle. 3. Qui timet dominum, honorat parentes. [Edent]

y ¶ Hic consequenter ponit effectum passionis qui est ad alios. Et primo, proponit diuersos passionis effectus. Secundo, ostendit eos ad futura pertinere, ibi [Annunciabitur] Circa primũ, duo facit. Primo, proponit effectus pertinentes ad apostolos. Secundo, ponit tales effectus per apostolos ad alios derriuatos, ibi. [Reminiscentur] Ad apostolos pertinet ministerium dominici sacramenti: quod designatur cum dicit. [Edent pauperes] idest humiles & contemnentes res mundi. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Isti edẽt sacrificium idest sacẽm corporis & sanguinis: sacramentaliter & spiritualiter. Et ex hoc sequitur triplex effectus: spiritualis scilicet satietas, laus, & vita. Quantum ad primum dicit. [Et saturabuntur] quia quiescet desiderium suum in plenitudine gratiarum, quam per hoc sacramentum acquirunt. Psalmus. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Quantum ad secundum dicit. [Et laudabunt dominum qui requirunt eum] Nec mirum: quia laus sequitur ex lætitia. Esa. 51. Venient in Sion laudantes: & lætitia sempiterna super capita eorum. Satietas autem desiderii causat delectationem. Esa. 55. Delectabitur in crassitudine anima vestra: idest in spirituali pinguedine. Psalm. 41. In voce exultationis & confessionis sonus epulantis. Sed non quilibet laudat deũ: sed [qui requirunt eum] idest qui nihil aliud quærunt nisi Christum, vel deũ. Esa. 55. Quærite deũ dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Quãtum ad tertium dicit. [Viuent corda eorum &c.] Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et ideo dicit. [Viuet] quasi dicat. Quãmuis corpore moriantur imitando passionem domini, tamen corde viuent. Psalm. 68. Quærite dominum, & viuet anima vestra. [Reminiscentur]

z ¶ Hic ponit effectus deriuatus ad alios. Et primo, communiter ad omnes. Secundo, quantum ad carnales, ibi. [Manducauerunt] Tertio, quantum ad spirituales, ibi. [Et anima mea] Est autem triplex effectus. Primus, est diuina cognitio: ad quam gentes per apostolos deuenerunt. Secundus, est effectus ad conuersionem ad Christum. Tertius effectus, manifestatur per operis perfectionem. Quantum ad primum dicit. [Reminiscẽtur] Hominibus naturaliter inserta est quædam dei cognitio: sed obliuiscuntur domini per peccatum. Deut. 32. Oblitus es domini creatoris tui. Gentiles autem habuerant aliquam dei cognitionem, sed obliti fuerunt propter peccata: sed per apostolos fuerunt reducti ad reminiscentiam naturalis cognitionis. Ie. 51. Recordamini domini procul &c. Quantum ad secundum dicit. [Et reuertentur ad dominum] scilicet per amorem. Et hoc fecerunt non solum Iudæi, sed [vniuersi fines terræ] Esa. 21. Si quæritis quærite: conuertimini &. venite. Et hi duo effectus etiam ad sacramentum altaris pertinent, quod est quoddam memoriale dominicæ passionis, vt dicitur. 1. Corinth. 11. Ideo dicit [Reminiscentur] quia conuersio animæ ad deum est effectus sacri altaris. Psalm. 22. Super aquam refectionis educauit me. Colentes eum non in cæremoniis: sed [in conspectu eius,] idest spirituali cultu. Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & veritate. [Et omnes familiæ gentium] Sophon. 2. Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium: quasi vt intelligatur quòd gẽtiles coluerunt deum Israel: & sicut proseliti euntes ad habitandum cum Iudæis, recesserunt a loco suo. [Quoniam]

& ¶ Potestas spiritualis totius mundi est Christi. Dan. 7. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum &c. Et non solum Iudæorum, sm illud Super solũ Dauid: sed ipse dominabitur gentium. Psalm. 2. Postula a me & Dabo tibi gentes hæreditatem. [Manducauerunt]

o ¶ Hic ponitur effectus qui secutus est quantum ad carnales. Et ponit duo. Primo, ponit bonum eorum. Secundo, ponit eorum defectum, ibi. [In conspectu eius cadent] carnales. Et hi perceperunt duplex bonum: scilicet participationem sacri, & venerationẽ dei in cultu. Quantum ad primum dicit. [Manducauerunt] licet indigne quia carnales sunt. 1. Corinth. 15. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. De bonis dixit supra quòd saturabuntur & laudabunt dominum, & viuent: quia venerantur sacẽm per fidem quam habent. Sed isti quia sunt pingues terræ, idest in terrenis defixi, idest non in spiritualibus eleuati. [cadent in conspectu eius] scilicet dei. Hierem. 21. Inebriabo animas sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur. Isti designantur per vaccas pingues. Amos. 4. Deut. 32. Incrassatus est delictus & recalcitrauit. Nam qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit: vt dicitur primæ. Corinthiorum. 11. Et bene dicit. [Omnes qui descendunt] idest, si qui affectu demerguntur ad terrena: quia & si isti videantur stare in conspectu hominum, tamen in conspectu dei cadent. Esa. 8. Offendent ex eis plurimi & cadent. Vel [cadent in conspectu eius] idest substernentur ei etiam inimici. [omnes qui descendunt in terrã] idest in corruptionem peccati. Phil. 2. In nomine Iesu omnẽ genu flectatur. [Et anima]

℞ ¶Hic ponitur effect⁹ quo ad spirituales. Anima Christi sunt illi in quibus requiescit Spiritussanctus: spirituales scilicet qui dupliciter se hñt ad deũ. Primo, quãtũ ad cor: q a viuũt illi scilicet deo vel Christo. Gal. 2. Viuo ego &c. 2. Corin. 5. Qui viuunt iam non sibi ipsi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Secunda, quantum ad opus. [& semẽ meũ] Semen bonum sunt filii regni, q. d. Filii regni quos ego seminaui seruierunt soli deo: quia oĩa opera quæ fecerunt ad eius gloriã retulerũt. [Annũtiabitur]

℞ ¶Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi

aa Annuntiabitur domino generatio ventura: & annunciabunt cęli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

a PSAL. DAVID XXII.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit.

aa ¶ Hic exponit quando fiet, quia nõ in tempore, sed in futuris temporibus. Et ponit tria. Primo, prenũciat fidei prædicationem. Secundo, a quibus debeat prædicari. Tertio, quib⁹ prædicetur. Quantum ad primũ dicit [Annunciabitur domino generatio vẽtura] Et hoc potest dupliciter exponi. Vno modo cum Hieronymo, quasi dicat. [Generatio ventura annunciabitur] idest euangelizabitur. Et ad hoc, vt cõuertantur ad dominum. Etiam annuntiabitur siue passiue, quasi dicat. Per prædicationem apostolorum illa generatio adducetur ad dominum. Matth. 11. Pauperes euangelizantur. Vel sic. Bonũ generationis annunciabitur per angelos ipsi deo: non ꝙ ignoret siue indigeat, sed vt ordo seruetur vt dicit Dion. & vt dicitur Thob. 12. Ego sum Raphael angelus vnus ex septẽ qui astamus ante dominũ] [Et annũciabunt cæli] idest cælestes apostoli. Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. [iustitiam eius] non humanã, sed dei: quam repellunt Iudæi. Rom. 10. Ignorantes dei iustitiam & suã quærẽtes instituere &c. Quibus annuntiabitur? [Populo qui nascetur] spirituali generatione. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. Hic autẽ populus non renascitur operatione humana, sed diuina. Ioan. 1. Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et ideo dicit [Quẽ fecit dominus] Psal. 99. Dominus fecit nos &c.

a PSAL. XXII.

Psalmus supra in persona Christi dixit de sua tribulatione multa, hic autem dicit de remedio quo in ea sustentatur. Et primo, commemorat beneficia quibus sustentatur. Secundo, potentiam sustentationis, ibi [Domini est terra] Psalmus iste nõ habet nouum titulum, sed videtur designare aliquos in via ambulantes: vnde potest significare reditum populi de Babilone: & signat reditum Christi de mundo ad cælum. Circa hoc, duo facit. Primo, commemorat beneficia præterita. Secundo, commemorat beneficia futura, ibi. [Et misericordia tua] Circa primum, duo facit. Primo, commemorat beneficia quæ consistunt in consolatione bonorum. Secundo, ea quæ consistunt in adiutorio contra mala, ibi. [Nam & si ambulauero] Circa primum, tria tangit. Primo, commemorat sufficientiam diuinæ prouisionis. Secundo, eius abundãtiam, ibi. [In loco pascuæ] Tertio, eius effectum, ibi [Animã meã conuertit] Ponit ergo primo diuinam prouisionẽ: vnde dicit [Dominus regit me] Hieronymus [Do minus pascit me] Et idem est: quia qui pascit, regit. Et intelligitur in persona ecclesiæ, deinde de Christo qui est pastor noster. Io. 10. Ego sum pastor bon⁹. Matth. 6. Respicite volatilia cæli &c. quia deus dicitur pastor noster: ipse enim pascit etiam volatilia cæli: vt dictum est. Matth. 8. Pasce populum tuũ in virga tua, gregẽ hæreditatis tuæ Esa. 1. Qui exurget regere gentes. Et sufficienter pascit. Vnde dicit [Nihil mihi deerit: scilicet de eo, quod est necessariũ ad salutẽ: & in tẽporalibus. Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera &c. numquid aliquid &c. Matth. 6. Primum quærite regnum dei: & hæc omnia adiicentur nobis. Tum in futuro omnem sufficientiã habebimus: quia nihil deerit nobis, quoniam habebimus deũ. Abundantiam omnem designat metaphorice per abundantiam cibi & potus. Quia si pascit habet se ad nos, sicut pastor ad oues: quę duobus pascuntur, scilicet hærbis & aqua. Quantum ad primum, dicit [In loco pascuę, ibi me collocauit] idest pascuoso vbi est abundantia hærbarum. Hæc abundantia sunt sacra documenta diuinę scripturæ: & spiritualium abundantia. Ezech. 34. In hærbis virentibus & in pascuis pinguibus pascentur. Quantum ad secundũ, dicit. [Super aquam refectionis educauit me] Et dicit [Collocauit] quia sermo diuinus duo facit: scilicet incipientes instruit,

F & perficientes firmat. Propter primum dicit [In loco pascuæ] Propter secundum dicit. [ibi me collocauit. Quantum ad secundum dicit [Super aquam refectionis educauit me] Hæc est aqua baptismi. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam &c. Vel est aqua sapientiæ sacræ doctrinæ: quæ quidem & est cibus quia confortat, & aqua quia refrigerat. Eccl. 15. Aqua sapiẽtiæ salutaris potauit illum. [Animã meã conuertit] Hic est effectus pascuę: quia [animã meam cõuertit] Vel dicit, quæ sint hæc pascua, quia conuersio animæ. Est autem duplex effectus spiritualis doctrinæ. Primus est interior in conuersione animæ ad deum: quando totaliter se a rebus mundi trahit. Psal. 18. Lex domini immaculata conuertens animas testimoniũ &c. Et conuersio fit virtute dei. Tren. vlt. Conuerte nos domine ad te. Alius effectus est exterius, vt opera exteriora exequatur. Vnde dicit [Deduxit me super semitas iustitiæ] hæc autem bona opera. Esa. 40. Rectas facite semitas dei nostri. Vel semitæ sunt consilia. Prouer. 4. Deducam te per semitas æquitatis: & hoc [Propter nomen tuum] idest gloriã nominis tui. Psal. 43. Propter gloriã nominis tui libera nos. [Nã]

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitię: propter nomen suum.

b ¶Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa
G me consolata sunt. Parasti in cõspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est.

b ¶Hic ponit beneficia contra mala. Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi [Virga tua] Et loquitur ad similitudinem hominis euntis per loca periculosa cui necesse est securitas, &
H hæc beneficia ponit hic. [Nã & si ambulauero in medio tribulationis non timebo mala: quoniam tu mecum es] tamquàm dux & protector & sic securus ero. Vmbra mortis dicitur præsens tribulatio. Est enim vmbra præsagium corporis subsequentis. Col. 3. Lex vmbra futurorum, corpus autem Christi. Sic tribulatio est quasi mortis indicium. [In medio] idest in intimo siue vehemẽtia tribulationis. Psal. 137. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me &c. Vel vmbra mortis dicit præsens vita caligine peccatorum obscura. Ioan. 3. Occupet eum caligo &c. Vel vmbra mortis dicuntur facta hæreticorum portantium in se imaginem diaboli. Iob. 28. Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit torrens &c. Dicitur autem vmbra mortis, quæ non infert malum deo præsente. Iob. 17. Pone me iuxta te &c. Esa. 43. Cum transieris per aquas tecum ero, ne flumina operiant te, cũ ambulaueris in igne non combureris. Sed præter dictam securitatem, ponit tria beneficia quæ deus facit in eis. Primo, susten-
I tat, vnde dicit [Virga tua & baculus tuus] Et hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt per virgam intelligamus directionem viæ. Psalm. 44. Virga directionis virga regni tui: per baculum intelligamus sustentaculum Thob. 5. Baculum senectutis nostræ. Litera Hieronymi habet. [Fulcimentum] quasi dicat. Ostensio & sustentatio [Ipsa me consolata sunt] idest dederunt mihi consolationem in via. 2. Corinthiorum. 1. Deus totius consolationis qui cõsolatur nos. Alio modo, vt exponatur hoc pertinere ad correctionem: quia virga fit correctio. Prouerbiorum 13. Qui parcit virgæ &c. [Et baculus tuus] scilicet senioris disciplinæ, quasi dicat. Mitis & dura correctio tua dedit mihi consolationem. Prouerb. 3. Quem diligit corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Quantum ad secundum dicit [Parasti in conspectu meo mensam] duplicis quidem doctrinæ. Prouerb. 9. Proposuit mensam, misit ancillas suas vocare ad arcem: vbi sunt diuersa fercula, scilicet diuersa documenta spiritualia.
K Et hoc [in conspectu meo] quia in lege meditatur die ac nocte. Vel mensam sacramentalem, scilicet altaris. Triplex enim mensa legitur in sacra scriptura. Prima est, mensa veteris legis. Exod. 25. Facies mensam de lignis Sethim: & pones super mensam panes propositionis. Alia est noui testamenti. 1. Corinth. 10. Non potestis mẽsę domini esse participes & mensæ dæmoniorum, & hæc mensa fuit res & figura. Tertia, mensa est in patria. Luc. 22. Ego dispono vobis regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Et vtraque mensa pugnamus contra inimicos nostros: vnde dicit [Aduersus eos qui tribulant me] quia per mensam quæ est sacra scriptura expellimus tentationes. Ephes. vlt. In omnibus sumentes scutum fidei in quo positis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Item, corpus Christi contra inimicos tuetur: vt dicit Chrisostomus super Ioan. [Impinguasti in oleo] idest lætitia [caput meum] Hoc autẽ per duo signatur, s. per oleũ inungẽs, & vinũ inebrians. Et hoc dicit ad similitudinẽ antiquorum

tiquorum orientalium qui in festis vngebant capita oleo. Esa. 61. Vt daret eis coronam pro cinere: & oleum gaudii pro luctu. [Caput meum] idest, Christum, [impinguasti] idest, replesti abundantissime, [oleo] spiritualis gratię, vt ex eo ad nos gratia diffunderetur. 1. Cor. 8. Vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia: & nos per ipsum. Psal. 44. Vnxit te deus &c. Vel [caput meũ] idest, mentem meã. Mat. 6. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ, idest, mentem oleo, idest, spirituali deuotiõe, [& calix tuus] uel [meus] idest, mihi datus, uel tu⁹, idest, a te datus. Hic calix est donum diuini amoris qui inebriat: quia ebrius non est in se nec secundum se loquitur, sed secundum impetum vini. Sic ille qui est plenus diuino amore loquitur secundum deum: est enim in extasim factus. Can. 5. Comedite amici & inebriamini. Esa. 55. Quomodo descendit imber & nix de cælo & inebriat terram & germinare eam facit: sic erit verbũ quod egredietur de ore meo. Hier. 23. Factus sum quasi vir ebrius: & quasi homo madidus vino a facie domini Vel calix dicitur sanguis Christi: quia debet inebriare. Et hoc [quàm præclarus est] [idest maxime clarus. [Et misericordia &c.]

c ¶Et misericordia tua subsequatur me: omnibus diebus vitę meę. Et vt inhabitem in domo domini, in longitudine dierum.

PRIMA SABBATHI. a PSAL. DAVID. XXIII.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.

b ¶Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

c ¶Hic ponit beneficia futura. Et primo, quantum ad participationem diuinorum donorum. Secundo, quantum ad fruitionem ipsius dei. Dicit ergo. Hæc omnia prædicta mihi fecisti: sed rogo vt [Misericordia tua subsequatur me] Alias petiuit vt præueniat, hic quòd subsequatur. Et vtraque est necessaria: quia præueniens est necessaria quia inspirat animum, subsequensque iuuat vt efficiatur [Vt inhabitem in domo domini] hoc est in ecclesia. [In longitudine dierum] idest semper per gratiam & in cælo per gloriã. Psalm. 26. Vnam petii a domino &c. Esa. 65. Gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum.

a PSAL. XXIII.

Posita tribulatione & auxilio diuino, hic commendat psalmus potestatẽ auxiliantis. Titulus non est nouus in Hebræo: sed in latino additur in prima sabbathi. Vbi sciendum est quòd sicut dicitur Exod. 20. Memento vt diem sabbathi sanctifices &c. est tertium præceptum. Sex enim diebus fecit deus cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt: & in septima requieuit. Ita & nos debemus pro reuerẽtia septima die requiescere. Vnde omnes dies hebdomadæ sabbathũ appellantur: sicut dies dominicus dicitur prima sabbathi. Matth. vlt. Vespere autem sabbathi quę lucescit in prima sabbathi. Et deinceps tota hebdomada sabbathum dicitur. Luc. 18. Ieiuno bis in sabbatho: vnde psalmus hic in prima sabbathi commemorat ea, quæ pertinent ad primã sabbathi idest ad dominicã. In quo tria facta sunt, scilicet creatio mũdi, productio lucis, & resurrectio Christi, vt in euangelio habet. Matth. 28. De istis ergo agit Psalmus scilicet de potentia creantis, & gloria resurgẽtis: & forte iste psalmus cantabatur in prima sabbathi, sed videtur esse disiunctus. Tamen sciendum est, ꝙ tpe Dauid deus colebatur solũ in Iudæa: & Dauid considerans quòd deus est deus totius terræ videns in spiritu prophetico futurũ esse, quòd coleretur in toto mundo fecit istũ psalmum: & de hoc agit hic. Diuiditur ergo psalmus iste in tres partes. In prima, ponit vniuersale eius dñiũ. In secunda, ponit siue ostẽdit modũ quo homines accedunt ad deum, ibi. [Quis ascendet] In tertia, prædicit futurum cultũ dei per totũ mundũ, ibi. [Attollite] Circa primũ, duo facit. Primo, ostẽdit ꝙ vniuersale est dei dñium. Secundo, ponit signum vel causam, ibi. [Quia ipse super maria] Vel sic: in psalmo isto agit de tribus. Primo, de creatione. Secundo, de illuminatione, ibi [Quis ascẽdet] Tertio, de resurrectione, ibi. [Attollite] siue de resurgentis glorificatione. Circa primum, duo facit. Primo, ponit creantis potentiam. Secundo, subdit rationẽ, ibi. [Quia ipse super maria] Est autem sciendũ quòd terra potest dupliciter considerari: vel secundum ꝙ est vnum elementũ, vel ẽm. quòd est habitaculum hominum: & vtroq; modo est sub diuino dominio: primo modo fuerunt aliqui non extendẽtes diuinã prouidentiam ad corruptibilia: sed tantum ad cælos. Iob. 22. Nubes latibulum eius circa cardines cæli perambulat: nec nostra considerat. Ezech. 9. Dereliquit terrã & dominus non videt eã. Psalmus dicit. Mentimini: quia [Domini est terra scilicet] ipsum elementum super quod habet dominiũ: vel [terra] idest ecclesia quæ est bona terra quæ facit multum fructũ. Esa. 40. Quis appendit tribus digitis molẽ terræ; & librauit in pondere montes, & colles

A. in statera? Sed addit [& plenitudo eius] Gen. 1. Terra erat inanis & vacua &c. quia nõ erat plena arboribus & aliis quæ pertinent ad ornatũ terræ: sicut plantę & herbæ: vel [plenitudo terræ] idest plenitudo gratiarum ecclesiæ Et hic est Christus qui attulit omnẽ gratiarũ plenitudinẽ in se. Eccl. 15. Facies tua plena gratiarũ. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Secundo, modo etiã dicit dei orbis terrarũ, idest nostra terra habitabilis [& vniuersi qui habitãt in ea] idest omnes habitatores eius. Psalm. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in iu-
B stitia. Esa. 45. Non in vanũ creaui eam scilicet terrã: vt habitaret formaui eã. Centrum est infimus locus in mundo ad quod terra grauitate sua tendit & omnia alia cedunt sibi: & dicit psalmus. Qui fundauit terram super stabilitatem suã, quia per grauitatẽ tendit illuc: & super nihilũ, quia nihil sibi subsidet: & Esa. 40. dicit. Appendit tribus digitis molem terræ: frigiditate & partium suarum continuitate. Sed quia terra est elementum, & ex ea cum aliis elementis fit mistum: terra autem est sicca & frigida: vnde nec ex motu nec ex fluxu pars vna continuatur, indiget humore continente & continuante: & sic fundatur vel confirmatur super aquas: & qa in qualibet parte terræ quasi fit generatio aquarum, tota terra fere potest dici fundari super aquã. Propter quod dicit. [Ipse super maria fundauit eam [Vel sicut fundamentũ cõtinet ædificium sic aqua continet terram, ne discontinuetur. Discontinuatio etiã terræ facit quòd aqua quæ liquida est & gra-
C uis, fluat quasi per totam terram. Item, per orbem designatur ecclesia & omnes habitantes in ea scilicet fideles: & omnes sumus Christi: & siue viuimus, siue morimur dñi sumus: vt apost. dicit. Ro. 14. Consequẽter reddit cãm supradictorũ: quia scilicet [Super maria fundauit eam] quasi dicat. Illud est artificis quod ipse artifex facit: sed deus fecit terram & ea quæ sunt in terra. Ergo ipsius est terra & plenitudo eius.

¶Sed quidam dicunt, quòd non est prouidentia dei in rebus terrenis.

¶Sed contra hoc est signum magnæ prouidẽtiæ dispositio aquarum ad terram: quia elementa leuia debent esse super grauiora. Similiter ergo sic vt aer circundat aquã, ita aqua debet circundare terram. Et philosophi assignant super hoc multas causas. Sed causa est prouidentia diuina, vt ibi esset habitatio hominum & animalium: vnde Moyses in principio quando posuit rerũ creationem posuit terram primum informem: vnde [terra erat inanis] idest informis & vacua arboribus: & ideo posuit eam circundatam siue opertam aqua & tenebre idest aquæ erant super faciem
D abyssi idest super terram. Et spiritus domini idest aer ferebatur super aquas. Vel terra erat inanis idest inuisibilis propter aquas: vnde sequitur. Congregentur aquæ &c. & appareat arida, quasi dicat. Quia terra est prima secundum ordinem elementorum: a prouidentia diuina factum est quòd sit super aquas: ut homines & animalia possint in ea viuere: & aquæ nihilominus occupẽt terram quantum durant maria: vnde dicit. [Ipse super maria fundauit eam] idest iuxta: sicut alibi. Super flumina Babilonis idest iuxta flumina Babilonis illic sedimus &c. [Fundauit] idest firmã statuit: vt mare eam non occupet. Iob. 38. Posui mari ostia & vectes & dixi. Hucusque venies, & non procedes amplius: & hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos Hier. 5. Qui posuit arenã terminum mari, præceptum sempiternum quod nõ præteribit. [Et super flumina præparauit illã] idest iuxta flumina: & dicit. [Præparauit] non fundauit: quia ad præparationem requiritur ꝙ irrigetur flumine. Psal. Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum quoniã ita est præparatio eius. Riuos eius inebrians multiplica
E &c. Vel ecclesia [fundata est super maria] idest super tribulationes. Psal. 92 Mirabiles elationes maris. [Et super] idest persecutiones quibus præparata est ecclesia ad coronas martyrum. Vel [super maria] .i. amaritudines: & tñ cõsolationẽ eius præparauit flumina cõsolationũ. Psal. 86. Fluminis impet⁹ lætificat &c. [Quis]

b ¶Quasi dicat. Magnus est: & quomodo accedetur ad eum? Eccle. 2. Quis est homo qui possit sequi regem factorem suum? Et ideo docet modum perueniendi: vnde circa hoc, duo facit. Primo, ponit quæstionem. Secundo, responsionem, ibi. [Innocẽs manibus] In quæstione quærit duo: scilicet de via seu motu [Quis ascendet] Et de termino. [Aut quis stabit] Mons signat hic altitudinem diuinæ iustitiæ siue maiestatis. Psalmus. 35. Iustitia tua sicut montes dei. Mons ergo est altitudo diuinæ maiestatis, vel sublimitas Christi: qui mons dicitur. Esa. 2. Erit in no-

in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium : & eleuabitur &c. Quis ergo ascendet tantum, quòd deueniat ad Christum & deũ? Sancti viri qui disponũt ascẽsiones in corde suo ascendent vt dicit. Psalmus Itẽ, quis poterit stare ibi, vbi ipse est qui est locus sanctus, locus gloriæ? Hier. 17. Locus sanctificationis nostræ expectatio Israel. Exod. 3. Locus in quo stas terra sancta est: quasi dicat. Quis stabilietur ibi? Sed alibi dicit Psal. 121. quòd sic. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Vnde cõsequenter ponitur responsio. [Innocẽs]

c ¶ Innocens manibus, & mundo corde, qui nõ accepit in uano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

d ¶ Hic accipiet benedictionem a domino: & misericordiam a Deo salutari suo. Hæc ẽ generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.

e ¶ Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriẽ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ.

c ¶ Et primo, ostendit hoc in generali. Secundo, in speciali. [Hæc est generatio] Circa primum, duo facit. Primo, proponit meritum. Secundo, præmium, ibi. [Accipiet] In merito est unum, quod pertinet ad innocentiam operis. Vnde dicit [Innocens manibus] Iob 22. Saluabitur innocens: saluabitur autem munditia manuũ suarũ. Psal. 25. Ego in innocentia mea ingressus sum. Aliud pertinet ad puritatẽ cordis: & quantũ ad hoc ponit, quòd conseruetur cor purũ a concupiscentiis interioribus : vnde dicit. [Et mundo corde] Matth. 5. Beati mundo corde quoniã ipsi deũ videbunt. Item, ab omni cupiditate rerũ tẽporalium. [Qui nõ accepit in vanũ animã suam] idest qui nõ effudit eam super res vanas: vel qui non vane gloriatur de virtutibus: vel qui nõ permittit sensualitatẽ suã peuenire vsque ad consensum peccati. Hieron. habet. [Qui non exaltant in vanũ] quia ex munditia cordis aliqui superbiunt. Psal. 130. Domine non est exaltatũ cor meum. Itẽ, pertinet ad veritatem oris: vnde sequitur. [Nec iurauit in dolo proximo suo] Zacha. 8. Iuramentum mendax non diligatis. [Hic accipiet]

d ¶ Hic ponit præmiũ. Præmiũ autẽ cõsistit in duobus, s. in cõsecutione bonorũ. [Hic accipiet benedictionem] idest bona a deo. Prouer. 10. *Benedictio domini super caput iusti.* 1. Pet. 3. In hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. Item, in liberatione a malis: vnde dicit. [Et misericordiã a deo salutari suo] qui liberat a miseria. Vel aliter pôt accedere innocens manibus: quia potest esse innocens, propter hoc quòd [accipiet benedictionem a domino & misericordiam] qua vitat peccata. Rom. 9. Nõ est volentis neque currẽtis, sed dei miserentis. Consequenter ostendit istum modum in generali. [Hæc est generatio quærentiũ dominum] quasi dicat. In generali multi sunt tales: & isti sunt tota generatio quærentium deum, qui sunt innocentes &c. Vnde loquitur scriptura de bonis sicut de vna generatione. Matt. 24. Nõ pertransibit generatio hæc scilicet bonorum &c. Et describit eã a duobus: scilicet a studio, quia nihil quærit nisi deum: vnde dicit. [Quærentium deum] etiã in vita ista. Esa. 55. Quærite dominũ dũ inueniri pôt. Quo fine? Vt perueniat ad eius visionẽ: vnde sequitur. [Quærentiũ faciẽ dei Iacob] Exod. 23. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. [Attollite]

e ¶ Hæc est tertia pars psalmi in qua prænunciat quomodo futurum erat, quòd deus coleretur in toto mundo, vt sensus literalis exponit. Deus dicitur hominem inhabitare per fidẽ. Ephes. 3. Inhabitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et per charitatem. 1o. 4. Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. Item dicitur intrare qui incipit esse, vbi prius non erat. Tunc ergo deus intrat in nos, quando incipimus habere fidẽ de eo. Olim totus mundus non habebat fidem dei: & hoc contingebat propter duplex impedimentum: scilicet propter statuta principum & propter consuetudinem antiquam. Primum contingebat, quia singulæ ciuitates proponebant sibi leges de idolatria & constituebant speciales deos: & hic cultus erat quasi inueteratus, hoc etiã dæmones procurabãt. Itẽ, angeli colebãtur, quos vocabãt militiã cælit & ista impedimenta erant portæ siue ostia quæ clausum prohibẽt introitũ domus. Tria autẽ facit. Primo, prænũciat illud qd est futurũ. Secundo, proponit quæstionẽ. Tertio, subdit responsionem. Dicit ergo. O[principes] idest o mali homines, vel o dæmones. [Attollite portas vestras] idest eleuetis impedimenta quæ apponitis ne homines accedant ad deum. Hieron. habet. [Eleuate] quasi dicat. Remouetis &c. *Psalm. 9. Exaltas me de portis mortis: vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.* Et ô [vos portę æternales] idest æternum & antiquum impedimẽtum. [eleuamini] idest remoueamini. Psalm. 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis: quasi dicat. Vos antiquã impedimenta remoueatis vos de cordibus hominum: & tunc ille qui est [rex gloriæ introibit] in mundum per fidem & charitatem & cultum. Vel potest dici quòd sunt duplices portæ: quædã quæ sunt malæ, quæ claudunt aditum ad vitam. Aliæ bonæ, quibus aperitur via vitæ. Ps. 117. Aperite vias vitæ, id est iustitiæ &cet. Portæ malæ sunt peccata: bonæ autem sunt virtutes. Dicit ergo. O[principes attollite portas vestras]. i. aperite, & remouete peccata: & acquirite [æternales] idest dona æterna a deo æterno. [Eleuamini] in cordibus vestris. [Et introibit rex gloriæ] Propheticę loquitur quia a principio non statim omnes crediderunt: sed dubitauerũt, quasi dicat. Cui volumus credere, & cui volumus obedire? numquid deo Iudaorum? Exod. 5. *Nescio dominum: & Israel non dimittam.* Et ideo hoc ostendit cum dicit. [Quis est iste rex gloriæ] Et respondet. Dominus fortis & potẽs] Aliquis rex apparet gloriosus, ex trib⁹. Quia acquirit primo per robur magna: vnde dicit. [Fortis] Prouer. 12. Manus fortissima dñabitur. Iob. 9. Si fortitudo quærit fortissimus est. Secundo, ꝑ potestatẽ: & hanc ostendit, cũ dicit. [Dominus potens] Quia potentissimus est ad dominandum. Iob. 36. Deus potentem non abiicit. Dan. 7. Potestas eius potestas æterna &c. Tertio, quòd sit bonus prælior : vnde dicit. [Dominus potens in prælio] quo, contra mortem & diabolum vicit in omnibus. Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda. Vel fortis in natura sua, potens in iurisdictione in suos, & potens contra aduersarios. Quod ergo secundo dicit. [Attollite &c.] potest dici q̃ est repetitio : & *sic ne differant, audientes quis hic potens sit.* Vel prius refertur ad principes idest ad dæmones. Quod autem hic dicit, refertur ad bonos angelos, qui etiam sua dignitate prius non suo studio erãt ab hominibus colendi, qui colebant eos. 4. Reg. 17. Adorauerunt vniuersam militiã cæli: quasi dicat. Remouete impedimenta propter quæ homines vos colunt. Et ideo hic dicit. [Dominus virtutum ipse est rex gloriæ] In glo. autem est alia expositio. Christus ad inferos descendit & ascẽdit in cælum: & hæc duo prænunciat hic. Et primo, monet infernales vt aperiant. Vnde dicit [Attollite &c.] O[principes infernales aperite portas vestras: & eleuamini &c.] [Et introibit rex gloriæ] Sed cum dæmones quærerent, [Quis est iste rex gloriæ] respondet: ille qui fuit [fortis & potens in prælio] contra te. Secundo, monet supra nos ciues [Aperite portas] paradisi. Vnde respõdẽs Christus quasi præconis voce, & vicẽ gerens dicigens vocẽ in cælum dicit. [O principes] cælestes. [Attollite] idest aperite. [portas vestras &c.] [& introibit &c] Et illis quærentibus dicit. [Dominus virtum, ipse est rex gloriæ] Est autem sciendum sicut dicit Dtony. quòd non est intelligẽdum sic quòd angeli essent ignorantes de mysterio incarnationis: sed admirantes dixerunt. [Quis est iste rex gloriæ] Quia gloria Christi excellit omnem cognitionem. Aliquando enim ipse Christus docet de se per scripturam: vt dicitur Esa. 64. Ego qui loquor iustitiam &c. Hic autem non ipse: sed alii de eo scilicet angeli respondent. [Dominus virtutum &c.] quia aliqui angeli accipiunt illuminationem immediate a deo: sicut dicitur. Esa. 6. Vidi dominum sẽdentem super solium excelsum: & plena erat &c. Alii ab illis sicut medii & infimi: & istis hic respõdetur ab aliis angelis.

IN FINEM
a PSAL. DAVID
XXIII.

Dte domine leuaui animam meam : deus meus in te confido, non erubescã. Neq; irrideãt me inimici mei.

b ¶ Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.

c ¶ Confundantur omnes iniqua agentes, superuacue.

d ¶ Vias tuas dñe demõstra mihi & semitas tuas edoce me. Dirige me ĩ veritate tua, & doce me quia tu es saluator me⁹, & te sustinui tota die.

e ¶ Reminiscere miserationũ tuarum domine: & misericordiarum tuarum, quæ a sæculo sunt.

f ¶ Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorantias meas, ne memineris. Secũdum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

a PSAL. XXIII.

Svpra psalmus posuit Christi tribulationem & diuinum auxilium : hic subiungit orationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur oratio. Secundo, orantis merita. Iudica me domine &cæt.] Circa primum, tria facit. Primo, proponit oratio. Secundo, subditur fiducia ex oratione concepta, ibi. [Dulcis & rectus] Tertio, continuat orationis instantiam, ibi. [Oculi mei] Circa primum, tria facit. Primo, petit liberari ab hostibus. Secundo, petit dirigi in bona iustitiæ, ibi. [Vias tuas] Tertio, petit remitti sibi peccata, ibi [Reminiscere] Circa primum, tria facit. Primo, proponitur præparatio ad orandum ꝑ illud Eccl. 19. Ante orationẽ præpara animã tuã &c. Secundo, ponit petitio, ibi. [Nõ erubescã] Tertio, ponitur petitionis ratio,

ratio, ibi [Etenim vniuersi] Dupliciter enim præparatur ad orandum. Vel per erectionem mentis in deum, quia vt Damascenus dicit, Oratio est ascensus intellectus in deum. Vel per fiduciã quam quis habet de deo. Quantum ad primum dicit. O domine ego leuaui animam meam ad te per contemplationem, bonitatem tuã inspiciẽs, & per amorem. Tre. 3. Leuemus corda nostra cum manib⁹ ad deum. Propter secũdum, quia nullus impetrat nisi confidenter oret, Iac. 1. Postulet in fide, nihil hæsitans. Heb. 4 Adeamus cum fiducia ad thronum gloriæ, siue gratiæ eius, ideo dicit [In te deus meus confido] 2. Corint. 3. Fiduciam talem habemus per Christum ad deum, nõ quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis. Consequenter ponitur peritio, & ponit duo. Vnum, quod pertinet ad ipsum secundum se. Secundum, quod pertinet ad ipsum per comparationem ad hostes. Quantum ad primum dicit. [Non erubescam] Erubescit quis a tribus. Vel quando opprimit ab hoste, vel quãdo frustratur, vel quando recogitat peccatum quod fecit. De hoc Ro. 6. Quem fructum habuistis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis? De secundo. Rom. 5. Spes non confundit, quia charitas &c. Vnde dicit. [Neque irrideant inimici mei] idest non habeant facultatem me irridẽdi ad quod parati sunt. Sap. 5. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperii. Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Quantum ad secundum, dicit. [Etenim]

b ¶ Hic ponitur ratio petitionis, & est duplex: quasi dicat. Peto non erubescere, & non irrideri. Et primo, ostendit, quibus non debeatur confusio. Secundo, ostendit quibus debeatur, ibi. [Confundantur &c.] Dicit ergo quantum ad primum. [Etenim qui sustinent te non confundentur] Illi sustinent eum qui cum longanimitate eum expectant. Abac. 2. Si moram fecerit expecta eũ, quia veniens veniet. Eccl. 2. Nullus sperauit in eo & confusus est. [Confundantur]

c ¶ Hic ostendit quibus debeatur confusio siue erubescentia, qa [Inique agentibus] Est autem duplex confusio, scilicet bona & mala. Eccl. 4. Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. De prima dicitur Hier. 8. Confusi sunt, quia abominationes fecerunt. Hæc confusio est pœnæ & dãnationis æternæ. Sed de bona confusione sequitur postea, Quinimo confusione bona non sunt confusi: & ideo hic agitur de vtraque confusione. Si. n. intelligatur de mala cõfusione, tũc nõ optat, sed prænũciat: q. d. Confundãtur oẽs qui male agunt, s. me persequẽtes. Hier. 17. Confundãtur qui me persequũtur. [Superuacue] quia nõ possunt habere intentũ in persequẽdo. Hier. 1. Bellabunt aduersum te, & non prætualebunt. Item, [omnes iniqua agentes] idest peccantes confundantur damnatione tua superuacue, scilicet iniqua agentes: quia in ipso actu peccati elongantur a deo & impediuntur a fine intento, scilicet beatitudine. Sapien. 3. Inutilia sunt opera eorum, vel inhabilia. Item, potest intelligi de bona confusione, & *sic dicit* [Confundantur &c.] optando, vt ad pœnitentiam conuertantur [Vias]

d ¶ Consequenter petit promoueri ad bona. Et primo, ponit petitionem. Secundo, rationem eius, ibi [Quia tu es deus] Est autem duplex bonum, scilicet actiuæ & cõtemplatiuæ vitæ. Primo, ponitur bonum vitæ actiuæ. Secundo, vitæ contemplatiuæ, ibi. [Dirige me] In actiua vita est duplex modus procedendi, scilicet communis per præceptum, specialis per consilia. Quantum ad primum dicit [Vias tuas domine demonstra mihi] Viæ domini quibus itur ad deum sunt præcepta. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Ezech. 18. Si in præceptis meis ambulauerit & fecerit ea, hic iustus est, & vita viuet. Per has enĩ vias venit dominus ad nos, maxime per præceptum charitatis. Ioan. 14. Si diligitis me, mandata mea seruate. Has vias ego non cognosco, & ideo ostende eas mihi, & quantum ad intellectum & quantum ad affectum. Quantũ ad sẽdm dicitur. Esa. 30. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & audies vocem post tergum monentis. Quantum ad secundum dicit [Et semitas] Via est publica & communis, sed semita est breuis & non est communis, sed quædam abbreuiatio communis viæ. Item, consilia sunt via ad deum, sed artiora & breuiora. Hier. 6. State supra vias vestras, scilicet seruate præcepta, & interrogate de semitis, idest custodite consilia. Esa. 40. Rectas facite semitas dei. Ad cõtẽplatiuã aũt vitã duo pertinẽt. Primo, vt quis notis bene vtatur ad alia inquirẽda, & vt ignota discat. Quãtũ ad primũ dicit [Dirige me in veritate tua] .i. ꝑ veritatẽ : quasi veritas tua dirigat. Psal. 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam [Et doce me] Quantum ad secundum dicit. Non solum per scripturã & creaturas, sed etiam interius. Ioan. 6. Omnis qui audit a patre & didicit, venit ad me [Quia tu es deus saluator meus] Hic ponitur ratio præmissæ petitionis : & est duplex. Vna, ex parte dei. Alia, ex parte petentis. Ex parte dei ẽ, quia ipse est saluator & creator humanæ salutis, quæ consistit præcipue in cognitione veritatis 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, ad agnitionem veritatis peruenire. Vnus enim est deus, & vnus mediator dei & hominũ Christus Iesus vere saluator. Esa. 45. Dominus iustus & saluans non est præter me. Itẽ ex parte petentis, quia non expectat ab alio doceri nisi a te. Quẽ [sustinui tota die] Psal. 36. Sustinentes dominum ipsi hæreditabunt terram. Item, idem. Confortetur cor tuum & sustine dominum. [Reminiscere]

e ¶ Hic petit peccatorum remissionem &c. Hic duo facit. Primo, ponit petitionem in generali. Secundo, explicat eam in speciali, ibi [Delicta] In generali autem petit misericordiam. Hic proprie respicit miseriam. Maxima miseria est culpa. Miseria autem felicitati opponitur, quæ consistit principaliter in actu virtutis perfectę. Secundo, in bonis exterioribus. Ergo miseria consistit principaliter in actu peccati. Secundo, in detrimentis & exterioribus rebus. Prou. 14. *Miseros facit populos peccatum.* Et ideo petit misericordiam contra peccata. In hac ergo misericordia sunt duo, scilicet vsus siue effectus misericordiæ qui vocatur miseratio. Secundum est ipsa misericordia, quæ vocatur misericordia secundum quòd est virtus. Quando igitur deus miseretur actu, tunc dicit misericors, sed videtur obliuisci quando actu non miseretur. Vnde dicit [Reminiscere miserationum tuarũ] Psal. 76. Aut obliuiscetur misereri deus? Tamen hoc ipso quòd differt misereri facit propter bona nostra, licet secundum opinionem hominũ videatur oblitus quando non miseretur actu: quasi dicat. Reminiscere, ne apud iniquos videaris oblitus [Et misericordiarum] Hoc dicit propter multos effectus misericordiæ diuinæ ad humanã naturam [Quæ a sæculo sunt] idest ab initio creaturæ. *Luc. 1. Misericordia eius a progenie &c* [Delicta]

f ¶ Hic explicat quare indigeat misericordia, quasi dicat, hic peto misericordiam, quia habeo peccata, quæ vt sic loquatur sunt digna misericordia. Et ponit tria quæ faciunt ad dimissionẽ peccati. Primo, ponit genus peccati: & est duplex. Vnũ transgressionis, & aliud omissionis: & hæc scilicet peccata omissionis vocantur delicta quasi leuiora, & aliquo modo magis venia digna, qa difficile est quòd homo a delicto se totaliter custodiat. Et ideo dicit [Delicta] Gal. vlt. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Secundo, ex parte peccantis, quia quantomagis homo est prædituS ratione & est in maiori statu, tanto peccatum est gratuius in eo. Et ideo peccata quæ in iuuentute fiunt minus imputantur, quàm illa quæ fiunt in senectute. Esa. 65. Peccator centum annorum maledictus erit. Et ideo dicit [delicta iuuentutis] Ad literam, pro illis quæ committuntur in iuuentute orat prout dicitur Gen. 8. Proni sunt spiritus hominis in malum, idest peccatum ab adolescentia sua. Eccl. 11. Adolescentia & voluptas vana sunt. Vel [iuuentutis] idest originalis, quia homo nascitur filius iræ. Et quandiu homo est iuuenis est in domo patris, sic quandiu homo est peccator est in domo diaboli, quæ domus est ruinosa. Iob. 1. Venit ventus a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, & oppressit omnes filios &c. Vel [iuuentutis] idest peccata ex superbia commissa. Iuuenes naturaliter sunt superbi & præsumptuosi. Tertio, ex motiuo ad peccandum, quia peccata quæ per ignorantiam committuntur sunt minora. Vnde dicit [Et ignorantias meas ne memineris] 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Psal. 43. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarũ, sed recorderis misericordiæ. Consequenter ponitur ratio petitionis. Non petit sibi peccata dimitti propter sua merita, quia misericordia non habet meritum. Et ideo allegat duo ex parte dei, scilicet misericordiam & bonitatem quæ in deo sunt vt in subiecto, sed differunt ratione. In deo autem consideratur bonitas, scilicet cõmunicatio bonorum in creaturis, quia bonũ est diffusiuum sui. Misericordia vero dicit specialem profusionem bonitatis ad remouendam miseriam. Et ideo [secundum misericordiã tuam memento mei tu] non peccatorum. Dani. 9. Non in iustificationibus nostris proiecimus preces ante faciem tuam, sed in

in miſerationibus tuis multis. Pſal. 78. Cito anticipent nos mi F
ſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Non ſolum p
pter miſericordiam qua parcis miſeris ſis memor tantum, ſed
[propter bonitatem tuam] qua bona facis omnia, & hæc boni-
tas eſt ipſe deus, quia ipſe eſt eſſe bonitatis. [Dulcis]

g ¶ Supra periuit
pſalmus ſibi ſua pec
cata dimitti per mi-
ſericordiam diuinã:
hic autem ponit fi-
duciã ex miſericor-
dia diuina conceptã.
Et circa hoc, duo fa-
cit. Primo, ponit cau
ſam fiduciæ. Secun-
do, ponit ipſam fi-
dem conceptam, ibi.

g ¶Dulcis & rectus dominus.
h ¶Propter hoc legem dabit delin
quentibus in via. Diriget manſue
tos in iudicio: docebit mites vias
ſuas. Vniverſæ viæ domini, miſeri
cordias & veritas: requirentibus
teſtamentũ eius & teſtimonia ei⁹.
i ¶Propter nomẽ tuũ dñe propitia

[propter nomen tuum] Circa primum, duo facit. Primo, propo
nit cauſam fiduciæ circa diuinam bonitatem. Secundo, ponit
diuinæ bonitatis effectum, ibi. [Propter hoc legem dabit &c.]
Notandum quòd circa diuinam bonitatem dicit duo, ſcilicet dul
cedinem & rectitudinẽ, quia [dulcis & rectus] Dulcedo proprie
eſt in corporalibus, metaphorice autem dicitur in ſpiritualibus.
Vnde oporſet quòd in ſpiritualibus dulcedo ſumatur ad ſimilitu
dinem corporalis. Habet autem hoc dulcedo corporalis, quòd re
ficit guſtum corporalem & quietat & delectat. Similiter & ſpiri
tualis dulcedo quietat & reficit, & delectat ſpiritualem guſtum.
In deo autem eſt eſſentialis dulcedo. Sapien. 16. Dulcedinem
quam habes in filios oſtendebas. Sed apud homines dulcedo di-
citur inquantum ſatisfaciunt, vel ſibi, vel aliis, in malis ſiue in
peccatis, ſed in deo non eſt niſi in bonis. Et ideo ſubdit. [Et rec-
tus dominus] Pſalm. 118. Iuſtus es dñe & rectum &c. ita vt
dulcedo ad miſericordiã: rectitudo ad iuſtitiã referatur [Propter] H
h ¶ Hic ponitur effectus diuinæ bonitatis. Eſt aũt triplex gra-
dus hominum, in quibus iudicium diuinæ bonitatis inuenitur.
Primus gradus, eſt peccatorum. Secundus, pænitentium. Ter-
tius, iuſtorum. Quantum autem ad peccatores manifeſtat deus
ſuam bonitatem, eos corrigendo. Vnde dicit [Propter hoc] ideſt
propter dulcedinem & rectitudinem ſuam [dabit legem delin-
quentibus in via] Gal. 3. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt.
Et ideo bonitas dei eſt, quòd delinquentes corrigit. Et dicit [De
linquentibus] quia vt dicitur 1. Timo. 1. Iuſto non eſt lex poſi-
ta. Item dicit [In via] quia in via eſt ſtatus merendi, & peccan
di. Vel [in via] ſcilicet fidei, quia dicitur via itur ad deum.
Hebr. 11. Accedentem ad deum oportet credere. ergo etiam ſi
in fide delinquitur, *reducitur ad deum per correctionem*. Vel
dabit legem charitatis. Rom. 13. Plenitudo legis eſt dilectio: vt
ex charitate habeant remiſſionem peccatorum. Prou. 10. Vni- I
uerſa delicta operit charitas. Vel [Delinquentibus in via] iuſti-
tiæ eos corripiendo. Baruch. 3. Viam autem ſapientiæ neſcie-
runt. Et de his ponit legem. Secundus effectus eſt, quòd pæni
tentes dirigit. Vnde dicit [Diriget manſuetos in iudicio] Man-
ſuetatur aũt beſtia, quando depoſita ferocitate ſubditur homi-
nibus. Sic homines quando deponunt peccata, ſubduntur deo.
Et ideo dicit [In iudicio] ſcilicet correctionis, quia per iudicium
correctionis proficiunt ad meliora, & in futuro iudicio magis p
ficient, in quo pænitentes peruenient ad hæreditatem æternæ
vitæ, & audient ſententiam pro ſe. Prou. 16. Hominis eſt ani-
mum præparare, & domini gubernare linguam. Manſuetu eſt
virtus mitigans iras, quæ ira valde impedit cognitionem, & ma
xime in moribus inuenitur. Hæc autem virtus maxime debet
appeti: vnde, dicit Dion. in epiſt. ad Demophilum, quòd Moy
ſes propter nimiam manſuetudinem fuit dignus apparitione di- K
uina. Tertius effectus eſt, q̃ iuſtos inſtruit. Vnde dicit [Doce-
bit mites vias ſuas] Manſuetus dicitur, qui de feritate ducitur ad
pietatem, vel humilitatem: ſed mites dicuntur qui ſemper ta-
les fuerunt. Iſti miſerentur a deo, quia diſciplina domini acqui
ritur ab homine ſecundum quòd eſt homo, non ſecundum q̃
eſt beſtia. Iob. 35. Docet nos ſuper iumenta terræ. Proprium
hominis, ſcilicet ratio peruertitur per paſſionem iraſcibilis &
concupiſcibilis, & manſuetudo temperat paſſionem iraſcibilis,
& *temperantia paſſionem concupiſcibilis*. Et ideo qui ſunt mi-
tes merentur accipere domini doctrinam. Eſa. 28. Quem doce-
bit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos a
lacte auulſos ab vberibus. Exponit conſequenter vias quas do-
cet: vnde dicit, [Vniuerſę viæ domini] Viæ domini ſunt proceſ
ſus eius in aliquo opere q. d. Ego inueni iſtam viam. Proceſſus
aũt domini in operibus ſuis ad duo referuntur. ſ. ad miſericordiã
& iuſtitiam. Nam ſi aliquid dr de deo & de homine, de vtroq;
intelligitur ſm modum ſuũ. Cum ergo dicitur miſericordia de
deo, accipitur ſm modum hominis. Miſericordia in homine eſt
cum compatitur in miſeriis alienis. Iuſtitia quando reddit vni-

cuique quod ſuum eſt. Hoc autem non hoc modo eſt in deo, quia
deus eſt impaſſibilis & non compatitur, quia compaſſio eſt cum
alio in ſe aſſumpta paſſio de aliena tribulatione. Item nulli ali-
quid debet. Eſt ergo miſericordia in deo quando repellit miſeriã
vniuſcuiuſque rei, vt miſeriæ large pro defectu ſumantur. Iuſti-

beris peccato meo: multũ eſt enim.
k ¶Quis eſt homo qui timet do-
minũ? legẽ ſtatuit ei in via quã ele-
git. Anima eius in bonis demora-
bitur: & ſemen eius hæreditabit
terram. Firmamentum eſt domin⁹
timentibus eum: & teſtamentũ ip-
ſius vt manifeſtetur illis.

tia eſt in deo, quando *vnicuique* dat ſe
cundum ſuam
proportionem. Et hæc
duo inuenim⁹ in om
nibus operibus dei:
quia in prima earũ
inſtitutione non in-
uenitur ratio iuſti-
tię, ſed miſericordię,
quia nihilo nihil de
betur; ſed quando iã G
res fuerunt inſtitutæ tribuit eis omnia rebus competentia ſecun
dum ſuam proportionem, & in hoc manifeſta eſt diuina iuſti-
tia. *Et ſic etiam facit in effectibus gratiæ*, quia *prima iuſtificatio*
peccatoris eſt miſericordię, & poſt iuſtificato dat præmia iuſti-
tiæ, quia dat ſecundum ſuam proportionem, & ſic præcedit mi-
ſericordia, & poſtea ſequitur iuſtitia. Et ideo dicit [Vniuerſæ
viæ domini miſericordia & veritas] Tho. 3. Omnes viæ tuæ mi
ſericordia & veritas. Pſalm. 144. Miſerationes eius ſuper omnia
opera eius. Item, 118. Veritas tua &c. Sed quibus videtur viæ
domini miſericordia & iuſtitia? Non iniquis & peccatoribus,
immo videtur eis quòd ſint crudeles & iniuſtæ. Ezech. 18. Non
eſt æqua via domini dicũt peccatores; ſed bonis & iuſtis viæ do-
mini videntur tales vt dictum eſt. Pſal. 72. Quàm bonus Iſrael
de⁹ his, qui recto ſunt corde. Et dicit, quibus viæ dñi ſunt miſeri-
cordia & veritas & iuſtitia, quia requirentibus teſtamẽtum eius
& teſtimonia eius] Hier. habet [cuſtodientibus] Sed quid eſt te
ſtamẽntum eius & teſtimonia eius? Teſtamentũ generaliter eſt
omne pactum dei, teſtimonia vero ſunt omnis dei promiſſio. De⁹
aũt promittit adiutoria, & adhuc adhibet miracula. Vel [teſta-
mentum] accipitur pro bono teſtamẽto in quo oẽs promiſſiones
ſunt impletæ [teſtimonia], ſ. veteris teſtamentũ, quod eſt teſtimo
nium noui. Act. 10. Huic oẽs prophetæ teſtimonium pærhibent.
Vel teſtimoniũ dr quaſi teſtata veritas. Deu. 7. Cuſtodiuit teſta-
mentum, quod iurauit patribus veſtris. Vel teſtamentum dr teſti
ficatio legis mentis ſecundum iuriſtas: teſtatio autem poteſt di-
ci *manifeſtatio, vel certificatio, vel certitudo. Teſtes enim ma-*
niſeſtant & certificant, & ſic teſtamentum dr quaſi manifeſtatio
& certificatio mẽtis diuinę, ſiue q̃ aliquid velit deus. Vel ſecũdũ
Papiam, Teſtamentum in ſacra ſcriptura dicitur eſſe pactum,
vel placitum Teſtimonium autem dicitur omne quod ab extra
nea re ſumitur ad faciendum fidem. [Propter]

i ¶ Hic ponitur fiducia concepta ex diuina miſericordia & iu-
ſtitia. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit fiduciam quam ha-
bet pro ſeipſo. Secundo, inuitat alios ad confidendum, ibi. [Quis
eſt homo] Circa primum, duo facit. Primo, ponit ſuam fidu-
ciam. Secundo, rationem eius aſsignat. Dicit ergo quòd domi-
nus dabit legem &c. Et hoc ad bonitatem eius pertinet. Et ideo
dicit Ego confido quòd ipſe propitiabitur peccato meo, ideſt re
mittet mihi peccatum. Luc. 7. Quis eſt hic, qui etiam peccata
dimittit? Et hoc faciet non propter merita noſtra, quia hæc me-
rentur pœnam, ſed [propter nomen tuum] Nomen dei accipitur
hic non ſolum ſecundum q̃ dicitur, ſed res ſignificata per nomẽ
quæ eſt diuina bonitas q. d. Propter bonitatem ſuam remittet
mihi peccatum. Dan. 7. Saluum fac propter nomen tuum: ideſt
vt glorificetur nomen tuum. Et maxime competit nomini Ieſu
Chriſti quod eſt nomen ſalutis, vt dicit. Matth. 1. Et quare? [p
pter nomen tuum] quia tantum eſt peccatum meum, quòd ex me
rito non meretur remiſsionem: vnde dicit [multum eſt enim]
ideſt magnũ & graue, multitudine & pluralitate peccatorum.
Iac. 1. In multis offendimus omnes, ad minus venialiter. Prou.
34. Septies in die cadit iuſtus & reſurget. Vel [multum] grani
tate. Pſal. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſę ſunt caput meum, &
ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Vel hoc dicitur contra
Nouatianos qui ſe catharos dicebant ideſt puros. Nouatus ſacer
dos fuit tempore Decii, & hic dicebat, q̃ nullus poterat redire
ad pænitentiam poſt baptiſmum poſtquam lapſus fuerat. Sed ſi
hoc eſſet verum, fruſtra diceret Pſal. 26. [Propitiaberis peccato
meo. [Quis]

k ¶ Hic inuitat alios ad confidendum. Et primo, ponit quid ne
ceſſe eſt ex parte noſtra. Secundo, quid ſperandum a deo. Ex par
te autem noſtra requiritur, quòd ſubiiciamur, alias fruſtra con
fideremus. Prima ergo ſubiectio eſt per timorem. Eccl. 1. Ti-
mor domini initium ſapientiæ. Vnde dicit [Quis eſt homo qui
timet dominum] Eccl. 2. Qui timetis dominum credite illi, &
non euacuabit merces veſtra. A deo autem ſperanda ſunt tria,
ſecun-

ſecundum quòd tria ſunt in homine, ſcilicet intellectus, volun-
tas, & virtus operatiua. Deus ergo intellectum inſtruit, volunta
ti ſatisfacit, & virtutem roborat. Quantum ad primum dicit [le
gem ſtatuit ei in via quam elegit] ideſt homo, qui timet do-
minum elegit viam, ſcilicet ſeruire deo. Pſal. 2. Seruite domi-
no in timore. Eſaiæ.
30. Hæc eſt via am-
bulate in ea. Et in
hac inſtruit qualiter
homo procedat. Hie
ron. habet [Docebit
eum] Et hoc ponen
do legem facit. Vo-
luntas autem homi-
nis ad duo refertur
in iſto mundo. Pri-
mo, vt bona poſſi-
deat. Secundo, quòd illa bona filiis ſuis dimittat, & in his etiã
deus temporaliter timentibus eum ſatisfacit. Vnde quãtum ad
primũ dicit [Anima eius in bonis demorabitur] Sed melius eſt
vt hoc ſpiritualiter intelligamus. Et videtur hic duo dicere, ſci-
licet affluentiam bonorum. [Anima eius in bonis demorabitur]
vt accipiatur pro volentate, cuius obiectum eſt bonũ. Ergo tunc
in bonis homo moratur, quando ſatiatur ſpiritualibus. Pſal. 102
Qui replet in bonis deſiderium tuum. i. bonis pręſentis vitæ; ſci
licet ſpiritualibus virtutibus, & in futuris bonis gloriæ. Secun-
do, dicit ſi mitatem [& ſemen eius hæreditabit terram] Et ſemẽ
ideſt opera hominis ſpiritualis, quæ opera ſunt filii noſtri. Et hic
[hæreditabit terram] *ſcilicet quando dabitur hæreditas illa*, ſci
licet terra viuentium. Pſal. 26. Credo videre bona domini in ter
ra viuentium. Vel ſemen ideſt corpus noſtrum glorificatum, hę
reditabit terram illam propter bona opera. Quantum ad tertiũ
dicit. [Firmamentum eſt dominus timentibus eum] Et primo,
ponit confirmationem virtutis operatiuę. Secundo, ponit finem
[& teſtamentum] Dicit ergo. Alii homines propter timorem
mundi infirmantur, quia vacillant, ſed timor dei facit fortes, q̃a
vt dicit Eccl. 34. Qui timet dñm nihil trepidabit. Et ideo ſub-
ditur ſpes eius eſt [firmamentum] Et hic vſque ad hoc firmatur
quoſque manifeſtet ei teſtamentum ſuum, ideſt ſuam poſſeſſio-
nem. Hoc ergo teſtamentum eſt, vel promiſſio quàm facit de ad-
uentu Chriſti, qui quidem aduentus manifeſtatus eſt Simeoni ti
morato, vel *promiſſio de vita æterna*. Ioan. 14. Ego diligam
eum & manifeſtabo ei meipſum. Hieron. habet ſic [Secretum do
mini timentibus eum, fœdus illius manifeſtabitur illi] Promiſ-
ſio enim vitæ æternæ eſt in ſecreto, vt dicitur. Eſa. 64. Oculus nõ
vidit deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Et hoc da-
tur [timentibus eum] Pſal. 39. Quàm magna multitudo dulce
dinis tuæ domine, quam abſconditi timentibus te. Et hoc ſecre
tum eſt fœdus quod promiſit timentibus eum. Malac. 4. Vobis
timentibus nomen meum orietur ſol iuſtitiæ. [Oculi]

l ¶ Oculi mei ſemper ad dominũ:
quoniam ipſe euellet de laqueo pe
des meos. Reſpice in me, & miſe-
rere mei: quia vnicus, & pauper
ſum ego.
m ¶Tribulationes cordis mei mul
tiplicatæ ſunt: de neceſſitatib⁹ meis
erue me. Vide humilitatem meam

& laborem meum: & dimitte vni
uerſa delicta mea.
n ¶Reſpice inimicos meos quo-
niam multiplicati ſunt: & odio ini
quo oderunt me.
o ¶ Cuſtodi animam meã & erue
me: non erubeſcam quoniam ſpe
raui in te. Innocentes & recti adhę

l ¶ Supra pſalmus poſuit fiduciam cõceptam ex diuina miſeri D
cordia, & ad hoc etiã alios inuitauit: *hic autẽ iterato ex conce*
pta fiducia continuat orationem. Et circa hoc duo facit. Primo,
præmittit præparationem ad orandum. Eccl. 18. Ante oratio
nem præpara animam tuam. Secundo, ponit ipſam orationem,
ibi [Reſpice] Circa iſtam autem partem, duo facit. Primo, ponit
orationem in qua orat pro ſe. Secundo, ex parte inimicorum,
ibi [Reſpice inimicos meos] Circa primum tria facit. Primo, pe
tit miſericordiam. Secundo aſſignatur ratio miſerendi, ibi [Tri
bulationem] Præparatio orationis eſt eleuatio mentis in deum.
vnde [Oculi] ſcilicet cordis Ephe. 1. Illuminatos habẽtes oculos
cordis noſtri. Iſti oculi ſcilicet intellectus & fidei dicuntur ſpe
cialiter eſſe ad dominum. Pſalm. 122. Ad te leuaui oculos meos
&c. Et hoc propter fiduciam conceptam [Quoniam ipſe euellet
de laqueo pedes meos] Eccl. 9. *Neſcit homo finem ſuum: ſed ſi*
cut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo, ſic homines a diabo
lo tempore malo. Hæc mala ſunt occaſiones peccati. Et quando
homo cadit in peccatum tũc ligatur laqueo affectus eius, qui di-
citur peccatum hominis: hunc laqueum ſoluit ſolus deus. Pſal.
123. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Et quomodo?
Adiutorium noſtrum in nomine domini. Conſequenter petit
miſericordiam, & ideo dicit [Reſpice in me &c.] Auertere vr
oculos, cũ non impẽdit effectum miſericordiæ ſuæ, ſed reſpicit
cum impẽdit: vnde ad aſpectum Chriſti Petrus fleuit. Luc. 22.
Sic dicit [Reſpice in me &c.] Sap. 4. Miſericordia eſt in ſanctos
eius. Hic ponitur rõ quare miſericordia indiget, quia [vnicus]
Hoc vno modo intelligitur ſic, quia qui non habet ſubſidium in
ſe, oportet vt reuertatur ad deum. Pſal. 120. *Auxilium meum*
a domino. Habent n. homines duplex ſubſidium in mundo: vnũ
amicorum, aliũd rerum: ſed hic neutrum habet, quia non ami
corum: vnde dicit [quia vnicus] ideſt ſolitarius abſque adiuto-
rio propinquorum & amicorum. Eccle. 51. Reſpiciẽs eram adiu

torium hominum, & non erat. Item, non rerum, quia [pauper]
Pſal. 87. Pauper ſum ego & in laboribus a iuuentute mea. Vna
aliter. *Duo requiruntur ad hoc*, quòd homo iuuetur a deo. Pri
mo, quòd totaliter cor ſuum tendat ad deum. Pſal. 20. Vnam
petiui a domino, hanc requirã; vt inhabitem in domo domini om
nib⁹ dieb⁹ vitę meę.
Luc. 10 Porro vnũ
eſt neceſſarium. Et
hoc quod dicit [quia
vnicus] ideſt, in vnũ
intendo. Secundo,
quòd ſit contemptor
rerum mũdanarum,
alias non eſt vnicus,
nec placeret deo tan
tum, *ideo dicit* [*quia*
pauper ſum] ideſt
contemno omnia propter te. [Tribulationes]

m ¶ Hic ponit tria, pertinentia ad miſeriã. Duo videlicet perti-
nentia ad pœnam. Tertium, pertinens ad culpam. Eſt autem du-
plex pœna. Vna, eſt ex neceſſitate inflicta. Alia, voluntarie aſſum
pta. Pœnæ inflictę habent duo, quia affligunt interius cor, & exte
rius cogunt corpus. Quantum ad primum dicit [Tribulationes
cordis mei multiplicatæ ſunt] ideſt ex diuerſis rebus & multis
tribulationibus quæ eueniunt, peruenunt tribulationes vſque
ad cor, ſicut tribuli pungentes. Tre. 1. *Multi gemitus mei, & cor*
meum mœrens. Quantum ad ſecundum dicit [de neceſſitatibus
meis eripe me] Tribulationes vocat neceſſitates, inquantũ ſunt
viles tribulationes vt dicit. Rom. 5. Tribulatio patientiã ope-
ratur, patientia probationem, probatio aũt ſpem: ſpes autem
non confundit. Iac. 1. Patientia opus perfectum habet. Gloſ.
Patientia non vincitur, perfectus probatur. Et ideo ſunt viles
inquantum humiliant. Rom. 5. Non ſolum autem tribulamur, C
ſed gloriamur in tribulationibus &c. Vel tribulationes dicũtur
penuriæ. Deut. 8. Afflixit te penuria ſicut dicit. Rom. 17. Ne-
ceſſitatibus communicantes. Vel propter violentiam quæ eſt ne-
ceſſitas quædam. Pœna autem aſſumpta interius eſt humilitas
ſpiritus coram deo. Vnde dicit [vide] ideſt conſidera humilita-
tem meam: Luc. 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuę*. Item eſt
etiam humilitas exterius manifeſta quæ eſt quidã labor: vnde di-
cit [& laborem meum] Pſa. 72. In labore hominũ non ſunt &c.
de bonis hominibus dicitur. Sap. 3. Bonorum laborum glorio-
ſus eſt fructus. De culpa dicit [dimitte omnia peccata mea] Eccl.
34. Deprecanti tibi peccata ſoluentur. Et nota quòd per tria cõ
ſequitur quis remiſsionem peccatorum: ſcilicet per tribulationes
quæ remiſsionem peccatorum operatur, ſi patienter portantur.
Tho. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis, & poſt tem-
peſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem & fletum
exultationem infundis. Item per humilitatem 3. Reg. 21. Quia
humiliatus eſt Achab coram me, non inducam malum in diebus
eius. Pſal. 50. Cor contritum & humiliatum &c. Item per la- D
borem. Deut. 26. *Reſpexit humilitatem noſtram, & laborem*,
& anguſtias, & eduxit nos de Aegypto in manu forti. Et ideo
dicit [dimitte &c.] [Reſpice]

n ¶ Hic orat petens auxilium contra aduerſarios. Et primo, in-
ducit deum ad conſiderandum inimicos. Secundo, petit auxi-
lium contra eos, ibi [Cuſtodi] Tertio, aſsignat rationem, ibi.
[Non erubeſcam] Dicit ergo [Reſpice] oculo miſericordiæ [ini-
micos meos] vt miſerearis eorum, & conuertas eos. Matth. 5.
Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos. Prou. 16. Cũ
placuerit domino via eius, inimicos quoq; ei⁹ conuertet ad pacẽ.
Et hoc peto orando, quia tunc habebo pacem. [Quoniam mul-
tiplicati ſunt] Pſal. 24. Multiplicati ſunt qui perſequuntur me
& tribulant me [& odio iniquo oderunt me] Eſt autem duplex
odium. Primum odium eſt bonum, quando quis odit peccatum
ſiue peccatorem propter culpam. Pſ. 138. Perfecto odio oderam
illos. Item eſt odium iniquum, quando quis odit naturam, vel
iuſtitiam, ideo dicit [& odio iniquo oderunt me] ideſt iniuſto &
ſine cauſa. Ioan. 15. Vt impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcri
ptus eſt. Quia odio habuerunt me gratis [Cuſtodi]

o ¶ Hic petit auxilium contra inimicos, quia multi ſunt & ini-
qui, ideo petit duplex auxilium. Primo, vt cuſtodiat eum in pe-
ſecutionibus ne prætualeant temporaliter, vel ſpiritualiter: vel
vt cuſtodiat eum vt non corruat in peccatum. Secundo, vt libe-
ret eum a *malis*: vnde *dicit* [& erue me] ſcilicet a malis totali-
ter vt abundantia in patria perfruatur. Prou. 11. Ratio ponitur
cum dicit [Non erubeſcam] quia ſi non liberes & cuſtodias, ve-
niam in confuſionem. Et hoc non debet eſſe [quia ſperaui in te]
Dan. 3. Non eſt confuſio confidentibus in te. Alia ratio, quia,
innituntur mihi amici tui. Aliquando deus aliquem liberat non
propter propria merita, ſed ne amici dei pereant cum eo, cui ini-
tuntur cum dicit [Innocentes & recti adhæſerunt mihi] In-
nocentes

nocentes dicunt qui declinant a malo, recti qui operantur bonum. Eccles. 33. Omne animal diligit sibi simile. Et quare? [quia sustinui te] .i. quia speraui in te. Psal. 26. Confortetur cor tuũ & sustine dñm. Hieron. habet [Simplicitas & veritas] [Libera] p ¶ Hic ponit psalm. petitionẽ pro toto populo: vnde dicit [Libera deus Israel] .i. populum illum, vel eos quos prædestinasti ad hoc vt videãt deum [ex omnibus tribulationib⁹ suis] Et hoc erit perfecte ĩ patria qũ complebit̃ illud Apoc. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit vltra neque luctus, neque clamor &c.

serunt mihi, quia sustinui te.
p ¶ Libera deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.

a PSAL. DAVID XXV.

IVdica me domine, quoniã ego in innocẽtia mea ingressus sum, & in domino sperans non infirmabor. Proba me domine, tenta me: vre renes meos, & cor meum.
b ¶Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua.
c ¶ Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiã malignantium: & cum impiis non sedebo.
d ¶Lauabo inter innocentes manus meas: & circũdabo altare tuũ domine. Vt audiam vocem laudis: & enarrẽ vniuersa mirabilia tua.

a PSAL. XXV.

SVPRA psalmus proposuit orationem contra tribulationes. Hic autẽ vt sua oratio sit acceptior proponit suam iustitiam. Titulus planus est, quia non est nouus. Circa hoc ergo, psalmus duo facit. Primo, præmittit in generali totam intentionem. Secundo, exponit eam in speciali, ibi [Non sedi cum concilio] Circa primum tria facit. Primo, petit iudicium. Secundo, allegat iustitiam, ibi [Quoniam ego] Tertio, excusat præsumptionem [Quoniã misericordia] Dauid autem ex persona sua, vel iusti videns se commissum in peccatores, loco & ſi non merito, petit ab eis discerni. Vnde dicit [Domine iudica] .i. discerne me ab eis.

¶ Sed contra. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Psal. 142.

¶ Respondeo Dicendum, quòd duplex est iudicium, scilicet seueritatis & districtionis. Et hoc iudicium non petit, quia nullus posset ferre. Aliud est iudicium misericordiæ & discussionis, & hoc petit. Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio & non in furore, .i. seueritatis. Et proponit innocentiam, & ió dicit [Quoniam ingressus sum in innocentia mea] ideſt progressus sum in innocentia mea. Vel [ingressus sum] quia vita nostra est quidam progressus. Prou. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris &c. Et hoc in innocentia mea, quam propono seruare. Iob. 2. Saluabitur innocens, & saluabitur in munditia manuum suarum [non infirmabor] Hieron. habet [non deficiam] scilicet in hac innocentia seruanda. Iob. 27. Donec deficiam non recedam ab ea: & hoc faciam non in viribus meis, sed confidentia diuini auxilii, quia [in domino sperans non infirmabor] Mach. 2. Omnes qui sperant in eum non infirmantur.

¶ Sed contra: hoc videtur esse præsumptionis. Iob. 9. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd allegatio innocentiæ potest quãdoque procedere ex superbia, quando scilicet aliquis attribuit eã sibi, & hoc est malum. Quandoque ex diuina misericordia & hoc est bonum, & ideo subdit [Quoniam misericordia tua] sed vnde scis q̃ tu sis innocens? [Proba domine.] tu hoc. Et ponit tria: scilicet probationem, tribulationem, & tentationem. Secũdum, sequitur ex primo, tertium, ex secundo. Dicit ergo [Domine proba &c.] non vt scias aliquid ex hoc de me, sed vt aliis ostendas. Probatur autem aliquis optime per tentationẽ, quæ est sumptio experimenti. Tentatio est acceptio experimenti de eo, quod quis nescit. Probatio vero est eius, quod scit virtutis manifestatione. Et ideo dicit [Tenta me] scilicet ad hoc vt probatus appaream mihi & aliis. Non enim tentat deus ad malum. Iac 1. Deus enim intentator malorum est. Sed dicitur tentare, quando aliqua ex difficultate, immensa ostenduntur. Hæc autem tentatio fit per ignem vt dicit̃. Sap. 3. Tanquàm aurum in fornace probauit illos. Et ideo dicit [vre renes meos & cor meum] .i. immitte tribulationes per quas pateat, quid sit in corde & renibus meis. Cordi attribuitur cogitatio, renibus delectatio. Et hoc apparet per tribulationes, quia qui delectantur in terrenis multum commouentur quando perdunt ea, sed non illi qui non delectãtur. Vel potest referri ad ignem sancti spiritus. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram: quasi dicat. Ne deficiam in tribulationibus, adhibe auxilium, mitte ignem qui exurat quicquid carnalitatis est in delectationibus meis & vanitatibus, in cogitatione. [Quoniam.]

b ¶ Hic excusat se dupliciter de hoc, quòd petit se tentari. Primo, ex sua cogitatione: quia cogitat dei misericordiam cum dicit [Quã misericordia &c.] quasi dicat, Ideo peto tentari, quia cõfido in misericordia tua, quæ semper facit cũ tentatione prouentum. Esa. 63. Misérationũ domini recordabor, laudẽ domini super omnibus quæ reddit mihi dominus. Item ex amore iustitiæ. [Et complacui in veritate tua] ideſt si punis me propter peccata, placet mihi: si tẽtor, scio quòd remunerabis [Non]

c ¶ Hic explicat in speciali intentionem suam. Et primo, ponit suam innocentiam. Secundo, ponit petitionem, ibi. [Ne perdas cum impiis deus] Ostendit ergo innocentiã suã. Et primo, per recessum a malis. Secundo, per accessum ad bonum, ibi [Lauabo] Est autem triplex genus malorum, secundum tria peccata. Aut enim est peccatum, contra deum, aut contra proximum, aut contra se. Contra se autem sunt vanitatis peccata, quibus homo vane delectatur in terrenis, & de his dicit [Non sedi cum concilio vanitatis] quasi dicat, Nõ dicit quin in aliquo fuerim cũ eis, quia nõ põt fieri quin hõ vanẽ aliquando non delectetur in terrenis. Sed dicit [Non sedi] Tho. 3. Numquàm cum ludentibus miscui me, neque his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Peccata quæ sunt cõtra proximũ sunt pcã, quæ opere generãtur: vñ dicit [& cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo] .i. non solũ non sedi &c. sed nec introiui. i. nullo mõdo cõ eis miscui. Prou. 1. Fili si te lactauerint pctores ne ambules cũ eis. Itẽ cogitãtur prædicta peccata corde: vnde dicit [Odiui ecclesiam malignantium. ideſt congregationẽ malignatium. Psal. 118. Iniquos odio habui: ideſt culpam & iniquitatem. Tertio, ponit peccatum contra deum, & hoc est impietas. Et ideo dicit [& cum impiis] ideſt hæreticis & scismaticis [non sedebo] ideſt eorum doctrinis non communicabo. Heb. 13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci [Lauabo]

d ¶ Supra psalmus ostedit innocentiam suam per hoc, quòd separabat se a malis: hic autem ostendit eam per hoc quòd applicat se bonis: & quia bona quorum applicatio nos facit iustos, sunt diuina bona, ideo dicit suam applicationem ad ea. Circa hoc, duo facit. Primo, ponit studium suum. Secundo, affectũ ibi [Domine dilexi decorem domus tuæ] Circa primum, tria facit. Primo, proponit suam dispositionem ad diuinum cultum. Secundo, ponit ipsum cultum diuinum, ibi [Circundabo] Tertio, fructum ibi [vt audiam vocem laudis] Dispositio sic per puritatem & innocentiam. Psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Innocens manibus & mundo corde. Et ideo vt purus accedat agit de puritate. Dicit ergo [Lauabo inter innocentes manus meas, ideſt opera mea quæ principaliter lauant a deo, per gratiam quam infundit. Psal. 50. Amplius laua me domine ab iniquitate &c. Item lauantur a nobis per pænitentiam. Esa. 1. Lauamini mundi estote &c. [Lauabo] ergo, ideſt pænitẽtiam adhibebo vt lauentur. Et hoc [inter innocentes] quia ex conuictu mores formantur. Psal. 17. Cum innocente innocens eris &c. Et sic totus accedã ad cultum diuinum [& circundabo altare tuum domine] Hic ponit de altare materiali & dicit [circundabo altare tuum domine] quia, vel orat, vel stat iuxta. Ec clesi. 50. de Simeone sacerdote magno, Ipse stans iuxta aram. Et ideo sacerdos quando accedit ad sacramentũ dicit [Lauabo &c.] Vel potest intelligi de altari spirituali. Altare est in templo: & sicut est triplex tẽplũ, ita est triplex altare. Primũ est vir iustus. 2. Cor. 6. Nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti? Huius templi altare est cor. Leuit. 6. Ignis scilicet charitatis in altari, ideſt in corde semper ardebit. Hoc altare debemus circundare, vel iuxta stare, ideſt ornare semper redeundo ad Christum. Prou. 4. Omni custodia serua cor tuum: quoniam ab ipso uita procedit. Aliud tẽplum est ecclesia, & huius tẽpli altare est Christus. Hebr. vlt. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Vel fides. Et hoc debemus circundare, vt toto corde simus circa ipsum. Tertium templum est ipse deus. Apoc. 21. Templum vidi in ea, dominus deus omnipotens templum illius est &cet. Et huius altare est misericordia dei. Et hoc circundare debemus desiderio mẽtis. Psal. 144. Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Consequenter ostendit fructum, & est duplex fructus, scilicet audire & enarrare: vnde dicit [vt audiam vocem laudis] Et hoc ad literam circa altare materiale, quia hoc sacrificium est maxime deo acceptum. Psalm. 49. Sacrificium laudis

laudis honorificabit me. Item laudem quam spiritus sanctus loquitur in nobis. Psal 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Item, in cælo. Esa. 25. Gaudium & lætitiam &c. Vel [audiam vocem laudis] ideſt Christi me laudantis: & hoc erit in iudicio quando dicet. Esuriui &c. Matth. 25. Sed Apocal. vlt. dicitur. Qui audit, dicat, veni. Vnde ad hoc audimus vt a liis dicamus. Esa. 21 Quæ audiui a domino exercituum deo Israel, annuntiaui vobis. Et ideo subdit [vt enarrem vniuersa mirabilia tua, Eccl. 42. Nonne dẽ fecit enarrare sãctos &cet. Et dicit [omnia mirabilia] quantum ad affectum sine conatum, non q̃tum ad effectum, quia ipse est maior omni laude [Domine]

e ¶ Hic ostendit affectum quẽ habet ad cultum diuinum: qui ut sit conueniens, debet esse affectus amoris. Propter quod dicit [Domine dilexi decorem domus tuæ] Dion. Bonũ & pulchrum est omnibus diligibile. Vnde omnis homo amat pulchrũ: carnales amant pulchrum carnale, spirituales amant pulchrum spirituale, & hæc est pulchritudo domus dei. Num. 24. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit dominus. Hæc autem pulchritudo est bonorum operum, vel diuinorum munerum, vel ipsorum sanctorum, quia omnia hæc sunt quasi quidam decor domus dei. Hæc ergo omnia ego dilexi, vt me facerent aptum ad decorem domus dei. Sic ergo ostenditur affectus dilectio, & pulchritudo, & decor. Sed sciendum est, quòd hic decor est exhabitatione dei, sicut domus non est pulchra nisi inhabiterur: vnde me dilexi vt in me habites, vel patriam dilexi vt ibi habitem, vel in eam tendam. Et ideo dicit [& locum habitationis gloriæ tuæ] & hæc omnia, ideſt bona opera, dona dei, & ipsi sancti sunt decor domus dei, inquantũ relucet in eis gratia diuina quæ pulchrificat sicut lux, sicut dicit Ambrosius, quòd sine luce omnia sunt turpia. Ezec. 17. Ingressa est gloria domini portam [Ne perdas]

f ¶ Hic explicat petitionem iudicii quod petiit, & exponit qua le iudicium petiit. Et petit duo. Primo, petit separari a malis, quæ possunt euenire in futuro. Secundo, a malis, quæ in præsenti patiẽur, ibi [redime] Primo ergo ponit petitionem. Vbi sciendum est quòd duobus generibus hominũ seruatur pœna a deo: scilicet illis qui sunt impii siue peccatores contra deum. Ezech. 18. Impietas impii erit super eum. Et ideo dicit [Ne perdas &c.] quasi dicat. Si hic affligor & patior terrena mala cum impiis, tamen ne perdas animam meam cum eis. Item, seruatur pœna impiis contra proximum, ideo dicit [& cum viris sanguinum vitã meam] Psal. 54. Viri sanguinum & dolosi. Hi computantur omnes qui contra proximum offendunt, quocumque modo. Est autem triplex sanguis. Vnus qui caudatur ex cibo & potu: vnde cibus & potus dicitur sanguis pauperum. Eccl. 34. Panis egẽtium vita pauperis est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Secundus, est sanguis hominis, & hunc effundit homicida. Tertius, est sanguis seminis ad speciem conseruandam, hunc effundit fornicator, quia causa prolis non agit. [In quorum manibus iniquitates sunt] quasi dicat, ideo hoc peto scilicet vt separer ab his tunc, quia nunc separatus sum in conuersatione & vita, qa in eorum manibus iniquitates sunt, scilicet sunt valde proni ad malum. Prou. 1. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem Esa. 59. Opera iniquitatis in manibus eorum. Item est inclinatio affectus eorum ad mundana: vnde dixit [dextera eorum repleta est muneribus] Iob. 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Vel [dextera eorum repleta est muneribus] quasi dicat. Licet ipsi sint iniqui, tamen das eis temporalia, & in his consistit merces eorum. Matth. 6. Receperunt mercedem suam. Consequenter de scribit se dicens. [Ego autem in innocentia mea ingressus sum] q. d. hoc peto vt sicut illis præparas mala, ita præpares mihi bona, sicut dicit. Psal. 83. Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Consequenter petit vt liberetur a malis præsentibus. Mala quæ sunt homini duplicia possunt esse: quia vel sunt mala exteriora, & ab his petit redimi: vnde dicit [redime me] vt seruum malorum me præmentium. Vel de redemptione humani generis. Vel sunt mala interiora, & ab his petit liberari: vnde dicit [Miserere mei] quia miseria proprie respicit malum intetius. Prou. 12. Miseros facit populos peccatum [Pes enim]

g ¶ Hic ponitur ratio quare hoc petit, & est duplex. Vna est de præterito, quæ est rectitudo vitæ: vnde dicit [Pes meus] ideſt affectus meus, vel processus meus [steit in directo] Item de futuro propono tibi semper seruire: vnde dicit [in ecclesiis benedicam te domine] ideſt coram multis. Psal. 39. Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Et dicit pluraliter pp multitudinem particularium ecclesiarum, vt dicitur Apoc. 3.

e ¶ Dñe dilexi decorẽ domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.
f ¶ Ne perdas cum impiis deus animam meam: & cum vir sanguinũ vitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorũ repleta est muneribus. Ego autẽ in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.
g ¶ Pes enim meus stetit ĩ directo, in ecclesiis benedicã te domine.

IN FINEM PRIVSQVAM LINIRETVR a PSAL. XXVI.

DOminus illuminatio mea & salus mea, quẽ timebo? Dñs protector vitæ meæ, a quo trepidabo. Dum appropiant super me nocẽtes, vt edant carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei,

a PSAL. XXVI.

PRæmissa oratione, hic psal. consequenter dicit fiduciam de oratione cõceptã. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit fiduciam conceptam. Secundo, iterato orat vt non deficiat in sua fiducia, ibi [Ad te domine] Titulus [In finem psalm. priusquam liniretur] Notandum est quòd sicut glo. latius dicit, Dauid tribus vicibus fuit unctus in regem. Primo, a Samuele 1. Reg. 16. Et tunc nõ fuit rex, sed habuit signum regni. Tulit Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum &c. Et tunc directus est spiritus domini in Dauid, quia extunc fuit propheta secundum Hieron. & Iosephũ. Secũdo, in Hebron 2. Reg. 2. Venerunt viri Iuda & vnxerunt Dauid in regem super domum Iuda. Tertio, occiso Isboseth filio Saulis regnauit super totum Israel 2. Rg. 8. Hæc duæ iunctiones comparabantur pro vna, quia vtraque fuit pro actuali dignitate regni adipiscenda. In prima passus est persecutionẽ a Saule, sed post secundam & tertiam regnauit in pace.

¶ Sed contra de Absalone.

¶ Respondeo dicendum, quòd non est passus persecutionem ab exteraneis, sed ab Absalone & Siba, & ideo fecit hunc psalmum ante secundam unctionem. Melius tamen videtur vt referantur ad Christum duæ unctiones in nouo testamento, scilicet regis & sacerdotis. Et Christus fuit unctus oleo spiritus sancti. Psal. 44. Vnxit te deus &c. in regem & sacerdotem. Et hæc unctio deriuatur vsque ad nos. Ps. 132. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam barbam Aaron. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Primo ergo vngimur sacerdotali unctione in figura futuri regni. Erimus enim reges & liberi. Et quia adhuc patimur hostes, postea vngemur dupliciter actuali gloria, scilicet stola gloriæ animæ & corporis. Christus autem primo, fuit unctus unctione gratiæ, postea gloriæ. Diuiditur ergo psalmus iste in tres partes. In prima, ponit fiduciam de deo conceptam. In secunda, ostendit desiderium ex fiducia conceptum, ibi [Vnã petii] Tertio, ponit desiderii impletionem, ibi [Exaudi domine] Circa primum, tria facit. Primo, commemorat beneficia sibi a deo præstita propter quæ non timet, sed securus est. Secundo, commemorat impedimenta parata a deo, ibi [Dũ appropiant] Tertio, ostendit fiduciam quam habet a deo, ibi [Si consistant] Notandum autem, quòd ad timendum concitatur quis aliquando ex interiori causa, quandoque ex exteriori causa. Primo ergo ponit auxilium contra primam causam. Secundo, contra secundam, ibi [Dominus protector] Est autem duplex causa intrinseca timoris, ignorantia, & debilitas: vnde in tenebris magis timendum est. Secunda causa timoris est debilitas, & contra has est remedium a deo. Cõtra primum est illuminatio: vnde dicit [Dominus illuminatio mea] Mich. 8. Cum sedero in tenebris dominus lux mea est. Contra secundum est salus: vnde sequitur [& salus mea] Psal. 61. In deo salutare meum & gloria mea, deus auxilii mei & spes mea in deo est. Et ideo ostendit fiduciã [quem timebo] sic illuminatus & sic saluatus? Esa. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali & a filio hominis, q̃ quasi fœnũ sic arescet? Rom. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? & si deus pro nobis quis contra nos? Causa extrinseca est homo, qui aduersatur, sed adhuc non est timendum, quia dominus opponit se sicut scutum: vnde dicit [Dominus protector vitæ meæ] Gen. 15. Ego protector tuus & merces tua magna nimis [Et ió dicit a quo trepidabo] A quo si sumatur masculine tunc est sensus [A quo] scilicet a quo homine. Si neutraliter a qua re. Et sic nihil est timendum, nec homo, nec res aliqua [Dum appropiãt super me innocentes] Et quia posset dici quòd deus est illuminator etiam hostium, ideo hoc remouens dicit, quòd deus obsistit eis. Et primo, dicit eorum conatum. Secundo, ponit impedimentum eis superueniens, ibi [ipsi infirmati sunt &c.] Circa primum tria facit. Primo, præmittit præsumptuosum insultum. Secundo, peruersum actum. Tertio, malignum effectum. Quantum

tum ad primum dicit [Dum appropiant super me nocentes] idest habentes animum nocendi [super me] idest mihi se præferentes Tre. 1. Facti sunt hostes eius in capite, vsque ante faciem &c. Quantum ad secundum vt scilicet grauiter affligant [vt edant carnes meas] idest carnalem vitam. Prou. 1. Deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum. Mich. 3. Carnem populi comederunt, & pellem eorum desuper excoriauerunt. Vel vt ly vt, teneatur consecutiue, vt sit sensus [Edant carnes] idest carnalitates meas, quia quando mali persequuntur bonos aliud intendunt ipsi mali, siue ipsi persecutores, scilicet offensionem corporalem, & ſm hoc est prima expositio. Aliud intendit Deus hoc permittens, scilicet purgationem ab omni carnalitate, & sic secunda expositio. Et hoc modo dicit apostolus Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suā crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Quantū ad tertium dicit [Qui tribulant me inimici mei] Psalm. 12. Qui tribulāt me exultabunt si motus fuero [Ipsi infirmati sunt] quia non valuerunt implere propositum [& ceciderunt] quia superati sunt, & absorti. Hiere. 20. Dñs mecū est tamq̄ bellator fortis, idcirco q persequuntur me cadent & infirmi erunt [Si consistant.

ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.
b ¶Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.
c ¶Vnam petii a domino hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Vt videam voluntatem domini, & uisitem templum eius.
d ¶Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum, protexit me in abscondito tabernaculi sui.

b ¶ Hō debet habere securitatē in duobus. Primo, in præparatione malorum. Secundo, in eorum passione, ibi [Exurgam] Dicit ergo. Dominus sic est illuminatio mea, quia inimici cadunt corā me. Glo [Si consistant aduersum me castra] Castra sunt vbi steterunt milites [non timebit cor meum] Quandiu homo est in castris non pugnat, sed disponit & consiliat ad pugnandum. Per castra intelliguntur consilia & coniurationes malorum contra aliquem 4. Reg. 19. Angelus domini percussit castra Assyriorū. Exo. 14. Factum est in vigilia matutina, & ecce ascendit dominus super castra & percussit &c. [non timebit cor meum] quia dominus mecum est. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Sed [si exurgat aduersum me prælium] idest si iam inuadant me, & prælientur contra me quàmuis sint multi [in hoc ego sperabo] quia vt dicitur 1. Mac. 3. Non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. Est enim consuetudo amicorum iuuare amicos, cum impugnantur ab hostibus. Psal 93. Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. [Vnam petii]

c ¶ Supra psalmus posuit fiduciam ex oratione conceptam. Hic autem ponit desiderium, quod ex hac fiducia oritur. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit desiderium. Secundo, causam desiderii assignat, ibi. [Quoniam abscondit me] Circa primū tria facit. Primo, describit qualitatem desiderii. Secundo, ipsam rē desideratam, ibi [vt inhabitem] Tertio, intentionem finis, ibi [vt videam voluntatem] *Desiderii ergo qualitas in duobus* consistit, scilicet in vnitate, & solicitudine: & vtrumque pertinet ad perfectionem desiderii. Perfectio enim desiderii dependet ex perfectione causæ suæ, scilicet amoris, qui quando est perfectus, primo, congregat in vnum omnes vires & mouet eum in amatum. Est enim secundum Aug. pondus amantis. Res autem ponderosa sine vacillatione tendit ad vnū, sed non sic si res nō est bene pōderosa, sed diuinus amor facit totum hominem in deum tendere sine vacillatione. Psal. 72. Quid enim mihi est in cælo & a te quid volui super terram? Greg. Vis amoris studium multiplicat inquisitionis. Hoc fecit Anna prophetissa, quæ non discedebat de tēplo ieiuniis & orationibus seruiēs die ac nocte. Et ideo dicitur Luc. 10. Porro vnum est necessarium: vnde dicit [Vnā petii] idest *vnam rem, vel vnam petitionem* 3. Reg. 2. Vnam petitionem paruulam ego deprecor a te, ne confundas faciē meā. Secundo, solicitat cum sit sicut stimulus & ignis, amor. Can. 8. Lampades eius lampades ignis 2. Cor. 9. Charitas dei vrget nos. Vnde dicit [hanc requiram] Esa. 21. Si quæritis quærite. Matt. 7. Quærite & inuenietis. Consequenter ponitur res petita: vnde dicit [vt inhabitem in domo domini] Domus domini spiritualis est duplex, & tertia est materialis scilicet ecclesia, in qua morari salutiferum est. Gen. 28. Non est hic aliud nisi domus dei & porta cæli Nam in ea excitatur animus hominis ad deuotionem. Domus spiritualis dei est ecclesia militans 1. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei quæ est ecclesia dei viui, columna & fundamentum veritatis. Alia est ecclesia *triumphans* 2. Cor. 5. *Si terrestris domus nostra huius habitationis* dissoluatur, quòd ædificationē ex deo habemus domū non manufactam, sed æternam in cælis. De vtraque ergo potest hoc intelligi, quia hæc domus via est ad illam & porta eius. Psa. 117. Hæc porta domini iusti intrabunt per eam. Et ideo desiderandum est habitare in hac domo, scilicet ecclesia. Et hoc [omnibus diebus vitæ meæ] idest vsque in finem. Psal. 131. Hæc requies mea in sæculum sæculi, *hic habitabo quoniam elegi eam.* Habitat autem quis in domo Dei per fidem, & charitatem, & conformitatem bonorum operum. Psal. 67. Qui habitare facis vni⁹ moris in domo. Et laudabile est, q̄ semper in ea habitet & non separetur ab ea. Separatur autem homo ab ecclesia per peccatum, per excommunicationem, & p scisma, vel hæresim. Qui ergo vsque in finem habitat in ea, idest in ista ecclesia, habitabit in illa in perpetuum. Psal. 83. Beati q habitant in domo tua domine. Hic cōsequenter ponitur intentio: scilicet [vt videam &c.] Et ponit duo: quia [vt videam voluntatem & visitem templum eius] Alia litera habet [vt contempler habitationem] Hieron. habet [vt est merces] ſm Augst. Ioan. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscant &c. Tria sunt in illa visione desideranda, quæ naturaliter homo desiderat videre. Primo, pulchra. Summa pulchritudo est in ipso deo, quia pulchritudo in formositate consistit, deus autem est ipsa forma informans omnia, ideo dicit secundum vnam literam [Vt videam delectationem domini] Sap. 13. Si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator, hæc omnia constituit. Secundo, delectabilia, & fugere tristitiam, & ideo secunda litera habet [Vt contempler delectationem domini] idest bonitatem dei, in qua est summa delectatio. Psal. 15. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Tertio, dispositio rerum. Vnde multum est delectabile scire sciētiam omnium rerum, quæ in mundo sunt. & ideo videre dispositionem diuinæ prouidentiæ est maxime delectabile. Et ideo dicit [vt videam voluntatem domini] rationem a deo volitam & dispositam. Rom. 12. Probetis quæ sit voluntas dei bona, beneplacens & perfecta. Hæc autem habemus in vita ista imperfecte & per fidem, in futura autē domo habebimus perfecte vbi sunt sancti contemplantes deum facie ad faciem 2. Cor. 3. Nos autē reuelata facie gloriam domini contemplantes &c. Sancti ergo qui sunt in patria, dirigunt contemplationem in ipsum deum, & etiā in his quæ sunt ad ipsum deum ordinata. Et ideo dicit [vt visitem tēplum eius] idest frequenter videam templum, idest humanitatē Christi. Ioan. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Vel [visitem] siue videam ipsam ordinationem ecclesiæ 1. Corin. 3. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Item, dispositionem totius mundi: ideo in psalmo hebraico habetur [& diluculo] .i. diluculo vt maneam. Psal. 5. Mane astabo tibi [Quoniam]

d ¶ Hic assignat ratio desiderii habitandi in domo dei, quasi dicat: quare tantum petis habitare in domo dei? Ratio est ex beneficiis perceptis. Et circa hoc, duo facit. Quia primo, ponit ipsa beneficia. Secundo, addit recompensationem, ibi [Circuiui] Circa primum, duo facit. Primo, ponit beneficium protectionis a malo. Secundo, beneficium promotionis in bonum, ibi [In petra exaltasti me] Circa primum, duo facit. Primo, proponit beneficium. Secundo, eius necessitatē ostenstit, ibi [in die malorum] Dicit ergo. Quare petis habitare in domo domini? ideo .s. [quia abscondit me in tabernaculo suo] Et secundum literam 1. Reg. 24. quando Dauid fugit ad tutiora loca Engaddi & abscondit se ibi. Vnde loquitur ex persona fugientis & latentis in aliquo loco. Ad literam. Tabernaculum erat locus in quo orantes diuino auxilio protegebantur, & maxime in sancta sanctorum, vbi erat propitiatorium, & sic vocabāt tabernaculum ipsam dei defensionem, sicut in psalmo 90. dicitur. *Scapulis suis* obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis &c. Deut. 32. Expandit alas suas & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. Sed mystice tabernaculū potest dici humanitas assumpta, siue caro Christi in qua abscondit nos per fidem & spem. Col. 2. Abscondita est vita vestra in deo. Vel aliter tabernaculum dicitur tota dispositio ecclesiæ, & in vtroque istorum absconditur homo iustus, quia in isto tabernaculo quædam latent sub manifestis: latentia sunt inuisibilia & spiritualia vbi morantur boni. Mali autem morantur in exterioribus. Esa. 4. Tabernaculum erit in vmbraculum *diei* ab æstu. Sed quid contulit hæc absconsio? immo necesse erat mihi [in die malorum] vel omnium illorum malorum quæ tunc imminebant. Et simile est, quia quando hostes, vel tribulatio imminet illi soli saluabuntur, qui in ciuitate reperiuntur, ita in tribulatione illi pereunt, qui circa hæc exteriora habent affectum, quia facta tribulatione circa ista tales commouentur. Abscondit ergo ipse deus, vel Christus, vel mens iusti. Mat. 6. Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi [In petra]

e ¶ Hic

e ¶ Hic proponit aliud beneficium promotionis in bonum, & est duplex. Vnum exaltationis quantum ad se. Secundum, quantum ad hostes, ibi [nunc exaltauit caput meum] Dicit ergo [In petra exaltasti me] Secundum literam alludit ad ea, quæ circa eū sunt gesta, quia quando persecutionem patiebatur ibat per petras inuias 1. Reg. 24. Sed quando euasit [tunc exaltauit cor meum super inimicos meos] Sed mystice exponitur [In petra exaltaui me] idest in Christo 1. Cor. 10. Petra autē erat Christus. Vel [In petra] idest in deo 2. Re. 22. Dominus petra mea. Psalm. 60. Dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Et nunc iam exaltauit, quasi dicat: istud feci in spe, sed nunc in re [exaltauit caput meum] idest mentem meam super inimicos meos [idest super omnes appetitus meos. Gen. 4. Subtus te erit appetitus tuus [Circuiui]

e ¶In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
f ¶Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam domino.
g ¶Exaudi domine vocem meam, qua clamaui ad te, miserere mei, & exaudi me.

f ¶ Hic ponit recompensatio beneficii, & ponit duo. Primo, sacrificium [& immolaui] Secundo, canticum Secundum Hie. coniungitur cum præcedentibus [super inimicos meos, & in circuitu nostro sunt [Circuiui] idest circa steti, deuotas præces offerendo pro eis. Psal. 108. Prout me diligerent idest deberent, detrahebant &c. Vel circa altare steti. Eccl. 50. Et ipse stans circa aram &c. Item strenui militis est circuire & protegere castra sicut dicitur de Iuda 1. Mach. 3. Protegebat castra gladio suo: vnde [Circuiui] idest protexi. Vel circuitus iste refertur ad contemplationem. Circulus duo propria habet inter alias figuras. Vnum, quia est capacior aliis. Aliud est, quòd est totus vniformis sine angulo & conuenit contemplātioni. Primo, quantū ad capacitatem, quia tunc dicitur circuire contēplando, quando omnia quæ consideranda sunt contemplatur: vnde dicit [Circuiui] idest, consideraui omnia dona tua & ecclesiæ beneficia. Beatus Dion. posuit triplicem motum, scilicet circularem, rectum, & obliquum. Recto motu semper mouetur aliquid difformiter, quia semper habet diuersam distantiam, & ideo in contemplando motus est rectus, quando de vno ad aliud quis mouetur considerando processum rerum. Circulari motu mouetur aliquis cōtemplando, qn̄ conceptio aīæ est vniformis: & tunc dicitur circularis quando scilicet reuocat animam a rebus. Et primo, congregat in se, postea vnitur spiritualibus, & postea ascendit in contemplationē vnius dei. Obliquus motus est compositus ex vtroque, quando quis procedit ex consideratione creaturarum, sed hanc ordinat in consideratione dei. Et ideo dicit [Circuiui] q̄tum ad vniformitatem. Ezec. 1. Hic erat aspectus splendoris p gyrum [& immolaui.] Est autem duplex sacrificium: scilicet interius quo homo animum suum dat deo. Psal. 50. Sacrificiū deo spiritus. s. acceptū deo est spūs contribulatus. Et oē exterius sacrificiū ordinatur ad representādū illud: vnde Aug. dicit. Quando offers hoc exterius est vt representes animū tuum deo, sed quia oīs representatio fit per aliqua signa, inter quæ primatū tenent verba, ideo inter sacrificia videtur præeminentiam habere sacrificium laudis. Psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me: vnde dicit [Immolaui in tabernaculo eius hostiam] non pecorum, sed potius [hostiam vociferationis] idest diuinæ laudis. Et hac vociferatione [cantabo] tibi scilicet canticum & lætitiam mētis & rectitudinem operis. Psal. 107. Paratum cor meum [cantabo] quasi dicat. Paratum cor habeo ad seruiendum tibi, cum lætitia mentis. Psal. 99. Seruite domino in lætitia [Exaudi]

g ¶ Supra psal. posuit suum desiderium. Hic prorumpit ad petendum rem desideratam. Et circa hoc, tria facit. Primo, petit exaudiri. Secundo, proponit petitionem, ibi [Tibi dixit cor meū] Tertio, ostendit fiduciam quam habet de exauditione, ibi [Credo videre bona domini] Ad hoc ergo quòd exaudiatur, inducit duas rationes. Vnam ex deuotione propria. Aliam ex sua miseria. Deuotio est causa, quòd audiatur a deo aliquis. Deuotio est clamor cordis qui excitat deum ad audiendū. Et ideo dicit [Exaudi] Quia clamaui non exterius, sed interius. Iac. 5. Clamor eorum ad aures domini sabbaoht introiuit. Item miseria nostra p uocat ad exaudiendum. Exod. 3. Videns vidi afflictonem populi mei, & descendi liberare eū: vnde dicit [Miserere mei & exaudi me] quasi dicat: me miserum, & meam miseriam cognosco, vnde tuum est misereri. Iudith. 9. Exaudi me miseram deprecantem. [Tibi]

h ¶ Hic ponit petitiones, & primo, petit diuinæ faciei prospectum. Secundo, diuinum auxilium ibi. [Adiutor meus es tu] Tertio, viæ suæ directiuum, ibi [Legem pone mihi domine] Circa primum ostendit, quòd de re petita habet magnum desideriū, & intimum, & anxium, & assiduum. Intimum, quia [Tibi dixit cor meum] Aliquando homo aliquid petit ore, sed cor eius ad alia versatur. Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi dñe &c. Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, &c. Sed quando petitio est ex intimo desiderio cordis, tūc est deo accepta, sed tunc non os tantum īmo cor petit 2. Rē. 7. Inuenit seruus tu⁹ cor suum ut oraret te oratione hac. Psal. 118. Clamaui in toto corde. Anxium & ęquum dicit habere, cum dicit. Exquisiuit te &c.] Contingit aliquando quòd desiderium est intimum & quietum & multum quærit: sed quando est anxiū, tunc uere quærit. vnde dicit [Exquisiuit te] idest frequenter & diligenter quæsiuit: Et hoc etiam ostendit æquum desiderium, quia imago non perficitur nisi pertingat ad exemplar, ad quod est facta: vnde dicit [Exquisiuit te facies mea] facies hominis interior est, in qua visus est interior, idest anima siue mens rationalis, & hæc scilicet facies mea quę est facta ad imaginem tuam exquisiuit te. Vnde, non potest reformari & perfici nisi iungatur tibi domine. Vnde sicut quælibet res quærit suam perfectionem, ita mēs nostra quærit deum. Et ostendit quòd sit assiduum, quia [Requiram] .i. iterum & iterum quæram. Esa. 21. Si quæritis, quærite. Matth. 7. Quærite & inuenietis. Hoc est proprium diligētis, quærere sepe rem dilectam. Et quid quærit, ostendit cum dicit [Faciem tuam domine requiram] Hoc petebat Moyses. Exo. 33. *Ostende mihi faciem tuam. Et dominus non statim ostendit,* sed dixit. Ostendam tibi omne bonum. Luc. 10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et ideo Dauid non erat extra spem, sed adhuc quærebat: vnde alibi dicit. Ostende nobis faciem tuā &c. Iob. 33. Deprecabitur deum suum, & placabilis erit, & videbit faciem eius in nihilo [Ne auertas]

h ¶Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
i ¶Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.
k ¶Adiutor meus esto ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Quoniā pater me⁹ & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me.

i ¶ Hic proponit triplicem petitionem. Et primo, petit non fraudari a re desiderata. Secundo, petit amoueri causam per quam posset fraudari. Tetio, petit dirigi in via, ibi [Legem pone] Dicit ergo [Faciem tuam domine requiram] Et rogo [Ne auertas faciem tuam a me] quasi dicat: sicut auertit homo ab *homine*, quando non vult eum audire. Sed aliter est in deo & in homine. Homo enim auuertens faciem, mutatur. Ipse deus autem immobilis est, *sed dicitur auertere faciem inquantum nos auertimur,* & immutamur. Et per hoc quòd in corde nostro fit aliquod velamen quo inepti reddimur ad videndum faciem suam. Et ideo litera Hieronymi habet [Ne abscondas] Esa. 8. Expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob. Causa vero auersionis est ira dei in pœna peccati. Et hæc auersio est maxima penarū, & hoc est quod dicit. [Et ne declines in ira a seruo tuo] idest ne irascaris mihi in hoc quòd declines faciem tuam a me. Et dicit [in ira] quia aliquando declinat in misericordia, cum scilicet non respicit peccata. Psal. 53. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Aliquando declinat in prouidentia, quando *scilicet* permittit aliquem cadere vt fortius resurgat, quia Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. [Adiutor]

k ¶ Hic petit diuinum auxiliū in agendis antequàm veniat ad faciem, ne scilicet impediatur a visione faciei. Et primo, ponit petitionem. Secundo, dictorum rationem, ibi [Quoniam pater meus. Petit ergo diuinum auxilium dicens. Peto videre faciem tuam, sed ad hoc peruenire non possum per me: ergo [Tu esto adiutor meus] vt ad hoc perueniam. Psal. 120. Auxiliū meū a domino. Sed quantum ad superficiem non videtur ista litera recta esse, quia melius videtur dicendum esse [Adiutor meus es tu] & sic habetur in hebraico, scilicet auxilium meum fuisti. Et secundum hoc commemorat beneficium, quasi dicat. Adiutor fuisti. Non ergo de cætero [*derelinquas me*] Et *petit duo remo*ueri, scilicet ipsam desertionem, & contemptum interiorem. Nā si homo sibi derelinquitur, perit. Osee. 13. Perditio tua Israel ex te. Deserit autem aliquis aliquem, quia despicit eum. Et despicit nos, quia sumus fragiles per naturam, & corrupti per culpam. Et ideo dicit [Ne despicias me deus] Et quare hoc? Quia tu me creasti & es [salutaris meus] idest tu me saluasti. Nullus autem despicit opera sua. Psal. 137. Opera manuum tuarū ne despicias. Consequenter ponitur ratio dictorum. Vnde sequitur [Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me] quasi dicat. Quia inueni te adiutorem

rem

rẽ in omnibus aliis deficiẽtibus [Ne despicias me] Et sic primo, ponit defectum humani auxilii. Secundo, ponit auxilium diuinũ. Hæc litera legitur dupliciter. Vno modo de Dauid ad literam sicut habetur in historia 1. Reg. 16. quando fuit Dauid vnctus, Isai præsentauit maiores filios. Dominus autem elegit Dauid, quia Samuel petiit eum. Vel potest legi in persona viri iusti, quia ad literã speranti in domino deficit omne humanum auxilium. Iob. 16. Derelinquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt obliti sunt mei. Eccl. 51. Circunspiciẽs erã ad adiutoriũ hominum & non erat. Sed dominus hunc assumpsit, & assumit quos quem elegisti & assumpsisti &c. Mystice autem [pater meus] idest Adam [& mater mea] idest Eua [dereliquerunt me] idest desertioni me exposuerunt per peccatum. Vel [pater meus] idest diabolus, quia pater meus fuit in statu peccati [dereliquit me] quia non habet potestatem in me [Mater mea] Babylon [dereliquerunt me] idest contempserunt me. Et hoc quia [dominus assumpsit me. [Legem]

1 ¶ Legẽ pone mihi domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

m ¶ Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mẽtita est iniquitas sibi.

n ¶ Credo videre bona domini: in terra viuentium.

o ¶ Expecta dominũ, viriliter age:

1 ¶ Supra psal. posuit duas petitiones. Prima, fuit de duinę faciei prospectu. Secunda, de diuinæ protectionis auxilio. Hic autem ponit aliam petitionem de directione viæ suæ. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit petitionem. Secundo, ostendit necessitatem, ibi [Propter inimicos] Circa primum, duo facit. Primo, ponit legis petitionem. Secundo, petit directionem in his qui sunt legis, ibi [Et dirige] Dixerat supra [Vnam &c.] & quic quid hoc sit explicauit, scilicet uidere faciem tuam. Et quia ad hãc visionem cum sit ardua peruenitur quadam ardua uia, per quam nullus vadit sine auxilio dei, petit illud tituli. Psalm. 83. Beatus vir cuius est auxilium abs te, quia ibunt de virtute in virtutem. Quia vero qui per viam ignotam vadit indiget ductore, petit eum dicens [Legem pone mihi domine in via tua] quasi dicat. Imminet mihi alcendere per viam, in qua peto, vt ponas mihi legẽ. Lex est regula agendorũ. In hac via procedit per actus virtutum, & ideo necessaria est lex, quæ est regula actuum humanorum, quasi dicat. Da mihi regulam qualiter ambulem. Hier. habet hic [Illuxit mihi dominus viam] Prou. 6. Mandatũ lucerna est, & lex, lux. Dare legem est illustrare. Sed quãdoq; scit aliquis in vniuersali quid sit fiendum, sed non scit in particulari præcipue propter seductores. Et contra hoc petit dicens. [Dirige me in semita recta] Esa. 26. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandũ. Et hoc [propter iuimicos meos] Hæc est causa quare peto dirigi, in semita recta. Quia ille qui scit viam, & via est recta, securus incedit si nõ inueniat adversarium, sed quando inimicum, vel adversarium suum inuenit, indiget protectione & directione. Psam. 141. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Isti inimici nostri sunt concupiscentiæ carnis, praua desideria, dæmones, praui homines, siue peccatores, qui obsistunt in via eundi ad deum [Ne tradideris]

m ¶ Hic exponit quod dictum est, & duo dicit. Primo, petit liberari ab inimicorum periculo. Secundo, ostendit se inimicos habere, ibi [Quoniam insurrexerunt] Dicit ergo [Ne tradideris me in animas tribulantium me] quasi dicat. Sic peto dirigi in via, quòd non incidam in potestatem inimicorum. Et non dicit in manus, sed in animas idest in voluntates. Sed contingit, q̃ sancti traduntur in manus inimicorum, quia, Terra data est in manus impii, vt dicitur Iob. 9. Sed non in animas, quia voluntates eorum est vt trahantur ad malum, sed deus hoc non permittit. Eccl. 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias tuas, faciet te in gaudium inimicis tuis [Quoniam insurrexerunt] Hic ostendit se habere inimicos. Et primo, ponit eorum conatum. Secundo, eorum defectum. Dico [propter inimicos] & hoc, [qm̃ insurrexerunt in me testes iniqui] Hæc verba exponuntur tripliciter: historice, allegorice, & moraliter: historice, quia ad literam aliqui mali testes falsum dixerunt contra Dauid, scilicet Doech Idumæus qui accusauit sacerdotem & Dauid: & alii. Allegorice de Christo cõtra quem iniqui testes accusantes eũ insurrexerunt. Matth. 26. Nouissime uenerunt &c. Moraliter, quia contra vnumquemque iustum falsi testes quandoque sunt falsi doctores, sua doctrina conantes a recta via alios declinare. Elai. 5. Væ qui dicunt malum bonum & bonum malum. Item adulatores dicuntur testes falsi. Esaiæ. 3. Populi meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Prou. 19. Testis falsus non erit impunitus [& mentita est &c.] Hic ponit eorum defectum: hæc verba secundum quòd hic ponũtur, tripliciter intelligi possunt. Vno modo sic. Dicitur aliquis loqui sibi, quando solus intelligit verba sua, sed quando aliis, non 1. Cor. 14. Qui loquitur lingua, sibi & Deo loquitur, non hominibus: & sic est sensus. Sunt falsi testes, & loquuntur mendacium, & persuadent, sed iniquitas eorum mentita est sibi, quasi dicat. Non acquiesco eis. Vel mentita est iniquitas sibi] idest sui damno, quia ex mẽdacio eorum quod itẽderãt ipsi, in cururent malum. Ecc. 27. Qui laqueum aliis ponit peribit in illo. uel [mentita &c.] quia non peruenerũt ad effectum de hoc, quod proposuerunt facere mihi & aliis iustis viris. Iob. 5. Consilia prauorum dissipat. Hier. habet [Apertum &c.] idest aperte locuti sunt contra me. [Credo videre]

n ¶ Hic ponit spem de exauditione. Et primo, ponit spem quã ipse habet. Secundo, hortatur alios ad eandem, ibi [Expecta dominum] Sua petitio erat vt videret deum, & ideo dicit [Credo]. idest firmam fiduciam habeo [videre bona domini] idest videre facie ad faciem. Iob. 10. Scio quòd redemptor meus viuit &c. & in carne mea videbo deum: vnde non dicit. Videre dominum, sed bona domini, quod põt intelligi dupliciter. Vel bona domini idest a domino, & sic non sumitur hic. Vel bona, idest quæ sunt in domino, & hoc modo sumitur hic. Hæc cũa enim sunt in eo, sicut in fonte primo, & sunt idem quòd ipse. Sapien. 7. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa &c. Et vbi? [In terra viuentium] Visio dei est vita ęterna, vt dicitur. Ioan. 17. Hæc terra est morientium, quia sicut terra est patieus respectu cæli fęcundantis eam, ita vita beatorum immediate perficitur a deo [Expecta]

o ¶ Hic inducit alios ad expectandum, cum dicit [Expecta dominum] Esa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Et dum expecta s, habeas fiduciam in opere. Vnde dicit [Viriliter age.] scilicet interius & exterius. Esa. 35. Confortate manus dissolutas. Et hoc præmittit, quia Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Vnde [sustine dominum] scilicet bona quæcumque faciens, etiã si videantur aduersa. Eccl. 2. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui derelinquerunt vias rectas, & diuertunt in vias prauas. Vel [sustine dominum] idest expecta dominum. Et tunc repetit ad maiorem certitudinem.

a PSAL. XXVII.

IN præcedenti psalmo, psalmista ostendit fiduciamquam habet de deo. Hic autem vt non deficiat in fiducia adiungit psalmum orationis. Titulus. Psalmus ipsi Dauid: secundum literam dicitur, quòd aliqui psalmi pertinebant ad personam Dauid, inter quos est iste, quasi iste pertineat ipsi Dauid. Vel huic, quia ipse faciebat, & hunc & alios per se cantabat. Mystice huic Dauid intitulantur iste psalmus non figurali, sed vero Dauid, scilicet Christo. In hoc enim psalmo mystice agit de oratione Christi ad patrem, secũdum quòd liberatur a malis passionibus. Tria ergo agit in hoc psalmo. Primo, petit exaudiri. Secundo, ponit petitionem suam, ibi [Ne simul tradas] Tertio, ponit gratiarũ actionem, ibi [Benedictus dominus] Duplici autem ratione petit exaudiri. Primo, ratione periculi imminentis. Secundo, ratione suæ deuotionis, ibi [Exaudi domine] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit indeficiens propositum orandi. Secundo, petit exaudiri, ibi [Ne fileas] Tertio, ponit imminens periculũ, ibi, [Nequando taceas] Primum ostendit cum dicit [O domine ad te clamabo] non semel, sed continue. Luc. 18. Oportet semper orare. The. 5. [Sine intermissione orate. Consequenter petit exaudiri [Ne fileas deus meus] Consuetus modus loquendi. est, quòd quando aliquis exaudit orantem dicitur ei respondere. Tunc ergo deus respondere videtur, quando satisfacit voto orãtis. Iob. 14. Vocabis me, & ego respondebo tibi [Ne fileas ergo]. idest non subtrahas mihi responsionem tuam. Gen. 30. Respondebit mihi cras iustitia mea. Ostenditur consequenter periculũ imminens [Nequando taceas a me] hominis perfecti est, q̃ si sibi dimittitur, deficiat. Osee. 13. Perditio tua ex te Israel, tãtummodo ex me auxilium tuum. Ne si aliquando taceas non exaudiẽdo me. [Ero similis descendentibus in lacum] idest in infernum

Esa. 14. Verũtamẽ ininfernũ detraheris in profundũ laci. Hier. 3. Lapsa est in lacum vita mea. Hieronymus habet [Ne te tacẽ te assimiler] Mystice autem in glo. ex persona Christi loquitur quòd homo Christus clamet ne deseratur a deitate. Et dicit [Ne fileas] subtrahẽdo mihi beneficium resurrectionis. [Et ne taceas] .i. ne deseras in passione. Alias essem similis aliis hominib̃ descendentibus in lacum sicut inimici æstimaur. Psal. 87. Aestimatus sum cũ descendẽtibus in lacũ. [Exaudi domine vocem orationis meæ, dum oro]

b ¶ Alia ratio est, q̃ petit exaudiri deuotio orantis. Hæc autem deuotio in duobus consistit, scilicet in interioribus cordis, & exterioribus operibus. In interioribus: quia deus spiritus est, & eos qui adorant oportet spirituales esse. Ioan. 4. Veri adoratores adorabũt patrem in spiritu & veritate. Et ideo dicit [Exaudi deprecationem meã dum oro ad te] Sed debemus reuereri etiam in nostris effectibus & signis exterioribus. Vnde dicit [Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Hoc dupliciter legitur, vel ad literam secundum glos. quòd Iudæis erat præceptum, vt vbicumque essent, ad illius partem orarent vbi scirent Hierusalem esse. Vel [dum extollo] idest leuo [manus meas ad templũ] idest ad cælum. Psal. 10. Dominus in templo sancto suo &c. Ergo non solum in deuotione cordis orabo, sed etiam in signis exterioribus versus cælum orabo, & aliquam deuotionem ostẽdam. Vel [dum manus meas] idest opera mea [extollo ad templum] idest dirigo ad deum. Psal. 140. Dirigatur oratio mea, idest opera mea sicut incensum &c. De Christo autem potest exponi: quia ipse leuauit manus suas versus templum, quia ipsum non reprobauit, sed approbando, expulit vendentes & ementes in eo. Vel extulit manus in cruce. Esa. 65. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, sed contradicentẽ mihi [Ad templum] idest ecclesiam construendam per passionẽ suam [Ne simul tradas me cũ peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem]

c ¶ Hic ponit petitionem vt non simul commoueatur in punitione cum impiis. Et circa hoc facit duo. Primo, describit culpam. Secundo, ponit pœnam, ibi [Da illis] Quantum ad primum, culpam ostendit dicens peccata illorum, scilicet malum propositũ & malum actum, dico [ex audi vocem meam &c.] Et hoc est [dum oro] quòd liberer a perditione peccatorum: quia licet in vita iusti sint simul cum peccatoribus, tamen in iudicio non erunt simul. Matth. 25. Segregabit bonos a malis. Psal. 42. Discerne causam meam de gente non sancta &c. Gen. 18. Numquid perdes iustum cum impio? Et ideo peto [Ne simul tradas me] in damnationem scilicet [cum peccatoribus] Peccatores proprie sunt qui ex habitu peccant, vel peccandi propositum quantum ad actum & executionem peccati habent. Dupliciter quis exequitur, scilicet per manifestam iniustitiam, & per fraudem. Et hic est qui loquitur pacẽ quantum ad alios. De primo dicit. [Cum operantibus iniquitatem ne perdas me] Illi dicuntur iniquitatẽ operari, qui manifeste faciunt iniustitiã. Tamẽ nõ omne peccatũ fit per iniustitiam: specialiter tamen fit, inquantum non reddit deo obedientiam. De secũdo dicit [Qui loquũtur pacem cũ proximo suo] Et ponit duo, scilicet dulcia verba eorum in ore. Romanor. vlt. Qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum. Prouerbiorum, vigesimonono. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Aliud tamen habent in corde: vnde sequitur [Mala autem in cordibus eorum] scilicet sunt quæ parant inimicis suis. Hierem. nono. In ore suo pacem cum proximo suo loquitur: & occulte ponit ei insidias. Hæc omnia possunt referri ad Christum: qui in cruce Cum sceleratis deputatus est, vt dicitur Esa. 53. Sed perit, vt non simul idest propter eandem causam tradatur idest crucifigatur cum eis: quia passio siue damnatio illorum fuit propter peccatum proprium, passio autem Christi propter iniquitatem nostram. Item, ne eodem fine tradas me cum peccatoribus iniquis, idest non secundum intentionem eorum qui intendebant, quòd nomen Christi delerent. Et hi qui loquebantur pacem cum proximo suo: & in Christo quando vt caperent eum in sermone, sed [mala erãt in cordibus eorum] idest mala intentio: quia vt caperent, idest vt reprehendere possent. Matth. vigesimosecundo. Sequitur. [Da illis secundum opera eorum: & secũdum nequitiam adinuentionum ipsorũ

A Secundum opera &c.]

d ¶ Hic agit de tribulatione & pœna eorum. Et primo, ipsam pœnam tangit. Secundo, pœnæ æquitatẽ, ibi [secundum opera eorum] Tertio, eius perpetuitatem ibi [Quoniam non intellexerunt] Duplex culpa posita est. Vna exterior quæ est oris, alia interior quæ est cordis. Et ideo dicit quantum ad primũ. [Da illis secundum opera eorũ] Psa 61. Reddes vnicuique iuxta opera sua [Da] accipitur prænunciatiue, idest dabis vel conformando se iustitiæ diuinæ. Psa. 57 Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Vel vt referatur hoc ad Christũ. Tu domine pater, [da illis secundum opera eorum.] quasi dicat. Ex passione mea sequitur vtilitas: sed, [tu da illis] scilicet peccatoribus non secundum fructum, sed secundum eorum intentionem quæ fuit mala. Ioann. tertio. Erãt aũt eorũ mala opera. Quantum ad secundum dicit [Et secundum nequitiam adinuentionum] Adinuentiones sunt viæ excogitatæ ad nocendum & peccandum. Et hi grauius puniuntur a deo, sed pœna æqua eis debetur. Hic ita procedit litera: sunde dicit [secundum opera manum eorũ tribue illis] quia scilicet non coacti, sed sua praua voluntate peccauerunt. Vnde opera eorum sunt opera manuum eorum: secundum quòd refertur ad Christum, sic dicit [secundum opera manuum eorũ &c.] quia Iudæi etsi Christum manu sua non crucifixerunt, tamen & lingua & manu hoc scelus operati sunt, quia per suam potestatem factum est: vnde dicit [Reddet retributionem eorum ipsis [vt scilicet sicut ipsi mala intentione hoc fecerunt, ita tu eis mala retribuas. Matth. 7. Mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis [Quoniam non intellexerunt opera domini & in opera manuum eius &c.]

e ¶ Supra præmisit psalmus pœnam debitam malis, & eius æquitatem, hic consequenter ponit huius pœnæ perpetuitatem. Et facit duo in isto versu. Primo, tangit pœnæ irreparabilitatem. Secundo, causam. Sciendum est autem, q̃ homo frequenter peccat, & ex hoc incurrit reatum pœnæ, sed quoniam per multa opera diuinæ iustitiæ homo provocatur ad timorem, & per opera misericordiæ provocatur ad spem, quandoque conuertitur ad pœnitentiam & sanatur, sed si in consuetudine induratur in peccato, & intellectum perdit, nõ est spes salutis. Iob. quarto. Quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Esa. sexto. Excæca cor populi huius &c. Et ideo pro causa pœnæ irreparabilis præmittit carentiam intellectus. Notandum est, quòd non omne opus est opus manuum, sed exteriora quædam etiam sunt interiora opera. Ita in deo quædam sunt spiritualia, quæ operatur in nobis. Esa. vigesimosexo Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. Quædam corporalia vt cæli, ita etiã Christi spiritualia sunt opera salus fidelium. Corporalia vero sunt miracula. Ioan. quinto. Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et ideo dicit [Quia non intellexerunt opera domini] scilicet spiritualia [& opera manuum eius] scilicet corporalia [destrues illos] & ita destrues quòd non [ædificabis eos] Et refertur hoc ad duplicem destructionem, scilicet spiritualem: quia destructi per casum a fide: & non a notitia dei. Psal. 58. Disperge illos in virtute tua: & depone eos &c. Sed tamen isti qui sic sunt destructi aliquando reædificantur: sicut Petrus, & sic etiam isti reędificantur, vel reædificabũtur vsque ad finẽ mundi. Romanor. 11. Cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus erit. Vel refertur ad corporalem destructionem: q̃ destructi per Romanos numquam reædificati sunt, nec vnquam reædificabuntur: vel destructi per Babylones & releuati per Persas: vel destructi per Anthiochum & releuati per Romanos, sed per Romanos ita tãdẽ destructi, quòd numquam reædificati sunt [Benedictus dominus]

f ¶ Hic quasi exauditus gratias agit. Et primo, de beneficiis sibi collatis. Secundo, agit gratias de beneficiis collatis toti populo, ibi [Dominus fortitudo] Circa primum, duo facit. Primo, agit gratias pro sua exauditione. Secundo, ostendit in quo fuit exauditus, ibi [Dominus adiutor meus] Dicit ergo. Ego petiui, & sum exauditus in petitione mea: vnde [Benedictus dominus] Benedicere dei nos, est causare bonitatem in nobis quia dixit & facta sunt. Benedicere nos deo est agnoscere eius bonitatem, quã nobis benefacit: & nihil ei accescit ex hoc. Hoc tũ fa

ciendum est nobis omnibus beneficiis. 2. Corint. 1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi: pater misericordiarum &c. Tob. duodecimo. Benedicite deum cæli: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Et ideo dicit [Quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ] idest deuotionem orationis meæ. Iacobi vlt. Multũ valet deprecatio iusti assidua.

g ¶Dominus adiutor meus, & ꝓtector meus: & in ipso sperauit cor meum & adiutus sum. Et refloruit caro mea: & ex volũtate mea confitebor ei

h ¶Dñs fortitudo plebis suæ, & ꝓtector saluationum Christi sui est.

i ¶Saluum fac populum tuum domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in ęternum.

g ¶Hic ostendit in quo est exauditus, scilicet quia consecutus est auxilium dei Et circa hoc, facit tria. Primo, ponit beneficiũ diuini auxilii. Secundo, meritum beneficii, ibi [Et in ipso sperauit cor meum. Tertio, effectum beneficii, ibi. [Et refloruit] homo indiget diuino auxilio ad duo. ad bene agendum, & quòd liberetur a malis, & quòd promoueatur ad bonum. Quantum ad primum dicit [Dominus adiutor meus] Ioã. quinto decimo. Sine me nihil potestis facere. Esai. quinquagesimo. Dominus deus auxiliator meus. Quantum ad secundum dicit [Et protector meus] & protector a malis, sicut scutum protegens hominem ab exterioribus telis. Esa. quadragesimo nono. Sub vmbra manus suæ protexit me. Psalm. 63. Protexisti me deus a conuentu malignantium. Sed quo merito me defendis? Numquid meo? Non. Sed non alio nisi, quia [In ipso sperauit cor meum] quasi ex intimo affectu de ipso confido. Psalm. 24. In te confido non erubescam. Et ideo [Adiutus sum] Esa. quadragesimo. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Hæc autem omnia possunt referri ad Christũ inquãtũ homo: nã vt deus omnes ipse iuuat & protegit simul cum patre. Inquantum homo est iuuatus & protectus a patre. Et sequitur [In ipso] Effectus auxilii ponitur hic quantum ad duo. Primo, quantum ad carnem. Secundo, quantum ad animam. Vnde dicit [Et floruit] Iuuentus hominis comparatur flori: quia sicut flos est præsagium fructus, ita iuuentus hominis est præsagium vitæ futuræ. Psal. 89. Mane sicut herba transeat. Tunc ergo caro reflorescit, quando antiqua iuuenescit, qm̃ homo in tristitia vr̃ senescere in lætitia vr̃ iuuenescere, sed tñ caro Christi floruit flore honestatis & incorruptionis. In primo hoĩe floruit caro eius per innocentiæ puritatẽ, sed peccando inquinata est. *Sed in Christo refloruit in resurrectione.* Fuit enim de Spiritu sancto sine peccato concepta. Esai. vndecimo. Flos de radice eius ascendet. Item in primo statu natura humana floruit: quia erat incorruptibilis, sed per peccatum est subiecta corruptioni. Romanorum octauo. Corpus per peccatum mortuum est. Sed Christus refloruit in resurrectione. Can. primo. Est lectulus noster floridus est. Quantum ad animam dicit [Et ex voluntate mea confitebor illi] Anima quandiu est in peccato habet voluntatem a deo auersam & ad temporalia conuersam, sed quando per conuersionem reparatur, tunc conuertitur ad deum voluntas eius, & confitetur deum laudando ipsum. Vel si dicatur hoc de Christo, refertur ad membra sua, scilicet fideles. Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo domine, quoniam *bonum est* [*Dominus*]

h ¶Hic agit gratias pro beneficiis populi. Et primo ponit beneficia iam exhibita. Secundo, petit ea continuari, ibi [Saluum fac populum tuum] Eadem beneficia quę sunt sibi facta cum dicit [Dominus adiutor meus &c.] dicit facta esse in populo cum dicit. [Dominus fortitudo] Populi Iudæorum per me liberati a Philistæis. Et Christus est fortitudo populi eius liberati per eum a peccato. Esa. duodecimo. Fortitudo mea dominus, & factus est mihi in salutem. Psal. 142. Protector meus & in ipso speraui. Et hic est protector saluationum, idest protegit eos, qui saluati sunt per Christum. Actuum, quarto. Non est aliud nomen sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Christus ergo protegit nos in præsenti, vt non cadamus in peccatum. Et ideo. [Saluationum] idest prædestinatorum ad salutem proteget in futuro, liberando ab omni malo. Apoc. septimo. Non esurient neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque vllus æstus &c. [Saluum]

i ¶Hic ostendit continuationem beneficiorum siue salutis. Et primo, ponit salutem. Secundo, modum, ibi [Benedic] Dicit ergo. O [domine] tu qui es protector meus [saluum fac populum tuum] idest rogo vt ad salutem eos perducas. Ioan. decimoseptimo. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. Esai. 25. Saluatus est Israel in domino salute æterna. Consequenter ponit modum perueniendi ad salutem ad quam

F vt perueniatur requiruntur tria: scilicet donum gratiæ, gubernatio, & *spiritualis profectus. Quantum ad primum dicit* [Et benedic hæreditati tuæ] idest confirma dona eius. Prouerb. 10. Benedictio domini super caput iusti. Et dicit [hæreditati] quia electi sunt hæreditas. Psal. 32. Beata gens cuius est &c. Quantum ad secundum dicit. [Et rege eos] quia ẽt cum gratia necessaria est gubernatio. Prouer. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Quãtum ad tertium dicit [Et extolle eos] idest promoue per profectum [Vsque in æternum] tribus modis potest intelligi. Primo, in intellectu quãdo eleuatur ad manifestã cognitionem veritatis. Esa. 52. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur. Secundo, in affectu quando non cupit carnalia, sed spiritualia Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Philip. 3. quoniam remouetur ab hac vita ad vitam gloriæ. Esa. 56. Sustollam te super altitudinem nubium & cibabo te &c.

IN CONSVMATONE TABERNACVLI

PSAL. XXVIII.

AFferte domino filij dei.

b ¶Afferte domino filios arietum.

G c ¶Afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriã nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

a PSAL. XXVIII.

IN aliis psalmis commemorauit psalmista fiduciam quam habet de deo. Hic autẽ quasi liberatus gratias agit. Et primo, ponuntur psalmi pertinentes ad gratiarum actionem. Secundo, H commemorat beneficia præstita, ibi [In te domine speraui] Circa primum, duo facit. Primo, inuitat alios ad gratiarũ actiones. Secundo, ipse gratias agit, ibi [Exaltabo te] Titulus [Psalmus Dauid in consumatione tabernaculi] Et nota historiam 1. Reg. 4 ubi filii Israel tempore Heli pugnauerunt contra Philistæos, & arca dei capta est & fuit in terra illa sex mensibus. Tandem propter plagã remiserunt eã in Gabaa. Et mortuo Saule Dauid tulit eam & portauit in Hierusalem & fecit ei tabernaculum & lusit ante eam vt habetur 2. Re. 6. Et tunc vr̃ factus fuisse iste psal. Mystice per tabernaculum designatur sancta ecclesia. Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Hoc tabernaculum scilicet ecclesia, ereptum est de manibus Philisthim idest dæmonum. Et quæ in psalmo isto dicũt, pertinẽt ad dona Spiritussancti, per quæ istud tabernaculũ consumatur. Diuidit ergo in partes duas. In prima, inuitat alios ad offerẽdum deo per gratiarũ actionem. Secundo, cõmemorat beneficia, ibi] Vox dñi super aquas. Circa I primũ tria facit. Primo, ostendit cui sit offerendum. Secundo, qui offerat Tertio, quid debeãt offerre. Dicit ergo [Afferte] Sed cui? [Domino] soli, non alii. Exo. 22. ꝙ soli deo debeat offerri dr̃ 1. Paral. vlt. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Qui debebãt offerre ostendit [Filii dei] Eccl. 34. Dona iniquorũ non probat altissimus. Gen. 4. Deus primo, respexit ad Abel, & ad munera eius postea, q̃a debet hõ primo, deo placere, & postea ei oblationẽ facere, & iõ dicit [Filii dei] ꝑ fidem. Io. 1. Quotquot *autẽ receperunt eũ dedit eis potestatẽ* filios dei fieri. His qui credunt in nomine eius. Itẽ per charitatẽ. 1. Io. 3. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis deus &c. Per bona opera. Ro. 9. Qui spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt [Afferte]

b ¶Hic ostendit quid debeat offerri. Et primo, ponit corporale sacrificium. Secundo, spirituale, ibi [Afferte domino gloriã] De tribus generis animalium fiebat oblatio, scilicet de bobus, capris, & arietibus: & super cætera animalia agnus maxime consuetum sacrificium erat. Vnde Ezech. 9. dicitur quòd quolibet mane, vespere vnus agnus immolabatur: quia per agnum maxime & ex K pressius figurabatur Christus. Ioan. 1. Ecce agnus dei. Et ideo dicit [Afferte domino filios arietum] idest agnos. Mystice. Arietes sunt principes gregis idest Apostoli. Psalm. 46 Principes populorum congregati sunt. Filii eorum sunt fideles 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui. [Afferte] ergo vosipsos deo, qui estis filii arietum. [Afferte]

c ¶Consequenter ponit spirituale sacrificium. Et primo, ponit ipsum. Secundo, manifestat, ibi [Afferte dño gloriã nomini eius] Notandũ ꝙ dominus voluit sibi offerri ista non ꝑꝑ se, quia ipse dixit, Numquid manducabo carnes thaurorũ &c. sed vt cognoscamus eum principiũ omniũ bonorum nr̃orum & finem, in quẽ oĩa sunt referẽda. Et iõ nulli licet offerre sacrificiũ nisi deo. De9 .n. est finis & nihil possumus ei addere, & iõ debemus eũ glorificare, vt oĩa quæ facimus in eius gloriã faciamus 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam dei facite. Item deus est principium, & ideo debemus ei honorem. Mal. 1. Si ego dominus vbi est honor meus? Et ideo dicit [Afferte domino gloriam & honorem 1. Timo. 1. Soli

Soli deo honor & gloria. [Adorate dominum] hic manifestat spirituale sacrificium. Et primo, ostendit quomodo debemus ei gloriam. Secundo, quomodo debemus sibi honorem. Dicit ergo quòd ipse *deus est gloriosus*, & ideo debemus sibi gloriam. Vnde dicit [Afferte domino gloriam nomini eius] ipse in se gloriosus est, sed nomen eius debet in nobis gloriosum esse, idest vt in notitia nostra sit gloriosum. Et ꝙ sit ipse in nobis gloriosum, idest in vt notitia nostra sit gloriosum. Et quo sit ipse in nobis gloriosus & clar9, debem9 ei honorem dare. Et ideo dicit [Adorate dominum in atrio sancto eius] idest in ecclesia ista quæ est sicut atriũ cæleste. Vel [in atrio] idest in mente. Ioan. quarto. Veri adoratores &c. [Vox domini super aquas &c.]

c ¶Vox dñi super aquas, Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. Vox domini in virtute: vox domini in magnificẽtia.

d ¶Vox domini confringentis cedros: & confringet dominus cedros Libani.

c ¶Hic ponit diuina beneficia. Et primo, præterita. Secundo, futura ibi [Dominus diluuium &c. Circa primum, duo facit. Primo, enumerat beneficia præstita. Secundo, concludit gratiarum actionem, ibi [& in templo eius] Præstita beneficia possunt exponi figuraliter & mystice. Figuraliter quidem, & sic in prima parte ponit duo beneficia præstita, scilicet in exitu: secundo, post exitum de eo, ibi [Vox domini confringentis] Et primo, commemorat beneficium eductionis de Aegypto. Secundo, manifestat illud. Dicit ergo [Vox] idest imperium [domini] fuit [super aquas] maris diuisi, vt dicitur. Exod. decimoquarto. Et magnificat hoc tripliciter, Primo, ex parte authoritatis [Deus maiestatis] Qui scilicet est ipsa maiestas. Esaiæ. 6. Plena erat omnis terra maiestate eius [Intonuit] quia cum eleuasset Moyses manus, flauit ventus. Et hunc flatum dicit [Intonuit] quia tonitruum ex commotione ventorum fit. Item, ex parte materiæ: quia siccauit non paruas aquas, sed multas, scilicet maris. Esaiæ. 41. Numquid non siccasti mare? Sapientiæ 10. Transuexit eos per aquam nimiam. Item ex parte effectus ex hoc, quòd fuit magnæ virtutis in hoc quòd deiecit inimicos. Exod. quintodecimo. Dextera tua domine percussit inimicum, Propter quod dicitur [Vox domini in virtute] Item, alius effectus est magnificentiæ: vnde dicit [Vox domini in magnificentia] quia fecit transire per siccum mare: vnde sequitur ibidem scilicet Exo. 15. Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis &c. [Vox domini cõfringentis cedros: & confringet dominus &cet.]

d ¶Consequenter commemorat beneficia præstita, post transitum. Et hoc potest dupliciter intelligi. Primo, per remotionem a malo. Secundo per collationem bonorum, ibi [Vox domini concutientis] Circa primum, duo facit. Primo, ponit beneficium. Secundo, facilitatem conferendi beneficium, ibi [Et comminuet] Dicit ero [Vox domini confringentis cedros] *Cedri sunt homines magni.* Et signat Ammorrhæos qui erãt magni & fortes. Amos secundo. Exterminaui ante faciem eius Amorrhæũ, cuius altitudo cedrorum altitudo illius: & fortis ipse quasi quercus. Item in tota terra quæ promissa erat eis, erant Amorrhæi & aliæ gentes quæ nõ poterant exterminari & subiugari vsque ad tẽpus Dauid. Omnes Amorrhæi adhuc habitabant circa Libanum, vt dicitur Iosue, quintodecimo. Et ideo dicit. [Confringet dominus cedros Libani] idest Amorrhæos, qui adhuc habitabant ibi [Et comminuet eas tamquam vitulum Libani, & Saron tamquam filium vnicornium] Hebræi habent sic. [Et cõmuniet eos tamquam vitulum Libani & Sarion sicut filium bubalorum] Et est sensus literalis: quia differentia est inter bubalos & boues, quia bubali in paludibus nutriuntur, boues autem in montibus. Erant enim in monte Libani multa pascua in quo crescebant magni cedri. Item, erant ibi vituli & boues. Dicit ergo. Ita erit facile deo comminuere cedros Libani, sicut si comminueret vitulum Saron. Saron est locus quidam. Esaiæ trigesimoquinto. Decor Carmeli & Saron. Hic locus est aquosus, vbi bubali pascuntur, quasi dicat. Etiam Saron comminuet sicut filium bubali, vel vitulum. Mystice [vox domini super aquas] Duplex beneficium innuit, scilicet conuersionis & donorum quæ dantur conuersis. [Vox domini in virtute] Secundum mysterium potest dupliciter exponi. Vno modo, vt referatur ad prædicationem Christi, & sic agitur de conuersione Iudæorum & gentium. Iudæorum cum dicit [Super aquas] Homines assimilantur aquis: quia sicut aquæ homines fluunt & nõ reuertuntur. secundi Reg. quartodecimo. Vnde super aquas dicitur vox idest prædicatio domini, idest super populum Iudæo-

A rum, quia ex doctrina dei nondum incarnati, sed expectati, Iudæi conuersi sunt ad deum. De conuersione gentium sequitur cum dicit [Deus maiestatis intonuit] Tonitruum formatur in nube, *in qua signatur ipsa incarnatio quæ est sicut nubes*, Esai. 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. [Deus ergo maiestatis intonuit] .i. oĩpotẽs intonuit per prædicationem de nube carnis suę. Iob. 37. Tonabit voce sua mirabiliter. Et dicit [Super aquas multas] quia vox domini incarnati fuit non tantũ super Iudæos, sed super Gen- B tiles. Esa. 49. Dedi te in lucẽ Gentium &c. Vel [super aquas] baptismi: vnde ex tempore quo Christus baptizatus est, iste psalmus cantatur. [Vox domini in virtute] supra psalmus secundum mysticum intellectum tetigit mysterium conuersionis Iudæorũ & gentium. Hic autem ponit beneficium temporalium donorũ. Et circa hoc, tria facit. Primo, proponit spiritualia dona. Secundo, ponit vitiorum extirpationem quæ sequitur ex eis, ibi [Vox domini confringentis] Tertio, profectionem seu promotionem ad bona, ibi [Vox domini præparantis] In spiritualibus donis hæc est differentia: quia quibus dantur spiritualia dona, quibusdam dantur ad ea quæ conueniunt cõmuniter, & agenda sunt & sunt de necessitate salutis, quibusdam ad quædam ardua: sicut ad miracula facienda & huiusmodi. Quantum ad primum dicit [Vox domini in virtute] idest ex imperio domini datur virtus ad implendum præcepta. Quantũ ad secundum dicit [Vox domini in magnificentia] idest ex imperio domini datur virtus sanctis suis magna faciendi. Psal. 67. Super Israel magnificen- C tia eius. Glo. hæc, adaptat donis Spiritussancti. Et post scilicet conuersionem fidelium ad donum timoris, qui fit diuina virtute ad quam pertinet timores admittere. Magnificentia pertinet ad donum scientiæ: quia ad scientiam pertinet magna agere. Eccl. 25. Quàm magnus est qui inuenit sapientiam [Vox domini confringentis] Hic agit de exclusione vitiorum: & tangit, Primo, vitium superbiæ. Secundo, concupiscentiæ, ibi [Vox domini intercidentis flammam ignis. Tertio, vitium infidelitatis siue cõtemptus, ibi [Vox domini concutientis desertum. Ostendit ergo primo exclusionem superbiæ: vnde notandum est, quòd sicut abietes sunt magnæ, ita & cedri: & ideo per eas signatur superbia. Dicit ergo [*Vox domini confringentis cedros*] *idest virtus* imperii diuini super omnes superbos. Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua [& comminuet cedros Libani] idest vox domini super arrogantes & superbos comminuendo sua potentia: quia omnes reges per hoc conuersi sunt ad Christum: & finaliter super cedros Libani, quia maiores Iudæorum *conuersi sunt*, sicut D patet de Nichodemo. Ioan. 3. Item. [Et comminuet eos tamquam vitulum]

e ¶Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.

f ¶Vox domini intercedentis flãmam ignis, vox domini concutiẽtis desertum: & commouebit dominus desertum Cades. Vox do

e ¶Hic ponitur perfectio conuersionis. Mons Libani est valde pascuosus & sacerdotes propter copiam victimæ faciebant pascere, ibi boues: & ideo [comminuet eas tamquam vitulum Libani] idest humiliabit eos sicut vitulum Libani, vt scilicet seipsos in sacrificium offerant, sicut offertur vitulus qui nutritur in monte Libani. Et hoc patet, quia multi magni se martyrio exposuerunt pro Christo. Matth. vigesimosecundo. Thauri mei & altilia occisa sunt. [Et dilectus quemadmodum filius vnicornium] Hoc potest dupliciter legi. Primo, vt significet authoritatem comminutionis, quasi dicat. Dilectus faciet ea. Et secundum hoc dilectus ponitur singulariter quasi authoritatem habens. Hic est filius meus. Matth. tertio. Et hæc faciet [quemadmodum filius vnicornium] idest filius Iudæorum, quia per mysterium incarnationis hæc operabatur, & Iudæi vnicor- E nes dicuntur inquantum gloriantur in cultu unius dei. Vel vnicornis dicitur, quia secundum generationem æternam est sine matre, & secundum temporalem generationem fuit filius sine patre. Aliter [Dilectus &c.] idest Christus in exemplum huius comminutionis patietur, det exemplum aliis patiendi. primæ Petri secundo. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Et patietur nõ inquantum deus, sed inquantum filius vnicornium Iudæorum. Reuertamur ergo ad sensum literalem. [Vox domini intercidentis flammam]

f ¶Hic commemorat beneficiũ, quo liberati sunt a malo inflicto diuinitus. Num. 11. dicitur quòd ꝑꝑ murmur populi ignis inuasit partem castrorum: & ad leuationem manus Moysi ignis extinctus est. Et hoc est qđ dicit [Vox] .i. imperiũ [dñi intercidentis] idest

idest destruentis [Flammam ignis] Consequenter commemorat beneficia quæ promouet in bono. Et ponit tria. Primo, beneficia multiplicationis populi. Secundo, nutritionis parvulorum. Tertio, ducatus per desertum. Litera Hieronymi habet. [Vox domini parturientis desertum] Sic legitur in Iosue. Nullus eorũ q̃ exierunt de Aegypto & venerunt in desertum intrauerunt terram p̃ missionis, nisi Iosue & Caleph: vt patet. Numer. 14. Sed oẽs qui intrauerunt in eam nati sunt in deserto. Et ideo cõmemorat hoc beneficiũ quòd populus non est extinctus. Vnde dicit [Vox domini parturientis] idest parturire facientis, & specialiter desertum Cades: quia quantum ad intentionem Moysi fuit, quòd statim exeuntes de Aegypto intrarent terram promissionis & venirent in Cades. Vnde miserunt exploratores: & illi dissuaserunt, & timuerunt intrare: & propter illud peccatum omnes mortui sunt. Et quia ex illo dimiserunt intrare, ideo in hoc deserto omnes mortui sunt. Vel secundum literam nostram [vox domini concutientis desertum] idest commouentis ad generationem per desertum Cades. [Vox domini præparantis ceruos] Hieronymus habet. [Obstreticantis ceruos] Hebrgus habet[præparantis mulos]Cerui in desertis manant. Et quia filiii Israel quadraginta annis fuerunt in deserto, ideo dicuntur cerui. Psalm. 17. [Statuit pedes meos tamquàm cerborum] quia mulieres habuerunt opportunitatem parendi &, enutriendi [Et reuelabit condensa] vel saltus, quia ducatum ei præstitit per columnam ignis per noctem: & nubis per diem. Ps. 135. Transduxit populum suum per desertum. Mystice in hoc quod dicit. [Vox domini confrigentis] signat donum fortitudinis. Et ponit hic exclusionẽ peccati cõcupiscẽtiæ cum dicit [Vox domini intercidentis flammam ignis] scilicet concupiscentiæ. Sapien. 6. Concupiscentia sapientiæ deducet ad ignem per petuum. Et hæc nutrit alia malaide hac primæ Ioann. secundo. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum &c. Et hæc consumit. Iob. 31. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Basilius exponit sic [Vox domini intercidentis flammam ignis] quia in die iudicii virtute diuina ignis diuidetur, quia ardor sine luce erit in igne inuoluente reprobos. Ignis splendens sine ardore erit ad gloriam electorum. Et hoc quod hic dicit, pertinet ad donum consilii. [Vox domini concutientis desertum] Hic ponit exclusionem duplicis infidelitatis, scilicet Gentilium & Iudæorum. Quantum ad primum dicit. [Vox domini concutientis desertum] idest gentem ad fidem commouit conuertendo ad eam. Esai 54. Multi filii desertæ idest populi gentilis magis quàm eius quæ habet virum, idest synagogæ. Quantum ad secundum dicit [Desertum Cades] quod interpretatur sanctum legis: quia Iudæi sanctificati per legislatorem conuertentur in fine mundi. Esa. primo. Terra nostra deserta &c. Et hoc pertinet ad donum intellectus. Cõsequenter commemorat beneficium quod pertinet ad promotionem in bonis. Et primo, ponit collationem sapientiæ. Secundo, eius actum. Dicit ergo [Vox domini præparantis ceruos] idest sanctos & perfectos viros quia sicut cerui repellunt venenosa, ita sancti repellunt omne peccatum. Et sicut cerui per spinas incedunt sine læsione, ita sancti per vanitatem mundi sine delectatione. Genes. penul. Neptalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Et isti præparantur per deum, non per se: & ipse deus [reuelabit] eis [condensa] idest ea quæ aliis sunt abscondita. Matth. vndecimo. Reuelasti ea paruulis. Et hoc pertinet ad donum sapientiæ. Consequenter concludit gratiarum actionem pro prædictis beneficiis dicens. [In templo eius omnes dicent gloriam. Psalm. 148. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus &cet. Alia litera habet [Omnis dicet] vel loquetur gloriam] Verum est quòd quilibet habet dona communia: & etiam spiritualia. Et pro hoc speciali dono quilibet dicet gloriam. Eccles. vltimo. Danti mihi iustitiam, dabo gloriam [Dominus]

h ¶ Hic agit de beneficiis speratis. Et primo, commemorat potentiam benefactoris. Secundo, ponit sperata beneficia, ibi [Dominus virtutem populo suo dabit] In hebræo habetur. Dominus diluuio sedit] Et hoc habet planum sensum, quasi dicat. Verum est quia hoc fecit populo Israeli. Nunquid non eiusdem potestatis aliquando fuit? Immo a principio mundi

mini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

h ¶ Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in æternum. Dominus virtutem populo sua dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

F iudicia eius manifesta fuerunt. Et commemorat vnum manifestũ q̃ ex iudicio pro peccato hominum induxit diluuium. Et sedebit dominus rex in æternum] iudicans scilicet populos in æquitate. Hieronymus habet. [Dominus diluuium inhabitat] vel inhabitare facit. Diluuio inundante, terra euacuata est ab habitatoribus. Postea iterũ [inhabitare facit terram dissipatam tunc per multiplicationem hominum: mystice potest tripliciter legi. Vno modo, vt ly diluuiũ sit quasi accusatiuus appositus ad hoc infinitum [inhabitare:] quia in arca Noe soli illi habitauerunt diluuium: & sic per archã Noe signatur ecclesia, & sancti qui sunt in ea securi habitant diluuium tribulationum. Alio modo, econuerso, quasi diluuium inhabitat in templo suo. Diluuium est mundum: & carnales homines mundi. Nahũ primo. In diluuio prætereunte consumationem faciet. Hoc ergo diluculo faciet inhabitare in templo suo quando conuertentur, [& sedebit rex in æternum] vt supra expositum est. Alio modo diluuium inhabitat, idest aquas baptismales, quas ipse inhabitat per effectum gratiæ. Consequenter commemorat beneficia sperata: & primo, pertinentia ad progressum. Secundo, ad finem. Quantum ad primum dicit [Dominus virtutem populo suo dabit] per quam possint proficere. Esa. quadragesimo. Qui dat lapso virtutem, & his qui non fuit fortitudinem &cæt.

H Quantum ad secundum dicit [Dominus benedicet populo suo in pace. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.

PSAL. CANTICI IN DEDICATIONE DOMVS XXIX.

Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

G

IN præcedenti psalmo hortatus est prophæta alios ad gratiarum actiones. Hic autem ipse gratias agit. Titulus [psalmus cantici in dedicatione domus Dauid] sicut supra dictum est, psalmus cantici dicuntur, quando prius cantabatur, & post sequebatur psalmus, quasi prius sequens canticum. Sed legimus quòd Dauid domum Deo non dedicauit, quia prohibitus fuit per Nathan a domino secundi Regum septimo. Sed hic non dicitur domus domini, sed Dauid. Legitur secundi Regum, quinto, quòd post mortem Saulis cepit Hierusalem, & ibi fecit domum suam. Et consuetum est, quòd quando quis intrat domum, facit solennitatem. Et posset dici quòd tunc iste psalmus cantatus fuit ad ipso Dauid quando primo, intrauit domum illam nouam vt inhabitaret ibi. Tamen melius intelligitur quòd conferatur ad mysterium domus Dauid idest Christi, qui est ecclesiæ caput & corpus. Et hæc eadem dicitur tabernaculum. Supra dictũ est [pro consumatione tabernaculi] hic autem [in dedicatione domus] Tabernaculum est militantium: & sic præsens ecclesia dicitur tabernaculum. Apocal. vigesimo primo. Ecce tabernaculum dei cum hominibus &c. Domus est quiescentium, sic ecclesia expectat quietem patriæ. Psalm. 121. In domum domini ibimus. Vtraque hæc habet constructionem quæ fuit in ordinatione suæ incarnationis: & dedicationem, quę fuit in resurrectione, quando corpus Christi induxum est gloria immortalitatis. Super corpus Christi continue construitur: & per conuersionem fidelium dedicatur, quando erit in gloria. Psalmus iste diuiditur in duas partes. In prima, in generali commemorat beneficia pro quibus gratias agit. Secundo, in speciali, ibi [Ego autem dixi] Circa primum, duo facit. Primo, agit gratias de propriis beneficiis. Secundo, inuitat alios ad gratias agendas de communibus, ibi [Psallite domino sancti eius.] Circa primum tria, facit. Primo, ponit gratiarum actionem, Secundo, commemorat beneficia, ibi [Quoniam suscepisti me. Tertio, exponit, ibi. [Domine deus] Dicit ergo [Domine exaltabo te] non faciendo te altiorem, sed confitendo & laudando tuam altitudinem. Eccle. 43. Benedicentes dominum exaltate illum, quantum potestis. Et assignat duo beneficia, quare exaltat: vnum ex parte dei, & aliud ex parte inimicorum, & secundum est effectus primi. Ex parte dei, quia [suscepisti me] in tuam protectionem, quando elegit eum &c. protexit vt habetur. 1. Reg. 16. usque in finem. Vel deus suscipit iustos quando vnit sibi, qui per vnionem charitatis adhærent

I

K

rent sibi. Sed Christus hominem vniuit sibi suscipiendo in vnitatem perfectam. Ps. 39 Tu autẽ dñe suscceptor meus es &c. Ex parte inimicorum: quia [non delectasti] Hoc enim non est odio sum valde quòd inimici gaudeant de eo, quia non gaudent nisi de malo suo, & nullus optat malum nisi sibi exoso. Ecclesiastici decimo octauo. Si præstes concupiscentias eius animæ tuæ, faciet te in gaudium inimicis tuis. Sed certum est quòd Dauid non venit in gaudium inimicis: quia Saul non est assecutus ppositũ suũ de eo. De Christo autẽ nõ vẽ. Matth. vigesimoseptimo. Insultabant enim ei iã crucifixo. Vah qui destruis templum dei &cæt. Item, etiam viris iniustis mali insultant: & lætantur super eos. Iob. trigesimo Derident me iuniores tempore, nunc in eorumcãticum versus sum, & factus sum in prouerbium eis. Sed dicendum, quòd si ad horam Iudæi de Christo gauisi sunt, non tamen finaliter: quia Christo resurgente nomen eius magis inualuit. Mich. septimo. Ne lætaris inimica mea: quia cecidi &c. Deinde cum dicit. [Domine deus meus]

b ¶ Ostendit quomodo liberatus sit. Et primo a malis interioribus. Secundo, ab exterioribus, ibi [Domine eduxisti] Malum interius est infirmitas, vel corporalis, vel spiritualis. Hæc duo potuerunt esse in Dauid & in nobis, sed in Christo non nisi corporalis propter passibilitatem: & ideo dicit [clamaui] scilicet Dauid Psal. 109. Ad dominum cum tribularer clamaui. Item Christus clamauit: & fi inquantum deus sit exauditor. Hebræorum, 5. Cum clamore valido & lacrhymis &c. Sequitur [& sanasti me] Dixit quia ab vtraque infirmitate, Christum vero sanauit a corporali solum passibilitate. Consequenter dicit se esse liberatum ad exterioribus malis [Domine eduxisti] Et primo, ab imminentibus. Secundo, ab illis a quibus est præseruatus, ibi [saluasti] Dicit ergo domine eduxisti &c] hoc ad literam nõ potest intelligi de Dauid: quia non erat erutus de inferno quando hunc psalmum fecit. Potest tamen intelligi de eo secundum metaphoram, quasi liberatus sit a mortali periculo. Sed ad literam intelligitur de Christo, cuius anima educta est de inferno a deo. Psal. 15. Ne derelinquas animam meam in inferno. Item, conuenit illis, qui per Christum resuscitati sunt. Zach. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui, eduxisti victos de lacu in quo non erat aqua. Secundo, dicit se præseruatum a mortali periculo cum subdit [saluasti me a descendentibus in lacum] Ad literam lacus accipitur pro concauitate. Mos enim fuit antiquitus quòd sepeliebantur in profundis concauitatibus [saluasti me] [a descendentibus in lacum] quasi dicat. Liberasti me a periculis mortis. Sed de Christo exponit optime, quia per lacum intelligitur damnatio æterna: quia licet Christus descenderit in infernum, non tamen illuc descendit tamq̃ ad damnationẽ, sed vt liberaret eos qui erãt in lacũ, q. d. dedisti mihi ut non assimilarer descendentibus in lacum. Psalmus 75. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vel [in lacum] idest in peccatum, immunis enim fuit a peccato. Deinde cum dicit. [Psallite domino sancti eius &c.]

c ¶ Inducit alios, Primo, ad gratiarum actionem. Secundo, commemorat beneficia, ibi. [Quoniam ira in indignatione eius] vbi duo facit: quia Primo, ostendit qui sunt qui gratias deo debent. Secundo, de quo, ibi. [Confitemini] Dicit ergo [Psallite] Ecce qualiter psalmus cantici. [Psallite] inquam vos sancti: quia. Eccle. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Apocal. 19. Laudem dicite deo nostro omnes sancti eius. Sed de quo? [confitemini] gratias agendo [memoriæ sanctitatis eius] Vno modo [memoriæ] potest intelligi, quia deus memor est nostri. Hierem. 2. Recordatus sum tui &c. Et dicit [sanctitatis eius] Et dupliciter potest intelligi: vel quia hæc memoria prouenit ex sanctitate, idest ex misericordia & bonitate sua. Leuit. 11. Sancti estote, quia ego sanctus sum: vel quia memor est nostri vt sanctificet nos. Leuit. 11. Ego dominus qui sanctifico vos. Alio modo [memoriæ] scilicet nostræ, quia nos recordamur sanctitatis dei, quasi dicat. Confitemini commemorando sanctitatem eius. Esa. 63. Miserationum domini recordabos. Secundo, cum dicit [Quoniam ira]

d ¶ Commemorat beneficia omnibus exhibita. Vbi duo facit. Primo, proponit hæc beneficia, quæ spectant ad dei clementiam. Secundo, clementiæ eius ostendit signum, ibi. Ad vesperum] Dicit ergo. [Quoniam ira &c.] Misericordia dei non est sine iustitia: ideo ponit Primo, iustitiam. Secundo, misericordiam. Iustitiam, cumdicit. [Quoniam ira] hic ira accipitur per effectum iræ, idest pro vindicta, indignatio vero non pro commotione iræ in deo, sed pro iustitia dei, secundum quam detestatur impium: quia Sapient. 14. Similiter odio sunt deo ipius & ipietas eius, quasi dicat. [in indignatione eius] idest dei iustitia iudicante peccata in ira, idest vindicta. Hieronymus planius [Quoniam ad momentum est ira eius] quasi dicat: si aliquando irascatur suis hoc est ad correctionem breui tempore. Esai. 54. In momento indignationis abscondi &cæte. Ezechielis, 18. Nolo mortem peccatoris morientis. Hieronymus. [Vita in propitiatione eius, quasi dicat. Punit ad momentum, & post re propitiatur & reddit vitã. Iob. 5. Percutit & manus eius medet. Ostendit autem clementiæ & misericordiæ eius signum ẽm literam, cũ subdit [Ad vesperum demorabitur] quasi dicat in brevi tempore dominus a tristitia ducit ad consolationẽ: quia si aliquis tristis sit vespere, mane erit lætus. Triplex autem ratio assignari potest, quare vesperi tristitia insit & mane lætitia. Vna est exteriori dispositione: quia vespere principium est tenebrarum, quæ contristant, mane vero lucis quæ lætificat: vnde cæci vt lætentur cantant. Tobiæ quinto. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Secundo, ex interiori, mane est hora sanguinis: quia homo disponitur ad gaudium. Vespere est hora melancoliæ, qua homo disponitur ad tristitiam. Tertio, ex natura somni. Somnus enim est quies animalium: vnde tristitia per somnum quietatur. Mystice litera est plana: quia [Ad vesperum] dominicæ sepulturæ fuit tristitia, quia adhuc fideles flebant mortem Christi. Sed [ad matutinum] propter nuncium resurrectionis [lætitia] Si ad totum genus humanum referatur, sic [ad vesperum] idest peccatum primi parentis [tristitia] quia vt habetur. Gen. 3. Post meridiem vergente iam sole ad occasum peccauit Adam. Et iste fletus non potest dici breuis, quia etiam post reparationem gratiæ manent reliquiæ eius. Sed in matutino idest in Christo lætitia. Vel vespere quando lux spiritualis incipit in homine deficere, & tunc in eo est fletus: sed quando relucet in eo tunc est gaudium. Psal. 5. Mane astabo tibi & videbo [Ego autem dixi [in abundantia]

q ¶ Supra gratias egit de beneficiis diuinis: hic autem prosequitur totum ordinem quõ hoc sit adeptus. Vbi tria facit. Primo, ponit processum suæ directionis. Secundo, suum recursum ad orationem. [Ad te domine clamabo] Tertio, ostendit orationis exauditionem, ibi [Audiuit dñs] ẽm glo. prima intelliguntur de Christo & de quolibet homine. Et primo exponamus quomodo intelliguntur de quolibet homine. Eccl. decimo. Initium omnis peccati superbia. Et ideo in processu directionis Primo, ponitur præsumptio de se confidentium. Secundo, falsitas præsumptionis, ibi [Domine in voluntate] Tertio, præsumptionis pœna, ibi. [Auertisti faciem tuam a me] Dicit ergo [Ego dixi] idest corde præsumpsi [in abundantia] corporalis prosperitatis [non mouebor] idest non deficiam. Apocalyp. decimooctauo Sedebo regina &c. Eccle. vndecimo. In die bonorum ne immemor sis &c. Vel [in abundantia] [spiritualium bonorum sicut Adam erat in paradiso, Ezech. vigesimo octauo. Plenus sapientia, perfectus decore in delitiis. Et in hac abundantia dicunt. [Non mouebor] Contra quod dicitur. primæ Corinth. decimo. Qui se existimat stare videat ne cadat. Falsitatem præsumptionis ostendit cum dicit [Domine in voluntate tua &cæ.] Decor hominis temporaliter est prosperitas temporalis: & ideo comparatur flori. Esa. 40. Omnis caro fœnum. Hic autem decor de sui natura non habet virtutem per mensuram sicut habetur Iac. primo. Sicut flos fœni pertransibit. Exortus enim est sol cũ ardore & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues &c. Sed vnde habet virtutem & firmitatẽ & cõstantiã? Certe [ex volũtate dei] Et iõ dixi, sed præsumptuose, quia [nõ mouebor] Sed nõ est ita, immo quamdiu tibi placuit [præstitisti decori meo virtutem] Bene in perpetuum, quia hæc sanctisi in patria sunt æterna: hic autem ad velle suum. Item, decor potest accipi pro virtute spirituali. Prouer. vltimo. Fortitudo & decor &cæt. Hic etiam ex sui natura non est fortis:

A

B

C

D

E

quia habemus hunc decorem in vasis fictilibus 2. Corinthio. 4. Lucæ vltim. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Et ideo dicit [præstitisti decori meo virtutem]sed in voluntate mea Romanorum. 9. Cuius vult miseretur. Et hoc probat per effectum: quia quando[auertisti faciem tuam] perii.

f ¶ Ad te domine clamabo: & ad deum meum deprecabor.
g ¶Quæ vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem. Numquid cōfitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam?
h ¶Audiuit dominus, & misertus est mei: dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctū meū in gaudium mihi: concidisti saccū meū, & circūdedisti me lætitia.
i ¶Vt cantet tibi gloria mea & nō compungar: domine deus meus in æternum confitebor tibi.

Dicitur autem deus auertere faciem suā ab homine, vt eū non videat, vel vt non videatur ab eo. Videt autem omnes simplici visiōe & notitia: sed quosdā visione misericordiæ. Psal. 70. Respice in me & miserere mei. [Auertisti] ergo faciem tuam a me ne mei miserearis. Et statim[factus sum cō turbatus] Vel spiritualiter incidendo in peccatum, vel temporaliter in aduersitatem. Vel [auertisti faciem tuam ne] videaris [a me] Et hoc videtur sonare litera Hieronym. In aduersis quibuscumque fortitudo hominis est habere oculos ad deum. Psalm. 77. Memor fui dei, & delectatus sum. Auertisti ergo ne viderem [Et factus sum conturbatus] Sed si exponatur de Christo tunc in hoc. [Ego dixi] non quidem præsumptuose, sed scientiæ certitudine [in abundantia mea] idest virtutum & gratiarum. Ioann. 1. Vidimus gloriam eius gloriā quasi vnigeniti a patre [non mouebor] a voluntate dei. Ioan. 8. Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hoc, quia [præstitisti decori meo virtutem] scilicet faciendi miracula & resistendi aduersariis. Romanorum. 1. Prædestinatus est filius dei in virtute. Et hoc patet: quia quando [auertisti faciem tuam a me] in passione. Psalm. 21. Deus deus meus quare me dereliquisti [factus sum conturbatus] non in ratione, sed in sensualitate. Io. 12. Nunc anima mea turbata est [Ad te]

f ¶Consequenter recurrit ad orationem cum dicit [Ad te domine clamabo &c. Et primo, ponit rationem, Secundo, assignat rationem, ibi [Quæ vtilitas] Tertio, ostendit orationis exauditionem, ibi [Audiuit dominus] Circa primum, duo facit. Quia primo, orat pro amotione mali. Secundo, pro assecutione boni, ibi [& ad deum meum deprecabor] dicit ergo [Ad te domine clamabo] vt clamor intelligatur oratio quasi ad remotionem mali, in Christo passionis, in peccatore peccati, in homine aduersitatis [& ad deum meum deprecabor] Deprecatio est propter bonum dandum Christo, s. gloriā, peccatori gratiam, homini afflicto prosperitatem. Vel clamor referatur ad afflictionem cordis, deprecatio ad assiduitatem orationis. Iac. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua. Deinde cum dicit [Quæ vtilitas in sanguine]

g ¶Dupliciter assignat. Et primo, in vniuersali. Secundo, in speciali, ibi [Numquid confitebitur] Dicit ergo [Quæ vtilitas] si de Christo exponatur, in sanguine Christi maxima fuit vtilitas. Mat. 26. Pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sed si cito resuscitatus non fuisset, sed eius resurrectio fuisset dilata vsque ad finem mundi, nulla vtilitas fuisset in eo, vel & si corpus eius fuisset totaliter putrefactum. Sed numquid suffecit passio ad salutem ? Sic. Sed si hoc non fuisset, scilicet, quòd non surrexisset, & cito, non fuisset credita eius diuinitas: & sic homines non fuissent vtilitatem consecuti. In speciali ostēdit, dicens [Numquid confitebitur tibi] dupliciter dicitur puluis. Vno modo, puluis peccatorum intelligitur. Psalm. 1. Tamquàm puluis quem proiicit ventus a facie terræ: per mortē Christi peccatores, qui puluis sunt ad duo bona post resurrectionem peruenerunt, vt scilicet confiterentur peccata sua. Act. 2. His auditis compuncti sunt corde &c. Et ideo dicit [Numquid confitebitur tibi puluis] scilicet peccator: si descendam in corruptionem putrefactionis, quasi dicat? Non. Aliud bonum est cōfessio veritatis fidei. Vnde [aut annunciabit veritatem tuam] Vel numquid puluis resolutus ex corpore, modo erit materia, vt per apostolos confiteantur tibi populi veritatem, vel ipsi apostoli veritatem tuam ? Si exponatur de homine, tunc sic [Numquid confitebitur] idest si moriar non potero te laudare. Tertio, cum dicit. [Audiuit dominus]

h ¶Ostendit orationis exauditionem. Et primo, ponitur exauditio. Secundo, exauditionis modus, ibi [& misertus] Tertio, fructus [vt cantet] Dicit ergo [Audiuit dominus &c.] Dixerat supra [clamabo] Hic autem dicit se exauditum [Audiuit enim dominus] quia exaudiuit. Esa. penultim. Eritque antequàm clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Ioan.

F 11. Pater gratias ago tibi, quoniam exaudisti me: ego autem sciebam, quia tu semper me audis. Deinde ponitur modus [& misertus est mei] Et primo, ipsum modum ostendit. Secundo, exponit, ibi [Conuertisti &c.] Dicit glos. [clamabo] cōtra mala [& deprecabor] pro bonis & in vtroque sum exauditus. Quia quantum ad primū [misertus est mei] remouendo omne malū pœnalitatis. Quantum ad secundum. [Dominus factꝰ ē mihi adiutor] Et quòd consecutus sum gloriam immortalitatis. Psal. 39. Adiutor meus & protector meus: & in ipso sperauit cor meū & adiutus sum Et floruit caro mea.

IN FINEM PRO EXTAS'

a PSAL. DAVID. XXX.

G IN te domine speraui nō confundar in æternum.

Exponit modum, cum dicit [Conuertisti] Secundum, qꝫ loquitur de Christo, duo dicit. Primo enim ostenditur commutatio de malis ad bonum, quantum ad interiora. Secundo, quantum ad exteriora, ibi. [Concidisti] Christus planctum habuit in tempore passionis in se: quia Tristis est anima mea &c. Math. 26. Et in suis. Ioannis. 16. Quia plorabitis & flebitis &cæt. Hunc planctum conuertisti ait in gaudium resurrectionis. Quantum ad se. Psalm. 20. Domine in virtute tua lætabitur rex, scilicet Christus. Quantum ad suos: quia Gauisi sunt discipuli viso domino. Ioan. 20. Secundo, ostenditur commutatio facta de malis ad bona, quantum ad exteriora: H quia [concidisti] Saccus est pannus austerus, & imponitur renibus tempore tristitiæ: & fit de pilis caprarum. Sic factus est caro Christi, s̄m quòd habet similitudinem carnis peccati. Capræ enim & hædi peccatores significant: quia pro peccatis offerebantur, vt habetur in glos. [concidisti saccum meum] idest scindi permisisti clauis & lancea, & restituisti mihi immortalitatem: & ideo dicit [circundedisti] Vel de quolibet iusto potest intelligi planctum commutatum in gaudium. Ioannis, 16. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Tob. 3. Post lamentationem & fletum exultationem infundis. Deinde cùm dicit [Vt]

i ¶Ponitur fructus exauditionis. Fructus autem est gloria dei: & quòd cedat ad gloriam dei, dupliciter potest intelligi, vel de gloria resurrectionis Christi, vel de gloria sanctorum: vnde dicit [gloria mea], mihi data in resurrectione, vel danda sanctis in patria [Cantet tibi] idest sit tibi mea laus. Ioan. 17. Vt filius tuus I clarificet te: & hoc sit in perpetuum: vnde dicit [Domine deus meus in æternum confitebor tibi. Psalm. 83. Beati qui habitāt in domo tua: in sæcula sæcclorum laudabunt te.

a PSAL. XXX.

SVPRA enarrauit propheta tribulationes, beneficia dei, orationem suam, fiduciam, & gratiarum actionem: hic autem exponit totum ordinem suæ liberationis. Titulus [In finem, psalmus Dauid pro extasi] Hieronymus non habet pro extasi nec hebræi: & forte septuaginta addiderunt, propter hoc quod dicitur infra. [In excessu] Extasis enim græce latine dicitur excessus: qui est mentis, quoniam scilicet homo ponitur extra se. Et hoc dupliciter contingit: vel quia a superioribus allicitur, vel quia ab inferioribus depellitur. Animus ergo hominis si fe- K ratur extra se, dicitur vel allectus a supernis per contemplationem & amorem: quia diuinus amor vt dicit Dionysius quarto cap. de di. nom. extasim facit, quia facit eum viuere non sua sed dei vita. Galat. 2. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus: vel impugnatus, vel territus ab inferiori: vnde quando timet fit extra se. Act. 3. Repleti sunt stupore & extasi. Et sicut vult glos. hoc modo hic accipitur extasis. Agitur enim hic de tribulatione Christi in passione: vnde Christus in cruce pendens ait. In manus tuas &c. Lucæ. 23. Et de tribulationibus ecclesiæ: & hoc sub figura eorum quæ contigerunt Dauid: vel intelligunt verba psalmi huius quasi ab vna persona prolata: qa caput corpus & membra, sunt vna persona: vnde Christus loquitur pro se & pro corpore suo. Esa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis: quia Christus & ecclesia sunt vna persona. Psalmus iste diuiditur in duas partes: quia, Primo, præmittit orationem. Secundo, ponit exauditionem, ibi. [Quàm magna multitudo dulcedinis] Sed quia orō nititur spei. Primo, pmittit spem & orōnē. Scđo assignat vtriusq; rōnem, s. quare speret & oret tibi [Qm̄ fortitudo] Circa

Circa primum, duo facit. Primo enim præmittit spem. Secundo, subiungit rationem, ibi [In iustitia tua libera me] Circa spē, duo facit. Primo, ponit spei rectitudinem. Secundo, certitudinem siue firmitatem, ibi [non confundar in æternum] Dicit ergo [In te domine speraui] Hier. 17. dicitur. Maledictus homo qui confidit in homine &c. Et ideo nō pōt spes esse recta in homine, sed in deo. Eccl. 2. Qui timetis dominum, sperate in illum &c. Et dicitur hoc ex persona Christi & ecclesiæ.

b ¶In iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Esto mihi in deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias.
c ¶Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu, & propter nomen tuū deduces me, & enutries me. Educes me de laqueo hoc, quē absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

¶ Sed contra. Spes non habet locum in comprehēsore: Christus autem fuit comprehensor. ergo non habuit spem, nec fidem, sed visionem.

¶Respondeo. Sperare dr̄ a spe. Spes aūt dr̄ dupliciter. Qnq; .n. dicit virtutē, qnque vero obiectū eius quod est vnū sub duplici rōne: quia respicit deum vt beatitudinem æternā, & vt beatitudinis datorem: hāc non habuit Christus, quia obiectum eius est bonum futurum non habitum. Tamen aliqua alia expectanda erant Christo per auxilium dei, sicut gloria immortalitatis, conuersio hominum & huiusmodi. Et quantum ad hoc sperabat, licet virtus spei non fuerit ei necessaria. Secundo, ponit firmitatē quia [non confundar in æternum] quia innititur deo qui est incommutabilis, sed qui sperat in homine qui deficit, confunditur aliquando. Deinde cum dicit [In iustitia]

b ¶ Subiungit orationem: vbi tria facit. Primo, assignat causam quare petit liberari. Secundo, petit celeritatem liberationis, ibi [Inclina] Tertio, ponit modum [Esto mihi] Dicit ergo. O domine spero, & ideo peto liberari. Sed qua causa? non propter iustitiam meam, sed [in tua iustitia] quia iustus es. Dan. 9. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Vel [in iustitia tua] quā mihi dedisti, non mea. Rom. 10. dicitur. Ignorantes dei iustitiam &c. Item peto velociter liberari, quia non possum pati afflictionem. Dilatio potest contingere dupliciter. Vna ratio potest esse, quia liberator est longe. Alia vero, quia piger [Deus videtur longe esse a nobis: vnde quidam dixerunt, quia non habet prouidentiā de nobis. Iob. 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. Et ideo peto, vt tu deus qui in altis habitas, nec ego possum ad te accedere [Inclina aurem tuam] Auris dei est voluntas exaudiendi. Et dicitur deus nobis appropinquare, quādo condescendit nostris infirmitatibus & miseriis, & ideo ait [Inclina] idest condescende ex bonitate: & hoc cito. Et ideo [accelera vt eruas me] Esa. 8. Voca nomen eius accelera: qa non tardat in necessitate Modus est duplex liberandi, vt scilicet quòd non lædatur in malis existens, vel quòd mala fugiat. Quātum ad primum dicit [Esto mihi in deum protectorem] vt mala non me lædant. Esa. 49. In pharetra sua abscondit me. Quantum ad secundum dicit [& in domum refugii] & hoc est nomen domini. Prou. 18 Turris fortissima nomen domini. Et ideo hic ait [vt saluum me facias] Deinde cum dicit [Quoniam]

c ¶Ostendit quid mouet eum. Et primo, ad sperandum. Secūdo, ad orandum, ibi [Miserere mei domine, quoniam tribulor] Circa primum, duo facit: quia primo, mouetur ad sperandum ex consideratione diuinæ conditionis. Secundo experimento beneficiorum, ibi [Ego autem in domino speraui] Hæc enim duo dant fiduciam. Conditionē autem dei ostendit dupliciter. Primo, per comparationem ad nos. Secundo, per comparationem ad aduesarios, quia erant & aduersarii, & hostes, ibi [odisti obseruantes] Circa primum, tria facit. Primo enim ponit habitudinem dei ad nos. Secundo, quid ex hoc speret, ibi [Et propter nomen tuum. Tertio, in spē erectus prorumpit in orationem, ibi [In manus tuas] Sciendum est autem, quòd deus habet habitudinem ad nos, quia est fortitudo nostra ad complendum omnia bona quæ per eum facimus. Exod. 15. Fortitudo mea & laus dominus &c. Item, quia refugium nostrum ad vitandum mala. Psal. 103. Petra scilicet deus refugium herinaciis. Et ideo ait. Spero de te propter ista duo. Et quid speret ostendit ex persona viatoris, qui semper indiget ductore, procuratore, & defensore. Primum, pertinet ad viam, Secundum, ad vitam, Tertium, ad salutem. Et ideo quantum ad primum dicit [Deduces] scilicet per viam salutis. Quantum ad secundum [& enutries] nutrimento virtutum, & etiam corporali. Psal. 22. Dominus regit me & nihil mihi deerit. Quantum ad tertium [educes me de laqueo] idest de fraudulenti insidia, quam mihi præparaue-

A runt. Prouerb. 1. Veni nobiscum insidiemur &c. Psalm. 123 Laqueus contritus est. Et ratio est [quia tu es protector meus] quasi dicat. Ideo spero, quia ista facies mihi, quia tu es &c. [In manus]

d ¶Prorumpit tertio in subitam orationem. Et circa hoc duo facit.

d ¶In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me domine deus veritatis. Odisti obseruantes vanitates, superuacue.
e ¶Ego aūt in dn̄o speraui: exultabor, & lætabor in misericordia tua.
f ¶Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitati- B bus animam meā. Nec conclusisti me in manibus inimici: & statuisti in loco spatioso pedes meos.

Primo, recōmendat se domino. Secūdo, commemorat diuinum beneficium, vel habitū, vel mox secutum, ibi [redemisti &c.] Dicit ergo, quantum ad primū. [In manus &c.] Qd carius est in homine spiritus est: & qui timet in via, quod carius habet commēdat ductori. Et ideo in vita ista periculosa, spiritum meum commendo tibi deo. Hoc fecit Christus in nostrum exemplum. Vnde in cruce dixit. In manus tuas &c. 2. Tim. 1. Scio cui credidi &c. Ex persona ecclesiæ intelligitur, quasi dicat ecclesia capiti Christo. Tu dicis [In manus tuas cōmendo spiritū meū &c.] & ex hoc sequitur scilicet ex cruce redemptio nostra. Dicit autem [Deus veritatis] quia impleuit quod promisit. Per comparationem autem ad aduersarios, dicit [Odisti] quasi dicat: sic te habes ad me. Sed quomodo ad aduersarios? quia odis eos & merito, quia [obseruant vanitates &c.] Illi s. qui in rebus mūdi spē habent & figunt. Et hoc [superuacue] quia deficiunt. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia &c. Item vanitates, auguria, vel C somnia, vel pacta dæmonum, & tales odiuntur a deo, quia sacrilegi & idolatrę. Psalm. 39. Beatus vir cuius est nomen domini &c. [Ego autem]

e ¶Supra rationem suæ spei assignauit ex diuina conditione: hic autem assignat eam experimento diuinorum beneficiorum. Circa quod duo facit: quia Primo, proponit spem. Secundo, eius effectum, ibi [Exultabo] Dicit ergo. Deus odit malos [ego autem] qui non obseruo vanitates [speraui in solo deo] non in deo diuitiarum. 1. Tim. 6. Effectus spei est spiritualis lætitia. Ro. 12. Spe gaudentes. Et ponit modum lætitiæ: quia [exultabo & lætabor] Est autem exultatio, gaudium per signa exteriora extra exiliens. Lætitia vero dicit interiorem dilatationem cordis. Exultatio ergo dicit magnitudinem gaudii: lætitia moderationem. Et præmittit exultationem, qua homines inflammanti amore dei in principio plus gaudent, & post moderate [Lætabor] non in iustitia mea, sed tua[Quoniam]

f ¶Hic commemorat beneficium liberationis. Primo, liberationem. Secundo, liberationis modum, ibi [Nec conclusisti] D A duobus dicit se liberatum: ab abiectione, & a tribulatione. Primum opponitur honori. Secundum prosperitati. Quantum ad primum dicit[humilitatem] idest abiectionem, quasi dicat. Licet tu altus sis in cælis, tamē[respexisti] hic abiectum, vel [humilitatē] cordis. Luc. 1. Respexisti humilitatē ancillæ tuæ. Quātū ad secundū dicit [de necessitatibus]. i. tribulationibus [aīam] nō corpus, quia s̄m corpus qn̄q; succumbunt, sed aīa liberatur. Psa. 24. De necessitatibus meis libera me dn̄e. Vel necessitates dicit passibilitates præsentis vitæ, scilicet mortis, famis, penuriæ, indigentiæ. Ro. 12. Necessitatibus sanctorum cōicantes. Modus liberationis ostendit. Primo, quantum ad euasionem mali. Secundo, quantum ad conseruationem in bono, ibi: quia [statuisti] Dicit ergo quantum ad primum [Nec conclusisti] Illud concluditur cuius nihil est extra. Deus permittit aliquem tentari ab hominibus, sed non concludit eum in manibus eorum: quia reseruat aliquid ad quod hostis nō potest sicut in Iob 1. qui primo, sic conclusit super substantiam quòd corpus non tange- E ret: deinde sic super corpus, quòd non tangeret animam: vnde dicit. Veruntamen animam illius serua. Sed impii concluduntur [in manibus inimici]

¶ Sed contra. Iob. 16. Conclusit me apud iniquum &c.

¶Respondeo. Verum est secundum intentionem inimici credentis se præualere, sed non est verum simpliciter. Quantum ad secūdū ait [statuisti &c.] idest in loco libero & amplo [pedes idest affectus, quia ex nulla parte impeditur quin bene faciat. Prouerbiorum quarto. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Vel iste locus spatiosus est vita æterna. Baruch tertio. O Israel quàm magna est, domus dei, &c. vbi statuerunt pedes nostri. Psalm. 121. Stantes erant pedes nostri &c. Deinde cum dicit. [Miserere mei domine, quoniam tribulor &c.]

g ¶Rationem orationis assignat dupliciter. Primo, in generali præmittit orationem & eius causam. Secundo, prosequitur vtrũque in speciali, ibi [Conturbatus est] Circa primum, duo facit. Primo, ponit petitionem in generali. Secundo causam petitionis, ibi [Miserere] Iudith. 8. Indulgentiam eius cum lachrymis postulemus. Et quare? [quoniam tribulor] Psal. 118. Multi qui persequuntur me & tribulant me.
¶ Sed contra supra dicit. Saluasti de necessitatibus animam meam.
¶ Respondeo Dicendum, quòd loquitur secundum diuersa membra, vel secũdum diuersa tempora. Sequitur [conturbatus est] Vbi exponit in speciali, Primo, tribulationem. Secundo, orationem, ibi [ego autem in te speraui] Circa primum, duo facit: quia primo, quantum ad id quod est interius. Secundo, q̃tũ ad id quod est exterius, ibi [Q̃m defecit] Quantũ ad primũ, tria ponũtur, s. oculus, aĩa, & venter: per quæ, rõ, voluntas, & sensualitas, designantur: quando, s. hoĩe in tribulatone posito omnia ista commouentur. Et ideo dicit [oculus] interior. Eph. 1. Illuminatos oculos cordis vestri [in ira] inimicorum persequentium, vel dei punientis. Psal. 4. Conturbatus est a furore oculus meus. Vel [in ira] quia irascor contra malos. Hæc enim non excæcat oculũ rationis sicut facit ira per vitium, sed conturbat & obnubilat: quia non ita limpide videt. [anima mea] quantum ad voluntatem: quia proprium est volũtatis mouere corpus, & voluntas mouet oĩa quæ in nobis sunt Psal. 6. Anima mea turbata est [venter meus] .i. infirmus: & signat sensualitatem. Hier. 4. Ventrem meum doleo. Vel [anima mea] refertur ad sensualitatem, venter autem ad corpus, quasi dicat. Sensualitas turbata est & corpus. Vel refertur ad diuersa membra ecclesiæ. Nam [oculus] doctores [anima] prælati [vẽter] alii sunt. Deinde cum dicit [Quoniam &c.]

h ¶ Exponit tribulationem quantum ad exteriora. Tribulatio nãque expellitur bonis præsentis vitæ. Quæ tria sunt, scilicet delitiæ carnis, diuitiæ, & honores 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo &c. Contra primum, ponit dolorem: contra secundum, paupertatem: & contra tertium, opprobria. Secundum est, ibi [infirmata] tertium vero, ibi [super omnes inimicos] Circa primum, duo facit. Primo enim ponit dolorem. Secundo, I eius signum, ibi [timor notis] Dicit ergo [tribulor] interius. & hæc tribulatio venit ex interiori [Quoniam defecit in dolore vita mea] Vita continuo procedit ad defectum. Sap. 5. Continuo desinimus esse. Potest ergo qui tristatur dicere [Vita mea defecit in dolore] Eccl. 38. A tristitia enim festinat mors, vel vita spiritualis. Rom. 1. Iustus meus ex fide viuit. Vel potest intelligi de vita, qua quis gaudet de bono aliorum 2. Cor. 17. Nunc gaudeo non quia tristes estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Et dolor causat in eis defectum. vnde [& anni mei] idest duratio vitæ meæ [in gemitibus] qui sunt signum doloris. De secundo, dicit [infirmata &c.] Diuitiæ confirmant homines. Eccl. 7. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia. Et ideo paupertas refertur ad infirmitatem exteriorem. Sicut autem paupertas tpalis facit ĩfirmitatẽ exteriorẽ, ita paupertas spũalis, spiritualem [virtus] .i. fortitudo corporalis q̃ est in neruis & ossibus, & iõ subdit [ossa mea] q.d. Oĩa in quibus fundabatur fortitudo eius erãt debilitata. Psa. 21. Dinumerauerũt oĩa ossa mea [Super]

i ¶Propheta assignans suam exteriorem tribulationem proposuit dolores contra delitias, paupertatem contra diuitias. Hic autem opprobria, contra honores mundi. Circa quod, tria facit. Primo, proponit confusionem quam patitur. Secundo, inducit similitudinem [Factus sum tamquàm vas.] Tertio, probationem [quoniam audiui] Circa primum, tria facit, secundum quòd triplex gradus inuenitur despicientiũ alios. Quidam enim maifeste inferunt opprobria. Quidam eius societatem vitant. Quidã, qui omnino eius obliuiscuntur & hoc pertinet ad contemptum: quia nullus obliuiscitur eius, quod non contemnit. Primo ergo ponit primum & dicit [Super omnes inimicos &c.] Hier. habet [Apud omnes hostes meos factus sum opprobrium vicinis meis nimis] quasi dicat. Nõ solum inimicis meis factus sum opprobrium, sed & vicinis. Et sunt verba Christi ex parte ecclesiæ. Vicini ecclesiæ sunt qui nondum sunt conuersi, sed proponunt conuerti. Et dicit [opproprium] propter pœnam & propter culpam. Et quantum ad vtrumque exponitur vt dicat Christus

g ¶ Miserere mei domine quoniã tribulor: cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus.
h ¶Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.
i ¶Super omnes inimicos meos factus sum opprobriũ vicinis meis valde: & timor notis meis. Qui videbant me foras fugerũt a me: obliuioni datus sum tamquàm mortuus a corde.
k ¶Factus sum tamquàm vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantiũ in circuitu.
l ¶ In eo dum conuenirent simul G aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.
m ¶Ego autem in te speraui domine, dixi deus meus es tu: in manibus tuis sortes meę.

F ex parte ecclesiæ [Factus sum opprobrium] propter pœnas martyrum. Et hoc [Super omnes inimicos] quia turpiores pœnas sancti sustinuerunt quam latrones 1. Cor. 4. Spectaculum facti sumus &c. Item, propter culpam. In ecclesia sunt aliqui peccatores & malæ vitæ, ita quòd propter eos ecclesia est contemptibilis apud illos, qui debebant accedere. Et bene [Super omnes inimicos] quia turpior apparet vita eorum, quàm infidelium. Ezec. 5. Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam &c. Item, idem 16. Iustificasti sorores tuas i omnibus abominationib⁹ &c. Itẽ quantum ad secundum nullus adiungit se ei, vnde dicit [timor notis] idest vicinis qui timent ad me accedere. Vel propter pœnas quas patior, vel propter malam vitam malorum christianorum. Et signum huius subdit. [Qui videbant me] idest qui considerabãt huiusmodi oppropria culpæ & pœnæ [fugerunt a me foras] quia noluerunt conuerti. Iob. 6. Fratres mei pertransierunt quasi torrens. Psalm. 87. Longe fecisti notos meos a me. Tertium est obliuio. Et hoc est quod ait [obliuioni datus sum] Sed quia homo quantumcumque diligat aliquem post mortem tradit eum obliuioni, ideo dicit [tanquã mortuus. Psalm. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius. H Hæc ad Christũ referuntur in persona sua: quia factus est in opprobrium. Psal. 68. Propter te sustinui opprobrium: operuit cõfusio faciem meam. Item timor: quia [fugerunt] discipuli. Item [oblioni datus] quia Sperabamus quòd ipse redempturus esset Israel. Luc. 24. Deinde adducit exemplum [Factus &c.]

k ¶Factus sum tamquàm vas perditum, idest inutile de quo nõ curat. Hier. 51. Reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco &c. Tertio, probationem. Et circa hoc, duo facit. Primo enim inducit contemptum. Secundo, persecutionem quam patitur, ibi [In eo dum conuenirent] Dicit ergo [factus sum opprobrium: quia audiui vituperationem] a viris meis. Hier. 22. Audiui contumelias multorum &c. [In circuitu] Aug. Quandoque christiani peccant & infideles non dicunt, hoc faciunt mali, sed hoc faciunt christiani. Et si religiosi peccant similiter. Et dicit [In circuitu] quia non intrant ad veritatis consideratione: I quia tunc dicerent, hoc faciunt mali Christiani. Psal. 11. In circuitu ambulant. Consequenter cum dicit [In eo]

l ¶Ostendit quomodo patitur persecutionem, & aggrauat ex duobus. Primo, ex multitudine persequentium cum dicit [In eo dum conuenirent simul] idest vnanimiter [aduersum me] hoc timendum esset valde. Eccl. 26. A tribus timuit cor meum: delaturam ciuitatis, collectionem populi, & calumniam mendacem &c. Ex crudelitate ipsorum, non ad leue conuenerunt, sed ad occidendum: vnde [accipere animam meam] idest vitam [cõsiliati sunt.] Hier. 18. Tu scis domine omne consilium eorum aduersum me in mortem. Gen. penul. In consilio eorum non veniat anima mea [Ego]

m ¶Supra psalmus narrauit mala quæ patiebatur, hic autem refugium habet ad orationem. Et quia oratio uacua est nisi certæ spei innitatur, ideo præmittit spem & subiungit orationem, ibi. [Eripe me de manu &c.] Circa primum duo facit. Primo. n. K ponit spem. Secundo, assignat spei rationem, ibi [dixi deus meus] Continuatio talis est. Non dicit simpliciter [ego in te speraui] sed [ego autem &c.] Glo. Aug. dicit. Consuetum est, quòd pueri vocantur mammontreca, quia volunt diu sugere mammas, sed matres apponunt amaritudinem vt abhorreant. Vbera nostra, quibus a domino lactamur, sunt prosperitas temporalium, & solatium amicorum. Quando videt deus, quòd homines confidunt nimis in his & alliciuntur ab his, subtrahit ea & ponit amaritudinẽ, vt ponant in solo deo spem suam. Sic ille aduertens dicit. Audiui inquit vituperationem. Et ideo dicit [Ego autem &c.] quasi dicat, omnibus aliis contradicentibus & pugnantibus aduersum me, solum in te fuit spes mea. Hiere. 17. Bendedictus vir, qui confidit in domino. Ratio spei duplex assignatur. Vna, ex cura & prouidentia dei. Alia, ex potestate eius. Confidit ergo in eo. Primo, quasi commissus diuinæ curæ, & a deo susceptus. Deus enim ex sua virtute curam habet vniuersorum. Sap. 12. Nec enim est alius deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Item eiusdem 14. Tu ergo pater cuncta gubernas prouidentia. Vnde deus omnium, specialiter tamen aliquorum habet curam. 1. Pet.

1. Pet. vltim. Omnem solitudinem vestram proiicientes in A eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Et ideo specialiter deus est eorum. Et ideo dicit [speraui in te] quia [deus meus es tu] Secũdo, ex potestate, quia nisi esset potens, deficeret spes. Sed non ita de deo sentis: vnde ait [in manibus tuis sortes meæ] idest omnia bona quæ mihi donantur, sunt in potestate tua. Ephe. 1. In quo & sorte vocati sumus prædestinati &c. Sciendum est autem, quòd triplex est sors: quædam cõsultoria, quædam diuinatoria, & quædã derisoria. Communiter loquendo, sors nihil aliud est nisi quoddam indicium diuinę voluntatis requisitũ. Et ideo in glo. Aug. Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubitatione diuinam indicans voluntatem. Et ideo proiicere sortes malas nihil aliud est, quàm exquirere voluntatis diuinæ indicium. Ergo sors de sui ratione non dicit aliquid mali, sed efficitur mala ex duobus. Primo, quando aliquis exquirit hoc indicium a quo non debet, vt a dæmone: & secundum hoc sortilegia damnantur inter alia quæ pertinent ad infidelitatem. Secundo, si inquirat indicium in rebus, in quibus non est necesse. In duobus debet inquiri hoc indicium: in necessariis, & in non valentibus aliter sciri. Si enim non fuerit de necessariis tunc est curiositas, & hoc est in sorte diuinatoria: quia in hac solicitatur de futuris, & ideo vana & reprobatur. In necessariis autem quæ possunt aliter sciri, sortes etiam sunt prohibitæ: quia hoc est tentare deum, cum scilicet potest sciri auxilio humano & recurritur ad diuinum. Ponere autem sortes in destribuendis quis habeat quid, vel in agendis quid melius sit in temporalibus rebus, dico quòd sors non vituperatur. Vnde diuisiones frequenter per sortes fiunt. Simililer etiam ad temporales dignitates, si eligantur sorte. Sed hoc non licet in spiritualibus, quia in eis homo dirigitur per Spiritum sanctum: vnde qui in eis faceret sortes iniuriaretur spiritui sancto. Vnde apostoli ante Spiritumsanctum posuerunt sortes super Mathiã: sed post Spiritum sanctum elegerũt septẽ diacones sine sorte [In manibus] ergo ait [tuis sortes meæ] idest quod datur secundum indicium tuæ voluntatis, totum sub potestate tua est. Prou. 16. Sortes mittuntur in sinu, sed a domino temperantur. Alia litera habet [tempora mea] quanta scilicet & qualia. Dan. 2. Ipse mutat tempora & ætates. Deinde subiungit orationem cum dicit [Eripe]

n ¶Orat primo pro se. Secundo, contra hostes, ibi [Erubescãt] Circa primum, duo facit. Primo enim orat liberari a malis. Secundo, promoueri ad bonum, ibi [Illustra faciem tuam] in aduersariis, duo considerat. Et primo, affectum: & hoc tangit cũ dicit [de manibus inimicorum] idest odientium me. Psalm. 142. Eripe me de inimicis meis &c. Isti sunt diaboli. Matth. 13. Inimicus homo &c. Item amici. Matt. 7. Inimici hominis domestici eius. Secundo, effectum quia persequuntur. Psal. 118. Multi qui persequuntur me & tribulant me &c. Secundo, orat promoueri ad bonum cum dicit [Illustra] Circa quod duo facit. Primo, petit promoueri in bonis. Secundo, vt non deficiat a petitione, ibi [non confundar] Primum, petit dupliciter. Primo, secundum profectum sapientiæ. Secundo, secundum profectum iustitiæ, ibi [Saluum me fac] Lumen rationis nihil aliud est, quàm quædam participatio diuini luminis. Psal. 4. Signatum est super nos lumen &cæt. Hoc lumen non crescit in nobis nisi ab eadem causa a qua incohatum est. Vnde si volumus in eo proficere, oportet quòd fiat per illustrationem diuinæ faciei. Psa. 42. Emitte lucem tuam &c. Secundum profectum iustitiæ per quam peruenitur ad salutem petit cum dicit [Saluum me fac] & hoc [propter misericordiam tuam] non per merita mea. Tit. 1. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos &c. Quantum ad secundum dicit [Non confundar] deficiendo scilicet in spe tua, vel nõ confundar fraudatus, scilicet spe mea. Et hoc ideo [quia inuocaui te] Ioel. 3. Omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit [inuocaui te] Glo. Aug. Inuocas deum, quando in te vocas deum, quando in domo cordis tui inuitas eum, quod prius necesse est mundari vniuersis sordibus, vel fraudibus: aliter enim vere non inuocas. Si enim inuocas deum vt det tibi lucrum, lucrum inuocas non deum. Gratis ergo inuocas deum o auare, vt te pecuniæ non te ipse deus impleat. Numquid sine auro & argento non vis illum ad te venrie? Quid ergo de his quæ facit tibi deus sufficit, cum ipse deus non sufficit? Consequenter orat contra hostes cum dicit [Erubescant]

o ¶ Et primo, ponit suam petitionem. Secundo, assignat illorum meritum, ibi [qui loquuntur] Et notandum quòd hæc oratio magis intelligenda est modũ p prænunciationis quàm orationis, quasi dicat [Erubescant] Conformando voluntatem suam diuinæ iustitiæ. Contra primum, tria ponit quæ in eis venient: q 1 in iudicio confundentur. Vnde dicit [Erubelcant] Quoniam dicet. Mat. 23. Esuriui & non dedistis mihi manducare &c. quoniam conscientia reprehendet eos. Esa. 1 Erubescetis super ortis quos elegeratis, cum fueritis &c. Secundo, mittentur in supplicium æternũ: & hoc est quod dicit [Et deducantur in infernum] Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Tertio obmutescent: vnde dicit [Muta fiant labia dolosa] Psalm. 106. Omnis iniquitas opilabit os suum.

n ¶Eripe me de manu inimicorũ meorum: & a persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
o ¶Erubescãt impij, & deducãtur in infernũ: muta fiãt labia dolosa. B
p ¶ Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia & in abusione.
q ¶Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, qũam abscõdisti timentibus te. Perfecisti eis, qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

¶Sed contra Immo erunt loquentia. Apoc. 16. Blaspemauerũt deum &c. Item, ignemiscent. Sap. 5. Gementes præ angustia spiritus & dicent &c.
¶Respondeo. Dicendum quòd obmutescent a verbis superbiæ & doloris illati sanctis. Secundo, cum subdit [Quæ]

p ¶ Assignat triplex illorũ peccatũ: & præcipue oris, quod ex tribus aggrauatur. s. ex persona cõtra quã dr̃, ex eo quod dicitur & ex radice eius quod dr̃. Quantum ad primum dicit [aduersus iustum] quod peius quàm si contra peccatorem, quasi dicat. Illa obmutescent quæ modo loquuntur, de eo ꝙ dicũt: quia ĩ iustitiã dicunt & falsa. Psal. 35. Verba oris eius iniquitas & dolus. Et radice vero, quia aliquid aliquando dicitur contra virum iustũ C ex ignorantia, & deceptione. Sed si ex praua radice procedit, tunc est malum. Et hæc praua radix est duplex, scilicet superbia, & abusio. Prou. 11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Item abutuntur bonis sibi datis: quia data sunt eis vt humilientur, & ipsi inde extolluntur. Hier. habet [& despectione] Quia stulte alios contemnunt. Et hæc est abusio: quia non vtitur iusto vt debet contemnendo ipsum. [Quàm]

q ¶Psalmus supra præmisit tribulationem & orationem: hic autem accedit ad gratiarum actionem, tamquàm exauditus. Vbi duo facit. Primo, commemorat vniuersaliter beneficia, quæ de⁹ humano generi & sanctis confert. Secundo, prorumpit ad gratias, ibi [Benedictus dominus quoniam &c.] Et circa primũ, duo facit. Primo enim ostendit dei misericordiam, quantum ad dona collata sanctis. Secundo, quantum ad mala a quibus tuetur eos, ibi [Abscondes eos] Circa primum, duo facit. Ostendit. n. primo, præparationem bonorum. Secundo, eorum adimpletio D nem, ibi [Perfecisti eis] Dicit ergo [Quàm magna &c.] Dulcedo in spiritualibus transumptiue dicitur. Sicut. n. dulcedo corporalis delectat gustũ carnis, ita quod mentẽ delectat interius, dicitur dulcedo. Contingit autem quandoque quòd gustus carnis non bene dispositus delectatur incorrupto sapore, & tunc falso delectatur. Sic affectus hominis quando non est bene ordinatus, delectat in re quæ non vere est delectabilis. Sed si bene sit dispositus, delectatur in vero bono, scilicet diuino. Et ideo bonitas substantialis dei, dicitur dulcedo dei. Sap. 16. Substantiam tuam & dulcedinem tuam, quam in filios habes ostendebas. Vel dulcedo dei dicitur, eo modo quo aliquis dicitur amarum habere affectum: quando scilicet cogitat quomodo alios contristet. Eph. 4. Omnis amaritudo tollatur a vobis. Ergo per contrariũ dulcedo animi, quando proponit alios consolari: vnde dulcedo dei propositum dicitur quo, Vult omnes homines saluos fieri 1. Tim. 2. Gustate & videte quoniam suauis est dominus. Psal. 33 Item dulcis & rectus dominus 26. Et quocumque modo dulcedo dicitur continet delectationem. Quia quàmuis sit vna & sim E plex in se, tamen est radix & fons omnis bonitatis. Et ideo quicquid delectat in mundo totum est in deo: vt sapientia, veritas, honores, excellẽtia, voluptas, & omnia huiusmodi in excessu sunt ibi. Et ideo dicit [Quàm magna multitudo] super excedens secundum magnitudinem, infinite a nobis in comprehensibilis. Itẽ similiter multitudo quantum ad dulcedinem affectus: quia quicquid homini potest præuenire, totum est ex dulcedine bonitatis dei. Sap. 12. O quàm suauis est domine spiritus tuus in nobis. Esa. 54. ubi agitur de multitudine iustorum. Multi filii desertæ &c. [Quod vero ait [quam abscondisti &c.] dupliciter potest intelligi. Vno modo, quòd deus abscondit se ab eis vt non cognoscant eum, vt scilicet crescat eorum desiderium. Alio modo, quòd in abscondito reposuisti, vt timentes te habeant eam: & hoc melius quasi dicat. In abscondito reposuisti propter eos. Et quare? Quia illa dulcedo non est in sensibilibus bonis quæ manifesta sunt nobis, sed est in inuisibilibus, & non in rebus creatis, sed in inuisibilitate ipsius dei. Apoc. 2. Vincenti dabo mãna

na abſconditum 1. Cor.2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit dominus diligentibus ſe. Præparatio ergo bona eſt in abſcondito, ſed conſumatio & expletio eſt manifeſta: vnde ſubdit [Perfeciſti eis &c.] Inter illam prędeſtinationem & eius effectum, eius ſcilicet qui eſt in gloria, in medio eſt ſtatus gratię, qui eſt inchoatio gloriæ. Et hac prætermiſſa tendit ad perfectum & dicit[Perfeciſti]ideſt perficies & incepiſti perficere id abſconditum 1. Corin. 13. Cum venerit quod perfectũ eſt euacuabitur &c. Sed quib'?

r ¶ Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ: a conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum.
ſ ¶ Benedictus dominus: quoniã mirificauit miſericordiam ſuã mihi in ciuitate munita.
t ¶ Ego aũt dixi ĩ exceſſu mẽtis meę: proiectus sũ a facie oculorũ tuorũ.
u ¶ Ideo exaudiſti uocem oratiõis meæ: dum clamarem ad te.
x ¶ Diligite dominum omnes ſancti eius, quoniam ueritatem requiret dominus: & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.
y ¶ Viriliter agite, & confortetur

[Eis qui ſperant in te] ad quos perueniet hæc perfectio, non ad eos, qui in ſeipſis confidunt. Rom. 5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Sed tunc non erit abſcondita, immo erit [in conſpectu filiorum hominum] Quia illam gloriam omnes videbũt boni & mali. Rom. 8. Exiſtimo quòd non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Sap.5. Videntes mirabuntur in ſubitatione &c. vſque. Quomodo computati ſunt inter filios dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Vel[filiorum]ideſt ſanctorum qui plene videbunt. Pſal 106 Videbunt recti &c. Vel [qui ſperant in te &c.] Et hanc manifeſtant [in conſpectu filiorum hominum] Rom. 1. Non enim erubeſco euangelium. Deinde cum dicit [Abſcondes]

r ¶ Oſtendit beneficia dei in ſanctos, per liberationem a malo. Sed quia duplex malum poteſt homo pati, ſcilicet in opere & in verbo, Primo, oſtendit quando protegit a primo malo. Secundo, quõ a ſecundo, ibi [Proteges] Dicit ergo [Abſcondes &c.] Loquitur ſimilitudinarie: ſicut ſi aliquis quæratur ad mortem, quicumque illum abſconderit in ſecretis ſuæ domus ibi tutus eſſet: ſic eſt de ſanctis. Impii perſequuntur eos, ſed deus abſcondit eos in abſcondito, ideſt perducet ad illum abſconditum ſuæ dulcedinis. Col. 3. Vita veſtra abſcondita eſt cũ Chriſto in deo: ſed hoc erit in futuro perfecte, quando videbunt eum facie ad faciem 1. Col. 13. Tunc autem facie ad faciem videbimus eum ſicuti eſt. Et hoc eſt quod ait [faciei tuæ] Sed in præſenti etiam abſcondit, inquantum videmus aliquid de dulcedine gloriæ ſuę contemplando. Et intantum abſcondit, inquantum homines turbare non poſſunt firmatos in dei amore. Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu dei ſunt &c. Vel non ſentiẽt conturbationes, quas homines patiuntur in iudicio. Sap. 5. Turbabuntur timore horribili &c. Itẽ inquantum homo abſconditur in contemplatione, & non ſentit turbationes mundi. Sap.8. Intrans in domum meã conquieſcam in illa &c. Secundo, oſtendit quomodo abſconduntur a maliloquis cum dicit [Proteges eos &c.] Aliqui enim proteguntur a malefactoribus, ſed non a maliloquis, ab hoc enim malo non omnes proteguntur. Vnde Octauianus Tyberio reſpõdit zelanti pro ipſo cõtra male loquentes de eo. Nolo ſuper hac re mihi Tyberi turberis. Satis præſtitum eſt nobis, vt nullus nos offendere poſſit. Dicit ergo. [Proteges eos in tabernaculo tuo] Hoc ad præſentem eccleſiam reſpicit, quæ tabernaculum eſt militantium. Eſa.4. Tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab æſtu &c. Et hoc [a contradictione linguarum]quæ vel blaſphemãdo deũ, vel docendo falſa contradicũt viridicæ doctrinæ, vt ſunt ſchiſmata & diuerſæ hæreſes. Iob. 16. Suſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam, contradicens mihi. Si ergo recurratur ad tabernaculum dei, ideſt ad eccleſiam, & ad ſecreta fidei eius, ibi inuenitur defenſio ſecura ab huiuſmodi [contradictione linguarum] Conſequenter cum dicit [Benedictus]

ſ ¶ Refert gratiarum actionem. Vbi duo facit. Primo.n.gratias agit. Secũdo inducit alios ad hoc, quibus prædicta beneficia ſunt collata, ibi[Diligite] Circa primum, tria facit. Primo enim ꝓrũpit in gratias. Secundo, proponit miſericordiam gratiarum, ibi [Quoniam mirificauit &c.] Tertio, exponit cauſam, ibi [Ego autem dixi] Dicit ergo [Benedictus dominus] quaſi dicat [Ex quo protectus eſt ſic populus ſanctorum a deo, nihil aliud reſtat niſi benedicere deum, ideſt attribuere hoc eius bonitati. Thob. 12. Benedicite deum, & enarrate omnia mirabilia eius. Et quare? [Quia mirificauit] ideſt mirabilem fecit [miſericordiam ſuã mihi] Tunc enim videtur homo teneri ad gratiarum actiones, quando mirabiliter liberatur a magnis periculis. Et quomodo mirificauit? [In ciuitate] inquit [munita] quaſi dicat. Ita liberauit me, quòd fecit me ſicut ciuitatem munitam. Alia litera [In ciuitate circunſtantiæ] Hebræi habent [Obſeſſa] hoc autem põt referri ad duas intentiones, & vtrumque miſericordiã dei oſtendit mirabiliter: quia in ciuitate munita ita liberauit me, quia fecit me ſicut ciuitatem munitam contra mala. Et hæc ciuitas eſt eccleſia. Hier. 1. Dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum. Vel ſi [in ciuitate obſeſſa] ſimiliter mira miſericordia eſt: quia ſumus liberati a maiori malo. Periculum enim magnum perferunt obſeſſi, & ideo dicit [Eram in ciuitate obſeſſa] ſeu circundata: & tamen liberauit me. uelut centrum a circunferentia. Circunferentia namque ponitur in gyro centrũ in medio: populus Iudæorum, qui in medio erat gẽtiũ, qui circunſtabãt Iudæam, vbi dicebantur laudes deo, vbi ſacrificia offerebantur, vbi prophetiæ non ceſſabant. Modo autem in omnibus gentibus circunſtantibus diffuſa eſt miſericordia dei. Mar. vlt. Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium omni creaturæ. In ciuitate ergo ait circunſtantiæ, ſcilicet in toto populo gentium. Deinde cum dicit [Ego autem]

t ¶ Exponit miſericordiam gratiarum. Vbi primo, ponit magnitudinem. Secundo, ponit exauditionem, ibi [Ideo &cæt.] Dicit ergo [Ego dixi in exceſſu mentis meæ] Exceſſus contingit quandoque ex cauſa interiori: & hoc quando videt ſtupenda ex quibus fit extra ſe. Act. 3. Repleti ſunt ſtupore & extaſi. Quandoque a cauſa ſuperiori: quando.ſ.contemplatur quis diuina, & rapitur extra ſe ſupra ſe 2. Cor. 5. Siue mente excedimus deo. Sic ergo eleuatus ad diuina dicit [Proiectus ſum &c.] ideſt perpendi me longe eſſe a te. Quia quanto homo magis accedit ad deum, tanto ſe minorem aduertit. Iob vlt. Auditu auris audiui te, *nunc autem oculus meus videt te &c.* Vel ſi intelligatur quantum ad exceſſum cauſæ inferioris quod innuit litera Hieronymi, aliquando homo conſiderat grauitatem peccatorum, vel malorum imminentium, & ex hoc reputat ſe derelictum: ſicut Chriſtus in perſona ſuorum dixit Matth. 27. Deus deus meus vt quid me dereliquiſti? Et ſic dicit hoc Dauid. Cõſiderans mala, quæ mihi veniunt [proiectus ſum] Ionæ. 2. Abiectus ſum a conſpectu oculorum tuorum. Secundo, cum dicit [Ideo exaudiſti]

u ¶ Ponit exauditionem, quaſi dicat[Ideo]quia hoc dixi [Exaudiſti]Pſal. 100. Reſpexit in orationem humilium. Sic publicanus Luc. 18. quoniam recognouit ſe peccatorem, Deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Eccleſ 35. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat. Vel ſecundum Hieron. ponitur interrogatiue. [Ego dixi &c.] Ergo *ne exaudies?* quaſi dicat. Mirum eſt cum ſim ita longe a te, quòd me exaudias [Dum clamarem ad te] Glo. Auguſtini. Clamor fit ad deum non voce, ſed corde, quia multi ſilentes labiis, corde clamauerunt: multi ore ſtrepentes, corde aduerſo nihil impetrare potuerunt. Clama ergo intus vbi deus audit. [Conſequenter cum dicit [Diligite dominum]

x ¶ Inducit alios quibus prædicta beneficia ſunt collata ad gratias exhibendas. Et ordinat eos. Primo, quantum ad affectum. Secundo, quantum ad effectum, ibi [Viriliter agite] Circa primum duo facit. Primo, inducit eos ad diligendum deum. Secundo, rationem diligendi aſſignat [Quoniam veritatem requiret] Dicit ergo. Quia exaudiuit, & quia mirificauit [Diligite dominum] Deut. 4. Et nunc Iſrael audi præcepta & iudicia, quæ ego doceo te &c. Et qui ſunt qui diligere debent, oſtendit: quia [Sancti] Cant. 1. Recti diligunt te [Quoniam veritatem] Aſſignat cauſam diligendi. Redditur autem duplex cauſa, quare deum diligere tenentur: quia quod diligunt ſancti deus diligit, & quod odiunt, deus odit. Secunda eſt, ibi. [Et retribuet] Quantum ad primum dicit. [Quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam] quaſi dicat: diligere debetis dominum, quia diligit quod diligitis, & hoc requirit. Sancti diligunt veritatem, & ideo deus qui veritatem requirit, debet a nobis diligi. Requirit autem deus veritatem iuſtitiæ. Romanorum 2. *Iudicium dei eſt ſecundum veritatem* in eos, qui talia agunt. Item vitæ. Eſa. 38. Obſecro domine, memento quęſo quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, Item doctrinæ. Mat.22. Scimus, quia verax es, & viam dei in veritate doces. Secunda ratio, quare tenemini diligere deum eſt: quia punit quod oditis: punit enim deus ſuperbiam, quã ſancti odiunt. Et hoc eſt, quod dicit [Et retribuet &c.] pœnam, ſcilicet abundanter. i. ſupra ſeipſos: quia ipſi ſupra ſe extollunt. Eſa. 16. Superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, pluſquàm &c. Deinde cum ſubdit. [Viriliter]

y ¶ Ordinat eos quantum ad effectum. Et primo, vt ſint fortes in opere, cum ait [Viriliter agite] Prou. 18. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Item vt ſint fortes in corde[Et confortetur cor veſtrum. Pſal. 26. Expecta dñm, viriliter age, & confortetur cor tuũ, & ſuſtine dñm &c.

PSAL. XXXI.

HIc incipit quarta deca primæ quinquagenæ. Et ſicut in prima decade ſunt pſalmi in quibus fit mentio de perſecutione Abſalonis, In ſecunda de perſecutione Saulis, In tertia de perſecutione populi, ita in iſta quarta de tribulatione quam boni a peccatoribus ſuſtinet 2. Petri. 2. Habitans apud eos qui de die in die animam iuſtã iniquis operib' cruciabant. Diuiditur autem hæc deca in duas partes. Quia primo, commendatur iuſtorum dignitas. Secundo, imploratur auxilium contra perſecutiones impiorum in quarto pſalmo. [Iudica domine nocentes me] Circa primum, duo commemorat. Primo, gratiam iuſtificantem. Secundo, dignitatem iuſtorum, ibi. [Exultate iuſti &c.] Tertio, monet iuſtos vt in iuſtitia ſiſtant, ibi. [Benedicam dominum] Huius pſalmi nouus eſt titulus, ſcilicet intellectus Dauid] Hiero. habet [Eruditio Dauid] In multis pſalmis ſequentibus eſt inuenire titulum hunc. Et ſignatur per hoc ꝙ in omnibus pſalmis in quibus hic titulus *dicitur tractatur* aliqua veritas communis, non ſolum pertinens ad vnam perſonam, ſed quaſi ad prouidentiam dei, vel ad aliquid aliud arduum. Et licet in omnibus pſalmis quædam ſint ad eruditionem, iſta tamen ad hoc principaliter ordinantur. Specialiter vero iſte pſalmus intitulatur ab intellectu quem debet habere pænitens, qui debet intelligere ſe peccatorem, & gratiam dei liberantis. Leu. 5. Si intellexerit homo delictum &c. Hunc intellectum dat vexatio. Eſa. 28. [Beati quorum] Iſte eſt ſecundus pſalmus pœnitentialium. In primo enim egit de contritione cordis, in iſto vero de confeſſione: & diuiditur in tres partes. In prima enim ponitur remiſſio peccatorum. In ſecunda, via ad remiſſionem, ibi. [Quoniam tacui &c.] Tertio, deſiderium ſanctorum de remiſſione, ibi [Pro hac orabit] Circa primum, duo facit. Primo.n. ponitur aliquid quod eſt ex parte dei. Secundo, illud quod eſt ex parte hominis, ibi [Nec eſt in ſpiritu] In peccato namque. Primo, eſt offenſa dei. Secundo, macula. Tertio, reatus pœnæ. Contra hæc tria, ordinat tria. Quia deus remittit offenſam, maculam tegit, reatum pœnæ tollit, non imputando peccatum. Quantum ad primum dicit [Beati quorum remiſſę ſunt] Sed, quia beatitudo eſt duplex, ſcilicet rei & ſpei, iſti tales, ſcilicet quorum remiſſæ ſunt iniquitates, ſunt beati in ſpe: qui tandem erunt beati in re. Beatus enim ille eſt ſpe, in quo præcedit cauſa beatitudinis, & via quæ eſt virtus, & præcipue perfecta: vnde in quo virtus perfecta apparet, poteſt dici beatus in ſpe. Sicut arbor bene florẽs, poteſt dici fructificans. Poſt corruptionem.n. primi hominis iſti flores non erant, ſed ſpinæ peccatorum. Et ideo beatitudo peccatoris quæ eſt in ſpe, non eſt huiuſmodi, ſed quòd deus remittat peccatum, & ſic fructificat. Hierem. 4. Nouate vobis nouale &c. [Remiſſæ] Eſa. 40. Dimiſſa eſt iniquitas illius. Luc.6. Dimittite, & dimittetur vobis. Quantum ad ſecundũ dicit [Et quorũ tecta ſunt pctã] Peccata ſunt macula animæ. Hier. 2. Quàm vilis facta eſt &c. Quando quis habet in ſe turpe, & illud tegitur, tunc oculos intuẽtis turpitudo non offendit. Deus autem tegit turpitudinem peccatorum, ſed quomodo? totaliter ſcilicet, abluendo animam. In peccato enim duplex eſt deformitas. Vna ſcilicet ex priuatione gratiæ qua priuatur peccator: & hæc totaliter tollitur & non tegitur: quia datur ei gratia Alia macula eſt ex actu peccati præterito, & hæc non deletur, quia non datur ei quòd non *fecerit*, ſed quòd non imputetur ei ad culpam: & hæc tegitur. Quantum ad tertium dicit. [Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum]De reatu pœnæ intelligitur, quia pœna non ei reſeruatẽ pro peccato. Dan. 3. Omnia induxiſti ſuper nos &c. ſecundum glo. Triplex peccatũ hic inſinuatur. Peccatum originale, actuale mortale, & actuale veniale. Primum ſignatur per iniquitatem, quæ eſt quędã inæqualitas: & hoc eſt in originali, inquantum in ea vires animæ recedunt ab æqualitate innocentiæ: & hoc dimittitur & diminuitur, quia aufertur reatu & remanet actu. Dicit autem pluraliter iniquitates, quia in diuerſis diuerſa originalia, & in vno vnũ. Secũdum ſignatur per peccatum actuale mortale. Actualia enim peccata mortalia dicuntur tegi, quando non imputantur peccatori iam ad culpam. Tertium, ſignatur per peccatum veniale, qđ non imputat dominus. Peccatum enim veniale non imputatur ad pœnam æternam. Vel primum dicit propter peccatum, quod eſt ante baptiſmum. Secundum propter peccata, quæ ſunt poſt baptiſmum. Tertium vero, poſt confeſſionem, quia non imputabitur peccatum ad pœnam. Sed ex parte hominis requirit ꝙ non fictus confiteatur, alias nõ cõſequitur gratiã. Sap. 1. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Et ideo [Nec eſt in ſpiritu eius dolus] vt aliud habeat interius, & aliud prętẽdat exterius[Quoniam tacui]

cor veſtrum omnes, qui ſperatis in domino.

INTELLECTVS DAVID

PSAL. XXXI.

a Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates: & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.
b ¶ Quoniam tacui, inueterauerũt oſſa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina.
c ¶ Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi. Dixi, Confitebor aduerſum me in iuſtitiam meam domino: & tu remiſiſti impietatẽ peccati mei.

b ¶ *Secunda pars eſt* vbi ponitur via perueniendi ad remiſſionem peccatorum. Et circa hoc tria, facit. Primo enim ponit ſtatum peccati. Secundo conuerſionem, quæ eſt cauſa remiſſionis peccati, ibi [Delictum meum] Dicit ergo [Quoniam tacui &c.]

¶ Contradictio videtur hic. Cum enim clamet tota die, dicit ſe tacere.

¶ Reſpondeo. Tacebat ab eo quod dicendum erat, ſed clamabat quod dicendum non erat, nec dum clamandum. Et in vtroque eſt peccatum. De primo. Eſa. 6. Væ mihi quia tacui. Debet enim peccator dicere peccata ſua. Iob. 16. Si tacuero, non recedit a me, nunc autem &c. Ergo quoniam tacui peccata mea [Inueterauerunt oſſa mea] ideſt interior fortitudo defecit. Sępe in ſcriptura ſacra per membra corporalia intelliguntur virtutes interiores. Vnde per oſſa in quibus eſt fortitudo, intelligitur interior virtus. Et quia inueteraſcit quod deficit ideſt minuitur, inde dicit [inueterauerunt oſſa mea] Baruch. 3. Quid eſt Iſrael, ꝙ in terra inimicorum es, inueteraſti &c. De ſecundo. Eſa. 5 Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: iuſtitiam, & ecce clamor. Et hoc eſt quod dicit [Dum clamarem tota die] Clamabat enim ſe iuſtum, clamabat de pœna, & tacebat de culpa. Sed quid fecit dominus? Conuertit eum aggrauando manũ domini, grauamen inferentem [Quoniam die ac nocte] Secundo, *conuerſione conſequente* [Conuerſus ſum &c.] Dicit ergo. [Die ac nocte] ideſt continue [grauata eſt &c.] Manus domini aliqñ cõſolatẽ Eze. 3. Manus dñi erat mecum confortans me. Aliqñ aggrauat, ſicut hic 1. Re. 5. dr manus dñi grauiſſima Eſa. 26. In tribulatione &c. Et ideo dicit [Conuerſus ſum in erumna mea]. i. in miſeria quã patior ꝓ peccatis[Dũ cõfigitur ſpina]Dũ ſpina ideſt remorſus conſcientiæ infigitur cordi meo. Vel pro ſpina dorſi quæ tenet totum hominem rectum [dum configitur] Et ſignat ſuperbiam, quæ quando conſtringitur, corrigitur homo. Vel quare clamabas? Propter grauitatem inquit manus tuæ. Et hoc ideo quia non ſum conuerſus ad te, ſed ad peccatũ. Et hoc dum ſpina peccatorum configitur ideſt firmatur in me: & ſic ſpina ideſt peccatum intelligitur. Vel dum ratio quæ ſicut ſpina eſt: *regẽs dorſum deprimitur*. Vel ſecundum Hebræos [Cõuerſus eſt humor meus in ſiccitatem æſtatis] ideſt ex aggrauatione manus tuæ: quicquid in me carnale & humidum fuit, conuerſus eſt in ſiccitatem æſtatis. Hieron. habet [Verſatus ſum in miſeria mea dum exardeſcit meſſis] ideſt ad modum meſſis arui. Deinde cum dicit [Delictum]

c ¶ Primo, ponit confeſſionem. Secundo, eius efficaciam oſtendit, ibi [Dixi confitebor] Sed quia duo debet homo confiteri, ſcilicet bona omiſſa, & mala commiſſa, quantum ad primum dicit [Delictum meum] ſcilicet quòd dimiſi facere quod debui. [*Cognitum tibi feci*] Non quòd *deus non cognoſcat*, ſed quando homo recognoſcit peccatum ſuum, tunc vult etiam quòd deus cognoſcat, vt ignoſcat. Quantum ad ſecundum dicit [Iniuſtitiam meam non abſcondi] Iob. 31. Si abſcondi quaſi homo peccatũ meum &c. Prou. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua &c. Efficacia vero confeſſionis oſtenditur, cum dicit [Dixi confitebor] Cõfeſſionis effectus eſt remiſſio peccatorum. Dicit ergo [Dixi] ideſt propoſui in corde meo [confitebor domino]ideſt ad honorem domini. Ioſue. 4 Da gloriam domino deo Iſrael & confitere &c. [Iniuſtitiã meam] non bona mea [aduerſum me] non pro me. Aliquis confitetur peccatum ſuum, ſed contra proximum dicẽs. Alius induxit me. Contra naturam, ex fragilitate ſic accidit. Contra deum, non potui reſiſtere 2. Reg. vlt. Ego ſum qui peccaui, ego ſum qui inique egi. Vel [aduerſum me] ideſt propoſitum meum: qui manere in peccato proponebam. Sequitur remiſſio [Et tu remiſiſti,] Eccle. 2. Remittit in tempore tribulationis peccata.

¶ Si

¶ Si tanta est efficacia confessionis, quòd non solum quando ꝗs actu confiretur, sed habens propositum confitendi consequitur remissionem, ante ergo remittitur ei quàm confitetur. Esai. 65. Et erit antequã clamet, ergo exaudiã. Quid ergo facit confessio? ¶ Dicendum, quòd propositum operandi operatur ex virtute rei propositæ, vt fiat. Vnde si cessat operatio illius rei cessat effectus. Et iõ necesse est perseuerare in ꝓposito. Tamen in confessione actuali peccatorum & absolutione virtute clauium dimittitur ei de pœna, & propter verecundiã amplius ei gra cõfert: & multa bona cõsequitur.

d ¶ Hic tertio, ponit desiderium sanctorum de remissione peccatorum. Et circa hoc, tria facit. Primo enim proponitur sanctorum ad hoc desiderium. Secundo, peccatorum monitio [Nolite fieri sicut equus] Tertio, concludit psal. in gratiarum actione, ibi [Lætamini] Circa primum, duo facit. Primo enim exprimit desiderium sanctorum ad remissionem peccatorum in generali. Secundo, in speciali suiptius refugium ostendens, ibi. [Tu es] Circa primum, duo facit. Primo enim, proponit desiderium sanctorum signo orationis. Secundo, orationis effectum ostendit, ibi [Veruntamen in diluuio] Dicit ergo [Dixi confitebor pro hac] re. i. pro remissione peccatorum [orabit ad te &c.] Et dicit, tria. Primo quid orandum, scilicet vt remissionem cõsequamur. Omnes enim pecauimus 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Et ideo petenda est remissio. Eccl. 38. Ora dominum & ipse curabit te. Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra. Secundo, quis debet orare, scilicet [sanctus omnis] Iac. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua. Tertio, quando: quia [in tempore opportuno] scilicet gratiæ & præsentis vitæ: quia Nouissime clausa est ianua. Matth. 25. 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile &c. Ioan. 9. Venit nox: quando nemo potest operari. Deinde cum dicit. [Veruntamen]

e ¶ Ostẽditur effectus orationis: quia [in diluuio aquarum multarum] Aqua potest hic accipi tripliciter. Vno modo voluptatis. Gen. penul. Effusus es sicut aqua. Alio modo falsæ doctrinæ. Prou. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Tertio, tribulationis. Psal. 68. Introuerunt vsque ad animam meã. Sequitur [Ad eum non approximabunt] Quod dicit [ad eum] dupliciter potest intelligi. Vnomodo, vt ly eum, referatur ad sanctum, quasi dicat Quãuis oret sanctus, patitur tamen aquas multas, sed eum non obruunt, siue sint aquæ voluptatis, siue falsæ doctrinæ, siue tribulationis: vnde [non approximabunt] Esa. 43. Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operiẽt te. Psal. 43. Transiuimus per ignem & aquam &c. Aliquando vt ly eum, referatur ad deum: & sic loquitur mutata persona: quia, Primo, ad deum loquitur, modo ad alios: quasi dicat. Qui sunt in diluuio aquarum multarum, sicut dictæ sunt, non appropinquabunt ad deum. Consequenter cum dicit [Tu es]

f ¶ Exprimitur desiderium sanctorum in speciali. Et circa hoc duo facit. Primo, exprimit desiderium, vt liberetur. Secundo, effectum desiderii, ibi [Intellectum] Circa primum, duo facit. Primo enim ostendit, vnde concipit spem orandi. Secundo, subdit petitionem [Erue a circundantibus me] Spem autem petendi concipit ex duobus. Primo, quia deus est speciale iustorum refugium. Secundo, quia eorum speciale refugium in tribulatione. Ergo dicit [Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me] Trioulãtio circũdat quando vndique opprimit, ita quòd non patet refugium ab aliqua parte. Psal. 39. Circundederunt me mala quorum non est numerus &c. Sed in hac tribulatione non est refugium nisi ad deum, 2. Para. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus &c. Psal. 90. Qui habitat in adiutorio altissimi &c. Sic ergo habeo inquit ad quem refugiam, habeo & in quo consoler: quia [Exultatio mea] 2. Cor. 1. Qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Psal. 93. Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Deinde exprimit quid petit cum dicit [Erue me a circundantibus] idest a tribulatione quæ circundedit me. Et quia tribulatio habet fieri ab aliquo, oportet quòd si tribulatio circundat quòd innitentes sint circundantes, scilicet dæmones & persecutores: & ideo dicit [A circundantibus me] Secundo, cum dicit [Intellectum]

g ¶ Ostendit effectum suæ orationis. Deus est qui loquitur [Intellectum tibi dabo &c.] quasi dicat, deus. Petis a me vt eruam, & ego tria tibi faciam. Dabo enim tibi donum intellectus, & te instruam, & te custodiam. Tria enim sunt necessaria homini a deo. Primo, vt gratiæ donum percipiat, vt per hoc anima hominis perficiatur ad prompte agendum. Sed quia quãtũcumque homo haberet donum gratuitum nisi deus moueat animam ad opus bonum non sufficit, ideo oportet quòd post gratiam præuenientẽ, deus operetur, & moueat ad bonum. Sed gratia & donum recipitur, secundum modum naturæ nostræ: & non eo modo, quo posit ad omnia vitanda, & ideo necessaria est super hoc ꝓtectio dei, & defensio. Et ideo, Primo, ponit donum intellectus: cum dicit [Intellectum tibi dabo. Eccl. 15. Impleuit eum dominus spiritu sapientiæ & intellectus. Et hoc necessarium est homini, vt sciliceet cognoscat peccatum suum: & quòd non posit saluari nisi ꝓ deum. Secundo, ponit debitum vsum huius doni cum dicit [Instruam te] Esa. 54. Ponam filios tuos doctos a domino. Tertio, custodiam cum dicit [In via hac] scilicet mandatorum [qua gradieris firmabo super te oculos meos] idest protegam te 2. Para. 16. Oculi domini contemplantur vniuersam terram: & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eũ. Consequenter ostendit cum dicit [Nolite]

h ¶ Conuertit se ad peccatores, vt ad pænitentiam redeant. Et circa hoc duo, facit. Primo, ponit monitionem. Secundo, comminationem, ibi [In camo] Dicit ergo. Deus dat homini intellectum, sed & intellectu excedit animalia. Qui ergo indignum se reddit dono intellectus, compatatur animalibus. Et ideo dicit [Nolite fieri sicut equus & mulus &c.] secundum glo. equus est animal superbum, mulus animal vero pigrum: vnde non currit. Illi sunt ergo sicut equi, qui per superbiam extolluntur. Hieremi. 8. Omnes reuersi sunt ad cursum suum &c. Illi sunt sicut mulus, qui tarde ad viam dei veniunt. Prouerbiorum, 13. Vult & nõ vult piger. Vel per mulum intelliguntur luxuriosi. Mulus luxuriosus est, tamen non generat. Sic peccata luxuriæ in fructuosa sunt. Roman. 6. Quem ergo fructum habuistis tũc in illis, in quibus nunc erubescitis? Vel equus portat sessorem indifferenter & mulus onus quodcumque: peccatori duo imponuntur: sessor, scilicet diabolus, & onus scilicet peccatum: non ergo sitis sicut equus non discernens inter sessores, an scilicet Christus sit, vel diabolus. Nec sicut mulus qui quodlibet onus, scilicet peccatum indifferenter portat. Deinde cum dicit. [In camo]

i ¶ Ponitur comminatio. Et primo, per modum orationis. Secundo, per modum prænunciationis, ibi [Multa] Dicit ergo [In camo &c.] Sic meraphorice. Si homo se habet sicut homo, deus tractat eum sicut hominem, monitionibus & doctrinis: sed qũ recedit a dignitate hominis, tractatur sicut brutum animal, qd̃ cohercetur pœnis & violentia, scilicet [in camo & fræno] quasi dicat. Monui quòd non fiant sicut equus & mulus: quòd si non aquiescunt, fac eis fieri equo & mulo scilicet [In camo & fræno maxillas eorum constringe] comprimendo scilicet loquacitatem, & subtrahendo cibos quibus vtitur ad voracitatem. Locutioni enim & gustui deseruit maxilla. Esa. 27. Ponam circulũ in naribus tuis & frænum &c. Vel [in camo & fræno] idest in maiori & minori tribulatione. Secundo cum dicit [Multa]

k ¶ Prænunciat, & primo, quid paratur malis: quia [multa flagella] a deo. Ps. 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. A sua conscientia. Prou. 12. Quasi gladio pungitur conscientiæ. A potestate. Rom. 13. Vindex est in ira ei, qui male agit. Prou. 26. Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentiũ. Secundo, quid paratur bonis [Sperantem &c.] Misericordia potest esse nominatiui casus, vt sic intelligatur, quòd ipsum misericordia circundabit qui sperat in domino. Vel potest esse ablatiui casus, vt intelligatur quòd dominus misericordia sua circundabit sperantem in se. Et hoc est quando vndique subuenit in miseriis hominũ. Psa. 103. Qui coronat te in misericordia &c. Vltimo cõcluditur psa. in gratarũ actione, cũ dicit [Lætamini]

l ¶ Hæc est autem consuetudo in psalmis pænitentialibus, ꝙ incipiũt in luctu & finiunt in lætitia: quia hoc facit pænitentia. In hac aũt conclusione hortatur iustos & rectos ad bonã operationẽ, & rectã intentionẽ dicens. [Lætamini in domino & exultate iusti] q.d. duo sunt necessaria homini, s. recta operatio, & hoc facit iustitia & recta intẽtio: & hoc facit lætitia. Dicit ergo [Lætamini iusti] & exultate [ꝛm glo. Lætari est tacita suauitate gaudere: exultare vero est cõcitati animi feruore gaudere. Vnde exultatio prouenit ex interiori gaudio. Sed in quo? [In domino] inquit

inquit, non in mundo. Phil. 4. Gaudete in domino, iterum dico gaudete. Sequitur. [Et gloriamini omnes recti corde,] Recti corde sunt, qui conformant uoluntatem suam uoluntati diuinæ: hi habent gloriari in deo. 1. Corinth. 10. Qui gloriatur in domino glorietur.

a PSAL. XXXII.

Titvlvs nõ est nouus. Est enim [in finem ps. Dauid.] In psalmo præcedenti, egit ps de sui iustificatione: in hoc autem agit d̃ dignitate iustorum. Et circa hoc, duo facit. Quia primo exhortat̃ iustos ad spiritualem laudẽ. Secũdo exprimit eorum dignitatem, ibi. [Beata gens.] Circa primum, duo facit. Primo enim, exhortatur ad spiritualem iucunditatem: & laudem. Secundo, assignat rationem gaudii & laudis, ibi. [Quia rectum est] Circa primum, duo facit: primo enim exhortatur ad iucunditatem & laudem. Secundo, modum eorum exponit, ibi. [Confitemini domino &c.] Circa primum, duo facit. Ponit enim primo exhortationem. Secundo, assignat eius rationem. [Rectos decet collaudatio.] dixerat enim [dixi confitebor, & tu remisisti: & pro hac orabit &c.] Ergo o [iusti,] quia iustificati estis.] [Exulate in domino.] non in mundo: alias non estis iusti. Non enim est iustus qui non gaudet in iustitia. Deus autem ipse est iustus, & ipse est iustitia. Psalmus. 10. Iustus dominus, &c. Et ideo. [iusti exultate in domino.] Abacuch. 3. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Sed quare dicit. [Exultate iusti in domino.] & non dicit. Exultate omnes in domino? Ratio est: quia [Rectos decet collaudatio.] scilicet dei. Videndum est igitur si sunt recti, & quomodo eos decet laus. Res non dicitur recta nisi per hoc, quòd conformatur regulæ & mensuræ. Mẽsura autem & regula uoluntatis humanæ, est iustitia & uoluntas diuina. Illi ergo qui non habent rectum affectum, non possunt bene collaudare Deum, quia nolunt uolũtatem suam conformare uoluntati diuinæ, sed diuinam uolunt potius conformari suæ, Et ideo multa deus facit, quæ ipsi non approbant. Sed qui dei uoluntati se aptant, illi gaudent in prosperis & aduersis. Et ideo dicit [collaudatio.] quia de omnibus laudant non in aliquibus tantum. Item unanimiter. Ecclesi. 15 Non est speciosa laus in ore peccatoris. Esa. 4. Exultatio his qui saluati fuerunt de Israel. Deinde cum dicit. [Confitemini. Domino]

b ¶ Ponit modum laudis, & iucunditatis. Sciendum est autem quòd in laude dei præcipue intenditur, quòd affectus hominis tẽdat in deum, & dirigatur. Item consonantiæ musicæ immutant hominis affectum. Vnde Pythagoras uidens quòd iuuenis insanieret ad sonum. Phrigium mutari modum fecit, & ita furẽtis adolescentis animum ad statum mentis pacatissimæ temperauit, ut dicit Boethus in procemio musicæ suæ, inde est quòd excogitatum est, quòd in omni cultu aliquæ consonantiæ musicæ exerceantur, ut animus hominis excitetur ad Deum. Huius autem consonantiæ dupliciter consueuerunt exerceri. Quandoque scilicet in instrumentis musicis, quandoque uero in cantionibus. Et ideo primo ostendit primum, modum: quia [in cithara.] Secundo secundum, ibi [Cantate ei] Affectus enim hominis per instrumenta & consonantias musicas dirigitur, quantum ad tria. Quia quandoque instituitur in quadam rectitudine & animi firmitate, quandoque rapitur in celsitudinem, quandoque in dulcedinem, & iucunditatem. Et ad hoc ut uult philosophus in 8. pol. tria genera cantus sunt instituta. Quia ad primum, est cãtus doristicus qui est primi, & secundi toni, ut uolunt quidam Ad secundum est cãtus frigidius, qui est tertii toni. Ad tertiũ est cãtus hippolidicus, qui est quinti toni, & sexti. Alii sunt post super inuenti. Et sic est in instrumentis, quia quidam quædam instrumenta faciunt, primum, sicut tibia, & tuba: quidã faciunt secundum, ut organum. Quidam tertium, ut psalterium & cithara. Psalmus, 80. Psalterium iucundum cum cithara. Sed quia psalmus intendit hic inducere ad exultationem, non facit mentionem nisi de istis duobus, scilicet psalterio, & cithara. Verum quia omnia in figura contingebant illis 1. Corinth, 10. nõ solum istis instrumentis utebantur ad hoc, sed in figura. Cithara habet sonum ab imo, & signat laudem quæ surgit ab imis. i. terrenis: psalterium uero habet sonum a supremo, & signat laudem quæ est de bonis cælestibus. Dicit autem. [Decem chordarum.] quia per eas signantur decem præcepta decalogi in quibus tota doctrina spiritualis consistit. Consequenter cum dicit. [Cantate]

c ¶ Agit de cantu humanæ uocis. Sciendum est autem secundũ literam, quòd duplex est modulatio. Quædam enim est per simplicem cãtum, & quædam est organizando. Primum tangit, cũ dicit. [Canticum nouum.] Secundum, ibi [In uociferatione.] secundum spiritualem intellectum de duobus debet homo exultare: scilicet de bonis gratiæ susceptis, & de bonis gloriæ expectatis. Per prima bona innouamur Eph. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Ro. 6. In nouitate uitæ ambulemus. Ille ergo cantat canticum nouum, qui exultat deo de renouatione gratiæ. Apocal. 14. Cantabant sancti canticum nouũ. Ille uero bene psallit in uociferatione, qui de bonis gloriæ cantat, & canticũ quod homo corde concipit exprimit uerbis. Vel in iubilatione, seu in iubilo secundum Hyeronimum. Est autem iubilus lætitia ineffabilis, quæ uerbis exprimi non potest: sed uoce datur intelligi gauiorum latitudo immensa. Illa autem quæ non possunt exprimi sunt bona gloriæ. 1. Cor. 2. Oculꝰ nõ uidit nec auris audiuit &c. Et ideo dicit. [Bene psallite ei in iubilatione.] quia cantu exprimi non ualent.

¶ Sed dices: in ueteri testamento erant musica instrumenta, & cantica uocis. Quare ergo ecclesia illa dimisit, hæc uero assumpsit?

¶ Ratio duplex mystica assignatur, quia erant figuralia. Secunda ratio est, quòd deus laudatur mente & uoce, nõ instrumẽtis. Alia ratio habetur ex uerbis Philosophi, qui dicit quòd cõtra sapientiam est quòd homines instruãtur in lyris, & musicis: quia occupant animum in sui operatione: sed simplex debet esse musica, ut a corporalibus retrahantur diuinis laudibus mancipati. Secundo cum dicit. [Quia]

d ¶ Assignat rationem gaudii & laudis. Ratio autem laudis & gaudii duplex est: una ex parte Dei de quo est exultandum. Secunda, ex parte effectuum eius, ibi [Verbo domini.] Circa primũ, tria facit. Primo, ponit ex quibus ex parte Dei. Et primo. [quia rectum est uerbum domini.] idest instructio. Psalmus, 118. Lucerna pedibus meis &c. Vel ipsa promissio. Prouer. 8, Iusti sunt omnes sermones mei &c. usque recti sunt intelligentibus. Secundo quia [omnia opera eius in fide.] idest fideles. Psalmus, 144. Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Multum autem habetur gaudium, quando inuenitur homo fidelis. Prouer. 20. Virum autem fidelem quis inueniet? Vel [in fide.] ait quia opera Dei sunt bona merita. Hæc autem non sunt meritoria, nisi fiant in fide, quia Sine fide impossibile est placere Deo. Heb. 11. Vel [rectum uerbum.] [Et opera eius.] Sed quibus? [In fide.] idest in fidelibus. In infidelibus enim non apparẽt opera Dei, & uerba recta. Tertio quia [diligit.] Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit affectum Dei cum dicit. [Diligit dominus.] secundo, manifestat per signum, ibi [Misericordia domini plena ẽ terra.] Inter omnia quæ faciunt gaudere de domino, sunt duo, scilicet misericordia, & iustitia. Prou. 20. Misericordia & ueritas custodiunt regem. Per iustitiam enim subditi defenduntur. Tolle iustitiam, & nullus securus, & lætus erit. Item sine misericordia omnes timent & non diligunt Hoc de Deo dat intelligi, cum dicit. [Diligit dominus misericordiam & iudicium.] Diligit enim in seipso, quia in opere sunt hæc. Psalmus. 26. Vniuersæ uiæ domini misericordia, & ueritas. Item diligit in unoquoque. Mich. 6. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat. a te. Vtique &c. Et ideo ait. [Exultate.] quia uere misericordiam diligit Deus. Nã [misericordia domini plena est terra.] Ecce manifestat per signum. Omnis enim plenitudo terræ procedit ex misericordia Dei, quia terra est non temporalibus, sed spiritualibus bonis plena, & maxime post aduẽtũ Chri. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritu Sancto, &c. Omnia enim hæc sunt ex misericordia Dei. Ro. 9. Non est, uolentis neque currentis, sed Dei miserentis. Dicit autem [terra.] & non cælum, quia in cælo nulla est miseria, & ideo non indiget misericordia, sed terra ubi repletur homo multis miseriis, indiget plenitudine misericordiæ. Deinde cum dicit. [Verbo]

e ¶ Ponitur causa gaudii, ex parte diuinorum affectuum. Moyses in principio creationis rerum facit mentionem de tribus: de cælo, de aqua, & de terra, Gen. 1. In principio creauit deus cælũ & ter-

sti: & gloriamini oẽs recti corde.

IN FINEM

a PSAL. DAVID

XXXII.

Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

b ¶ Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

c ¶ Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in uociferatione.

d ¶ Quia rectum est uerbum domini: & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudiciũ: misericordia domini plena ẽ terra.

e ¶ Verbo domini cæli firmati sũt: & spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

& terram, & infra Spiritus domini ferebatur super aquas: secundum hoc ergo psalmus dicit, Primo, effectum dei in cælis. Secundo, in aquis, ibi [Congregans] Tertio, in terra, ibi [Timeat dominum omnis terra] Dicit ergo [Verbo domini cæli firmati sunt] secundum glos. exponitur literaliter & mystice. Et vtroque sensu tractatur hæc verba quæ sunt ex parte dei, scilicet dominus, verbum, & spiritus oris. Dominus est nomen potestatis, & potentia appropriatur patri. Verbum est conceptio mentis, vnde & sapientia genita dicitur. Et verbum est filius. Spiritus eius est Spiritussanctus. Dicitur autem spiritus oris, quia verbo appropriatur os: vnde idem est dictu, ac si diceret. Spiritus verbi, quia ipse est spiritus filii & veritatis. Et licet indiuisa sint opera trinitatis in diuinis. Io. 5. Quæcumque pater fecerit hæc & filius facit similiter, hic tñ secundum appropriationem loquitur. In cælo autem sunt duo mirabilia, scilicet eius perpetuitas quia incorruptibile, & eius virtus per quam totus mundus inferior immutatur: per calorem videlicet in æstate, per frigus vero in hieme. Perpetuitas autem cæli contingit ex natura formæ suæ. Nam formæ elementorum sunt particulares, & non implent totā potentiam materiæ: vnde materia eorum remanet in potentia ad aliam formam. Forma vero cæli habet totalitatem quandam: & replet totam potentiā materiæ. Sed forma artificiati procedit ex forma artificis. Forma autem concepta in corde patris, est verbum. Ergo formatio omnis rei, attribuitur verbo. Vnde dicit [Verbo domini cæli firmati sunt] Virtus autem cælorum est in mouendo. Omnis autem motus posterior, deriuatur a priori sicut a causa. Primus motus in rebus quæ sunt p voluntatē, est motus amoris: quia omnis motus in rebus quæ voluntatem habent, est motus voluntatis. Et ideo dicit Dion. 4. ca. de diu. no. quòd diuinus amor nō sinit eum esse sine germine: mouet aūt ipsum ad operandū &c. Necesse est ergo quòd virtus cælorum sit a spiritu. Et ideo dicit. [Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Mystice per cælos intelliguntur apostoli: hi firmati sunt verbo domini, scilicet Christi, vel filio domini. Et hoc est exoratio eius & doctrina. Luc. 22 Ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua &c. Item virtus eorum firmata est per Spiritum sanctum. Luc. vlt. Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Deinde cum dicit. [Congregans sicut]

f ¶Congregans sicut in vtre aquas maris: ponēs in thesauris abyssos.
g ¶Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueātur omnes inhabitantes orbem.
h ¶Quoniā ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.

f ¶Ostendit effectum dei, in aquis. In aquis autem duo mirabilia sunt consideranda. Vnum, quòd aquæ congregantur in vnam partem terræ, & non occupant totā superficiem: quod est mirabile ppter duo. Primo, quia naturalis ordo est, quòd sic aqua circūdat totam terram, sicut aer aquam. Item mare est altius terra. Secundo, quia licet aqua continue euaporet per calorem solis, tamen in eadem quantitate conseruatur. Et ideo duo dicit, scilicet quòd congregantur in vnum ex mandato dei. Hiere. 5. Posui arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commouebuntur &; non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud. Iob 38. Quis cōclusit ostiis mare &c. vsque tumentes fluctus eius? Et ideo dicit [Congregans sicut in vtre aquas maris] Aqua congregata in vtre habet tremorem & eleuationem, non tamen defluit quia retinetur a pelle vtris: sic aqua congregata in mare habet tumorem, & tamen non fluit quia continetur virtute diuina. Gene. 1. Congregentur aquæ &c. Aliud mirabile est, quòd continue euaporat & non minuitur. Vnde sicut quidam philosophi dicūt, per virtutem caloris solis tota aqua siccaretur secundum naturā. Et ideo contra hoc dicit [Ponens in thesauris abyssos]. Abyssus secundum Augustinum dicit profunditatem aquarum immeabilem: & habet duplicicem interpretationem: ab a, quod est sine, & basi, quod est fundamentum: quasi sine fundamento, & sine cādore, quia profunda est & obscura. In thesauro sunt tria: quia thesaurus quandam multitudinē auri dicit, & illud quod in thesauro ponitur, conseruatur. Vnde dicit, quasi theca auri. Item, ponitur, vt ad vtilitatem extrahatur. Hoc totū est in abysso: qa in ea est immensa abundantia siue multitudo aquarum. Secundo, in abysso conseruatur aqua & non decidit. Tertio, extrahuntur ad vtilitatem cum eleuātur vapores ex eis & generantur pluuiæ, & irrigatur terra. Psalm. decimus septimus. Apparuerunt fontes aquarum. Mystice exponitur dupliciter, de bonis & de malis. De bonis, vt per aquas maris intelligamus populos. Apoc. 17. Aquæ multæ populi sunt & gentes & linguæ. Quasi ergo aquas maris populos huius mundi congregat in ecclesia sicut in vtre. Comparatur autem ecclesia vtri propter vnitatem:

F & vter de pelle fit mortui animalis; per hoc insinuatur quòd ad hoc aliqui ad ecclesiam venient, vt mortificent membra sua, quæ sunt super terram. Nam quasi cæli apostoli confirmati sunt: & ex his congregati sunt in ecclesia populi [Ponens abyssos] idest profunditatem diuinorum sensuum [in thesauris] sacræ scripturæ. Esa. 32. Diuitiæ salutis, sapientia, & scientia: timor domini ipse est thesaurus ei⁹. Vel abyssos prius, scilicet peccatores, pfundos, & obscuros tenebris vitiorum, ponens thesauros auri ecclesiæ. Magnus tesaur⁹ ecclesiæ

i ¶Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorū: & reprobat consilia principum.
k ¶Cōsilium autem dñi in æternū manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

G Paulus est, & Mattheus, & Magdalena, qui quondā fuerat quasi quædam abyssus. In malis vero, aqua maris intelligitur tribulatio huius vitæ. Psal. 68. Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Deus autem confirmat cælos, non tamen aufert eis infirmitates, quia sic gratia conseruatur interius, quòd infirmitates exterius non excludat. Et ideo dicit quòd congregat tribulationes eorum, scilicet cælorum, idest virorum cælestium [in vtre] idest in corporibus eorum ponens abyssos, idest persecutores ecclesiæ in thesauris: quia non dat eis libertatem sæuiendi contra ecclesiam quantum volunt. Tertio, cum dicit [Timeat] g ¶Ostendit effectum dei in terra. Et primo, præmittit monitionem. Secundo, ostendit effectum dei circa terrā, ibi [Quoniā ipse dixit &c.] Circa primum, duo facit. Primo enim ponit monitionem. Secundo, exponit eam, ibi [Ab eo autem &c.] Dicit ergo [Timeat dominum &c.]

H ¶Sed quare hic posuit monitionem, cum locutus sit de effectibus aliis in quibus nulla monitione vsus est, sed solum de terra? ¶Ratio est, quia omnis alia creatura obedit deo ad nutum, nisi homo terrenus. Et ideo dicit [Omnis terra] idest omnis homo terrenus [timeat dominum] Eccl. vlt. Deum time, & mandata eius obserua. Hoc enim est omnis homo. Nam methonomica locutio est hæc, vt intelligatur continens pro contento, cum dicit [Terra] idest habitatores terræ. Secundo, exponit monitionem, dicens [Ab eo aūt &c.] bona. s. commotio ad seruitium dei: quia ipse solus trahit. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Deinde cum dicit [Quoniam]

h Ostendit effectum duplicē circa terrā. Et primo, effectū creationis. Secundo, gubernationis, ibi [Dominus dissipat] In creatione aūt sunt duo considerranda, s. ipsa formatio & ipsa creatio. Vtrumq; autem est hic. Nam primo, ostendit ipsam formationē cum dicit [Ipse dixit &c.] Secundo, ipsam creationem cum addit [Ipse mandauit &c.] Dicit ergo [Quoniam ipse dixit] Aug. 7. super Gen. ad literam. Omnis formatio est per verbum: quia res I creatæ se habent ad deum, sicut artificiata ad artificem. Vnde sicut omnes formæ artificiati sunt conceptæ in mente artificis, ita omnis forma rerum est a verbo diuino concepto. Vnde [ipse dixit] idest concepit verbum ab æterno, & secundum illud, omnia facta sunt, quasi dicat. Genuit verbum in quo erat vt fierent omnia: & sic est formatio. Secundo, creatio: quia [mandauit & creata sunt] Dicere namque, importat verbum formatum. Mandare importat monitionem, vel emanationem solum. Vnde mandare importat creationem materiæ informis. Eccl. 8. Sermo illius potestate plenus est. Mystice [Dixit & facta sunt] semine gratiæ [Mandauit] in opere veritatis. Psal. 103. Emitte spiritum tuum &c. Quantum vero ad opus gubernationis dicit [Dñs]

i ¶Quia stabilis manēs, immutat omnes. Et primo, ponitur hominum mutatio. Secundo, sua stabilitas, ibi [Consilium] Circa habitatores terræ aduertendum est, quòd quidam sunt parui, quidam magni, & vtrique mutantur. Quantum ad paruos di- K cit [Dominus dissipat &c.] Vbi duo tangit: scilicet propositum quod est de fine, & consilium de his quæ sunt ad finē. Et hoc immutatur quia non agit ſm quòd consiliatur, sed ſm quòd deus disponit. Esa. 8. Inite consilium, & dissipabitur. Et hoc est quod dicit [Dominus dissipat consilia gentium] Et specialiter dissipauit consilium volentium dissipare legem Christi [& cogitationes reprobat populorum] humana scientium. Talium enim ppositum, reprobat dominus. Quantum ad magnos dicit [& reprobat consilia principum] quasi dicat: non solum populorū, sed & principū consilia reprobat: quia non est in potestate eorū, q̄ intentum assequantur effectum, sed in ordinatione diuina. Iob. 12. Adducit cōsiliarios in stultum finem. Deinde cum dicit [Cōsilium autem]

k ¶Ponitur stabilitas dei, quia consilium suum stat, & cogitatio sua perseuerat.

¶Sed numquid consilium est in deo? Videtur, quòd non. Quia importat dubitationem.

¶Respondeo.

¶Respondeo. Dicendum, quòd aliter accipitur consilium in deo, A & aliter in nobis. Scientia enim in nobis importat discursum, in deo vero certitudinem. Sic de consilio: cum est in nobis dicit inquisitionem, cum autē dicitur de deo, importat ordinationem respectu omnium ad debitum finem. Esa. 46. Consiliū meum stabit, & omnis volūtas mea fiet. Act. 5. Si ex deo est consilium, non poteritis stare & dissoluere illud [Cogitationes cordis eius] idest propositum voluntatis eius manet: quia si mutat sententiam non mutat consiliū. Esai. 55. Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ meæ viæ vestræ [Beata gens]

l ¶Beata gens cuius est dominus deus eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi.
m ¶De cælo respexit dominus: vidit omnes filios hominum.
n ¶De præparato habitaculo suo, respexit super omnes, qui habitant terram.

l ¶Supra hortatus est iustos ad iucunditatem: hic ponit eorū dignitatem. Et circa hoc, duo facit. Primo. n. proponit eorū dignitatem. Secundo, probat, ibi [In cælo] Dignitas sanctorum maxima est: quia ipsi soli perueniūt ad quod omnes homines naturaliter desiderant. Si vnus vel pauci peruenirent ad vnum ad quod oēs peruenire desiderarent, hoc esset magna dignitas. Omnes autem desiderant tendere ad beatitudinem, ad quam tamen soli iusti perueniunt, quia eam consequentur in futuro perfecte, nunc vero inchoatiue & in spe. Ergo dignitas iustorum est magna. Circa eorum beatitudinem hic inchoatam & in futuro perficiendam, duo tangit, misericordiam scilicet & causam, ibi [Populus] Dicit ergo [Beata gens] De beatitudine diuersi diuersa senserunt. Et secundum diuersas opiniones, de hac sunt diuersæ sectæ philosophorum. Quidam enim posuerunt eam in bonis corporalibus sicut Epicurus. Quidam in operibus actiuæ vitæ, vt Stoici. Quidam in veritatis contemplatione, vt Peripatetici. Quærere beatitudinem in eo quod est infra nos, est vanum, C quia beatitudo est supra nos. Quod aūt est supra nos hoc est de⁹. Ergo bdatitudo hominis est inhærere deo. Vnumquodque enim perfectum est si inheret proprio bono. Proprium antem bonum hominis est deus. Psa. 72. Mihi autem adhærere deo bonum est. Deo autem potest quis inhærere mente scilicet, intellectu, & voluntate, non sensu, quia hic etiam brutis est communis. Dupliciter ergo inhæret homo deo, scilicet p intellectum contemplando & cognoscendo, & per affectum amando. Et quia hæc imperfecta sunt in via, perfecta vero in patria, ideo hic beatitudo est imperfecta, ibi perfecta. Et ideo dicit [Beata gens] Et quare? Quia [dominus est deus eius] ideo habet deo mentem coniunctam. Propterea [Beatus populus cuius est dominus deus eius] Heb. 11. Non confundit deus vocari deus eorum. Sed quæ causa est eius? Numquid natura, fortuna, vel propria virtus? Non. Sed electio diuina. Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Item, ibidē 6. Nemo potest venire ad me nisi pater meus D qui misit me, traxerit eum. Et ideo subdit. [Populus quem elegit] quasi dicat. Ideo beati, quia a deo electi. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. Et hoc [In hæreditatem] idest vt ipsi simus eius hæreditas. Hæreditas importat stabilem possessionem. Deus autem possidet omnia per dominium. Sed soli iusti subduntur ei per voluntatem: vnde in hæreditatem eos elegit, idest ad habendam iustitiam sempiternam. Sapiē. 1. Iustitia perpetua est & immortalis. Esa. 9. Hæreditas mea Israel. Dominus ergo deus eorum, quia eo fruuntur. Et ipsi sunt hæreditas dei, quia ei subiiciuntur. Deinde cum dicit [De cælo]

m ¶Probat eorum dignitatem per discussionem diuini iudicii. Et circa hoc, tria facit. Primo enim præmittit certitudinem diuini iudicii. Secundo, subdit vanitatem humanæ prosperitatis, ibi [Non saluabitur rex] Tertio, efficaciam gratiæ in sanctis, ibi [Ecce oculi domini] Circa primum, duo facit. Primo, certitudinem diuini iudicii pensat ex eius altitudine. Secundo, ex eius casualitate. Et primo, ostendit eam ex primo. Secundo, ex E secundo, ibi [Qui finxit] Circa primum, duo facit. Primo enim ostendit certitudinem diuini iudicii, ex eius altitudine. Secundo, remouet dubitationem, ibi [De præparato] Dicit ergo [De cælo &c.] Quanto aliqua virtus est altior in ordine & genere virtutis, tanto est efficacior ad opera quæ illi virtuti conueniunt. Et ideo quanto aliqua virtus cognitiua est subtilior, tanto est efficacior in cognoscendo. Nihil adeo est sublime sicut diuinus intellectus: & ideo efficacia eius in cognoscendo est maxima. Et ideo dicit. [De cælo] idest altitudine diuinæ maiestatis. Sicut enim nihil est altius cælo in corporalibus, ita nihil altius deo in spiritualibus. Et ideo quia de alto respicit, ideo [videt omnes filios hominū] quia q̄to plus ex alto videt, tanto plures videt. Pro. 16. Omnes viæ hominū, patent oculis eius. Deinde cū dicit [De]

n ¶Remouet dubitationem. Aliqui enim crediderunt deum habitare in cælis, quasi in remotis nō cognosceret humana. Iob 22. Circa cardines cæli perambulat, & nostra non considerat. Hoc excludit psal. dicens [De præparato habitaculo] q. d. Nullus præparat sibi locū ad impediendū se. Secus forte si alius præpararet. Stultus. n. rex esset si pararet sibi sedē vbi nō posset regere regnū. Et hoc est qđ dicit [de præparato habitaculo] idest de cælo quod sibi præparauit vt esset habitaculum suum: non quidem quòd comprehendatur eo, sed B quia magis relucet in eo gloria sua [Respexit] inquit [super omnes qui habitant terram] idest carnem, eam domando. Psalm. 112. Quis sicut domin⁹ deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit &c. Ps. 102 Dominus in cælo parauit sedem suam &c. Vel [de cælo]. i. Christo. Angelis vel Apostolis respexit oculo misericordiæ suæ ad saluandum homines. Deinde cum dicit [Qui finxit]

o ¶Qui finxit singillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
p ¶Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas nō saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia aūt virtutis suæ non saluabitur.

o ¶Probat certitudinem diuinæ cognitionis ex eius causalitate. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponit eius causalitatē. Secundo, concludit certitudinem cognitionis eius, ibi [Qui intelligit] Stultum esset dicere, quòd aliquis faciens aliquod opus operatum ignoraret vsum eius: frustra enim faceret cum vsus sit finis eius. Et ideo alibi dicit. Psal. 32. Qui finxit oculos non cōsiderat? Quomodo ergo potest esse quòd faceret aliquid proportionatum ad cognoscenda particularia nisi ipse cognoscat ea? Homo namque cognoscit singularia per intellectum, & animam & cor suum, ergo deus qui facit illud cor cognoscit ea. Et nota, q̄ verba habent pondus suum. Dicit enim [corda] vt excludat vnitatem intellectus in omnibus. Nam diuersi diuersos habent intellectus. Dicit autem [singillatim] vt ostendat quòd anima nō est duplex, alias non diceretur finxisse singillatim, sed vnam, ex qua omnes: & sic simul singillatim. Ergo ipse singulas per se animas finxit, scilicet per creationem cum sit anima substātia per se subsistens, non ex materia. Item dixit [finxit] vt ostendat q̄ non de substantia dei sit, alias non diceretur ficta, sed consubstātialis. Et dicit signanter [finxit] quia fingere figulorum est qui vili materia pulchram formam imprimunt: sic deus corpori luteo animam creando infundit. 2. Cor. 4. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Rom. 9. Numquid dicit figmentum illi qui se finxit, quid me fecisti sic? Et ex hoc concludit quòd [intelligit omnia opera eorum] qui enim scit causam, scit effectum. Causa autem omnium effectuum humanorum est cor. Deus autem scit cor, ergo & eius opera [finxit] intelligitur de figmento gratiæ: quia ab ipso sunt dona gratiæ: & hoc singillatim, quia Diuisiones gratiarū sunt 1. Cor. 12. Et hoc q̄a ipse intelligit opera eorum adiuuando, & promouendo [Non saluatur]

p ¶Supra psalmus ostendit dignitatem sanctorum, ex certitudine diuini iudicii ex qua probare intendit dignitatem sanctorum: nunc in parte ista ostendit humanæ prosperitatis vanitatem. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ostendit quòd nulla potestas temporalis potest homines ad salutem iustorum perducere. Secundo ostendit, quia hoc facit misericordia dei, ibi [Ecce oculi domini] Dicit ergo [Non saluatur rex] sed quia potestas sæcularis est triplex, una quæ consistit in multitudine subditorū, alia in robore corporis, & alia in diuitiis exterioribus, ideo ostendit quòd nullum eorum potest perducere ad salutem. Et primo, de prima potestate & hæc est regia. Et ideo dicit [Non saluatur rex per multā] Hier. habet [In multitudine &c.] Ps. 145. Nolite confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non est salūs. Immo si aliquando habent salutem, hoc est per deum. Psa. 143. Qui das salutem regibus. Secundo, ostendit quòd non est salus in robore corporis: vnde dicit [Et gigas non saluabitur in multitudine] idest roboris. Baruch. 3. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio &c. Tertio, quòd non in diuitiis. Et ponit duo adminiculatiua, scilicet equum, & abundantiam rerum. Quantum ad primum dicit [Fallax equus &c.] idest quantumcumque habeat bonum equum, tamen non potest saluari corporaliter, vel spiritualiter. Prou. 22. Equus paratur ad diē belli, dominus autem salutem tribuet. Quantum ad secundum dicit [In abundantia autem virtutis suæ non saluabitur] idest rerū exteriorum. Prou. 11. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Esa. 31. Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes. Mystice, moraliter, & allegorice, sic exponitur, quòd homo non saluatur propria virtute, quodcunque bonum obtineat. Est enim triplex bonum per quod vr̄ quis consequi posse salutē: Primum est potentia, & quantum ad hoc dicit [Non saluatur

rex

rex per multam virtutem] Si vero sit potens vt regat alios, hoc non est per virtutem suam, sed habet a deo. Secundum est constantia, & hãc non habet per virtutem suam : vnde dicit [& gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ] Tertium est bona dispositio corporis & fortitudo : vnde dicit [Fallax equus] scilicet corpus forte & robustum est fallax. Vel est vniuersaliter [in abundantia virtutis suæ] idest vndecũque habeat aptitudinem ad bonum, non saluatur nisi ei deus saluté tribuat. Psal. 9. Ego dixi in abũdãtia mea, non mouebor in æternũ [Auertisti &c.] Hoc est qd dicit Hiere. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & nõ gloriet fortis in fortitudine sua, & nõ gloriet diues in diuitiis suis. Deinde cum dicit [Ecce oculi]

q ¶ Ostendit efficacia diuinæ misericordiæ ad saluandum. Et primo, ponit misericordiam saluantem. Secundo, affectum sanctorum ex hac consideratione conceptum, ibi [Anima nostra] Circa primum, tria. Primo enim, ostendit diuinam misericordiam. Secundo, in quibus habet effectum diuina misericordia, ibi [super metuentes eum] Tertio, quem effectum habet, ibi [vt eruat] Dicit ergo [Ecce oculi domini] Diuinam enim misericordiam insinuat per respectũ dei. Psal. 118. Aspice in me & miserere mei. In quo autem respicit, subdit [super metuentes eum &c.] Abac. 1. Mundi sunt oculi tui ne videas malum : & respicere ad iniquitatẽ non poteris. Respice ergo eos super eos qui timorẽ habẽt & spem. Vnum enim sine altero non sufficit, quia timor sine spe desperat, & spes sine timore præsumit. Timor autem consurgit ex consideratione diuinæ potestatis. Hier. 10. Quis non timebit te o rex gentium ? Spes vero consurgit ex dei misericordia. Ex primo, consurgit fuga peccati, ex secundo spes veniæ. Effectum autem diuinæ misericordiæ ostendit cum dicit [vt eruat a morte &c.] vbi duplicem effectum ostendit: quia liberat a malo, & quantum ad hoc dicit [vt eruat a morte [Item confirmat in bono, & quantũ ad hoc dicit [& alat eos] Dicit ergo] vt eruat a morte animas eorum] a morte corporali, & morte peccati, & a morte futuræ damnationis in resurrectione. Osee. 13. De manu mortis liberabo eos &c. Confirmat etiã in bono : vnde ait [& alat eos in fame] .i. in necessitate, & loquitur de alimẽto corporali. Psal. 144. Oculi omũ in te speãt dñe, & tu das illis escã in tpe opportuno. Et de alimento spirituali. Deut. 8. Nõ in solo pane viuit hõ, sed in oĩ verbo qd procedit de ore dei. Et de alimẽto sacramentali. Ioã. 6. Caro mea, uere est cibus. In loco pascuæ, ibi me collocauit. Psalm. 22. Consequenter cum dicit [Anima]

r ¶ Ostendit quis effectus sequitur in istis, ex hac consideratione. Et est duplex. Primus effectus sperandi. Secundus orandi, ibi [Fiat misericordia tua &c.] Circa primum, duo facit. Primo enim ostendit, quomodo in eis consurgit effectus spei. Secundo, assignatur ratio, ibi [Quoniam adiutor] Dicit ergo ita [Oculi domini super metuentes eum &c.] Et ideo anima nostra sustinet dominum] idest si qua mala nobis a deo immittũtur, patiẽter sustineamus. Iac. 1. Sufferentiã Iob audistis. Itẽ expectando eius promissa. Sustinet ergo punientem & promittentẽ. Et est duplex rõ. Vna est propter experientiã beneficiorum, alia vero propter spem futurorum, ibi [In eo lætabitur] Experientia beneficiorũ est in bonorum promotione: vnde dicit [Quoniam adiutor] Itẽ, in protectione a malis : & ideo dicit [& protector] Speramus autem futuram iucunditatẽ: vnde ait [In eo lætabitur cor nostrũ] idest in eius visione. Esa. 66. Videbitis & gaudebit cor vestrum. Et Iob. 22. Tunc super omnipotentem deliticis afflues &c. Et hoc gaudium est hic imperfectum, sed ibi, in patria, s. est perfectũ. Et hoc iõ, quia [In nomine eius sperauimus] Ponit .n. hic, &, pro qa. Nomen sanctum eius est nomen eius, quasi dicat Ideo [lætabimur] quia [speraui mus in nomine sancto eius] idest in eius bonitate, vel in eius misericordia, & non in meritis nostris. Deinde cum dicit [Fiat misericordia]

s ¶ Ponitur oãdi effectus. Nam oratio interpres est spei, & ideo sequitur spem. Et licet quodlibet particulare beneficiũ sit ex misericordia diuina, duo tamen specialiter sunt ex hac. Primum est, beneficium incarnationis. Lucæ primo. Per viscera misericordiæ dei nostri &c. [Fiat misericordia tua] scilicet vt carnem suscipias & liberes nos [super nos] idest supra nostra merita. Aliud beneficium est salutis : & hoc est super nos, quia Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed sm suam misericodiam saluos nos fecit. Tit. 3. [quemadmodum speraui mus in te] quia nullus speraui t in domino & confusus est. Eccle. 2.

a PSAL. XXXIII.

Cum mutauit os suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt.

a PSAL. XXXIII.

Benedicam dominum in omni tẽpore semper laus eius in ore meo.

b ¶ In dño laudabitur anima mea.

c ¶ Audiant mansueti, & lætentur.

d ¶ Magnificate dñm mecũ: & exaltemus nomen eius in idipsum.

TITVLVS Psal. Dauid cum mutauit vultum tuum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Historia hæc habetur 1. Reg. 21. Vbi dicitur, q̃ Dauid fugiens a facie Saulis, venit ad Achis regem Geth & cognitus est ibi, & ẽt virtus eius, quia occidebat Philistęũ : & timẽs ex hoc sibi piculum mminere, quia illi erant de genere Philistinorum, & etiam propter virtutis suæ inuidiam, voluit hoc vitare, & finxit se fatuum, & sic rex ille contempsit eum. Totum hoc habetur 1. Reg. 11. ca. nisi q̃ nomen non consonat, quia ibi rex vocatur Achis : hic vero Abimelech. Nec est inconueniens, vel quia binomius fuit, vel quia Achis nomine, sed de genere Abimelech. Vnde mutauit vultum ostendendo se fatuum & dimisit eum & abiit, quia Dauid eiectus ab eo abiit & recessit. Mystice Christus mutauit vultum suum, quando mutauit sacramentum suum : in quo diuina veritas occulta fuit. Vel Christus vetus testamentum paschale mutauit in nouum coram Abimelech, qui interpretatur patris mei regnum. Pater Christi deus secundum diuinitatem, Dauid vero secũdum humanitatem : regnum Dauid est populus Iudæorum, regnum dei est ecclesia, Christus vero mutauit vultum suum coram Abimelech idest coram Iudæis, qui erant regnum patris sui Dauid : qui non cognouerunt eum. Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & contempserunt eum : vnde nec reputauimus eum. Et abiit ad gentes. Vel Achis qui incredulus interpretatur significat Iudæos. In præcedenti psalmo exposuit psalmista iustorum dignitatem : hic autem inuitat alios ad dei laudem. Diuiditur autem iste psalm. in duas partes. Primo enim ponitur exhortatio ad laudem. Secundo, quædam instructio necessaria, ibi [Venite filii] Circa primum, duo facit. Primo enim agit de dei laude. Secundo, ponit materiam laudis, ibi [Exquisiui] Circa primũ duo facit. Primo enim præmittit laudis exemplũ. Secundo, hortatur alios ad imitandum, ibi [Audiant] Circa primum duo facit. Primo enim ponit exemplum laudis in se. Secundo, laudis dei fructum, ibi [In domino laudabitur] Dicit ergo [Benedicam dominum] Aliquando laudat deũ aliquis propter seipsum, sicut qũ loquitur lingua, sibi soli loquitur. Aliquando propter cõsolationem aliorũ, sicut qũ prophetat etiam aliis. Benedicere ergo domino est vt dictum est, confiteri laudem dei, sed benedicere dominum est facere bonum [in omni tempore] scilicet aduersitatis & prosperitatis.

Contra Psalm. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei : sed nõ sic faciebat. Iob. 2. Si bona suscepimus de manu domini mala autem &c. Tob. 4. Omni tẽpore benedic deũ. Item, oportet vt non solum in se. s. in corde suo quis benedicat deum, sed etiam quòd laudem eius habeat in ore. Necessitas .n. laudis vocalis est, vt nõ solum laudes deũ, sed etiam ad vtilitatẽ & prouocationem aliorum laudes eum. Vnde dicit [laus eius in ore meo] Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. [Semper] autem dicit, i. in omni statuto tẽpore. Vel in præparatione animi. Vel semper benefaciendo, ex quo deus semp laudat. Nota q̃ hic versiculus cãtatur in sexta, quando Christus passus est, cuius passio est nobis causa laudis. Deinde cũ dicit [In dño]

b ¶ Ponitur fructus laudis. Dicit ergo [In domino laudabitur anima mea] Semper enim bonum amici quis reputat suum bonũ. Vnde dicit. In laudem dei etiam laus mea est. Si deus est magnus, constat quòd eius amicus est magnus. Psal. 17. Fortitudo mea & laus mea dominus. Et dicit [anima] quia ad ipsam principaliter est gaudiũ spũale. Consequenter cũ dicit [Audiãt]

c ¶ Inducit alios primo, ad causam laudis. Secundo, ad ipsam laudem, ibi [Magnificate] Principium laudis est interius gaudium : vnde dicit [Audiant mansueti] Et ideo lætantur in omnibus quæ dei sunt, quia immites non lætantur, sed rebellant. Et dicit [Audiant] quia hæc lætitia est ex auditu aliorum bene agẽtium. Deinde cum dicit [Magnificate]

d ¶ Hortatur ad laudem. Et primo, ad interiorem. Secundo, ad exteriorem, ibi [& exaltemus] Quenium ad primum dicit. [Magnifi-

[Magnificate dominum mecum] Idem est magnificate & laudate deũ, quia idem est bonitas dei & magnitudo, quia in his quæ non mole magna sunt, idem est maius esse quòd melius secundũ Aug. de trin. Et ideo dicit [Magnificate] Luc. 1. Magnificat anima mea dominum Et hic respondet ei quod dicit [Benedicam dominum] Quo ad secundum dicit] Et exaltemꝰ nomẽ eiꝰ] quod in se actũ exaltari dicitur, dum diffunditur in multis. Eccl. 43. Gloriãtes deũ exaltate eũ, quantũ potestis &c. [in idipsum] idest concorditer. Et hoc respondet ei quod dicit [laus eius in ore meo] Consequenter eũ dicit [Exquisiui]

e ¶ Exquisiui dominum, & exaudiuit me : & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

f ¶ Accedite ad eum, & illuminamini : & facies uestræ non confundentur.

g ¶ Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum : & ex omnibus tribulationibꝰ eius saluabit eum.

h ¶ Immittet angelus dñi in circuitu timẽtium eũ : & eripiet eos.

i ¶ Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus : beatus uir qui sperat in eo.

k ¶ Timete dominum omnes sanctì eius : quoniam non est inopia timentibus eum.

l ¶ Diuites egerunt, & esurierũt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

e ¶ Ponitur materia laudis quæ est diuina clementia in exaudiẽdo. Circa primum, duo facit. Primo enim ponit clementiã eius exauditionis. Secundo, meritum exauditionis, ibi. [Iste pauper clamauit] Circa primum, duo facit. Primo enim ponit beneficium sibi concessum. Secundo, inuitat alios ad hoc beneficium consequendum, ibi [Accedite &c.] Circa primum, tria facit. Primo enim ponit petitionem. Secundo, exauditionem, ibi [Et exaudiuit] Tertio, exauditionis effectum, ibi [Et ex omnibus] Dicit ergo [Exquisiui dominum] Optima optio, quærere ipsum deum. Vnde in oratione dominica, primo, petitur. Sanctificetur nomen tuum. Esa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest. Dicit ergo [Exquisiui] quasi dicat. Cum magna diligentia quæsiui. Et ideo subditur exauditio [& exaudiuit me] Effectus autem exauditionis est : quia [ex omnibus tribulationibus meis eripuit me] Eripuit namque iustos ex tribulationibꝰ quandoque, vt tribulationes non patiantur. Ioan. 5. In sex tribulationibus liberabit te & in septima non tanget te malum. Quandoque vt non nimis molestent. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam primæ Corinth. primo. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et hanc consolationem semper habent viri sancti. Item eripuit exterius, quia numquã mali possunt separare sanctos a Christo. Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? Deinde cum dicit [Accedite ad eum & illuminamini: & facies vestræ &c.]

f ¶ Inuitat alios ad hoc beneficium consequendum. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponit inuitationem. Secundo, inuitationis effectum, ibi [& facies vestræ non cõfundentur] Dicit ergo [Accedite ad eum] per fidem & charitatem. Iac. 4. Appropinquate deo & appropinquabit vobis. Et ideo subdit [& illuminamini] deus lumẽ est: & qui accedit ad lumen illuminatur. Esa. 60. Surge per affectum : & illuminare. Deut. 33. Qui appropinquãt pedibus eius, accipient de doctrina illius. Effectus autem inductionis est, quia [facies vestræ non confundentur] in repulsa: quia scilicet non patiemini eam, quia non est confusio sperantibus in eum. Vel facies vestræ] idest cogitationes vestræ [non cõfundentur] per defectum veritatis. Deinde cum dicit [Iste pauper clamauit]

g ¶ Ponit meritum exauditionis. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit ipsum meritum. Secundo, promittit simile beneficiũ aliis, ibi [Immittit] Tertio, exhortatur ad experiendum [Gustate] Dicit ergo [Iste pauper] Iste versus nihil differt ab alio [Exquisiui] nisi quòd ibi dicit de se, hic vero de paupere. Et ideo hoc solum exponatur quis sit iste pauper. Et dicitur quòd [iste] vel demonstrat seipsum, vel Christum. Et in hoc quod dicit [pauper] insinuat meritum exauditionis, quia pauper spiritu, vel pauper superbiæ, vel habendi voluntate terrena. Et isti exaudiuntur. Iudith. 9. Humilium & mansuetorum, tibi semper placuit deprecatio. Psal. 32. Respexit in orationẽ humilium &c. [clamauit] magnitudine interioris affectus. Esai. 6. Seraphin clamabant alter ad alterum, & dicebant sanctus, sanctus, sanctus &c. Secũdo cum dicit [Immittit angelus]

h ¶ Promittit beneficium, quasi dicat : ita exaudiuntur alii sicut & [iste panper] Multi codices habent [Immittit angelus domini] Hieronymus habet [Circundat angelus domini in gyro timentes eum] Dicit ergo [Immittit angelus domini] splendore sui luminis protegendo [In circuitu] Psalm. 124. Montes in circuitu eius scilicet angeli. Roman. 6. Multo plures nobiscum sunt quàm cum illis. Et infra. Ecce mons &c. [Immittet] ergo .i. immissionem faciet. Hebræor. 1. Omnes sunt administratorii spiritus [& eripiet eos] scilicet ab impugnatione hostium, & dæmonum. Iudith septimo. Filii Israel non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos, scilicet angelus, vel Christus. Esa. 96. Secundum translationem septuaginta interpretum. Vocabitur magni consilii angelus. Quia missus a deo inquantum homo. Vel angelus intelligitur prælatus ecclesiæ. Malac. 2. Angelus domini exercituum est. Prælati enim ecclesiæ debent custodire gregem suum. Tertio, cum dicit [Gustate & videte, quoniam suauis]

i ¶ Hortatur ad experiendum. Et circa hoc, duo facit. Primo enim exhortatur ad experiẽtiam diuini consortii. Secundo, ad obseruantiam diuini timoris, ibi [Timete] Circa primum, duo facit. Primo enim hortatur ad experientiam. Secundo, ponit experientiæ effectum [& videte quoniam] Dicit ergo [Gustate & videte &c.] Experientia [de re sumitur per sensum, sed aliter de re præsenti, & aliter de absente : quia de absente per visum odoratum & auditum, de præsente vero per tactum & gustum : sed per tactum de extrinseca præsente, per gustum vero de intrinseca. Deus autem non longe est a nobis nec extra nos, sed in nobis. Hierem. decimo quarto. Tu in nobis es domine. Et ideo experientia diuinæ bonitatis dicitur gustatio. primæ Pet. secundo. Si tamen gustatis quàm dulcis &c. Prou. vltimo. Gustauit & vidit quoniam bona est negociatio eius. Effectus autem experientiæ ponitur duplex. Vnus est certitudo intellectus : alius securitas affectus. Quantum ad primum dicit [& videte] In corporalibus namque prius videtur, & postea gustatur, sed in rebus spiritualibus prius gustatur, postea autem videtur : qa nullus cognoscit qui non gustat : & ideo dicit prius [Gustate] & postea [videte] Quantum ad secundum dicit [quoniam suauis est dominus] Sapiẽ. 12. O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in nobis. Psal. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ. Et postea [Beatus vir qui sperat in eo] Esa. 30. Beati omnes qui exspectãt eum. Deinde cum dicit [Timete]

k ¶ Hortatur primo ad obseruantiam diuini timoris. Secundo, cautam timoris assignat, ibi. [Quoniam non] Tertio, causam manifestat, ibi [Diuites egerunt] Dicit ergo [suauis & dulcis est dominus] Sed quibus? [timentibus eum] Ergo [Timete dominum omnes sancti eius] Et dicit sancti, quia nullus potest esse sanctus, nisi sit timens. Et dicit hoc, quia non solum timor necessarius est ascendentibus ad sanctitatem, sed etiam manentibus in ea. Eccle. 27. Si non in timore domini tenueris te, instãter a te subuertet domus tua. Et ẽt quia nihil ita euacuat sanctitatem sicut superbia, & timor est retinaculum superbiæ. Eccl. septimo. Qui timet deum nihil negligit. Eccles. 40 Non est in timore domini minoratio. Causam autem quare timendum est, subdit [quoniam non est inopia timentibus eum] Hoc exponitur multipliciter. Primo, de inopia spiritualium bonorum. Esa. 23. Diuitiæ salutis sapientia & scientia, timor domini ipse thesaurus eius. Si ergo timor domini thesaurus est, non est inopia timentibus eum. Item de inopia corporali. Contingit namque aliquando timentem deum parum habere, sed non contingit eũ esse inopem. Inops est qui se deficientem reputat: qui timent deũ suat contenti his quæ habent. Philip. 4. Vbique & in omnibus institutus sum &c. Item deus quærentibus se subuenit in necessitate.

¶ Sed obiicit Augustinus in sermone domini in monte: quia apostolus ait 1. Corin. 4. Vsque in hanc horam esurimus & sitimus, & nudi sumus. Quõ ergo non est inopia timentibus eum?

¶ Et dicit quòd deus est nutritor & medicus. Medicus autẽ subtrahit nutrimentum infirmo, & facit esurire & sitire, quia expedit sanitati. Ita deus secundum quòd expedit saluti nostræ, quãdoque inopiam immittit, quandoque diuitias confert, quandoque longitudinem dierum concedit. quandoque breuitatem adducit. Sed consequenter cum dicit [Diuites]

l ¶ Manifestat rationem per contrarium. Contrarium enim timori domini est affectus eorum, qui animas suas diuitiis dant. Primo ergo, ostendit quòd qui in diuitiis sunt deficiunt. Secundo, q̃ qui quærunt deũ sunt absque defectu, ibi [Inquirentes] Dicit ergo [Diuites egerunt] scilicet spiritualiter, idest qui sunt diuites in mundanis, egerunt in spiritualibus diuitiis. Apoc. 3. Dicis qa diues sum, & locupletatꝰ sum, & nulliꝰ egeo, & nescis, qa tu es miser, & miserabilis, & paup, & cæcus, & nudus [& exquisierũt]. s. spũalia bona: qa naturalis appetitꝰ inest homini ad virtutẽ: scilicet .n. appetitus deprauatus sit ad pctã, tñ naturaliter desiderat

virtutes. Vel in futuro [eguerunt] ideſt egebunt [& eſurierunt] ideſt eſurient. Eſa. 65. Serui mei comedent, & vos eſurietis. Item ad literam intelligitur: quia diuites frequenter ad egeſtatẽ deducuntur, quia res mundanæ ſunt caducę. Luc. 1. Eſurientes impleuit bonis &c. [In quirentes autem dominum] Eſa. 55. Quærite dominum dũ inueniri põt &c. [non minuẽtur omni bono] nõ deficiẽt perfecto bono: quia ſpiritualia habebunt ad votum & temporalia ad neceſſitatẽ. Luc. 12. Primum, quærite regnum dei: & hęc omnia adiiciẽtur vobis. Prou. 10.

m ¶Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos.

n ¶Quis eſt homo qui vult vitã, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam.

Deſiderium iuſtis dabitur. Et eorum deſiderium eſt omne bonũ. Prou. 11. Et ideo omne bonum habebunt [Venite]

m ¶Poſita ſuperius exhortatione ad laudem, hic ponitur inſtructio neceſſaria. Et circa hoc, duo facit. Primo enim inſtruit de timore dei. Secundo, de diuina prouidentia, ibi [Oculi domini &c. Circa primum, duo facit. Primo enim præmittit quaſi procemium ſuæ doctrinæ. Secundo, addit doctrinã ſuam, ibi. [Quis eſt homo] In exordio tria facit. Primo, reddit erudientem beneuolum. Secundo, attentum, ibi [audite me] Tertio, docilem, ibi [timorem domini docebo vos] Dicit ergo quantum ad primum [Venite filii] Parentum enim eſt diligere filios: & iõ dicit [filii] vt eos reddat ex paterna dilectione beneuolos. Item, parentum eſt inuitare filios ad doctrinam & eos erudire: vnde dicit [Venite] Gen. penult. Vocauit autem Iacob filios ſuos, & dixit. Congregamini vt annuntiem quæ ventura ſunt uobis diebus nouiſſimis. Hebræorum. 12. Patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Quantum ad ſecundum dicit [Audite me] Prouerbio. 1. Audiens ſapiens ſapientior erit &c. Eccl. 33. Audite me magnantes & omnes populi & rectores eccleſiæ &c. Tertio, reddit docilem: & hoc quando inſtruit de quo eſt dicturus [timorem domini docebo vos] ideſt quem fructum habebitis ſi timueritis deum. Vel quomodo timeatis deum. Et incipit a timore, & bene: quia in ſcientia incipiendum eſt ab elementis. Prouer. 1. Timor domini principium ſapientiæ ſcilicet diuinæ. Deinde ſubiungit doctrinam ſuam cũ dicit [Quis eſt homo]

n ¶Et circa hoc, duo facit. Primo, docet fructum timoris. Secundo, doctrinam, ibi [Prohibe] Dicit ergo [Quis eſt homo, qui vult vitam] homo namque deſiderat duo, ſcilicet longam vitam, & proſperitatem: ſed quia longa vita in malo eſt fugienda, ideo dicit [Quis eſt homo qui vult vitam] hanc autem acquirit homo per timorem domini, qui eſt Initium ſapientiæ vt dicitur in pſalmo 101. ſine qua ſapientia nõ eſt vita: vñ ipſa dicit Prouerbiorum. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam. Aliqui autem viuunt, ſed in malis & erumnis. Gen. 47. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum parui & mali. Et iõ dicit [diligit dies videre bonos] ideſt plenos: quia nihil in diebus illis æternitatis eſt niſi bonum. Pſalm. 83. Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Sed quis ſit effectus timoris oſtendit, Primo, in ſermone. Secundo, in opere, ibi [Diuerte] In ſermone duo vetat, ſcilicet manifeſtum malum, & fraudulentũ bonum. Quantum ad primum dicit [Prohibe linguam tuam a malo] ſcilicet detractionis, infamationis, & erroris. Epheſ. 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Iac. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrænans linguam ſuam &c. Quantũ ad ſecundum dicit [& labia tua ne loquantur dolum] quaſi dicat: nec etiam bona proferas in dolo. Pſal. 11. Diſperdat dominus linguam doloſam. Et nota quòd prius loquitur de lingua cohibẽda, & poſtea de labiis: quia prius mouet quis linguam cũ vult loqui, & poſtea labia. Item lingua prius format, ſed labia diſtinguũt verba. Item opere demonſtrat duo facienda. Debet enim homo ordinate vitam ſuam, Primo, quantum ad ſe. Et quantum ad hoc dicit [Diuerte] Secundo, quantum ad proximum: & quantum ad hoc dicit [inquire &c.] Circa primum, duo facit, ſecundum diuerſas partes iuſtitiæ, quæ ſunt ſcilicet diuertere a malo, & facere bonum. Secunda eſt, ibi [& fac bonum] Dicit ergo [Diuerte a malo. Eccl. 7. Noli facere mala &c. Diuertere a malo non eſt quid meritorium, ſi diuertere dicat ſolum negationem. Per hoc enim ſcilicet non facere malum, vitatur quidem pœna quam incurriſſet ſi illud admiſiſſet, non enim propter hoc vita acquiritur. Et ideo ſic accipiendo, non facere malum non eſt meritorium, dummodo talis voluntas non ſit informata charitate, ut propter deum a malo diuertat [& fac bonum] Eſa. 1. Diſcite benefacere. Secundo, quantum ad proximum dicit [inquire pacem &c. Sed contingit aliquando, quòd

F habes proximum qui impugnat te, & tunc tuum eſt inquirere pacem. Et ideo dicit [inquire pacem] Roman. 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes. Quandoq; vero contingit, ꝙ habes aliquem qui inquirat a te pacem & tuũ eſt tunc ſequi eam: vnde ait [& perſequere eã.]

o ¶Oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorum.

p ¶Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

q ¶Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos: & ex oĩbus tribulationibus eorũ liberauit eos.

Vel de pace loquit quam in ſe debet habere: & hanc inquit inquiras in vita iſta. Sed non plene habetur, quia Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Gal. 5. Dicit autem [& perſequere eam] vt .ſ. magis habeas, li-

G cet non ſit perfecta hic, ſed in futuro vbi Sedebit populus inpulchritudine pacis. Eſa. 32. Vel [inquire pacem] ideſt Chriſtũ, qui eſt pax noſtra. Eph. 2. [& ſequere eam] Eccl. 2. Quis eſt homo qui poſſit ſequi regem factorem ſuum? Deinde cum dicit [Oculi domini ſuper]

o ¶Inſtruit de diuina prouidentia. Et circa hoc, duo facit. Primo enim præmittit diuinam prouidentiam. Secundo, diuinæ prouidentiæ effectum oſtendit, ibi [Clamauerunt iuſti] Circa primũ, duo facit. Primo, proponit diuinam prouidentiam quantum ad bonos. Secundo, quantũ ad malos, ibi [vultus aũt domini] Dicit ergo [Oculi domini &c.] Illis de quibus curam gerimus dupliciter intendimus. ſ. viſu ad eorum facta. Et quantũ ad hoc dicit [Oculi domini] Et auditu, ad verba. Et quantum ad hoc dicit [& aures] Et licet in deo non viſus & auditus, ſed ipſa dei ſapientia, tamen propter diuerſa cognita dicitur vtrumq;, viſus

H ſcilicet & auditus. Vel ſignat per oculos q̃tum ad ipſa facta: auditus aũt per aures quantum ad verba: ideo ait [Oculi domini ſuper iuſtos] .ſ. viſu approbationis. Tim. 2. Noui dominus qui ſunt eius. Eccl. 15. Oculi domini ad timentes eum &c. [& aures eiꝰ] vt .ſ. ſit intentus ad exaudiendũ [in preces eorum] Qui enim vult exaudire libenter audit precantes: vnde per hoc ſignat quòd voluntarius eſt ad exaudiendum. Et dicit [in preces] quia adhuc loquẽtibus audit. Eſa. pen. Adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Conſequenter cum dicit [Vultus autem domini ſuper facies mala, vt perdat &cet.]

p ¶Oſtendit prouidentia domini circa malos. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponitur quòd prouidentia diuina ſe extendit ad malos. Secundo, quomodo diuerſimode, quantum ad bonos, ibi [vt perdat] Dicit ergo [Vultus autem domini &c.] Dixerat ſupra [Oculi domini ſuper iuſtos] Poſſet malus dicere: ſi oculi domini non ſunt ſuper me poſſum peccare licenter, quia non vi-

I det. Iob. 22. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat. Ezec. 8. Non videt dominus, dereliquit .n. terram. Sed non ita eſt, quia vultus domini ſuper malos. Prou. 15. Infernus & perditio coram dño &c. Et dicit [vultus] quia deſignat cum quadã ira reſpicere in eipſos malos. Sed ad quid ſup eos reſpicit? Certe] vt perdat de terra memoriã eorũ] hoc dupliciter poteſt intelligi. Vel q̃a põt referri ad terrã præſentem: & ſic dupliciter perditur memoria eorum de terra. Vno mõ, vt omnino non ſit. Alio modo, vt male. Prou. 10. Nomen impiorũ putreſcet. Multi mali quæſierũt vt eorum memoria maneret, & tamen periit. Sed ſi aliquorum permanet memoria tamen periſſe dicitur, quia putrida eſt & mala. Pſa. 9. Periit memoria eorum cum ſonitu. Vel poteſt intelligi de terra viuentium:

¶Sed numquid ſancti nõ habent memoriam impiorum? Si non habent memoriam malorum quæ paſſi ſunt, quomodo ergo, Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam? Pſal. 57.

K ¶Reſpondeo. Dicendum eſt, ꝙ habebunt memoriã eorum, ſed nõ in bonũ, quia non habebũt memoriã compaſſionis & miſerationis eorum, nec orabunt pro eis. Luc. 16. Chaos magnum firmatum eſt &c. quaſi dicat. Etiam ſi vellent, non poſſunt miſereri. quia ſunt ibi coniuncti deo vbi non poſſunt velle niſi quod dei iuſtitia decreuit. Eſa. 26. Contriuiſti eos & perdidiſti omnẽ memoriam eorum. Deinde cum dicit [Clamauerunt]

q ¶Ponitur effectus diuinæ prouidentiæ. Et primo, quantum ad bonos. Secundo, quantum ad malos, ibi [Mors peccatorum] Circa primum, duo facit. Primo enim oſtendit, quomodo aures domini ſint in preces iuſtorum. Secundo, quomodo oculi domini ſuper eos, ibi [Iuxta] Circa primum, tria facit: quia primo, præmittit orationem ſanctorum. Secundo, ponit exauditionem, ibi [& dñs exaudiuit eos] Tertio, exauditionis effectum, ibi [& ex omnibus] Dicit ergo [Clamauerunt] Oratio ſanctorum dicitur clamor. Eſai. decimonono. Clamabunt ad dominum a facie tribulantis. Iacobi vltimo. Clamor eorum in aures domini ſabbaoht intrauit. Clamor eſt magna vox: &

& oratio ſanctorum magna eſt vox propter duo, ſcilicet propter magnitudinem affectionis, & propter magnitudinem petitionis, quia petunt æterna. Matth. ſexto. Primum quærite regnum dei [& dominus exaudiuit eos] quia ipſe mihi dat, vt petam. Pſal. 119. Ad dominum cum tribularer &c. Sequitur effectus exauditionis [& ex omnibus tribulationibus &cæt.] vt ſcilicet tribulationes non ſuſtineant. Vel ſi patiantur tamen nõ vt obruantur tribulationibus. Hebr. 11. Fortes facti ſunt in bello. Vel quia liberati ſunt de limbo. Zach 9. Tu autẽ in ſanguine teſtamẽti eduxiſti vinctos de lacu &c. Pſa. 33. Iſte pau-

r ¶Iuxta eſt dominus his, qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit. Multæ tribulationes iuſtorum

ſ ¶Et de omnibus his, liberabit eos dominus.

t ¶Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur. B

u ¶Mors peccatorum peſſima: & qui oderunt iuſtum delinquent.

per clamauit & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus &c. Secundo cum dicit [Iuxta eſt dominus]

r ¶Oſtendit quomodo oculi domini ſint ſuper iuſtos. Et circa hoc, tria facit. Primo enim ponit iuſtorum meritum. Secundo, eorum periculum imminens, ibi [Multæ] Tertio, auxilium eis præſtitum, ibi [& de omnibus his] Circa primum, duo facit, ſecundum quòd eſt duplex meritum iuſtorum, vnde promerentur dei miſericordiam. Tangit enim primo, meritum contritionis de peccatis: & quantum ad hoc dicit [Iuxta eſt dominus &c. Pſal. 143. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum. Quidam ſunt realiter miſeri, tamen non cognoſcunt: vnde nec conteruntur, & ideo non conſequuntur miſericordiam. Apoc. 3. Dicis quòd diues ſum, & locupletatus ſum, & nullus egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Neceſſe eſt enim, quòd recognoſcãt miſeriam ſuam corde gemendo: & ideo ait [his qui tribulato ſunt corde] Ecce contritio de peccatis. Eſai. 66. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu &c. Matth. 5. Beati qui lugent &c. Quantum ad ſecundum dicit [& humiles ſpiritu ſaluabit] ſpiritu dicit non verbis: quia Eccl. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat & interiora &c. [humiles] ergo [ſpiritu] qui veram ſcilicet humilitatem habent in corde [ſaluabit] Prou. 29. Humilem ſpiritu ſuſcipiet. Conſequenter ponit imminens periculum, quia [multæ tribulationes iuſtorum] Tren. 1. Multi gemitus mei &c. 2. Thi. 3. Oẽs qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur. Et has tribulationes patiuntur a perſequentibus. Pſal. 118. Multi qui perſequuntur me & tribulant me. Item ex conuictu eorum, quos peccare vident dolent. Pet. 2. Habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſti iniquis operiqus cruciabant. Item a tẽtationibus mundi, carnis, & hoſtis. Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum &c. Conſequenter cum dicit [Et de omnibus his liberauit]

ſ ¶Ponit auxilium eis præſtitum. Dupliciter autem iuuãtur. Primo, vt totaliter liberentur. Et quantum ad hoc dicit [Et de omnibus his liberauit eos dominus,] Secundo, vt tribulationibus nõ ſuccumbant. Et quantum ad hoc dicit [Cuſtodit dominus &c.] Dicit ergo [Et de omnibus his tribulationibus liberauit eos dominus] partim hic, ſed perfecte in futuro, quando, Non eſurient, neque ſitient amplius &c. Eccl. 51. Liberaſti me ſecundum multitudinem miſericordiæ nominis tui 2. Mach. 1. De magnis periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipſi. Deinde cum dicit [Cuſtodit dominus]

t ¶Oſtendit quomodo liberat eos, ne ſuccumbant. Dicit ergo. [Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum] Sicut viſus eſt in oculo, ita in oſſibus & neruis eſt fortitudo: & ideo ſicut viſus ſignatur per oculum, ita fortitudo & virtus per oſſa, quia ſicut per oſſa ſuſtentatur corpus, ita per virtutes ſuſtentatur vita humana. In futuro ergo liberabit totaliter, ſed interim cuſtodit oſſa, ideſt virtutes quæ magis proficiunt in infirmitate. Vel per oſſa viri perfecti intelliguntur, quos dominus cuſtodiet. Ezec. 37. Hęc dicit dominus deus his oſſibus. Ecce ego intromittam ſpiritum in vos & viuetis, & dabo ſuper vos carnes [vnum ex his non conteretur] quia in tribulationibus nulla virtus hominis deficit, quem deus cuſtodit. Nõ enim deficiebat charitas in ſanctis per odium, quia pro perſequentibus orabant: non manſuetudo per iram, q̃a non murmur reſonat: non patientia per iuſtitiam, immo in patientia ſua poſſidebant animas ſuas. Et ideo dicitur de agno paſchali. Os non confringetis ex eo. Exod. 12. Pſal. 36. Cum ceciderit non collidetur. Vel [vnum ex his] ſcilicet prædeſtinatis. Ioan. 17. Nemo ex his periit niſi filius perditionis. Deinde cum dicit [Mors peccatorum]

A u ¶Ponit effectus diuinæ prouidentiæ, quantum ad malos. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponuntur pericula malorum. Secundo, oſtenditur quomodo ab his liberauit ſanctos ſuos, ibi [Redimet] Circa primum, duo facit. Primo enim oſtendit malum iuſtorum, quod patiuntur in ſe. Secundo, quod eis imminet ex eo ꝙ perſequuntur bonos, ibi [& qui oderunt] Dicit ergo [Mors] corporalis, vel ſpiritualis: corporalis quidem hæc eſt peſſima in malis, q̃a mittuntur ad peſſimum locum. Lucæ. 18. Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Item q̃a perdunt ſpem gratiæ poſt mortẽ. Pro. 11. Mortuo homine impio, nulla erit am-

x ¶Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum: & non delinquẽt omnes, qui ſperant in eo.

IN FINEM

PSAL. XXXIIII

IVdica domine nocentes me: expugna impugnantes me.

plius ſpes. Mors ergo peccatorum peſſima eſt, quia moriuntur in corpore & in anima. Spiritualis. Eph. 5. Exurge a mortuis. Et hæc mors eſt peſſima. Mors enim eſt priuatio vitæ. Mors ergo quanto meliori priuat, tanto eſt peior. Priuat autem ſpiritualis mors animam vita gratiæ quæ eſt optima, quia eſt per deũ. Corinth. 6. Qui adhæret deo vnus eſt ſpiritus. Ergo eſt peſſima. Hieronymus habet ſic [Interficiet impium malitia] ideſt interimet. Hæc eſt malitia quæ ingerit peccatoribus mortem. Roman. 6. Stipendia peccati mors. Conſequenter oſtendit quid malis immineat ex eo quòd perſequuntur iuſtos. Luc. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. Et ideo dicit [& qui oderunt iuſtum delinquent] Prou. 29. Viri ſanguinum oderunt ſimplicem. Si ergo

C qui odit deum delinquet, ergo qui odit ſeruos dei. Deinde cum dicit [Redimet dominus]

x ¶Oſtendit quomodo in his periculis liberantur boni. Et primo, quomodo a peccatis præteritis. Secundo, quomodo proteguntur a futuris, ibi [& non delinquent] Dicit ergo [Redimet dominus animas ſeruorum] Poſſet dici. Si mors peccatorum peſſima eſt, cum nullus ſic ſit iuſtus, qui non peccet, ergo & ipſorum iuſtorum mors eſt etiam peſſima. Et ideo ad hoc excludẽ dum dicit [Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum] Redimet inquàm pretio mortis ſuæ [animas ſeruorum ſuorum] Non dicit liberorum. Illi enim ſunt liberati, qui excutiunt a ſe iugũ iuſtitiæ. Roman. 6. Liberati a peccato ſerui facti deo, habetis fructum &c. Tales ergo qui de ſeruis dei facti ſunt liberi non redimuntur, ſed illi qui ſubduntur iugo dei redimuntur a culpa & a pœna pretioſo Chriſti ſanguine. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus, argento, vel auro redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontamina-

D ti & immaculati Chriſti. Oſee. 13. De morte redimam eos. Secundo, oſtendit, quomodo proteguntur a peccato futuro: quia [non delinquent] ideſt non peccabunt ad mortem [omnes qui ſperant in eo] In eo dicit ſcilicet in domino, non in propria virtute, quia tales cadunt: vnde. Pſal. 29. Ego dixi in abundantia mea ideſt in virtute mea, non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem. Auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus. Sed qui ſperat in domino ſicut ille qui dicebat Sapient. 8. Sciui quoniam aliter non poſſum eſſe continens niſi deus det, hic non deliquet, dum protectus a deo mortaliter non peccabit &c.

a PSAL. XXXIIII.

IN pſalmis præcedentibus manifeſtata eſt dignitas iuſtorũ: hic aũt imploratur auxilium contra perſecutiones impiorũ. Et circa hoc, tria facit. Primo .n. petit diuinũ auxiliũ contra peccatores perſequẽtes. Secundo, confitetur ſe hmõi tribulationes pati pp

E peccatum, ibi [Domine ne infurore] Tertio, oſtendit ſuam fiduciã quã habet in deo, ibi [Expectans expectaui] Circa primum, tria facit. Primo .n. petit diuinum auxiliũ contra impiorum perſecutionem. Secundo, deſcribit eorum nequitiã, ibi [Dixit iniuſtus] Tertio, oſtẽdit eorũ proſperitatẽ eſſe contẽnendã, ibi [Noli æmulari] Titulus cõis eſt [In finẽ pſal. ipſi Dauid] Myſtice pertinet ad Chriſtũ verum Dauid: & ſm myſticã expoſitionẽ eſt ſecũdus pſal. eorũ, qui prolixe loquunẽ de paſſione Chriſti. Primus fuit, Deus deus meus reſpice: hic ergo pſal. ſiue legatur ex perſona Dauid, ſiue Chriſti, vel cuiuſcumq;, duo facit. Primo .n. petit impiorum repulſam. Secundo, aſſignat cãm, ibi [Surgentes teſtes] Circa primum, tria facit. Primo enim petit aduerſariorum condemnationem. Secundo, proponit condemnationis interitum. ſ. eorũ culpã, ibi [Qm̃ gratis] Tertio, aſſignat fructus condẽnationis huius, ibi [Anima aũt mea] Circa primũ, duo facit. Primo .n. proponit in gñali ſuã petitionẽ. Secundo, explicat eam, ibi [Apprehen

de arma &c.] Circa primum, duo petit in generali, scilicet condemnationem eorum, & diuinum auxilium, ibi [Expugna] hæc enim duo petit contra duo. Nam contra nocentes petit condemnationem, & contra impugnantes petit diuinum auxilium. Primo, quis impugnat alium. Secundo, præualens ei nocumẽtum infert. Est ergo hic ordo præposter°. Quando enim aliquis impugnat aliũ non statim mereẽ cõdemnationem, sed concitatur impugnatus ad petendum auxilium. Quando vero nocet, tunc petit condemnationem. Et iõ hic distinguit vtrumque, quia nocumentũ prius est in intentione inferentis, & ideo primo, petit condẽnationem nocẽtium. Dicit ergo [O domine iudica nocentes me] Est autem triplex iudicium, scilicet condemnationis. Iac. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam. Item, purgationis. Nehe. 4. Tempus est vt incipiat iudicium a domo domini. Item discretionis. Psal. 42. Iudica me deus & discerne causam meam. Hic autem agitur de primo. Similis petitio habetur Hier. 11. Tu aũt domine sabbaoth qui iudicas iuste & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis.

¶ Cõtra Mat. 5. Orate pro persequẽtibus, & calũniantibus vos.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd in omnibus istis imprecationibus duplex est intellectus. Vnus, quòd dicantur per modum prænunciationis, vt cum dicit [Iudica] quasi dicat: iudicabis. Vel vt omnia intelligãtur prolata non ex zelo vindictæ propriæ, sed diuinæ iustitiæ cui se conformant iusti. Secundo, impugnatus desiderat vt aduersario resistat: vnde ait [expugna impugnantes me] vt scilicet non præualeant in me. Hiere. 20. Dominus mecum est tamquàm bellator fortis. Esai. 63. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Consequenter cum dicit [Apprehende arma]

b ¶ Explicat petitionem suam. Duo enim petiit, scilicet condemnationem nocentium, & expugnationem impugnantium. Et ideo in particulari ista duo explicat. Primo enim explicat secundum. Secundo, primum, ibi [Confundantur] Circa primum quinque proponit, quæ sunt necessaria in defensore. Primum est, quòd se armet: qd̃ hoc tangit dicens [Apprehende arma, & scutum] Arma dei sunt electi eius. Romanorum, 6. Exhibete membra vestra arma iustitiæ deo. Vnde angeli dicuntur arma dei, quibus vtitur ad pugnandum contra malos. Sapien. 5. Pugnabit pro illo orbis terrarum, contra insensatos. Scutum dei proprie est diuina protectio, & voluntas sua qua protegit. Psal. 5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti eos. Dicit ergo [Apprehende arma & scutum] idest mitte sanctos tuos, & tu etiam protege me, bona voluntate tua. Vel [arma & scutum] sunt virtutes. Sapien. 5. Induet pro thorace iustitiam, sumet scutum inexpugnabile æquitatem. Secundum est, quòd procedat ad bellũ. Et ideo dicit [exurge in adiutoriũ mihi] Deus dicitur dormire, quando homo est in tribulationibus, & non sentit auxilium diuinum. Matth. 8. Motus magnus factus est in mari, ita vt naucula operiretur fluctibus, vbi erant discipuli, ipse vero dormiebat, & concitauerunt eum dicentes. Domine salua nos, perimus. Et surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Psal. 43. Exurge quare obdormis domine? Tertium est exẽpcio gladii, & ideo dicit [Effunde frameam] Hieronym. habet [Euagina gladium] Framea idem est, quòd gladius. Veruntamen [Effunde] hic designat abundantiam diuinæ vindictæ. Glo. [Effunde frameam] idest multiplica vindictam. Zac. 13. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Framea potest intelligi vel vindicta dei, vel anima Christi, vel quilibet iustus qui sunt gladius dei contra malos. Corint. 2. Spiritualis autem diiudicat omnia. Quartum est percussio: & ideo dicit [& conclude &c.] Hieron. habet [& præoccupa ex aduerso persequentibus me] quasi dicat. Prius percutias, quàm sibi cauere possint. Et hoc etiam proprie dicitur concludi, quasi non potest euadere. Iob. 10. Cũ sit nemo qui de manu tua possit eruere. Vel concludi quis dicitur, quando conuincitur de falsitate: vnde [conclude] ait q.d. conuince eos vt errorem suum cognoscant. Quintum est, vt eripiatur ille qui protegit: vnde dicit [dic animæ meæ salus tua ego sum] q.d. Per effectũ manifesta, vt per interiorem inspirationem cognoscam te esse salutem animæ meæ. Psal. 84. Audiã quid loquatur in me dominus deus. Esa. 43. Ego dominus & non est absque me saluator. Consequenter cum dicit [Confundantur]

b ¶ Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

c ¶ Confundãtur & reuereantur°: quærentes animam meam. Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

c ¶ Agit de condemnatione nocentium. Et primo, petit eorum condemnationem. Secundo, adhibet similitudinem, ibi [Fiant tãquàm puluis &c.] Circa primum, duo petit in condemnatione contra duo, quæ mali persequentes intendunt. Principaliter enim intendunt eum totaliter destruere. Psalm. 82. Non memoretur nomen Israel vltra. Secundo intendunt, quòd saltẽ inferant ei aliqua mala, & d̃ vtroq; petit eos condemnari. Secundum, ibi [Auertantur] Circa primum, duo facit. Primo enim, ponit pœnam quã expetit. Secundo, subdit eorum demeritum, ibi [quærentes animam meam] Pœnam petit duplicẽ, scilicet confusionem & timorẽ. Cõfusio autem consistit in hoc, q̃ non potest quis suum implere intentum. Secundum est, q̃ deficiens a proposito, timet ne incidat, vel in similem pœnam, vel in manus aduersarii. Et ideo dicit q̃tum ad primum [Cõfundantur] & quantum ad secundum [reuereãtur] i. timeãt similem pœnã. Simile habetur Hiere. 17. Confundantur qui me persequuntur & nõ confundar ego &c. Hoc ẽt potest reduci vt intelligatur esse dictum pro confusione eorũ de bona: s. confusione & de bono timore, vt salubriter confundantur ad pœnitentiam [& reuereantur] idest timeant pœnas, etiam si meritum eorũ contradicat, quia sunt quærẽtes aiam meam. Desecundo dicit [Auertãtur] Et circa hoc, duo facit. Primo, n. petit vt impediantur a proposito. Secundo, quòd confundantur impediti, ibi [& cõfundantur] Dicit ergo [Auertantur retrorsum] nõ valentes proficere in eo quòd intendunt, sed [deficiãt] in posterius & ex hoc cõfundantur. Potest etiã ad bonum reduci [Auertantur retrorsum] vt me sequãtur. Mar. 8. Vade retro sathana [& cõfundantur] de peccatis suis. Ro. 6. Quẽ fructũ habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? [cogitantes mihi mala] Hierem. 18. Tu scis domine omne consilium eorum aduersũ me in mortem. Deinde cum dicit [Fiant]

d ¶ Adhibet similitudinem. Et primo, q̃tũ ad primũ. Secundo, quantũ ad secundũ, ibi [Fiant viæ illorũ] Dicit ergo [Fiat tamq̃ puluis] Petiit nãq; primo, iudiciũ contra eos, qui quærebant eũ totaliter destruerẽ: & iõ similitudinẽ adhibet de re, q̃ totaliter destruitur. S. de puluere. Dispositio. n. pulueris ex tribus contingit. Ex pulueris. s. dispositione: quia siccus est puluis & in minima diuisus: & ideo facile dispergibilis est. Et ideo dicit [Fiant tamq̃ puluis] vt sicut puluis comminutus est in multis propter defectũ humoris, ita sint & impii. Alia rõ est, ventus cõmouens: vnde ait [ante faciẽ venti] Ventus quãdoq; significat tribulationẽ. Io. 27 Tollet eum ventus vrens &c. Quandoq; ipsam tentationẽ peccati. Esa. 64. Iniquitates vestræ quasi ventus abstulerunt vos. Tertio, ex impulsu alicuius impellẽtis ventũ: vnde ait [& angelus domini coartãs eos, s. ad hoc vt toraliter dispergãtur. Nam sicut per auxilium angelorum aliqua prosperãtur virtute maiori, ita ex angelis bonis, vel malis contingit quòd tribulationes magis grauantur. Nam deus quandoque punit etiam per bonos angelos peccatores. Esa. 37. Egressus est angelus domini & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque millia &c. Deinde cum dicit [Fiant viæ illorum] ponitur similitudo de secundo impedimento, idest de processu viæ: & tria impedimenta ponit in via. Primum est tenebræ: quia tunc de facili quis impingit [Fiãt ergo viæ illorum] idest processus [tenebræ] Secundum est, quòd sit lubrica & disposita ad casum. Tren. 4. Lubricauerunt vestigia vestra in itinere viarum nostrarum. Et tertium est, quòd sit aliquis persequens & cogens, vt magis corruat [Et angelus domini &c.] Prou. 17. Angelus crudelis contra eum mittetur. Dicit ergo. [Fiant viæ illorum tenebræ] ignorantiæ. Psal. 81. Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant [& lubricum] i. vitia carnalia in quibus de facili cadant [& angelus domini persequens eos] Ipse dæmon tentans ad peccandum, vel angelus bonus permittens cadere, vt humiliati fortiores resurgãt [Quoniã gratis absconderunt]

e ¶ Supra psalmus petiit, quòd innocentes iudicarẽtur, & expugnantes in expugnatione venirent: hic autem ostendit, q̃ũo meritò hæc patiãtur. Et primo, ponit culpam. Secundo, pœnam, ibi [Veniat illis] Circa primum, proponit primo malitiæ interpretationem. Secundo, executionem, ibi [Superuacue] In primo, ponuntur tria, quæ aggrauant culpam. Primum est iniquitas. Et ideo dicit [Gratis] Sed m est fraus: & iõ dicit [Absconderũt] Tertiũ est crudelitas: & iõ dicit [interitum laquei sui] Dicit ergo. [Q̃m gratis] Si aliquis intẽtat malũ contra se nocentẽ, non vt totaliter

d ¶ Fiant tamquàm puluis ante faciem venti: & angelus domini coartans eos. Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum: & angelus domini persequens eos.

e ¶ Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerũt animam meam.

taliter iniquum. Sed quando contra eum qui in nullo nocuit, hoc omnino est iniquum. Et hoc est quod dicit [Gratis] scilicet sine offensa quam fecerim, Ioan. 15. Odio habuerunt me gratis Esa. 52. Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Fraus vero notatur, cum dicit [Absconderunt mihi] quia scilicet per fraudem intentant mala mihi. Tren. 3. Vrsus insidians factus est mihi, leo in absconditis. Psal. 9. Insidiatur quasi leo in spelunca sua. Crudelitatem autem ostendit, quia parant insidias ad mortem: vnde ait [In interitum laquei sui] idest absconduntur laqueum ad mortem. Prou. 1. Veni nobiscum insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra deglutiamus eum &c. Secundo, cum dicit [Superuacue exprobrauerunt] Ponitur executio, similiter sine causa. Dicit autem [Exprobrauerunt] quia oppropria intulerunt. Est autem opprobrium, quando quis imponit crimen alicui, quod est contra eius honorem. Aliquando imponitur crimen alicui, vt confundatur & abiciatur. Aliquando vero vt perdat vitam, & hoc est contra animam eius. Et ideo dicit [Animam meam] quasi dicat. Propter hoc fecerunt, vt totaliter me vita priuarent. Sic Iudæi Christo impoluerunt crimina morte digna. Luc. 23. Commouit populũ, docens per vniuersam Iudæam. Psal. 68. Improperia exprobrãtium tibi ceciderunt super me. Sed hoc [superuacue] idest sine causa, sicut supra dictum est. s. gratis. Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? ergo [superuacue] imposuerunt ei peccatũ. Vel [superuacue] idest frustra, quantum ad eorum intentionem: quia intendebant eum destruere. Ioan. 11. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus &c. Tamen hoc consilium fuit superuacue, quia totus mundus post eius mortem ad fidem conuersus est. Consequenter cum dicit [Veniat illi laqueus quem &c.]

f ¶ Ponitur pœna conueniens culpæ. Et hoc, quia eodem iudicio iudicantur, quo iudicare volebant. Matth. 7. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Isti fraudulẽter intendebant mortem ipsius, ideo psalmus petit contra eos. vel conformando voluntatem suam voluntati diuinæ, vel prænunciando. Et petit tria: scilicet quòd laqueus eis præparetur, quòd capiantur, quòd non euadant. Quantum ad primum, dicit [Veniat illi laqueus] scilicet populo, vel, ei qui principalis est inter eos. Laqueus hic tripliciter potest intelligi. Vel propter laqueum pœnæ, quia propter mortem Christi illaqueati sunt. Esa. 8. Offendent ex eis plurimi & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur: quia captiui sunt apud omnes gentes [Quem ignorat] dicit, quia nec suspicari quidem poterant talem pœnam. Luc. 2. Erit. n. præsura magna super terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes. Matth. 24. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis numquàm fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet. Vel, de laqueo culpæ. Timo. vlt. Qui volunt diuites fieri incident in tentationem, & in laqueum diaboli: quasi dicat. Veniat illi laqueus culpæ quem præuidere non potest: quia peccatori non videtur quòd sit ligatus, sed quòd faciat voluntatem suam: in veritate tamen laqueatus est, quia. Prou. 5. Funibus peccatorum suorum constringitur. Vel, de laqueo iustitiæ, quasi dicat [Veniat illi laqueus] constringens ad bonum [quem ignorat] quia Corint. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus. Quantum ad secundum dicit [Et captio quã abscondit apprehendat eum] idest capiatur, sicut in abscondito me voluit capere. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium. Quantum ad tertium, dicit [In laqueum cadat] idest deiiciatur a laqueo, vt inde se non eximat [In idipsum] idest in laqueo, quem parauit aliis. Psalm. 9. In laqueo tuo humiliauit eum, inclinabit se, & cadet cum &c. Sic euenit Iudæis, quia ipsi Christum gentibus tradiderunt, gentibus postmodum traditi sunt. Deinde cum dicit [Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super &c.]

g ¶ Ponit fructum condemnationis impiorum. Et ponit fructum ex parte sua duplicem. Primo, exultationis specialis. Secundo, reuerentiæ diuinæ, ibi [Omnia ossa mea] Circa primũ, duo facit. Primo enim ponit exultationem, ex dei iudicio prouenientem. Secundo, materiam exultationis, ibi [Et delectabitur] Dicit ergo. Peto vt sic fiat, sed cum hoc feceris [anima mea exultabit in domino] Abac. tertio. Exultabo in domino Iesu meo. Et ratio huius est, quia per eum adeptus sum salutem, vnde dicit [Et delectabitur super salutari suo] idest super Christum, vel super salutem factam per Christum. Luc. primo.

f ¶ Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in idipsum.

g ¶ Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicẽt, Domine quis similis tibi? Eripiẽs inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem a diripientibus eum.

h ¶ Surgẽtes testes iniqui: quę ignorabam interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.

i ¶ Ego autem cum mihi molesti tamen quod est firmum, ostendit non sic esse, quia omne quantũcũque firmum est, deo incomparabile est. Sunt enim illa infinita, ista vero finita. Et ideo dicit. [Omnia ossa mea] idest virtutes. Per ossa quippe intelligitur virtus. Vel apostoli dicẽt [Quis similis tui] Iob. vigesimo octauo. Non adaquabitur ei aurum, vel vitrum: non commutabuntur pro eo vasa auri. Vel ex persona dicẽtis. [Omnia ossa mea] idest, quicquid virtuosum est in me. Vel cognitio veritatis. Vel feruor, charitas & huiusmodi. Dicit [Domine quis similis tui] ex hoc asseritur, quòd nihil est deo comparabile.

¶ Sed contra. Videtur quòd aliquid sit simile deo. Vnde Genes. primo. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

¶ Respondeo. Dicendum, Similia dicuntur quæ habent eandem formam & characterem. Sed est duplex similitudo. Vna, quæ facit similes perfectè, quando scilicet duo participant eandem formam vnius rationis. Quædam vero similitudo dissimilũ, quando videlicet forma inuenitur in aliquo vere, & in aliquo per remotam participationem: & sic istud est simile illi, non quia habeat eandem formam, sed quia accedit ad hoc secundum debilem participationem. Et si quæ de deo & de homine dicuntur similia, de homine dicuntur per remota, quasi dicat. Deus est & tu, sed tuum esse est participatum, suum vero essentiale, & similiter de aliis. Et ideo hæc similitudo, est dissimilium. Et quæ dicit, manifestat per effectum. Fortis enim videtur aliquis, quando liberat aliquem debilem a potente: hoc enim est magnæ fortitudinis. Et hæc facit deus in mundo isto. Fortes sunt diuites. Prouerbiorum, decimo octauo. Substantia diuitis, vrbs roboris &c. Deus autem liberat pauperes ab eis. Diuites namque, primo inuadunt pauperes. Secundo, expoliant debiles, sed deus ab his liberat eos. Quantum ad primum, dicit [Eripiẽs inopem] sine ope] de manu fortiorum eius] Quantum ad secundũ dicit [Et egenum & pauperem a diripientibus eum] Egenus dicitur quis, quasi egens necessariis, sed pauper, quasi nihil habens in pera. Et idem sunt ista tria, scilicet inops, egenus, & pauper. Prouerbiorum. 28. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperẽ. Ezec. vigesimo secundo. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam [Surgentes]

h ¶ Secunda pars principalis est Superius psalmus petiuit impiorum repulsam: hic aũt assignat causam. Et primo, prosequitur eorum malitiam. Secundo, petit diuinum auxilium, ibi [Domine quando respicies] Circa primum, duo facit. Primo enim ostẽdit eorũ iniquitatem. Secundo, eorum pertinaciam in malũ, ibi [Ego autem cũ mihi molesti] Iniquitatem ostendit primo, quantũ ad falsitatem. Secundo, quantum ad ingratitudinẽ, ibi [Retribuebãt] Dicit ergo quantũ ad primum [Surgentes testes iniqui] sicut principes Iudæorum, & inducti ab eis, sicut populus [quæ ignorabã] scientia approbationis q.d. Quæ non approbabã [interrogabant me] quia, s. faciebant accusationem de peccatis, quæ non approbabã. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis &c. Quantũ ad secundũ dicit [Retribuebant mihi mala pro bonis] factis eis in veteri testamento. Michę. 6. Populę meus q.d feci tibi &c. Et in nouo testamẽto, quia cæcos illuminauit, & alia multa beneficia eis contulit. Ioan. 10. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo. Hier. 18. Numquid redditur pro bono malum &c. Et quæ mala? [Sterilitatem animæ meæ] Alludit ei parabolæ Esai. 5. de vinea quam plantauit electa, quæ fecit labruscas: populus Iudæorum plantatus fuit ad bonũ fructum faciendum, sed sterilis factus est. Et hanc sterilitatem ostendit populus contra animam Christi, quam expetierunt. Et ideo dicit [Sterilitatem animæ meæ [Ego autem]

i ¶ Supra psalmus præmisit Iudæorum nequitiam. Hic autem ostendit eorum pertinaciam, qua perdurant in malo. Et reprobatur pertinacia aliquorum, ex eo, quòd nullo remedio reducuntur ad bonum. Est autem duplex remedium, quo ali-

qui ſolent reuocari ad bonum. Primo, per ſanctitatem eius quē F
perſequuntur. Secundo, ex diuino flagello. Primo ergo oſten-
dit eorum pertinaciam ex eo quòd non ſunt reuocati per ſanctita
tem. Secundum, ibi [Diſſipati] Circa primum, duo farit. Pro-
primo ponit, ſanctitatem ſuam contra tribulationes. Secundo,
pertinaciam eorum
in malum, ibi [Et
aduerſum me] Cir-
ca primū facit tria,
ſecundum quòd ſan
ctitas in tribus con
ſiſtit, ſcilicet in carnis maceratione, in ſpiritus deuotione, & affectus pietate. Et hæc tria ponit pſalmus per ordinem. Nam primo, ait de carnis maceratione. Secundo, de ſpiritus de uotione [Et oratio mea] Tertio, de affectus pietate, ibi [Quaſi proximum] Circa primum duo facit. Quia enim caro indiget te gumento & alimento, afflictio carnis habet fieri, vel aſperitate te gumenti, uel ſubtractione alimenti. Et ideo, primo dicit quòd affligitur tegumento aſpero. Secundo, alimento ſubtracto, ibi. [Et humiliabam] Dicit ergo quantum ad primum [Ego autem cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio] Hic ciliciū metaphorice dicitur, ſi exponatur de Chriſto, quia non legitur portaſſe cilicium. Hoc autem fit de pilis caprarum. Et in lege hircus capraru immolabatur pro peccato: & ideo cilicium ſignat peccatum. Chriſtus ergo dicitur portare cilicium, quia indutus eſt carne non peccatrice quidem, ſed habente ſimilitudinem carnis peccati. Et nos etiam portare cilium debemus: ideſt pœnitentiā de peccatis. Eſa. 3. Erit pro faſcia pectorali cilicium. Quantum vero ad ſecūdum dicit [Et humiliabam in ieiunio animam meā] quaſi dicat. Non ſolum tegumento, aſpero afflixi carnem meam, ſed & alimento, dum illud a me ſubtraxi ieiunando. De ieiunio corporali Chriſti habetur. Matth. 4. Poteſt etiam dici de ſpirituali ieiunio Chriſti. Chriſtus enim deſiderabat ſalutem humanam. Hæc eſt illa aqua, quam periit a Samaritana. Ioan. 4. Et in cruce ait. Sitio. Ioan. 19. Sed ieiunabat ab hoc, quia inuenit homines longe a ſalute. Si autem dicatur in perſona iuſti, tuac dupliciter poteſt intelligi. Vno modo, quòd ieiunium ſit cauſa humilitatis in iuſto: & per animam intelligatur via carnalis, vt ſit ſenſus [humiliabam &c.] ideſt ſuperbiam carnalis vitæ humiliabam macerando eam. Pſal. 98. Genua mea infirmata ſunt &c. Iudi. 8. Humiliemus illi animas noſtras in ſpiritu &c. Item poteſt dici quòd humilitas eſt ſocia ieiunii, quia quando ieiunio non iungitur humilitas, illud ieiunium non eſt deo acceptum. Eſa. 58. Quare ieiunauimus & non aſpexiſti &c. Quando vero humilitas ieiunio iūgitur, tale ieiunium eſt deo gratum. Et ideo dicit [humiliabam in ieiunio] Sed quia nihil valet humiliare carnem niſi impinguet ſpiritum & confortet, hoſtis enim debilicandus eſt, & pugnator fortificandus, ſpiritus autem cō fortatur per orationem, ideo addidit. [Et oratio mea in ſinu meo conuertetur] Tob. 12. Bona eſt oratio cum ieiunio. Oratio eſt ſpeciale prælidium in tribulatione. Iac. vlt. Triſtatur aliquis ve ſtrum? oret æquo animo & pſallat. Pſal. 76. Renuit conſolari anima mea, memor fui &c. Sed dicit [In ſinu meo conuertetur] Si de Chriſto accipiatur intelligitur dupliciter. Vno modo, vt referatur ad deum quem adorat: quia ad patrem in cuius ſinu erat. Ioan. 1. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris. Alio modo, vt referatur ad illos pro quibus orabat: quia orabat pro his, qui erant in ſinu Chriſti. Sinus autem Chriſti eſt ſecretum dei, & hoc eſt propoſitum prædeſtinationis: unde pro prædeſtinatis orabat. Ioan. 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo. Si autem referatur ad iuſtum aliquem qui orat pro alio, non ſemper obtinet pro eo. Hiere. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc &c. qa ſcilicet peccata eius non merentur exaudiri. Tamen exauditur pro ſeipſo, cum oratio ſua efficitur meritoria: vnde [In ſinu] ideſt ad me ipſum. Ioan. 10. Pax veſtra ad vos reuertetur. Sed verum eſt quòd prædicta vtilia ſunt, parum tamen valent niſi habeat aliquis pium affectum ad proximum. Et ideo ſubiungit. [Quaſi proximum]

k ¶Affectus autem ad proximum oſtenditur in duobus, ſcilicet in complacentia boni alterius, & in diſplicentia mali. Roman. duodecimo. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Primum, oſtendit cum dicit [Quaſi proximum] Secundum cū ſubdit [Quaſi lugens] Dicit ergo quantum ad primum [Quaſi proximum] Hæc conſtructio eſt mirabilis, quia non habēt hi accuſatiui vnde ſregantur. Gloſ. Caſus pro caſu ponitur, accuſatiuus ſcilicet pro ablatiuo, quaſi dicat. Sic complacebam mihi in eis, quaſi in proximo & in fratre. Vel ſecundum Hieronymū & dæeſt hic vnum Ad. Sic enim habet Hieron. [quaſi ad amicum & quaſi ad fratrem meum] Vel dicitur [Quaſi ſic complacebam] deo: habens me ad eos, ſicut ad proximos ad fratres.

Iudæi namquæ fuerunt proximi Chriſto, quia cum eis conuerſabatur. Baruch tertio. Poſt hæc in terris vi ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Fuerunt & fratres eius per originē. Romanorum 9. Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem. Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt. Sed Iob 30. Frater fui draconum, & ſocius ſtructionum. Quantum ad ſecundum, ſcilicet diſplicentia in malis, dicit [Quaſi lugens &c.] Hoc maxime fuit in Chriſto. Luc. decimonono, quando fleuit ſuper ciuitatē.

& contriſtatus, ſic humiliabar.

l ¶Et aduerſum me lætati ſunt, & conuenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.

m ¶Diſſipati ſunt nec compuncti,

Et dicit [Lugens] Luctus enim eſt planctus pro mortuis. Tunc ergo homo luget pro aliis, quando plorat mala eorum quæ ipſi non ſentiunt velut mortui. Peccatores namque in peccatis mortui ſunt, nec ſentiunt mala ſua, ſed iuſti inde dolent ex compaſſione. Hieremiæ 9. Quis dabit capiti meo aquam &c. Aliquādo etiam dolet quis pro malis aliculius, quæ etiam inſe ſentit. Et hoc eſt contriſtari. Vnde Hieronymus habet pulchrius [Quaſi lugens mater triſtis incuruabar] ſcilicet ſuper eos, quaſi dicat. Dolebam de eis, ſicut ſi eſſem eorum mater. Hanc ergo ſanctitatem affectus oſtendi eis per quam debuiſſent conuerti, ſed amplius obſtinati ſunt: quia [Et aduerſum me lætati ſunt & cōuenerunt]

l ¶Et circa hoc, duo fcit. Primo enim ponit eorum malitiam. Secundo, ſuam patientiam, ibi [Et ignoraui] Circa primum, tria facit. Ponit enim tria, quæ in Chriſti paſſione fuerunt. Primo, ponitur Iudæorum in malo iuconditas. Secuodo, eorum conſenſus in malum, ibi [Et conuenerunt] Tertio, dura Chriſti afflictio, ibi [Et congregati ſunt &c.] Dicit ergo. [Aduerſum me lætati ſunt] inſultando in morte. Tren. 1. Omnes inimici mei audierunt melum meum. [Lætati ſunt &cæt.] Contra quod dicitur. Prouerbiorum. 24. Cum cæciderit inimicus tuus, ne gaudeas &cæt. [Et conuenerunt &c.] Ecce conſenſus eorum in malum. Conuenerunt enim principes in morte Chriſti adinuicem, & cum plebe: & Iudæi cum gentibus. Pſalm. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum [Et congregata ſunt ſuper me flagella] Ecce afflictio Chriſti dura: quia a Iudæis & gentibus cæſus fuit. Tre. primo. Multi gemitus mei &c. In hebræo habetur [Congregati ſunt ſuper me flagellantes] Deinde cum dicit [Et ignoraui] oſtenditur patientia Chriſti: quia [ignoraui] ideſt ad modum ignorantis me habui, tacendo ſcilicet & non loquendo. Pſal. 37. Ego tamquàm ſurdus non audiebam &c. Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ducetur &c. Hierem. vndecimo. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam & non cognoui &c. Vel [ignoraui] ſecundum æſtimationem eorum: quia eis videbar, quòd ne ſcirem conſilia eorum. Alia litera habet. [Ignorabant] Ignorabant enim tria, ſcilicet quem flagellarent, quia Si cognouiſſent, numquàm dominum gloriæ crucifixiſſent. primæ Corinthiorum 2. Item, cauſam quare. Ioan. decimo octauo. Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene, cur me cedis? Item effectum iniquitatis: pro hac enim perpetuo ſunt priuati. Lucæ vigeſimoprimo. Et ita populo huic. Secundo, cum dicit [Diſſipati ſunt]

m ¶ Oſtendit, quòd non ſunt reuocati nec mutati ad bonum per ſecundum remedium, quòd eſt flagellum diuinum. Et circa hoc, tria facit. Primo enim oſtendit malum quod patiebantur. Secundo, defectum compunctionis ipſorum, ibi. [Nec compuncti] Tertio, eorum obdurationis effectum, ibi [Tentauerunt me &c.] Dicit ergo [Diſſipati ſunt] Hoc dupliciter exponitur: & primo ſic [Diſſipati ſunt] ideſt corde ſtupefacti dum neſcirent rationem eorum, quæ fiebant ideſt miraculorum in paſſione: quia Matth. vigeſimo ſeptimo Multa corpora ſanctorum, quæ dormierunt ſurrexerunt: & exuntes de monumentis venerunt in ſanctā ciuitatem, & apparuerunt multis. Obſcuratus eſt ſol &c. Vnde reuertētes percutiebant pectora ſua: vel. [Diſſipati] ideſt diuiſi: quia. Ioan. ſeptimo. Alii dicebant quia bonus eſt, alii autem dicebant, non, ſed ſeducit turbas. [Et non ſunt compuncti] ideſt conuerſi ad pænitētiam. Et hoc patet per effectum, quia tentauerunt me dicentes Ioannis decimo. Si tu es Chriſtus, dic nobis palam. Vel ad paſſionem Chriſti non ſunt conuerſi. Nam poſt mortem ipſius adhuc inſultabant ei, dicentes verba blaſphemiæ contra Chriſtum: quia dicebant verba irriſionis. Matth. vigeſimoſeptimo. Vah qui deſtruis templum dei &c. Et quātum ad hoc dicit [ſubſannauerūt me] Subſannatio eſt irriſio quæ fit rugato naſo. Eſa. 37. Cui exprobaſti, & quem blaſphemaſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam &c. Item, verba indignationis, Matth. vigeſimoſeptimo. Recordati ſumus, q̄a ſeductor ille dixit adhuc viuens. Et q̄tum ad hoc

ad hoc dicit [Fréduerunt &c.] Hoc eſt a prorum, q̄ crudeles ſunt, ſic & Iudæi. Tren. 2. Frenduerunt dentibus, & dixerunt: deuorabimus [Domine quando]

n ¶Supra pſal. ex perſona Chriſti, vel iuſti, nequitiam perſecutorum & pertinaciam oſtendit: hic autem contra vtrumque inuocat deū. Et primo, petit diuinum auxilium. Secundo, oſtendit diuini auxilii fructum, ibi [Cōfitebor] Circa primū duo facit. Primo, petit acceleratione m. Secundo, ipſum auxilium [Reſtitue] Dicit ergo [Domine quando reſpicies] In hoc ergo auxilii acceleratione m exprimit, & affectum animi non valentis amplius pati moram, quaſi in anxietate poſiti. Et ideo dicit [Domine quando reſpicies] Hoc eſt. n. proprie non ferētis morā. Pſa. 41. Quando veniam, & apparebo ante faciem domini? Et poteſt hoc dupliciter intelligi, ſecundū quòd duplex eſt reſpectus dei. Vnus eſt miſericordiæ, quo ad iuſtos ad ſalutē. Sapien. 4. Gratia dei & miſericordia eius in ſanctos eius, & reſpectus eius in electos illius. Alius eſt quo ad malos ad puniēdū. Iudith. 9. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc ſicut caſtra Aegyptiorum videre dignatus es, quādo poſt ſeruos tuos armati currebāt. Et de vtroque reſpectu poteſt intelligi ſi de Chriſto exponatur. [Domine quādo reſpicies] me, vt reſuſcit es me. Reſpice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus: prævalui aduerſus eum. Vel [quando reſpicies] ſuper aduerſarios meos. Abac. 1. Quare reſpicis ſuper iniquitates ſiue inique agentes, & taces deuorante impio iuſtorem ſe? Deinde cum dicit [Reſtitue] ipſum auxilium quod petit, exponit: & in hac petitione dat duo intelligere. Primo, ſ. neceſſitatem quā patiebatur. Secundo, malitiam aduerſariorum, ibi [A malignitate] Dicit ergo quantum ad primum [Reſtitue] quia neceſſitas grandis eſt. Nam periculoſa res eſt, quia in periculo animæ [Reſtitue] inquàm animam meam: corpori ſcilicet a quo ſeparata fuit in morte, licet a diuinitate, non fuerit ſeparata. Ioā. 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam &c. Hoc poterat potentia diuinitatis, q̄ non eſt alia quàm potentia patris: vnde ita facit a ſe quicquid facit, quod tamen habet a patre. Hoc etiam dicat quilibet vir iuſtus: quando eſt in periculo, vel corporali, vel ſpirituali q. d. Libera me a periculis. Malitia hoſtium duplex. Primo, quantū ad fraudulentiam: vnde dicit [A malignitate eorum] quia malitioſe contra me procedunt. Ioan. 2. Viciſtis malignum. Item, quātum ad crudelitatem [Et a leonibus vnicam meam] quia anima vnica liberatur a leonibus. i. a dæmonibus, vel tyrannis. Pſal. 56. Animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Ecc. A rugientibus præparatis ad eſcam [Confitebor]

o ¶Hic ponit fructum auxilii: & primo, ex parte ſua. Secundo, ex parte hoſtium, ibi [Non ſupergaudeant] Tertio, ex parte iuſtorum, ibi [Exultent] Fructus ex parte liberati eſt laus dei. Vnde dicit [Confitebor tibi & laudabo te, quia liberaſti me. Pſa. 65. Reddam tibi vota mea &c. Et ſi referatur ad Chriſtum, fructus reſurrectionis Chriſti eſt inſtructio eccleſiæ: & fides qua eccleſia confitetur deum. Rom. 10. Cordē creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, Vel deſcribitur eccleſia ex multitudine credentium. Secundo, ex virtute eorum. Quantum ad primum dicit [In eccleſia magna] Magna quidem numero & diffuſione terrarum. Malach. 1. Magnum eſt nomen tuum in gentibus. Item, magna conſtantia & virtute, quia Portæ inferni non prævalebunt aduerſus eam. Matt. 16. Pſa. 39. Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna. Quantum ad ſecundum dicit. [In populo graui laudabo te] Grauitas quandoque ſumitur in bono, quandoque in malo, quia ſimilitudinarie eſt duplex proprietas in corporali grauitate. Vna eſt ponderoſitatis, quæ tendit deorſum, & hæc eſt mala: quia homo dicitur grauis, ſecundū q̄ ad terræ ponderoſitatem & ſimilitudinem tendit. Pſal. 4. Filii hominum vſq; quo graui corde? Eſa. 1. Populo graui iniquitate, ſemini neq̄, filiis ſceleratis. Alia proprietas eſt ſtabilitas, quæ opponitur leuitati, & non commouetur. Leuis homo dicitur, qui mouetur omni vento. Eph. 4. Qui ſtabilis in bono eſt, dicitur grauis. Cor. 10. Epiſtolæ graues ſunt & fortes. Hieron. habet [In populo forti laudabo te] Non ſupergaudeant mihi inimici mei] Hic ponitur fructus ex parte hoſtium: vbi petit quòd eorum exultatio reprimatur. Et primo, proponit hunc fructum. Secundo, ponit radicem inſultationis, ibi [Aduerſantur] Tertio, ponit radicis commotionem, ibi [Viciſti domine] Dicit ergo [non ſupergaudeant,] quaſi dicat. Peto reſtitui [vt non ſupergaudeant mihi] quaſi vincentes me. Et hoc, quia Chriſto refuſcitato eorum gaudium verſum eſt in confuſionem. Vel non ſupergaudeant mihi] in membris meis, quæ non ſunt grauia, quia ſuſtentantur p Chriſtum. Mich. 8. Nō lætēris inimica mea. [Qui aduerſantur] Hic ponit cauſam inſultationis. Cauſa & radix inſultationis eſt triplex. Ex parte cordis, operis, & oris. Ex parte operis [illi ſupergaudēt qui aduerſantur iniquè] Si pro iuſtitia aduerſarentur & ſupergauderent, bonū eſſet & iuſtum, ſed quia inique gaudent, indecens eſt. Pſal. 35. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Ex parte cordis eſt odiū indebitum: vnde dicit [& qui oderunt me gratis] ideſt ſine cauſa. Pſal. 119. Dum loquebar illis impugnabant me gratis. Ioā. 15. Vt impleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt, Quia odio habuerunt me gratis. Pſalm. 34. Retribuebant mala pro bonis. Item, odium ſimulantium, q̄tia cum odio cordis [Annuunt oculis] Hoc dupliciter. Vno modo, ad oſtendendum palliationem odii, quaſi annuentes quòd diligerent. Vel annuebant ſibi inuicem oculis, concitantes ſe ad malum. Prouerbio. 6. Hō apoſtata vir inutilis. Ex parte oris, dupliciter. Primo, quantum ad verba fraudulenta. Secundo, quantum ad irriſoria. Quantum ad primum dicit, quòd in ore. Secundo, quòd in corde. In ore verba pacis. Vnde dicit [Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur] Mar. 22. Scimus quia verax es. Pſalm. 27. Loquuntur pacem cum proximo ſuo: mala autem in cordibus eorum. In corde habebant dolos, ideſt verba doloſa. Hierem. 9. Sagitta vulnerans eorum lingua, dolum locuta eſt. Et hoc [In iracundia terræ, dolos cogitabant] ideſt habentes iram contra me pro terrenis. Ioan. 11. Ne forte veniant Romani &c. Hieron. habet [In rapina terræ verba irriſoria] Qui irridet aliquem, duo facit: quia huiuſmodi verba moleſtant deriſum, & lætificant irridentem: & ideo dicit [Dilatauerunt ſuper me os ſuum] quaſi audacter & gaudenter loquuntur malum de alio. Eſa. 37. Super quem exaltaſti vocem tuam, & leuaſti in alcitudinem oculos tuos? [Dilatauerunt ſuper me os ſuum] Gaudium eorum oſtendit cum dicit [Euge] interiectio congratulantis. Matt. 25. Euge ſerue bone &c. quaſi dicat ſibipſis congratulantes de victoria quam videbant ſe habere de me. Et hoc, quia [Viderunt oculi mei] ſcilicet Chriſti paſſionem quam deſiderauerunt. Matth. 27. Vah qui deſtruis templum dei &c. Tren. 2. Hæc eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus [Viciſti]

p ¶Supra pſalmus poſuit radicem inſultationis, quæ fuit eorum malitia: hic autem remouet illam radicem, ſiue cauſam implorans dei iudicium. Circa quod, tria proponit. Primo, cognitionem neceſſariam ad iudicium præceſſiſſe. Secundo, petit iudicium, ibi [Ne ſileas] Tertio, iudicii effectum, ibi [Non dicant] Iudex non poteſt iuſte ferre ſententiam niſi prius inſtructus de facto: hoc autem diuino iudicio non deeſt, quia videt ea, quæ aguntur ex vtraque parte: vnde dicit. [Viciſti] ſcilicet eorum malitiam & meam, iuſtitiam, Hebræor. 4. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius. Conſequenter petit iudicium diuinum. Et primo, agit de iudicii dilatione. Secundo, petit proceſſum iudicii. Quod iudicium differatur procedit ex duobus, ſcilicet ex patienti tolerātia defectus iniquorū, & ex hoc q̄ iudex nō diligit eū pro quo ſententia dari debet, & ex hoc excludit eum. Quantum ad primum dicit [Ne ſileas] ſcilicet eorum malitiam, quam viciſti pertranſeundo. Aba. 1. Quare reſpicis contemptorem, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Quantum ad ſecundum dicit [Ne diſcedas a me] quaſi non ferendo auxilium in neceſſitate. Oſeæ, 11. Væ eis cum receſſero ab eis [Exurge]

q ¶Hic ponit proceſſum iudicii. Tria enim requiruntur in iudicio. Primo, quòd iudex ſumat iudicandum. Secundo, quòd conſideret merita cauſæ. Tertio, quòd proferat ſententiam iuſtam. Quantum ad primum dicit [Exurge] ideſt a corpore, & aſſume animum iudicandi. Pſalm. 43. Exurge, quare obdormis domine? Quantum ad ſecundum dicit duo, quibus debet iudex intendere debet. ſ. iudicium proferendum, & cauſam ſuper quam debet ſententiam ferre: vnde dicit [Intende iudicio meo] ideſt pro me ferendo. Pſalm. 71. Deus iudicium tuum regi da &c. Quantum ad ſecundum dicit [Deus meus & dominus meus in cauſam meam.] Vno modo. [In litem meam] ſicut in He-

runt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidē pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi noſtri.

p ¶Viciſti domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas a me.

q ¶Exurge & intēde iudicio meo,

bræo [In litem meam] Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam, vel [in causam] secundum quòd causa idem est quòd principium, ex quo sequitur aliud, quasi dicat. [Intende in causam] pro qua ego patior. Et hæc est obedientia patris. Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem &c.

deus meus: & dominus meus in causam meam. Iudica me secundū iustitiam tuā domine deus meus: & non super gaudeant mihi. Non dicāt in cordibus suis, Euge, euge, animæ nostræ: neq; dicant, Deuorabimus eum.

r ¶Erubescant, & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. Induantur confusione, & reuerentia, qui maligna loquūtur sup me.

s ¶Exultent & lætentur, qui volūt iustitiam meā: & dicāt semper, Magnificetur dominus, qui volūt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Item causa est charitas quam habuit ad nos, propter quā causam patiebat. Quātum ad secundum dicit [Iudica me] Vna litera habet [secundum iustitiam tuā] alia litera habet [Iudica me, secundum iustitiam meam] primum idem est, ac si diceret [Iudica me] secundum legem tuā & iustitiam. Nam iustitia dei est reddere vnicuique secūdum merita: & quæ non possunt falli & flecti a veritate. Rom. 2. Iudicium dei est secundum veritatem [secundum iustitiam meam] scilicet quam ego sum secutus. Et potest dici quòd idem est iustitia mea & tua: dei scilicet iustificantis, hominis quasi iustificati, quia iustitia nostra est ex deo. Ro. 10. Volentes iustitiam suam statuere &c. Consequenter petit effectum iudicii [Vt non supergaudeant mihi] Et circa hoc, duo facit. Primo, petit insultationis reprehensionem. Secundo, petit eorum confusionem, ibi [Erubescāt] Exterior exultatio nascitur ex interiori gaudio. Primo, ergo petit vt reprimatur eorum gaudium intus. Secundo, exterior insultatio. Dicit ergo quantum ad primum [Non supergaudeant mihi] quasi dicat. Ita iudicium tuum reprimat eos, vt non gaudeant super me. Tren. 1. Omnes inimici mei audierunt malum meum: & lætati sunt. Quantum ad secundum dicit [Non dicāt in cordibus suis] Insultatio in duobus fit, sicut & gaudium. Gaudium autem vel est de præsentibus bonis, vel de bonis futuris. Similiter insultatio, vel est propter mala iam facta, vel propter fienda. Primo ergo petit remoueri insultationem de præteritis; & ideo dicit [Ne dicant in cordibus suis, euge, euge, animæ nostræ] idest non congratuletur anima eius super aliquibus de me [& dicant animæ nostræ deuorabimus eum] Aliquando enim aliquis opprimit aliquem non exultatione, sed surreptione ex infirmitate: & hoc patet quòd statim pænitet. Sed quando ex malitia opprimit, tunc gaudet se fecisse. Et hoc est quod dicit [Nec dicant deuorabimus eum] scilicet in futurum. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus. Abach. 3. Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito [Erubescant]

r ¶Hic petit eorum confusionem, & petit duo correspondentia duobus præmissis, de quibus fit insultatio, scilicet de factis, & fiendis. Primo, petit vt confundantur de malis iam factis. Secūdo, vt confundantur super futuris, ibi [Induantur confusione] Primo ergo petit erubescentiam eorum, vel bonam confusionē, vel æternam: & hoc dicit per modum prænunciationis, vel conformationis ad deum. Esa. 6. Serui mei lætabuntur, & vos cōfundemini. Secundo, petit eorum diffidentiam siue timorem: vnde [Et reuereantur simul] Vel in bonum, quasi incipiant deū timere. Nam timor initialis & castus proprie reuerentia dicitur: & hic timor inducit in salutem: quia vt dicitur Ecclesi. 1. Timor domini initium sapientiæ. Vel semper sint in timore. Sapien. 17. Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus eius. Et quare hæc eueniant eis? quia gloriantur in malis meis. Consequenter petit confusionem de futuro & aliqua petit per alium modū, quia idem est confusio quòd erubescentia: & sicut illa possunt accipi in bono & in malo, ita hic confusio & reuerentia. Sed quod additur [Induantur confusione] aliquid addit. Indumentum enim dicit habitum. Qui ergo simpliciter & in principio timet, non potest dici habere habitum timoris: sed qui firmantur in malo, & desiderant malum. Hiere. 17. Duplici contritione contere eos. Et quare plus petit modo quòd affligantur quàm ante? quia est maior culpa, quasi scilicet non sunt contenti his quæ fecerunt, sed adhuc maligna cogitant contra me. Sicut Iudæi etiā post mortem Christi volebant occultare eius resurrectionem, corrumpendo custodes. Prou. 20. Verbum malignum, vanitatem, & verba mendacia longe fac a me. Hier. habet [Qui magna loquuntur contra me] 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. [Exultent & lætentur]

F s ¶Hic est tertius fructus, qui consurgit ex parte diuini auxilii. Et hic fructus est gaudium sanctorum. Et primo, ponit fructum exultationis dicens [Exultent & lætentur] Ponit autem pro fructu sanctorum iucunditatem, quia lætitia dicit latitudinem cordis: vnde signat interius gaudium. Psal. 118. Dilatasti cor meū. Et hæc lætitia est ꝓprie in iustis. Psal. 96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Exultatio dicit gaudium prorūpens exterius ab interiori: & hæc exultatio cōpetit iustis. Psalm. 32. Exultate iusti in domino. Et hoc competit rectis: vnde dicit [Qui volunt iustitiam meā] scilicet imitari. Vel si dicatur ex persona Dauid [volunt iustitiam meā] .i. cō gaudēt bonis meis, sic est gaudium cordis, & ex hoc sequitur exultatio oris. Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Et ideo subdit. [Dicant semper magnificetur dominus] idest magnificent deum sancti. Non.n. secundum veritatem magnum faciendo, sed nuntiando, & prædicando eum magnum. Psal. 33. Magnificate dñm mecum &c.
H Eccle. 43. Admirabilis magnificentia eius. Item ibidem. Quis magnificabit eū sicut est? & qui sunt illi qui hoc faciunt? certe, Qui volunt pacem serui eius] scilicet Christi secūdum humanā naturam: quam pacem Christus fecit & dat, quia Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Ephe. 2. Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Ioan. 14. Et in me pacem habebitis. Ioan. 17. Si autem intelligitur dictum ex persona Dauid, sic est sensus [Qui volunt pacem serui eius] idest illi exultent & lætentur, qui volunt quòd seruus eius scilicet ego, habeā pacem [Sed & lingua mea] Hic ostendit quòd etiam ipse est particeps gaudii huius, quasi dicat, Non solum illi qui habent gaudium, sed & ego etiam gaudii sanctorum sum particeps. Et de hoc ponit duo. Primo, ponit interiorem meditationem. Secundo, ponit interiorem laudem. Dicit ergo quantum ad primum. [Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuam]

¶Sed contra, Meditari non pertinet ad linguam, sed ad cor.

I ¶Et est triplex rñsio Vno modo, lingua meditatur .i. meditata loquitur. Psal. 48. Os meum loquetur sapientiam .s. meditatam. Qui est iustus loquitur ex præmeditatione: sic & sapiens. Alio modo, est duplex os, siue duplex locutio, scilicet interius & exterius. Matth. 14. Quæ procedunt de ore scilicet cordis, hæc sunt quæ coinquinant hominem. Et sic accipitur hic lingua scilicet interior. Tertio modo, sic [meditabitur] idest decantabitur, & modulabitur [tota die laudem tuam] idest semper cogitabit, quo laudet te. Psal. 33. Benedicam dominū in omni tēpore &c.

IN FINEM SERVO DEI

PSAL. DAVID XXXV.

G Dixit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius, iniquitas & dolus, noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viç non bonæ: malitiam autem non odiuit.

b ¶Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei: iudicia tua abyssus multa.

c ¶Homines & iumenta saluabis domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.

d ¶Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ, potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ.

a PSAL. XXXV.

IN præcedenti psalmo psalmista implorauit dei auxilium contra persecutiones peccatorum: hic autem describit peccatorū nequitiam. Titulus [In finem seruo Dei] Et est nouum hoc quod dicit [Seruo dei] Ille est fidelis seruus, qui bona domini sui non vsurpat sibi, & mala sua non retorquet in dominū. Quidam enim sunt, qui peccata sua in deum retorquent dicentes, ꝙ
K necessitate peccant, & bona sua sibi vendicant, dicentes quòd habent ea ex virtute propria. Econtrario facit Dauid. Et circa hoc duo facit. Primo, facit mentionem de malis quæ sunt in nobis ex nobis. Secundo, de bonis, quæ insunt nobis a deo, ibi [domine in cælo] Circa primum duo facit. Primo, ponit radicem mali. Secundo, ponit processum mali ex illa radice, ibi [Verba oris] Radix mali est propositum. Primo ergo proponitur malum propositū. Secundo, ponit causam, ibi [Non est timor] Tertio, probat, ibi [Quoniam dolose] Sicut dicit Philosophus in 3. Ethic. aliquis facit iniustum, & non iniustificat: aliquis facit & iniustificat, sed non est iniustus. Aliquis facit & iniustificat, & est iniustus. Primum facit ille, qui retinet rem alterius quam credit suam. Secundum facit ille, qui non secundum habitum, sed ex passione facit iniustum, qua passione cessante reddit rem alienam. Tertium facit ille, qui ex proposito facit iniustum, & ideo dicit [Dixit iniustus] idest ex proposito deliberauit [vt delinquat in semetipso] quia in eius potestate est, vt proponat peccare

care

care, non in fato stellarum. Eccl. 15. Deus ab initio constituit
A hominem, & reliquit eum in manu consilii sui: sed processus irrefrenatus pecandi est ex eo quòd remouetur impedimentū peccati. Dicitur autem quòd peccatum in spiritum sanctum, est qñ ex certa malitia peccatur: & hoc quando remouetur impedimentum. Hoc ergo impedimentum remouet timor domini. Prou. 15. In timore domini declinatur a malo. Iob. 15. Quātum in te est euacuasti timorem & tulisti preces &c. Et iō dicit [Non est timor dei ante oculos eorum] Timor est in affectu, sed causa timoris est in oculis, ex hoc quòd non considerant iudicium dei. Dan. 13. Auerterunt oculos suos, ne viderent cælum: sed causa est. [Quoniam dolose egit] Quando aliquis in oculis regis facit aliquid regi odiosum, signum est quòd non timet eum. Sic peccator quando facit peccatum coram deo, qui omnia videt, signum est quòd non timet deum: quia in conspectu scilicet dei, egit dolose idest fecit dolum. Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et dicit [Dolose] quia aliud profert extra, aliud simulat. Psalm. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur dominus. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocant irā dei. Et ideo [Inueniatur iniquitas eius ad odiū] idest talis sit iniquitas eius quòd deus habeat eam odio. Et hoc est signum quòd deus tales simulatores odit, quia in euangeliis multa inuehitur deus contra simulatores. Alia litera habet [In conspectu suo, vt videret iniquitatem suam & odisset] Contingit quòd aliquis discutit conscientiam suam, vt inueniat iniquitatem suam & odiat. Frequenter in hoc fraudulenter agit, quia non discutit bene, sed grauia leuiat, & leuia aggrauat. Et ideo
C dicit [Dolose egit in conspectu suo] idest in conscientia: quia si fideliter suam odisset iniquitatem, discussisset. Vel secundum eundem sensum [In conspectu suo] scilicet dei, idest in sacra scriptura, quam non attendunt secundum veritatem suam & spiritus sancti sed agunt dolose, & hoc ideo, quia non inueniunt iniquitatem. Consequenter ponit processum radicis. Et primo, ponit peccata oris. Secundo, cordis & operis. Homo committit peccatum ore dupliciter: vel per apertam malitiam, cum aperte mētitur, & hoc est quod dicit [Verba oris eius iniquitas] Iob. 6. Non inuenietis in ore meo iniquitatem. Vel per occultā fraudulentiam, & hoc est dolus. Hier. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est. In corde peccat quis dupliciter: per cōtemptum boni, & per studium mali. Contingit, quòd aliquis peccat per infirmitatem, aliquis ex ignorantia. Sed quando est ignorantia affectata, tunc est graue peccatum. Iob. 21. Scientiā viarum tuarum nolumus. Et ideo dicit [Noluit intelligere vt bene ageret] vnde voluit intelligere curiosa, & non vt bene ope-
D raretur. Hier. 4. Sapientes sunt, vt faciant mala: bona facere nescierunt. Item aliquando facit homo peccatum ex studio malitiæ: vnde dicit [Iniquitatem meditatus est in cubili suo] idest in corde suo. Vel in cubili, idest quando stat in secrero. Proue. 24. Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio [Astitit] Hic ponit quod committitur opere. Et primo, ponit coadiuuationē ad malum. Secundo, quòd nō impedit malum. Quātum ad primum dicit [Astitit omni viæ non bonæ] .i. viuit & fauit omni malæ viæ, vel malæ operationi. Psa. 2. Astiterunt reges terræ. Quātum ad secundum dicit. [Malitiam autem non odiuit] Psal. 51. Dilexisti malitiam super iniquitatem &c. Iob. 2. Cū dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua [Domine]

b ¶Hic ostendit quæ recepit a deo. Et primo, numerat ipsa bona. Secundo, petit ea sibi dari, ibi [Prætende] Circa primum, duo facit. Primo, proponit causam bonorum quæ recepit a deo. Secundo, enumerat ipsa bona, ibi [homines & iumenta] Et primo, ponit commendationem causæ. Secundo, proponit profun-
E ditatem effectuū, ibi [Iudicia tua] Quicquid deus facit in nobis, vel est ex iustitia, vel misericordia, vel ex veritate. Ex iustitia, quando reddit pro meritis. Ex veritate, quando reddit quod ꝓmissit. Ex misericordia, quando excedit merita & promissa. Probemus hæc tria. Iustitia dei alta est, quia nullus tantum meretur, quin deus plus reddat. Veritas est altior, quia deus promittit & soluit quæ numquam meruimus: sicut incarnationem, & alia quæ pertinet ad mysterium redemptionis. Sed misericordia est altissima: quia ea quæ cogitare non possumus largitur. Cor. 2. Oculus non vidit &c. Et ideo iustitiam comparat montibus, veritatem nubibus quæ altiores sunt, misericordiam cælis, qui sunt super omnia. Dicit [Domine in cælo misericordia tua] quæ est causa omnium bonorum meorum est in cælo. Psal. 144. Miserationes eius super omnia &c. Esai. 63. Miserationum domini recordabor [Et veritas tua vsque ad nubes [Iustitia tua sicut montes dei] Hæc omnia dicuntur secundum effectus, quia secūdum essentiam idem sunt. Mistice per hæc tria intelliguntur iusti, quia in ipsis iustis inueniuntur iustitia, veritas, & misericordia. Iusti signantur per cælum propter retributionem, & charitatem. Mat. 4. Merces vestra copiosa est in cælis. Itē, in illis maxime relucet misericordia: qa omnino sunt ab omni tribulatione liberati. Nos autem sumus adhuc in calamitatibus.
B Per nubes intelliguntur doctores. Esa. 5. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Et in eis relucet veritas quam manifestant. Per mōtes intelliguntur sancti viri: & quid sequitur ex omnibus istis? quòd hæc iudicia sunt abyssus multa, idest incomprehensibilia. Roma. 11. Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius &c. [Homines]

c ¶Supra commendauit psalmus dei iustitiam, veritatem, & misericordiam, & iudicia, ex quibus nobis bona proueniunt: hic autem enumerat illa bona. Et circa hoc, duo facit. Primo, commemorat bona, quæ communiter largitur omni creaturæ. Secūdo, bona propria quæ confert rationali creaturæ, ibi [Filii autē hominum] Circa primum, duo facit. Primo, commemorat quæ communiter proueniunt a deo. Secundo, consurgit in admirationē diuinæ misericordiæ, ibi [Quemadmodum multiplicasti] Dico ergo, quòd misericordia tua est magna, & ex hac saluas homines & iumenta, idest rationales & irrationales creaturas. Vel per homines intelliguntur iusti, per iumenta ipsi peccatores, qui tēporali salute saluantur a deo. Matth. 5. Pluit super iustos & iniustos. Psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit &c. Et hæc salus cōis est omnibus in duobus, scilicet in salute corporis. Eccl. 30. Non est census super censum salutis corporis: & in rerum prouisione 4. Reg. 6. Salua me rex. Qui ait. Non te saluet dominus. Vnde saluare te possum? de arca, an de torculari? Consequenter admiratur diuinā misericordiā, ibi [Quēadmodū multiplicasti] .s. quàm multū multiplicasti? [misericordiā tuam] scilicet quòd saluas non solum homines, sed & iumenta. Vel quòd est tibi curæ non solum de iustis, sed etiam de peccatoribus, quantum ad bona temporalia quæ in eis multiplicas. Hieron. habet [Quòd pretiosa &c.] Magna est enim misericordia dei, quòd omnes saluat: magna etiam, quia vnicuique plus dat quàm meruerit. Psal. 85. Misericordia tua magna est super me. [Filii autem]

d ¶Hic ponit bona spiritualia, quæ sunt tria. Fiducia, spiritualis refectio, & intelligibilis cognitio: & hæc respondent gradibus entiū. Entium quædam sunt tm̄, quædam sunt & viuunt, quædam cum hoc etiā intelligunt: & inter entia rationalis creatura quandam æternitatem participat, quia anima rationalis nō perit. Et ideo dicit [Filii hominum] idest filii dei Christi: vel filii hominum generaliter omnes homines intelliguntur [Sperabunt in tegmine alarum tuarum] Et loquitur metaphorice. Gallina protegit pullos suos alis ne occidantur, ita ipse deus spirituali protectione protegit rationalem creaturam ne deficiat specialiter in anima. Mat. 23. Quoties volui cōgregare filios tuos &c. Esa. 49. Sub tegumento manus suæ protexit me. Vel [in tegmine] idest in protectione spirituali. Et sic duæ alæ sunt doctrina noui & veteris testamenti. Item, quæ hic inferius viuunt, speciali cibātur refectione. Et primo, ponit ipsam refectionem. Secundo, ponit eius causam, ibi [Apud te] Refectio spiritualis in duobus consistit: scilicet in donis dei & in eius dulcedine. Quātum ad primum dicit [Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ] Domus est ecclesia. 1. Tim. 3. Vt scias quomodo oporteat te cōuersari in domo dei. Et hæc domus quæ modo est in terris, quandoque transferetur in cælis. Ps. 121. In domum domini lætantes ibimus. In vtraque est vbertas donorum dei, sed in hac ecclesia est imperfecta, sed in alia est perfectissima abundantia omnium bonorum, & hac satiātur spirituales viri. Psal. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Et quod plus est inebriantur, inquantū supra omnem mensuram meriti desideria implentur. Ebrietas enim excessus quidam est. Esa. 64. quod Oculus non vidit &c. Cant. 5. Inebriamini charissimi. Et qui sunt ebrii non in se sunt, sed extra se. Sic repleti sunt spiritualibus charismatibus, tota eorū intentio fertur in deum. Philip. 2. Nostra conuersatio in cælis est. Et non solum donis reficientur, sed etiam dilectione dei. Iob. 22. Tunc super omnipotentem deliciis afflues, & eleuabis ad deum faciem tuam. Et ideo dicit quantum ad secundum [Et torrente

rente

rente voluptatis tuæ potabis eos] Hic est amor Spiritussancti, qui facit impetũ in anima sicut torrens. Esa. 59. Quasi fluuius violentus, quem spiritus domini cogit. Et videtur voluptatis, quia voluptatem & dulcedinem in anima facit. Sapien. 12. O q̃ bonus & suauis est spiritus tuus domine in nobis. Et hoc potu potãtur boni. Cor. 10. Eundem potum spiritalem biberunt. Vel torrẽte voluptatis tuæ, scilicet dei q̃ dicitur torrẽs. Prou. 18. Torrens redundans fons sapientiæ: quia voluntas eius sic efficax est, vt ei resisti non possit sicut nec torrenti. Roman. 9. Voluntati eius quis resistit? Materia autem talis refectionis est, quia qui coniunguntur fonti, & qui tenerent os suũ ad fontem vini inebriarentur. Sic qui tenent os suum idest desiderium ad fontem vitæ & dulcedinis, inebriantur. Cor. 11. Alius autem ebrius est. Et sic inebriantur quia [apud te est fons vitæ] Si referatur ad Christum, sic est sensus [Apud te &c.] idest tu es fons vitæ. Si autem referatur ad patrem, sic est sensus [Apud te est fons vitæ] idest verbum tuum viuificans omnia [est apud te] Ioan. 1. Verbum erat apud deum. Hier. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ &c. Qui vere est fons vitæ idest spiritualium bonorum, ex quibus omnia viuificantur. Secundum est cognitio intelligibilis, quam homines, siue rationales creaturæ participant. Ideo dicit. [Et in lumine]

e ¶Et in lumine tuo, videbimus lumem.

f ¶Prætende misericordiam tuam sciẽtibus te, & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde. Non veniãt mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

g ¶ Ibi cæciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare.

e ¶ Duo sunt priuilegia rationalis creaturæ. Vnum, quòd rationalis creatura videt in lumine dei, quia alia animalia non vidẽt in lumine dei, ideo dicit [In lumine tuo] Non intelligitur de lumine creato a deo, quia sic intelligitur illud quod dicitur Genes. 1. Fiat lux [Sed in lumine tuo] quo scilicet tu luces, quod est similitudo substantiæ tuæ. Istud lumen non participãt animalia bruta: sed rationalis creatura primo, participat illud in cognitione naturali. Nihil enim est aliud ratio naturalis hominis nisi refulgentia diuinæ claritatis in anima: propter quam claritatem est ad imaginem dei. Psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Secundum est lumen gratiæ. Ephe. 5. Exurge qui dormis &c. Tertium est lumen gloriæ. Esa. 60. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum &c. Vel [in lumine tuo] idest in Christo, qui est lumen de lumine: & sic est lumen quod est verus deus. Est ergo lumen Christus, inquantum procedit a patre: est fons vitæ, inquantum est principiũ spiritus viuificantis. Aliud priuilegium est, quia sola creatura rationalis videt hoc lumen: vnde dicit [videbimus lumen] Hoc lumen vel est veritas creata idest Christus secundum quòd homo, vel est veritas increata qua aliqua vera cognoscimus. Lumen.n. spirituale veritas est: quia sicut per lumen aliquid cognoscitur, inquantum lucidum, ita cognoscitur inquantum est verum. Animalia bruta bene cognoscunt aliqua vera, puta hoc dulce, sed non veritatem huius propositionis, hoc est verum, quia hoc consistit in adæquatione huius intellectus ad rem, quod non possunt facere bruta, ergo bruta non habent lumen creatum. Similiter nec lumen increatum, quia solus homo factus est ad videndum deum per fidem & per spem: & sicut nunc videmus per fidem in lumine, sic videbimus eum in specie quando erimus in patria. [Prætende misericordiam]

f ¶ Hic conuertit se ad orationem, & petit misericordiam dei. Et primo, petit petitionem quantum ad alios. Secundo, quantũ ad se, ibi [Non veniat mihi] Duo petit, secundum duo genera hominum, qui conuersantur in domo domini. Quidam enim cognoscunt deum per fidem, quidam etiam iustificati inhærent ei. Qui ergo non cognoscunt deum, non sunt in eius domo, sed qui habent fidem possunt subiacere peccato, & ideo petit eis misericordiam. Ideo dicit. [O domine scientibus te] per fidem scilicet, & vocat cognitionem scientiam propter certam inhæsionem, [his prætende] idest amplia, extende ad eos misericordiam tuam miserando peccatis eorum. Esai. 27. Non est populus sapiens. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Sed [his qui recto sunt corde] idest qui habent rectum cor, & sunt cõfirmati tibi per charitatem [Prætende eis] idest amplia iustitiã, idest coronam quam meruerunt, quia isti iam merentur coronã. 2. Ti. 4. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ &c. Et ideo petit eis iusta. Pro se duo petit. Primo, petit conseruari a peccato, & hoc remouendo duas causas peccati. Vna est interior, & hæc est superbia quæ est initium omnis peccati. Vnde dicit [Nõ veniat mihi pes superbiæ] idest affectus superbiendi remoueat a

F me. Eccl. 23. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Alia causa est exterior: quando incitatur ab aliquo ad peccandũ. Psal. 118. Et ab alienis parce seruo tuo. Et ideo dicit [manus peccatoris non moueat me] idest inductiones & promissiones & blandimenta non inducant me ad peccandum [Ibi ceciderunt]

PSAL. IPSI DAVID.

XXXVI.

NOli ęmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Quo G niã tamquam fœnum velociter arescẽt: & quemadmodum olera herbarum, cito decident.

g ¶ Hic ponitur petitionis ratio: & est duplex. Primo, quia ex hoc pede est casus, sicut quando quis cadit propter pedem quem habet malum: & ideo dicit [Ibi] idest in pede superbiæ [cæciderunt] Ecce initium omnis peccati superbia. Eccl. 10. Homo enim ex hoc peccat pro eo quòd non cõtinetur sub regula legis diuinæ, sed ex superbia exit arrogantia. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, idest per superbiam videat ne cadat. Et dicit [qui operantur] non qui operati sunt, quia aliquis aliquando ex infirmitate peccat, vel ignorantia, & iste nõ permanet, sed qui peccat ex superbia, hic persistit, quia Prou. 2. Lætantur cum male fecerit, & exultant in rebus pessimis. Itẽ alia causa est alieni impulsus: vnde dicit [Expulsi sunt] idest impulsi dum inaniter se efferunt, sicut Lucifer de cælo & homo per superbiam de paradiso expulsi sunt [nec potuerunt stare. Iob. 18. Expellet eum de luce in tenebras &c. Sed humilitas facit stare. Psal. 121. Stantes erant pedes nostri &c.

H

a PSAL. XXXVI.

SVPRA petiuit psal. diuinum auxilium contra peccatores, & ostendit malitiã eorũ: hic aũt docet cõtẽnendã esse eorũ felicitatẽ. Titulus nõ est nouus. Intẽtio aũt psal. huius est ostendere, q̃ nõ reputentur prosperitates impiorũ. Circa quod, psal. tria facit. Primo enim præmittit intentionem psal. Secundo, ponit rationes in generali, ibi [Quoniam tamquam] Tertio, explicat in speciali, ibi [Noli ęmulari in eo] Circa primum, duo facit. Primo enim remouet a bonis malorum ęmulationem. Secundo, zelum [neque zelaueris] Dicit ergo [Noli æmulari] Hic ponit vnum ex parte peccatorum per modum designationis. Et ex hoc ponit malignantes, & facientes iniquitatem. Aliud vero ponit ex parte bonorum per modum prohibitionis, & ponit duo, scilicet [Noli æmulari] & [neque zelaueris] Peccatores autem designat primo, I quantum ad prauam ipsorum intentionem, quia malignantes. Malignitas enim pertinet ad cor: vnde dicitur malignus quasi malus ignis. Quando scilicet aliquis facit ex praua intentione aliquid, illud est malignum consilium. Secundo, quantum ad prauitatis executionem: vnde dicit [facientes iniquitatem] sed iusto cuilibet dicit [Noli æmulari &c.] Secundũ Philosophum in 2. Ethic. quatuor ad idem genus spectant, scilicet misericordia, inuidia, zelus, & nemesis, & hæc omnia important tristitiam de euentibus aliorum, sed misericordia & inuidia de his quæ eueniunt bonis: alia vero duo de his, quæ eueniunt malis. Inuidia enim est tristitia de prosperitate bonorum, sed misericordia est tristitia de miseria bonorum. Zelus proprie est, quando quis tristatur de bono alterius: non ex eo quòd ipse bonum habet, sed ex eo quòd ipse non habet. Nemesis est tristitia de bonis quæ indignis eueniunt. Sed quia loquitur hic de malis, non facit mentionem de duobus primis. Aduertendum est autẽ hic, quòd si aliquis indignetur siue æmuletur de prosperitate malorum non vituperatur secundum philosophos, qui tractaue K runt de prosperitate ciuili: in qua possunt aliqua videri magna, s̃m se considerata non respicientibus ad æterna. Si vero ad spiritualia comparẽtur, cum nullum temporale quantumcumq; magnũ possit spiritualibus comparari, in talibus æmulatio locũ non habet, & ideo non sunt æmulandi mali de huiusmodi bonis sibi prouenientibus. Vnde theologi attendentes diuinam prouidentiã ĩ his bonis q̃ indistincte bonis & malis, dignis & indignis proueniunt, non tristantur quando indignis adueniunt. Considerãt enim, quòd iusta dei ordinatione disponuntur, vel ad eorũ correctionem, vel ad eorum damnationem, & quòd huiusmodi bona sunt quasi nihil in comparatione ad futura quæ seruantur bonis. Et ideo huiusmodi tristitia prohibetur: vnde dicit [Noli æmulari] idest indignari [in malignantibus] pro eo quòd florẽt. Prou. 3. Ne æmuleris homine iniustum &c. Item [neque zelaueris facientes iniquitatem] quasi dicat. Ne tristeris si non habes quæ habent illi, quia reseruantur tibi meliora. Eccl. 9. Nõ zelantes gloriam peccatoris. Nõ enim scis &c. [Quoniam tamquam

quàm fœnum] Hic ponit rationes in generali. Et primo, quare non est æmulandum. Secundo, quare non zelandum [Spera in domino] Dicit ergo [Quoniam tamquàm fœnum] quasi dicat. Non est æmulandum in malignantibus, quia id parum est, & transitorium. Et ideo dicit [tamquàm fœnum velociter arescẽt &c.] Ponit enim exemplum de rebus quæ florent & fructificant, & cito decidunt. Sic est de homine, qui floret, viret, & cito decidit. Psal. 89. Mane sicut herba transeat &c. Et hæ duæ similitudines pro eodem ponuntur ad maiorem scilicet manifestationẽ. Vel aliter Duo sunt in homine, quæ magna esse videntur. Primum est decor qñ videntur homines viuere in gaudiis. Sapien. 2. Nullum sit pratum &c. Et ideo dicit [tãquàm fœnum] Vel aliter. Quia decor gaudii cito deficit. Iob. 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Psal. 128. Fiant sicut fœnum tectorum quod priusquã euellatur exaruit. Esa. 40. Omnis caro fœnum &c. Secundum est celsitudo sæcularis potestatis designata per herbas olerum, quæ crescunt, & tamen totum transit. Et ideo dicit [tamquam olera] Vel per fœnum intelliguntur maiores, per herbam vero minores. Non ergo indignandum est de bonis eorum. Item, non est zelandum facientes iniquitatem, quia tibi promittuntur maiora. Et hoc ostendit cum dicit [Spera in domino]

b ¶Spera in domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.

c ¶Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela dño viã tuam, spera ĩ eo, & ipse faciet.

d ¶Et educet quasi lumen iustitiã tuam, & iudicium tuum tamquã meridiem: subditus esto domino, B & ora eum.

e ¶Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua: in homine faciente iniustitias.

f ¶Desine ab ira, & derelinque furorem: noli ęmulari vt maligneris. Quoniam qui malignantur exterminabuntur, sustinentes autem dominũ, ipsi hæreditabunt terrã.

b ¶ Et quia prosperitas temporalis in tribus consistit, scilicet in diuitiis, voluptatibus, & honoribus. Ioan. 2. Omne quod est in mundo &c. ideo secundum quòd etiam prosperitas spiritualis in tribus consistit, tria facit. Primo enim ponuntur diuitiæ. Secundo voluptates, ibi [Delectare] Tertio, gloria, ibi [Educet] C quas promittit deus sperantibus in se. Circa primum, tria facit. Primo, ostendit modum acquirendi spirituales diuitias. Secundo, vbi sunt quærendæ, ibi [Et inhabita terram] Tertio, promittit illas abundanter, ibi [Et pasceris] Circa primum duo facit, secundum quòd in acquisitione duo exiguntur. Primo.n. proponitur finis. Secundo, ponitur conatus ad finem, ibi [Et fac bonitatem] Dicit ergo [Spera in domino] idest spera te habiturum bona domini, idest ipsum dominum. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ &c. 1. Pet. 1. Regenerauit nos in spẽ viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem &c. Et hic est finis intentus. Vel [Spera in domino] idest de deo, scilicet de auxilio domini. Eccles. 2. Qui timetis deum &c. Secundo, dicit quòd conetur ad acquirendũ finem bona operando. Et ideo subiungit [& fac bonitatem] idest omnia opera virtutum. Psal. 33. Declina a malo & fac bonum. Deinde cum dicit [& inhabita terram] ostendit vbi quærendæ sunt istæ diuitiæ. Hoc non põt intelligi de materiali terra, quia D etiam iniusti inhabitant eam, sed exponitur de quadruplici terra. Et primo, de terra viuentium quæ est gloriæ. Psal. 26. Credo videre bona domini, in terra viuentium: quam inhabites p̃ desiderium. Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Itẽ de anima tua. Luc. 8. Quod autem cecidit in terram bonam &c. Et hanc inhabites semper ad conscientiam reuertendo. Sap. 9. Intrans in domum conquiescam cum illa. Tertia terra, est ecclesia militans. Psal. 64. Visitasti terram & inebriasti eam &c. & hanc inhabites per confessionem fidei, non recedendo ab ecclesia. Quarta terra est propriæ carnis. Gen. 3. Spinas & tribulos germinabit tibi. Et hanc inhabites extirpando vitia, & inserendo virtutes. Consequenter ostendit quòd abundanter hæ diuitiæ tribuentur cum dicit [& pasceris in diuitiis eius] vel cælestis patriæ, vel ecclesiæ, vel iucunditatis, vel abstinentiæ carnis Hieron. habet [Peregrinare in terra & pascere fide] idest sis sicut peregrinus non reputando terrena [& pascere fide] per fidem pos E sidendo inuisibilia. Secundum est voluptas spiritualis, quæ promittitur cum dicit [Delectare]

c ¶ Et circa hoc duo facit, secundum quòd hic delectation is lætitia consistit in duobus, scilicet in consequendo desiderium, & implendo suum propositum. Secunda est, ibi [Reuela] Dicit ergo de primo [Delectare &c.] Prou. 13. Desiderium si compleatur delectat animam. Si deo inhæres impletur desiderium tuũ. Sed quia ad hoc requiritur vt sit iustum desiderium, non enim est deus actor iniustitiæ, ideo primo ponit radicem iusti desiderii.s. quòd homo delectetur in deo per amorem: vnde ait [Delectare in domino] idest totus amor tuus sit in deo. Phil. 4. Gaudete in domino sẽper. In greco habetur [Delitiare] quasi dicat. Nõ sis contentus de necessariis ad salutem, sed quære superabũ-

A dantias exquisitas, sicut delitiosi homines non sunt contenti communibus cibis. Io. 22. Tunc super omnipotentem delitiis afflues. Et tunc [dabit tibi petitiones cordis tui] Non dicit carnis, petitiones enim cordis s̃m Originem sunt, quæ cor desiderat: verbi gratia secundum eum. Si oculus posset petere, desideraret pulchros colores, auditꝰ aũt dulces sonos, sic cordis obiectum cum sit veritas & iustitia, hæc desiderãt ab eo. [Et] hæc inquit [dabit tibi] Matth. 5. Petite & dabitur vobis. Vel [cordis] ait.i. qñ erunt cordis deus exaudiet anteq̃ clamet. Esa. 65. Antequàm clamẽt ego exaudiam.

De secũdo dicit [Reuela &c.] Cum.n. impletur propositum alicuius, tunc gaudet. Ad quod implendum duo sunt prænecessaria. Primo, q̃ recurrat ad deũ. Secundo, quòd fiduciam habeat de eo: & sic tertio impletur. Dicit ergo [Reuela dño viam tuã] idest ꝓpositum tuũ, quantũ ad primũ. Sed nonne scit deus, qui scit cogitationes hominum? psal. loquitur per similitudinem [Reuela domino &c.] .i. recurre ad ipsum pro impletione tui propositi. Et hoc in oratione. Psal. 118. Vias meas annunciaui tibi &c. Quod libet.n. negocium debet incipere ab oratione sicut etiã Plato dicit, & Scipio faciebat. Sed petitioni tuæ addas spẽ. Et ideo dicit, [Spera in eo quãtũ ad scd̃m. Et sic tertio implebitur petitio tua. Et hoc est qd̃ subdit [& ipse faciet] .i. implebit vias tuas. Vel aliter [Reuela dño viã tuam] idest peccata tua. Iob. 13. Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. Et iõ bene dicit [spera in eo] .s. veniã peccatorũ [& ipse faciet] .i. remittet tibi peccata tua. Tertiũ quod promittit est gloria, cũ dicit. [Et]

d ¶ Vbi primo, ꝓmittit gloriã. Secundo, ostendit qũo perueniat ad illam, ibi [subditus esto dño] Circa primũ, duo facit. Primo.n. promittit gloriã quã consequitur. Secundo, ostendit modum consecutionis, ibi [& iudiciũ] Dicit ergo] & educet &c.] Sancti suã iustitiã occultant. Matth. 5. Attendite ne iustitiã vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Sed nihil occultum est quod nõ reueletur. Luc. 12. Vnde deus reuelat vel hic vel in futuro, & iõ dicit [Educet] idest extra ducet. Iob. 22. Profunda fluuiorũ scrutatus est, & abscõdita produxit in lucẽ. Scd̃m Originẽ simile est sicut si aliquis habẽs fidelẽ seruũ quẽ manumittere intendit, gloriatur in eo. Esa. 49. Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et hoc erit in iudicio: vnde sequit̃ [& iudiciũ tuũ tãquàm meridiem] .i. iudicium quo iudicaberis nõ habebit tenebras. Duo aũt requirũtur, volenti peruenire ad gloriã q̃ promittit̃. Primũ, est humilitas. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria: vnde dicit [subditus esto dño] 2. Mach. 9. Iustũ est subditũ esse dño & mortalẽ &c. Secũdũ est oro p quã peruenit̃ ad deũ qui est gloria nostræ beatitudinis & ideo subdit [& ora eum] Iac. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua [Noli æmulari]

e ¶ Supra posuit duas rõnes quare non est æmulandũ, neq; zelandum super peccatores. Et erat vna ex parte peccatorum quorum felicitas breuis est. Alia vero ex parte bonorum, quia meliora sunt eis promissa: hic aũt explicat in speciali. Et primo, quid sit circa primum. Secundo, quid circa excellentiam iustorum, tñ vtrumq; mistũ, ibi [Melius est modicũ] Circa primũ, duo facit. Primo, reiterat sentẽtiã & exponit cuius rõnem assignare intendit. Secũdo, assignat rõnẽ, ibi [Desine ab ira] Dicit ergo [Noli æmulari in eo] hic repetit sententiã quã supra posuit & exponit qd̃ dixerat [Noli æmulari in malignãtibus] posset aũt quis q̃rere, quid in eis prohibet æmulandũ. Dico q̃ tẽporalis prosperitas est illa: & ideo dicit [Noli æmulari] idest indignari [in eo qui prosperatur in via sua &c.] quod potest intelligi cõiunctim sic [Noli æmulari &c.] q.d. Qui facit iniustitiam prosperatur: de quo etiam iusti æmulantur. Psal. 72. Zelaui super iniquos &c. Item, potest legi diuisim: & sic sunt duæ rõnes quare indignetur cõtra eos. Vna, quia omnia eis ad uotum succedunt: & ideo dicit [in eo, qui prosperatur] .i. si vides eos prosperari. Prou. 1. Prosperitas stultorum perdet eos. Item si vides quòd inualescant super iustos noli indignari. Sic dicebat Baruch. 4. Animæquior esto populus dei, memorabilis Israel. Nocentes peribunt qui te vexauerunt: &, qui gratulati sunt in tua ruina, punientur. Et ideo dicit [& in homine faciente iniustitias] Deinde cum dicit [Desine]

f ¶ Assignat rationem prædictę ammonitionis, & hanc duplicem. Vnam, ex parte eius cui fit monitio: aliam, ex parte peccatorum, ibi. [Adhuc pusillum.] Circa primum, duo facit. Primo enim, ostendit periculum præsens si non acquiescat monitioni. Secundo, periculum futurum, ibi [noli æmulari vt non maligne-

maligneris] Vbi primo, ponit periculum culpæ. Secundo, pœnæ, ibi [Quoniam qui malignantur] Circa periculum pœnæ, duo facit. Primo enim ponit delinquentium pœnam. Secundo, præmium sustinentium, ibi [Sustinentes autem dominum] Dicit ergo [Desine ab ira] Ecce præsens periculum, quia indignatio est ira, & ipsa ira est mala. Ephes. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur a vobis cum omni malitia. Et ideo dicit [Desine ab ira] Iacobi 1. Ira viri iustitiam dei non operatur [& derelinque furorē] Ira & furor idem sunt, sed differunt secūdū magis & minus: quia furor nihil aliud est quàm ira accensa. Prou. 27. Impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Ergo [Desine ab ira] in corde [& derelinque furorem] in opere [noli æmulari, vt maligneris] *Ecce futurum periculum culpæ*. Quando enim aliquis indignatur propter prosperitatem aliorum, declinat aliquando a iustitia. Et ideo dicit [noli æmulari vt maligneris] .i. ne forte inducat te in iniustitiam. Mala. 3. Vanus est qui seruit deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius? [Quoniam qui malignantur] Ecce periculum pœnæ futurum. Nota, quòd omnes peccatores malignantur. Quando enim peccat quis vel ex infirmitate, vel ex ignorantia non malignatur, sed quando ex electione peccat, tunc malignatur. Primi de facili corriguntur, sed tertii difficile. Eccl. 1. Peruersi difficile corrigūtur. Et ideo dicit [exterminabuntur] *idest extra fines ponentur*, scilicet iustitiæ, & boni. Iob. 18. Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transfert eum: sic exterminabuntur qui malignantur sed [sustinentes dominum] idest qui non sic indignantur vt malignentur, sed expectant in futurum [ipsi hæreditabūt terrā] scilicet viuentium. Possidebunt enim eam hæreditario iure sicut hæredes. Rom. 8. Si autem filii & hæredes. Illa autem cælestis patria dicitur terra, propter stabilitatem. Eccl. 1. Terra in æternum stat. Et vt dicit Augustin. sicut terra nostra se habet ad cælum, ita superior vita beatorum se habet ad cælum superius, scilicet ad deum, a quo illuminatur & fœcundatur. Apocaly. 25. Claritas dei illuminabit eam. Deinde cum dicit [Et]

g ¶ Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

h ¶ Mansueti autem hereditabunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis.

i ¶ Obseruabit peccator iustum, &

g ¶ Assignat rationem, ex parte malorum. Et circa hoc, duo facit. Dixerat enim [*Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua*] in homine faciente iniustitias.] Primo ergo rationem assignat, quòd non est æmulandum eorum prosperitati. Secundo, quod non eorum iniustitiæ, ibi [Obseruabit peccator] Circa primū duo facit. Proponit enim primo, periculum imminens malis. Secundo, fructum iustorum, ibi [Mansueti] quia oppositum per opposita melius innotescit. Circa primum duo facit. Primo enim denunciat destructionem eorum, quantum ad seipsos. Secundo, quantum ad locum ipsorum, ibi [& quæres] Dicit ergo quantū ad seipsos [Ad hoc pusillum & non erit peccator.

¶ Si non erit, ergo non patietur pęnas æternas.

¶ Respondeo. Non erit in gloria in qua nunc est, sed in inferno. Iob. 7. Qui descendit ad inferos non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, *neque eum cognoscet amplius locus eius*, quoniam est pusillum. Contingit quidem quòd peccatores deiiciuntur in breui. Eccl. 10. Omnis potentatus vita breuis. Sed si etiam toto tempore vitæ suæ sint in prosperitate, adhuc illud tempus comparatum æternitati nihil est & pusillum. Aggæi. 7. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cælum & terram. Quantum ad locum vero dicit [Et quæres locum eius & non inuenies] Tripliciter exponitur hic locus. Primo namque locus, idest opportunitas. Dicitur enim de aliquo quando habet posset alicubi habere opportunitatem. Peccator autem habet locū in isto mundo: quia est opportunus adminus ad exercitium iustorum. Sed quando hoc exercitium cessabit, tunc non habebit locum: & ideo tolletur a iustis. Secundo, quia aliquando non desinit aliquis peccare, *& tamen remanet locus eius*. Sed finaliter etiam locus eius non remanebit nec inuenietur. Vbi modo rex Assyriorum? vbi Nero? [Et finaliter omnia regna mundi euacuabuntur 1. Cor. 15. Demum finis, cum tradiderit regnum deo & patri: cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Tertio, secundum Origenem locus peccatoris est illud in quo quiescit, vbi sunt temporalia & terrena. ergo locus eius est iste mundus. Sed hic transibit, Luc. 21. Calū & terra transibunt &c. Et ideo si in eis ponimus locum nostrum non transibit. Deinde cum dicit [Mansueti]

h ¶ Ponit fructum iustorum. Hic autem est duplex. Vnde primo, ponit fructum diuitiarum. Secundo, voluptatum, ibi [& delectabuntur] Hoc enim homines in isto mundo desiderant, &

F vtrumque promittitur iustis. Dicit ergo [Mansueti &c.] Per mā suetos signat iustos. Illi.n. sunt iusti, qui possidēt cor suū in puritate. Et quia nihil ita trahit hominem extra se, sicut ira, & mā suetudo temperat eam, ideo vocat iustos mansuetos. Hieron. dicit [Mites] Matth. 5. Beati mites quoniam *ipsi possidebunt terram*: idest dabit eis in possessionem terra viuentium. Augustinus contra Valentinum dicit, quòd Christus nihil accepit de veteri testamento, quantum ad promissiones, quod patet Matth. 5. In veteri autem testa-

stridebit super eum dentibus suis.

k ¶ Dominus autem irridebit eū, quoniā prospicit quòd veniet dies eius.

l ¶ Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum. Vt decipiant pauperem & inopem:

G mento promittebantur temporalia & terrena. Ad literam. Mansueti autem inhabitant terram istam, quia illi infestantur qui alios infestant: sed mansueti nullos infestant, non debent ergo ab aliis merito infestari. Sed tamem specialiter hæreditabunt illam terram viuentium, sicut iam dictum est. Secundo, ponuntur eorum delitiæ cum dicit [& delectabuntur in multitudine pacis] Hæc enim pax est valde delectabilis. Dicit autem [in multitudine] quia ibi est multiplex pax: hic vero sunt multa bella. Quoddā est.n. ad homines: sed hoc non erit ibi, quia omnes erūt in vnum pacifici. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis &c. Item hic est bellum contra carnem, quæ concupiscit aduersus spiritum. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur &c. Sed tunc habebunt pacem adinuicem. Iob. 5. Scies, quod *pacem habeat tabernaculum tuum*. Item, *voluntas contra se est* diuersa per diuersa desideria: tunc autem non erit diuisa, sed vnita in domino. Psal. 75. In pace factus est locus eius. Item, hic est

H bellū ad deū propter peccata. Esa. 59. Peccata vestra siue iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum. Sed illi omnes habebunt pacem cum illo. Iob. 22. Aquiesce ei & habeto pacem cum eo &c. [Obseruabit]

i ¶ Supra posuit vnam rationem, quare non debent viri dei indignari super peccatorem, quia scilicet eius prosperitas non est stabilis: hic ponit aliam, quia scilicet peccatores non possunt nocere iustis. Et circa hoc, duo facit. Primo enim proponit eorum malignitatem, quam in corde cogitant contra iustos. Secundo, eorum conatum exteriorem, ibi [Gladium euaginauerunt] Circa primum, *duo facit, secundum quòd interior eorum malitia est* duplex. Primo enim, ostendit quòd mali insidiantur bonis. Secundo, quòd turbantur contra eos, ibi [& stridebit] Dicit ergo. [Obseruabit peccator iustum] si aliquid forte possit habere contra eum. Luc. 24. Ipsi autem obseruabant eum. Sic peccatores

I obseruant bonos insidiando eis, & sancta eorum studia peruertēdo. Ecclesiæ.n. bona in mala conuertentes insidiantur &c. Sed contra hoc, dicitur Prou. 24. Ne insidieris & quæras impietatem in domo iusti &c. Secundo, turbantur contra iustum. Dicunt enim. Sap. 2. Quoniam dissimilis est aliis vita illius &c. Vnde [stridebit super eum dentibus suis] idest commouebunt ad iram. Loquitur ad modum aprorum. Psal. 101. Peccator videbit & irascetur. Act. 7. Stribebant dentibus in eum. Deinde cum [*Dominus autem*]

k ¶ Ostendit, quòd hæc eorum malitia non habet effectum intentum, quia irridentur a deo. Et circa hoc, duo facit. Primo.n. ponit irrisionem. Secundo, eius rationem, ibi [quoniam prospicit] Dicit ergo [Dominus irridebit eum] idest facit eum, vel cōsiderat irrisibilem. Et ratio est, quia dominus vidit eum attentare magna, & tamen scit quòd statim debet mori: & ideo subdit [Quoniam prospicit quòd veniet dies eius] scilicet in promptu:

K & hoc est ei debitus dies scilicet condemnationis. Iob. 21. In diem perditionis seruatur malus, ad diem furoris ducetur. De hac die dicit hic. Non ergo turbari debetis contra eos dicit *psal.* quia non possunt præualere contra vos. Consequenter cum dicit [Gladium]

l ¶ Addit de conatu malorum exteriori. Et circa hoc, tria facit. Primo enim ostendit eorum conatum. Secundo, finem intentū, ibi [vt decipiant] Tertio, conatus huius euentum, ibi [Gladius eorum] Circa primum duo facit, secundum quòd est duplex conatus eorum contra bonos. Primo enim ostendit conatum eorū per apertam persecutionem. Secundo, per fraudulentam calumniam, ibi [Intenderunt arcum. Dicit ergo quantum ad primum, [Gladium euaginauerunt peccatores] Per gladium intelligitur omnis aperta facti persecutio. Luc. 22. Si percutimus in gladio? Persecutio etiam verbi dicitur gladius. Psal. 56. Lingua eorum gladius acutus. Et hic gladius est gladius diaboli, qui per linguam hominis multos interficit. Hic autem gladius est in vagina quandiu est in corde, sed quando profertur est sicut iam euaginatus.

ginatus. Cauendum est ergo primum, vt non habeamus eum. Secundo, & si haberetur, non euaginemus eum. Quia si tenetur in vagina, primo, contrahit rubiginem, tandem tamen consumitur & tepescit odium & voluntas iniuriandi. Quantum ad secundum, dicit [intenderunt arcum suum] Arcus a longinquo percutit & non videtur trahens cum eo, sicut videtur percutiēs cū gladio: & ideo arcus signat persecutionē dolosam. Consequēter ostendit quid intendunt, cū dicit [vt decipiant] Circa quod duo facit, secundum quòd duo intendūt. Primo enim inten-

vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

m ¶ Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas.

n ¶ Quoniam brachia peccatorū cōterētur: confirmat autem iustos dominus.

B dunt decipere. Secundo, occidere, ibi [vt trucident] Dicit ergo [vt decipiant &c.] Decipere est per actum dolosum. Iob. 12. Ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Sed [pauperem & inopem] Pauper est qui parum habet. Inops est qui eget ope. Vel secundum glo. Pauper est qui sibi non sufficit: inops vero, qui non sustentatur alterius ope. Et hoc dicit, quia tales non habent subuenientem. Occasio designatur per gladium, vel corporaliter, vel spiritualiter. Hebr. 11. In occisione gladii mortui sunt. Euentus autem conatus eorum est, quia reuertetur in caput suum. Et primo, ostendit quantum ad gladium dicens. [Gladius eorum &c.] Tu eximis gladium contra alium & forte non percutis eum, quia forte ei nocere non potes. Tamen ex ipso spiritualiter *tu es percussus*. Prou. 1. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur &c. Secundo, quantum ad arcum: vnde dicit [& arcus eorum confringatur] Psal. 75. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Hoc autem erit quando destruetur dolositas eorum ne implere possint, quod ceperunt. Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum ne pos-

C sint &c. [Melius]

m ¶ Supra psalmus assignauit rationē quare non debemus æmulari malos & prosperitatem eorum, ex delectione eorum sumptam. Hic autem assignat sumptam ex parte iustorum. Et primo, ostendit dignitatem iustorum. Secundo, subiungit monitionem ad sectandam iustitiam, ibi [Expecta] Circa primum, duo facit. Primo, proponit intentum. Secundo, manifestat propositum, ibi [*Quoniā brachia*] *Dicit ergo* [*Melius est modicū &c.*] Intentio eius est probare quòd bona iustorum pręeminent bonis peccatorum. Et sic minus habentes non æmulantur plus habentes: vnde dicit. [Melius &c.] quasi dicat. Contingit iustum parum habere & peccatorem satis.

¶ Sed quid melius? Respondet, quòd parum iusti. Pro. 16. Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

¶ Cuius rō est, quia q̄ rōnē boni habētex hoc solū habēt, quod vtilia sunt ad finē non propter aliud. Intantū enim bona sunt, inquātum vtilia: postquàm autem incipiunt esse nociua non sunt bo-

D na: sicut est de medicina, si plus quàm ad sanitatem sit necessaria accipias, iam non est bona. Res autem mundi bonæ sunt, inquātum instrumentaliter deseruiunt ad virtutem. Quando ergo habes *tantum de eis quòd sufficiunt ad virtutem*, bonæ sunt. Si autē a virtute abducuntur, sunt malæ: & ideo melius est parum habere de eis cum iustitia, quia hoc est bonum, quàm multum cū iniustitia, quia hoc est malum. Et hoc etiam intelligendum est de omnibus aliis diuitiis spiritualibus, scilicet parum de sapientia cum iustitia, & sic de aliis. Deinde cum dicit [Quoniam]

n ¶ Probat quòd melius est. Cuius triplex est ratio. Primo, ex parte diuturnitatis. Secundo, vtilitatis, ibi [Mutuabitur] Tertio, virtutis, ibi [Os iusti] Circa primum, duo facit. Primo.n. proponit contritionem malorum. Secundo, firmitatem bonorum. Dicit ergo [Quoniam brachia &c.] quasi dicat. Ideo bona iustorum pauca, sunt meliora quàm impiorum multa, quia sunt stabilia, illa vero non. Et hoc est quod dicit [Quoniā bra-

E chia] *Nomina membrorum corporalium* designāt virtutes, seu actus eorum membrorum. Nomine ergo brachii designatur virtus hominis operariua: vnde [brachia peccatorum cōterentur].i. virtus operatiua ipsorum destruetur. Iob. 38. Brachium excelsum confringetur. Sed hoc brachium conteritur quandoque a deo, quandoque a diabolo, quandoque simul ab vtroque. A deo conteritur, quando intendit nocere iustis & impeditur in suo proposito. Iob. 5. Dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod ceperant. A diabolo vero, quando homo proponit facere bonum & inpeditur a sathana. Thes. 2. Voluimus venire ad vos, sed impediuit nos sathanas. Sicut cum quis proponit facere eleemosinam & retrahitur a cupitate. Ab vtroque autem simul, a deo quidem per authoritatem ad probandū, a diabolo vero per executionem. Iob. 1. & 2. capitulo Secundo

A cum subdit [Confirmat autem &c.] ostendit quòd *iusti sunt* diuturni, & firmi, & stabiles. Dicit ergo [Confirmat autem iustos dominus] Licet iustitia sit virtus & firmitas animi, tamen *nō inest homini a seipso*. Vnde 1. Cor. 1. Non glorietur oīs caro in conspectu eius: ex ipso autem vos estis in Christo Iesu &c. vsq; in domino glorietur. Hō enim in se factus est infirmus. *Ps. 6*. Miserere mei deus, quoniam infirmus sum. Et ideo indiget cōfortari ab aliquo, maxime a deo a *quo quidem* confirmatur, quandoque in temporalibus inquantum expedit iu-

o ¶ Nouit dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

p ¶ Non confundētur in tempore malo, & in diebus famis saturabūtur: quia peccatores peribunt. Inimici vero domini, mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiētes

sto ad salutem, sed in spiritualibus semper: & hoc interiori gratia. Item, bonis verbis. Item, bonis exemplis. De primo. Ro. 1. Gratiæ spiritualis ad cōfirmādos vos. 2. The. 2. In gratia exhortetur corda vestra & confirmet &c. Psal. 50. Spiritu principali confirma me. De secundo. Psalm. 118. Confirma me in verbis tuis. Act. 15. Verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt eos. De secundo Lucæ. 22. Conuersus confirma fratres tuos 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis &c. & 4. Christo igitur in carne passo &c. vnde in 5. Ipse perficiet confirmabit &c. Confirmatur per exemplum *crucis de qua dicitur*. Crux enim finita est in pœna, sed manet in gloria. A locis enim suppliciorū transit ad frontes imperatorum. Qui tamen dedit honorem suis pœnis, quid faciet fidelibus suis? Consequenter cum dicit [Nouit dominus]

o ¶ Manifestat propositum. Et primo dicit de stabilitate iustorum. Secundo, de contritione iniustorum, ibi [quia peccatores] Iusti autem dupliciter confirmatur a deo: quia primo bona eorum stabiliuntur. Secundo, a malis curantur, ibi [non confundentur] Sed duplex est bonum, scilicet bonum viæ, & bonum finis: & in vtroque iusti stabiliuntur. Quantum ad primum, dicit [Nouit dominus] Quantum ad secundum, dicit [& hæreditas] Dicit ergo [Nouit dominus] Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. *Sed præcipue quod sibi affinis & familiaris fuerit*. Tim. 2. Nouit dominus qui sunt eius, & eos quos approbat: & sic dicitur hic. [Nouit dominus] idest approbat [dies immaculatorum.]

¶ Sed Iob. 15. dicitur. Quis est homo vt immaculatus sit, & vt iustus &c.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd verum est quòd ex se nullus est immaculatus si macula intelligatur peccatum mortale: sed tamen per gratiam, sic. Si vero macula intelligatur originale peccatum, sic nullus est immaculatus. Dies isti tripliciter possunt intelligi. Quia primo, dies præsentis vitæ, & licet sint communes bonis & malis, tamen boni eis bene vtuntur. Gen. 25. Mortuus est in senectute bona prouectæque ætatis & plenus dierum. Impii autem male vtuntur eis. *Psal. 54. Viri sanguinum* & dolosi, non dimidiabunt dies suos. Et quia dies iustorum sunt pleni, & ideo approbati, illorum vero dimidiati, & ideo non approbantur. Item, & isti sunt mali & pauci, tamen deus nouit eos. Alii opera virtutum. Roman. 13. Sicut in die honeste ambulemus: & isti sunt approbati a deo. Alii dies æternitatis & iustitię: & isti sunt dies iustorum, sed soli deo noti. Esa. 64. Oculus nō vidit absque te, quæ præparasti expectantibus te. Bonum vero finis ostendit, cum dicit [& hæreditas eorum in æternum erit] Istud dicitur hæreditas in quo est stabilimētum & finis alicuius. Iusti finem suum habent in re æterna. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ. Tren. 3. Pars mea. Et ideo non potest eorum hæreditas deficere. Impii autem ponunt finem suum in mundanis. Sapiē. 2. Hæc est pars nostra &c. & ideo non manet. Et de istis dicitur 1. Pet. 1. In hæreditatem conseruatām in cælis. Deinde cum dicit [Non confundentur]

p ¶ Ostendit quomodo iusti tueantur contra mala. Et hoc dupliciter. Quoddam enim est malum, quod bono est contrarium: & quoddam est malum per defectum boni, ibi [& in diebus famis] Dicit ergo quantum ad primum. [Non confundētur in tēpore malo] idest in tempore aduersitatis. Amos. 5. Prudens in tēpore illo tacebit, quia tempus malum est. Est enim tempus malum dupliciter: vel de præsenti, & hoc est tempus aduersitatis quod est malum: vnde [Non confundētur in tempora malo] idest in tempore aduersitatis. Mali enim in tempore aduersitatis confunduntur, non boni. Tunc nempe confunditur quis, quando perdit in quo sperat. Sed quando id manet in quo sperat, nō confunditur. In aduersitate autem perduntur temporalia in quibus boni non sperant: & ideo non confunduntur tempore aduersitatis. Vel de futuro in die iudicii: & in eo impii confundentur

tur per erubescentiam de peccatis. Psal. 5. Confundantur & erubescant valde velociter. Iusti autem honorabunt. Rom. 2. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem &c. Quantum ad secundum malum, quod est per defectum boni subiungit [& in diebus famis saturabuntur] Hoc tripliciter exponitur. Ad literam enim hoc potest exponi de fame temporali. Nam aliquãdo deus prouidit, ꝙ fames esset apud infideles, apud fideles vero abundantia, quia fideles sibi inuicem communicabant quæ habere poterant. Aliquando etiam prouidetur a deo fidelibus ne egeant. Iob. 5. In vastitate & fame ridebis: sic & Helias satiatur tempore famis 3. Reg. 17. Ad probationem tamen nostrã, aliquando famis necessitas seruos dei præoccupasse probatur. Vnde Apostolus ait de seipso Cor. 11. In fame & siti &c. Vel quia serui dei modico contenti saturantur. Phil. vlt. Scio & humiliari, scio & abundare: vbiq; & *in omnibus institutus sum*: & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Impii autẽ multa volunt & multa quærunt, & ideo, in diebus famis non saturabuntur. Exponas etiam de fame verbi dei. Et his diebus, hoc saturantur iusti. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quoniam ipsi saturabuntur. Vel tertio exponitur de fame, quæ erit in futura vita vbi iusti saturabuntur & iniusti esurient. Esa. 65. Serui mei comedent & uos esurietis. Origenes in glo. Exo. 16. Qui non colligebat manna in die sexto, esuriebat in die septimo. Nunc est dies sextus: & ideo qui non colligit nunc, esuriet tunc ibi. Consequenter cum dicit [quoniam peccatores peribunt] ostendit quomodo conterentur brachia peccatorum. Et ponit tria. Primo, casum impiorum. Secundo, ordinem cadendi, ibi [*Inimici*] *Tertio, modum*, ibi [*quemadmodum fumus*] Dicit ergo [quia peccatores peribunt] quasi dicat. Ideo iusti cõseruantur, quia perditio debetur solis peccatoribus, sed salus iustis. Iob. 38. Conteret multos & immunerabiles, & stare faciet alios pro eis. Ordo cadendi est quia tolluntur in altum, vt fortius cadant. Iob, 30. Eleuasti me, & quasi super ventum ponẽs elisisti me valide. Et ideo dicit [Inimici vero domini mox vt honorificati fuerint & exaltati] Psal. 72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Sed modus est sicut fumus, quia si dispergitur non reparatur. Et hoc est quod ait [deficientes quemadmodum fumus deficiẽt] Iac. 4. Quæ est vita vestra? vapor est ad modicum parens. [Mutuabitur peccator]

quęadmodum fumus deficient.
q ¶Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & retribuet. Quia benedicentes ei, hęreditabunt terram: maledicentes autem ei, disperibunt.
r ¶Apud dominum gressus hominis dirigetur: & viam eius volet.

q ¶Supra ostendit, quòd pauca iustorum bona præponderant *multis malorum bonis ratione stabilitatis: hic autem ostendit* idem ratione vtilitatis. Et primo, ostendit quòd bona iustorum sunt fructuosa, sed malorum econuerso. Secundo, ostendit hoc experimento, ibi [Iunior fui] Tertio, concludit principale intentum, ibi [Declina] Circa primum, duo facit secundum quòd duplex fructus prouenit homini. Vnus.n. est ex bonis possessis, alius ex operibus quæ fecit. Vnde primo, ostendit quòd fructuosi sunt boni, quantum ad primum. Secundo, quantum ad secũdum, ibi [Apud dominum] Circa primum, duo facit. Primo enim, præmittit fructuositatem bonorum: & contrarium malorũ. Secundo, assignat rationem, ibi [benedicentes] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit infructuositatem malorum. Secũdo, fructuositatem bonorum, ibi [Iniusti autem] Dicit ergo [*Mutuabitur peccator*] Legatur primo, secundum superficiem literæ. Duplex signum est quòd aliquis deficiat in temporalibus. Vnum, quando indiget mutuum accipere. Deut. 28. Ipse fœnerabitur tibi, & tu nõ fœneraberis ei. Et ideo dicit [Mutuabitur peccator] idest mutuum accipiet. Aliud signum est, quando quis mutuũ consumpsit & reddere non potest: vnde dicit [& non soluet] Eccl. 29. Solidi vix reddet dimidium: & econuerso. Vnum signum abundantiæ est, quòd habeat, vnde gratis det: vnde dicit [Iustus autem miseretur] idest per misericordiam gratis subuenit indigentibus. Iob. 31. Ab infantia creuit mecũ miseratio &c. Aliud est signum, quando homo est prõptus reddere quod debet: vnde dicit [& retribuet] scilicet debitum. Roman. 13. Reddite omnibus debita.

¶Sed quid est hoc quod dicit? Numquid iusti semper abundant terrenis & mali non? immo videtur contrarium, Iac. 2. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo? Sed deus secundum istã expositionem loquitur secundum statum veteris testamenti in quo seruantibus legem promittuntur temporalia bona, transgredientibus vero mala: vt saltem per temporalia traherentur ad spiritualia. Tamen in illis bonis signantur promissa quædã spiritualia: & ideo oportet exponere etiam quantum ad illos, qui in veteri testamento pertinebant ad nouum testamentum. Oportet ergo hoc altius exponere [Mutuabitur &c.] Et potest referri ad duplex mutuum. Homini enim aliquid a deo mutuatur, & aliF quid a ministro dei, scilicet homine. Dicitur autem peccator homo quicumque. Dicit ergo [Mutuabitur] scilicet a deo: quia Quid habes quod non accepisti? Cor. 4. Et hoc est quasi mutuũ: quia ad hoc dat nobis deus quæcumque bona vt ex eis crescam* in his, quæ ad honorem dei sunt. Luc. 19. Et ego veniẽs cum vsuris vtique exegissem illam. Et sic retribuimus ei per gratiarũ actionem. Sed deus peccatori dedit bona naturalia. Tẽporalia vero aliquando largitur & spiritualia, sed peccator non soluit per spiritualẽ profectum & gratiarum actionem. Esa. 1, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. A ministro enim dei accipit homo mutuum. Prælati namque & doctores sunt quidam campsores. Item, Luc. 19. Vocatis decem seruis dedit eis decem mnas & ait ad illos. Negociamini dum venio. Ergo sunt negotiatores. Doctor ergo dat populo doctrinam, quasi pecuniam. Psal. 11. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum &c. Sed dat verba domini, non sua. Boni autem retribuunt, quia faciunt quod audiunt, sed mali non, quia non implent obediendo. Eccl. 33. Audiẽt verba tua, & non facient ea. Iustus autem quod accepit a deo quicquid sit illud & quocumque modo, expendit in alios. 1. Petri quarto. Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Et sic miserebitur. Itẽ regratiatur deo, & sic retribuet. Psal. 115. Quid retribuam domino &c. Ratio assignatur [quia benedicentes] Hic sunt tres sensus secundum glo. [Benedicentes ei] scilicet deo in omnibus gratias agentes & iussa sequentes [hæreditabunt terram] *scilicet viuentium*. Gal. vlt. Qui seminat in benedictionibus, de benedi-

H ctionis & metet vitam æternam. Vel secundum literam [hæreditabunt terram] idest terram promissionis. Et loquitur populo carnali. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Econtrario qui maledicunt deo, scilicet non solum verbo, sed facto, vel occasionaliter, disperibunt Psal. 1. Iter impiorum peribit Orig. exponit aliter [benedicentes ei] scilicet iusto, benedicentur. Quicquid enim fit iusto, deus accipit sibi factum. Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. Et Matth. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [hæreditabunt terram] iusto debitam. Matth. 10. Qui recipiunt iustũ in nomine iusti &c. [Maledicentes autem ei] scilicet iusto [disperibunt] Genes. 27. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Sed Hieron. habet aliter [peccator deficiet vt non soluat, sed iustus miseretur, & retribuet] Qui benedicti a deo, hæreditabunt terram. Prou. 10. Benedictio domini diuites facit. Iniusti vero qui maledicti sunt a deo idest puniri, disperibunt. Et ideo sunt steriles. Gen.

I 3. Maledicta terra in opere tuo. Deinde cum dicit [Apud]
r ¶Ostendit bonorum fructuositatem, quantum ad opera. In operibus autem duo ostenduntur. Et primo, eorum prosperitas. Secundo, eorum reparatio, ibi [Cum ceciderit] Sed quia prosperitas est ex electione dei, Primo, ostenditur quod est ex parte dei diligentis. Secundo, quod est ex parte hominis dilecti, ibi. [& viam eius volet] Dicit ergo [Apud dominum gressus hominis dirigetur] idest a deo processus hominis dirigetur, quòd homo directe intendat in finem vltimum. *Hoc enim non est homini a se*. Hier. 10. Non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos: sed est a deo. Prou. 16. Hominis est animum præparare, & domini gubernare linguam: omnes vię hominum, patent oculis eius. Psal. 17. Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. Dirigit autem de* gressus hominis in via veritatis cognoscendæ, vt non labatur in errorem. Psalm. 26 Dirige me in veritate tua & doce me &c. Item in via iustitiæ vt declinet a malo & faciat bonum. Psal. 26. Dirige me in semitam rectam &c. Quantum ad secundum dicit

K [& viam eius volet] Hoc dupliciter potest intelligi, vt dicatur primo. Et homo directus a deo uolet uiam eius scilicet dei, quasi dicat Deus sic dirigit hominem quòd non cogit eum, sed facit eum & eligere bonum, & id quod est dei. Phil. 2. Qui *operatur* in nobis & uelle & perficere. Vel aliter [& dominus volet] idest acceptabit & remunerabit viam eius, idest bona opera nostra. Prou. 4. Quæ a destris sunt nouit dominus. Consequenter cum dicit [Cum ceciderit] ostendit bonorum in operibus infructuositatem, quantum ad eorum reparationẽ. Et circa hoc, duo facit. Primo enim ponit ipsam reparationem. Secundo, ipsius causam assignat & rationem, ibi [quia dominus supponit manum suam] Dicit ergo [Cum ceciderit] Directio viatoris sic est, vt aliquando cadat, sed comprehensoris est nõ cadere. Viator tamen & si forte ceciderit deus reparat eum. Et hoc est quod dicit [non collidetur] Hoc autem potest intelligi de secundo casu scilicet temporalis aduersitatis 2. Reg. 1. Quomodo ceciderunt fortes? nolite annunciare in Geth, &c. Et sic iustus cadit nõ collidetur

collidetur, *quia patienter sustinet*. Iac. 1. Patientia opus perfectũ habet &c. Sed peccator dũ cadit colliditur, quia impatiens est. Vel de casu venialis peccati, quia nullus est qui tale peccatum non committat aliquando. Iacobi 2. In multis offendimus omnes. Et sic sensus est. Si ceciderit hoc casu non collidetur, vt mortaliter peccet: vnde dicitur. Prou. 34. Septies in die cadit iust* & resurgit. Quòd si referat ad casum peccati mortalis, quo aliquando iustus cadit, vt Dauid per adulterium & homicidium, & sicut Petrus negando Christum, sic peccatores ex casu colliduntur, dum desperati nolunt ad pænitentiam redire. Vnde Eph. 4. Desperantes semetipsos tradiderũt &c. 2. Cor. 12. Lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & nõ egerunt pænitentiam &c. sed iustus non colliditur per desperationem, sed redit ad pænitentiam: vnde Dauid dicit. Peccaui domino: & dictum est ei 2. Reg. 12. Dominus transtulit peccatum tuum. Item, Petrus fleuit amare. Matth. 26. Mich. 7. Nõ læteris inimica mea: quia cecidi, consurgam. Ratio aũt quòd non colliditur est [quia dominus supponit manum suam] scilicet gratiæ confortantis eum. Ezec. 13. Manus domini erat mecum confortans me. Psal. 138. Et tenebit me dextera tua. Deinde cum dicit [Iunior fui]

Cum ceciderit nõ collidetur, quia dominus supponit manum suam.
s ¶Iunior fui, et enim senui: & nõ vidi iustum derelictum, nec semẽ eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.
t ¶Declina a malo, & fac bonum: & inhabita in sæculũ sæculi. Quia dominus amat iudicium: & nõ derelinquet sanctos suos, in æternum conseruabuntur.
u ¶Iniusti punietur: & semen impiorum peribit. Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.

s ¶Ostendit experimento, quòd bona iustorum sunt fructuosa, sed non malorum. Et ponit illud diuturnum de duobus. Primo, de immunitate bonorum a malis. Secundo, de profectu eorum in bono, ibi [Tota die] Circa primum, duo facit. Primo enim, ostendit immunitatem a malo, quantum ad ipsum iustum. Secundo, quantum ad semen eius, ibi [nec semen eius] Circa primum, duo facit. Primo enim ponit diuturnitatem experimenti.

C *Secũdo, ipsum experimentum*, ibi [non vidi] Dicit ergo [Iunior fui] Ac si diceret ei aliquis: vnde habes hæc omnia, quæ dicis de bonis iustorum &c. Respondet. quia ab experimento [Iunior fui &c.] Hoc dupliciter potest exponi. Primo, de ætate corporali, secundũ quòd homo primo, floret in iuuentute: & postea senex fit. Psalm. 89. Mane floreat & transeat.
¶ Sed contra hoc dicit Aug. Tu Dauid semper fuisti in terra tua, & si in illa nõ fuit iustus derelictus nõ tñ est mirum si alibi est derelictus. Et ideo vult Aug. q loquatur in persona ecclesiæ. Et hæc habet ætatem pueritiæ in Abel, iuuẽtutis in patriarchis, senectutis in apostolis, senectam in fine mundi. Præmittit duas medias ætates & ponit extremas: & sic fuit a principio mundi & erit vsque ad finem. Et hæc distinctio ponitur Gal. 4. Vel potest intelligi de spiritualitate: quia quandiu homo delectatur in puerilibus & vanis, sic est puer mente: sed quando delectatur in maturis, fit senex. Et hæc distinctio ponitur 1. Cor. 13. Cum essem paruulus loquebar vt paruulus &c. Cũ aũt factus sum &c.

D Et iõ dicit. Siue in statu puerili siue in statu senectutis hoc iudicaui ꝙ.s. ipse iustus sit immunis a malis, & quãtũ ad se, & q̃tũ ad semen eius. Iõ ostendit dicẽs [nõ vidi iustũ derelictum] q̃tum ad se. Si hoc referatur ad bona temporalia, nonvidetur hoc verum, quia de iustis dicitur Hebr. 11. Egentes angustiati &c.
¶Respondeo. Dicendum, quòd licet subtrahantur eis bona temporalia, non tamen deseruntur a deo: quia totum hoc cedit in bonum eorum, vel pro bonis, vel vt tollatur causa alicuius mali vt dicit Aug. Matth. 5. Primum quærite regnum dei & hæc omnia scilicet spiritualia adiicientur vobis. Verum est, sed si de* videt expedire ad nostrã salutem. Quantum ad semen eius dicit [nec semen eius quærens panem] Exod. 20. Ego sum deus zelotes, reddens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiũt p̃cepta mea. Luc. 2. Misericordia eius a progenie in pgenies, timẽtibus eũ. Et iõ sicut ipsi nõ derelinquũtur, ita nec semen eorum. Et potest referri ad panem temporalem, quantum ad vetus testamentum: sed secundum spiritualẽ intellectum panis iste intelligitur participatio Christi scilicet veritas, sapientia, & iustitia. Ioan. 6. Ego sum panis viuus &c. Hic est panis, qui dat delitias regibus. Genes. 49. Et dicit [quærens panem] quia iste panis præsto est quærentibus eum.
¶Sed contra. Abraham iustus fuit & Isaac. Hismael aũt & Esau, qui fuerunt filii iustorum, non habent spiritualẽ panem.
¶Respondeo. Apostolus soluit, quòd filii promissionis computantur filii iustorum. Ergo semen est ille, qui imitatur eum. Vnde tam filii carnales qui imitantur patres in bono, quàm discipuli qui imitantur magistrum, sunt semen spirituale, scilicet illi qui imitantur eorum doctrinam in opere [Tota die] Hic ostendit aliud signum experientiæ, siue aliquod experimen-

A tum, & dicit quòd aliud quod est expertus de viro iusto est: quia [Tota die] idest toto tempore vitæ suæ [miseretur] miseriis aliorũ: [& commodat] scilicet spiritualia & temporalia. Psal. 101. Iucũdus homo qui miseretur & commodat: vel actu, vel promptitudine. Et ideo [Semen illius in benedictione erit] Gen. 22. Multiplicabo semen tuũ sicut stellas cæli &c. [Declina a malo]
t ¶Supra ostendit psal. quòd bona iustorum sunt meliora quantum ad fructum. Hic autem ꝓrumpit in exhortationem ad illa. Circa hoc, tria facit. Primo.n. ponitur exhor-

B tatio ad ista. Secundo, ponitur fructus, ibi [*Dominus amat*] Iustitia habet duas partes. Recedere a malo & facere bonum. Et ideo dicit [Declina a malo & fac bonum] Hæ autem duæ partes *iustitiæ correspondent præceptis legis*. Iustitia.n. regulatur lege. In lege sunt quædam præcepta affirmatiua, quæ implentur faciendo bonum: & quædam sunt negatiua, quæ implentur declinando a malo. Item per hæc duo perficit naturalis inclinatio appetitus, cuius sunt duo obiecta, scilicet bonum & malum: quia appetitus naturaliter tendit in bonum, & refugit malum falsum. Sed dicit [Declina a malo.] Est autem duplex malum. Vnum, quod facit homines malos, & hoc vere dicitur malum. Aliud malum est, quod non facit homines malos, scilicet malum pœnæ. Primum est peccatum, & de hoc intelligitur cũ dicit [*Declina a malo*] *idest a peccato*. *Eccl*. 2. Non zeles hominem in peccato suo. Et non dicit quòd non faciat malum, quia in hoc intelligitur sola negatio, sed [declina a malo] vt scilicet voluntatem faciendi non habeat. Esa. 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Hæc duo frequenter introducuntur in sacra scriptura. Sed quandoque præmittitur bonum, sicut ibi. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Quandoque præmittitur vitatio mali, sicut Esa. 7. Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Et ratio est, quia duplex est ordo. Vnus scilicet intentionis: & secundũ hunc ordinem semper prius debet præmitti bonum quàm vitatio mali: quia ad hoc vitat malum, vt faciat bonum. Alius est ordo executionis: & secundum hunc ordinem prius præcipitur vt vitet malum, quia omnes nascimur *filii iræ: & non possumus fieri iusti nisi expellamus malum* [Et inhabita in sæculum sæculi] Hic ponitur fructus iustitiæ, quasi dicat, Si declinaueris a malo & feceris bonum, inhabitabis, sed non dicit explicite vbi, sed quantum [quia in sæculum sæculi.] Sed est sensus [Inhabita] quasi intus habita. Sensibilia dicuntur exteriora bona, quia exteriori sensu capiuntur. Interiora bona sunt spiritualia & intelligibilia. Cum ergo dicit [Inhabita] idest, intra possessionem spiritualium bonorum habitabis. Cant. 1. Introduxit me rex in cellaria sua. Et dicit [In sæculum sæculi] idest in perpetuum Exod. 15. Introduces eos, & plantabis &c. [Quia dominus amat iudicium] Hic ponitur ratio quare inhabitet in sæculum sæculi, quasi dicat. Ideo inhabitabit, quia hoc statutum est ex diuino iudicio. Probat hoc, scilicet ꝙ inhabitet semper & libenter [*quia dominus amat iudiciũ*] Esaiæ. 61. Ego dominus diligens iudicium. Et inducitur quod hic dicitur duplici ratiõe: quia si est ratio eius, quod dicit [Declina a malo &c.] vt.s. sis scilicet imitator dei, quia dominus amat iudicium. Et hoc est declinare a malo & facere bonum. Vel ad hoc refertur. [Inhabita in sæculum sæculi] quia hoc iustum est. Et deus amat iudicium. Iustum enim est vt si homo non velit relinquere deum, non relinquatur ab eo, qui est æternus. Et ideo non relinquentur ab eo iusti, qui volunt esse cum eo. Et ideo dicit [Non derelinquet sanctos suos] Et ex hoc sequitur, quòd [in æternum conseruabuntur] quia æternus est & potens. Psal. 11. Tu domine seruabis nos, & custodies nos &c. Esa. 33. Non rumpentur funiculi [Iniusti]

E u ¶*Hic ponitur forma iudicii*, quæ erit bonis & malis. Primo ergo ponit quid dabitur malis in iudicio. Secundo, quid bonis, ibi [Iusti] Malis immittet punitionem: quia [iniusti punientur.] Eccl. 25. In finem illorum, scilicet peccatorum, inferni & tenebræ & pœnæ. 2. Thess. 1. Dabunt pœnas in interitu æternas. Itẽ, exterminationem [quia semen impiorum peribit] Hic loquitur secundum exterminationem hominum. Mali autem cum moriuntur, credunt saltem in filiis viuere. Sed dicit quòd [semen eorum peribit] idest vel carnales filii qui proprie imitantur eorum malitiam, uel sectatores falsæ doctrinę aliquorum: sicut semen Arrii. Iustis autem duo retribuet: contra punitionem dabit remunerationem: vnde dicit [Iusti autem hæreditabunt terram] quasi hæreditate eam possidentes. Psal. 68. Hæreditate acquirent

acquirent eam &c. 1. Petr. 1. Regenerauit nos in ſpem viuam. Cõtra exterminationem hæreditatis, quia [inhabitabunt in ſæculũ ſæculi ſuper eam] idest in hac terra viuentium ſemper erunt. [Os iuſti meditabitur]

x ¶Hic oſtẽdit, quòd bona iuſtorum maiora ſunt, quantum ad vſum virtutis: quia iniuſti habent os pronum ad malum. Primo ergo agit de ſpiritualibus bonis iuſtorum. Secundo, de peruerſitate malorum, ibi [conſiderat] Circa primũ duo facit. Primo, ponit ſpiritualia iuſtorum præeminentia. Secundo, ponit fructum ipſorum bonorum, ibi [Non ſupplantabuntur] Bona ſpiritualia in duobus conſiſtunt: ſcilicet ꝓ ut ſunt in ore, & prout ſunt in corde. In ore iuſti non eſt niſi bonum & veritas. Eph. 4. Deponentes mendacium, loquimini veritatem. Eſt autem duplex veritas: & vtraque habet iuſti præmia. Prima, eſt de diuinis. Secunda, eſt de humanis. Quantum ad primum dicit. [Os iuſti meditabitur ſapientiam]

x Os iuſti meditabitur ſapientiã: & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipſius: & nõ ſupplantabuntur greſſus eius.

y ¶Cõſiderat peccator iuſtum: & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cũ iudicabitur illi.

z ¶Expecta dominum, & cuſtodi uiam eius, & exaltabit te ut hæreditate capias terra: cum perierint peccatores uidebis.

& ¶ Vidi impium ſuperexaltatũ, & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui & ecce non erat: quæſiui eũ, & nõ eſt inuentus locus eius.

ɔ ¶Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam ſunt reliquiẽ homini pacifico. Iniuſti autem diſperibunt: ſimul reliquiæ impiorũ interibunt. Salus autem iuſtorum a domino: & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos a peccatoribus, & ſaluabit eos, quia ſperauerunt in eo.

¶[Sed nõ vt benedicere, Quia meditari eſt actus cordis, non oris.

¶[Reſpondeo Dicendum, quòd meditabitur, idest meditata loquetur, vel modulabitur. Et multiplicare aliqui meditantur ſapientiam. Quidam meditantur Chriſtum qui eſt ſapientia dei patris ſaltem credendo. Deut. 4. Hæc eſt ſapientia veſtra & intellectus coram populis. Quidam acquieſcendo cum intelligentibus. Eccl. 6. Si dilexeris audire ſapiens eris. Quidã in ea pſallendo. Eccl. 3. Pſallentes in cordibus veſtris domino. Prou. vlt. Os ſuum aperuit ſapientiæ: & lex clementiæ in lingua eius. Sed os iuſti meditabitur ſapientiam docendo. Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Origen, aũt dicit. Imperiti peſſimum vitium habent, vt ſuperfluos eos dicant, qui ſtudium doctrinæ impendunt: imitantes rerum vocabula, eorum ſtudium contemnãt, loquacitatem ſuam, inertiam, & imperitiam approbantes. Quantum ad ſecundum dicit [Et lingua eius] hoc tripliciter ponitur [Lingua eius loquetur iudicium] idest cum iudicio & diſcretione ſermonem proferet. Pſalm. 101. Diſponet ſermones eius in iudicio. Eccl. 21. Verba prudentum ſtatera ponderabuntur, alio modo ſecundum quòd refertur ad iudices: quia iudex ſiue os iuſti, ſiue lingua iudicis iuſtum iudicium loquitur in ſententiando. Vel lingua iuſti loquetur de iudiciis dei: & conuertet peccatores ad pœnitentiam ex conſideratione diuini iudicii. Iob. 19. Fugite a facie gladii, quoniã vltor iniquitatum gladius eſt.

¶[Sed quare dicit in futuro, meditabitur, & loquetur?

¶[Reſpondeo Dicendum, quòd loquitur in futuro, vt deſignet continuitatem meditationis, quaſi dicat, Continue loquitur & meditatur. Vel dicit hoc de futuro, quia modo modicum quid de ſapientia poſſumus loqui. Sed in futuro poterimus magna me dicari de ſapientia, & plura loqui de iudiciis dei. Sed contingit quòd aliquis non habet in corde quod loquitur ore. Matth. 15. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. Non ſic de viro iuſto, ſed ſicut loquitur, ita habet in corde, quia infixa habet in memoria per meditationem, & in voluntate per amorem, legem dei. Propter hoc dicit [Lex dei eius in corde in ipſius] idest legem & iudicium loquitur & meditatur. Et ideo [Non ſupplantabuntur greſſus eius] Et ponit hic fructum bonorum operum, quia non deficiẽt, neque fraudabuntur: quia qui habet ſacram ſcripturam & legem dei in corde non decipitur a diabolo. Pſal. 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Nam lex eſt lucerna: & ideo qui ſciunt eam, non offendunt [Conſiderat peccator]

y ¶Hic agit de conſideratione malorum. Et primo, ponit cogitationes malorum contra bonos. Secundo, defenſionem bonorum. Dicit ergo. [Conſiderat peccator iuſtum] ſcilicet inſidioſe quomodo poſſit nocere. Pſalm. 21. Ipſi vero conſiderauerunt. Prou. 24. Ne inſidieris & quæras impietatem in domo iuſti [Et quærit mortificare eum] Vbi oſtenditur eius crudelitas, vel intentio. Prou. 1. Pedes eius ad malum currunt, & feſtinant &c. Sapien. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. Sed iuſti defendunturꝰ. Primo, quia euadunt eorum perſecutionem: vnde dicit [Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius] quia licet ad horam impii habeant poteſtatem ſuper iuſtos, non tamẽ ſemper. Pſal. 124. Non relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum &c. Secundo, quia liberantur diuino iudicio. Vnde dicit, quòd non ſolum hic liberantur, ſed nec damnabuntur [cum iudicabitur illi] idest iuſto, idest ad vtilitatem iuſti. Vel [illi] idest peccatori condemnabitur. Matth. 12. Reſurgent in iudicio, idest in condemnationem [Expecta]

z ¶Multa locutus eſt pſal. in præmiſſis ad condemnationem iuſtorum, & deiectionem malorum: & hæc omnia retulit ad hoc vt ſequamur iuſtitiam, & declinemus malum. Hic autem induit exhortationem ad inſtitiam. In duobus ſeruatur iuſtitia, ſcilicet in his quæ ſunt ad deum, & in his quæ ſunt ad proximum. Circa hoc ergo, tria facit. Primo, proponit exhortationem. Secundo, oſtendit præmium, ibi. [Et exaltabit te] Tertio, probat quoddam qd̃ propoſuit, ibi [Vidi impium] ordinat ergo exhortando ad deum. Primo, per expectationem. Secundo, per obedientiam. Dicit ergo [Expecta dominum] vbi dicit duo. Primo, quòd ſi aliquam moleſtiam pateris, non ſtatim deſperes nec turberis contra deum, ſed expecta quouſque ſuccurrat. Pſal. 39. Expectans expectaui dominum: & intendit mihi. Et ſic hortatur ad ſapientiam. Secundo, hortatur ad longanimitatem, quaſi dicat. Si nondum remuneratus es de bonis tuis non frangaris, ſed expecta remunerationem. Abac. 2. Si moræ fecerit expecta eum &c. Iac. 5. Expectat agricola pretiotum fructum terræ patienter ferens [Et cuſtodi vias eius] Expectatio eſt in malis, cuſtodia eſt in bonis. Cuſtodi ergo vias, ſcilicet charitatis & præceptorũ & ſerua cum diligentia. Prouerbiorum, 4. Omni cuſtodia ſerua &c. Iob. 22. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui. Pſal. 118. Scrutabor legem tuã &c. [Et exaltabit te] hic ponitur præmium ſiue fructus hoc eſt fructus bonorum, vt ab eo exaltentur. Eccleſ. 15. Exaltabit illum apud proximos ſuos. Sap. vlt. In omnibus honoraſti populum. Et ad quid? [Vt hæreditate capias terram.]

¶[Mirum eſt quod dicit. Cum terra ſit infima, quomodo exaltabit, vt capias eam?

¶[Et dicendum, quòd terra de qua loquitur eſt terra viuentium: & hæc eſt in alto, quaſi ſtabilitas æternorum & ſpiritualium bonorum: & ad hanc non peruenit quandiu mens iacet in imis, ſed oportet quòd exalteturꝰ. Eſa. 58. Suſtollam te ſuper altitudinem terræ. Vel etiam poteſt intelligi de iſta terra. Illi ergo hæreditate capiunt terram, qui terræ dominantur: & tales ſunt q̃ habeut cor eleuatum a terra, quia non habent cor preſſum ad terram ſicut ſunt ſerui terræ & poſſeſſio terræ. Et ideo oportet ad hoc quòd capiant eam, vt exaltentur. Prou. 4. Glorificaberis ab ea, cum eam &c. [Cum perierint peccatores videbis] Iſti lætabuntur de perditione malorum. Pſal. 17. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam &c. Iob. 22. Videbunt iuſti & lætabuntur. Sed non propter perditionem impiorum, quia deus non propter ipſam lætatur. Sapien. 1. Non lætatur in perditione virorum: ſed de diuina iuſtitia. Eſa. vlt. Egredientur & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me. Item, de diuina miſericordia ipſis exhibita: qua ſunt liberati a malis, ſiue a pœnis damnatorum. Et ad hoc videndum oportet quòd ſis etiã exaltatus: quia ſi es deprehenſus non videbis perditionem ipſorum. Pſal. 72. Hoc labor eſt ante me, ſcilicet ſcire facta peccatorum, donec &c. [Vidi impium]

& ¶Hic probat duo, circa perditionem peccatorum. Primo, ponit proſperitatem ipſorum. Secundo, perditionem: vnde dicit. [Vidi impiũ] idest quẽcumque peccatorẽ [ſuperexaltatum] idest ſupra ſtatum ſuæ conditionis: & ſupra alios homines felicem, q̃tum ad ſtatum mundi. Iob. 21. Quare impii viuunt confortati ſunt roborati diuitiis &c [Et eleuatum ſicut cedros Libani.] Hic eſt duplex litera. Vel ſupra cedros Libani quæ inter omnes arbores maiorem altitudinem habet, quaſi dicat. Excellenter ſuper alios vidi eum. Eccl. 10. Poſitum ſtultum idest peccatorem in dignitate ſublimi. Amos. 2. Altitudo cedrorũ, quaſi altitudo illiꝰ, & fortis ipſe quaſi quercus. Sed quare impii viuunt, eſt duplex ratio. Vna, quia quandoque ſublimantur mali, propter peccata hominum. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Et ideo, mali ſunt quaſi flagella dei ad populum cum dominantur. Eſa. 10. Væ Aſſur virga furoris mei, & baculus ipſe eſt. Alia ratio eſt, vt mali cum dominantur gaudeant. Iob. 30. Eleuaſti me & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Vnde quandoque in eo quod magis deſiderant magis deiicuntur. Alia ratio eſt ad inſtructionem iuſtorum, vt non multum reputent hæc temporalia quæ etiam boni habent & mali, vt dicit Aug. Iob. 21. Veruntamen non ſunt in manu eorum dona ſua, ſicut bona animæ. Non curo de eis. Item vt iuſte damnentur, qui abutuntur bonis datis. Eſa. 1. Filios enatriui & exaltaui &c. Vel hoc poteſt referri ad hæreticum qui eleuatur in ſuo ſenſu: & finaliter dicitur [Et tranſiui]. Hic oſtendit

oſtendit deiectionem peccatoris. Secundo, oſtendit deſtructionem loci eius. Dicit autem [Tranſiui] Non dicit [Tranſuit] q. dicat Tranſiui ego per conſiderationem. Exod. 3. Tranſibo & videbo. Quandiu homo defigit oculum in rebus mundi, videtur ei quòd mali ſunt potentes: quando autem mente tranſit ad ſpiritualia & dei iudicia, pro nihilo reputat eos. Vnde [Tranſiui] per conuerſionem: quia quãdiu aliquis eſt ſæcularis affectu & corpore placent ei res mundi, ſed quando affectu tranſit ab eis pro nihilo habet in ſæculo abundantes. Pſal. 14. Ad nihilũ deductꝰ eſt &c. Et ideo ſancti viri reputantur ſuperbi, q̃a non appreciãtur nec reputant homines propter diuitias, vel dignitates, ſi non ſuppetant eis virtutes. Vnde ſequitur [Et ecce non erat] etiam in præſenti: quia nihil reputat iuſtus homo gloriam peccatorum, q̃ videtur aliquid 1. Mach. 2. Gloria hominis peccatoris ſtercus & vermis eſt, hodie extollitur & cras non inuenietur. Hierem. quarto. Aſpexi terram idest gloriam terrenam, & ecce vacua erat, & nihil. Vel ſecundum Origenem [Non erat] quia quando homo eleuatur ad diuina conformatur diuino intellectui: & quæ ſunt futura ſunt ei quaſi præſentia. Vnde qui videt quòd tempus huius vitæ eſt breuis, damnationẽ impiorum videt quaſi præſentem. Corinth. primo. Elegit deus q̃ non ſunt, vt ea, quæ ſunt deſtrueret. Vnde dicit [Quæſiui eũ & non eſt inuentus locus eius] idest dignitates eiꝰ, vel familia & domus eius, quaſi dicat. Non ſolum ipſe, ſed quicquid ad eum pertinet deſtruitur. Iob vigeſimo ſecundo. Oculus qui eum viderat non videbit, neque vltra intuebitur eum locus eius. Vel locus eius idest mundus in quo quieſcit, quia tranſit mundus & concupiſcentia eius. Corinth. ſeptimo. Præterit enim figura huius mundi [Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem]

ɔ ¶Hic exhortatur ad iuſtitiam quæ eſt ad proximum. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit exhortationem. Secundo, præmium, ibi. [Quoniam ſunt] Tertio, exponit quod dixerat, ibi [Salus] Proximo debet homo facere, vt primo, ei non noceat. Secundo, vt debita reddat. Quantum ad primum dicit. [Cuſtodi innocentiã] nihil nocendo. Iob vigeſimo ſecundo. Saluabitur innocens. Saluabitur autem munditia manuum ſuarum [Et vide æquitatem] Alia litera habet [directionem] idest rectitudinem & iuſtitiam [vide] idest iudica. Iob ſexto. Id quod iuſtum eſt iudicare. [Quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico] Hoc eſt præmium iuſtorum. Origenes dicit, quòd quando ſpiritus ſeparatur a carne, oſſa hominis dicuntur reliquiæ: ita quando anima recedit, quod remanet, ſcilicet corpus dicitur reliquiæ: & ideo non ſolum præmiabitur in anima, ſed etiam corpus eius: ad immortalitatem perducetur. Corinthio. 15. Vel reliquiæ dicitur quicquid eſt homini poſt hanc vitam quæ ſunt multæ, qua ſi dicat. Non terminabitur in vita iſta, ſed etiam in fine vitæ ſunt alia mala. Vnde alia litera habet. [Extremum vitæ eius eſt pax] Conſequenter ponit damnationem malorum. Mali habent duo. Primo, quia ipſi pereunt. Secundo, quia nihil dimittunt poſt eos. Ideo dicit [Iniuſti autem diſperibunt. Iob quarto. Et quia nullus intelligit in æternum peribunt [Et ſimul reliquiæ impiorum interibunt] Corinthio. ſecundo. Quæ interibunt cum eis in gehenna. Vel reliquiæ idest omnia quæ habuerunt ſcilicet diuitiæ quæ pereunt, fama quæ putreſcet, ſemen quod peribit. Iob vigeſimo ſecundo. Nonne ſucciſa eſt erectio, & reliquias eorum deuorauit ignis? [Salus autem iuſtorum] Probat quòd reliquiæ iuſtorum ſaluantur. Et primo, oſtendit in generali quæ ſunt. Secundo, oſtendit ordinem conſequendi eas. Tertio, cauſam huius ſalutis. Duo ſunt in reliquiis: ſalus in bonis, & ereptio a malis. Quantum ad primum dicit [Salus autẽ iuſtorum a domino eſt] ſolo, in quo ſperant, non ab alio. Origenes dicit. Apud dominum, quaſi dicat. In nullo creato, ſed in ſolo deo. Eſa. 45. Iſrael ſaluatus eſt in domino, ſalute æterna. Quantum ad ſecundum dicit. [Et protector eorum in tempore tribulationis] ſcilicet præſentis, vt nec etiam corporaliter opprimantur. Corinth. decimo. Faciet cum tentatione etiam prouentum, vt poſſitis ſuſtinere, vel in die iudicii, vel in morte. Nahũ primo. Bonus dominus & confortans in die tribulationis & ſciens ſperantes in ſe Ordo eſt quadruplex. Primo, adiuuatur ad bene operandum. Vnde [Adiuuabit] idest cooperabitur. Pſa. 120. Auxilium meum a domino. Eſa. 28. Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis [Et liberabit] ſcilicet a malis [Et eruet eos a peccatoribus] vel quantum ad præſentem ſtatum, quando iuſti liberabuntur & non ſequentur peccatorum vias. Pſalm. 1. Beatus vir qui non abiit &c. Vel in die iudicii, quando ſegregabit oues ab hædis. Vel a dæmonibus in morte cuiuslibet. Quia tunc dæmones veniunt, quærentes ſi aliquid ſuum inueniant. Ioan. 14. Venit princeps mundi huius. Et finalis ſalus, q̃a ſaluabit eos: Et cauſa eſt. [Quia ſperauerunt in eo] quia hæc ſalus debetur ſperantibus.

IN REMEMORATIONE SABBATI.

PSAL. DAVID XXXVII.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

b ¶ Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea a facie iræ tuæ: non eſt

PSAL. XXXVII.

SVPRA pſalmus implorauit diuinum auxilium contra perſecutores, ibi [Iudica] oſtendit etiam eorum nequitiam, ibi [Dixit iniuſtus] docuit contemnere proſperitatem impiorum, in prædicto pſalmo [Noli æmulari] In hoc autem pſalmo, confitetur ſe pro peccatis ſuis afflictum. Circa hoc ergo, facit duo. Primo, proponit ſuam afflictionem. Secundo, cautelam in futuro, ibi. [Dixi cuſtodiam] Titulus [pſalmus Dauid in rememoratione] Auguſt. addidit. In rememoratione ſabbati, ſed hoc non habetur, neque in Hebræo neque in Hieronymo. Et eſt ſciendum, quòd hic eſt tertius pſalmus pænitentialium: & diuerſi tales pſalmi referuntur ad diuerſos actꝰ pænitentiæ, & commemorationem peccatorum. Et ideo dicit ad commemorandum ſcilicet peccata. Eſa. vigeſimo octauo. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Sed ſi addatur ſabbatum, pertinet ad finem huius commemorationis, quare ſcilicet ſit affligendum & rememorandum: ſcilicet propter ſabbatum idest propter quietem repromiſſam. Eſa. 58. Si auertis a ſabbato pedem tuum, facere &c. vſque, vocaberis ſabbatum delicatum, idest quies delitioſa. Diuiditur ergo pſalmus in partes duas. In prima, petit miſericordiam. Secundo, exponit miſeriam, ibi [Quoniam ſagittæ] Miſericordia petitur a iudice cuius pœna timetur. Iudex primo, arguit verbis. Pſalm. 49. Arguam te. Poſtmodum corrigit factis. Pſalmiſta ergo non petitꝰ q̃ nõ arguatur, ſed quòd non in furore: vnde dicit [Domine ne in furore tuo arguas me] Furor & ira in deo non ponunt commotionem, quia Sapiẽ. 12. Cum tranquillitate iudicat. Sed quantum ad effectum dicuntur de deo, quia furioſus non parcit. Vnde petit corripi, ſed non in ira: ideo dicit [Neque in ira tua corripias me] quia vt dicitur Prouerbiorum ſexto. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ. Vnde in furore arguit quãdo non parcit: ſicut Matth. vigeſimo ſecundo. Eſuriui & non dediſtis &c. Itẽ, Ite maledicti in ignem æternum. Vnde peto corripi, ſed non in furore. Secundo, agit de pœna iudicis. Et eſt duplex pœna. Vna eſt ad exterminationem: & hæc infernalis: & hanc petit ſibi non infligi, cũ dicit [Domine ne in furore &c.] Alia eſt ad correctionem: & hanc petit ſibi infligi. Sed petit, q̃ non corripiatur in ira, ibi [Neque in ira tua] idest graui pœna [corripias me] Hiere. 10. Corripe me domine: ueruntamen in iudicio & non in furore [Quoniam ſagittæ tuæ]

b ¶[Miſericordia non habet locum niſi vbi eſt miſeria. Et ideo circa hoc, duo facit. Primo, commemorat multiplicem ſuam miſeriam. Secundo petit diuinum auxilium, ibi [Ne derelinquas] Miſeriã oſtendit primo, quã patitur a ſuperiori. ſ. deo infligẽte. Secundo, oſtendit miſeriã quã patitur ab interiori, ſ. conſcientia remordẽte, ibi [Nõ eſt pax] Tertio, ab exteriori. ſ. homine contẽnente, ibi] Amici [Circa primũ, duo facit. Primo, ponit percuſſionẽ diuinã. Secũdo, effectũ percuſſionis, ibi [Nõ eſt ſanitas] Hic loquitur vt referatur, uno mõ, ad percuſsionẽ tribulationis quã deus immittit. Alio mõ, ad cõmotionẽ cõtritionis. Primo mõ cõgruũt hæc tria. Percuſſio eſt grauis ex duobus, ſ. ex hoc q̃ intima penetrat: & ex hoc hõ cõuertit. Et q̃tũ ad hoc dr̃ primo, quia peruenit vſq; ad intima: vnde dicit [ſagittæ tuæ]. i. percuſſio tua [infixæ ſũt mihi]. ſ. vſq; ad interiora. Iob. 6. Sagittæ dñi in me ſunt, quarũ indignatio ebibit ſpm meũ. Scẽdo, quia hmõi percuſſiões nõ cito trãſeũt, ſed manẽt [vnde dicit] Cõfirmaſti ſup me manũ tuã. Eſa. 30. Erit tranſitus virgæ fundatus quã requieſcere faciet dñs ſuper eũ. Hebr. 10. Horrendũ eſt incidere in manus dei viuẽtis. Tertio, quia ſunt graues: & eſt rõ eius qd̃ dicit [Non in furore] quia iam ſatis ſum ſagittatus [Non eſt ſanitas] Hic ponitur effectus ſagittationis. Caro mea deordinata eſt, corruptioni & infectioni ſubiecta. Ro. 7. Scio q̃ non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Alio mõ, de cõmemoratione cõtritionis põt intelligi: & ſic

assignat

assignat rationem quare non vult a deo puniri [Quoniam sagittæ] Sagittæ dei verba dei sunt. Esa. 49. Posuit me quasi sagitã electam. Quando autem peccator audit verba dei & infiguntur cordi eius, tunc reponit in corde suo: & tamen eis non compungitur, & ex hoc est dignus furore: quia non est compunctus ex sermonibus dei. Sed sicut dicit Gregorius, Frustra laborat extra, lingua prędicatoris, si intus nõ operatur virtus redẽptoris. Et ideo oportet, quòd manus dei infigat has sagittas vsque ad intima, & ideo dicit [Confirmasti super me manum tuam [In carne mea.] Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. Quando caro sanitatem habet spiritus est infirmus: & econuerso, scilicet quando spiritus est sanus & fortis, caro est infirma: quia totum eneruatur quicquid ad carnem pertinet. Psal. 118. Caro mea immutata est propter oleum. Effectus ergo verbi dei immissi, vel infixi, est quòd emarcet concupiscentiam carnis. Col. 3. Mortificate membra vestra &c. Origenes dicit secundum primam exponsitionem [A facie] idest a consideratione iræ tuæ: quia per verba tua consideratur ira futuri iudicii. Et ex hoc caro emarcet [& non est pax ossibus meis] Hic ostendit interiorem miseriam idest peccatum, propter quod patitur tribulationem: quasi dicat. Aufertur sanitas carnis præconsideratione iræ tuæ: sed recognoscendo peccata mea, etiam spiritus concutitur. Vnde dicit [non est pax ossibus meis] idest spiritui meo. Esa. 59. Non est pax impiis dicit dominus. Et hoc [A facie peccatorum meorum] idest præ multitudine & grauitate peccatorum non possum habere pacem mentis. Sed numquid habes tribulationem? Et dicit quòd sic, Vnde exposuit se habere. Et primo, peccata ponit. Secundo, defectum pacis. Tria sunt quæ exaggerant peccata: scilicet multitudo peccatorũ, grauitas, & reiteratio: quia si frequenter peccat graue est. Dicit ergo quantum ad primum. [Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum] Modus loquendi est: per iniquitates signatur multitudo peccatorum: quia sicut aqua hominem obruit, ita peccata sub mergunt hominem. Et hoc non facit aqua nisi quando tantum excrescit quòd caput excedit, quasi dicat. Sic multiplicatæ sunt quòd super caput meum ascenderunt. Psal. 68. Infixus sum in limo profundi &c. 2. Paral. vltimo. Peccaui super numerum arenæ maris, & multiplicatata sunt peccata mea. Et dicit. [Super caput meum] idest super mentem meam, tractam in cõsensum peccati. Tripliciter se homo habet in peccato. Quandoque est tantum in concupiscentia, & mens resistit, & tunc non attingit caput. Quandoque consentit, sed ex passione, & tunc licet perueniat ad caput, non tamen supergreditur. Sed quando lætantur quando malefecerint, & exultant in rebus pessimis, tũc iniquitates supergrediuntur caput. Quantum ad secundum dicit [Sicut onus graue grauatæ sunt super me] Dicuntur autem grauare peccata, quia deprimũt more rei grauis. Quãto ergo homo deprimitur, tanto a deo recedit Zach. 1. Iniquitas sedet super talentum. Esa. 1. Populo graui iniquitate. Alia litera habet [Sustulit in altum] quia quandoque peccata grauia inducũt in contemptũ, & superbit impius cum peruenerit in profundum peccatorum. Quantum ad tertium dicit, propter recidiuum [Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ] Cicatrix ex vulnere relinquitur: ita etiam quando quis peccauit, & dimissum est ei peccatum, sed adhuc est pronitas ad peccandum, est quasi cicatrix ex vulnere. Quandoque autem deus sanat eam, per satisfactionem & exercitium bonorum operum. Hierem. 3. Obducam cicatricẽ tibi, & a vulneribus tuis sanabo te. Quandoque aũt nõ bene custodimus nos, & sicut per imperitiam medici, quandoque infirmitas generat, intus putredinem & corrumpit membrũ sic est in peccatore: quia quando non curatur peccatum per correctionem, siue per pænitentiam, fit putredo interius, idest delectatio peccati præteriti; & consentit in aliud simile. Ioel. 1. Cõputruerunt iumenta in stercore suo. Ex hoc sequitur corruptio, quando peccatum procedit in actum. Vel corruptio est quando non solum in se sunt putrefacti, sed exalãt per infamiã ad alios [A facie insipiẽtiæ meæ] Medicus qñ curat p̃ insipientiã suam, aliqñ vulnus putrefit, sic ex insipientia hominis nescientis sibi bene cauere, patitur recidiuũ. Pro. 14. Errant q operanẽ malũ [Miser]

c ¶Supra dixit psalmus, Non est pax ossibus meis: & ostendit quæ sunt sua peccata, quia multa, grauia, & reiterata: hic agit de pacis sublatione. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit inquietudinem contra pacem. Secundo, ponit remedium consolationis & spei, ibi. [Domine ante te] Inquietudinem animi sui ostendit dupliciter. Primo, quantum ad deiectionem, & quan-

pax ossibus meis, a facie peccatorũ meorum. Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt sup me. Putruerũt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: a facie insipiẽtię meę. c ¶Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea. d ¶ Afflictus sum, humiliatus sum nimis: & rugiebam a gemitu cordis mei.

F tum ad irascibilem. Secundo, quantum ad deiectionem cordis, quod pertinet ad commotionem concupiscibilis, ibi [Tota die] Circa primum, duo facit. Primo, proponit causam deiectionis. Secundo, ipsam deiectionem. Causa deiectionis est [Quia miser factus sum] idest miseriam meam ego recognosco. Miseria opponitur felicitati, & ideo in cõtrariis consistit. Felicitas humana consistit in rebus mundi. Psal. 143. Beatũ dixerunt populum cui hæc sunt. Felicitas vera consistit in hæsione ad deũ. Et ideo sequitur. Immo bea- G tus populus cuius est dominus deus eius. Miser ergo est ex hoc, quòd a deo auertitur per peccatum. Prou. 14. Miseros facit populos peccatum. Iste ergo sciens se separatũ a deo per peccatum reputat se miserũ: & ex hoc dr̃ animus eius deiectus. Vnde dicit. [Incuruatus sum] Hæc incuruatio potest referri ad depressionẽ animi, propter grauedinem peccati: quia peccata faciunt sicut graue onus quod hominem incuruat, & facit terram respicere. Ita peccata faciunt inferiora respicere, & non permittunt per affectum tendere ad superiora. Paral. 36. Incuruatus sum multo vinculo ferri. Vel potest referri ad humilitatem, quasi dicat In curuatus sum propter humilitatem, quia non recognoscit homo peccatum suum, non sapit alta. Luc. 18. de Publicano, qui nolebat oculos suos ad cælum leuare. Et hæc incuruatio non debet esse momentanea, sed in tota vita: vnde dicit [Vsque in finem] scilicet vitæ quandiu durat corruptio corporis. Roman. 7. In- H felix ego quis me liberabit &c. Consequenter agit de tristitia cordis. Et facit tria. Primo, proponit tristitiam. Secundo, tristitiæ causam. Tertio, magnitudinem tristitiæ. Dicit ergo [Non solum humiliatus sum] contra superbiam, sed etiam [sum contristatus] contra delectationem peccati, & hæc est tristitia bona 2. Cor. 7. Quę enim secundũ Deũ tristitia est bona est. Et tãgit duo, circa tristitiam. Primo, quòd oportet esse continuam: vnde dicit [Tota die] Roman. 9. Dolor continuus cordi meo. Psal. 6. Lauabo per singulas noctes. Hier. 9. Et plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Augustinus. Semper doleat, & de dolore gaudeat. Secundo, quia est quędam tristitia absorbens, quæ in desperationem inducit. 2. Corinth. 2. Ne forte abundantiore tristia absorbeatur, qui eiusmodi est. Quædam est aggrauans: & hæc est accidia quæ sic deiicit, vt non permittat agere bonum: sed tristitia pænitentis, non est sic, sed est cum spe, & exercitio bonorum operum: vnde dicit [Ingrediebar] idest in vi- I ta & bonis operibus proficiebam. Processus boni est ingressus, quia bona spiritualia ad quæ tendit bonus sunt interiora. Phil. 3. Quæ retro sunt obliuiscens, idest bona temporalia ad quæ tendũt peccatores q̃ sunt exteriora, ad ea quæ priora sunt extendens me ipsum. Prou. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui [Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus] Hic ponitur causa tristitiæ: secundũ glo. exponit quòd per lumbos intelligitur anima. Et dicit [Lumbi] quia ibi est delectatio [Et non est sanitas in carne mea] vt ostẽdat se infirmum intus & extra. Sed melius exponitur aliter, quòd affligitur per peccatum cum recognoscit miseriam suam. Miseria autem maxime recognoscitur in corruptione sensualitatis. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis &c. Et sub dit [Infelix &c.] quasi dicat. Ideo cognosco me miserum, & sum contristatus, quia lumbi mei impleti &c. Ad literam carnalis delectatio implet me illusionibus, quia diabolus vtitur sensualitate nostra sicut in instrumento: & vbi nos debiles conspicit, ibi impugnat nos. Prouer. 4. Stultis illudit peccatum. Iste au- K tem illusiones variarũ rerum ex duplici causa proueniunt. Quãdoque ex corruptione: quia caro semper quærit conuenientia sibi, quantum est de se: & nisi spiritus retineat oportet quòd delectetur in eis: & impossibile est quòd spiritus semper sit vigil, & ideo oportet quòd illudatur. Quandoque proueniunt tales illusiones ex spiritu proprio: quando scilicet aliquis sepe inserit in se tales cogitationes carnales: & hoc est veniale peccatũ primo, demum si consentiat fit mortale t & hoc recognoscit, non quasi ex carne, sed ex se vnde ait [non est sanitas in carne mea] Ro. 7. Scio q̃ nõ habitat in me, hoc est in carne mea bonum [Afflictus]

d ¶Hic ponit magnitudinẽ tristitiæ. Et primo, ponit talem magnitudinem. Secundo, ponit signum, ibi [Rugiebam] Duo posuit in tristitia. Primum, quòd est contristatus. Secundum, quòd est incuruatus. Per primum designat tristitiam, per secundum vero deiectionem. Et hæc duo habet repetere hic. Quantum ad hoc quòd est incuruatus dicit [Humiliatus] quantum ad hoc q̃ est contristatus dicit [Afflictus] & de vtroq; nimis. Et hoc propter magnitudinem mali, quod incurrerat, quia peccatum est maximum malum. Et ideo affligitur multis doloribus. Item, propter amissionem magni boni. Hier. 2. Vide & scito quàm malum est dereliquisse dominum &c. Item secundum Origenem. propter immutationem status de statu gratiæ & virtutis in statum peccati. Boeth'. Magnum infelicitatis genus est, fuisse felicẽ. Iob. 29. Quis mihi det, vt sim iuxta mẽses pristinos, secundum dies quibus deus custodiebat me? Signum magnæ tristitiæ est rugitus: ideo dicit [Rugiebam a gemitu cordis mei] Rugitus dicitur esse vox bestiarum scilicet leonis & vrsi, propter vehementiã doloris, vel famis. Vnde rugitus est vehementia fletus. Iob. 3. Quasi inundãtis aquæ sic rugitus meus: vnde [rugiebam] scilicet amarissime flebam. Sed contingit aliquando q̃ aliquis flet extra, non tamẽ ex animi commotione. Sed nõ sic ego fleo, immo a gemitu cordis mei procedit hic rugitus. Tre. 1. Multi gemitus mei & cor meũ mærens. Esai. 59. Rugiemus quasi vrsi omnes [Domine ante te omne desiderium]

e ¶ Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus. f ¶Cor meũ conturbatũ est ĩ me, dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorũ meorũ, & ipsum nõ ẽ mecũ. g ¶Amici mei & p̃ximi mei, aduersum me appropinquauerũt & stete- B runt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant, qui quærebant aĩam meã. Et qui inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabãtur. h ¶Ego aũt tamquàm surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in ore suo redargutiones.

e ¶Hic ponitur remedium consolationis. Et primo, ostendit q̃ in deo solo est consolationis suæ remedium. Secundo, ostendit quòd hoc est sibi necessarium, quia nihil in se habet de quo consoletur, ibi [Cor meũ] Osee. 13. Perditio tua ex te Israel, tantũmodo ex me auxilium tuum. Est autem duplex tristitia. Quædam tristitia est inducens desperationem, & hæc tollit desideriũ & gemitum: quia vtrumque istorum fit in occulto, ideo desiderium & gemitus interior notum est deo: vnde dicit [Domine ante te omne desiderium meum] Ante te approbatum est quod desidero, & ideo spero mihi dari per te. Prou. 10. Desiderium suum iustis dabitur. Psal. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Alio modo sic [Ante te] idest tibi cognitum est, qui scrutaris corda 1. Reg. 16. Deus intuetur cor. Prou. 15. Perditio & infernus coram domino; quanto magis corda filiorum hominum? Alio modo sic [Ante te &c.] idest ad hoc est desiderium meum vt sim ante te. Psal. 41. Sitiuit anima mea &c. [Et gemitus meus a te non est absconditus] idest tu approbas eum, vel tu cognoscis eum. Exo. 3. Videns vidi afflictionem populi mei &c. [Cor meum conturbatum est]

f ¶Hic ostendit necessitatem consolationis suæ esse adeo, quia nihil est in eo de quo possit consolari. Tria sunt in homine scilicet intellectus, voluntas, & potentia executiua. Intellectus dirigit, voluntas imperat, potentia exequitur: & hæc tria deficiunt in me. Quia [cor] idest affectus [conturbatum est] idest commotum est tristitia & commotione. Psal. 59. Commouisti terram & conturbasti eam &c. Vel conturbatum est præ sollicitudine mundi. Item, virtus executiua dereliquit me, quam habui ante peccatum. Vel loquitur ex persona humani generis. Virtus quam accepi in primo parente, vt non haberem corruptionem interiorem, aut exteriorẽ [dereliquit me] propter peccatũ. Esa. 50. Nõ est in me virtus [Et lumen oculorum meorum] idest ratio & mea [non est mecum] idest priuatur lumine rationis, per quod vitant malum & faciunt bonum, vel [lumen oculorum meorum] idest deus non est mecum propter peccatum, quia Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Esa. 59. [Amici mei & proximi mei]

g ¶Supra psalmus diligenter exposuit miseriam suam, quam a superiori, & ab inferiori patitur: hic autem miseriã, quam patitur ab æquali. Circa hoc duo facit. Primo, ostendit quid patiatur ab hominibus. Secundo, qua de causa, ibi [Inimici autem mei] Circa primum, tria facit. Primo, præmittit mala quæ patiatur ab hominibus. Secundo, ostendit patientiam suam in illis, ibi [Ego autem] Tertio, ostendit patientiæ causam, ibi. [Quoniam in te domine] Ostendit ergo se afflictũ ab omni genere hominum & pulchre, quia ostendit, Primo, se pati afflictionẽ ab amicis. Secundo, ab inimicis, ibi [Et vim faciebant] Amici affligunt dupliciter, persequendo & derelinquendo: quia ex hoc ipso quòd non iuuant, affligunt [Et qui iuxta me] Item amicorum est duplex genus. Quidam sunt soli amici & extranei. Qui dam amici & cognati: & ab vtrisque dicit se affligi. Quantũ ad primum dicit [Amici mei] Et potest intelligi, vel ex persona Christi, qui in hoc psalmo quandoque loquitur per se, quandoque p̃ membris: uel ex persona pænitentis. Si exponatur ex persona Christi, manifestum est quòd Iudæi qui sunt proximi fuerunt aduersarii ei: vnde dicit [Aduersum me appropinquauerunt & stete-

A runt] Vel ex persona pænitentis: & tunc Origenes. Aliquis in sæculo est inter peccatores, & quandiu est in peccatis ostendunt ei amicitiam: sed quando deserit mundum & peccatum, tunc peccatores aduersantur ei: vnde dicit [Amici mei] idest qui prius erant amici. Eccl. 6. Est amicus qui conuertitur ad inimicitiam [Et proximi] idest in carne coniuncti. Mich. 7. Inimici hoĩs domestici eius. Hierem. 3. Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu. [Aduersum me appropinquauerunt & steterunt [Contingit quòd amicus quandoque aduersatur in dicto vel facto alicui, sed tamen tãtam habet reuerentiam ad amicitiam, quòd non aduersatur ei in facie. Et ideo dicit quòd non solũ de longe steteruut [sed appropinquauerunt] idest in facie inimici contradixerunt. Quandoq; etiam amicus facto commouetur contra eum, tamen non perseuerat. Sed de istis dicit quòd [steterunt] idest fuerunt mihi aduersarii. Psal. 2. Astiterunt reges terræ &c. [Et qui iuxta me erãt de longe steterunt] hic ostendit quomodo est derelictus. Si exponitur de Christo, vere fuit derelictus. Mat. 26. Relicto eo omnes fugerunt. Item, pænitens derelinquitur, postquàm est conuersus ad deum: vnde [Et qui iuxta me erant] idest amici familiaritate, vel carne [de longe steterunt] Iob. 6. Ecce non est auxilium mihi in me necessarii quoque mei recesserunt a me. Psal. 87. Elongasti a me amicum & proximum &c. [Et vim faciebãt qui quærebant animam meam] Et non solum est sic ab amicis C afflictus, sed etiam ab inimicis. Est autem duplex genus inimicorum. Quidam sunt inimici capitales, & occidunt. Alii sunt qui non sunt capitales, quia non quærunt occidere, & de vtrisq; loquitur hic. De primis dicit [Vim faciebant qui quærebant animam meam] idest quærebant me occidere. Ad literam dicitur de Christo quem Iudæi quęrebant occidere: vnde [Vim faciebãt] idest violentiam inferebant. Prou. 22. Ne inferas violentiã pauperi, quia pauper est. Hier. [Vt vim facerent] vel [quærebãt] s. dæmones seu amici, qui volebant me inducere in malum postquàm conuersus sum ad deum. Et vim faciebant mihi. De secũdo dicit. [Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates] idest mendacium contra me dixerunt. Ita accidit de Iudæis contra Christũ qui mendacium loquentes, dicebant. Luc. 23. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. Item [dolos tota die meditabantur] ut caperẽt eum in sermone. Matth. 22. Item hoc accidit cuilibet pæniten ti, quia aliquis pænitens, vt Origenes dicit confitetur peccatum D suum, & si necesse fuerit agit publicam pænitentiam: & deridetur ab aliis, qui perseuerant in peccato. Iob. duodecimo. Deridetur iusti simplicitas: & dicunt multa vana & falsa contra eum. Psalm. 11. Vana locuti sunt vnusquisque. Et etiam insidiantur, si inueniant aliquid, vnde confundant eum. Prou. 14. Ne insidieris, & ne quæras impietatem in domo iusti [Ego autem tamquàm surdus]

h ¶Hic ostendit patientiam a se exhibitam. Et primo, ponit patientiam. Secundo, patientiæ effectum, ibi [Et factus sum sicut homo] homines quando affliguntur nisi patienter portent, primo, commouentur in animo deinde deordinantur in verbis. Sed remedium quòd non commoueantur in animo est, quòd sit sicut surdus non audiens verba iniqua. Et ideo dicit [Ego autem tamquàm surdus non audiens] idest audire me fingebam. Eccles. vigesimo. Vsque ad tempus sustinebit patiens. Item ibi- E dem 18. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequã. Et remedium quòd non deordinetur in verbo est, quòd sit sicut mutus Psal. 38. Obmutui & humiliatus sum &c. Vnde dicit. Et sicut mutus non aperiẽs os suum] Et hoc maxime fecit Christus vt dicitur. Matth. 27. Et non respondit ei verbum, ita vt miraretur Præses vehementer. Esa. 53. Tamquàm ouis ad occisionem ducetur &c. Sic etiam facere debent viri iusti. Psalm. 38. Posui ori meo custodiam, dum consisteret peccator aduersum me [Et factus sum sicut homo non audiens] Hic ponitur effectus patientiæ, sed hoc est contra opinionem malorum, qui hoc imputant ignauiæ non virtuti. Et dicit [factus sum] scilicet opinione [sicut homo non audiens] & non virtuosus. Vnde de Christo dicitur. Mihi non loqueris? Ioan. decimonono [Et nõ habens in ore suo redargutiones] idest ac si non sit sapiens ad respondendum. Vnde de Christo dicitur. Lucæ. vigesimotertio, quòd Illusit ei & dispexit eum Hærodes. [Quoniam in te domine speraui]

i ¶ Hic ponit causa patientiæ, quæ est triplex. Ex parte dei, ex parte inimicorum, & ex parte sui. Et ex parte dei causa patientiæ est, quòd tota causa relinquitur deo. Mihi vindictam & ego retribuam. Deut. 32. Et ideo dicit, [Ego autem in te speraui domine] quasi dicat. In te est causa mea. Hiere. 17. Spes mea tu. Et q.d speras de deo? [Dixi tu exaudies me dñe deus meus] Origenes. Quandoque homo orat deũ & non exaudit: quia ipse non audit eum præcipientem. Pro. 28. Qui declinat aures ne audiat legem, oratio eius fiet execrabilis: sed qui obedit deo & legi, tunc exauditur. Iac. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua. Deus autem maxime præcepit patientiam. Matth. 5. Siquis te percusserit in vnã maxillã &c. Et iõ illi exaudiũtur a deo, qui nouerũt pro inimicis orare vt ecclesia facit: vnde dicit Hier. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me &c, quia isti in veteri testamento orauerunt pro inimicis, non est aia mea ad populum istum: idest, non exaudiam eos pro populo isto: quasi dicat. Ideo quia patienter sustineo tu exaudies me [Quia]

k ¶ Supra posuit psalmus mala quæ passus est ab hominibus: & ostendit etiam patientiam suam assignauitque vnam rationem patientiæ ex parte dei: hic autem assignat rationem patientiæ ex parte inimicorum. Contingit aliquando ex dei misericordia, quòd qui patitur tribulationem aliquam sustinet mala quæ ab aliis inferuntur, vt pacem cum inimicis habeat. Prou. 16. Cum placuerint domino viæ eius inimicos eius conuertet ad pacem. Iob. 5. Bestiæ terræ pacificæ erunt &c. Et hoc etiam naturale est: quia nullus est ita seuus siue crudelis, quòd quãdo videt aliquem humiliatum affligat eum vlterius. Canis etiam non mordet hominem iacentem. Quando ergo aliquis resistit inimico, concitat inimicum ad nocendum sibi & deus non iuuat. Psal. 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala &c. Et ideo assignat hic rationem patientiæ, quæ est ne veniat in manibus eorum. Et circa hoc duo facit. Primo, commemorat de hostibus gaudium corporis. Secundo, insultationem eorum. Dicit ergo [Dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei] Si nollet me defendere deus, nõ intueretur me, & sic superarent me hostes & gauderent. Quantum ad secundum dicit [Et dum commouentur pedes mei.] Hieronym. habet [Deficio] liteta nostra habet [Super me magna locuti sunt] Et dum labuntur pedes mei &c. [Loquentur] Si intelligatur de præterito, sic est sensus [Dixi nequando &c.] Potest hoc referri ad experimentum, quasi dicat: expertus sum, quòd gauderent. Sed si laberentur pedes mei &c. Quidam corruunt, quidã labunt, sed nõ corruũt, quidã sunt infirmi. Mali qnq; contra aliquẽ religiosum insultant, & maxime loquunt super ipsum 1. Re. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriãtes. Psal. 11. Disperdat dñs vniuersa labia dolosa. Tertia est rõ ex parte sui: scilicet ex parte patientis. Primo, proponit promptitudinem animi. Secundo, causam. Dicit ergo [Quoniam ego in flagella paratus sum] Nullus est impatiens nisi de eo quod inuitus sustinet: quando igitur est paratus ad sustinendum, non est impatiens. Consideranda sunt duo genera hominum. Quidam sunt qui hic non flagellantur, sed reseruantur æterno igni. Psal. 72. In labore hominum non sunt &c. scilicet hic non corripiuntur. Alii sunt qui flagellantur in hoc mundo, quia deus corripit eos vt filios. Hebr. 12. Flagellat omnem filium quem recipit. Gregorius. Signum æternæ reprobationis est, quando deus nullum flagellum dat homini in mundo. Sic & Ambrosius noluit hospitari in domo illius, qui semper fuerat in prosperitate. Et ideo dicit [Quoniam ego in flagella paratus sum] Primo, ponit dolorem. Secundo, doloris causam. Est autem consuetudo, quòd quando aliquis patitur grauem dolorem, sustinet alium dolorem, vt liberetur ab alio grauiori: sicut quando homo sustinet extractionem dentis, vt liberetur a dolore dentium. Et ideo dicit [Sum paratus ad flagella] quia habeo alium dolorem quem volo curare. Et ideo dicit [Dolor meus] scilicet de peccatis [in conspectu meo semper] Rom. 9. Dolor continuus cordi meo. Tren. 1. O vos omnes qui transitis per viam &c. Et hic dolor est maior omni dolore: non quidem sensu, sed secundum rei veritatem. August. dicit quòd omnes afflictiones animæ causantur ex amore: homo delectatur in eo quod amat, & timet contrarium eius quod amat, & dolet similiter. Ergo quanto maior est amor, tanto est maior dolor de contrario. Sed minima charitas est maximus amor. ergo dolor de peccato est maximus: sed non magis sentitur, quia appetitus sensitiuus non mouetur nisi ex apprehẽsione sensibili, nisi p redundantiã rõnis. Et inde est quòd hõ plus sentit dolorẽ de aliquib' aliis rebus q̃ de peccato: tamen sm rõnem plus vellet sustinere eum q̃ dolorẽ de peccato. Causa huius doloris magni, est peccatum. Et ideo dicit [Quoniam iniquitatem.]

l ¶ Quasi dicat. Iõ doleo, quia peccatum meum considero, & intantum vt aliis manifestem. Vnde [Ego annuntiabo] idest aliis manifestabo, in quo maximum remediũ sentio: quod maxime fit in confessione, q̃ lætificat consitentem. Prouerbio. 28. Qui abscondit scelera sua &c. Iac. vltimo. Confitemini alterutrum &c. Secundo, ponitur peccati satisfactio contra illos, qui sic confitentur, vt non satisfaciant. Esa. 38. Recogitabo tibi oẽs annos meos &c. Iob. 23. Considerans eum timore solicitor. Et ponuntur hic tres partes pænitentiæ [Dolor] refertur ad contritionem [Iniquitatem meam &c.] ad cofessionem [Cogitabo] idest satisfaciã [pro peccato meo] ad satisfactionem [inimici autem mei viuunt &c.] Hic ponitur ratio misericordiæ, scilicet prosperitas inimicorũ: & ponit cãm quantũ ad tria. Primo, quantũ ad cordis stabilitatẽ ibi [uiuunt] Secundo, quantum ad potestatis magnitudinem, ibi [Et confortati sunt. Tertio, quantum ad multitudinem, ibi [Et multiplicati sunt] Dicit ergo [Inimici mei viuunt] Et continuat sic Origenes. Pænitens aliquando si dimitteretur in pace, cogitaret de peccato in pænitentia: sed tot tribulationes contra eum insurgunt, quòd videtur sibi quòd debeat se defendere: tamen iste dicit quòd licet viuant & prosperentur inimici mei, non tamen dimitto dolorem de peccatis. Non enim debet homo resilire a pænitentia. Christus multos habuit inimicos & habet. Psal. 119. Odio habuerunt me gratis. Et deus habet inimicos. Iob 15. Odio habuerunt me, & patrem meum. Et alii iusti multos habent inimicos, qui non viuunt sine flagello. [Et confortati sunt] idest habent magnam potestatem: idest sunt nimis potentes [Et multiplicati sunt qui oderunt me inique] idest iniuste: quia persequuntur me propter iustitiam quam sequebar. [Qui retribuunt mala pro bonis] Est autem quadruplex retributio. Vna est, quę retribuit bonũ pro malo: alia quę retribuit malũ pro malo: & istę sunt cõmunes bonis & malis: quia ẽt bonus malũ pœnæ pro malo culpæ tribuit: alia est, q̃ retribuit bona pro malis: & hæc est proprie bonorũ: quarta est, qui retribuit malũ pro bono & hæc est inimicorũ. Hiere. 18. Nũquid redditur pro bono malum [Detrahebant mihi] Roman. 1. Detractores, deo odibiles. Triplex est detractio: quarum vna est mala, quando detrahit homo homini de peccato, etiam si peccata sint occulta: quia nõ sunt occulta publicãda per modũ detractionis. Alia est peior, quando detrahit de falso. Pessima, quando detrahit non homini, sed virtuti: videlicet si dicas castitatem malam esse. Et sic est in proposito, quia [sequebar bonitatem detrahebant mihi] Esa. 5. Væ qui dicunt malum bonum & bonum malum. Dani. 4. Non inuenerunt occasionem Dnieli nisi in lege. Glos. Felix conscientia, cui non potest imponi nisi quòd seruat legem dei sui [Ne derelinquas me domine]

m ¶ Hic ponitur oratio, & petit remoueri quod timet: & petit sibi præstari quod amat, ibi [Intende in adiutorium meum] Hic petit non amoueri scilicet præsentiam dei. Vnde dicit [Ne derelinquas me domine deus meus] scilicet in tribulatione. Psal. 90. Cum ipso sum in tribulatione. Deuter. 31. Dominus deus tuus est, non dimittet te. Et si ad modicum videaris me derelinquere, tamen omnino [ne discesseris a me] quia timeo quòd per me non postum subsistere. Esa. 54. Misericordia mea non recedet a me [Intende in adiutorium meum] idest adiuua me vt proficiam. Et nota quòd istum versiculum dicit ecclesia in principio omnium horarum, quia versiculus iste, valet contra omnes tentationes. Vnde cum incipimus orare diabolus tẽtat nos: propter quod petit auxilium: ideo dicit [Intende] quia tu es deus daror & conserua tor salutis meæ.

Psal. 243. Qui das salutem regibus &c.

a PSAL. XXXVIII.

PSALMVS confessus est se passum afflictionem suam pro peccato suo. Hic autem promittit cautelam in posterum. Titulus talis est [In finem charitati Dauid pro Iditum] Et hoc nõ est nouum licet sit nouus Titulus: quia vt habetur in historia 1. Paralip. 15. quando Dauid arcã fœderis, quæ fuerat capta a Philisteis reduxit, quatuor millia cantorum instituit, qui psalmos canerent: quos posuit intus quos Asaph Itamar & Iditũ vocauit. Et hic ponitur in titulo. Et sicut Origenes dicit, hæc consuetudo est etiam apud Græcos, quòd si aliquando aliqui poetæ erant qui carmina recitabant in populo, si non erant ab ipsis recitantibus facta, sed ab aliis, victoria non dabatur recitatori, sed poetæ. Sic etiã fit de psalmis. Nam omnes psalmos fecit Dauid, & quosdam ipse cantauit coram arca, vt habetur 2. Reg. 6. quosdã dabat aliis cãtandos: & ideo illi quibus dabantur, erant quasi cantores, & eis intitulantur: tum, propter dignitatem, quia fuerunt prophetæ, tum, propter mysterium. Vnde hoc competit mysterio Iditum, quod interpretatur intus vir sciens, vel transiliens: & signat trãsilientem vanitatem mundi de qua multum in hoc psalmo agit. Diuiditur ergo psalmus iste, in partes duas. In prima ponit cautelam, quam habet ad euadendum pericula. In secunda, ostendit necessitatem cautelæ, ibi [Ecce mensurabiles] Circa primũ, duo facit. Primo, præmittit cautelam. Secundo, ostendit periculum ex ea incidens, ibi [Obmutui] Circa primum, duo facit. Primo, præmittit cautelam. Secundo, ponit rationem cautelæ, ibi [Posui ori meo] In cautela consideranda sunt tria, scilicet cauendi propositum: unde ait [Dixi] idest cum deliberatione in corde meo statui & proposui. Eccle. 2. Dixi in corde meo, vadam & affluam deliciis. Secundo, considerandum est, quid proponat: quia [Custodiam vias meas] idest processus meos. Et debet homo custodire vias dei vt imitetur. Iob. 23. Vestigia eius sequutus est pes meus. Viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. Item debet custodire vias suas ne erret. Deut. 4. Custodite vias vestras & studia vestra. Tertio, cõsiderãdus est fructus qui ex hoc sequitur [vt non delinquam in lingua mea] Homo debet diligenter se custodire ab omnibus peccatis, & præcipue a peccato linguæ: quia faciliter in eis prolabitur: linguæ enim est mobilis, & de facili prorumpit in malum. Vel ratio est: quia lingua est immediatum organum ad interiorem conceptum cordis explicandum. Vnde quàm cito verbum est in corde, est in lingua: & ideo oportet diligenter custoditi. Consequenter ponitur ratio huius custodiæ [Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me] quasi dicat: hæc est oratio quare sic custodio vias meas: quia semper aduersarius est contra me. Alibi dictum est, quòd homo ponat custodiam cordi. Prouerbiorum quarto. Omni custodia serua cor tuum: hic dicit quòd ponat custodiam ori, non quòd claudatur totaliter, sed debet custodiri idest seruari a malis verbis quantum ad tempus, & quantũ ad ea quæ dicit. Eccl. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Et quare posui ori meo custodiam? [cum consisteret peccator aduersum me] Hoc exponitur, tripliciter. Vnus sensus est [aduersum me] ad insidiandum: & tunc magis necessaria est cautela. Eccl. 5. Si est tibi intellectus responde proximo: sin autem sit manus tua super os tuum. Matth. 22. Vt caperent eum in sermone. Secundus sensus est [aduersum me] ad iniuriandum, vel impugnandum: quia etiam tunc cum impugnat debes tibi cauere: quia ibi est virtus. Primæ Petri secundo. Cum malediceretur, non maledicebat. Tertius sensus est [aduersum me] idest in conspectu meo, vt instruatur: & tunc necessaria est cautela ne omnia omnibus proferat. Quædam enim sunt proferẽda iustis, quæ non sunt dicenda peccatoribus. 1. Corinthiorum tertio Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Matthei septimo. Nolite sanctum dare canibus: quasi dicat. Posui custodiam ne secreta doctrinæ propalarem peccatoribus. [Obmutui] Hic ponit periculum cautelæ in quod posset incidere: propter quod dicit. Videns peccatores impugnantes contra me, proposui omnino tacere: vnde dicit. [Obmutui] idest penitus tacui. Sed quandoque contingit quòd propter cautelam aliquis indiscrete tacet aliquando, & aliquando aliquis tacet exterius & turbatur interius, Ecclesi. trigesimotertio. Præcordia fatui quasi rota præcurrens, sed iste non turbatur interius: ideo dicit [humiliatus sum] scilicet intus, sed periculum est: quia dum volui tacere a malis [silui etiam a bonis] vel a bonis verbis, quæ non dixi: vel a bonis hominibus quibus nolui loqui. Ephes. 4. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem &c. Vnde sequitur [&

IN FINEM PRO IDITVM
CANTICVM
PSAL. XXXVIII.

Dixi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

b ¶ Locutus sum in lingua mea: Notũ fac mihi domine finẽ meũ. Et numerum dierum meorũ quis est: ut sciam quid desit mihi.

c ¶ Ecce mensurabiles posuisti

dolor meus renouatus est] quasi dicat. Prius doluí de indiscreta locutione: mõ doleo de idiscreta taciturnitate. q.d. Innouauit me dolor Sed adhibetur remedium internæ charitatis. Et ideo dicit. [Concaluit cor meũ intra me] idest concitatus est calor charitatis in corde meo. Prouerbiorum sexto. Numquid potest homo abscondere ignẽ in sinu suo, vt vestimenta eius non ardeant? Sic impossibile est quòd homo abscondat verba dei, cum inflammatur cor charitate. Psalm. 118. Ignitum eloquium tuum &c. Causa autem huius concitationis est meditatio de diuinis. Vnde dicit [& in meditatione mea exardescet ignis] nihil amatur nisi bonum & pulchrum. Vnde in exterioribus amoribus, visio corporalis est causa amoris. Et ideo si vis accedere ad spiritualia, oportet quòd accendatur cor tuum amore Dei. Effectus concitationis est, quia qui proposuit tacere mouetur ad loquendum: vnde dicit [locutus sum] Act. secundo. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cęperunt loqui. Gregorius. Spiritus quos replet ardentes, pariter & loquentes facit. Iob quarto. Conceptum sermonem quis retinere potest? Simile dicitur Hierem. vigesimo. Factus est sermo dñi &c. Et dixi. Non loquar ultra &c. Et sequitur. Et factus est in corde meo quasi ignis. Vel exponitur secundum glo. [obsurdui] idest factus sum surdus. Deus non dat gratiam homini nisi vt vtatur illa. Et ideo quando quis per negligentiam gratia sibi data non vtitur, deus aufert ei vt patet de talento Matth. vigesimoquinto. Auferte ab eo mnam, & date ei qui decem mnas habet. Et ideo dicit [Obsurdui & humiliatus sum] idest dieclus: & tunc non sonat in virtutem, sed delictum: & ideo dicit [Concaluit cor meum] præ solicitudine. Origenes exponit aliter. [Dixi custodiam vias meas] pũctus [vt non delinquam in lingua mea, posui ori meo custodiam] Et post [Dũ consisteret peccator &c. obmutui] Est autem triplex genus hominum. Quidam in tribulationibus positi, maledicunt persequentibus se. Quidam, benedicunt. Quidam sunt medii, qui faliter perueniunt ad hoc q̃ tacent. Ita euasit gradum primum, quia posuit ori suo custodiam, & non non maledicebat. Sed quia obmutuit & non benedicebat, euasit secundum gradum: quia sentiebat dolorem & æstuabat intra præ indignatione &c. hic conuertit se ad deum & exardescit. [Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum. Et numerum &c.]

b ¶ Ponitur hic duplex petitio. Prima, ibi [Notum fac mihi domine finem meum] Finis accipitur hic Christus. Romanorum decimo. Finis legis Christus. Et dicit [Domine notifica mihi Christum] Alia petitio est, ibi [Notum fac mihi numerum dierum meorum] idest volo considerare qualis sit vita præsens, vt possim eam comparare ad finem illum, quia isti dies sunt mali pauci & imperfecti: illi autem, sunt perfectissimi: & túc scitur quòd, Nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt dicitur Romanorum octauo. Et sic [sciam quid desit mihi] idest quomodo sum imperfectus ad illam vitam. Origenes dicit, quòd finis sumitur hic pro perfectione. Quælibet enim ars habet finem quem intendit, qui est perfectio eius. Et sic dicit [Notum fac mihi finem meum] idest quæ sit summa perfectionis vita, in qua vis me ambulare. Psalm. 118. Omnis consumationis vidi finem. [Et numerum dierum meorum] idest opera mea, quæ sunt dies, quasi dicat. Fac me recte iudicare opera mea, quantum valet. Et hoc [vt sciam quid desit mihi] scilicet a perfectione. Vel potest exponi simpliciter de fine vitæ: quia sicut dicitur Ecclesi. septimo. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. [Et numerum dierum meorum &c.] idest quãtum viuam, vt præparem me ad pænitentiam [Ecce mensurabiles posuisti]

c ¶ Supra memorauit psal. cautelã exhibitam per silentium, periculum ex silentio imminẽs, & remediũ, quo periculo subuenit: hic autem ostendit necessitatem cautelæ prædictæ, quæ sumit ex miseria præsentis vitæ. Et circa hoc, duo facit. Primo, describit præsentis vitæ miseriã. Secundo, cõtra eam petit remediũ, ibi.

[Et nunc quæ est] Circa primum, duo facit. Primo, describit miseriam huius vitæ, quantum ad ipsam vitam. Secundo, quantum ad vitæ occupationem, ibi [Veruntamen in imagine] Circa primum, duo facit. Primo, describit miseriam hanc quantum ad vitam. Secundo, rationem assignat, ibi [Veruntamen vniuersa] Miseriam huius vitæ ostendit, quantũ ad eius breuitatem: & quantũ ad eius debilitatem. Quantum ad primũ dicit. Domine petiui, vt annuntiares mihi numerum dierum meorũ. Sed nũquid sunt numerabiles dies mei? ita, quia [Ecce mensurabiles posuisti dies meos] Homo est sic conditus, quòd si numquàm peccasset non moreretur, & ita dies eius non mensurarentur: sed peccando moritur, & sic numerari possunt. Iob. 14. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Sed esto quòd vita esset breuis, & posset esse ita pretiosa quòd multũ reputanda esset tamē hoc nihil est, quia substantia mea & natura mea & vita mea tamquàm nihilum ante te est, idest in comparatione tui: licet aliquid videatur esse in comparatione creaturarum infimarum. Esa. 40. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Potest autem dici sic. [Substantia mea] idest dum cōsidero illud quod est ante te idest bona æterna, q̄ dabis sanctis, substantiam meam nihil reputo. Vel sic. Qui considerāt res huius mundi ante te, idest oculo diuino nihil reputant eas [Veruntamen vniuersa]

dies meos: & substantia mea tamquàm nihilum ante te.
d ¶ Veruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.
e ¶ Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbat᷑. Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
f ¶ Et nunc quæ est expectatio mea? G nonne dominus? & substantia mea apud te est.
g ¶ Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui, & nō aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationib⁹: propter iniquitatē corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneā aīam eius: veruntā vane cōturbat᷑ oīs homo.
h ¶ Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas, quoniā aduena ego sum apud te: & peregrin⁹ sicut omnes pr̄es mei. Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ abeā: & amplius nō ero.

d ¶ Hic assignat rationem secundum literam [Vniuersa] secūdũ literā nostrā, vel est nominatiui casus singularis numeri, vel est nominatiui casus neutri generis & pluralis numeri. Si secūdo modo, sic est sensus [Veruntamen vniuersa] quasi dicat. Non est mirum si vita hominis est nihil ante te, quia [vniuersa] idest inferiora omnia sunt vanitas. Et ideo Hieronymus habet [omnia enim vanitas] vt sit quasi ratio præcedentium. Eccl. 1. Omnia vanitas. Et dicuntur vanitas, quia vanitas opponitur soliditati & stabilitati Omnia enim quæ sunt in mundo sunt subiecta mutabilitati, & ideo sunt vana: & etiam inter ea [omnis homo viuens] est subiectus mutabilitati & sic est vanitas. Romanorũ 8 Vanitati enim creatura, idest homo, subiecta est non volens. Vel *secundum literam* [*vniuersa*] *si sit singularis* numeri, sic est sensus [vniuersa vanitas] idest vanitas [& oīs homo viuens] idest est in omni homine mundane viuente. Vanus dicitur homo ex hoc quòd sequitur res mutabiles. Hierem. secundo. Ambulauerunt post vanitates, vani facti sunt. Vel sic [Omnis homo viuens idest carnaliter: est omnis, idest perfecta vanitas [Veruntamen in imagine]

e ¶ Hic ostendit miseriam conditionis humanæ, quantum ad occupationem. Et circa hoc, tria facit. Primo, ostendit quòd aliquid sit in homine quod vanitati debet resistere. Secundo, ostēdit in generali vanitatem occupationis eius, ibi [Sed frustra] Tertio, ostendit hoc idem in speciali, ibi [Thesaurizat] Dicit ergo [Omnis homo vanitas] tamen aliquid est in homine fixum, quod *semper* manet in eo dum transit & hoc est imago. Et potest hoc tripliciter exponi. Vno modo de imagine dei, quæ est inquantum homo est præditus ratione. Gen. primo, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et hæc imago debet resistere vanitati, scilicet ratio, & debet eam, scilicet vanitatem excludere. Et hoc est quod ait. Quàmuis homo sit subiectus vanitati, semper tamen est præditus ratione. Sed quia non determinatur hic cuius sit imago, ideo nota hic duplicem imaginem. Vnam cælestis hominis, aliam vero hominis terreni: primæ Corinthiorum decimoquinto. Sicut portauimus imaginem cælestis. Dico ergo quòd omnis homo est vanitas: tamen omnis homo pertransit in aliquam imaginem, quia, vel per bona opera repræsentat in se imaginem hominis cælestis, vel per mala, imaginem terreni. Vel aliter. Imago importat similitudinem: cursus autem vitæ istius dirigitur per aliquam cognitionem, quia affectus mouetur secundum cognitum. Est autem duplex cognitio. Vna, qua cognoscitur veritas & hæc est certa. Alia est per veri similitudinem, & hæc est quasi cognitio imaginis: quia non attingit ad ipsam veritatem, sed ad similitudinē veritatis. Si homo attingeret ad ipsam veritatem sicut est, non turbaretur, quia consideraret conditionem huius vitę & quid erimus post hanc vitam, & sic non occuparetur in ista vita, sed ad ea quæ sunt in alia vita tenderet. Et ideo Hieron. habet [Quantum ad *imaginem pertransit homo, tantum turbatur*] idest quātum deficit homo a vera cognitione veritatis, tantum turbatur

F per occupationem huius vitæ siue in bonis siue in malis. Lucæ 10. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Quādo ergo facit bona opera tunc non turbatur frustra: sed quando non occupat se in bonis, tunc frustra turbatur. Esa. 49. Vane cōsumpsi fortitudinē meam. Et ponit exemplum de occupatione *quæ cōturbat* homines, q̄ est occupatio auaritiæ: hæc autem maxime conturbat homines. Concupiscentia autem ad horam occupat homines, similiter & ira. Sed vt dicit᷑. Ecclesi. 5. Auarus non impletur pecunia: & ideo de eo ponit exēplũ dicens [Thesaurizat & ignorat *cui congregabit ea*] i. congregat thesauros superfluos in hac vita. Matth. 5. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, scilicet vane & frustra, quia ignoratis cui cōgregatis ea. Sibi non, quia Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum affert. Ergo aliis, sed nescit cui: quia aliquando non congregat pueris, quia non remanēt post eum, & si remanent, non tamen scit quales sint, quia aliquando sunt contra parentes [Et nunc quæ est expectatio mea &c.]

f ¶ Hic petit dei auxilium contra miseriam. Et primo, ponit fiduciam, ex qua oratio sua procedit. Secundo, proponit orationem, ibi [Ab omnibus iniquitatibus] Tertio, petit eam exaudiri, ibi [Exaudi] Quandoque homo est in miseria: & tunc aut confidit liberari per se, aut per alium. Si confidit liberari per se, non expectat alium, sed in seipsum habet subsidium. Si per aliũ H tūc expectat, q̄a sperat p̄ aliũ iuuari. Si est in ista miseria: quia breues dies sunt, & nō cōfidit in se: sed dicit cũ Iob. 6. Ecce non est auxiliũ mihi in me: sed expectat auxiliũ a deo: Vnde dicit [q̄ est expectatio mea? nonne dn̄s] q.d. Solus pōt me liberare, quia ipse solus est super oēm veritatē, qui solus est veritas. Esa. 30. Beati omnes qui expectant eum. In expectatione etiā mora est q. d. Ego præstolabor. Abac. 2. Si moram fecerit expecta eum [& substantia mea apud te est] Hic ponitur ratio fiduciæ, quam habet de deo. Naturale est quòd homo confidat de deo apud quem collocat quod habet. Qui ergo totum quod habet ponit in deo potest confidere de deo. Et ideo dicit [substantia mea apud te est] q.d. Etsi in me nihil sim, tamen quicquid spero me esse & quicquid habeo est in te. Hebr. 10. Cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in cælo. 1. Tim. 1. Scio cui credidi & certus sum. Glos. exponit de Christo [substantia mea apud te est] idest tu Christe sumes de mea carne, quia Factus est ex semine Dauid secundum carnem Roman. 1. [Ab omnibus]

I g ¶ Supra psalmus posuit fiduciam habitam de deo, cum dixit. [Et nunc quæ expectatio mea &c.] hic aūt proponit deo suā petitionem. Et circa hoc, tria facit. Primo, petit a deo remotionem culpæ. Secundo, petit remotionem pœnæ. Tertio, assignat rōnem *cōiunctionis harũ petitionũ*. Secundo, *ibi* [amoue] Tertio, ibi. [Propter iniquitatē] Circa primũ duo facit. Primo, petit petitionē. Secundo, allegat meritũ exauditionis, ibi [opprobriũ] Dicit ergo [Ab omnibus iniquitatibus meis &c.] Vbi sciendum est, q̄ hæc petitio cōmendabilis est p̄p̄ rem petitā quę necessaria est. s. liberari a peccato. Iob. 11. Si iniquitatem quæ in manu tua est abstuleris a te, & non permanserit in tabernaculo tuo in iustitia tunc leuare poteris faciē absq; macula. Secundo, quia petit non meritis propriis, sed petit sibi dari a deo. Esa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Tertio, quia petit ab omnibus liberari, quia impium est a deo petere veniam de peccatis a quo tota liberatio non speratur. Io. 6. Totum hominem sanum feci in sabbato: vnde dicit [Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me] K *quasi, non peto liberari ab vno solo pc̄ō, sed ab omnibus.* Ezec. 26. Mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. Psal. 24. Dimitte omnia peccata mea. Meritum sumitur ex parte patientis. Tho. 3. Omnia peccata hominũ in tribulatione dimittis. Et iō primo, ostēdit qđ sustinet. Secūdo, ostēdit patientiā quā habuit. Tertio, assignat cām. Dicit ergo [opprobrium insipienti dedisti me] quod pōt dupliciter intelligi. Vno mō, vt opprobriũ sit pœna sibi inflicta a deo: q̄a sicut propriũ pręmiũ virtuosi est honor, ita pœna peccati est opprobrium. Mala. 2. Scandalizatis plurimos in lege. Alio modo, quòd deus causauerit eam idest patientiā, nō opprobriũ, sed cām opprobrii ex hoc, q̄ iam incipitur cōtēnere terrena, qđ stulti & insipiētes reputāt opprobriũ p̄p̄ patientiā quam ago. Patientiā quam habuit ostendit cum dicit. [*obmutui*] Signum patientiæ est, q̄ homo cum verba opprobrii inferuntur ei, non reddit malũ pro malo: sicut Christus 1. Pet. 2. Cum

Cũ malediceretur non maledicebat. Et ideo dicit [obmutui & non aperui os meum] Et potest ad duo referri. Vno modo, vt cũ dicit [non aperui] designet continuationem patientiæ: quia licet aliquis ad horam videatur patiens & taceat, *postea impatiens* factus loquitur valde. Esa. 53. Tamquàm ouis ad occisionem ducetur, & tamquàm agnus coram tondente &cæ. non aperuit os suũ. Psal. 37. Ego autem tamquàm surdus nō audiebam & sicut mutus non aperiens os suum, quasi dicat. Habui patientiam. Vel [obmutui] ab oppropriis contra p̄ximum [& non aperui os meum] contra deũ. Causa est [q̄m tu fecisti] Et pōt referri ad hoc q̄ dr̄ [oppropriũ] Causa q̄ sustineat patiēter iniurias ē, q̄ñ cogitat q̄ diuino iudicio fit sibi hoc. Hoc fecit Dauid cum dixit. 2. Reg. 16. Dimitte eum vt maledicat. Prou. 3. Disciplinam domini fili mi non dimittas, ne deficias cum ab eo corriperis. Vel potest referri ad hoc quod dicit. [Obmutui quoniam tu fecisti] scilicet patientiam. Secunda petitio sua est, de amotione pęnæ. Et primo, *ponit petitionem*. Secundo, rōnem petitionis. Dicit ergo [Amoue a me plagas tuas] idest flagella tua. Et potest dupliciter exponi. Vel de corporalibus flagellis, & hæc sunt exteriora sicut flagella ceteræque aduersitates, quibus homo punitur pro peccatis suis a deo. Hiere. 30. Plaga inimici percussi te. ergo hæc flagella amoue a me. Itē sunt plagæ spirituales, idest interiores sicut remorsus cōscientiæ. Psal. 35. Arguam te & statuam contra faciem tuam. Et has pe- C titit remoueri. Secundum autem Origenem causa huius petitionis est, a fortitudine. Flagellatio exterior multum vtilis est, inquantum patienter sustinetur, sed quando non fertur patienter sed deficit & desperat se, sunt nociuæ 2. Cor. 2. Consolemini eũ ne abundantiori tristitia absorbeantur. Et ideo timens hoc, petit remoueri plagas, quia *defecit a fortitudine*, idest a *violentia* percussionis. Esa. 8. In forti manu erudiuit me. 1. Reg. 5. Fiebat manus dominini grauissima. Deficit homo tripliciter, in flagellis. Vnus modus est communis bonis & malis, qui est corporalis. Psal. 88. Et in ira tua defecimus. Alius est impatientiæ: & hic est malorum. Iob. 4. Nunc venit super te plaga, & defecisti. Alius modus est bonorum, quo quis deficit a se & tendit in deũ Psal. 118. Defecit in salutare tuum anima mea. Et quolibet istorum modorum potest intelligi, quod dicitur hic, quasi dicat. Iō peto quòd amoueas a me flagella tua, quia sum correptus quo ad tertium modum defectionis: quia [ego defeci a fortitudine manus tuæ in increpationibus] Vel quia despero, quo ad secundum D modum. Vel quia non possum sustinere, quo ad primum modũ. Nec est vis si *dicatur secundum aliam literam* [in increpationibus ego defeci &c.] [propter iniquitatem corripuisti hominem] Hæc est ratio, quare proponit duplicem petitionem: quia primo, remouetur causa, & postea remouetur effectus. Culpa est causa plagarum: & ideo dicit, quòd homo flagellatur propter peccata. Vnde dicit [tu corripuisti] idest flagellasti hominē [propter iniquitatē] i. propter peccata sua. Et ideo primo, petit remoueri peccata, quia pœnæ futuræ sunt ad damnationem, sed pœnæ huius vitæ ad purgationem, quantum est de se. & sunt ad correptionem. Psal. 37. Multa flagella peccatoris [& tabescere fecisti sicut araneam animam eius] Hic ponitur modus siue terminus correctionis [tabescere] idest desiccare. Potest ergo exponi corporaliter, quando refertur ad tribulationem corporalem: quia humiditas & *pinguedo* corporalis desiccatur, & sic vita tabescit. Iob. 33. Tabescet caro eius. Item, ibidem. Consumpta est caro eius E a suppliciis: Alio modo, vt referatur ad animam. In homine spiritualiter est duplex pinguedo. Vna mala, per delectationes corporales. Deut. 32. Impinguatus est, dereliquit deum factorem suum. Et ab hac pinguedine desiccare bonum est: & hoc est quod dicit [tabescere fecisti] idest desiccasti [animam meam sicut araneam] ab amore carnalium rerum: quia aranea est animal calidum, & non est pingue, quia facit subtilissima fila: ita anima separata a carnalibus delectationibus, inhæret per affectum rebus inuisibilibus, & facit operationes & *affectiones* inuisibiles 2. Corin. 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur. Vel [tabescere] idest desiccare a pinguedine deuotionis, sicut Psalmus dicit *62. Sicut adipe* & pinguedine repleatur anima mea: & hæc est mala desiccatio. Hoc fit, quia anima efficitur indeuota, & inhæret peccatis, & caret pinguedine deuotionis sicut araneæ. Item, tela araneæ est fragilis: ita cogitationes peccatorũ,

A *sunt vanæ. Esa. 59. Telas araneæ i. inutilia & vana* texuerunt. i. fecerunt. I ē aranea tantum emittit de filiis illis, quòd moritur: ita homines moriuntur spiritualiter propter peccata quæ faciunt Iacobi primo. Peccatum cum consumatum fuerit, generat mortem. Et legitur sic. Animam eius existentem, sicut araneam fecisti tabescere, idest desiccare bona siccitate [veruntamen vane cōturbatur omnis homo] Hic est defectus correptiōis quia licet faciet sic tabescere, tñ multi manent in malitia sua, vel redeunt ad malum. Et quòd aliqui non conturbantur vane, hoc non est inquantum sunt homines, sed inquātum sunt eleuati a deo a rebus terrenis ad considerationem cælestium [Exaudi orationem meam domine: & deprecationē meā auribus percipe &c.]

IN FINEM

PSAL. DAVID XXXIX.

Expectans expectaui dominum: & intendit mihi. Et exaudiuit p̄ces meas, & B eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fęcis. Et statuit supra petrā pedes meos, & direxit gress⁹ meos. Et imi

h ¶ Hic petit suam petitionem admitti: vbi *petit vt exaudiatur*. Et ponit tria, quæ faciunt acceptam petitionem deo. Primum est, eleuatio mentis in deum: & hæc est oratio quæ est ascēsus mentis in deum: vnde dicit [Exaudi orationem meam domine] Psal. 68. Ego vero orationem meam ad te domine. Secundum est, continuatio petendi: & hoc cum dicit [& deprecationem meam. Iacobi vltimo. Multum valet deprecatio iusti assidua. Tertium est, lachrymarum multitudo: & hoc ostendit cum dicit [auribus percipe lachrymas meas] [Ne sileas] Hic ponitur signum exauditionis: vnde petit quòd deus non sileat. C Dicitur autem aliquando deus silere, quantum ad malos, quando eos non punit sicut dicitur Esaiæ. 42. Tacui, semper silui, patiens fui & [ne sileas] idest ne taceas a punitione. Item aliquando silet non consolando bonos: & sic *dicit* [*ne sileas*] animæ meæ: sed dic animæ meæ salus tua ego sum. Et hoc facit deus in vita ista, cum dicit peccatori, Remittuntur tibi peccata tua. Et etiam in futuro quando dicet, Venite benedicti patris mei &c. Matthei vigesimoquinto. Hieronimus habet [Ad lachrimas meas non obsurdescas] & continuatur cum præcedentibus [quoniam aduena ego sum apud te] Hic assignat rationem suæ petitionis, quasi dicat: hoc præcepit deus Exodi vigesimosecundo, scilicet quòd exaudiantur aduenæ. Et quia ego sum aduena, iustum est quòd exaudias me. Ego dimisi mundum & ad te confugi, & sum apud te sicut aduena, quia *in mũ*do isto non habeo mansionem manentem, sed sum sicut peregrinus tendens alibi, scilicet ad patriam vitæ æterna [*Sicut* omnes patres mei] fuerunt. *Multi enim sunt aduenæ* in mundo isto nō D habentes affectum ad res mundanas [sicut omnes patres mei] scilicet sancti qui peregrini fuerunt vt Apostolus dicit primæ Corinthiorum 5. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus 1. Thimoth. sexto [Remitte mihi] Hic petit accelerationem exauditionis, quasi dicat. Celeriter fiat quod peto. Et primo, ponit effectum petitionis. Secundo, tempus determinat: vnde dicit [Remitte mihi] scilicet peccata: quia, Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Et hoc vt hic [refrigerer] scilicet a peccato, siue a pœna quam malignus intendit. Sapient. quarto. Iustus autem si morte *præoccupatus* fuerit, in refrigerio erit. Et hoc facias, scilicet quòd remittas mihi [priusquàm abeam] idest antequàm recedam ad hoc mundo: quia ibi non est *remissio*. Iob decimo. Antequàm vadam & nō reuertar ad terram tenebrosam &c. [Et amplius non ero] Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo sic [Remitte &c.] quia postquàm abiero non ero in statu, vbi possint peccata dimitti. E Iob septimo. Non reuertetur oculus meus vt videat bona: scilicet præsentia. Alio modo sic [Remitte &c.] quia si abeam ex hoc mundo nisi remiseris peccatis, non ero in bono esse amplius. Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius socii eius, qui non sunt.

a PSAL. XXXIX.

PSALMISTA in psalmis præcedentibus inuocauit diuinum auxilium, contra malitiam malorum, & ostendit propositum suæ cautelæ. Hic autem agit de fiducia diuini auxilii. Et circa hoc, duo facit. Primo, describit ipsam fiduciam. Secundo, agit de misericordia quæ est causa fiduciæ, ibi [Beatus qui intelligit.] Circa primum, duo facit. Primo, commemorat fiduciam, quam habet de deo, continuando se ad præterita. Secundo, petendo futura, ibi [Tu autem domine] Circa pri-

ea primum, duo facit. Primo, commemorat fiduciam, quam habet de deo, recitando præterita beneficia. Secundo, ostendit misericordiam dei per quam benefacit, ibi [Multa fecisti] Psal. Iste mystice agit de mutatione veteris testamenti in nouũ. Titulo in finem psal. Dauid. In aliis psalmis finis accipitur pro Christo. Rom. 10. Finis legis Christus. Hic finis accipitur pro nouo testamento quod est finis veteris. Tim. 1. Finis præcepti est charitas. Circa primam partem, tria cõmemorat. Primo, efficaciam fiduciæ in generali. Secundo, tangit eam in speciali, ibi [Statuit] Tertio, ostendit hanc esse in aliis, ibi [Videbunt] Circa primum, duo facit. Primo, tangit fiduciam ostendens eam efficacem. Secundo, fiduciæ signum. Dicit ergo [expectans] hæc litera intelligitur quòd Dauid in persona sua multoties expectauit diuinum auxilium. Sed quia loquitur in persona ecclesiæ, melius est vt de humano genere expectante gratiam noui testamẽti accipiat. Et dicit [expectans expectaui dũm] vt ostendat continuationẽ: quia licet tardaret, non tamen defecit. Abac. 1. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet. Et sic debet quilibet iustus homo semper in fiducia dei manere, quia non deficit sperantibus in se. Vel refertur ad diuersos status expectantium: quia patriarchæ & prophetæ & omnes alii expectauerunt, & satis cõmuniter tenetur. Exteriori expectationis adiungit intentionem cum dicit [& intendit mihi] quia licet deus omnes audiat, non tamen omnibus intendit, quia non omnes sunt ordinati ad bonum: & ideo [intendit mihi] idest ad vtilitatem meam. Signum fiduciæ est deprecatio: quia nullus finaliter rogat nisi quia sperat exaudiri. Et ideo dicit [& exaudiuit preces meas.] Psal. 142. Respexit in orationem humilium, & eduxit me de lacu miseriæ. Hic ponit in speciali efficaciam fiduciæ in quibus est exauditus. Et tangit tria. Primo, liberationem a malis. Secundo, collationem bonorum, ibi [& statuit] Tertio, gratiarum actionem vtriusque, ibi [Et immisit] Est autem duplex malum quod refugiunt homines, scilicet malum miseriæ & pœnalitatis. Quantum ad primum dicit [Eduxit me de lacu miseriæ] Et potest hoc etiam referri ad Miseriam temporalem in qua aliquando fuit Dauid. Et dicitur lacus miseria temporalis, propter eius profunditatem & multiplicitatem. Potest etiam referri ad miseriam culpæ: quia miseros facit populos peccatum. Prou. 14. Et potest vtrumque reduci ad culpam vitiorum carnalium cum dicit [de lacu miseriæ] idest de profundo peccatorum. Vel potest referri ad spiritualia peccata, quibus homo iustus intus inuoluitur peccatis. Vnde dicit [de luto fœcis] Ad peccata carnalia referendo non dicit lutum simpliciter, sed fœcis, vel fimi secundum Hieron. quia lutum in terra non corrupta non est fœx nec fœtidum & abominabile, vel lacus miseriæ, idest infernus de quo sancti educti sunt a Christo. Et lutum est opprobrium, de quo sancti sunt educti in quo detinebantur a dæmonibus. Consequenter agit de collatione bonorum: in quo duo laudabilia ponit. Primo, vt homo in bonis firmetur: & quantum ad hoc dicit [Statuit supra petram pedes meos] idest affectus meos quibus procedendum est in via spirituali. Petra dicitur fundamentum diuini auxilii 1. Reg. 22. Dominus petra mea. Vel petra dicitur Christus. 1. Cor. 10. Petra autem erat Christus. Et sic firmauit supra petram, idest diuinum auxilium. Vel supra Christũ pedes meos. idest affectus meos. Secundum est, vt in bonis proficiat. Et quantum ad hoc dicit [& direxit gressus meos] idest peruenit me ad meliora. Prou. 16. Cor hominis disposuit viam suam, sed domini est dirigere gressus eius. Consequenter gratias agit, quasi dicat. Hoc ipsum quòd laudamus est supra vires meas, quia est maior omni laude: vnde deum digne laudare est a deo, idest ipse [Immittit in os meum canticum nouum] 2. Cor. vlt. An experimentum quæritis eorum quæ &c. [canticum nouum] idest de nouis beneficiis & sunt hæc, scilicet incarnationis opus Hier. 31 Nouum fecit dominus super terram: femina circundabit virum. Item, nouus liberationis modus. Hebr. 9. Per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta [& immisit dominus Dauid canticum in os meum] quia nouum canticum idest nouum testamentum. Esa. 55. Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis. Apoc. 14. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, quia nouus rex, noua lex, noua gaudia. Homines veteris testamenti cantabãt vetera cantica, Oculum pro oculo, animam pro anima. Ad inferos quoque descendebant: quia conclusa erat eis ianua regni, prohibente Cherubim aditum paradisi, in cuius manu erat acuta romphea. Sed omnes homines

sit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro.

b ¶Videbunt multi & timebunt: & sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in uanitates, & insanias falsas.

c ¶ Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est quis similis sit tibi. Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerũ.

F *nouæ legis cantant canticum nouum, quod nouus homo Christus attulit.* Apo. 21. Ecce noua facio omnia. Nouus ergo populus noua cantat, scilicet de incarnatione domini, de resurrectione, de ascensione, de natiuitate, & aliis huiusmodi. Vnde in his præcipuis solennitatibus ministri ecclesiæ inducti albis, vel sericis ornamẽtis cãtant & legunt, vt nouum canticum nemo nisi innouatus cãtare præsumat. Canticum *dico*, non de vanitate, non de turpibus, sed quod placet deo: vnde dicit [hymnum] vel carmen quod placet deo nostro, idest laudem deo. Psal. 64. Te decet hymnus deus in Syon. Ephe. 5. Cantantes & psallentes in cordibus vestris deo [Videbunt multi]

G

b ¶Hic ponitur vtilitas in aliis, scilicet in aliorum conuersione. Et primo, ponit ipsam vtilitatem. Secundo, ponit fructum eius ibi [Beatus vir] Hic est ordo conuersionis. Primo, oportet, q̃ homo videat illud ad quod debet conuerti: vnde dicit [Videbunt multi] scilicet Christum natum. Multi priores populi qui eum expectauerunt viderunt. Baruc. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vidit eum Symeon, qui recepit eum in templo, & multi alii. Luc. 2. Viderũt oculi mei salutare tuũm. Et Luc. 10. Multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis & non viderunt. Vel viderunt multi miracula Christi. Luc. 10. Vidimus mirabilia hodie. Et hoc, vel per fidem, vel per oculos. Secundo, oportet quòd timeat illum ad quem debet conuerti: vnde dicit [& timebunt] Eccl. 1. Qui sine timore est non poterit iustificari: quia timor domini expellit peccatum. Tertium est spes Rom. 8. Spe enim salui facti sumus. Nisi enim adesset spes timori, homo fugeret a deo. Et ideo oportet quòd sit timor quo fugiat peccatum, & spes qua accedat ad deum. Fructus erit beatitudo: vnde dicit [Beatus vir cuius est nomen domini spes eius] Et primo, ponitur fructus, qui est beatitudo, & quibus debetur, quia illis qui deo inhærent. Et ideo ponit primo veram opinionem, & excludit falsam. Vera opinio est, quòd beatitudo non est nisi in illis, qui spem habent in eo. Esaiæ. 30. Beati omnes qui expectant eum. Et ideo dicit. [Beatus vir cuius est nomen domini spes eius] Hoc nomen Iesus est vera spes, quia in ipso est salus. Vnde ille est beatus, qui nõ tẽporalia experat ab eo, sed salutem æternam, quam nomen eius indicat. Vnde qui expectant salutare dei, illi beatificantur. Vel [Beatus vir cuius est nomẽ domini spes eius] idest cuius spes est inuocatio nominis domini. Psal. 19. Hi in curribus &c. nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Falsa opinio est quòd beatitudo consistat in rebus temporalibus, vel in cultu idolorum: & hoc excludit cum dicit [non respexit in vanitates] idest in res temporales & voluptates: in quo includũtur omnia ad voluptates, & temporalia pertinentia. Eccl. 1. Vanitas vanitatum &c. Secundum excludit, cum dicit [insanias falsas] idest culturas idolorum in quibus falsa quædam finguntur, quòd homines fierent dii. Item sunt ibi lasciuiæ multæ, & immunditiæ, & crudelitates exercentur. Sapie. 14. Dum lætantur insaniunt. Item erant falsæ, quia erant in falsitate, & non super virtutẽ diuinam fundatæ, quibus non conueniebat. Amos. 3. Congregamini super montes Samariæ & videte insanias multas in medio eius. Ad hanc pertinent omnes vanæ & noxiæ superstitiones, sicut nigromantia, diuinationes, & auguria. Vel insania dicitur iracundia, rixa, vel vana spectacula ludorum [Multa fecisti]

H

I

c ¶Supra psalmus ex parte Christi, vel ecclesiæ fiduciam suam exposuit: & effectus eius scilicet multiplicia dei beneficia: hic autem ostendit causam huius fiduciæ, scilicet vnde motus sit ad cõfitendum, & spes ex meritis proueniens. Et ita causa fiduciæ sunt multa bona temporalium, quæ etiam sunt retributiones quædam, quas homo retribuit deo pro beneficiis. Psalm. 115. Quid retribuam domino &c. Et ideo vtroque modo exponitur hoc a quia meritum Christi est causa fiduciæ & retributio meritorum. Et hoc consistit in prædicatione diuinę veritatis. Et circa hoc, tria facit. Primo, proponit meritorium actũ, scilicet annuntiationem diuinorum operum. Secundo, ponit causam annuntiandi, ibi [Sacrificium] Tertio, ponit modum, ibi [Annuntiaui iustitiam tuam] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit misericordiam suam esse copiosam ad annuntiandum. Secũdo, manifestat causam siue necessitatẽ annuntiationis, ibi [Multiplicasti] Materia annuntiationis est copiosa. Et primo, quantum ad multiplicitatem diuinorum operum, quia [Multa fecisti] Et in operibus naturæ. Iob. 9. Qui facit mirabilia & inscrutabilia. Psal. 138. Mirabilia opera tua &c. Et ad mirabilia facienda est ipse per se sufficiens, quia non est ab alio instructus, sed per

K

per suas cogitationes. Vnde dicit [Et cogitationibus tuis] *idest p ordinationes suæ sapientiæ.* Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti. Iob. 26. Cui dedisti consilium? numquid deo? Rom. 2. Quis consiliarius eius fuit? Est magnus in opere & sufficiens. Item, vtroque excellens, quia in opere miraculorum, quando Petrum super mare fecit ambulare, & alia mirabilia multa quæ hic possunt adaptari. Et nullus potest comparari operibus eius, nec cogitationibus eius. Vnde dicit. [Non est qui similis sit tibi] Psal. 85. Quis similis tui in diis domine &c, quo ad primũ. Esa. 52. Sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris: quo ad secundum. Sic ergo habes materiam affluentem ad prædicandum: vnde subdit [Annuntiaui & locutus sum] Et dicit [Annuntiaui] in quo designat manifestationem diuinorum operum [& locutus sum] quasi dicat. Expressius dixi verbo, quàm nutu. Vel designat ordinem prædicationis. Vel annuntiaui] ego Christus per prophetas [locutus sum] ego ipse in propria persona. Esa. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Necessitas prædicandi fuit multitudo malorum [quia multiplicati sunt super numerum] bonorum. Et ideo ad hoc vt minuantur mali & augeantur boni, oportet, quòd nuntietur eis. Matth. 7. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & lata est quæ ducit ad perditionem. Vel [multiplicati sunt super numerum] Eccl. 1. Stultorum infinitus est numerus. Vel aliter: vt significet effectum prædicationis, idest multiplicati sunt boni per prædicationis materiam, super numerum æstimatum. Deuter. 1. Addat dominus ad numerum istum millia millium. Esa. 54. Multi filii deserte magis quàm eius quæ habet virum. Hieron. habet aliter [Multa fecisti &c. & cogitationes tuas pro nobis] idest ad nostram salutem. Hierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis. Non mouemus ordinem coram te. Et est dictum illud, quòd non est similis tibi. Et sequitur. Si annuntiare & enarrare voluero, plura sunt quàm annunciari queãt: quasi dicat. Plura sunt quàm possint numerari. Et sic etiam Hier. ponit diuinorum operum effectus cum dicit [Multiplicati sunt super numerum] [Sacrificium & oblationem noluisti]

B

C

d ¶Hic assignat rationem, quare hanc recompensationem reddit deo pro beneficiis, vel quare prædicauit. Et hanc causam assignat dupliciter. Primo, ponit pro causa voluntatem diuinam. Secundo, *suum propositum*, ibi [tunc dixi] Circa *primum* sciendum est, quòd *in veteri testamento* pro beneficiis a deo receptis offerebantur aliqua sacrificia, & in generali quatuor erant genera eorum, quæ offerebantur deo. Omne enim sacrificiũ est oblatio, sed non omnis oblatio est sacrificium, quia sacrificium importat factionem sacri. Vnde cum in oblatione nihil est aliud nisi quod in vsum sacerdotis venit, est pura oblatio: quãdo aliquid aliud fit inde, puta quòd comburebatur, tunc vocabatur sacrificium. Fiebat autem in veteri testamento, triplex sacrificium. Vnum vocabatur dignissimum, quod dicebatur holocaustum. Secundum, sacrificium pro peccato. Tertium, victima, vel hostia pacificorum. Et primum totum incedebatur, & hoc erat acceptissimum. Et dicitur ab holon, quod est totum. De hostia pro peccato vna pars incedebatur: & alia cedebant in vsum sacerdotis & nihil veniebat in vsum offerentis: quia dabant eam pro peccato nisi forte in duobus casibus, vel quando offerebatur pro peccato sacerdotis, tunc totum comburebatur, quia nihil inde hebat. Item, quando offerebatur pro toto populo, quia inter eos etiam erat sacerdos. Victima autem diuidebatur in tres partes. Nam vna offerebatur deo, alia dabatur sacerdotibus, alia dabatur offerentibus. Et omnia ista tangit hic. Hostia pacificorũ tãgit cum dicit [Sacrificium] Oblationem simplicem tangit cum dicit [& oblationem noluisti] holocausta tangit cum dicit [holocaustum & pro peccato] quasi dicat. Fecisti multa beneficia mihi, & ego volui tibi retribuere, non tamen sacrificia & huiusmodi: quia tu noluisti ea tempore noui testamenti, quia tunc figura cessauit, & alia sacrificia erant figuræ veri sacrificii scilicet Christi. Et ideo post Christum destructum est templum, & cessauerũt sacrificia. Vnde & Iudæi etiam pauca seruant hodie de illis, scilicet circuncisionem in signum. Vel [noluisti] idest non per se acceptasti in bonis operibus quæ homo facit. Quædam.n. sunt deo accepta propter se, vt opus iustitiæ, charitatis, fidei, & virtutis, & hoc deus vult. Deut. 10. Nunc Israel quid dominus deus tuus petit a te nisi vt timeas dominum deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua? Sed oblationes non accepta propter se. Numquid manducabo carnes &c. Non. Sed quid Immola deo sacrificium laudis &c.

¶Quare ergo fuerunt ordinata in lege?

A ¶Respondeo. Propter duo: videlicet in figura futuri sacrificii. Cor. 20. Omnia in figura contingebant illis. Et ad cautelam: vt non offerrent ea idolis declinantes ad idolatriam existẽtes in medio gentium, ad quam proni erant filii Israel in principio legis. Sed in Exodo non fit mentio de sacrificiis nisi postquàm lapsus populus adorauit vitulum. Hierem. 7. Nõ sum locutus patribus vestris & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum, & victimarum. Secus est de sacrificio noui testamenti, quod continet ipsum Christum, qui per se deo est acceptus [Aures autem perfecisti mihi] Alia litera habet [Corpus] Et sic apostolus inducit. Hebr. 10. Corpus autem aptasti mihi. Et sic est sensus. Et ideo voluisti sacrificium aliud noui testamenti, quia venit aliud sacrificium. Dedisti enim mihi corpus, vt offerrent per sanctum sacrificium. Vel [perfecisti] idest perfectum sine macula corpus mihi tribuisti. Vel [aptasti] idest vnisti mihi. Vel [aures perfecisti mihi] Vel [fodisti] & concordat cũ præcedentibus, quia magis vult nos offerre sacrificium labiorũ, idest prædicationum operum dei, quàm animalium. Et ideo dicit [aures &c.] quasi dicat: istud requiris a me quod principaliter dedisti mihi, scilicet virtutem percipiendi sapientiam. Et ideo hoc requiris vt ostendam sapientiam, quam ad hoc accepimus, vt enarremus & prædicemus. Esa. 50. Dominus aperuit mihi aures [& non postulasti] idest non accepisti [holocaustum & pro peccato]. Vel [non postulasti] hostiam etiã pro peccato. Esa. 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Et vt etiam dicitur, hoc holocaustũ est deo acceptũ. Sed qñ holocaustum est tantũ sacrificiũ simplex, tunc est, sicut qñ facimus bona opera. Si autem omnia opera fiant propter deum, tunc est holocaustum. Et si nos aliquo tempore seruamus continentiã est sacrificium: si perpetuam virginitatem tunc est holocaustum: quia opera perfectionis sunt, ideo sunt deo acceptissima [tunc dixi ecce venio] Hic assignat causam prædicationis diuinorum operum ex parte sua, ostendendo suum propositum. Et primo, ostendit suum propositum. Secundo, ostendit illud esse conforme diuinæ voluntati, ibi [In capite] hæc verba forte vellet aliquis exponere de Dauid & continuare sic, quasi dicat [ecce venio] spirituali accessu ad te & [in capite libri scriptum est de me] Caput in tribubus Israel constituiste. Sed quia apostolus exponit de Christo, & nos etiam exponamus de eo. Et ideo cum dicit [tunc] designat causam & necessitatem aduentus Christi: quia sacrificia veteris testamenti non erant deo accepta: quia Hebr. 7. Nemo nem ad perfectum adduxit lex. Et impossibile est per sanguinem taurorum & hircorum, auferri peccata. Hebr. 10. Et ideo necessarium erat, vt verum sacrificium veniret, & manifestaretur. Et ideo dicit [Ecce venio] scilicet per incarnationem. Et dicit [Ecce] quasi dicat: in promptu sum propter propinquitatem. Esa. 14. Prope est vt veniat tempus eius. Psal. 79. Excita potentiam tuam & veni. Et hoc propositum est conforme voluntati diuinæ. Vnde dicit [In capite libri] Liber Christus est. Liber est instrumentum, in quo sunt conceptiones cordis [In Christo autem sunt conceptiones intellectus diuini. Col. 2. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Caput libri est deus pater 1. Cor. 11. Caput Christi deus. Ergo in capite libri, idest in voluntate dei patris scriptum est, idest ordinatũ est de me, quòd veniam. Vel aliter. Est liber prædestinationis quod est liber vitæ. Psal. 68. Deleantur dãnati de libro vitæ, sine viuentium. In hoc libro sunt scripti omnes saluandi, sed per ordinem: quia in capite huius libri scriptus est saluator, & omnes sunt scripti per eum. Romanorum octauo. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis filii eius &c. Ephe. primo. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti: quasi dicat. Non est scriptum de Christo sicut de aliis, sed in capite libri. Vel in capite libri psalmorum, quia primus psalmus scriptus est de Christo. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum &c. Sic ergo ostendit propositum suum accedendi. Consequenter ostendit propositum obediendi, secundum quod homo. Sunt autem in homine duo principaliter: scilicet voluntas & intellectus. Voluntas hominis debet subiici voluntati diuinæ, & intellectus debet dirigi secundum legem dei. Et ideo [O deus meus] pater inquantum deus. Vel deus meus, inquantum homo. Volui vt faciam voluntatem tuam] quæ est etiam voluntas mea, inquantum deus. Lucæ vigesimo primo. Non mea voluntas, sed tua fiat. Item intellectus meus dirigitur secundum te: vnde dicit [& legem tuam in medio cordis mei] & dicit [In mẽdio] quia perfecte cognoscit rationes diuinas [Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia]

D

E

e ¶Hic

In capite libri scriptum est de me, vt facerem volũtatem tuam, Deus meus: volui, & legem tuam in medio cordis mei.

d ¶Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.

e ¶Hic ponitur modus annuntiandi. Tria ergo annuntiare debemus de diuiuis, scilicet opera iustitiæ, dogmata veritatis, & beneficia diuinæ misericordiæ: & hæc tria dicit se nũtiasse. Primo, dicit se nuntiasse iustitiæ opera [Annuntiaui iustitiam] quam tripliciter annuntiauit siue prædicauit. Primo, publice, prompte, & pure. Quantum ad primum dicit [In ecclesia magna] idest in congregatione multorum. Ioan. 18. Ego palam locutus sum mũdo. Vel [in ecclesia magna] idest in ecclesia catholica, quæ magna est potestate, & firmitate. Matt. 16. Portæ inferi non prualebunt aduersus eam. Et magna diffusione. Malach. 1. A ortu solis vsque ad occasum magnũ est nomen tuum. Quantum ad secundum dicit [ecce labia mea non prohibebo] quasi dicat. Non cedam prohibentibus. Act. 4. Da seruis tuis cum fiducia loqui verbum tuum. Quantum ad tertium, dicit [Tu scisti] idest approbasti intentionem meã Hier. 18. Tu scis omne consilium eorum. Vel [tu scisti] idest ab æterno prædestinasti: quantum ad Christum cum dicit [Iustitiam tuam non abscondi in corde meo] Dogmata veritatis cõfitetur cum dicit [Veritatem tuam] Hanc Christus confessus est ante Pilatũ. Ioã. 18. In hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Prouer. 8. Veritatem meditabitur guttur meum [& salutare tuum dixi] quia per confessionem veritatis homini aduenit salus. Ioel. 3. Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Beneficia misericordiæ cõfitetur, cum dicit [Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam] Quia misericordia & veritas se consequuntur. Et iõ dicit [Veritatem] Non ponitur hic pro veritate doctrinæ, sed p veritate iustitiæ in promissis: quia deus verax est. Veritas autẽ consistit in hoc quòd dat quod promittit: quia non est aliter debitor nostER nisi inquantum promittit [Tu autem domine]

f ¶Supra psalmus commemorauit fiduciam quã habet de deo, quantum ad præterita: hic autem ponit fiduciam quam habet de deo, quantum ad futura exprimens eam per orationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, proponit orationem in generali. Secundo, in speciali, ibi [Complaceat] Circa primum, duo facit. Primo, proponit petitionem. Secundo, assignat petendi rationem, ibi [Misericordia tua] Dicit ergo [Annuntiaui iustitiam tuam] [Sed tu domine ne longe facias miserationes tuas a me] Aliqui iam percipiunt miserationem dei, qui scilicet frauuntur gratia & gloria. Psal. 118. Misericordia domini plena est terra. Alii sunt proprie qui non habent impedimentum misericordiæ, sed meritum aliquod. Psal. 143. Prope est dominus oibus inuocantibus eum. Alii sunt in quibus est impedimentum: propterea est longe ab eis. Et ideo, peto ne sit longe miseratio tua a me propter mea demerita. Et ratio huius petitionis est duplex. Vna fiduciæ, quæ concepta est ex experientia diuinæ bonitatis. Alia necessitatis, quam patitur. Duo sunt secundum quæ deus subuenit nobis, scilicet misericordia inquantum largitur nobis aliqua quæ etiam non promisit, Rom. 15. Gentes autem super misericordia honorare deum, & veritas quando reddit, vel promissa, vel pro meritis. Et ideo ista sunt vnita simul: quia semper facit quod promisit uel abundantius facit. Hæc duo sunt homini necessaria. Misericordia vt trahatur ad spem gloriæ, & veritas, vt confidat. Et hoc non quasi trahamur, ad Deum ex meritis nostris, sed deus per ista nos trahit & traxit. Et ideo dicit [Misericordia & veritas tua semper susceperunt me] Alia cã est necessitas malorum. Et ponit duplicia mala. s. illata ab exteriori alia ab interiori, ibi [Comprehenderunt me] Quantum ad primum dicit [Quoniam circundederunt me mala, quorũ non est numerus] quæ scilicet mala inferunt mihi, & a mundo, & ab hostibus. Psal. 117. Circundederunt me sicut apes. Et dicit [Quorũ non est numerus] quia sunt infinita pericula in mundo, & infiniti mali homines. Eccle. 1. Infinitus stultorum est numerus. Interiora mala sunt peccata: & hæc mala sunt periculosa dupliciter: propter grauitatem, quia [comprehenderunt me iniquitates meæ] idest peccata mea ligauerunt me suo pondere. Prouer. 5. Iniquitates suæ capiunt impium [Et non potui vt videre m] Sapien. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Esa. 59. Iniquitates

e ¶Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea nõ prohibebo, Domine tu scisti: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuã, a concilio multo.

f ¶Tu autem domine, ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniã circundederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt

F vestiæ diuiserunt inter vos & deum vestrum. Item, periculosa sunt propter multitudinem. Vnde dicit [Multiplicati sunt super capillos capitis mei] Sicut n. capilli sunt innumerabiles, ita sunt innumerabilia pcã, & maxime venialia: quæ si nõ terreant pp põdus, terrent tñ propter multitudinẽ. Glo. Si vitasti grauia, caue ne obruaris arena. Non quòd peccata venialia quomodocumque & q̃cumque sint, faciant peccatum mortale, sed quia disponunt ad ipsum. Iac. 3. In multis offendimus omnes. Effectus huius est distractio cordis. Eccle. 10. Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Et ideo dicit [Et cor meũ dereliquit me] quasi dicat. Si non tollant choritatem, impediunt tamen feruorem, & ita cor distrahitur, vt non sit feruens. Roma. 7. Inuenit feruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac. Vel [Cor meum dereliquit me] idest non cogitauit quæ mihi sunt vtilia. Psal. 100. Lumen oculorum meorum non est mecum [Complaceat tibi domine]

g ¶Hic ponitur oratio explicite. Et primo, explicat orationẽ, quantum ad se: Secundo, quantum ad malos, ibi [Confundantur] Tertio, quantum ad bonos, ibi [exultent & lætentur] Quantum ad se petit, vt eruatur a malis. Eccles. 51. Eruis sustinentes te. Et vt inuenitur ad bona consequenda, quia per prouidentiam suam datur auxilium mihi. Et hoc non ex merito meo, sed ex beneplacito tuo. Vnde dicit [Complaceat] Delignatur dignitas personarum, quantum ad aduersarios cum dicit [Vt eruas me] a malis, vel hominibus, vel peccatis. Et nota quòd aiit [Complaceat] non diffidens de misericordia dei, quasi dicat. Si tu vis, potes: & ideo dicit [Ad adiuuandum me respice] scilicet in boni operatione, quasi dicat. Respice pænitentes in dolore suo. Respectus dei est auxilium nostrum [Confundantur] Hic ponit confusionem aduersariorum: quorum quidam sunt capitales, & quærunt occidere. Quidam, qui non quęrunt occidere, sed lædere. Alii sunt qui quærunt verbis irridere, vel decipere. Et hæc tria genera malorum, designantur hic. Et possunt hæc referri, vel ad bonum, vel ad malum: quia duplex est confusio. Quædam confusio est bona: quæ est p pænitentiã. Rom. 6. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Alia est confusio per pœnam. Ergo cum dicit. [Confundantur] idest puniantur. Et hoc orat conformando se diuinæ uoluntati, vel iustitiæ [Vel confundantur] idest pæniteant [Et reuereantur simul, vel timore pœnarum. Quo ad orimum. Sap. 17. Cum sit timida nequitia dat testimonium condemnata, vel timore p uocante ad pænitentiam. Et hoc, quia [quærunt animam meã] vt corporaliter occidant eam. Vel animas, vt in tenebras inducant. Gene. 14. Da mihi animas cætera tolle tibi. Corporales hostes petit ut impediantur: vnde dicit [Conuertantur retrorsum] in bonum idest sequantur Christum retro eum. Matth. 16. Vel in malum, idest decidant ab intentione, vt deficiant [& erubescant, qui cogitant mihi mala] idest qui gaudent de malis meis Tren. 1. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt quoniam tu fecisti. Contra tres hostes petit accelerationem:

K quia mora consueuit esse damnosa. Eccl. 8. Etenim quia non cito profertur contra malos sententia, filii hominum absque vllo timore perpetrant malum. Et ideo dicit [Ferant confestim confusionem suam] idest cito confundantur, quia isti sunt qui applaudendo [Dicunt mihi euge, euge] idest mendaciter gaudent, quantum ad adulatores. Vel [euge] idest irrident, vel insultant. Hieronymus habet sic secundum hæc verba vah, sic irridebant Iudæi Christo. Matth. 21. Pro bonis petit quòd gaudeant de auxilio suo, & de liberatione & laudent deum. Et quantum ad primum dicit [Exultent & lætentur omnes quærentes te] Quantum ad secundum [Et dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum] Vbi quatuor ponit, quæ conueniunt bonis. Primo, vt diligant salutare dei, quod est Christus. Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. Secundo, vt quærant dilectionis actus. Can. 3. In lectulo meo quæsui &c. Esa. 55. Quærite dominum dum inueniri potest. Tertio, vt gaudeant de inuento dilecto: vnde [exultent] Abac. vlt. Ego autem in domino gaudebo &c. Exultatio est, quantum ad exteriora signa lætitiæ.

tiæ. Quantum ad interius gaudiũ, quasi lætitia, & dilatatio cordis. Quarto, gratiarum actio est laus: vnde dicit [Et dicat semper magnificetur dominus &c. Esa. 12. Exulta & lauda habitatio Sion. quia magnus in medio tui sanctus Israel [Ego autem]

h ¶Hic ponitur causa petitionis. Et primo, proponit indigentiam. Secundo, ponitur auxilium dei cõtra eam. Dicit ergo. Peto hæc omnia: quæ per me non possum aliquid facere, quia [mendicus sum] Et potest dupliciter legi. Vno modo, ad literam de Christo in persona sua, qui in hoc mundo viuens, & mendicus & pauper fuit 2. Cor. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi: qui cũ esset diues egenus factus est pro nobis, vt ipsius inopia ditemini estetis. Mendicus dicitur, qui ab alio quærit victum. Pauper vero, qui sibi non sufficit. Et hæc duo dicuntur de Christo. Ioan. 9. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Vel spiritualiter necesse habeo mendicare a deo, auxilium gratiæ [Et pauper sum] quia non sufficiunt mihi hæc quæ habeo. Et ideo quia hæc recognosco [Dominus solicitus est mei] Et quia indigeo [Tu domine esto adiutor meus] Et propter periculum [Ne tardaueris] Matth. 15. Domine adiuua me.

h ¶Ego autẽ mẽdicus sum & pauper: dñs solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

IN FINEM

PSAL. DAVID XL.

Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

b ¶Dominus conseruet eum, & viuificet eum: & beatum faciat eũ in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

c ¶Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.

a PSAL. XL.

IN præcedenti psalmo psalmista ostendit fiduciam, quantum ad deum. Hic autem petit a deo misericordiam firmantem. Titulus [In finem psalmus Dauid] Hic titulus manifestus est iam supra: quia scilicet iste psalmus quem fecit Dauid ducit nos in finem, idest in Christum: quia agit de passione eius, quantum ad quædam: Dicitur tamen in glosa quòd secundum Hieronymum in originali eius est titulus. Intellectus filii Core & est, nouus titulus in titulis psalmorum. Est ergo sciendum, quòd sicut legitur: Num. 16. quando Dathan & Abyron fecerunt schisma contra Moysen pro principatu populi, tunc Core insurrexit contra Aaron pro principatu sacerdotii, & tunc ipse crematus est: nõ tamen omnes de familia sua in hoc consenserunt, & ideo isti remanserunt, quia non consenserunt ex eis: vnde tempore Dauid inter cantores, illis data fuerunt ministeria. Et intelligitur, quòd iste psalmus in diebus illis ordinatus fuit ad cantandum. Sed notandum quòd in quibus dicitur, Intellectus filiis Core secundum literam in omnibus in quibus ponitur intellectus datur intelligi quòd per illum psalmũ populus incitatur ad Intelligendum diuina beneficia, vel aliqua secreta: sicut illud intelligite insipientes. Et ibi [Attendite popule &c.] Mystice Core, interpretatur caluaria. Et Christus crucifixus in loco caluariæ: & ideo psalmus iste attribuitur filiis passionis, idest crucis Christi. Et isti sunt qui carnen suam crucifixerunt, vt dicitur. Gal. 5. Intentio psalmi est, quòd petit misericordiam diuinam. Diuiditur ergo psalmus iste in partes duas. In prima, petit diuinã misericrdiam in generali. In secunda, in speciali, ibi [Tu autem domine] Circa primum, duo facit. Primo, petit misericordiam. Secundo, inducit necessitatem misericordiæ petendæ, ibi [Inimici mei] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit quibus debetur misericordia. Secundo, sentiens in se quòd meretur misericordiam petit eam, ibi [Ego dixi] quia Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Ergo misericordibus debetur misericordia duplici ratione. Primo ex acceptatione diuina: quia deus misericordiam acceptat, per quam homo imitator est dei. Luc. 6. Estote misericordes &cæt. Secundo, ex oratione sanctorum. Eccl. 29. Conclude eleemosynã in sinu pauperis, & hæc orabit pro te: & hoc facit, ibi [Dominus conseruet eum] Circa primum prænuntiat meritum. Secundo, præmium. Dicit ergo [Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem] Beatus est ille qui est misericors, qui miseretur egeno, & pauperi. Prou. 14. Qui miseretur pauperi beatus erit: & dicit [Qui intelligit] Non dicit. Qui subuenit, quia sicut dictum est, debet esse misericors ad modum dei: sed deus non expectat quòd semper petatur. Vnde subuenit desiderio antequàm petatur: & ideo ille est vere misericors, qui non solum petentibus subuenit, sed etiam indigenti subuenit priusquàm petatur. Iob. 31. Si negaui quod volebant pauperibus, si oculos viduæ expectare feci. Egenus est qui indiget ab alio accipere: pauper dicitur ille, qui parum habet. Hieronymus habet. [Qui considerat &c.] idest qui suscipit sibi in cura negocia pauperum. Iob. 29. Oculus fui cæco, & pes claudo. Mystice si referatur ad Christum: beatus Christianus si est filius Core idest crucis Christi per meditationem [Qui intelligit] idest qui habet intellectum reductum in obsequium [intelligens super egenum & pauperẽ] idest beneficium qd Christus fecit per crucem. Tre. 3. Recordare paupertatis & trãsgressiõis meę, absinthii & fellis. Primum ponit cum dicit [In die mala liberabit eum dominus] Dies secundum naturam suam sunt boni, quia sunt facti a deo. Psalm. 118. Ordinatione tua per seuerant dies. Sed dicuntur mali propter mala, quæ in eis contingunt. Eph. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Et dicit in die mala, idest in die alicuius malæ tribulationis. Est autem multiplex dies mala: scilicet triumphationis. Eccl. 11. In die bonorum ne immemor sis malorum. Summum malorum est damnatio æterna, quæ imminet homini in iudicio, vel particulari, scilicet morte, vel in iudicio vniuersali idest in fine mundi. Et illa dies est mala in qua fit talis damnatio, idest dies illa dies iræ, dies tribulationis & angustiæ &c. In hac mala die liberat dominus misericordem. Matth. 25. Esuriui &c. Venite benedicti &c. non quòd sola misericordia sine aliis virtutibus liberet hominem, sed quia per misericordiam homo satisfacit pro peccatis [Dominus conseruet]

b ¶Hic ostendit quomodo meretur misericordiam ex oratione sanctorum, qui orant pro misericordibus. Et ponitur oratio pro misericorde existente in statu prosperitatis. Secundò, pro existẽte in statu aduersitatis. In statu prosperitatis homo duobus indiget, scilicet vt promoueatur & conseruetur in bono Secundo, vt liberetur a malis. Est autem triplex bonum: scilicet bonum naturæ, bonum gratiæ, & bonum gloriæ. Primum scilicet bonũ naturæ petit sibi conseruari: vnde dicit [Dominus conseruet eũ] scilicet in bono habito, scilicet in bono naturæ. Psal. 55. Conserua me domine, ne scilicet corruptum sit bonũ naturæ per peccatum, vel per tribulationes imminentes. Bonum gratiæ petit dari, cum dicit [& viuificet eum] per gratiam. Namque homo habet vitam spiritualem. Hæc autem vita consideranda est, & habetur per fidem formatam. Abac. 2. Iustus meus ex fide viuit. Gal. Quòd autem viuo in carne, in fide viuo filii dei. Etiam sine hac vita scilicet gratiæ *vita nostra est mors*. Timo. 5. Quæ in delitiis viuens mortua est. Quantum ad tertium bonum scilicet gloriæ dicit [Et beatum faciat eum in terra] Si de perfecta beatitudine intelligatur, sic dicitur [in terra] scilicet viuentiũ. Psa. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium. Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Si autem intelligatur de beatitudine huius vitæ, inquantum aliquid æternum mente sapimus, sicut dicitur. Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est, sic dicitur [Beatum faciat eum in terra] hæc scilicet participatione illius beatitudinis [Et non tradat eum in animas inimicorum eius] hic petit liberari a malo. Inter omnia mala summum malum est incidere in manus inimicorum. Psal. 68 Eripe me de inimicis meis deus meus. quia inimici ex odio persequuntur & affligunt: vnde dicit [Ne tradas eum, in animas] idest in voluntates inimicorum quorum est semper odire, quia nihil aliud est, q̃ velle malum. Quando ergo quis subiicitur malis, traditur in voluntate inimici. Vel [in animas inimicorum] idest in potestate diaboli, & ministrorum eius [Dominus opem]

c ¶Hic ponitur oratio pro misericorde existente in aduersitate. Et primo, petit diuinum auxilium siue subsidium. Secundo, allegat necessitatem huius. Dicit ergo [Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius] Petit pro misericorde siue pro viro iusto filio Core simpliciter quòd dominus viuificet eum, & quòd beatum faciat eum in terra. Secundo, conseruet eum, & quòd non tradat eum in animas inimicorum eius. Et ex hoc posset aliquis colligere quòd misericors nullo modo affligeretur. Vnde ad hoc excludendum dicit, quòd quandoque lectus eius replebitur doloribus, & hoc fit ipsi misericordi, Aliquando ad correctionem. Iob. 33. Increpat quandoque per dolorem in lectulo. Vel ad humiliationem: sicut Paulo datus est stimulus carnis 2. Cor. 12. Vel ad probationem. Iob per totum, & Thobiæ. Et ideo dicit [Dominus opem ferat illi] idest misericordi existenti in tribulatione [super lectum] Ad literam in quo iacet: vel in quo quiescit 1. Corint. 10. Fidelis deus, qui non patietur vos temptari,

supra id quod potestis. Et quòd se as illi opem necessitas magna hoc exigit: quia [vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius] Et loquitur hic ad militudinem febricitantis, qui non inuenit locum in lecto in quo possit quiescere, sed continuo se vertit. Et ideo dicit [Versasti] quasi dicat: indiget ope, quia tanta est eius infirmitas, quòd continue vertitur per lectum. Et hoc est secundum literalem sensum: tamen simpliciter omne illud per quod in temporalibus quiescebat, versũ est sibi in amaritudinem: quia in eis deus ponit amaritudinem, vt eis contemptis conuertantur ad deum. Ecclesi. 2. Cum que conuertissem me ad vniuersa opera quæ fecerãt manus meæ, vidi in omnibus vanitatem. Et quia misericordi debetur misericordia, eius misericordiæ conscius peto misericordiam. Primo ergo, petit misericordiã absolute. Secũdo, ostendit in quo præcipue eam petit. Tertio, causam petitionis assignat. Dicit ergo [Domine ego dixi miserere mei] quasi dicat: non recurro ad iustitiam, sed ad misericordiam, quia non in iustitiis nostris est salus. Esa. 64. Quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. Sed in quo petit misericordiam? Vbi est præcipua miseria. Et hoc datur scilicet misericordia, vbi est præcipua beatitudo, quia beatitudo non est in rebus corporalibus, quia corporalia ordinantur ad vltimam beatitudinem. Ergo præcipua miseria non est in rebus corporalibus, sed in his quæ habent in se contrariã ad beatitudinem dispositionem: sicut in adulteriis, furtis, homicidiis, & aliis peccatis: & qui huiusmodi agit regnum dei nõ consequetur, vt apostolus dicit. Gal. 5. sed est damnatus. Prouerbior. 14. Miseros facit populos peccatum. Peccatũ in deordinauit corpus, & corpus deordinauit animam. Sapiẽ. 9. Corpus qd corrumpitur, aggrauat animam. Et hæc sanitas habetur a deo solo. Sapiẽ. 16. Nõ herba neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus domine. Et ratio petitionis huius est [Quia peccaui tibi] Sed numquid peccata merentur misericordiam? Non: hoc ergo continuatur sic vt. ly, quia, designet materiã misericordię non meritum. Nulla miseria est, vbi non sit locus misericordiæ. Et ideo quia sum miser, peto misericordiam. Vel vt ly quia, de notet causam meritoriam: & sic quia confessio peccati est meritum misericordiæ, ideo dicit. Peto misericordiam, quia confitor quòd peccaui tibi. Prou 28. Qui abscondit &c. Qui autẽ confessus fuerit misericordiam consequetur. Vel aliter [Quia peccaui tibi] quasi dicat. Quare peto misericordiam? quia tu solus es qui potes sanare: quia in te facta est iniuria & peccatũ, ideo ad te pertinet remissio. Et in omni peccato offenditur deus. Et cantatur hic versus in tertia, quia fide & operatione trinitatis remittitur peccatum [Inimici mei dixerunt]

d ¶ Supra psalmus petit misericordiam sanantem: hic autem ponit necessitatem huiusmodi petitionis, quæ causatur ab hostibus: & secundum mysticum sensum, quia literalis est planus, in loco isto dicuntur ista verba ex persona Christi. Circa quod tria facit. Primo, ponit affectionem malorum volentiũ malum eius. Secundo, ponit studium eorum insidiantium, ibi [& si ingrediebat] Tertio, ponit consilium tractantium, ibi [Aduersum me] quia inimicus, Primo, desiderat offendere. Secundo, insidiatur. Tertio, cogitat quomodo perãciatur. Dicit ergo [Inimici mei dixerunt] in corde, vel in ore [mala mihi] Matth. 12. Malus homo de malo thesauro profert &c. & hæc verba mala sunt exprimenria desiderium eorũ de morte Christi: vel viri iusti. Vnde dicitur [Quando morietur] Hic est modus expressiuus desiderii. Psal. 41. Quando veniam & apparebo &c. Sap. 2 Morte turpissima condemnemus eum. Et volebant mortem Christi, vt fama eius quæ tunc erat celebris extingueretur. Hier. 11. Eradamus eum de terra viuentium: & nomen eius non memoretur amplius. Vnde dicunt [& peribit nomen eius] Sed contrarium accidit, quia per mortem magis exaltatus est, & plures post mortem Christi conuersi sunt. Ioan. 12. Si granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum affert: etsi mali insidiantur bonis, vt extinguatur nomen eorũ, sed ut dẽ Prou. 10. Memoria iusti cum laudibus: & hoc peccatores procurant insidiando. Sic ergo ponit. Primo, insidiandi modum. Secundo, ostendit insidiarum effectum, ibi [Ingrediebatur] Circa primum, tria facit. Primo enim proponit dolosum ingressum. Secundo, fictum verbũ. Tertio, insidiosum animum. Dicit ergo [Si ingrediebatur vt videret] Hieronymus habet [Vt visitaret] quasi dicat. Non veniebant causa amicitiæ, sed causa explorandi. Sic veniebant principes Iudæorum vt caperent Iesum. Sic etiam post mortẽ Christi multi ingressi sunt ecclesiã, vt caperent & insidiarentur sanctis viris. Hoc est quod Apostolus dicit Galat. 2. Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram. Quantum ad secundum dicit. [Vana loquebatur] idest falsa loquebatur populus Iudæorum contra Christũ, quia

d ¶ Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebat: cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

e ¶ Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum cõstituerunt aduersum me. Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?

f ¶ Etenim homo pacis meę in quo sperauiq̃ edebat panes meos: magnificauit super me supplãtationẽ.

ore verba dulcia simulabat. Matth. 22. Magister scimus qa verax es: & in veritas moliebantur mortẽ. Psal. 11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suũ, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Quantum ad tertium dicit [Cor eius congregauit iniquitatem sibi] Animus insidiosus est ille, qui congregat verba ex quibus virum iustum offendat. Isti enim nõ faciunt sicut apes quæ congregant mel: sed sicut scarabei qui cõgregant stercus. Sed boni congregant mel, quia de diuina dulcedine alios dulcorant. Et ideo dicit [Cor eius congregauit iniquitatem sibi] Et dicit [sibi] idest contra se. Prouerb. 1. Ipsi contra sanguinem suum insidiantur. Vel [sibi] idest ad suum desiderũ consequendum: quia si eum in aliquo malo comprehenderent, multum gauderent. Eccl. 18. Si prastes animæ tuæ concupiscẽtias eius, faciet te in gaudiũ inimicis tuis. Sic dicebãt cõtra Christum. Recordati sumus, quia seductor ille &c. Consequenter ostenditur insidiarum effectus: quia egredientes detrahebant. Vnde dicit [Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum] Egrediebatur, vel a simulatione, vel a malitia, vel a familiaritate, vel ab amicitia: quia ante erat, & videbatur, quasi amicus, & sic loquebatur in idipsum idest falsum, sicut prius, falsitatis verba. Vel egrediebatur foras a sinu veritatis, vel ab amicitia quam simulabat, vel ab ecclesia, vel societate Christi. Ioan. 6. Multi discipulorum abierunt retro. [Aduersum]

e ¶ Hic ostendit malum consilium eorum, quomodo noceant. Et primo, ponit consilium inimicorum. Secundo, ostendit, qp in hoc etiam conuenerunt aliqui amici boni, ibi [Homo pacis] Et primo, ponit ordinem consiliandi, ostendens quòd primo, cõueniunt consiliantes. Secundo, discuciunt de quo consiliant? Tertio, determinant quid sit faciendum. Et hæc tria describitur hic. Dicit ergo [Omnes inimici mei subsannabãt aduersum me] Glo. [Egrediebatur] Et post sequitur in [In idipsum &c.] Et hoc litera Hieronymi habet, tamen nõ est vis. Et dicit [Subsannabant,] idest silenter loquebantur: & hic est modus specialiter in consiliariis, & maxime de malis consiliis & malis hominibus, qui in occulto hoc faciunt. Leu. 10. Non eris criminator nec susurro in populis. Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus &c. Et dicit [Aduersum me] Et ita non sunt bona consilia, sed mala. Psal. 49. Iniquitatem meditatus est in cubili suo. Et ideo [cogitabant mala mihi] Psalm. 1. Beatus vir qui non abiit &c. [Verbum iniquum constituerunt aduersum me] idest iniustum. Hoc ergo determinauerunt in eorum concilio. Ioan. 11. Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo. Et ex illa hora cogitauerunt &c. Matt. 11. Hic est hæres, venite occidamus eum. Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Hoc verbum inquum habetur Hier. 18. Tu scis domine consilium eorum adtiersum me in malum, & mortem [Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?] Hic ponit rationem, eorum prauæ determinationis. Ly non, superflui.: quasi dicat. Qui dormit non resurget: quasi dicat. Si occiderimus eum, non resurget. Sap. 2. Nõ est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Et ideo resurrectionem credebant seductionem. Vel aliter [Numquid qui dormit &c.] vt ly non construantur cum ly adiiciet, & sit sensus, vt sint verba ecclesiæ ei insultatis, quasi dicat. Vos constituistis eum occidere, sed frustra hoc fecistis, quia resurget: vnde dicit [Numquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?] Et dicit [Dormit] quia et hoc dicitur Dan. 12. Multi de his qui dormierunt in puluere terræ euigilabunt: nam simpliciter mors Christi dormitio fuit, quia ipse seipsum posuit in mortem, & mortuus est non per violentiam, sed per propriam voluntatem. Et ideo habuit potestatem sumendi animam virtute diuinitatis 2. Cor. 13. Si mortuus est ex infirmitate, viuit tamen ex virtute dei [Etenim homo pacis meæ in quo sperauí]

f ¶ Supra proposuit psalmus consilium inimicorum tractantium mortem Christi: hic autem introducit consilium amicorum. Et quia ipse Christus Io. 13. Istud verbum introducit de Iuda, iõnos de Christo hic exponamus. Vbi duo facit: Primo, describitur conditio eius. Secundo, culpa. Conditio personæ Iudæ describitur ex tribus, quæ aggrauant peccatum. Quia amicus, qa familiaris, & quia beneficiatus. Dicit ergo quantum ad primũ

Dicit

Dicit supra quòd dormiuit id procurante proditore. Vel [verbum iniquum constituerunt aduersum me inimici] Sed non est mirum, quia [homo pacis meæ] quia Iudas inter amicos reputabatur. Hæc autem prophetia contingit facto, quia osculo prodidit Christum, quod est signum amicitiæ & pacis. Vnde dominus dixit Luc. 22 Iuda osculo tradis filium hominis? Psal. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo &c. Hiere. 20. Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu ab omnibus viris, qui erãt pacifici ei, & custodiẽtes latus meũ. Item familiaris erat. Vnde [In quo sperabam] Sed numquid deceptus est Christus in spe sua? Non. Et ideo dicit. [In quo sperabam] idest in quo videbat sperare: idest confidere, quia commiserat ei dispensationem rerum suarum. Vel [in quo sperabã] idest talis conditionis: & ita me habebam ad eum quòd debebã sperare in eo. Sed aliquando credit quis sperare in eo quem credit amicum, & de quo deberet confidere, & tamen decipitur. Hier. 9. In omni fratre tuo non habeas fiduciam. Mich. 7. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce. Vel in quo sperabam] in mẽbris meis quæ in Christo sperabant. Mat. 25 Quod vni ex meis minimis fecistis mihi fecistis. Quantum ad tertium dicit [Qui edebat panes meos] quia Christus cum signo panis eum designauit. Ioan. 13. Cui intinctum panem porrexero. Et licet Iudas ederet panem Christi, tamen porrexit contra eum. Eccl. 29. Pascet & potabit ingratos. Vel [panes meos] idest doctrinam meam. Gen. 49 A ser pinguis panis eius, & ꝓbebit delitias regibus. Talis panis est panis Christi, qui est pinguis propter dulcedinem doctrinæ. Psal. 118. Quàm dulcia &c. [Magnificauit super me supplantationem] Ecce peccatum Hieron. habet [Leuauit contra me calcaneum suum. Et loquitur ad similitudinem eius, qui vult aliquem omnino comprimere, quasi dicat. Attentauit vt me totaliter contereret. Et diuersitas translationum videtur processisse ex æquiuoco: quia quod in altum leuatur, magnificatur. Vel [magnificauit super me supplantationem] idest fecit magnam supplantationem contra me, quia mortem intulit. Hiere. 9. Omnis supplantans supplantabit. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta [Tu autem]

f ¶ Christus iam exposuit in generali suam petitionem: hic autem ostendit in quo misericordiam petat. Vnde dicit [Ipsi conturbauerunt me] sed non restat, nisi vt recurram ad deum. Et ideo dicit [Tu autem domine miserere mei] Misericordia debet esse vbi est miseria: Christus autem factus est particeps miseriæ nostræ, non quantum ad culpam, sed quantum ad pænalitatem, & præcipue quantum ad pœnam mortis. Et ideo [Miserere mei] Psa. 88. Misericordiam meam non dispergam ab eo. Sed in quo petit misericordiam ostendit, cum dicit [Resuscita me] quasi dicat: illi dicunt, Non adiiciet vt resurgat, sed tu resuscita me.

¶ Sed numquid Christus resurrexit propria virtute, quia dicit resuscita me? Immo videtur quòd sic: quia psalmus dicit in persona Christi. Ego dormiui & exurrexi. Psal. 3.

¶ Dicendum, quòd Christus secundum quòd homo non habuit potestatem resurgendi, sed secundum virtutem diuinitatis, quę est eadem in patre & filio. Et ideo si surrexit potestate patris, surrexit potestate sua. Et petit a patre, vt homo, quod habebat vt deus, vt ostendat virtute diuinitatis hoc fieri [& retribuam eis] Hic ponit effectum eius. Duplicem potestatem habuit Christus post resurrectionem, quia in cælo, & in terra: & ideo retribuit eis captiuitatem temporalem, quia dispersi sunt per mũdũ: & retribuet eis in futuro damnationem. Iob. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere. Hieron. habet [Resuscita me & retribuã tibi] quasi dicat, Iste fructus resuscitationis, quòd resuscitatus adducam multos ad cognitionem nominis tui. Psal. 115. Quid retribuam domino &c. [In hoc cognoui]

g ¶ Hic ponit fidiciam exauditionis. Et primo, ponit quòd deus voluit eum, idest complacuit suit paternæ voluntati in ipso: vnde dicit [Quoniam voluisti me] Matth. 3. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Esa. 42. Complacuit sibi in illo anima mea. Item dicit [Non gaudebit inimicus meus super me] idest Iudas: etsi fuit gauisus in morte, non tamen finaliter gaudebit, quia contristabitur in resurrectione. Mich. 7. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam. Et potest hæc litera ordinari dupliciter. Vno modo, vt primum sit argumentum secundi, & sit sensus: ex hoc quòd considero quòd sum tibi acceptus. Alio modo, vt secundum sit causa primi, vt sit sensus. Quia inimicus meus non poterit gaudere super me [Cognoui quia voluisti me] Sed quia indigebat signo aliquo, dicit. [Cognoui] idest cognoscere feci vel quia alii hoc cognouerunt.

f ¶ Tu autẽ domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

g ¶ In hoc cognoui quoniam voluisti me: quomã nõ gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

h ¶ Benedictus dñs deus Israel a sæculo & usq; in sæculũ: fiat fiat.

IN FINEM INTELLECTVS FILII CORE

PSAL. XLI.



Vemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando vegentis statum. Quarto, exaltationem. Quantum ad meritum eius consideremus eius innocentiam: vnde dicit [Me autem suscepisti propter innocentiam] 1. Pet. 2. Peccatum non fecit Psa. 28. Ego autem in innocentia mea ingressus sum. Et ex hoc merito dicit se susceptum sine assumptum. Non dicit hoc de assumptione in vnitatẽ personæ, quia illa assumptio non fuit ex meritis ipsius hominis Christi, sed ex mera gratia: vnde & Spiritus sancti operatione facta est: sed hoc dicit de susceptione ab inferis a qua surrexit. Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es: & dicit [Suscepisti] scilicet animam meam ab inferis, & carnem de sepulchro. Sed qualiter susceptus est? numquid ad vitã mortalem vt Lazarus? Non: sed susceptus est ad statum immortalitatis. Vnde dicit [Et cõfirmasti me in conspectu tuo in æternum] idest in statu immortalitatis. Roman. 6. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Et adhuc plus: quia constituit eum ante conspectum suum. Hebr. 9 Introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui dei pro nobis Et hoc [in æternum] idest semper [Benedictus dominus]

h ¶ Hic ponit laudẽ. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit quædam ex parte laudantis. Secundo, ex parte laudantis. [Benedictus.] Benedicere nihil aliud est, quàm dicere bonum Aliter nos benedicimus deum, & aliter benedicit nos deus. Nos benedicimus deum, recognoscendo bonitatem eius. Tob. 12. Benedicite deum cæli. Eccle. 43. Benedicentes dominum exaltate eum, quantũ potestis. Deus aũ benedicit nos, causando in nobis bonitatẽ: quia suum dicere est facere. Dixit .n. & facta sunt. Secundum ostendit cum dicit. [Dominus] Potestas dei attenditur secundum duo. Primo, sm̃ opus gubernationis. Sap. 12. Tu aũt dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos: & secundum opus creationis. Et hæc duo tangit cum dicit [Dominus,] ad quem pertinet gubernare. Secundo cum dicit. [Deus.] Illud enim omnes opinantur deũ, quod est primum principium essendi omnibus: sed operatio gubernationis habet ministros. In opere autem creationis, nullum ministerium potest esse. Vnde honor qui debetur gubernatori, potest aliis communicari. Gal. 4. Sicut angelum dei excepistis me. Et hæc dulia est. Sed latria quæ debetur creatori, nulli debetur. Et ideo glo. dicit [Dominus,] cui debetur dulia [Deus.] cui debetur latria, & dicit [Israel.] idest videntium deum: quia etsi omnia gubernat, tamen vberem fructum gubenationis qui est vita, soli fideles cõsequuntur. Etsi omnes colant deum, tamen cultum latriæ soli fideles, soli deo offerunt: tertium ostendit cum dicit [A sæculo & in sæculum.] quia scilicet potestas tua non est temporalis, sed æterna. Psal. 144 Regnum tuum regnum omnium &c. Et parte laudantis dicit duo: scilicet confessionẽ oris. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et hoc facit cum dicit [Benedictus deus &c.] Item cum placentiam affectus. Phil. 4. Gaudete in domino: & ideo dicit [Fiat fiat] quasi dicat. Complacet sibi cum bonis eius. & ingeminat ad significandum huius complacẽtiæ continuationem. 1 Paral. vlt. Domine deus custodi hanc voluntatem In hebræo habetur. Amen, amen. Et quia Amen, amen, ponitur in fine librorum, credunt quidam quòd diuidatur liber psalmorũ in multos libros, & compleatur vnus hic. Sed non est verum: quia ponitur hic fiat, siue amen, vt sit continuatio voluntatis, non vt consumatio operis.

a PSAL. XLI.

HAEC est quinta decimæ primæ quinquagenæ: & sic ordinatur ad implorandum auxiliũ cõtra præsentia mala. Et hæc est figura temporalium malorum, quæ acciderũt Dauid qui passus est

est pe fecutionem ab Absalone. Et contra hoc fuit prima deca. Item a Saule, & contra hoc secunda deca. Item, a toto populo, & contra hoc tertia deca. Item a multis æmulis, & contra hoc quarta deca, Iudica domine &c. Restat quinta deca: in qua loquitur specialiter de his quæ pertinēt ad regnum. Et petit in ista deca contra impugnatores regni auxilium diuinū. Et ut ad mysterium referatur, petit iustus homo contra illos qui regnum ecclesiæ impugnant.

niam & apparebo ante faciem dei? b ¶ Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus?

Diuiditur ergo psalmus iste in tres partes. Primo, format petitionem pro statu regni. Secundo, quia regnum videtur esse turbatum per peccatum, ideo petit veniam pro peccato, ibi [Miserere mei deus] Circa primum, duo facit. Primo, proponit petitionem contra hostes regni Secundo, exauditus gratias agit de gloria regni, ibi [Eructauit] Et quia omnis petitio prouenit ex desiderio, ideo circa primum, duo facit. Primo, proponit suū desiderium. Secundo, addit orationem, ibi [Deus auribus] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit desiderium quod habet ad deum. Secundo, petit desiderii impletionem, ibi [Iudica me] Titulus [In finem intellectus filii Core] Hoc est expositum in titulo præcedentis psalmi: tamen alia litera habet [In finem intellectu, idest attribuitur iste psalmus filiis Core. Intellectu. i. per intellectum ducens nos in finem. Core interpretatur caluariæ. Vnde illi dicuntur filii Core qui patiuntur irrisionem propter crucem. Vnde 4. Reg 3. pueri irridebant Eliseo. Ascende calue, ascende calue: & maledixit eis Eliseus, & vrsi comederunt illos. Illi ascendunt de Bethel, qui ad fidem Christi conuertuntur de Iuda, quæ olim domus dei vocabatur. Et hi deridentur a pueris, idest Iudæis puerili sensu vtentibus, quia adhuc sub pedagogo sunt & improperant crucē Christi: & isti duo vrsi deuorauerunt eos, scilicet Titus & Vespasianus. Diuiditur ergo psalmus in duas partes. In prima enim ponit suum desiderium. In secunda, ponit tristitiam incitantem desiderium, ibi. [Fuerunt mihi] Circa primum tria facit. Primo, proponit desiderium sub similitudine. Secundo, rationem similitudinis assignat, ibi [Sitiuit] Tertio, exponit rem desideratam, ibi [Quando veniam] Similitudinem sumit ex ceruo qui specialiter habet hanc proprietatem, quòd pede conterit serpentem: & quando vult mutari commedit serpentem: & sic æstuat præ veneno, & tunc currit ad aquam & sic renouatur. Sicut ceruus in generali desiderat aquas, ita fidelis desiderat deum: tamen in speciali adaptatur cathecumenis & viris perfectis. Cathecumenus enim est sicut ceruus, qui sentit in se veneni ardorem quod est ex suggestione serpentis introductum, Gen. 3. Ex quo veneno secutum est peccatum originale. Rom. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit. Et hoc venenum est reatus concupiscentiæ, & reatus primi peccati. Et ideo debet desiderare fontem baptismi. Zach. 13. Erit fons patens domui Iacob in ablutionem peccatorum. Ezec. 36. Effundam super vos aquam mūdam. Vir autem prefectus est, sicut ceruus in petra stabilitus. Psal. 17. Qui perfecit pedes meos tamquàm ceruorum [Sitiuit anima mea] Hic iam comedit idest destruxit peccatum Eccles. 21. Quasi a facie colubri, fuge peccatum. Et ideo nihil habet in mundo quod cōcupiscat, & ideo desiderat uenire fontē vitæ. Et ideo, quia istis conuenit hæc similitudo scilicet chathecumenis & viris perfectis, ideo cantatur psalmus iste in officio baptismi in Sabbatho sancto & Pentecostes, quando fit solenne baptisma, quantum ad cathecumenos. Item cantatur cum exequiis mortuorum, quia conuenit viris perfectis accedere ad fontem vitæ æternæ [Ita desiderat anima mea ad te deus] Hic adaptat similitudinem. Anima mea desiderat interiori affectu. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Tren. 3. Pars mea dominus dixit anima mea. Sed numquid in deo est fons aquarum? Ita: vnde dicit [Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum] Fons dicitur, qui scaturit & producit aquas viuas, & qui iugiter & indeficienter emittit aquas. Omnis aqua gratiarum ab isto fonte emanat scilicet a deo patre. Hier. 2. Dereliquerunt fontē aquæ viuæ. Item emanat a filio, etiam inquantum deus. Psal. 35. Apud te est fons vitæ. Fons sapientiæ verbum dei est. Eccle. 1. Item a spiritu sancto. Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et Ioan. 7. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Ergo quia ipse est fons, anima mea sitiuit ad eum. Sitis designat desiderium cum anxietate. Ita iste designat se pati anxietatem, non solum ex dilatione rei desideratæ, sed propter mala quæ hic affligunt. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sed de hoc fonte desiderat hoc, scilicet [quando veniam] Hæc verba desiderantis sunt, & exprimunt desiderium cathecumenis ad baptismum. Et sic est sensus, Quando veniam ad sacrum Christi

F baptisma? Mat. 11. Venite ad me &c. Psa. 33. Venite filii &c. Hoc vt dicit. Augu. conuenit cathecumenis, quia a principio cathecumeni quousq; adulti non fuissent nō admittebātur ad sacra mysteria, sed vsque ad euangelium poterant interesse. Vnde dicit [Quando veniam & apparebo] Ad literam, cum aliis. [Ante faciem domini] idest ad sacramēta Christi. Item conuenit viris perfectis & est sensus [Quando veniam & apparebo] idest vt videā

c ¶Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque in domum Dei.

te facie ad faciem, quia modo sum procul a te, quia video te per fidem? Sed quando videbo te per speciem, tunc ero prope. Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Et non dicit apparebit mihi dominus, sed apparebo ante faciem domini: G quia ex hoc quòd videbo faciem domini reddar conspicuus omnibus, multo magis quàm Moyses qui vidit eum in vita ista. Io. 3. Nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Roma. 8o. Non sunt condignę passiones huius temporis &c. Quasi dicat. Intererero societati videntiū deum: & ex hoc conspicuus & gloriosus ero. Sed ab hac visione excluditur hypocrita. Iob. 13. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita [Fuerunt mihi lachrimę]

b ¶Hic describit, vnde habeat hoc desiderium, vel anxietatem. Et primo, ponit eam. Secundo, ponit remedium quod habet cōtra eam, [Hæc recordatus sum] Et primo, ponit magnitudinē suæ tristitiæ. Secundo, ponit causam huius tristitiæ. Circa tristitiam procedit sic: quia primo, exprimit magnitudinem tristitiæ. Secundo, effectum. Tertio, continuitatem. Primum ostēdit cum dicit [Fuerunt mihi lachrymæ meæ] in quas scilicet homo prorumpit ex abundanti tristitia. Et hæc tristitia, vel est de H peccatis impedientibus consecutionem rei desideratæ, vel de molestiis aliorum. Secundum ostendit cum dicit [Panes] panis reficit, & sic etiam lachrymæ reficiunt duplici ratione. Vna est, quia vnicuique est delectabilis actio sibi conueniens. Vnde tristitia est delectabilis actio conueniens tristitiæ: & lachrymatio est tristitiæ actio. Alia ratio est: quia quando calor euaporat extra, minuitur: & ideo dicit, quòd lachrymæ sunt ei sicut panis, quasi reficientes eum. Vel sicut panis, quia sicut per panem sustentatur, ita ipse sustentatur in bono per lachrymas. Tertium ostendit cum dicit [Die ac nocte] scilicet in prosperitate & aduersitate. Hier. 9. Plorabo die ac nocte. Et causa huius est [Dū dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus] Hæc si sunt verba gentilium, referuntur ad cathecumenos, quasi dicat. Nos, dicunt gentiles habemus deum quem videmus. s. solem. Sed vbi est deus vester, quem fingitis? Respondere. Deus videri potest, sed non a te, quia non es mundus corde. Item si dicatur Iudæo conuerso a Iudæo infideli, vbi est deus tuus? Respondeat Iudæus conuersus ad fidem. Vbi sit deus meus apparet in pœna vestra scilicet I Iudæorum: quia estis dispersi. Item sunt verba peccatoris ad virum iustum in afflictione positum, quasi dicat [Vbi est deus tuus] quare non liberat de afflictione quam pateris? Respondeat iustus. Quia hæc temporalia non sunt præmium quod deus dat seruis suis, sed cælestia [Hæc recordatus sum]

c ¶Supra posuit psalmista suum desiderium & causam desiderii: hic autem ponit remedium contra causam scilicet tristitiam. Et circa hoc, duo proponit siue facit. Primo, ponit remedium ex parte propriæ meditationis. Secundo, ex parte diuini auxilii, ibi [Ad meipsum] Circa primum, duo facit. Primo, proponit remedium. Secundo, per hoc remedium, tristitiæ impedimentum, ibi [Quare tristis] In remedio proponit primo, meditationem. Secundo, mentis delectationem, ibi [Effudi] ergo assignat huius rationem, ibi [Quoniam trāsibo] Dicit ergo [Hæc recordatus sum] scilicet improperia infidelium dicentium. [Vbi est deus tuus] Tren. 3. Memoria memor ero. Et habui consolationem mentis [quia effudi in me animam meam] Quādo liquor K diffunditur, dilatatur. Vnde, quia latitudo cordis pertinet ad lætitiā q quædā delectatio est, ideo in effusione animæ designatur delectatio. Psal. 61. Effundite coram illo corda vestra. Alia litera habet [Effudi super me animam meam] Et secundum hoc aliter legitur: & est sensus. Dicunt [Vbi est deus tuus?] Et ego hæc recordatus, Primo, quæsiui insensibiles creaturas si inuenirem deum meum, sed inueni in eis quædam dei vestigia. Rom. 1. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt conspiciuntur. Sed vltra processi in rebus intellectualibus animæ [Et effudi super me animam meam] idest solicite discutiens quæsiui quicquid est in eis, quasi coram me ponens omnia: sicut qui extrahit de vase oīa, vt discutiat quicquid sit intus: & tñ non est ibi deus meus. Sed est adhuc aliquid supra hoc, & hoc feci [Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domū dei] quasi dicat, Totum solatium quod habere possem, est spes tendendi

tendendi in deum. Et dicit duo: scilicet quo tendat, & quomodo, ibi [In voce &c.] Circa primum accipienda est talis imaginatio. In veteri testamento erat duplex locus diuino cultui deputatus: scilicet tabernaculum de quo habetur Exo. 36. Postea crescente populi statu & religione ædificata est domus dei scilicet tēplum: non vt tabernaculum, sed vt res fixa. Et hanc voluit facere Dauid, sed ꝓhibitus est a deo 2. Regū. 7. Numquid ædificabis mihi domum? Item, Paral. 17. Sed promissum est ei quòd fili9 suus

d ¶In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus. Ad me ipsum aīa mea cōturbata est, ꝓpea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, a monte modico.

e ¶ Abyssus abyssum inuocat: in voce catharactarum tuarum. Omnia excelsa tua & fluctus tui: super

ędificaturus esset domum dei: vnde ipse parauit impensas: & ideo dicit [dicunt mihi vbi est deus tuus] Et ego hæc recordatus delector quòd inueniam eum: & ideo toto affectu tendam in eū. [Et transibo in locum tabernaculi admirabilis] quasi dicat. Non quiescam donec inueniam eum. Et dicit [transibo] quia per tabernaculum quod erat mobile signatur status præsentis ecclesiæ, quæ non est perpetua nec stabilis nisi vsque ad consumationē sæculi, & tunc transferetur. Et hoc dicitur Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, idest præsens ecclesia cum hominibus, idest donec homines erunt in vita illa. Et ex hoc transibo ad stabilem domum dei. Psal. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Ioan. 14. In domo patris mei &c. Et sic innuit ire in tabernaculum mirabile & in domū dei. Et dicitur tabernalum mirabile propter mirabilia quæ facit sanctis suis [In voce]

d ¶Hic describitur modus transeundi vsque ad domum dei. Et hic similiter accipienda est quædam imaginatio. Erat autem cōsuetudo quòd quando aliqui per turmas ibant ad tabernaculum, ibant cum gaudio. Esa. 30. Canticum erit vobis sicut vox sanctificatæ solēnitatis & lætitiæ: sic qui pergit cum tybia gaudenter vadit: & ideo dicit [ibo in locum tabernaculi &c.] Et cum gaudio: quia [in voce exultationis & confessionis sonus epulantis] Alia litera habet [soni epulantis] quasi dicat. Ibo in voce soni epulantis, quia in epulis est sonus gaudii: & hoc magis patet secundum alias lætitias quæ sunt ibi. Referamus ergo hoc ad ingressum gaudii, quia erunt ibi tria. Primo, erit ibi exultatio de bonis habitis. Esa. 35. Gaudium & lætitiam obtinebunt. Secundo, erit ibi confessio de beneficiis gratiæ, quia agnoscent se illa obtinuisse per gratiam dei: & ideo confitebuntur mirabilia dei: & ideo sequitur ibi gratiarum actio & vox laudis. Tertio, erit ibi spiritualis refectio. Esa. pen. Serui mei comedent & vos esurietis: serui mei bibent & vos sitietis &c. Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c. & ideo erit ibi sonus epulantis. Item festiuitatis, idest iugis exultatio. Baruch. 5. Conspice Hierusalem ad orientem & vide iucunditatem a deo tibi venientē. Et quia hæc oīa imperfecte sūt in ecclesia subdit [quare tristis es anima mea] hic adhibet remedium contra causam tristitiæ: & primo remouet affectum. Secundo, remouet effectum eius. Dicit ergo [quare tristis es anima mea?] cum debeas gaudere, quia es in tabernaculo, & quia ibo ad domum domini. Quare ergo es tristis? Nam parua mala non sunt reputanda in consideratione ad bona æterna. Eccl. 30. Tristitiam scilicet sæculi, longe expelle a te 2. Corint 7. Tristitia sæculi mortem operatur. Effectus tristitiæ est turbatio, quia ex inordinatione affectus ipsa ratio conturbatur. Et quis loquitur? anima secundum hunc sensum. Anima habet duas partes: scilicet sensitiuam quam nominat hic animam ꝑpter animalitatem, & superiorem rationem quæ nominat seipsam: quia vnusquisque maxime est, quod melius in eo est: & iō dicit ratio superior inferiori [quare conturbas me] Et quæ est causa? Ostendit autem quòd non debet esse tristis, quia est spes futuræ confesionis: & ideo dicit [Spera in domino, quoniam adhuc confitebor illi,] quasi dicat. Spera in ipso deo, quia adhuc venies ad hoc quod desideras, quia scilicet [adhuc confitebor illi] idest adhuc spero vultum eius vel in via, vel in patria: quod maxime est materia gaudii. Iac. vlt. Tristatur quis in vobis? oret æquo animo, & psallat &c. [salutare vultus mei] hic ly salutare secundum glo. est nominatiui casus, & est sensus. Ego dico quoniam ego confitebor illi. Et cui illi? scilicet Christo in quo sunt duæ naturæ: humana scilicet qua est similis matri, & ideo dicit [salutare vultus mei] idest vultum meum gerens. Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum &c. Gen. pen. Salutare tuum expectabo domine. Item natura diuina: & quātū ad hoc est deus meus: ideo dicit. [Deus meus.] Roma. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in sæcula. Vel secundum Hieron. ly salutare est accusatiui casus quasi dicat Confitebor ei salutare idest salutationem qua me saluauit. Et quod sequitur [deus meus] coniungitur cum sequētibus. Consequenter adhibet remedium: scilicet diuini auxilii.

A Vbi primo, proponit remedium. Secundo, exponit. Dicit ergo. [Ad me ipsum] Alia litera habet [A meipso anima mea conturbata] Prima est melior, quasi dicat. Quæ est ratio quæro [Quare anima conturbas me?] Et hæc turbatio venit, quia qualitercumque conuerto me ad me inuenio mihi tribulationem. Osee. 12. Perditio tua Israel ex te, tm̄ ex me auxilium tuum. Et iō Hiero. habet [Deus meus in meipso] secundum illam literam est sensus, quasi dicat. Causa turbationis a meipso est, quia si referamus ad humanum genus corruptio sensualitatis a ratione venit, scilicet a sensu primi parentis. Item, homo quicumque peccando B corrumpit naturam suam, & ideo post peccatum sensualitas magis resistit rationi. Et quia no nest in me nisi causa turbationis, [Propterea memor ero tui] idest recurro ad te. Osee. vlt. Memoriale eius sicut vinum Libani. Et vnde? [de terra Iordanis & Hermoniim] Iordanis est fluuius in terra promissionis. Hermon est quidam mons propinquus Iordani. Et secundum historiam. 2. Reg. 7. quando Abslalon iuit in Hierusalem & habuit consiliū vt persequeretur Dauid, qui erat citra Iordanem, & tunc Cusi impediuit. & ideo dicit. Si essem in tanta tribulatione sicut tūc, tamen [memor ero tui] Tria tamen designantur hic, quæ sunt in baptismo. Per Iordanem designatur descensus gratiæ in baptismum. Iac. 1. Omne datum bonum & omne donum perfectum desursum est [& de terra] quia per influxum gratiæ terra cordis inde fæcundatur. Hermon interpretatur Anathema, & designat abrenunciationē quam facimus diabolo & pompis eius in baptismo, quia tunc quilibet anathematizat, idest separat se a diabolo [a monte modico] quia hæc renuntiatio & gratia venit ab humili corde, quia Humilibus deus dat gratiam. Iac. vlt. Et diaC bolus est rex super omnes filios superbię [Abyssus abyssum]

e ¶Exponit remedium quantum ad duo dicta: scilicet quantum ad turbationem quam habet in se, & quātum ad memoriam de deo, ibi [in die mandauit] Quantum ad primum, proponit similitudinem, & exponit eam. Abyssus in scriptura signat multitudinem aquarum. Gen. 1. Tenebræ erant super faciem abyssi: & spiritus domini &c. Contingit etiam quòd aquæ quando in multitudine generantur in aere, possunt vocari abyssus. Et in istis pluuiis est quædam circulatio, quia descendunt ad terram & ex eis eleuantur vapores qui generant alias aquas: & inter media sunt frequenter tonitrua, quæ fiunt ex commotione nubium quæ generatur a vaporibus & pluuiis. Item contingit quòd post tonitruum sequuntur fulgura. Psal. 134. Fulgura in pluuiam fecit. Dicit ergo [abyssus] idest multitudo aquarū [inuocat abyssum] idest trahit ad se multitudinem aquarum aliarum: & hoc [in voce chataractarū tuarum] idest quædam loca occulta sunt in quibus generantur aquæ, & ex quibus descendunt. Vnde catharactæ D idest nubes, quæ quasi catharactæ quædam sunt, ex quibus generantur. Et hæc in scriptura, scilicet abyssus & tempestas importāt malum. Exod. 15. Abyssi operauerunt eos: vnde [abyssus &c.] quasi dicat. Vna punitio dei [abyssum inuocat] idest cōtinuatur ad aliam, quasi dicat. Iudicium dei qui infert præsentia mala inuocat iudiciū, quo futura mala infert. Psa. 35. Iudicia tua abyssus multa. Et hoc fit [in voce catharactarū tuarū] .i. per vocē scripturarū tuarū, vel prædicatorum. Et hoc refertur ad hoc quod dicit [Anima mea conturbata est] Quare? quia abyssus. i. ex vno malo, vel ex vno peccato sequitur magna pœna. Vel aliter [propterea memor &c.], vt per abyssus intelligatur sacra doctrina: & sic est sensus [Abyssus] idest vetus testamentum vocat alium, idest nouum testamentum. Et hæc duo concorditer inducit vt memor sim tui, quia in vtroque promittit homini auxilium dei: & hoc [in voce catharactarum tuarum] idest prædicatorum & doctorum. Vel aliter [Propterea memor &c.] quia [abyssus] idest quilibet homo vocatur abyssus: quia Quis scit hoE minum quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? 1. Cor. 2. Hier. 17. Secundum aliam literam profundum est cor hominis & inscrutabile. ergo [abyssus] idest vnus homo inuocat alium ad Christum. Et hoc fit non propria virtute, sed [in voce catharactarum tuarum] idest inspiratione Spiritussancti, ex qua habet efficaciam lingua prædicatoris [Omnia excelsa tua] Supra psalmista posuit similitudinem suæ tribulationis. Hic autem ipsam similitudinem exponit. Supra dixit [abyssus abyssum inuocat] & refertur ad signandum, quòd non solum vnam pœnam passus est, sed multas: & ad hoc sequitur suam similitudinem: homo affligitur ab aqua, aut descendente ab aere, aut existente inferius: & iste ab vtraque dicit se afflictum. A prima cum dicit [Omnia excelsa tua] A secunda, cum dicit [& fluctus

ctus tui super me transierunt] Excelsa ista sunt futura supplicia & respiciunt futurum iudicium , quod fuit in mari quando submersi sunt quasi plumbum . Exo. 15. Fluctus sunt pœnæ præsentes quæ inuocant illud . Et ideo [turbatus sum] Iob. 19. Viam fecerunt sibi per me. Glo. [transierunt] idest a me recesserunt , [fluctus tui] Et sic secundum istam expositionem , hæc est ratio cõsolationis, quasi dicat . Memor ero tui, quia omnia excelsa tua , & fluctus tui recesserunt a me, quasi dicat. Pene maiores quæ designãtur per fluctus transierunt super me , idest videbantur excedere facultatẽ meã : sed prima expositio est melior [In die]

f ¶ Sicut dictũ est, duo dixit: turbationem ad seipsum &c. & fiduciã , ibi [propterea memor ero tui] Et posuit causam turbationis : modo exponit causam , quare memor sit dei . Et primo, ponit experimentũ diuinæ misericordiæ. Secundo , addit orationem, ibi [Apud me oratio] Et facit duo, secundum duplicem statum diuinæ misericordiæ : quia misericordia dei placida est in prosperitate & aduersitate . Et ideo quantum ad prosperitatem , dicit [In die mã dauit dominus misericordiam suam] idest tempore prosperitatis, quasi dicat. Quicquid habeo prosperitatis imputo diuinæ misericordiæ. Tren. 3. Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti . Quantum ad statum aduersitatis , dicit [& nocte] idest tẽpore aduersitatis dedit [canticum eius] idest lætitia,idest est mihi in tribulatione cõsolatio maxima ex diuina misericordia. Vnde alia litera habet [In die declarauit] idest diuina misericordia declaratur,idest manifestatur tempore aduersitatis . Eccl. 35. Speciosa misericordia dei in tempore tribulationis. Psal. 50. Secundum multitudinem miserationum tuarum &c. Secundum Hieronymum tamen sic legitur [In die mandauit dominus misericordiam suam,& nocte canticum eius apud me] Et hæc oratio domini &c. quasi dicat. Percipio misericordiam dei &c. in die naturali , vel aduersitatis : in nocte canticum dei,& oro. Iterum [deo vitæ meæ] Et hæc est planior:tamen secundum quòd glos. exponit exponatur & dicamus [Apud me oratio] vbi proponit orationem : & facit circa hoc, tria. Primo, describit modum orandi . Secundo , orationis tempus . Tertio,orationis effectum. De oratione duo dicitur:qualiter se habeat ad orandum, quia ali quando orat homo & oratio eius non est apud deum,quando non orat per se,sed vt videatur quasi in publico . Matth. 6. Tu autem cum oraueris &c.Secundo,qualiter se habeat ad eum quem orat, quia [deo vitæ meæ] scilicet naturalis vitæ actori 1. Reg. 2: Dominus mortificat & viuificat. Item , vitæ gratiæ . Ipse est vita tua : quia anima viuit per gratiam per hoc quòd viuit deo . Item vitæ gloriæ . Psal. 35. Apud te est fons vitæ. Consequenter ponitur oratio & [dicam deo susceptor meus es &c.] in qua, duo facit . Primo, gratias agit de beneficiis perceptis . Secundo, quærit rationem de malis quæ patitur. Primo, debet homo præmittere , quia non est gratus de beneficiis perceptis , ideo indignus est de percipiendis . Sapien. 16. Ingrati &c. Et ideo dicit [susceptor meus es] Hieron. habet [Petra mea es] idest fortitudo . Et ideo susceptor dicitur ad defendendum . Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es &c. Vel [susceptor meus es] idest naturæ meæ,Esa. 42. Ecce seruus meus suscipiam illum. Vel [susceptor meus] in baptismo . Psal. 17. Assumpsit me de aquis multis . Et si susceptor es,miror de malis quæ patior . Et primo, inquirit rationem de malis . Secundo , proponit quædam quæ sunt signa vnius & causa alterius, ibi [dum affligit] Ex malis duo confiderat. Vnum ex parte dei,scilicet quòd esset eius oblitus. Aliud ex parte sui , quia præmebatur tristitia. Ex parte dei,quia permittebat eum affligi: & ideo dicit [Quare oblitus es mei] quia olim sic suscepisti me? Esa. 49. Dominus oblitus est mei. Sed in rei veritate non est oblitus ex parte sui , qui affligebatur : vnde dicit [& quare contristatus incedo] idest quæ est causa qua das me tristitiæ ? Psal. 37. Tota die contristatus ingrediebar [dum affligit me inimicus] Hic ostendit dolorem quem patitur ab aduersariis: & assignat effectum persecutionis,quasi dicat, Hæc est causa quare contristatus incedo , quia affligor ab inimicis: quandoque a tẽporalibus , quandoque a spiritualibus. Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit . Causa doloris seu effectus est [dum confringuntur ossa mea] Ossa ecclesiæ sunt fortes,vt prælati & viri perfecti. Et quandoque vel aduersarios temporales, quandoque per tentatio

me transierunt .

f ¶In die mandauit dominus misericordiam suã: & nocte canticum eius.Apud me oratio deo vitæ meę dicã deo,Susceptor meus es . Quare oblitus es mei ? & quare contristatus incedo , dum affligit me inimicus ? Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi,qui tribulant me inimici mei . Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est deus tuus ? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei , & deus meus .

IN FINEM

PSAL. DAVID XLII.

G Vdica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea : quare me repulisti, & quare tristis incedo, dũ affligit me inimicus?

b ¶ Emitte lucẽ tuã, & veritatẽ tuã, ipsa me deduxerũt, & adduxerũt in mõtẽ ſctũ tuũ, & ĩ tabernacula tua. Et introibo ad altare dei, ad deũ q lætificat iuuentutem meam . Confitebor tibi in cythara deus , Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me ? Spera in deo, quoniã adduc confitebor illi: salutare vultus mei, & deus meus.

Fnes affliguntur . Psal. 21. Dinumerauerunt ossa mea . In quolibet homine quælibet virtus est sicut quoddam os: & si contingat iustum castum cadere, confringitur os eius[exprobrauerunt] hic agit de causa tristitiæ quam patitur ex verbis iniuriosis: vnde dicit [exprobrauerunt mihi] scilicet verbis iniuriosis.Hier. 20. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannauerunt me. Et hoc improperiũ est grauissimum . Tanto quis grauius fert improperium,quãto fit sibi de re de qua gloriatus confidit . Iste autem maxime gloriabatur de deo : & ideo hoc opprobrium est sibi grauissimum . Et ideo inimici mei [dicunt mihi per singulos dies, vbi est deꝰ tuus.]Psa. 12. Nequando dicat inimicus &c. [quare tristis es &c.] Hic ostẽdit orationis effectum.Et oratio habet duplicem effectum. Vnus est , expulsio tristitiæ . Alius est, augmentum spei . Primus effectus est , quia per orationem ascendit mens hominis in deum: & quia deus est summe bonus, quando anima inhæret ei sentit delectationem maximam , & delectatio pellit tristitiam, vel diminuit: & ideo dicit [quare tristis es &c.] ex quo oraui. Et hoc expositum est supra . Alius effectus est, quia crescit in spe : quia si rex admittit aliquem ad familiare obsequium & colloquium,assumit fiduciam petendi & obtinendi. In oratione autem homo specialiter loquitur cũ deo.Psa. 27. In ipso spetauit cor meũ &c. & ideo subdit [Spera in deo] & hoc expositum est supra .

a P S A L. X L I I.

IN præcedenti psalmo Dauid narrauit suum desiderium : nunc autem adhibet orationem ad implendum desiderium . Et primo, ponit orationem . Secundo , effectum eius, ibi [quare tristis es] Circa primum, duo facit . Primo , proponit orationem in generali . Secundo , in speciali, ibi [ab homine iniquo] Et primo, petit iudicium . Secundo , iudicii effectum . Petit ergo [Iudica me deus]

¶ Sed videtur præsumptionis esse: quia ipse dicit . Non intres in iudicium . Psalm. 142. &c.

¶ Respondeo. Dicendum,quòd est duplex iudicium scilicet seueritatis & misericordiæ seu æquitatis . Primum est, quando attenditur solum res & non conditio , & hoc est timendum . De hoc dicit . Psa. 142. Non intres in iudicium &c. quia iustitiæ nostre, nihil sunt in conspectu dei , vt dicitur Esa. 64. Et hoc iudicium est sine misericordia, vt dicitur Iac. 2. Secundum est,quando cõsideratur non solum natura rei, sed conditio personæ. Psal. 102. Misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum . Et hoc petit. Vel aliter. Est duplex iudicium: scilicet discussionis , cum merita discutiuntur : & hoc non petit hic, quia discussio est timenda.Iob.9.Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parces delinquenti . Aliud est discretionis : scilicet separationis a malis . Et hoc petit : & ideo subdit [& discerne causam meam] Et hoc refertur ad præsentem statum: & sic petimus discerni a malis, & si non loco, saltem causa . Multa.n.sunt cõmunia nobis & eis:quia locus est cuẽtus fortunæ,sed causa nõ, quia eisdem rebus aliter vtuntur boni & aliter mali : quia in aduersis boni retinent per patientiam , mali vero fumant per impatientiam . Si vero ad futurum iudicium referamus, petimus distingui : quia causa malorum iudicabitur ad condemnationem , bonorum ad salutem . In speciali autem petit iudicari quantum ad duo : videlicet quantum ad liberationem a malo , & quantũ ad promotionem in bono . Petit ergo liberari a malo, vel præsenti, vel futuro : vnde dicit [ab homine iniquo & doloso erue me] homo iniquus dicitur diabolus. Matth. 13. Inimicus homo hoc fecit . Vel alius homo seductor , sine iniustus quicumque . Et dicitur iniquus ille qui iniustitiam intendit aperte : dolosus vero propter occultam fraudulentiam . Prou. 12. Dolus in corde cogitantium mala . Ab his ergo liberatur quis,dupliciter . Vno modo, vt non seducatur occulta dolositate. Alio modo,vt non opprimatur aduersitate [Quia tu es deus meus] Hic ponitur ratio liberationis & est duplex : vna ex parte dei qui potest : vnde dicit [tu es fortitudo mea] Esa. 12. Fortitudo mea & laus mea dominus . Et dicit fortitudo nostra effectiue : quia ab ipso est. Esa. 40 Qui dat lasso virtutem , & his qui non sunt fortitudinem & robur multiplicat. Alia ratio est ex parte sua, scilicet malorum quę patitur

patitur. Quædam mala patimur secũdm opinionem , quia cum sumus in aduersitatibus videmur repulsi a deo : vnde dicit [Quare me repulisti.] Sed non repellet dominus plebem suam . Et sic est tantum opinatum malum hoc. Aliud est verum: vnde sequitur[quare tristis incedo] tristis.s.vel tristitia sæculi, quæ mortem operatur,& sic est sẽsus[quare tristis incedo].s. temporaliter, [dum affligit me inimicus]homo malus tẽporaliter. Vel [tristis incedo] tristitia bona quæ operatur pænitentiam in salutem. Et sic est sensus[quare tristis incedo] tantum, quia etiam lætitia adiungenda est pænitentiæ. [Emitte.]

b ¶ Hic ponit promotionẽ ĩ bono . Et primo petit diuina bona qbꝰ pmouet . Secũdo,petit pmotionẽ pro illa.Petit aũt duo bona. Lucẽ & veritatẽ.Ad deũ peruenitur passibus mẽtis , & p cognitionẽ.Heb. 4.Illis pmittitur introitus qui credũt . Duo sunt necessaria cognitiõi.s. lux,& cognitũ. Eph.5.Omne quod manifestatur lumẽ &c.Et iõ duo petit.s lucẽ & veritatẽ ad quæ per me nõ valeo venire. Et iõ dicit[Emitte lucem tuã & veritatẽ tuã.] Idẽ est lux, & veritas hic,quia accipiuntur pro Christo. [Emitte lucem tuã] idest Christum.Io.1.Erat lux vera &c.[& veritatem tuam]quia ipse Christus veritas est.Io. 14.Ego sum via,veritas,& vita,q.d. Deus pater emitte Christum. Vel lux hic accipitur pro lege:q.d Prou.6.Mandatum domini lucerna, & lex,lux [& veritatem].i. nouum testamentum.Consequenter ponitur pmotio in bono. Et ponit primo directionem accedendo,ibi[ipsa me deduxerũt] .s.lux & veritas.i.duxerunt ad te. Vel[duxerunt].ii. abstraxerũt a malis[& adduxerunt in montem sanctũ tuum, & in tabernacula tua.] Hæc oratio respondet desiderio precedentis psalmi [Trãsibo in locum &c.]Et quia adhuc non sufficit , peto adduci per deum ad montem &c.Hierusalem erat in pede montis in latere Aquilonis.Et sic primo peruenieba nt ad montem qui illuc ibãt. Secundo,ibant ad habitationem.Tertio,ad locum sacrificii.s. altare.Et etiã ibi non quiescit spiritus meus,sed ascẽdit ad deum, & ideo dicit[adduxerunt me in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua]idest ad habitationem.Et iterum nõ quiescit,ibi, sed vadit ad domum dei,idest ad altare.Ideo dicit [Introibo ad altare dei] & non quiescit ibi ne videatur idolatra, sed vadit ad deum[qui lætificat iuuentutem meam.]Mystice autem in monte,& in tabernacula, ecclesia præsens designatur,vel ecclesia cælestis.q.d.Deduxerunt me in ecclesia tua.Esa.7.Erit præparatus mons domus domini in vertice montium &c. &[tabernacula].i. diuersitates sanctorum quæ sunt quædam peregrinationes super terram.Heb.11.Et hæc ecclesia dicitur porta cæli.Gene. 18. Nõ est hic aliud nisi domus dei,& porta cæli . Et ideo etiam dicitur altare dei.i.ipse deus Apoc.21. Ipse deus est templum: quia omnia sacrificia spiritualia sunt offerenda in deo non in re terrena. Et ibi erit lætitia.Esaiæ 66. Videbitis & gaudebit cor vestrum. Matth.25.Intra in gaudium domini tui. Et ideo dicit [lætificat iuuentutem meam] idest erit ibi renouatio & iuuentus : quia vt dicitur Eph.4.Omnes apparebimus in mensuram ætatis plenitudinis Christi : & ideo dicit[iuuentutem] psal.102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.Et hunc psalmum dicunt pręsbyteri cum accedunt ad altare, quia hæc duo scilicet lætitia , & renouatio sunt necessaria illis, qui ad cælestẽ altare accedere volunt. Leuit. 10. Quomodo potui comedere aut placere domino , in cæremoniis mente lugubri? Item non est ibi vetustas peccati. Io. 12. Scribo vobis iuuenes. Vel totum quod dictum est refertur ad cælestem patriam in qua desiderio debemus stare , & ad illam desideranter pergere:& hoc designat cum dicit[in montem sanctum tuum.] Exod.15. Introduces eos & plantabis in monte hæreditatis tuæ,quia est ibi stabilitas status.Itẽ est ibi societas sanctorum,vnde dicit [& in tabernacula tua.] Numeri 24. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob &c. Et dicuntur tabernacula , quia licet sint homines cites secundum gratiam , tamen secundum conditionem humanæ naturæ sunt ibi hospites . Tertio, altare designat humanitatem Christi. Esa. 33. Regem in decore suo videbunt. Et Christus dicitur altare dei. Hebr. vlti. Habemus altare de quo edere non habent pŏtestatem,qui tabernaculo deseruiunt , quia sicut omnia sacrificia carnalia offerebantur in altari,ita omnes orationes offeruntur per Christum.

Vnde omnis oratio terminatur , per Christum dominum nostrum. Sed quia non est quies in humanitate,ideo vlterius tendit ad diuinitatem : vnde dicit[ad deum &c.]Iob.22.Super omnipotentem delitiis afflues , & eleuabis ad deum faciem tuam. Effectus orationis est confessio laudis:vnde dicit[Confitebor tibi in cythara deus] & hoc dicit propter affectum, quia Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea.Et dicit[in cythara] ad differentiam psalterii, quia psalterium sonat a superiori,sed cithara ab inferiori, vnde[Cõfitebor in cythara] quia sumus liberati a malis mundi . Et psalterium,quia cõsequuti sumus illa gaudia superna . [Quare tristis &c.] Totum hoc quod sequitur,expositum est supra in præcedenti psalmo.

IN FINEM PRO FILIIS CORE INTELLECTVS.

PSAL. XLIII.

D Eus auribus nostris audiuimus : patres nostri annuntiauerunt nobis . Opus quod operatus es ĩ diebus eorum, & in diebus antiquis.Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos : afflixisti populos , & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terrã : & brachiũ eorũ nõ

a P S A L. X L I I I.

SVPRA psalmus ostendit desiderium suum ad deum : hic autem procedit ad orandum,contra afflictionem totius populi. Titulus.[In finem psal.filii Core ad intellectum.]Filii Core sunt filii passionis Christi , & hi sunt propriæ martyres qui Christum imitantur . 1 . Petr. 4. Christus passus est pro nobis &c. Et ideo cõuenit proprie martyribus. Verum est quòd a deo dantur omnia bona temporalia & spiritualia . Temporalia sunt minora bona,spiritualia autem sunt maiora. Pater paruis filiis det parua,magna vero dat perfectis. Et sic deus facit. Nam quando homines erant in statu paruulorum dedit eis parua,idest temporalia,sicut patet in veteri testamento Gal.3. Erant sicut paruuli sub pedago,idest sub obseruãtiis legis.Esa.1.Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis. Sed iam perfectis in nouo testamento non promittuntur temporalia, sed duræ afflictiones & hoc sub spe spiritualium.Luc.6.Beati eritis cum vos oderint homines &c.& sic est intentio pii rettrahere homines noui testamenti ab appetitu terrenæ prosperitatis promissæ in veteri testamento. Diuiditur ergo psal.ille in tres partes. Primo , agitur de prosperitate præterita. Secundo, de aduersitate præsenti,ibi] Nunc autem repulisti.] Tertio, petitur auxilium cõtra eas, ibi. [Exurge.]Circa primum duo facit.Primo, enumerat beneficia antiquis collata.Secundo,ostendit se habere spem maiorum,ibi [Tu es ipse.]Circa primum,tria facit.Primo,præmittit auditum beneficiorum.Secundo temporis,ibi.[Opus quod.]Tertio,ponit ipsum beneficium,ibi.[Manus tuas.] Circa primum, primo proponit modum audiendi, secundo a quibus audierunt. Præmittit autem inuocationem diuini nominis cum dicit [Deus.] Et hic psal.iste procedit per modum orationis, quæ est ascensus mentis in deum:vel quia in isto psalmo agit de prosperis , & aduersis. . In aduersis homo respectum habet ad deum,sicut ad defensorẽ. psal 109.Ad dominum cum tribularer &c.In prosperis cum gaudio inuocat deum.Esa.Sicut sitiens cum gaudio ingredit ad fontem. [Audiuimus.] Auditus necessarius est ad sapientiam. Ecclesiast.16.Si dilexeris audire,sapiens eris. Et etiam est necessarius sapienti. Prouerbi.1. Audiens sapiens sapientior erit. Similiter cuilibet est necessarius:quia nullus est sufficiens ad excogitanda omnia,quæ ad sapientiam pertinent.Et iõ nullus ita sapiens est quin instruat ab alio:quia si audit bona iuuat recipiendo,si audit mala iuuatur cognoscẽdo meliora[auribus nostris] auribus suis audit q audit auribus subiectis rõni . Vnde homo dicitur, inquantum habet rõnem.Quando aures sunt subiectæ rõni,sunt humanæ:qn nõ subiicunt rõni sunt brutales. Lu.8. Qui habet aures audiendi audiat.i.cõsideret.[Pres nri annũtiauerũt nobis.Hic ostẽdit q audiuit,ab illis, qui voluerũt docere veritatẽ,quia patres sunt.Deut.23. Interroga patres tuos &c. Item qui potuerunt docere veritatem, quia antiqui . In antiquis est sapientia[opus quod operatus es in diebus eorum.]Hic ponit tempus in quo ista audiuit Quædam beneficia sunt antiqua q̃ ipsi viderunt,vnde dicit[& in diebus antiquis.Manꝰ tua.] Hic ponit ipsum beneficiũ.Secũdo ponit beneficii ordinẽ, & beneficii cãm.In beneficio cõsideramus opus, &fructũ opis.Opus diuinæ virtutis est,quia expulit añ eos gẽtes : vñ dicit. [Manus tua] idest potentia tua.Nã per membra in deo signat actio quã

exercemus per ipsam[gentes disperdidit] idest habitantes in terra promissiõis destruxit etiã corporaliter. psal.58. Disperge illos in virtute tua. Fructus est quia ipsi successerunt eis. Iob.34. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios ꝑ eis. Propterea dicit[& plantasti eos.] Exo.15. Introduces eos, & plantabis &c. Quod plãtatur radicatur vt faciat fructum. Esa.5. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas. [Afflixisti populos.] Hic est modus, & ordo beneficii: quia non statim fuit destructa, quia terra fuisset inculta & bestię multiplicatæ, & iõ paulatim eos consumpsit: vñ dicit[Afflixisti populos]& ꝑ bella, & ꝑ bestias, & scrabrones. Iosue 24. Misi ante vos scrabrones. Sap.12. Misisti antecessores exercitus tui vespas]& repulisti eos]ita paulatim eos affligens. psa.77. Eiecit a facie eorum gentes [Non enim in gladio suo possederũt terram.] Hic ponitur causa beneficii. Et primo excludit causam opinatam. Secundo ponit veram causam. Causa opinata posset esse fortitudo populi, ꝙ expulissent eos. & ideo remouens hoc dicit.[Non in gladio suo &c.]Duplex est fortitudo hominis: vna est ex experiẽtia armorum: & hanc excludit.[Nõ in gladio suo possederunt terram]Iudith.5. Filii Israel nõ cõfidunt &c. Et sequitur ibidem. Vicerunt non cum gladio. Alia est virtus naturalis, & hanc excludit dicẽs[& brachium eorum non saluauit eos] idest potestas eorum. psal.32. Nõ saluatur rex per multam virtutem. Deut.32. Ne dicerent manus nostra excelsa, & nõ dominus fecit hæc omnia. Causa vera est, quia a deo factum est: vnde dicit.[Sed dextera tua &c. Et ponit quatuor: tria ad executionem, quartum ad effectum pertinet. Si rex vult iuuare aliquem, tria facit ei. Primo dat ei fauorem. Secũdo, impendit auxilium operis. Tertio, dat consilium in dirigẽdo. Sic facit eis deus. Primo enim fuit eis fauorabilis, & dedit eis prosperitatẽ. Et hæc signatur ĩ dextera per quã signaẽ ꝓsperitas. Exo.15. Manus dextera tua magnificata est. Itẽ dedit eis auxiliũ: & hoc signaẽ in brachio. Lucæ.2. Fecit potentiã in brachio suo, Tertio direxit eos, ibi.[Et illuminatio vultus tui].i. directe procedẽs a prouidẽtia tua. Quartum, pertinet ad affectũ.[Qm̃ cõplacuisti ĩ eis].q.d. Quare fecit nobis ista? Numquid propter merita nostra? Non. Deut 9. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos dominus deus tuus in cõspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me dominus vt possiderẽ terram hanc: sed hoc fuit propter gratiam dei.[Quoniam complacuisti in eis]idest placitum tibi fuit o deus in eis. Matth.11. Quoniam sic placitum fuit ante te. [Tu es ipse]

saluauit eos. Sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui: quoniã cõplacuisti in eis.
b ¶ Tu es ipse rex meus, & de⁹ meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabim⁹ cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.
c ¶ Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti.
d ¶ In deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in sæcula.
e ¶ Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in uirtutibus nostris.
G f ¶ Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi. Dedisti nos tamquam oues escarum: & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibns eorum.
g ¶ Posuisti nos opprobrium vicinis nostris: subsannationem, & derisum his, qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis.
h ¶ Tota die verecundia mea cõtra me est: & confusio faciei meę cooperuit me. A voce exprobrantis, & obloquentis, a facie inimici, & persequentis.
i ¶ Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, & inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum: & declinasti semitas nostrasa via tua.
k ¶ Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.

b ¶ Hic ponitur spes quam habet de maiori beneficio, quæ cõsurgit ex spe ipsius dei. Et iõ tria hic facit. Primo, proponit causã spei. Secũdo, fiduciam ibi.[In te inimicos.]Tertio, gratiarum actionem, ibi.[In deo laudabimur.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit immutabilitatem dei. Secundo, gubernationem. Tertio, experientiã diuini auxilii. Dei immutabilitatem ostendit, quia deus fecit hoc patribus, & iterum, quia virtus eius non est diminuta, & ideo sibi facere etiam maiora potest; vnde dicit.[Tu es ipse rex meus, & deus meus]qui non es diminutus Item ad te etiam pertinet cura hominis sicut tũc: vnde dicit[rex meus] qui defendis, & gubernas[& deus meus]qui prouides mihi. Deut.6. Audi Israel &c. Ergo confido sicut & illi confisi sunt. Item experientia, quia tu solus es qui saluas: vnde dicit. [Qui mandas salutes Iacob.]Et hoc dicit, quia olim saluabat per alios, sed hic ipsemet saluat. Esa.25. Ecce deus noster iste, expectauimus eum, & veniet, & saluabit nos.[In te inimicos nostros.] Hic ponit fiduciam quam habet de deo. Et primo, proponit quod sperat. Secũdo, ostendit ꝙ illud attribuit deo. Tertio, ponit causam. Sperat autem auxilium contra inimicos, contra quos habet duplex auxilium: vnum vt vincat hostem, & quantum ad hoc dicit[in te] idest in virtute, non in nostra[ventilabimus cornu] idest inimicos nostros, vel in præsenti, vel in futuro. Et dicit[cornu] similitudinarie, quia virtus impugnatiua bonis est in cornu. Et dicit [ventilabimus] quia in area separantur paleæ a frumento: sicut in iudicio mali auferentur, & boni remanebunt. Aliud auxilium est quòd nõ vincatur ab hoste, & quãtũ ad hoc dicit[in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis] idest per virtutem tuam spernemus omnes hostes nostros in futuro, vel in præsenti, quia nihil potuerunt nobis nocere. [Non enim]

c ¶ In præcedenti versu psalm. posuit spẽ repulsionis hostium a

F hic aũt rationem dictorum ostendit.s.ꝙ dixit[In te inimicos nostros.] Et ideo ostendit ꝙ non sperat in seipso: quia[neque in arcu.]Nam.1.Reg.2. dicitur. Arcus fortiũ superatus est. Item non sperat ẽt in gladio: vnde[& gladius meus non saluabit me] psal.36. Gladius eorũ cõfringatur. His enim duobus pugnatur, scilicet arcu ad distãtes: vnde per arcum designatur astutia hoĩs per quam hõ in futuro sibi prouidet.q.d. Nõ spero ĩ mea prouidentia. Gladio pugnaẽ ad propinquos: ĩ quo designatur potẽtia.q.d. Nec in potentia mea spero, sed in te. Vñ habes hanc spem? Ex deo. Et ostẽdit per experientiã. [Saluasti enim nos ex affligẽtibus nos] vel in præsenti: quia etsi corporaliter nobis noceant, spiritualiter tamen nocere non possunt, vel in futuro. Sancti dupliciter affligũtur: quandoque in corporalibus, verbis, vel factis. 1.Reg.2. Affligebat quoq; eã æmula eius. Quandoq; affligitur spũaliter, qñ peccãt illi qui habitãt apud eos. Et ab his afflictionibus liberãtur a deo.[Et odiẽtes nos confudisti] dũ nõ possunt sequi cõtra nos intentũ suũ: & confunduntur hic, & cõfundẽtur in futuro. Esai.41. Ecce confundentur & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te. [In deo]

d ¶ Hic ponitur gratiarum actio. Et primo ponit laudem, quia ipsi laudabuntur. Scđo ponit laudem, qua ipsi laudabũt. Nam in prima laudabunt & laudabuntur: ideo dicit[tota die]idest æter-
H nitate. Et hæc laus est sancta, quia non est in seipsis, sed in deo. Hiere.17. Laus mea tu es. psal.118. Laudate dominum in sanctis eius. Itẽ erit cõtinua, quia[tota die]æternitatis. psal.63. Melior est dies vna in atriis tuis, super millia. Laudabũtur dico a Christo. Matth.10. Qui me confessus fuerit &c. idest laudabo eum coram patre meo. Hiero. habet.[In deo laudabunt] quia sancti in patria laudabunt deum considerando bonitatem eius. Et confitebuntur gratias agentes de beneficiis.[Nunc autem]

e ¶ Hic ponit aduersitatem sanctorum noui testamenti. Et primo, ponit aduersitatem quam patiuntur. Secundo, ponit eorum patientiam, & firmitatem, ibi[hæc omnia venerunt super nos.] Circa aduersitatem autem sanctorum, primo tangit aduersitatis causam.s. subtractionem diuini auxilii. Secundo tangit ordinem ibi. [Auertisti nos.]Sanctus homo tria habet in Deo.s. confugium. psal 89. Domine refugium factus es nobis. Prou.18. Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur.
I Secundo habet in deo gloriam. psal.3. Tu es gloria mea. Tertio, ipsum auxilium. psalm.120. Auxilium meum a domino. Quãdoq; autẽ in exterioribus videtur ꝙ homo non habeat in deo refugium. Et ideo dicit. [Nunc autem repulisti nos]qui olim eras refugium: & hoc inquantum non defendis nos ab impellente. Tre.2. Repulit dominus altare suum: non tamen quantum ad interiora repulit, quia non repellet dominus plebem suam. Item non es gloria mea, quia [confudisti nos] videris nos in exterioribus confundere, quando sustines nostrã confusionem. Item solebas consiliari & auxiliari: sed modo non facis, quia [non egredieris deus in virtutibus nostris.] Et loquitur ad modum ducis. Consuetum erat in veteri testamento, quòd quando deus auxiliabatur populo pugnanti, tunc deus egrediebatur ante populũ. Abachuc.3. Egressus es in salutẽ populi tui &c. Hoc autẽ nõ signat motum localem in deum, sed processum prouidentiæ eius ad exteriora. Nũc aũt nõ egrediẽ deus dũ ꝑmittit nos succũbere hostibus. Et hoc facit vt abducat nos a terrenis: qa si semper esset
K ꝓsperitas ĩ rebus tpalibus. hõ seruiret deo ꝓ eis. Et si hoc eẽt intentio nr̃a frustrareẽ in istis. Vt ergo amor noster non referatur ad corporalia, subtrahit hoc suis amicis. [Auertisti]

f ¶ Hic ponit ordo aduersitatis sctõrum virorũ, quantũ ad duo.s. quantũ ad consolationẽ quã nõ hñt, & quantũ ad afflictionẽ quã patiunẽ hoĩes q vadũt ad bellũ fugiũt, capiunẽ, occidũtur, dispergunẽ, & vendũtur. Quãtũ ad primũ dicit[auertisti nos retrorsum post inimicos nr̃os].i. fecisti nos fugere. Deu.28. Per vnã viã egredieris cõtra eos.s. inimicos, & ꝑ septẽ fugies. Hoc maxĩe ptinet ad sctõs martyres: qa in ꝑsecutione aliq nõ valẽtes sustinere auersi sunt a fide. 2.Pe.2. Melius erat eis viã iustitię non cognoscere, q̃ post cognitionem retrorsum conuerti. Aliqui fugiebant. Matth.10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliã. Quantũ ad scđm dicit.[Et qui oderũt nos diripiebãt sibi. 5.Tho.3. Traditi sumus in direptionem. Esaiæ.42. Ipse autem populus direptus, & vastatus est. Hoc etiam contingit sctĩs, quia aliqui

direpti

A direpti sunt a diabolo scilicet qui negauerunt fidem. Item aliqui capti ab hostibus qui fugiebant. ¶ Quantum ad tertium dicit [facti sumus opprobrium.] Et hoc quia occiderunt nos corporaliter. ¶ Quantum ad quartum dicit [& in gentibus dispersisti nos] quia ad literam Iudæis sic accidir. Deuter.28. Dispergemini in omnem vẽtum &c. similiter sctĩ martyres dispersi sunt. ¶ Quãtum ad quintum dicit [Vendidisti populum tuum sine pretio] quia ita occisi sunt martyres sine ꝑtio scilicet magno. In quo ostenditur quòd habebãtur viles. Esa.52. Gratis venundasti estis[& non fuit multitudo in commutationib⁹ eorum. Hierony. habet.[Non fœnerasti.] Fœnerator dat modicum & accipit multum.q.d. Non multi sunt qui lucrati sunt ibi, quia pauci tunc conuersi fuerunt, vnde plures mortui quàm conuerterentur. Vel[non fuit multitudo] aliorum qui in morte illorum psallerent deo. Tre 1. Vię Sion lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solennitatem [Posuisti.]

g ¶ Supra psa. posuit oppressionem sanctorum: hic vero ponit eorum vilificationem. Et primo ponit vilificationem, quam exterius passi sunt. Ostendit secundo, quid ex hoc efficitur in corde, ibi. [Tota die verba mea.] Circa primum ponit processum vilificationis ex parte vilitatis hominum, & ex parte vilitatis rei Ex parte vilitatis hominum est, quòd primo dicitur alicui opprobrium scilicet quòd est latro vel adulter. Secundo, patitur hoc in derisionem. Tertio, crescit in fabulam idest in infamiam. Ex parte personarum, quia primo a suo socio, secundo transit ad alios, tertio diuulgatur. Et hoc dicit quantum ad primum. [Facti sumus opprobrium vicinis nostris] idest fratribus & consanguineis quia sancti vocabantur sacrilegi homicidæ, vel alia huiusmodi. Et hæc illusio fit nutu, vnde dicit[Subsannatio.]Et verbo, vnde dicit[& derisio.] Subsannatio est, quando rugato naso deridet aliquis. Derisio, quando cum ludo, vel lætitia loquitur quæ ad vituperium pertinent. Hiere.20. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannãt me. Et dicit[his qui in circuitu nostro sunt] quasi non solum vicinis, sed iam ad alios deuoluti sumus in vituperium & opprobrium nostrum: sic etiam sancti martyres fuerunt ab omnibus derisi. Cor.4. Tamquàm purgamenta huius mundi facti sumus. Quantum ad tertium irridentur: quia homines loquuntur de eis vt cantant: vnde dicit. [Posuisti nos in similitudinem gentibus.] Quando malum infertur alicui vertitur in parabolam & dicitur, Ita accidat tibi sicut tali. Et sic qui male tractatur ponitur in opprobrium. Forte aliqui dicebant, sic contingat tibi sicut Laurentio, & aliis: & ideo dicit. [Posuisti nos in similitudinem gentibus] idest in exemplum mali & opprobrii. Iob.17. Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis. 3.Regum.9. Erit domus ista in exemplum. Item fit hoc facto & nutu: vnde dicit [commotionem capitis in populis.]Matth.27. Prætereuntes blasphemabãt eum mouentes capita sua psa.21. Locuti sunt labiis & mouerunt caput. Vel[posuisti] idest in similitudinem Christi, idest vel hoc nobis pati fecisti, quod Christus passus est.q.d. Sicut gentes mouerunt Christo capita sua blasphemantes, ita fecerunt nobis [Tota die.]

h ¶ Hic agit quid ex exteriori opprobrio nascatur in corde. Et primo ponit verecundiã. Scđo subdit cãm ibi[a voce.]Primo ponit verecundiã & dicit.[Tota die verecũdia mea cõtra me. est] .i. cõtinue est in cõspectu meo. Vel [cõtra me] .i. cõtra id qđ debeẽ mihi.s. honor qui debeẽ virtuosis. Verecundia secundũ Philosophũ est timor de turpi. Est aũt turpitudo duplex. Prima sm̃ veritatẽ, & hæc est turpitudo peccati, & verecũdia de tali non cadit ĩ virtuosos, qa nõ hñt in se consciam pctĩ de quo verecũdari possint, sed cadit ĩ malos. Ro 6. Quẽ fructũ habuistis tũc in illis, in qbus nũc erubescitis? Alia turpitudo est ẽm ęstimationẽ.s.ꝙ patiaẽ exterius abiecta, vel opprobria: & hæc est ẽt in ꝑfectis viris, & de hac dicit hic. [Tota die &c.] Signũ verecũdiæ est rubor in facie. Verecũdia est timor confusionis, & passio hæc cõcitat spũs vitales, & iõ alteraẽ sanguis. Et inuerecundi sunt pallidi, & verecũdi sunt rubei. Tñ timidi q timẽt mortẽ fiũt pallidi, sed nõ q timẽt opprobriũ. Et rõ est: qa natura retrahit se ad locũ vbi est defectus: vñ qñ timet de vita, sanguis & spũs retrahũt se ad princi-
A piũ vitę.s. cor. Qñ vero timet aliqđ exterius, spũs & sanguis retrahunt se ad exteriora. Dicit ergo [& confusio faciei meę cooperuit me].i. induit vultũ meũ rubedine. Et dicit[cõfusio facie meę] qa nascitur in facie: sed qñ est ita magna ꝙ cooperiat totũ corpus, causatur ex cõculcatione & vilificatione. Quãtũ ad scđm dicit [a voce exprobrãtis.] Exprobratio est quando ingeritur alicui improperium in faciẽ. psa.100. Tota die exprobrabant mihi &c. Oblocutio est occulta detractio. Eccl.10. Si mordeat serpens in silẽtio, nihil minus ab eo qui occulte dettahit. Sic factum est sanctis tẽpore persecutionis. Nã Maximus fecit cõprehẽdi malas mulieres, & confiteri ꝙ Chr̃iani mala fecissent cũ eis: vñ dicit [a voce exprobrãtis] Exprobrauerũt etiã Chr̃o, & in se & in mẽbris. Et iõ dicit [a facie inimici & ꝑsequentis.] Et dicit[inimici] quia odiũ est causa persecutionis 1.Cor 4. Persecutionẽ patimur propter iustitiã, & sustinemus. [Hæc oĩa]

i ¶ Hic ostendit eorũ perseuerantiam in bono. Et proponit eorũ stabilitatẽ in duobus. Hõ persistere debet in his, quæ pertinẽt
C ad fidẽ, & in bona operatione. Et dicit ꝙ propter hæc oĩa quę venerunt super nos.i. propter oẽs prædictas aduersitates, neque fidem in corde dimiserũt, vñ dicit[nec obliti sumus te]psalm.81. Oẽs fluctus tuos &c. Neque dimiserunt cultum diuinũ: vnde sequitur [& inique non egimus in testamento tuo] .i. neque dimisimus notitiã, quam habemus de te per fidẽ [neque testamẽtum tuum.] Testamentum dei est pactũ initum cum eo in lege, & in baptismo: vnde qui facit contra obseruantiã diuini cultus, tunc facit inique contra testamentum dei. Et hoc non fecerunt martyres. Hieron. habet. [Et non sunt mẽtiti in te] quia.s. nec verbo cõtra eũ offenderũt. Eccle.11. Sta in testõ tuo Itẽ sunt stabiles in bonis opibus iustitię q̃ ex recto corde ꝓcedũt. Et iõ dicit [Non recessit retro cor nr̃m.] ꝑ dimissionẽ charitatis. Luc.9. Nemo mittẽs manũ ad aratrũ &c. Esa.1. Abalienati sunt retrorsum.s. pctõres. Sed charitas martyrũ ĩ nullo diminuta est, quãtũ ad ipã opa. Et dicit.[Nõ declinasti semitas nr̃as a via tua].q.d. Esa.30. Hæc
D est via, ambulate ĩ ea. Vel [declinasti] ẽm aliã literã [semitas nostras].i. semitæ nostræ sunt ad quas inducit nr̃a natura ẽm se.s. ẽm concupiam. Et sic qa ducit ad vias cordis nr̃i in quibus non est ambulandum, repulisti tales via a via tua. [Quoniam]

K ¶ Supra psa. posuit mala, q̃ patiunẽ sctĩ, & eorũ cõstantiam: hic aũt ponit rõnẽ eorũ q̃ dicta sunt. Et põt hoc cũ ꝑmissis continuari dupliciter, sm̃ duos sensus dictos, ibi[Declinasti semitas].i. vias quibus q̃rimus q̃ carnis sunt. Et ẽm hoc cõtinuatur sic.q.d. Non ꝑmisisti nos declinare in his q̃ sunt carnis [Qm̃ humiliasti nos in loco afflictionis].i. mũdi. Eccle.1. Vidi cũcta quæ fiũt sub sole, & ecce omnia vanitas. Et in hoc humiliat deus sctõs dupliciter.s. humiliatione virtutis. psa.34. Humiliabã in ieiunio aĩam meã: & humiliatione coactiõis. psa.77. Humiliauerũt in cõpedib⁹ &c. Quãtũ ad scđm dicit[& cooperuit nos vmbra mortis].i. iudiciũ futuræ mortis. Nã vmbra ꝓcedit: postea habem⁹ rñsum mortis Vel[vmbra mortis].i. pctõres q sunt in tenebris, & subiecerũt nos sibi & seruituti eorũ. Iob.28. Lapidẽ caliginis & vmbra mortis diuidet torrẽs a populo peregrinãte.[Si obliti sumus.] Hic ꝓ-
E bat qđ dixit. Et primo, proponit ea. Scđo, ponit diuinũ iudicium Tertio, euidens signũ Dicit ergo, dixi, nõ sumus te obliti &c. Et iõ proponit.[Si obliti sumus nomen dei nostri]si, idest non. Item [si expandimus manus nostras ad deum alienum.] Alienum.s.a natura diuinitatis & a ritu iudęorũ. q.d. si oramus eos sicut deos quod est iniqua agere in testamento dei. Et si ista fecimus requiret iudicium dei. Et iudicium dei sufficiens est ad hoc requirendũ: vñ dicit[nõne deus req̃ret ista?].q.d. imò, qa ipse scit oĩa: vñ seqẽ.[Ipse.n. nouit abscõdita cordis.[Hiere.17. Prauũ est cor hominis & inscrutabile, & q̃s cognoscit illud?q.d. Solus deus. Itẽ ꝓbat hoc ꝑ iudiciũ euidẽs, qa si voluissent recedere, nulla mala paterẽtur sctĩ in hoc mundo sicut nũc patiũtur. Et primo ponit cãm quare patiaẽ, qa cã facit martyrẽ. Et iõ dicit[ꝑ te mortificamur tota die] 1.Pe.4. Nemo vestrũ patiaẽ quasi homicidas, aut fur, aut maledic⁹ aut alienorũ appetitor: si aũt vt Chr̃ian⁹, nõ erubescat. Scđo, põit mala q̃ patiũẽ. Et prĩo oñdit hęc eẽ mala ex grauitate pęnę, ex cõtinuitate, & ex opinione. Punientiũ grauitas[qa

mortificamur]continuitas quia [tota die] 2. Corinth. 1. Quoti die morior propter gloriam vestram. Opinio, quia credebant eos occidere non vt beatos, sed vt malos & dignos morte: & ideo dicit [Aestimati sumus vt oues occisionis] Ad vtilitatem hominũ, vel ad patientiam martyrum, quasi dicat. Quare mortificamur tota die, & tamen nõ reclamamus, sed sustinem? sicut oues ductæ ad occisionẽ? sic etiã fuit de Christo [Exurge, quare]

1 ¶ Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem, Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: cõglutinatus est in terra vẽter noster. Exurge domine adiua nos: & redime nos propter nomen tuum.

1 ¶ Hic inuocat auxiliũ dei. Et primo, ponitur quæstio admirantis. Secundo, petitio diuini auxilii. Admiramur ergo, quia permittit sanctos suos sic affligi. Et hoc potest esse aut ex defectu voluntatis, aut cognitionis. Quod non uelit contingit dupliciter, vel propter pigritiam, vel propter contemptum. Quantum ad primum dicit [Quare obdormis domine] quasi dicat. Numquid propter pigritiam permittis nos affligi? Et dicitur obdormire propter effectum. Psalm. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Quantum ad secundum dicit [& ne repellas i finẽ] scilicet finaliter & si videaris nos repulisse ad tempus. Et hoc dicitur de Christo, vt sit verbum nostrum. quasi dicat Abscondisti te & nondum surrexisti in fide gẽtium. Exurge in eis & nos non repellemur ab eis. [Quare faciem tuam auertis.] Dupliciter contingit defectus cognitionis, vel qn non videtur, & ideo dicit auertis.] Quando deus iuuat, videtur respicere: quando non, videtur auertere. Exod. 3. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto &c. psal. 26. Ne auertas faciem tuam a me. Vel [quare auertis faciem tuam] vt te nõ videamus. Nam si videremus non pateremur aliquod malũ. Vel quia est oblitus. Et ideo dicit [Inopiæ nostræ & tribulationis nostræ obliuisceris] hic enumerat mala quæ patimur. Et est triplex malum: in exterioribus in corpore, & in anima. [Quantum ad primum dicit [Obliuisceris inopiæ nostræ] quia ad literam pauperes erant propter bona sublata. Heb. 10. Rapinã bonorum ve strorum cum gaudio suscepistis. [Quantum ad secundum dicit [tribulationis] quia multæ tribulationes iustorum. ¶ Quantum ad tertium dicit [Quoniam humiliata est in puluere anima nostra.] Aliqui humiliantur animo, aliqui corpore aliqui spiritu intrinsecus. Et ideo dicit [Adhæsit in terra venter noster.] Et ponit ventrem pro toto corpore. Vel hoc quod dicit [Humiliata est in puluere anima nostra] refertur ad defectũ in spiritualibus: quia [anima] idest cogitatio animæ cogitat terrena. Isa. 26. De terra loqueris & de humo audietur eloquium tuum. [Et venter] idest sensualitas totaliter terræ inhæret. Vel aliter. [Quoniã humiliata est &c.] idest perfectiores in nobis humiliati sunt [a puluere] idest a peccatore: pta. 1. Tamquãm puluis quem proiicit &c. Item [venter] idest infimi inter nos adhæserunt terrenis hominibus quia recesserunt a fide. Contra obliuionem dicit [Adiuua nos.] Contra obdormitionem dicit [Exurge.] Contra mala dicit. [Et redime nos propter nomen tuum.

2 PSAL. XV.

SVPRA psalmista, proposuit orationem pro aduersitate regni, & regis: hic quasi proponit gloriam regis & regni, ex diuino beneficio. Et primo, proponit diuinum beneficium. Secundo, inuitat ex hoc exemplo alias gentes ad seruiendum deo, ibi [Omnes gentes.] Circa primum, duo facit. Primo proponit gloriam regis, & magnificentiam regni. Secundo proponit pacem regni, ibi [Deus noster refugium] Iste psa. dicitur epithalamius. Consuetudo enim erat, quòd in nuptiis cantabantur aliqua cantica ad laudem sponsi & sponsæ & illa dicuntur epithalamica. Est ergo materia huius psalmi de quibusdam sponsalibus Christi, & ecclesiæ, quæ quidem primo initiata fuerunt quando filius dei vniuit sibi naturam humanam in vtero virginali. psa. Et ipse tanquãm sponsus procedens de thalamo suo. Vnde eadem est materia huius psalmi, & libri qui dicitur Cantica canticorum. ¶ Titulus talis est. [In finem pro his qui commutabuntur filiis Core ad intellectum canticum pro dilecto.] Et potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt suppleatur pta. vt lit sensus. Psalmus iste est ducens nos in finẽ Christum, pro his qui commutabuntur. i. de statu infidelitatis ad Christũ. Vnde dicit. [Pro patribus tuis &c. Ita & hic psa. conuenit passioni Xpi. i. credentibus in Christũ passum. Et hoc ad intelligendũ mysteria Christi & ecclesiæ. Et nõ solum psa. sed etiam canticum [p dilecto]. i. Chro Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Hier. habet sic. Victoria pro liliis filiorum Core, canticum pro dilectissimo. Et quod dicit, pro liliis oñdit quod agit hic psalmus pro delitiis spõsi, & sponsæ. Et hoc signat per flores, rosas, & lilia. Canticorũ 2. Fulcite me floribus &c. Et cõpetit virginibus q̃ sunt quasi lilia. ¶ Iste ps. diuidit in tres partes, Primo ponitur proœmium cantici. Secundo ponitur commendatio sponsi, ibi [speciosus Tertio ponitur commendatio spõsæ, ibi [Audi filia.] Circa primũ tria facit. Primo, ponit editionẽ psal. Secũdo finem, ibi [Dico.] Tertio, designat auctorem ibi. [Lingua] Editio designatur cum dicitur [Eructauit cor meum verbũ bonum.] Eructatio ex nimia plenitudine, siue repletione procedit, in quo signat quòd ex abundantia deuotionis, & sapiæ loquitur. Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquit. Et notandum quòd huius editio psa. attribuitur cordi ex cuius magna deuotione est compositus, quia non est iste de illis de quibus dicitur Esaiæ. 29. Populus hic hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me, sed corde pronuntiat laudes Christi. 1. Corin. 14. Psallam spiritu, psallam & mente. Hoc cor eructauit verbum scilicet huius psalmi quod est bonum, quia cõsolatorium, loquitur enim mysteria Christi & ecclesiæ. Thi. 1. Fidelis sermo: & nullus sermo melior illo, Zach. 1. Respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. [Dico ego] .i. pronunctio opera mea regi] idest ad honorẽ regis Christi. Esa. 32. Ecce in iustitia regnabit rex, q. d. Cãto hũc psalm. ad honorem Christi, cui opera nostra omnia debemus dicare. Col. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Iesu Christi facite. [Lingua mea calamus scribę.] Hic ponitur actor psalmi qui est lingua q. d. Non intelligatur q̃ ex proprio hunc fecerim, sed auxilio Spiritus sancti, qui vtitur lingua mea sicut scriptor vtitur calamo Et ideo principalis actor huius psalmi est Spiritus sanctus 2. Reg. 23. Spiritus domini loquutus est per me: quasi per instrumentum 2. Pet. 1. Non voluntate humana, allata est sapientia sed Spiritu sancto &c. Et cuius calamus est? [Scribæ velociter scribentis.] Spiritus sancti qui velociter scribit in corde hominum. Qui enim per studium quærunt sapientiam, per partes, & etiam longo tempore student. Sed qui habent eam a spiritu sancto velociter accipiunt. Act. 2. Factũ est repente de cælo sonus &c. Illi qui habent scientiam per reuelationem diuinam subito implentur sapientia, sicut illi sunt subito repleti Spiritu sancto. psa. 147. Velociter currit sermo eius. Eccle. 11. Facile est in oculis dei subito honestare pauperem. Vel velociter operantis, quia Dixit & facta sunt. Potest autem lingua ad aliud referri, quia scilicet quod non solum voluit dicere sed corde primo cogitauit, secundo dixit ore, & tertio scripsit. q. d. Non solum prosint præsentibus qui audiunt, sed etiam futuris. Esaiæ. 8. Sumetibi librum grandem, & scribæ in eo stilo hominis. Abach. 2. Scribæ visum & explana eum. Hęc ergo expositio est literalis. Sed aliqui dicunt quòd hæc verba proponuntur ad commendationem Christi secundum diuinitatem, quasi sint verba dei patris. Sed hanc expositionem non approbat Augustinus, & Hieroni. tamen Dionys. vtitur secundo ca. de diuino. vbi introducit hoc verbum. [Eructauit &c.] Et secundum istã expositionem cõmendatur a patre tripliciter. Primo describitur eius emanatio. Secũdo eius virtus: ibi [Dico] Tertio eius operatio, ibi [Lingua.] Circa emanationem eius a patre ponit quatuor. Primo eius naturalem processionem, cum dicit [Eructauit] quod est quædam emanatio de plenitudine, vnde processus filii a patre est diuina eructatio, quia procedit ex plenitudine diuinę naturæ. Ioan. 2. Pater diligit filium &c. Secundo ponit modum emanationis, quia non corporaliter nec de aliqua alia natura emanauit, sed ad modum spiritalis [Cor meũ] quasi non ex nullo nec de alia essentia, sed de corde meo. psalmus 99. Ex vtero ante luciferum genui te. Secundo ponitur proprietas procedentis, quia [Verbum] Ioan. 1. In principio erat verbum. Item ponitur perfectio procedentis: quia [Bonum] quasi habens plenam bonitatem diuinitatis Lucæ 18. Nemo bonus nisi &c. Virtus ostenditur cum dicit. [Dico ego] idest per verbum facio [omnia mea opera regi] idest ad honorem regis scilicet filii, qui est vnus deus mecum. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Propria operatio designatur cum dicit. [Lingua mea calamus scribæ] quasi dicat: quòd ipse est lingua

gua mea: est etiam calamus scribæ. In sacra scriptura operationes methaphorice designantur per instrumenta, vel membra, quę sunt operationum principia, & sic per linguam & calamum operatio dei designatur conueniens linguæ & calamo. Operatio linguæ est, quòd per eam diffunditur sapientia cordis ad alios, p calamum autem designatur quòd sapiẽtia quæ est in corde transfunditur in materiam sensibilem scilicet pergamenum. Deus autem & loquitur, & scribit. Loquitur, quando transfundit sapientiam suã in mentes rationales. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Et hoc dicitur verbum, quia per ipsum est omnis illuminatio. Ioan. 1. Et vita erat lux hominum. Scribit, quia iudicia suæ sapientiæ imprimit in rationabilibus creaturis. Roman. 1. Inuisibilia dei &c. Eccl. 1. Deus effudit illam super omnia opera sua. Sicut enim respiciens librum cognoscit sapientiã scribentis, ita cum nos videmus creaturas cognoscimus sapientiam dei. Calamus igitur est verbum dei [Speciosus forma præ filiis hominum]

b ¶ Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in æternum.

b ¶ Præmisso proœmio secundum vnum sensum, vel Christi diuinitatem secundum alium sensum, hic ponitur commendatio Christi secundum humanitatem. Et quia dixit [Dico ego opera mea regi] commendat Christum secundum similitudiuem regis scilicet Dauid a quatuor, scilicet a gratiositate, a bellica virtute, a iudiciaria potestate, & a delitiarum multitudine. Secunda pars, ibi [Accingere] Tertia, ibi [Sedes] Quarta ibi [Mirrha] Circa primum, duo facit. Primo, describit gratiositatem regis. Secundo, causam vel effectum, ibi [Propterea] Nota quòd duo sensus vigent in homine principaliter, scilicet visus & auditus: vnde per hæc duo aliquis gratiosus apparet: per pulchritudinem visui, per gratiosum verbum, auditui. Vnde hæc duo præcipue fuerunt in Christo: vnde Can. 2. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Ipse enim pulcher fuit & eloquens in his, quæ decuit suam eloquentiam. Quantum ad primum dicit [Speciosus forma] Et nota in Christo quadruplicem pulchritudinem. Vnam secundum formam diuinam. Phi. 2. Qui cum in forma dei esset. Et secundum hanc fuit, speciosus præ filiis hominum. Nam omnes tantũ habent gratiam secundum redundantiam & participationem, sed iste per se & plene. Col. 2. In eo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hebr. 1. Cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Sap. 7. Candor est lucis æternę & speculũ sine macula dei maiestatis. Alia est pulchritudo iustitiæ & veritatis. Hier. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ Ioan. 1. Plenum gratie & veritatis. Alia est pulchritudo conuersationis honestæ. Et de hac 1. Pet. vltimo. Forma facti gregis. Et hac forma fuit speciosus præ filiis hominum, quia sua conuersatio fuit magis honesta & virtuosa quàm alicuius 1. Pet. 2. Peccatũ non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Aug. in originali. Nobis cernentibus vbique speciosus: pulcher in manibus parentum, pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher deponens animam, pulcher in patibulo, pulcher in ligno, pulcher in cælo. Quarta est pulchritudo corporis: & hæc etiam Christo infuit. Can. 1. Ecce tu pulcher es dilecte mi.

¶ Sed numquid secũdum hanc pulchitudinem fuit speciosus prę filiis hominum? Videtur quòd non: quia. Esa. 53. dicitur. Vidimus & non erat in eo species neque decor. Iem, per rationem probatur quòd Christus voluit paupertatem habere, & non vti diuitiis vt doceat eas contemnendas. Sed sicut ista sunt contemnenda, ita pulchritudo corporalis. Prou. vltimo. Fallax gratia & vana est pulchritudo.

¶ Respondeo. Dicendum, quòd pulchritudo, sanitas, & huiusmodi dicuntur quodammodo per respectum ad aliquid: quia aliqua contemperatio humorum facit sanitatem in puero quæ non facit in sene. Aliqua est enim sanitas leoni, quæ est mors homini. Vnde sanitas est proportio humorum in comparatione ad talem naturam. Et similiter pulchritudo consistit in proportione membrorum & colorum. Et ideo alia est pulchritudo vnius, alia alterius: & sic hanc pulchritudinem Christus secũdum quòd cõpetebat ad statum & reuerentiam suæ conditionis habuit. Non est ergo intelligendum, quòd Christus habuerit capillos flauos, vel fuerit rubeus, quia hoc non decuisset eum, sed illam pulchritudinem corporalem habuit summe, quæ pertinebat ad statum & reuerentiam, & gratiositatem in aspectu: ita quòd quoddam diuinum radiabat in vultu eius, quòd omnes eum reuerebantur, vt Augustinus dicit. Ad primum dicendum, prophetam velle exprimere contemptum Christi in passione, in qua deformata fuit sui corporis forma præ multitudine afflictionum. Ad aliud dicendum eas diuitias & pulchritudines contemnendas, quibus male vtamur. Gratiosus etiam fuit in verbo: vnde dicit [Diffusa est gratia in labiis tuis] Eccles. 6. Lingua eucharis in bono homine abundabit. Et gratiosum verbum eius. Tripliciter propter ea quæ aliquis dicit, reputatur verbum eius gratiosum, quando scilicet dicit ea quæ placent & vtilia: sic verbũ Christi fuit gratiosum, quia leuia imponebat & quietem promisit. Matth. 11 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ioannis. 6. Domine ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Item, aliquis habet gratiosum verbum propter ordinatum modum proferendi & seruentem: & sic habuit ordinatum & seruentẽ modum Christus in proferendo. Psal. 118. Ignitum eloquium tuum. Item, aliquis dicitur habere gratiosum verbum propter efficaciam ad persuadendum: sic etiam habuit Christus. Matth. 7. Erat docens in templo sicut potestatem habens. Et ideo dicitur. Luc. 21. quòd Omnis populus manicabat ad eum, idest mane veniebat ad eum in templo audire eum. Et Ioan. 4. Numquàm sic locutus est homo [Propterea benedixit te deus in æternum] Hic ponitur, vel causa, vel effectus. Sicut dictum est, benedicere dei signat effectum bonitatis, vel eius collationẽ beneficii. Deus itaque homini Christo duplex beneficium contulit. Gloriæ siue regni: & hoc est præmium meritorũ Christi. Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum. Et sicly propterea, denotat causam meritoriam: quasi dicat. Quia tu es speciosus in forma, gratiosus in doctrina [ppea benedixit te deus in æternum] benedictione spũalis regni. Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Aliud est beneficium gratiæ: & sic est sensus [Propterea benedixit te deus in ætenum] vt tu esses speciosus & esset diffusa gratia in labiis tuis [Accingere gladio tuo super femur]

c ¶ Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua & pulchritudine tua.

d ¶ Intẽde, prospere, procede, & regna.

c ¶ Hic describitur virtute potens. Et primo, ponitur eius bellica virtus. Secundo, eius in bello processus, ibi [Intende] Tertio, effectus, ibi [Et deducet te] Virtus bellica consistit in fortitudine naturali & in præparatione armorum. Primo ergo ponit fortem præparationem armorum, cum dicit [Accingere gladio tuo] secundum aliam literam dicit [Super femur tuum potẽtissime] Vbi designatur virtus armorum. Cant. 3. Vniuscuiusque ensis super femur suum. Sed secundum glo. aliud est accingi, quia qui accinguntur parantur ad bellũ scilicet milites. 1. Mac. 3. Accingimini & estote filii potentes, & estote parati in mane, quoniam melius est nobis mori in bello &c. Aliud est præcingi, quia præcinguntur qui parantur ad seruiendum. Luc. 12. Præcinget se & faciet illos discumbere &c. Aliud est succingi, quia succinguntur qui parantur ad ambulandum. Eccles. 36. Latro succinctus exiliens de ciuitate. Aliud est discingi, quia dicuntur qui vadunt ad quiescendum 3. Reg. 20. Non glorietur accinctus eque vt discinctus. Gladius Christi est doctrina eius. De hoc gladio habetur. Eph. vlti. Gladius spiritus quod est verbum dei: hoc gladio posuit Christus diuisionem in hoc mundo, vt bona discernãtur a malis. Matth. 10. Non veni pacem mittere, sed gladium. Hic gladius est ex vtraque parte acutus, vt testatur. Apoc. 1. quin de æternis & temporalibus instruxit. Et est super femur, quia organo humanitatis verbo doctrinæ vsus est. Esa. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum [Potentissime] vbi oritur eius virtus seu potentia naturalis 1. Reg. 2. Non est fortis sicut deus noster. Iob. 9. Si fortitudo quæritur robustissimus est [Specie tua & pulchritudine tua] secundum Hieronymum & Hebr. hoc quod dr [ipẽ] coniungitur cum hoc, qp dr [potentissime] & est totum sub vno uersu, & sic uno modo legitur in glo. & sic, si coniungatur cum potentissime, sic est sensus. Tu Christe es potentissimus: specie tua, scilicet humanitatis secundum quam etiam est maximus virtute. Cant. 5. Species eius vt Libani [Et pulchritudine tua] scilicet diuinitatis. Sapien. 13. Quorum si specie delectati deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Vel es potentissimus [specie tua] idest sponsa pulchritudine tua: vnde Hieronymus habet [laude tua] quia extbo es laudabilis & gloriosus, quia es armatus, & fortis [Intende prospere, procede]

d ¶ Psalmus supra ad commendationem Christi posuit fortitudinem & apparatum regis. Hic autem agit de eius processu. Et circa hoc, duo facit. Primo, proponit processum regis. Secundo, eius causam, ibi [Propter veritatem] Circa primum, sciendum est quòd loco istorum trium, quæ hic ponuntur scilicet [Intende prospere procede] In psalmo Hieronymi habetur vnum tantum [Prospere] ascende: In ascensu designatur processus. Hieremiæ. 49. Leo ascendit & superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam. Vnde manifestum est quòd hæc pertinent ad quandam perfectionem & ascensum. In ascensu bellicosi

sunt tria: principium, medium, & finis. Principium debet esse diligens & discreta consideratio. Prou. 34. Cum dispositione mitur bellum & Lucæ. 4. dicitur quòd rex iturus ad bellum prius &c. Vnde [Intende] idest diligenter considera. In Christo autem intendere, designat dispositionem misericordiæ eius, qua intendit ad salutem humani generis Psa. 37. Intende in adiutorium meum. Medium, est prosper processus. Processus autem Christi intelligitur dupliciter. Vno modo, secundum ꝓ ex vtero virginis processit in natiuitate. Psal. 18. Tamquàm sponsus procedens de thalamo suo. Et hic fuit prosper processus quia sine peccato natus est, & matri non abstulit virginitatem, nec dolorem intulit. Alio modo, secundum quòd processit de homine ad hominem conuertendum, hunc & illum. Et in hoc fuit ꝓsper, quia tandem peruenit ad conuersionem totius mundi. Esa. 55. Faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illum. Psal. 117. O domine bene prosperare. Quod dicit [Intende] potest coniungi cum hoc quod dicit [Specie tua] quasi dicat: ergo sponse virtute humanitatis &c. & pulchritudine diuinitatis intende. Finis eius regnum eius. Psal. 46. Regnabit deus super omnes gentes. Finis eius quòd regnet per fidem in cordibus hominum. Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob. Et ideo dicit [Et regna] Causa processus, propter veritatem. Et hoc vel causa dispositiua, vel finalis. Si per ly propter, primodicatur secundum quòd est causa dispositiua, secundum quòd in Hieronymo habetur [Propter verbum veritatis & mansuetudinem iustitiæ] notandum quòd duo sunt necessaria vt rex prospereagat. Primo, scilicet vt ei credatur, quia si nihil ei crederetur & ipse aliis crederet non posset plus quàm vnus homo. Prouer. 17. Non decẽt stultum verba composita. Secundo quòd diligatur, quia si non diligitur non potest prosperari in regno, nec in negotiis suis: & hoc facit fieri mansuetudo & clementia regis. Eccl. 3. Fili in mãsuetudine opera tua perfice. Et ita hæc duo disponunt ad prosperitatem regis. Prou. 20. Misericordia & veritas custodiunt regẽ. Psal. 36. Mansueti hæreditabunt terram. Sed secundum literam nostram ad hoc vt rex posset prosperari in negotiis suis debet habere tria, scilicet veritatẽ, mansuetudinem, & iustitiã. Et ista tria fecerunt prosperari Christum, quia fuit verax in docendo, mansuetus in patiendo, iustus in operando. De primo. Mat. 22. Scimus quia verax es &c. De secundo. 1. Pet. 2. Cum pateretur nõ cõminabatur. Hiere. 11. Ego sicut agnus mansuetus &c. De tertio, quia in nullo a iustitia discessit. Psal. 144. Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Si aũt ly propter, designat causam finalẽ, sic est sensus [Intende prospere procede & regna] idest vt facias veritatem. Christus aũt fecit veritatẽ dupliciter. i. implendo promissiones, & ad implendo figuras. Rom. 15. Dico aũt Christum Iesum ministrũ fuisse circuncisionis ad confirmandas promissiones patrum 2. Cor. 1. Quotquot promissiones dei sunt in illo. Et iterum, propter mansuetudinem deriuandam in discipulos. Matth. 11. Discite a me &c. Item [regna] propter iustitiam. Io. 5. Pater omne iudicium dedit filio [Deducet te mirabiliter dextera tua] Hic est modus determinati processus, Procede, prospere. Et quomodo? [deducet te dextera tua] Et loquitur ad similitudinem bellicosi, qui si habet hostem contra se dicitur sibi oportet, quòd manus tua faciat tibi viam, & sic bellando transibis, quasi dicat. Procede, si manus tua dextera faciat tibi viam. Et hoc mirabiliter, quia omnes mirabuntur Hieron. habet [Docebit te dextera tua] idest dum facies magnifica, manus tua ostendet te mirabilem. Tamen in alio psalmo habetur. [Manus tua deducet te] Sed dicendũ quòd litera ista nõ est contra illã, quia Christus est deus & homo. Et ideo ꝓm quòd est deus, eadẽ est dextera sua & patris. Et deduxit Christũ dextera sua mirabiliter in oppugnatione hostiũ. Exo. 15. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine peussit inimicũ. Et in operatione miraculorum virtute suæ diuinitatis. Vnde parauit sibi viam in corde hominũ. Psal. 117. Dextera domini fecit virtutẽ. Et si cõsideremus viã mirabilis est. Hester. 15. Valde .n. mirabilis es dñe. Item, dicta est mirabilis. Psal. 138. Mirabilia opera tua [Sagittæ tuæ acutæ] q.d. Ideo parabit tibi viam, quia sagittæ tuæ sunt acutæ. Et ponitur hic virtus armorũ & effectus eorũ. Arma Christi sunt sagittæ quæ sunt verba Christi, q̃ dicuntur sagitta propter tria. Primo, quia sagitta suo acumine vsque ad cor penetrat. Osee 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ita verba Christi. Hebr. 4. Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Item, sagitta velociter mouetur. Sap. 5. Transitus vitæ &c. Sic verbum Christi subito totum orbem impleuit, quia fere per totum mundum ante destructionem

Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

Hierusalẽ sermo Christi fuit diffusus. Psal. 147. Velociter cucurrit sermo eius. Item sagitta ad remota attingit: sic etiam sermo Christi. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ. Et sic sermo dei est gladius inquantum vulnerauit Iudæos, qui conuersi sunt ad Christum qui erant prope. Propter quod dicitur [Accingere gladio tuo] & est sagitta etiã ꝗãtum ad remotos gentiles peruenit & conuersi sunt ad Christum. Eph. 3. Euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis, & pacẽ his qui prope [Populi sub te cadent] Hic ponitur effectus verbi diuini, qui ẽ conuertio populi ad deum: vnde [populi &c.] idest omnes ad te currẽt. Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur &c. Sed qd est quod addit [In corda inimicorum regis] Hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt coniungatur cum prima clausula huius versus [Populi sub te cadent] vt sit interpositio, & sic est sensus. Sagittæ tuæ acutę intrant in corda inimicorum regis. Verba tua sunt sicut sagittæ quæ penetrant corda &c. Et ex hoc populi sub te cadent. Alio modo, vt coniungatur cum hac [populi sub te cadent] & hoc in corda, vel in corde inimicorum regis, idest tui qui es rex. Quædam enim subiiciuntur violenter, sicut modo subiiciuntur inimici. Et de hac subiectione dicit se non loqui, sed de voluntaria, & ideo dicit [In corda] quasi dicat: secundum illa corda subiiciantur, secundum quæ inimicabantur Christo. Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Vel aliter [Sagittæ tuę acutæ sunt populi sub te cadent] in corda inimicorum regis. Populi dico, qui erant inimici regis idest Christi q.d. Illi qui erant contra regem, s. Christum subiicientur ei. Et ad literam sic factũ est, quia gentiles qui conati sunt destruere fidem Christi, nunc seruiunt Christo. Esa. 55. Ecce gentes quas nesciebas vocabis. Psal. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi [Sedes tua deus in sæculum sæculi]

e ¶ Sedes tua deus in sæculũ sæculi: virga directiõis virga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ: ꝓpterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

e ¶ Supra psalmista cõmendauit Christum a gratiositate, & bellica virtute: hic commendat eum a iudiciaria potestate. Et primo, describit eius iudiciariam potestatem. Secundo, potestatis executionem, ibi [Virga directionis] Tertio, rationem, ibi [propterea vnxit] Dicit ergo [Sedes tua deus] Per sedem in scriptura iudiciaria potestas designatur. Psal. 121. Illic sederunt sedes in iudicio. Christo autem iudiciaria potestas conuenit, siue cõpetit. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio: & ideo per sedẽ Christi eius potestas accipitur. Mat. 19. In regeneratione cum sederit filius hominis &c. Sed hanc etiam iudiciariam potestatem habent etiam prælati & reges: verum sicut ministri. Sap. 6. Cũ essetis ministri regni illius, non ratione iudicastis. Sed Christus sicut pricipalis iudex, & sicut verus deus: & ideo dicit [Sedes tua deus] domini .n. vindicta est: & hic expresse loquitur de Christo, quia dirigit sermonem suũ ad eum. De hoc Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici & sedi in throno. Esa. 6. Vidi dominum sedentem super thronum. Item, est aliqua potestas iudiciaria temporalis, alia perpetua. Et talis est potestas filii dei: vnde dicit [In sæculum sæculi] quia de æternis est iudicium eius. Dan. 7. Potestas eius potestas æterna. Sic igitur describit dei potestatẽ, dignitatem, & æternitatẽ. Consequẽter agit de executione potestatis, cum dicit [Virga directionis] Et primo, ponitur executio potestatis. Secundo, eius expositio. Necesse enim est quòd rex cohibeat delicta, quia vt Philosophus dicit, si animi hominum essent a deo ordinati, quòd obedirent monitioni paternæ, non essent necessarii reges & iudices: vnde vt inquieti corrigantur necessarii sunt reges. unde habent sceptrum. Prouerb 22. Stultitia colligata est in collo pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Sed habet virgam iad hostes cohercendos. Psalm. 2. Reges eos in virga ferrea & ramquàm uas &c. Item, ad subditos gubernandos. Mich. vltimo. Pasce populum tuum in virga tua: & ideo dicitur [Virga regni tui est virga directionis] idest ad ducendum populum in via recta, quia hæc est finis legis, & regiminis, vt non excorient, sed vt faciãt virtuosos: & hæc est finis politicæ, & hoc conuenit Christo. Psal. 24. Dirige me in veritate tua & doce me. Sed hæc directio consistit vt homo deserat malum, & adhæreat bono. Esa. 30. Hæc est via ambulate in ea, & nõ declineris neque ad dexterã, neque ad sinistram: idest neque per excessũ, neque per defectum. Et ideo dicit [Dilexisti iustitiam] Item debet odire iniquitatem, quia si non diligat iustitiam, non duceret ad bonum. Et hoc maxime fecit Christus, quia iustus dominus, & iustitiam dilexit. Item, si non odiunt iniquitatem non puniunt. Et quia Christus maxime odit iniquitatem, propterea punit malos [Propterea vnxit] Hic ponitur causa vel finalis, vel effectiua, quasi dicat. Ideo operatus est iustitiam, vt deus vngat te. Sed numquid meruit

ruit Christus hanc vnctionẽm? Non, sed meruit manifestationẽ huius vnctionis. Et in scriptura dicitur aliquid fieri, quando innotescit. Et Christus per passionem meruit exaltationem in fide omnium populorum: & sic litera [Propterea] designat causam finalem. Sed si sic causa affectiua sic intelligetur, quasi dicat. Vt sedes tua & virga &c.

propterea vnxit te deus. In veteri testamento vngebantur sacerdotes, & reges, vt patet de Dauid 1. Reg. 16. & de Salomone, vt patet 3. Reg. 1. Et prophetæ inungebantur, vt patet de Eliseo, qui inunctus fuit ab Helia 3. Reg. 19. Et hæc conueniũt Christo, qui fuit rex. Luc. 1. Regnabit in domo Iacob in æternum. Item, fuit sacerdos, qui seipsum obtulit deo sacrificium. Eph. 5. Item fuit propheta, qui prænuntiauit viam salutis. Deuter. 18. Prophetam suscitabit dominus de filiis Israel. Sed quomodo vnxit? Non oleo visibili, quia Regnum eius nõ est de hoc mundo. Ioan. 18. Item non est functus sacerdotio materiali: & ideo non materiali oleo vnctus, sed oleo Spiritusſanctí: & propterea dicit [Oleo lætitiæ] Et dr̃ Spiritussanctus oleum, quia sicut oleũ supereminet oibus liquoribꝰ: ita Spiritussanctus oibus creaturis. Gen. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. i. debet esse super oĩa in cordibus hominũ, quia est amor dei. Secundo, propter suauitatem suã. Misericordia & oĩs suauitas mẽtis a Spiritu sancto est 2. Cor. 6. In suauitate, in mansuetudine, in Spiritusancto. Tertio, quia oleũ est diffusiuum, sic Spiritussanctus est communicatiuus 2. Cor. vlt. Cõmunicatio sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis, amen. Ro. 5. Charitas diffusa est in cordibꝰ vestris per Spiritum sanctum. Item, oleum est fomentũ ignis & caloris: & Spiritussanctus fouet & nutrit amoris calorem in nobis. Can. vlt. Lampades eius lampades ignis. Item, oleum illuminat, & ita Spiritussanctus. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiã. Sed dicit [Deus deus] Hæc litera deus, vel est nominatiui casus, vel vocatiui: & ideo in latino est dubium, sed in grẽco non, quia ibi vnũ est casus nominatiui, & aliud vocatiui, quia dicit. O deus, deus tuus vnxit te oleo lætitiæ. Et datur intelligi ꝓ loquitur de Christo qui est deus: & nõ potest inungi inquantũ deus, quia ꝓm ꝓ Deus nõ potest promoueri: & ideo oportet ali quid accipi in Christo in quo vngatur: & hæc est humana natura. Et, secundum hanc habet deum, quia secundum quòd deus, non habet deum. Et dicitur oleum lætitiæ, quia in tempore lætitiæ orientales vngebant se oleo. Esa. 61. Oleum gaudii pro luctu. Spiritussanctus est causa gaudii. Ro. 14. Et gaudium in Spiritu sancto. Gal. 5. Charitas, gaudium, pax: quia Spiritussanctus nõ potest esse in aliquo quin gaudeat de bono, & spe futuri boni: vnde dicit [Præ consortibus tuis] quia Christus fuit vnctus præ omnibus aliis sanctis. Ioan. 1. Vidimus eũ plenũ gratiæ & veritatis. Consortes eius dicuntur inungi, quia quicquid habetur de oleo isto idest de gratia Spiritussanctí est ex redundantia Christi. Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Psal. 132. Sicut vnguentum in capite &c. [Mirrha & gutta]

f ¶ Mirrha & gutta & cassia a vestimentis tuis a domibus eburneis ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

f ¶ Hic agit de delitiis regis: & describit has delitias ex quatuor: ex vestitu, ex habitaculo, ex ministerio, & ex coniugio. De primo, dicit [Mirrha & gutta & casia a vestimentis tuis] Vestimenta Christi possunt esse duplicia scilicet corpus eius. Esa. 63. Quare rubrum est vestimentum tuum? Item vestimentũ Christi sunt sanctí omnes. Esa. 49. His omnibus velut ornamento vestieris. Et ab his procedit odor mirrhæ guttæ & casiæ, siue de vestimẽto, quod est corpus eius, siue de sanctis. Mirrha habet amaritudinẽ & sic si referatur ad corpus Christi signat amaritudinẽ passionis. Can. 5. Digiti eius scilicet confixi ligno, pleni mirrha probatissima. Si autem referatur ad sanctos, signat pænitentiam. Eccles. 34. Sicut mirrha electa dedi suauitatem odoris. Vbi nos habemus gutta [græcus] habet aloes: Hebræi, Stactes. Gutta est liquor alicuius herbæ & calidum quid, & valet contra inflationes: & signat humilitatem quæ humilitas maxime fuit in Christo. Mat. 11. Discite a me: quia mitis &c. Item fuit etiam in sanctis. Esa. 66. Super quem respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Aloes est succus herbæ: sed non sumitur hic sic, sed pro quodam ligno & vocatur aloes, qd̃ est odoriferum. Stactes est gumma mirrhæ, quod est speciosus, quàm mirrha. Et hæc idem est quòd mirrha quantum ad odorẽ. Casia est triplex. Quædam est casia quæ est sicut fistula, quædã est fructus arboris & de hac non intendit hic, quia non est aromatica: sed est quædam casia virga quæ est aromatica: & ad istã refertur, quod dicitur hic. Vel secundum glos. est quædam arbor casiata, quæ nascitur in locis aquaticis: & per hoc signatur aqua lachrymarum, vel aqua baptismalis, quasi dicat. Odor omnium istorum procedit a sanctis, & corpore tuo 2. Corinthiorum 2. Christi bonus odor sumus. Ex secundo dicit [A domibus eburneis] quasi dicat. Redolet etiam a domibus tuis eburneis, quæ redolent propter ista aromata: Antiqui parietes erant tabulati, apud nos sunt marmorei. Et sic apud Hebræos & oriẽtales, parietes erant tecti ebore. Amos tertio. Peribunt domus eburneæ: domus signat fideles 1. Petri secundo. Et ipsi tãquàm lapides viui ædificamini in domos spirituales &c. Eburneæ, frigidæ propter castitatem. Canticorum. 5. Vẽter illius eburneus. Item, candidæ propter puritatem, rubicundæ propter Rubicundiores ebore antiquo. Ex tertio [ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo] quasi dicat. Ita est deliciosus quòd filias regum habet in ministerio: quasi dicat. Vestimenta tua parauerunt filiæ regum quæ seruiunt tibi. Ad literam. Filiæ regum mundanorum delectant nos ad honorem Christi, quia dedicauerunt se Christo & mortuæ sunt pro Christo, & hoc In honore tuo] idest ad tuum honorem, vt quasi non solũ vnius scilicet regis, sed etiam filiæ regum seruiunt Christo. Vel aliter reges sunt apostoli: filii eorum sunt animæ fideles. Vel reges sunt doctores. Apocali. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Filiæ eorum sunt populus christianus. & fidelis. secundæ Corinthiorũ, 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui: hi sunt filiæ in honore Christi, non in honore regũ, scilicet Petri & Pauli, sed Christi 1. Corinthiorum. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum. Istæ delectauerunt istis aromatibus [Astitit regina]

g ¶ Astitit regina a dextris tuis ĩ vestitu deaurato: circũdata varietate.

g ¶ Supra psalmus laudauit Christum ex gratiositate, ex virtute bellica, & ex delitiis. Hic autem laudat eundem ex sponsa, quam describit ex quatuor, scilicet quãtũ ad sponsi præsentiam, quantum ad dignitatem, quantum ad gloriam, & quantum ad ornatum. Sponsa Christi est ecclesia, sponsæ regis dicuntur reginæ. Hester secundo. Ista est Hester ordinata regina. Et hæc regina in ecclesia 2. Corinthi. 11. Despondi vos vni viro uirginem castam &c. Dignitas eius est, quòd est regina. Hæc astitit semper inhærens deo, & coniuncta. Vnde angeli qui non mittuntur, dicuntur assistentes. Daniel. 7. Millia millium &c. Psalm. 5. Mane astabo tibi &c. Dicit Gregorius. Videt quidem per fidem, erigitur per spem, vnitur per charitatem. Gloria istius reginæ est prærogatiua quam habet, quia. [A destris] idest in potioribus bonis. Vnde & filius, inquantum est in potioribus bonis patris secundum quòd homo, dicitur esse a dextris. Mar. vltimo. Dominus quidem Iesus sedet a dextris dei. Et hæc meliora sunt, sed si comparentur spiritualia temporalibus, spiritualia sunt potiora. Et hæc regina astitit in spiritualibus. Prouerbiorum tertio. Longitudo dierum in dextera eius. Item, si per dexteram significentur bona opera, hæc sunt potiora quàm peccata. Prouerbiorum quarto. Vias, quæ a dextris sunt nouit dominus. Et in his astitit hæc regina. Ornatus describitur cum dicit [In vestitu deaurato] Hieronymus non habet [Circundata varietate] nec Hebræi, sed Hieronymus habet [In diademate deaurato] In Hebræo [In massa auri] Et secundum nostram literam est duplex vestimentum ecclesiæ. Vnum est doctrina duorum testamentorum. Prouerbiorum, vlt. Omnes domestici eius vestiti duplicibus. Et iste vestitus non est aurum solum, sed deauratus, quia est refulgens diuina sapientia, qua hæc doctrina est plena. Tamen est [circumamicta varietate] Et potest referri quantum ad diuersa genera linguarum, vel quantum ad profundiorem modum sapientiæ. Aliꝰ vestitus est operatio virtuosa. Psalm. 131. Sacerdotes eius &c. Per aurum autem significatur charitas. Genes. 2. Aurum terræ illius optimum. Est enim charitas fulgida & rubea. Et ideo dicitur deauratus, quia informatus charitate. primæ Corinthiorũ vltimo. Omnia opera vestra in charitate fiant. Vel [circumamicta varietate] idest diuersis virtutum operibus, quia alii fuerunt aurei per martyrium, alii rosei per gemitum pænitentiæ. Colossi. 3. Induit vos sicut electi dei sanctí & dilecti viscera misericordiæ &c. Et potest exponi totum hoc de Beata Virgine quæ regina & mater regis est, q̃ astat super omnes choros in vestitu de aurato idest deaurata diuinitate: non quòd sit deus, sed quia est mater dei [Audi filia]

h ¶ Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuã: & obliuiscere populũ tuũ, &

h ¶ Hic commendatur sponsa quadrupliciter: scilicet a decore, Ab excellentia gloriæ, ibi [Omnis gloria] A societate, ibi [Adducentur] Et a prole, ibi [Pro patribus tuis] [Circa primum, duo facit. Primo, ponit quomodo acquirat decorem seu gratiositatem. Secundo, agit de ipsa gratiositate, ibi [Et concupiscet] Primo ergo redditur attenta ipsa ad admonitionem. Vnde dicit. [Audi filia] Vocat futuram ecclesiam filiã duplici ratione. Vna est, quasi loquens Dauid in persona sua: quia sicut inquantum adhæremus Christo filio Abrahæ, sumus filii Abrahæ

ita & filii Dauid cuius filius est Christus. Vel loquitur in persona apostolorum, ex quibus sumus propagati in Christo Iesu per euangelium. Dicit itaque [Audi filia] Iacobi 1. Sit omnis homo velox ad audiendum scilicet euangeliũ, uel verbum Christi. Luc. 11. Beati qui audiunt verbum dei. Vel scripturam prophetarum, vt credant Christo. Esaiæ. 53. Quis credidit auditui nostro? Et [vide] per fidem hic, sed in futuro videbis p speciem 1. Cor. 13. Videmus nunc &c. Vel vide Christum natũ Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, Io. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis [Inclina aurem tuam] scilicet per humilitatem vt obedias. Eccl. 6. Si inclinaueris aurem tuam excipies doctrinam. [Obliuiscere populum tuum] Monitio imaginaria, quòd hæc regina venerit ad Dauid, vel Salomonem ex populo alieno. Et ideo monetur vt memor sit sui. Et hoc competit ecclesiæ quæ vocata est ad Christum ex alieno populo, vel Iudæorum, vel gentilium, quia secundum August. Nemo potest venire ad vitam nouam Christi nisi pæniteat eum veteris vitæ, scilicet peccati. Et ideo dicit [Obliuiscere populum tuum] Psalm. 77. Transierunt de gente in gentem & de regno ad populum alterum [Et domum patris tui] scilicet diaboli. Ioa. 8. Vos ex patre diabolo estis. Ezec. 16. Pater tuus Amorhæus. Vel peccati, vel carnalis affectus. Gen. 41. Obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Et hoc signat. Deuter. 21. de puella captiuorum, quæ debet radi & debet plorare patrẽ & matrem sicut mortuum [Et concupiscet rex decorem tuum] Hic promittit ipsi sponsæ gratiositatem regis. Primo, a rege, & hoc est amoris. Secundo, a populo, & hoc est honoris, ibi [Vultum tuum deprecabuntur] Repromittit ergo regis amorem, & ostendit regis dignitatem. Dicit ergo. Si obliuisceris populum tuum & donum patris tui, ex hoc acquires decorem spiritualẽ. Psal. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ. Et hic decor concupiscitur a sponso spirituali: propterea dicit [Et concupiscet rex decorem tuum] Et hic decor est pulchritudo iustitiæ. Hier. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ [Concupiscet] idest delectabitur in eo. Esa. 62. Quia complacuit dominus in te. Et hoc est desiderandum, quia iste rex est magnus in potestate, in natura, in honore: primũ habet quia rex: ideo est dominus. Psa. 99. Scitote quoniam ipse est dominus. Secundum, quia ipse est deus. Psal. 95. Quoniam deus magnus dominus. Tertium, quia adorabunt eum scilicet remoti, & omnes populi totius mundi. Psal. 85. Omnes gentes quascumque fecisti, venient & adorabunt coram te domine. Soph. 2. Adorabunt eum omnes viri de loco suo, omnes insulæ gentium. Item adorabunt eum propinqui [quia filii Tyri in muneribus] quia scilicet Tyrus est vicina terræ promissionis. Vnde [Filiæ] idest habitatores terræ illius, [vultum tuum deprecabuntur] idest subdentur tibi, cum muneribus: quia hoc impletum est quando mulier Chananæa egressa a finibus Tyri, venit ad Iesum. Matt. 15. Vel vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis] idest viri qui sunt in Tyro. Tyrus interpretatur angustia: vnde omnes qui sunt in agustia deprecabuntur te · ad literam, omnes veniebant ad Christum. Lucæ. 4. Cum sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos variis languoribus &c. Esa. 26. Domine in angustia requisierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis [Et offerent munera] idest seipsos. Vel eleemosinas. Esa. 19. Vota vouebunt domino & soluent [Omnis gloria]

i ¶Supra psalmus commendauit sponsam a decore: hic autem commendat eam, quantum ad gloriam & intrinsecus & extrinsecus. Primum, facit cum dicit [Omnis gloria eius. Ly eius, superfluit: vnde construitur expositiue eius scilicet [filiæ regis ab intus] & hoc tripliciter. Primo, quia in interiori cõsciẽtia nõ in exteriori fama hominũ sicut est fama pctõrum 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testimoniũ cõsciẽtiæ nostræ. Scdo, in interiori iustitia non in exteriori obseruantia, sicut in veteri testamento. Ro. 2. Circuncisio cordis, non carnis, in spiritu, non in litera: cuius laus non est ex hominibus, sed ex deo. Tertio, quæ est in spe ęterna, quæ est interna, non in spe temporalium quæ est extra. Matth. 5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: sed cum facis eleemosinam &c. Secũdum facit cum dicit [In fimbriis aureis] per has fimbrias intelligitur doctrina ecclesiæ. Exod. 28. vbi dominus mãdat quòd in fimbriis vestimenti sacerdotis essent tintinnabula, quorum sonus audiretur. Per sonum ergo doctri-

domum patris tui. Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eum. Et filiæ Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur: omnes diuites plebis.

i ¶Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

K ¶Adducẽtur regni virgines post eam: proximæ eius afferentur tibi. Afferẽtur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

l ¶Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constituens eos principes su per omnem terram. Memores erũt nominis tui domine: in omni generatione & generatione. G Propterea populi confitebuntur tibi: in æternum & in sæculum sæculi.

F na designat: ergo in doctrina diuinæ sapientiæ q̃ per aurũ designatur, est magna gloria, & tñ est [circũamicta varietate] .i. ornata & vestita aliis linguis, i. varis modis docendi, tamen eandem veritatem sonant. Act. 2. Loquebantur variis linguis apostoli &c. Vel aliter [In fimbriis aureis] & hoc refertur ad interiorem mundiciam & ornatum virtutum [circumamicta] ad exteriorem, quasi dicat. Omnis gloria abintus: & hęc duo pręcipue sunt in fimbriis aureis. Et propter hoc intelligitur finis vitæ quantũ ad totam ecclesiam, vel ad totum hominem, quia fimbriæ sunt extremæ in vestimento: & non dicit deauratæ, sed qa sunt aureæ. Glos. enim dicit, quòd illi qui inuenientur in fine mundi erunt perfecti & sancti. Item homo quandiu proficit est quasi deauratus, sed quando erit in fine, tunc erit totus repletus charitate. Prou. 4. Iustorum semita, quasi lux splendens crescit, & proficit vsque ad perfectum diem: & dicit [Circumamicta varietate] exteriori scilicet diuersarum gentium, vel diuersarum gratiarum & virtutum [Adducentur]

k ¶Hic commendatur a societate. Et circa hoc, tria facit. Primo enim describitur eius societas. Secundo, quomodo ad eius societatem perueniatur, ibi [Offerentur] Tertio, quando hæc societas, vel vbi terminetur, ibi [Adducentur] Hieron. habet aliter. [Omnis gloria filiæ regis a perfasciis aureis vestita] Et hic est H punctus, quasi dicat: habet vestimentũ fasciis aureis. Et post in varietate cum aliis &c. adducentur &c. In Hebræo aliter [Præ inclusione auri vestimenta] idest circumamicta. Et post. In super cum subtilibus quę sunt plumariæ quæ eam attingunt adducẽtur, sic indutæ. Et duo numerat, virgines, & proximæ. Et si accipiant easdem esse, sic est sensus. Virgines interius, scilicet fideles animæ non corruptæ per peccatnm [Adducentur regi] scilicet Christo qui est rex regum. Adducentur dico, quia non p se venient. Ioan. 6. Nemo venit ad me &c. & ideo dicit. Cant. 1. Trahe me post te, sed adducẽtur post eã, s. vniuersalẽ ecclesiã, qa nullus veniet nec adducetur ad Christum nisi sequatur doctrinam ecclesiasticam. Vel [post eam] idest post Beatam Virginem: quia ad Christum eius virgines adducentur ad seruandam castitatem & ad exercitium aliarum virtutum. Et hæ sunt proximæ eius, scilicet vel ecclesiæ, vel Beatę Virginis, & hæ afferentur. De illis dicit [Adducentur] quia leuius conuertentur ad Christum. De istis dicit [Afferentur] quia importunius trahuntur. 2. Thim. 4. Insta opportune. Si vero accipiantur vt diuersæ, sic p I virgines intelliguntur perfecti: & isti adducũtur, quasi per se ire valentes. Psal. 77. Eduxit populum suum in exultatione: & electos suos in lætitia: quia [Afferẽtur in lætitia] interiori [& exultatione] exteriori. Christo enim voluntarie se obtulerunt. Psa. 53. Voluntariæ sacrificabo tibi. Vel offerentur ab angelis in cælum. Luc. 16. Factum est vt moreretur &c. & quo afferentur? [In templum regis] Vbi manifestum est, quòd loquitur de rege Christo deo, quia dicit [templum] quasi dicat, Vt ipsi sint templum regis. 1. Corin. 3. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Vel ut in templo dei contemplentur: idest vt vacent deo. Nam ad hoc ordinatur consortium virginum, vt vacent deo. 1. Corin. 7. Quæ nupta est mulier cogitat quomodo placeat viro, Quæ autem inupta cogitat quomodo placeat deo [Pro patribus tuis nati sunt tibi filii]

l ¶Hic commendat eam a prole. Circa quam quatuor ponit, scilicet prolis origenem, dignitatem, officium, & fructum. Dicit ergo [Pro patribus tuis nati sunt tibi filii] Filii ecclesiæ primi K tiuæ sunt apostoli & eorum successores. Filii dicuntur esse nati ecclesię per doctrinam Christi sponsi eius, & alii per doctrinam apostolorum, & alii filii aliorum prædicantium. Et ideo non est inconueniens quòd idem sint filii & patres: quia apostoli ipsi sunt patres eorum, quos conuerterunt 1. Cor. 4. In Christo Iesu ego vos genui. Alii etiam sunt patres & filii. Isti ergo filii sunt nati ecclesiæ. Filii apostoli & alii sancti viri, & doctores. Vel patres boni fuerunt prophetæ. Eccl. 44. Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros. Et loco istorum nati sunt ecclesiæ filii qui funguntur dignitate illorum, & sic patet, proles & origo sponsæ. Sequitur dignitas [Constitues eos pricipes super omnem terram] idest primo capientes, primum capies. Isti ergo principes dicuntur, quia primi dona Spiritussancti acceperunt. Roma. 8. Non solum autem illi, sed nosipsi primitias spiritus habentes: tempore prius, ceteris abundantius, dicit glo. Vnde sicut Beatæ Virgini nulla

nulla mulier comparatur, ita nec aliquis sanctus potest apostolis comparari, nec adæquari. Item, dicuntur principes, quia fuerunt & sunt ecclesias gubernantes. Item, quia primi post Christum doctores nostri fuerunt. Psa. 67. Præuenerunt principes &c. Isti sunt diligendi. Iudith. 5. Cor vestrum diligit principes Israel. Istos constitues principes, qui non sunt per seipsos constituti, sed per Christum. Ioan. 15. Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos &c. Itẽ alii prælati constituuntur per summum Pontificem. Hebr. 5. Nemo assumat sibi honorem. Et non in aliqua parte, sed super omnem terram. Psalm. 18. In omnem terram exiuit sonus eorũ &c. Et nimis honorati sunt &c. 138. Et hoc specialiter conuenit Petro & Paulo. Nam Petrus obtinuit principatum vniuersalem ecclesiæ. Ioan. 21. Pasce oues meas. Paulus super totum mundum, quantum ad gentes gentiles. Esa. 49. Posui te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et hoc etiam dicit ipse. Act. 13. [Memores erunt nominis tui domine] Hic ponitur officium apostolorum, quod est prædicare nomen dei. Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ: & ideo dicit [Memores erunt] idest faciẽt habere memoriam [nominis tui in omni generatione] Quantum ad locum, quia in omni parte mundi [& generatione] Quantum ad tempus, quia cælum & terra transibunt &c. Mar. vlt. Ecce ego vobiscum sum &c. [propterea populi] Hic ponitur fructus, qui est, quia omnes populi confitebuntur tibi Christo: & dicit [populi] quia non solum vnus populus, sed omnes. Psal. 66. Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Philip. 2. Omnis lingua confiteatur, quia &c. Isti confitebuntur tibi in æternum. In græco, idem est æternum quòd sæculum, uel euum. vnde glo. In æternum scilicet præsentis sæculi [& in sæculum sæculi] idest in futuro. Et hæc memoria durabit in æternum. Esa. 35. Gaudium & lætitiã obtinebunt. Alia litera habet [Memor ero nominis tui &c.] Et hæc est melior: & tunc refertur ad fructum apostolorum, & erit vox populi cõuersi q. d. Dico q constitues eos principes: & ego populus Christianus memor ero nominis tui &c. in quo designatur fides, quæ est in corde, & post laus quæ est post fidem. Et hic psalmus cantatur in festo natalis domini, propter sponsi laudem quæ tangitur. Item cantatur in festis virginis, ptopter eius laudem quæ tangitur. D De primo, ibi [Speciosus] De secundo, ibi [Astitit regina] Item cantatur in festiuitatibus virginum, quia [Adducentur] Item, in festis apostolorum [Pro patribus tuis]

IN FINEM FILIIS CORE

PRO ARCHANIS

PSAL. XLV.

Deus noster refugiũ & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt nos B nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

b ¶Sonuerunt & turbatæ sunt aquę eorum: conturbati sunt mõtes in fortitudine eius.

c ¶Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

a PSAL. XLV.

POSTQVAM psalmista petiit diuinum auxilium contra aduersa quæ patitur ab hostibus, cum dixit [Deus auribus] & vt iam exauditus ostendit gloriam regis, dicens. [Eructauit] hic autem exauditus pro populo, ostendit beneficium datũ populo. Et sicut per præcedentem psalmum gloria Christi designatur, ita in hoc psalmo designãtur beneficia exhibita fidelib' Christi. Vnde in titulo hoc etiam designatur: & est duplex litera [In finem psalmus Dauid pro archanis] Archana quæ sunt a principio sunt abscondita, scilicet quòd filius dei factus est homo, quòd deus moriatur, quòd gentes conuertantur ad Christum. Ista fuerunt secretissima. Esa. 24. Secretum meum mihi. Ephe. 3. Aliis filiis hominum non est agnitum. Et hæc sunt reuelata per Chri- E stum. Matth. 13. Eructabo abscondita. Iob. 28. Abscondita pduxit in lucem. Hic ergo psalmus tendens in finem idest in Christum est Dauid pro archanis, i. ad archanorum manifestationem: alia litera habet [pro filiis Core] Pro Core qui interpretatur caluaria intelligitur crux Christi. Hic ergo psalmus attribuitur fidelibus crucis Christi pro reuelatione archanorum, Hieronym. habet. [Pro viuentibus] Agit enim hic de tribulatione, & conseruatione in eis. Est ergo pro viuentibus idest pro his, qui seruãtur in vita, & qui seruantur auxilio dei dicuntur esse in abscondito. Psal. 30. Protexit me in abscondito faciei suæ, a conturbatione hominum. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes. Primo, agit de auxilio diuino contra tribulationes. Secundo, agit de pace post tribulationes concessa, ibi [Venite & videte] Circa primum, duo facit. Primo, præmittit causam horum beneficiorum. Secundo, exponit mala & beneficia data contra mala, ibi [Sonuerunt] Circa primum, duo facit. Primo, ponit auxilium dei contra tribulationes præteritas. Secundo, ponit fiduciã conceptam de futuris, ibi [Propterea non timebimus] Circa primũ

A tria facit. Primo, tangit dei auxilium. Secundo, tribulationẽ contra quam diuinum auxilium datur. Si aliquis vult subuenire afflicto, hoc facit tripliciter. Ptimo, vt ipsum fugientem recipiat: & hoc est parum. Secundo, vt assistat ei in tribulatione posito. Tertio, vt ei auxilium exterius præbeat. Et hæc tria de' facit qui est refugiũ: & ideo dicit [Deus noster refugiũ] Pro. 18. Turris fortissima nomen nomini. Item pugnantes, & afflictos adiuuat, & fortificat: ideo dicit [virtus] Esa. 40. Qui dat lasso virtutem. Itẽ adiuuat exterius p se & p alios: vnde dicit [Adiutor] Psal. 9. Adiutor in opportunitatibus. Hoc auxilium est necessarium [in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis] Hæ tribulationes sunt & spirituales, & corporales. Spirituales sunt peccata: & hæ inueniunt homines nimis, quia dolor pænitentiæ maximus est inter omnes dolores. Psal. 37. Afflictus sum & humiliatus sum nimis. Et in hac tribulatione Christus est refugium: quia in eo consolatur & ab ipso roboratur & iuuatur homo. Corporales fuerunt in primitiua ecclesia sanctis. 2. Cor. 1. Grauati sumus supra modum: & ideo dicit [nimis] Hieron. habet [Auxilium inuentum est in tribulationibus validum] Et sic ly nimis, refertur ad adiutorium diuinum [Propterea non timebimus] Psal. 26. Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? quasi dicat. Nullum timebo. Et merito, quia ip C se est [Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis] adiuuat, ostendit quæ sunt timenda. Duo autem sunt timenda, scilicet generalis tribulatio, & oppressio magnorum. Generalis tribulatio est, quando omnes trucidantur. Alia est, quando principes capiuntur. In his habet locum timor: Sed [ego non timebo dum turbabitur terra] idest si totus populus tribuletur [& ransferentur montes in cor maris] Nec timebo etiam si magni capiantur. Sed mystice per terram quæ solida est intelligit Iudæa quæ solida fuit in cognitione vnius dei, & fixa, & cingebatur gentibus sicut terra circundatur mari. Et cingitur aquis. Esa. 1. Terra vestra deserta: & sic signat persecutionem quam fideles passi sunt a Iudæis, quasi dicat. Non timebo dum turbabitur Iudæa per prædicationem Christi. Matth. 2. Audiens hoc Hærodes turbatus est &c. Et [non timebo] quia [montes] idest apostoli tranferent se ad gẽtes. Act. 13. Ecce conuertimur ad gentes [in cor maris] idest in dilatationem gentium: quia gentes habuerunt apostolos in magna reuerentia. Vel [in cor maris] idest vsque ad profunda, & extrema terræ. Act. 22. Ad nationes longe mittam te [Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ]

b ¶Hic ostendit quæ sint istæ tribulationes. Et primo, proponit eas in methaphora. Secundo, exponit. Dicit ergo [Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum] Secundum Hierony. [aquæ eius] Et hæc est melior litera: & est sensus [transferẽtur in cor maris aquæ eius] idest maris scilicet populi [sonuerunt] propter iracundiam contra nos. Psal. 87. Omnes fluctus tuos &c. Sed [mõtes] idest principes sicut Nero & alii [conturbati sunt in fortitudine eius] scilicet dei: quia ex hac fortitudine etiam ipsi montes turbati sunt. Hebr. habet [in superbia sua] Mystice loquitur sic [Sonuerunt montes] idest apostoli, qui montes dicuntur [turbatæ sunt aquæ] idest populi gentilium ad sonum montium, idest ad prædicationem apostolorum. Aquæ signant sapientiam, quasi dicat. Aquæ idest prophetiæ gentilium sunt turbatæ 1. Corin. 1. Perdam sapientiam sapientium &c. Vel [montes] idest apostoli [turbati sunt] scilicet exterius per tribulationes [in fortitudine] maris.

¶Sed videtur contrarium dicere alibi. Iustus non conturbabitur. Psal. 36.

¶Sed dicendum, quòd verum est, interius: quia non contristabit iustum quicquid ei acciderit [Fluminis]

c ¶Sub quadam similitudine posuit tribulationes, quas sancti sustinuerunt: hic autem sub alia similitudine proponit diuinam consolationem, quantum ad duo: scilicet quantum ad effluentiã diuinæ gratiæ, & quantum ad solatium diuinæ præsentiæ, ibi [deus in medio eius] Et sicut tribulatio exprimitur sub similitudine aquarum sonantium & turbatarum, ita consolatio exprimitur sub similitudine fluminis quod signat gratiam propter aquæ abundantiam, quia in gratia est abundantia donorum. Psal. 64. Flumen dei repletum est aquis. Et quia deriuatur a principio scilicet fonte, sed non fons a flumine, quia fons est in suo principio, & Spiritussanctus est a patre & filio. Apoc. vlt. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splẽdidum sicut chrystallum, procedentem

tem a sede dei & agni. Item, quia fluuius mouet arenam & lapides, sic spiritus sanctus mouet eor ad opus. Ioan. 7. Flumina de ventre eius &c. Sed aliqui sunt fluuii, qui habent tardum motum: non est talis iste, quia est festinus: vnde dicit [Impetus fluminis] Et hoc refertur ad duo, Primo, quia Spiritussanctus gratia perfundit subito cor. Act. 2. Factus est repente de cælo sonus &c. Alio modo, quia Spiritussanctus impetu amoris mouet cor. Esa. 56. Cum venerit quasi fluuius violentus. Roma. 8. Qui spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. Cant. 4. Fons hortorũ &c. quæ fluũt impetu de Libano. Hier. habet [Fluminis diuisiones] Et hæ sunt Spiritussancti: quia, Diuisiones gratiarum sunt 1. Cor. 12. Effectus est duplex. Iucunditatis est vnus: & hoc designat cum dicit [lætificat ciuitatem dei] Et hoc manifestatur ex authoritate sacræ scripturæ, quæ dicit, Rom. 14. Regnum dei non est esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritusancto. Gala. 5. Fructus spiritus est pax, gaudium &c. Et quia facit amare deum. Et in hoc amore semper est iucunditas, quia quilibet delectatur in præsentia amati, & qui diligit deum habet deum præsentem. Ioa. 4. Qui manet in charitate &c. Hæc ciuitas est ecclesia. Psa. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei &c. Tria sunt in ista ciuitate, quæ sunt de eius ratione. Primum est, quòd sit ibi multitudo liberorum: quia si est ibi vnus, vel pauci, non est ciuitas. Et similiter si sunt serui. Et hoc maxime inuenitur in ecclesia. Gal. 4. Non sumus ancillæ filii, sed liberæ. Secundum est, quòd habeant sufficientiam per se. In vico enim non inueniuntur omnia necessaria vitæ humanæ sanis & infirmis. Sed in ciuitate oportet inuenire omnia necessaria ad vitam. Et hæc sufficientia est in ecclesia: quia quicquid necessarium est ad vitã spiritualem, inuenitur in ea. Psalm. 64. Replebimur in bonis domus tuæ. Tertium est, vnitas ciuium: quia ad hoc scilicet ab vnitate ciuium ciuitas nominatur: quia ciuitas quasi ciuium vnitas. Et hæc est in ecclesia. Ioan. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Hæc ergo ciuitas lætificatur per gratiam Spiritussancti in eam descendentem. Tertius effectus est, sanctitatis: vnde dicit [sanctificauit tabernaculum suum altissimus] Hoc tabernaculum uno modo, est ipsa ciuitas. In ciuitate habitant quiescentes: in tabernaculo militans Ecclesia quæ hic habet pacem scilicet ex deo: & tamen patitur inquietem a mundo. Ioan. 17. In mundo pressuram habebitis: in me autem pacem. Et iõ propter primum dicitur ciuitas: propter secundum, dicitur tabernaculum: hoc ergo sanctificauit altissimus per proprium sanguinem. Hebræ. vltimo. Iesus vt sanctificaretur per suum sanguinem &c. Item, per sacramenta in quibus operatur virtus sanguinis Christi 1. Corint. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis. Vel aliter. In ciuitate & in exercitu est principale tabernaculum regis, vel ducis, ita in hac ciuitate idest ecclesia principale tabernaculum est corpus Christi. Et corpus tabernaculum dicitur 2. Pet. 1. Sciens quòd velox est depositio tabernaculi mei. Et sic corpus Christi est tabernaculum, quia in eo est tota plenitudo diuinitatis. Hoc tabernaculum sanctificauit altissimus. Non quòd aliquando non fuerit sanctus, sed quia in ipsa conceptione sanctum ipse formauit: quod fuit singulare in Christo [Deus in medio eius]

d ¶Hic ponitur consolatio ex præsentia. Et primo, ponitur beneficium huius præsentiæ. Secundo effectus, ibi [non commouebitur] Dicit ergo [Deus in medio] scilicet ecclesiæ 1. Cor. 14. Vere protestãs quòd deus est in verbis. Et dicit [in medio] vt ostẽdat quòd non est acceptor personarum, vt dicitur Act. 10. & Ephe. 6. Medium autem dicitur quod æqualiter distat ab extremis. Et deus quantum est in se æqualiter se habet ad omnes. Lu. 24. Stetit Iesus in medio discipulorũ. Gen. 2. Lignum vitæ erat in medio paradisi. Vel ideo dicit [in medio] quia cor dicitur esse in medio hominis. Quia ergo habitat in cordibus nostris, ideo dicitur esse in medio. Effectus est duplex. Stabilitas contra mala, & firmitas ad bona. Dicit ergo [Quia deus est in medio eius] scilicet istius ciuitatis [non commouebitur] idest firma reddetur & stabilis. Psalm. 124. Qui confidunt &c. Matth. 16. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Quantum ad secundum dicit [adiuuabit eam deus] quod non solum oportet, quòd detur stabilitas contra mala, sed auxilium ad bona implendo. Dicit ergo [Adiuuabit eam deus] idest ecclesiam [mane diluculo] Per mane intelligitur principium boni operis. Quidam dicunt, quòd principium boni est a naturali principio, sed finis & consumatio est a deo. Sed contra est, quod hic dicit quòd [mane] idest ab exordio boni operis: vnũ exordiũ boni operis ex parte intellectus est cogitatio, aliud ex parte volũtatis, & hæc duo sunt a deo, quia Nõ sufficiẽtes sumus cogitare aliq̃d a nobis: vt Apost. dicit 2. Cor. 3. sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Itẽ in ipso est velle & pficere, vt ibidem Apostolus dcit, Phil. 2. Et per hoc quod additur [diluculo] designat quòd ecclesia iuuatur per spiritualem illuminationem Spiritussancti. Esa. 60. Surge illuminare &c. Alia litera habet [vultu suo] & hoc refertur vel ad statum præsentem, & sic signat præsentiã auxilii eiº quasi principaliter ei subueniẽtis, secũdum illud Psalm. 39. Ostende nobis domine faciẽ tuam, & salui erimº. vel ad statum futurum, quasi dicat. Modo est in medio eius. Et permittit eam conquassari, sed in futuro prebebit ei auxiliũ aspectu vultus sui. Psalm. 20. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. In Hebræo est talis litera. Et si pro eodem accipiatur mane, & diluculo, scilicet considerationis diluculi, quia optima est ad contemplamdum hora matutina. Psalm. 5. Mane astabo tibi. Itẽ in matutinis meditabor in te: quasi dicat [Adiuuabit eã deus vultu suo] idest in cõtemplatione suæ altitudinis. Et possunt hæc referri ad Beatam Virginem, quia ipsa est ciuitas, in ipsa habitauit, ipsam fluminis impetus scilicet Spiritussanctus lætificauit. ipsam sanctificauit in vtero matris suæ postquàm formatum fuit corpus & creata anima. Tunc primo, operuit gloria domini tabernaculum, vt dicitur. Exod. 40. Et est alia sanctificatio Beatæ Virginis & aliorum sanctorum: quia alii sic sanctificati fuerunt quòd numquam mortaliter peccauerunt, tamen venialiter sic. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. Beata autem virgo nec mortaliter nec venialiter vmquàm peccauit. Cant. 5. Tota pulcra es amica mea &c. Et ideo dicit [non commouebitur] nec veniali peccato. Et ideo dicit [adiuuabit eã deus mane diluculo] idest adhuc ea existente in vtero. Et hoc est qd dicit, quòd auxiliatus est ei dominus in ipso ortu matutino.

[Conturbatæ sunt gentes]

e ¶Supra psalmus posuit afflictionem aliorum & consolationẽ propriam sub similitudine: hic autem exponit primo, quod dictum est de afflictione: secundo, de consolatione, ibi [Dominus virtutum] & ordinate exponit omnia. Supra loquens de tribulatione, dicit [Sonuerunt & turbatæ sunt] vbi tetigit turbationẽ & causam [in fortitudine] Item turbationem aquæ: & hoc exponit cum dicit [conturbatæ sunt gentes] Apoc. 17. Aquæ multæ, populi multi [conturbati sunt] in malo, quia insanierunt contra Christum. Vel in bono: quia qui ad bonum conuertitur sentit afflictionem propter consuetudinem præteritam. Item, turbati sunt montes. Et hoc dicit [Inclinata sunt regna] idest reges terræ hum liati sunt ad fidem Christi. Esa. 49. Vultu in terram demisso adorabunt te. Et causam exponit, cum dicit [Dedit vocem suam] Supra dixit [in fortitudine] In veteri autem testamento dicit [dedit vocem] sed per prophetas, sed postea per seipsum. Psa. 17. Intonuit de cælo &c. Can. 2. Sonet vox tua &c. Ad hãc vocem [mota est terra] Primo, Iudeæ: postea tota terra vniuersaliter. Esa. 24. Commotione commouebitur terra. Quidam autem commoti sunt in malum per vocem Christi, sicut pharisei & alii multi. Quidam in bonum sicut apostoli, & qui conuersi sunt ad fidem [Dominus virtutum]

f ¶Hic exponit quod dicit de consolatione, scilicet quod dicit [Deus in medio eius] Et describit deum adiuuantem, & eius præsentiam, & eius auxilium. Deum describit dupliciter: quia dominum virtutum, quia dominatur non solum creaturis inferioribus, sed etiam virtutibus cælestibus. Non erat sufficiens homini quòd mitterentur angeli quos misit ad dationem veteris testamenti, sed oportebat quòd ipse ventret, vt innotescat, quòd anima hominis est tantæ excellentiæ quòd non nisi in deo virtutum potest beatificari. Psal 79. Domine virtutum respice & vide &c. Et est nobiscum. Primo, per carnis similitudinem. Phil. 2. In similitudinem hominum factus. Item, per familiarem conuersationem. Baruc. 3. Post hæc in terris visus est &c. Item, per gratiam inhabitans nos. Ephes. 3. Inhabitare Christum per fidem &c. Et ideo dicitur Emanuel, idest nobiscum deus [susceptor noster deus Iacob] Hic ostendit auxilium quod habet a deo, quia ipse susceptor noster est qui suscepit nos in suam curam. Psal. 3. Tu autem domine susceptor meus es. Vel ostendit quomodo sit nobiscum, quia scilicet suscepit nostram naturam. Hebr. 2. Nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Ideo dicitur [deus Iacob] Deus virtutum dicitur propter gentiles ne credant quòd non habeamus alium deum quàm ipsi. Hebr. 2. Non confunditur vocare eos fratres &c. [Venite & videte opera]

g ¶Hic ex primit tranquillitatem subsequentem: & facit tria. Primo, excitat attentionem. Secundo, proponit tranquillitatem. Et tertio, inducit conclusionem. Primo ergo inducit in considerationẽ diuinorum operum. Et ideo dicit [Venite] per fidem 2. Cor. 5. Per fidem ambulamus [& videte] per studium & diligentiam

d ¶Deº in medio eiº nõ cõmouebit: adiuuabit eã deus mane diluculo.
e ¶Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra.
f ¶Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster, deus Iacob.
g ¶Venite & videte opera domini,

tiam. Matth. 11. Venite ad me omnes &c. [& videte] idest considerate [opera domini] Esa. 5. Opus domini non respexistis. Dicitur peccatoribus. Psal. 108. Mirabilia opera tua &c. [quæ posuit prodigia super terram] Hæc opera sunt prodigia, quæ pretendunt aliquid in futurum. Et mirabilia quæ tempore Christi fuerunt: siue circa mortem Christi, siue in vita que fecit: quę omnia fuerunt signa alicuius futuri. Et sunt [super terram] dicit super omnem naturalem virtutẽ. Et quæ sunt ostendit [auferens bella] Primo, fuit opus pacis. Secũdo, ostendit magnitudinem operis huius. Tertio, vtilitatem [astulit bella] quia in tempore natiuitatis Christi in toto mundo facta est pax. Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Psal. 75. Ibi confregit potentias. Et hæc significabant pacem quam venit facere Christus inter deum & humanam naturam. Magnitudo pacis ostenditur quantum ad locum, quia [vsque ad finem terræ] qa fuit quasi vniuersalis pax. Ad literam tempore natiuitatis Christi: quia iam quiescentibus bellis ciuilibus, Octauianus dominabatur toti mundo. Et hæc pax prætendebat quòd pax Christi deriuari debebat in omnibus hominibus. Luc. 2. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus. Secundo, quantum ad tempus: quia diuturna. Et hanc diuturnitatem describit: quia si homo timet bellum, conseruat arma. Et ideo dicit [Arcum conteret & confringet arma] quasi dicat. Tandiu durabit pax, quòd omnes tradent obliuioni arma: quia illa pax diu durabit. Esa. 2. Cõflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Et describit arma impugnationis quæ a remotis percutiunt: vnde dicit [Arcum conteret] Osee. 1. Conteram arcum Israel in valle Iezrael. Et quæ de prope: & hic est gladius & lancea. Itẽ describit arma defensionis: quia [scuta comburet igni] Et hæc significabant perpetuitatem pacis fiendæ per Christum. Esa. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis [Conteret arcum] idest dolosas machinationes. Psal. 36. Arcus eorum cõfringatur [& confringet arma] idest manifestas insidias. Lucæ. 11. Cum fortis armatus &c. [comburet igni] idest obstinatarum mentium defensiones, quibus nituntur resistere diuinæ voluntati. Iob. 41. Corpus eius sicut scuta fusilia & compactum squamis se se præmentibus. Hæc comburet igne Spiritussancti, qui dissoluit duritiam cordium. Luc. 12. Ignem veni mittere in terram [Vacate & videte]

h ¶Hic finis est pacis. Finis pacis temporalis secundum Philosophum est contemplatio veritatis. Vnde pax est vtilis finis vitæ actiuæ: & pax ordinatur ad contemplationem. Et secundum Augustinum, Christus procurauit pacem Romani imperii, vt apostoli discurrerent per totũ mundum. Et ideo dicit ex quo est tanta pax [Vacate & videte] Vnde patet quòd deus dat pacem, vt non vacent malis operibus, sed contẽplationi veritatis 1. Cor. 7. Vt vacetis orationi. Eccl. 39. Et in prophetis vacabit [Videte] dicit duo, quòd Christus est verus deus. Secundo, quòd eius fides debeat diuulgari per totum mundum. Quantum ad primum, dicit quòd sit deus. Deut. 32. Videte quòd ego sim solus, & non sit alius præter me. Quantum ad secundum [exaltabor in gentibus] idest demonstrabor altus in fide gentium: Mala. 1. Ab ortu solis &c. Et ponit hoc iterato [exaltabor in terra] scilicet Iudæorum, quæ dicitur terra propter stabilitatem. Rom. 11. Donec plenitudo gentium intrauerit, & sic omnis Israel salus erit. Ostendit ex his magnitudinem dei cum dicit [Deus virtutum nobiscum] quasi dicat. Et his operibus dei magnis tunc ostensis possumus dicere, quòd dominus virtutum est nobiscum. Et hoc expositum est supra.

quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.
h ¶Vacate & videte, quoniam ego sum deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Dns virtutũ nobiscũ: susceptor noster deº Iacob.

IN FINEM PRO FILIIS CORE.

PSAL. XLVI.

Mnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.
b ¶Quoniam dominus excelsus terribilis: rex magnus super omnem terram. Subiecit populos nobis: & gẽtes sub pedibº nostris.
c ¶Elegit nobis hęreditatem suam: speciem Iacob quem dilexit. Ascendit deus in iubilo: & dominus in vocem tubæ. Psallite deo nostro, psallite: psallite regi nr̃o, psallite.

a PSAL. XLVI.

IN præcedentibus psalmis psalmista exposuit gloriam regis & regni. Hic autem exhortatur gentes alienigenas, vt conuertantur ad deum. Et primo, hortatur ad dei laudem. Secundo, ad spem de deo habendam. Tertio, docet eam cultum diuinum. Secundum incipit, ibi [Audite hæc] Tertium, ibi [Deus deorum] Titulus est manifestus, quia est oppositus supra [In finem pro filiis Core psalmus Dauid] Circa primũ, duo facit. Primo, exhortatur omnes gentes ad laudem dei. Secundo, ponitur materia laudis, ibi, [Magnus dominus] Circa primum, tria facit. Primo enim, ponit imitationem ad laudem dei. Secundo, causam ibi [Quoniam dominus excelsus] Tertio, manifestat hanc causam, ibi [Ascendit deus] Laus dei procedere debet ex iucunditate cordis, sicut eriã est in patria. Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenitur in ea. Hæc lætitia cordis ostenditur per signum exterius, facti vel verbi. Primo ergo inducit ad laudem, quantũ ad facta. Secundo, quãtum ad verba. Dicit ergo [Omnes gentes] quasi dicat, nobis tot bona fecit deus, ergo laudate eum facto. [plaudite manibus] Plausio manuum fit in signum exultationis. Hier. 5. Sacerdotes applaudebãt suis, quasi dicat [Plaudite] idest exultationẽ cordis ostendite per plausum manuum. Et hoc fit, quando exterius operatur homo seruitia dei cum iucunditate. Psal. 99. Seruite domino in lætitia Esa. 55. Omnia lingua regionum plaudent manu: idest omnes populi plaudent. Item, Laudate eum in verbo: vnde dicit [Iubilate deo in voce exultationis] idest in voce exteriori demonstrante interiorem affectum. Glo. Iubilus est ineffabile gaudium, quod nec taceri potest, sed non potest exprimi, quia excedit comprehensionẽ. Et talis est bonitas dei quæ non potest exprimi: & si exprimatur, imperfecte tamen exprimitur. Et ideo dicebat Hier. 1. A, a, a, ecce nescio loqui. Et hunc iubilum signat ecclesia, quando in eadem dictione multiplicat notas. Psal. 65. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite &c. [Quoniam dominus]

b ¶Hic ponitur causa laudis, & bona quæ prouenium ex imagnitudine dei. Et primo, ponitur magnitudo dei. Secundo, magnitudis signum. Magnitudo dei commendatur dupliciter. Primo, per altitudinem potestatis. Secundo, per maiestatem dominationis. Dicit ergo. Laudandus est deus propter altitudinem suæ naturæ, quia dominus excelsus. Psal. 112. Excelsus super omnes gentes dominus &c. Et quia excelsa sunt nobis remota, posset aliquis credere quòd non esset timendus nec haberet prouidentiam de nobis, sicut aliqui stulti dixerunt, in quorum persona dicitur. Iob. 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. Et ideo dicebat. Quantum in te euacuasti timorẽ. Sed non est ita. Iste est excelsus, quia est terribilis, quia omnia prospicit, omnia punit. Item timendus est propter eius dominium, quia [rex magnus super omnem terram] Psal. 23. Domini est terra &c. Magnus est vniuersalitate dominii, quia regnum omnium sæculorum. Item, duratione, quia in æternum. Item authoritate, quia rex omnium regum. Signum magnitudinis huius regis sumitur ex his, quæ in nobis fecit, & hæc sunt beneficia dei. Primo, in subiectione aliorum. Secundo, in collatione bonorum. Dicit ergo [Subiecit populos nobis] Hæc sunt verba ecclesiæ, cui etiam temporaliter sui inimici subiiciuntur. Augustinus in glo. Quanti enim modo currunt ad ecclesiã nõdum christiani, rogant auxilium ecclesiæ, subiuenire sibi temporaliter volunt, etiam si nobiscum in æternum regnare adhuc nolunt? Item, vt sint verba apostolorum [Subiecit populos nobis, scilicet Iudæorum & nationum [sub pedibus nostris] Esaiæ, 52. Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem. Item, ibidem 45. Vt subiiciam ante faciem eius gentes. Vel aliter [Subiecit populos nobis] Quidam conuertuntur ad fidem: & isti subiiciuntur propria voluntate. Alii non conuertũtur, sed gentiliter viuunt: & isti subiiciuntur sub pedibus, quia finaliter erunt oppressi sub nostra iudiciaria potestate. [Elegit nobis hæreditatem suam]

c ¶Hic ponitur aliud beneficium collationis bonorum. Vbi notandum est, quòd electio importat acceptionem vnius super alterum. Electio autem dei potest accipi ex duplici parte. Primo, ex parte bonorum quæ conferuntur. Et sic distingue: quia quædam horum quæ conferuntur sunt tẽporalia: quædam spiritualia. Impii autem peccatores accipiunt pro parte eos contingente temporalia. Sap. 2. Hæc est pars nostra. Iusti autem accipiunt in parte ipsum deum. Psalm. 22. Dominus pars hæreditatis meæ. Deus autem elegit sibi bona spiritualia, idest facit nos eligere bona spiritualia [Elegit ergo nobis hæreditatem suam] quasi dicat. Cum sint diuersæ partes bonorum, elegit nobis dare hæreditatẽ suam. Secundo, accipitur electio dei ex parte illorum quibus datur: & sic fit distributio, quia damnati omnes sunt in peccato originali: tamen quidam saluantur ex dei electione. Et ideo dicit [Elegit nobis &c.] Et quæ sit hæc hęreditas ostendit [speciem.

eiem Iacob quem dilexit] Litera Hier. habet [gloriam, vel superbiam Iacob] Et hic accipitur superbia pro excellẽtia. Esa. 60. Ponam te in superbiam, idest in excellentiam sæculorum. Ibidẽ. Cum gloria, idest specie, vel decore: quia in ipsa hæreditate æternæ erunt excellentes, gloriosi, & decori. Hier. 31. Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ [quem dilexit] Vel quẽ Iacob, quasi dicat. Hęc hæreditas est gloria Iacob, idest fidelis, quam gloriam deus dilexit, quia diligit domin⁹ portas Sion. Vel [speciem Iacob] idest id quod est repræsentatũ p Iacob: quia repręsentata sunt ei spũalia bona q̃ ad sum⁹ nos electi: quia scalã quã vidit & alia hmõi. Sed prima lectura est melior. [Ascẽdit deus in iubilo] Hic exponit cãm & ordinem. Dicit quòd est excelsus & rex magnus: & propter hoc est laudandus. Sed numquid est ita excelsus? Ita. Et primo, ostendit eius excellentiam. Secundo, ostendit amplitudinem regni eius, ibi [Psallite] Circa primum, duo facit. Primo, ponit excellentiam eius. Secundo, concludi exhortationẽ, ibi [Psallite] Dico ergo, quòd est excelsus, quia ascendit. Sed si excelsus, quomodo ascendit? Quia descendit. Eph. 4. Qui ascendit ipse est &c. [Sed quomodo ascendit? [in iubilo] Iubilus est gaudium immensum: & hic iubilus signat imperfectam cognitionem. Duo genera psallentium fuerũt in ascensione Christi, scilicet apostoli & angeli. Apostoli autem imperfectam cognitionem habent de diuinis: & ideo ad eos pertinet iubilus de gaudio ascensionis Christi cum gloria. Item fuerunt ibi angeli, & claram cognitionem habuerunt, & ad eos non pertinet iubilus, sed manifesta annuntiatio, & ideo dicit [& dominus in voce tubæ] Vnde angeli dicunt. Act. 1. Viri Galilei quid statis &c. Si ergo est excelsus [psallite deo nostro] ore [psallite deo nostro] corde Corinth. 14. Psallam spiritu: psallam & mente [Quoniam rex]

d ¶ Consequenter ostendit, quòd est rex magnus: & ostendit hoc ordine conuerso: quia primo, inducit eos ad psallendum regi. Secundo, assignat causam. Tertio, manifestat eam. Dico ergo [psallite deo] sed iterum [psallite regi] quia est magnus. Et dicit bis [psallite, psallite] quia eodem honore honorarius humanitatem & diuinitatem in Christo: quia idem suppositum est. Ioan. 5. Omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Et quòd sit psallendum ostendit: quia est [rex omnis terræ deus] Et ideo vos habitatores terræ psallatis ei. Et dicit [omnis terræ] non Iudeæ tantum, vel Græciæ, sed totius orbis: sed [psallite sapienter] idest discrete. Et psallite non solum ore, sed corde renouati interius: quia Non est speciosa laus in ore peccatoris: sicut dicitur. Eccl. 15. Item, non cum mente turbata. Iacob. 5. Oret æquo animo. Item, continue. Esa. 23. Bene cane, frequenta canticum. Consequenter manifestat, quomodo sit rex omnis terræ. Et primo, prædicit regnum Christi super omnes gentes. Secundo, super omnes principes gentium. q.d. Dico q̃ est rex omnis terræ: quia licet nunc regnet in Iudæa tantum, regnabit tamen super omnes gentes, quia omnes gẽtes cõuertentur ad deũ. Psal. 116. Laudate dominum omnes gentes. Et huius ratio est: quia Christus deus est, & iam ascendens ad dexteram patris [sedet super sedem sanctam] idest a dextris dei: & sic nihil restat nisi vt omnes subiiciantur ei. Dan. 7. Datum est ei regnum. Nec solum gentes subiiciuntur ei, sed etiam eorum principes: vnde dicit [Principes populorum] scilicet omnium [congregati sunt] per fidem & amorem [cum deo Abraham] Et dicit [Abraham] quia ipse fuit principium credendi & patrem, & filium. Matth. 2. Potens est suscitare de lapidibus istis filios Abrahæ. Psal. 71. Reges Arabum &c. Et ratio quare congregati sunt [quia dii fortes terræ vehementer eleuati sunt] Et hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo, de Iudæis: quia ipsi fuerunt dii, quia instructi de deo. Ioan. 10. Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. Item fuerunt fortes, quia constantes in fide vnius dei, sed [terræ] quia oculi eorum & affectus eorum erant semper ad terrena. Isti [sunt eleuati] per superbiam [vehementer] in tantum quòd noluerunt Christi doctrinam. Et ideo apostoli fuerunt ad gentes. Alio modo [quia dii fortes] idest apostoli. Et dicuntur dii propter iudiciatiam potestatem. Et iudices in veteri testamento, dii vocabantur. Exod. 22. Diis non detrahes. Applica ad deos, idest ad iudices. Et dicuntur fortes, propter constantiam in passione. Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? [terræ] idest adhuc in terrenis existentes. secundæ Corinthiorum, quarto. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Et [eleuati sunt vehementer] per prædicationem. Matth. vltimo. Illi autẽ

F profecti prædicauerunt vbique. Item, per miraculorũ operationẽ. Item, per gloriæ adeptionem. Hierony. habet [Quoniam dii scuta terræ] quia apostoli fuerunt protectores omnium populorum.

a PSAL. XLVII.

CANTICI FILII CORE
SECVNDA SABBATI
PSAL. XLVII.

SVPRA psalmista inuitauit gentes ad psallendũ deo de beneficiis dei. Hic autem describit magnã populi, vel ciuitatis exultationẽ. Titulus. [Psalmus laus cantici filii Core pro secunda sabbati] Apud Iudæos sabbatum solennissimum habebatur: & omnes ferias a sabbato vocabant: ita quòd dies dominica vocabatur prima sabbati: dies lunæ vocabatur secunda sabbati: & sic de aliis diebus. Dicit ergo. Pro secunda sabbati, quia Gen. 1. prima die dixit deus. Fiat lux: secunda die dixit. Fiat firmamentum. Per lucem intelligitur Christus: per firmamentum ecclesia designatur. Quia ergo agit hic de magnificentia ecclesiæ, ideo conuenienter dicitur pro secunda sabbati. In Hebræo tamen, nec in Hieronymo non est pro secunda sabbati. Diuiditur ergo iste in duas partes. Primo enim describit magnificentiam ciuitatis. Secundo, subdit gratiarum actionem, ibi [Suscepimus deus] Circa primum, duo facit. Primo, describit magnificentiam ciuitatis. Secundo, inducit, testimonium, ibi [Quoniam ecce] Dignitas ciuitatis dependet a domino eius: & ideo, Primo, commendat dominum. Secundo ciuitatem, ibi [Fundatur] Dominum describit ex propria dignitate: & ex suis operibus. Ex dignitate, quia [Magnus dominus] Psal. 85. Quis deus magnus &c. Et magnitudo eius est immensitas eius bonitatis. Augu. In his quæ non mole magna sunt, idem est magnum esse quòd bonum esse. Ex operibus, quia [laudabilis nimis] Laus proprie respicit opera. Et dicit [nimis] quia quantumcumque laudes eum, adhuc deficis a laude eius. Eccles. 43. Glorificãtes deum quantumcumque potestis: præualebit adhuc: & hoc licet in tota creatura pateat, specialiter tamen apparet in beneficiis gratiæ quibus constituta est ecclesia. Et ideo dicit [in ciuitate dei nostri] scilicet ecclesiæ. Apoc. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Et hæc ciuitas, scilicet ecclesia sita est [in monte sancto eius] hic mons est Christus. Esa. 2. Erit mons domus domini. De hac ciuitate dicitur Matth. 5. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita [Fundatur]

b ¶ Hic commendat ciuitatem tripliciter. Primo, ex amplitudine, vel iucunditate. Secundo, ex dispositione. Tertio, ex sapientia ciuium. Dicit ergo [Fundatur exultatione vniuersæ terræ] quasi dicat. Fundata est in monte, idest Christo. Sed numquid hæc fundatio pertinet ad vnam terram tantum? Non, sed redundat in gaudium vniuersæ terræ: quia omnes percipiunt gaudium huius fundationis. Psal. 65. Iubilate deo omnis terra, psalmum dicite &c. Esa. 51. Venient in Sion laudantes. Tren. 1. Heccine est vrbs perfecti decoris? Alia litera habet [Fundator] quasi dicat. Magnus dominus. Et dico dominus, qui est fundator huius ciuitatis. Et hoc [in exultatione] [Mons Sion latera aquilonis] idest deposita in latere montis Sion ad aquilonem. Sion signat Iudæos, aquilo vero signat gentiles idolatras. Hæc ergo ciuitas est composita ex Iudæis & gentilibus. Hieron. aliter habet & competit mysterio sponsæ [Germinet gaudio vniuersæ terræ montis Sion, In lateribus aquilonis ciuitatulæ regis magni] Et exponitur secundum mysterium. Hæc ciuitas laudatur ex ciuilitate quam colit, & ex humanitate Christi quam assumpsit. Dico, quòd est magna & hoc est ex ipso speciosо germine, idest Christo. Et hoc est gaudium vniuersæ terræ. In hebræo habetur [Decorus nimis exultationis] scilicet Christus: & hoc est in monte Sion [Deus in domibus eius cognoscetur] Hic commẽdat ciuitatem a sapientia ciuium. Vera namque sapientia consistit in dei cognitione. Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me. Et ideo commendat eam ex hoc, quòd deus in ea cognoscitur: & dicit [Deus in domibus eius cognoscetur] Est autem triplex cognitio dei, quia hoc potest referri ad statum ciuitatis Hierusalem, & ad ecclesiam, & ad futuram gloriã. Vna ergo cognitio de deo est figuralis & obscura: & hæc cognitio fuit in veteri testamento: & talis cognitio fuit in ciuitate illa, scilicet Hierusalem: & in populo Iudaico. Psalm. 75. Notus in Iudæa deus &c. Et secundum hoc dicitur [Deus in domibus eius cognoscetur] Hieron. habet [Deus agnitus est &c.] scilicet non in vno loco, sed in omnibus domibus & ciuitatibus. Et dicit [in domibus] Nam apud Athenas cognoscebatur deus. Act. 17. In ipso viuimus, mouemur & sumus ad Roman. 1. Inuisibilia dei &c.

Sed

d ¶ Quoniam rex omnis terræ deus: psallite sapienter. Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham: quoniam dij fortes terræ, vehementer eleuati sunt.

G b ¶ Fundatur exultatione vniuersæ terræ: mons Sion latera Aquilonis ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.

c ¶ Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, conuenerunt in vnũ. Ipsi videntes si admirati sunt: conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores, vt parturientis: in spiritu vehemẽ

K

Sed non cognoscebatur in domibus, sed in scholis apud aliquos: sed in gente illa omnes cognoscebant deum. Alia est cognitio realis sed obscura, & imperfecta: & hæc est cognitio qua deus cognoscitur per fidem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum &c. & sic deus in domibus cognoscitur cognitione reali, sed fidei 2. Cor. 3. Nos autẽ reuelata facie gloriam domini contemplantes. Et dicit [in domibus] quia tota vniuersalis ecclesia continet sub se multas ecclesias, & multa collegia, quarum quælibet domus dicitur habere cognitionem dei. Hierem. 31. Me omnes cognoscent a minimo vsq; ad maximum. Alia est realis quæ est cognitio perfecta & aperta, 1. Cor. 13. Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. In domib⁹ cælestis Hierusalem. Et dicũtur plures domus diuersi ordines sanctorum scilicet apostolorum, martyrum, confessorum, & virginum &c. Ioa. 4 In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et secundum hoc dicitur in psalterio Romano. [Deus in gradibus eius cognoscetur.] q.a non omnes æqualiter cognoscent, sed erunt diuersi gradus cognitionis secundum quosdam 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Sed hoc erit [cum suscipiet eam] ad adiuuandum: quia ipse est susceptor, & auxiliator noster. Alia autem litera habet, in auxiliando [Quoniam.]

c ¶ Hic probat dignitatem ciuitatis per testimonium. Et primo inducit testes. Secundo eorum probitatem. Tertio ipsorum confessionem. Ad hoc quòd testimonium sit credibile, tria sunt necessaria, scilicet dignitas testiũ vt sint testes authoritatis, quia si sint leues eorum testimonium non debet approbari. Itẽ numerositas, & concordia: & hæc tria sunt in istis testibus, quia sunt magnæ dignitatis: quia [reges terræ] vnus fuit Constantinus, alius fuis Iustinianus, & Carolus magnus qui ecclesiam firmauerunt priuilegiis. Item multi fuerunt, quia congregati sunt de diuersis nationibus & temporibus. Possunt esse pro reges intelligi sapientes & iusti, qui testimonium perhibuerunt ecclesiæ conuersi ad fidem. psa. 46. Principes populorũ. Item sunt concordes [conuenerunt in vnum] scilicet testimonium & sententiam. psa. 108. In conueniendo populos in vnum & reges &c. Potest iterum aliter exponi, tamen prima expositio est litteralis, quia in Hieronymo habetur [testati sunt. In græco habetur [suscipient eam] scilicet ad defendendum. Et hoc necessarium est. [Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum] scilicet contra ecclesiam. Et isti qui aliquando testimonium perhibent, aliquando contra ecclesiam fuerunt: & aliquando persecuti sunt eam: postea eam firmauerunt. [Ipsi videntes.] Hic describit eorum probitatem, vbi septem fuerunt. Primum visio, idest cognitio fidei: vnde dicit. [Ipsi videntes] idest cognoscentes per fidem miracula quæ Christus & apostoli faciebant. Esa. 62. Videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. Secundum est admiratio in his quæ videntur, quia sunt supra sensum, & rationem humanam Esa. 60. Videbis & affluues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. psa. 138. Mirabilia opera tua. Tertium est conturbatio pro peccatis. Propter secundum [admirati sunt] propter tertium [conturbati sunt] psal. 59. Commouisti terram & conturbasti eam. Quartum est commotio. Alia quando quis conturbatur de peccato & labitur in desperationẽ, vel persistit in malo: sed isti commoti sunt ad pænitentiam. Esa. 24. Commotione commouebitur terra. Quintum est, quia hęc commotio debet esse cum timore dei, vt non attribuat sibi quòd per se moueatur ad bonum, sed deo: & ideo dicit [tremor apprehendit eos] psa. 2. Seruite domino in timore.] Hic dolor, & tremor est fructuosus: vnde dicit [Ibi dolores vt parturientis] qui conuertuntur in gaudium propter spẽ prolis & fructus. Esa. 26. A timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Et hoc est sextum. Septimum est [in spiritu vehementi conteres naues Tharsis] idest mare vniuersaliter, & sic conteres naues maris. Vel dicendum, quòd ibi est vna prouincia quæ Cilicia vocatur, & Tharsis est metropolis eius, vbi natus est Paulus: & ex illa ciuitate tota regio nominatur Tharsis: & ibi sunt multæ naues. uel sicut in mari mediterraneo primi nauigantes fecerunt Carthaginem: & isti simul pugnantes cum Tyriis præualuerunt. Et ideo Tharsis vocatur totum mare mundi. Per naues quæ ad negociandum vadunt signatur cupiditas: & hoc est abundantia rerum mundi. Et sicut naues fluctuant in mari, ita diuites fluctuant in rebus mundi. Sed quando conuertitur homo ad pænitentiam, tunc naues idest cupiditates huius mundi conteruntur. Sed in spiritu vehementi] scilicet in spiritusancto. Abdiæ. 1. Iuxta est dies domini super omnes gentes. Esa. 23. Vlulate naues maris. Sed secundum Cassiodorum per hoc designatur totum tempus incarnationis Christi. [Deus cognoscetur in domibus eius esũ suscipiet eam] idest humanam naturam in vnitate personæ. Esa. 52. Propter hoc sciet populus nomẽ meum. Et quare? [Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.] Reges. s. principes Iudæorũ, & scribæ populi congregati sunt ab Hærode seiscitante ab eis vbi Christus nasceretur [& conuenerunt in vnum] scilicet q̃ natus erat in Bethleem. Et videntes sic, sicut propheræ dixerũt [admirati sunt, commoti sunt] quia Hærodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cum eo. Matth. 3. [Et commoti sunt] aliqui ad fidem. Et tantus fuit pauor vt corpus tremeret [tremor apprehẽdit eos] & [ibi fuerunt dolores ut parturientis] propter necẽ infantium occisorum ab Hærode [& in spiritu vehementi] quia in furore mittẽs occidit omnes pueros abimatu & infra, idest a duobus annis & infra. Et in furore fecit cõburi omnes naues Tharsis idest in Tharso Ciliciæ, quas credebat magos per aliam viam reuertentes portasse in patriam suam. Propterea dicit, in spiritu vehementi [Sicut audiuimus.]

d ¶ Hic ponitur confessio & testimonium testium. Et primo, confitentur veritatem eius quod audierunt. [Sicut audiuimus] per prædicationem apostolorum: ita [& vidimus] idest percepimus verum esse, hoc dixerunt quando conuersi sunt ad Christum. Vel vt sit conuersio Iudæorum. Nos audiuimus per prophetas, & ecce iam vidimus. Sed contingit aliquando quòd alicuis audit aliquid magnum & non credit sic esse, donec experiatur. Et hoc Iacob dixit Genes. 18. Vere locus iste sanctus est &c. 2. Reg. 10. Regina Saba quæ venit experiri sicut audierat, non tamen credebat tantam sapientiam Salomonis. Quæ plura incredibilia vidit in eo quàm audisset. Et sic sunt isti qui vident plura, quàm audiant antequàm ad fidem veniant. Et vbi videmus? [in ciuitate domini virtutum] scilicet cælestium. Vbi ostendit quòd potest te illuc perducere. Et ne credatur quòd sit altus ne tu possis ire ad eum, dicit [in ciuitate dei nostri] q.d. Sic est deus virtutũ, q̃ tũ est Deus noster. [& iste fundauit eam] scilicet ciuitatem istã non ad tempus, sed in æternum. Eccle. 26. Fundamenta æterna super petram solidam [Suscepimus.]

e ¶ Supra posuit psalmista magnalia ciuitatis. Hic autem ponit gratiarum actionem. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur gratiarum actio. Secundo, inuitantur homines ad considerandũ adhuc magnalia istius ciuitatis, ibi. [Circundate.] Sicut dicitur alibi, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas: vnde gratiarum actio pertinet primo ad effectus diuinæ misericordiæ. Secũdo, pertinet ad effectus iustitiæ, ibi. [Iustitia plena est dexterа.] Circa primum, duo facit. Primo, proponit perfectionem diuinæ misericordiæ. Secundo, effectum huius perfectionis, ibi. Secundum nomen tuum.] Hoc secundum superficiem literæ legitur ex persona non Iudæorum, sed admirantium & dicentium. [Sicut audiuimus &c.] Suscepimus deus misericordiam tuam.] Hoc similiter potest legi ex persona Iudæorũ. Sed dicit. [Suscepimus &c.] Misericordia domini tripliciter accipitur, scilicet effectus gratiæ qui effectus conferuntur in sacramentis Christi. Tit. 3. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis &c. Et in ecclesia omnes communiter suscipiũt misericordiam: sed boni cum sacramentis suscipiunt misericordiam, idest gratiam & effectum sacramenti. Mali autem suscipiunt tantum sacramentum. Dicunt ergo boni, Nos [suscepimus misericordiam] idest gratiam tuam] in medio templi tui] in templo, in extremo sunt peccatores, in medio templi sunt virtuosi & iusti. Alio modo misericordia est ipse Christus, qui datus est nobis ex dei misericordia. psal, 100. Quoniam venit tempus miserendi eius. Et sic potest exponi hoc de duplici templo, & de duplici susceptione scilicet corporalis, & sic hęc verba sunt Simeonis iusti. O deus suscepimus misericordiam tuam scilicet Christum in vlnas nostras in medio templi tui, scilicet materialis. Item de susceptione fidei: & sic est sensus. O deus nos suscepimus Christum misericorditer datum per fidem. Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum [in medio templi] idest in consensu ecclesiæ, quia non suscipiunt communem doctrinã

ecclesiæ

A B C D E

ecclesiæ non suscipiunt hanc misericordiam. Eccl.15. In medio F ecclesiæ aperuit os eius. [Secundum nomen tuum deus.] Hic ponitur effectus huius susceptionis, q.d. Per hoc quòd nos nomen tuum suscepimus, laus tua diffusa est in omnem terram. Et hoc [secundum nomẽ tuum deus] qui est essentialiter bonus. Et qui cunque cognoscit deum secundum illam mensuram, laudat eum secũdum quod cognoscit eum: & iõ dicit. [Secundum nomẽ tuum deus] idest secundum cognitionem quam habet de re [sic & laus tua.] Et quia vbique ẽ notus iõ dicit [in fines terræ.] Malach.1. A solis ortu vsque ad occasum, magnum nomen meum in gentibus. Vel [in fines terræ] idest in tota ecclesia, quæ vbique diffusa est. Vel quia laus tua vera non est nisi in sctis qui vere te laudant, quia vere te cognoscunt Io.7. Scio eum. [Iustitia plena est dextera tua.] Hic commendat iustitiam: Et primo ponit commendationem iustitiæ. Secundo, ponit eius effectum. Dico ergo quòd [Suscepimus misericordiam tuam] & hoc non sine iustitia. Immo [iustitia plena est dextera tua.] Manus dei dicitur virtus eius operatiua. Et deus habet duas manus, scilicet dexteram quæ remunerat bonos, & sinistram qua punit malos Matth.25. Statuet oues a dextris &c. In vtraque manu est iustitia: sed in sinistra non est plena iustitia, quia punit citra condignum: sed in dextera est plena iustitia, quia abundanter remunerat. Lucæ.6. Mensuram bonam &c. Rom.8. Existimo quòd non sunt condignæ passiones &c. [dextera tua] idest gloria futura [est plena iustitia] quia ibi nullus est nisi iustus Esa.60. Populus tuus omnes iusti. [Lætetur mons Sion.] Hic ponitur effectus iustitiæ quẽ fecit sinistra: & est gemitus: sed effectus iustitiæ quã fecit dextera est lætitia. psa.18. Iustitiæ domini rectæ lætificantes corda. Supra dixit, quòd effectus misericordiæ se extendit vsque ad fines terræ, hic autem attribuit effectum iustitiæ monti Sion, & filiis Iudæ. Hoc etiam Apostolus dicit Ro.25. Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis &c. Quia ergo promissus fuit filiæ Sion Zachar.9. Exulta satis filiam Sion &c. [Lætetur mons Sion] quia iustitiæ est quòd promissio seruetur ei. Sed quia non fuit facta promissio gentibus, misericordia fuit quòd darerur. Potest tamen dici quòd mons Sion dicitur tota Hierusalem [& exultent filiæ Iudæ] idest confessionis, idest totus populus Iudæorum [exultent] Et hoc faciant [propter iudicia tua domine] quia recta sunt. [Circundate]

Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua domine.

f ¶ Circundate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius vt enarretis ĩ progenie altera. Quoniam hic est Deus, Deꝰ noster in æternum & in sæculum sæculi: ipse reget nos in sæcula.

f ¶ Hic inducit ad diligentiorem considerationem, vt intelligatur quòd reges iam aliquando viderunt magnalia: sed tamen Dauid inuitat omnes vt plus considerent. Et primo, inuitat ad I hoc. Secundo, addit causam inuitationis. Dicit ergo. [Circundate] scilicet ecclesiam militantem, vel triumphantem oculo contemplationis. Cant.3. Surgam & circuibo &c. Aliqui circundãt iniquo oculo ecclesiam ad impugnandum, sed nos circundamus eam ad amandum: & ideo dicit [complectimini eam] scilicet diligendo. psa.25. Domine dilexi decorem domus tuæ. Hieronymus habet [circuite] quasi ite extra, & circuite per vicos & [narrate in turribus eius.] Hic inducit ad considerationem in speciali. In ciuitate sunt tria magnifica, scilicet turris, muri, & plateæ. Quãtum ad primũ dicit [narrate in turribus eius.] Hieron. habet] mirate turres eiꝰ.] Turres sunt ad videndũ a lõge. Turres ergo ecclesiæ sunt prælati, & fuerunt apostoli. q.d. Mirate apostolos, & prælatos. Vel [narrate] idest doctores secundum doctrinam apostolorum, & doctorum. Quantum ad secundum dicit. [Ponite corda vestra in virtute eius.] Hier. Ponite cor vestrũ in manibus eius.] Et hoc est virtus Spiritus sancti, qui protegit hanc ciuitatem. Luc. vlt. Sedete in ciuitate donec induamini virtute. Hæc virtus K est dilectio. Cant.3. Fortis est vt mors dilectio. Quantum ad tertium, dicit [& distribuite domos eius] Hier. habet] Separate domos eius, distinguite palatia eius.] Distinguite scilicet per rectũ iudicium. Sunt enim aliqui, qui propter aliquos malos volunt totam ecclesiam damnare. Dicit ergo [distribuite] idest non debetis bonos propter malos damnare. Genes.18. Absit a te domine vt perdas iustum cum impio. Vel [distribuite domos eius] scilicet dispensando diuersas ecclesias diuersis ministris, vt non sit confusio in ecclesia, sicut Paulus fuit apostolus gentium, & Petrus fuit minister circumcisionis idest apostolus Iudæorum. Alia littera habet [gradus eius] idest ordines diuersos: quosdam subdiaconos, quosdam diacones, & quosdam sacerdotes. Ephes.4. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos &c. Finis huius considerationis est laus dei. Et primo, ponit quibus nuntietur laus dei. Secundo, quare nuntietur. Dicit ergo [vt enarretis.] scilicet quę audistis Esa.21. Quæ audiui a domino exercituum deo Israel, nuntiaui vobis: quia quod accepit vnus debet alii communicare [in progenie altera] idest peccatoribus. Vel [altera] idest futura. Et quid enarretis? Duo: q.a omnis prædicatio ad duo debet ordinari: scilicet ad ostendẽdam dei magnificẽtiam, sicut qñ prædicat fidem, vel ad annũtiandum beneficia dei, vt accendatur charitas in eorum cordibus. Quãtum ad primum dicit. [Quoniam hic ẽ deus deus noster] Baruch.3. Hic est deus noster. Et post hęc in terris &c. Hebr. vlti. Christus Iesus heri, & hodie, ipse & in sæcula. Quantum ad secundum dicit [Ipse reget nos in sæcula.] Matth. vltim. Ecce ego vobiscum sum &c. psa.22. Dominus regit me & nihil &c.

IN FINEM PRO FILIIS CORE.

a PSAL. XLVIII.

Audite hęc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigenæ & filii hominum: simul in vnum diues & pauper.

G b ¶ Os meum loquetur sapien-

a PSAL. XLVIII.

SVPRA psalmista inuitauit gentes ad gaudium, & gratiarum actionem pro beneficiis populo dei datis; hic autem monet eas vt confidant de deo. Et circa hoc, duo facit. Primo, excitat attentionem. Secundo, prosequitur propositum. Titulus non est nouus. Secundum autem titulum homo dupliciter reddit attentus. Vno modo dicitur attentus reddi aliquis, ex parte dicendorum, cum promittit se dicturum aliqua magna. Prouer. H 18. Audite me quia de reb⁹ magnis locutura sum. Et hoc mõ loquitur hic. Primo ergo reddit eos attentos ex parte eorum quibus loquebatur, Secundo, ex parte dicendorum, ibi. [Os meũ] Dicit ergo, quod ad omnem differentiam hominum & ad omnes pertinent, quæ dicturus est. Et tangit quatuor differentias hominum. Vnam, ex diuersitate populorum: quia alius erat populus Iudæorum & alius gentium. Aliam, ex parte locorum. Aliam, ex parte originis. Quidam enim erant nobiles & ingenues: quidam non. Aliam, ex parte fortunæ: quia quidam diuites, quidam non. Primam ponit cum dicit. [Audite hæc omnes gentes] non solum Iudæorum, quia hæc ad omnes pertinent audire: & est hoc necessarium. Prouerbio.1. Audiens sapiens &c. Secundã ponit cum dicit. [Auribus percipite qui habitatis orbem.] idest quacunque parte orbis: & dicit. [Auribus percipite] quia oportet audire & percipere. Matth.13. Qui habet aures audiendi audiat: idest attendat. Hieronymus habet. [Habitatores occidentis.] Quasi sit quædam prophetia: quia fides Christi præcipue viget in populo occidentis: quia in aquilonari sunt adhuc multi Gentiles: & in orientalibus sunt multi scismatici: & infideles. [Vel audite hæc omnes gentes] refertur ad malos. [Qui habitaris orbem.] ad bonos qui dominantur terræ. Tertiam ponit, cum dicit. [Quique terrigenæ] idest ignobiles [& filii hominum] idest nobiles. Hiero. habet. [Tam filii Adam quàm filii singulorum] quia quidam nihil habent ingenue ex parentibus. Mystice terrigenæ dicuntur peccatores, qui terræ adhærent per affectum, vnde serpenti comparantur. Eia.65. Serpenti, idest terrenis, puluis panis eius. Filii hominum dicuntur boni, qui imaginem dei & Christi qui est filius hominis habent. Quartam ponit cum dicit [Simul in vnũ diues & pauper] q.d. Omnes audiatis hæc documenta: quia omnibus sunt vtilia. Et quæ sunt? Matth.5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Eccle.31. Beatus diues qui inuentus est sine macula &c. Tamen aliquis est diues actu sed non affectu: & hic potest esse sanctus sicut Abrahã, & Ludouicus rex Franciæ. Alius est diues actu, & affectu: & hic non est sanctus. De hoc dicitur Matth.19. Facilius est camelum intrare &c. quia sicut est contra naturam intrare per foramen acus, ita intrare diuitem in regnum cælorum est contra iustitiam diuinam. Et tales sunt terrigenæ: sed primi sunt filii hominum. [Os meum]

b ¶ Hic reddit attentos, ex promissione dicendorum. Quicunque docet, aut docet res, aut docet verba. Quando prædicamus fidem, & mores, docemus res: quando exponimus scripturam, docemus verba. Primo ergo, dicit de prima doctrina. Secundo de secunda, ibi. [Inclinabo] Rerum autem cognitio necessaria est ad duo, scilicet ad cognitionem veritatis, & ad vsum operationis. Omnis ergo cognitio veritatis quæ nobis necessaria est de aliis rebus, referenda est ad cognitionem veritatis diuinorum. Vnde August. dicit. Qui scrutatur hæc nõ referens ad æterna,

æterna, est otiosus. Et ideo omnis cognitio veritatis pertinet ad A sapientiam, & ideo dicit [Os meum loquetur sapientiam.] 1. Cor.2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Id autem quod est necessarium quantum ad vsum operationis pertinet ad prudentiam: qua habetur directio rerum humanarum: & ideo dicit. [Et meditatio cordis mei prudentiam] scilicet loquet. Prouer.10. Sapientia est viro prudentia: quia sapientia comparata ad res humanas, & materiales ẽ prudentia. [Inclinabo.] Hic agit de secunda doctrina, scilicet verborum obscurorum.

tiam: & meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

c ¶ Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitia-

Et sunt circa ea duo necessaria. Primo, vt studeat intelligere. Se B cundo, vt studeat ea exponere aliis. Quantum ad primum dicit. [Inclinabo in parabolam aurem meam. Parabola est sententia aliqua quando habet obscuram similitudinem, q.d. Dabo studium ad intelligendum aliorum dicta. Prouer.1. Animaduertet parabolam & interpretationem eius, verba sapientium & ęnigmata eorum. Vel [inclinabo aurem meam in parabolam] quam loquitur deus: quia ęnigmatice loquitur, q.d. Inclinabo intellectum meum ad vocem domini, qui loquitur parabolice. [Aperiã in psalterio propositionem meam.] Propositio dicitur dupliciter. Vno modo id, quod præaliis opto, & est illud quod magis desidero. Illud [aperiam in psalterio] idest in mea operatione, quia hic est optimus modus aperiendi propositum suum: quia si tu proponis intrare vitam æternam, non manifestas propositũ tuum, si non habes bonam operationem. Vel propositio est sermo obscurus vel propositus causa tentationis: sic Sanson Iudic.14. proposuit problema: vnde dicit. Si non arassetis in vitula mea: & sic accipitur hic propositio. Et ideo Hiero. dicit quòd est sermo obscurus. Hebr. habent. [Diuinationem meam.] quod C idem est. [Cur timebo]

c ¶ Propositio procœmio psal. in quo populi incitauit attentionem, hic procedit ad propositum principale quod ẽ inducere homines ad non timendum mala præsentia, nec confidant de bonis præsentibus: sed eius timor & fiducia sit in deo solo. Et circa hoc, duo facit. Primo, ostendit de quo sic timendum. Secundo, ostendit de quo non debeant timere, ibi. [Ne timueris. [Circa primum, duo facit. Primo, proponit intentum. Secundo, probat propositum, ibi. [Qui confidunt.] Circa primum, duo facit. Primo proponit quæstionem. Secundo ponit conclusionem. Quæstio est. [Cur timebo in die mala?] Vbi primo videndum est, quæ sit ista dies mala: quia omnes dies sunt a deo. Sed dicuntur mali propter mala quæ in eis contingunt. Ephes.5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Potest ergo dies mala dici in qua aliquod periculum euenit: & præcipue in qua iminet periculum æternę damnationis. Et hęc est dies iudicii. Soph.1. Vox diei domini amara: tribulabit ibi fortis. Ergo [Cur timebo i die D mala?] idest quid faciet me timere in die illa? Et respondet. [Iniquitas calcanei mei circundabit me. [Nihil enim timẽdum est, nisi peccatum: quia nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Prouerb.28. Fugit impius nemine persequente. Ecclesia.34. Qui timet deum nihil trepidabit: & ideo dicit. [Iniquitas calcanei.] Per calcaneũ possunt tria intelligi. Primo quia est extrema pars corporis. Et ideo ibi iniquitas calcanei mei est iniquitas quæ perseuerat vsque ad finem vitæ: & hoc modo accipitur calcaneum. Genes.3. Ipsa scilicet mulier conteret caput tuum scilicet ratio superior: sed ipsa conteret caput serpentis: & tu insidiaberis calcaneo eius: idest insidiaberis ei vsque ad finẽ vitæ. Item per calcaneum potest intelligi infirmitas carnis: quia quando homo deficit calcaneus labitur. Et sic iniquitas calcanei idest peccatum procedens ex infirmitate carnis [circũdabit me] Tertio, persecutio iniusta, quam quis mouet cõtra alium secundum illud Ioan.14. Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum. Et sic iniquitas calcanei idest persecutio iniusta retorquetur contra persequentem. Prouerbi.5. Iniquitates suæ capiunt impium. [Qui confidunt in virtute sua.] Hic ponitur ratio, quare sit timendum: quia propter peccatum. Et est duplex ratio quare sit timendum peccatum. Primo, propter impossibilitatem euadendi pœnam peccati. Iob.11. Peribit ab eis refugium, & spes eorum abominatio animæ. Alia ratio est, propter mala quæ malis imminent. Primo ergo, ponit impossibilitatẽ euadendi pœnam. Secundo, ostendit mala imminentia malis, ibi. [Non videbit.] Aliquis euadit pœnas, Primo per auxilium extrinsecum. Secundo per propriam solicitudinem. Tertio, propter defectum subiecti, vt quando moritur. Et ostendit q̃ nullo istorum modorum euadere potest. Primo, propter auxilium. Secundo, quòd nec per remdium a se exhibitum. Tertio, quòd nec per defectum subiecti. Qui vult liberari per auxilium, quandoque liberatur ex potentia sui exercitus. Ioan.19. Si regnum meũ esset de hoc mundo, ministri mei &c. Quandoque per diuitias. Prouerb.5. Omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se. Quandoque per amicos. Et ostendit quòd nullum istorũ potest a pœna peccati liberare. Et licet secundum glo. legatur aliter, tamen secundum Hebr. legitur: quia deus confidentes de se liberat. [Frater non redimet.] q.d. Frater non redimet eos, qui confidunt in eo. Et ideo primo ostendit quòd per auxilium amicorum non iuuatur a pœna peccati: quia virtus amicorum modica est. Et ideo in virtute corporali amicorum, non est confidendum. Ideo dicit. [Qui confidunt in virtute sua] scilicet amicorum suorum, vel in virtute ꝓpria spirituali, quia Est via quæ videtur homini recta, nouissima aũt illius ducũt ad mortem. Prouerb.14. Item qui confidunt in virtute diuitiarum suarum, non liberantur per ista omnia a peccati pœna: quia Prou. 11. Qui confidunt in diuitiis suis, corruent. Non enim confidendum est in diuitiis corporalibus, vel spiritualibus, sed quærat homo prout potest salutem suam. Hier.9. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & nõ glorietur diues in diuitiis suis. Nec persona coniuncta sibi quantumcumque potest eum redimere, idest liberare a peccato siue a pœna. Ezech.14. Si fuerint tres viri in medio eius Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Sed postquam frater non potest redimere quantumcunque sibi propinquum, numquid redimet homo? Non: quia homo non potest aliquem eripere de manu dei: sed solus deus redimet eos. Et homo: scilicet Christus, vt pretium idest mors locum in eo habere possit: & deus vt habeat virtutem redimendi. Vel aliter. [Frater] idest Christus, qui est verus frater noster. psa.21. Narrabo nomẽ tuum fratribus meis. Can.8. Quis mihi det te fratrem meum &c. Si non redimet iste quis alius redimet? q.d. nullus. [Non dabit deo placationem suam.] Hic ostendit quòd non euadunt pœnam propter aliquid quod faciunt, dum sunt in peccato: quia duplici remedio indigent peccatores propter duplex malum quod incurrunt: scilicet offensam dei, & reatum pœnæ. Et ideo indigẽt placare deum, quod ipsi facere non possunt: quia ex quo ipsi nõ placent deo, & sunt inimici dei, nec eorum munera accipit: vnde dicit. [Non dabit deo placationem suam] quia non placent exteriora deo, nisi sit interior gratia, quam non potest purus homo dare. Item indigent absolui a pœna; & hoc etiam homo facere non potest: vnde dicit [Nec pretium redemptionis animæ suæ] scilicet purus homo potest dare: & ideo non potest liberare a pœna. psal.88. Quis est homo qui viuit & non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi? Sed Christus qui est deus & homo, dedit placationem pro nobis. Rom.5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo &c. Item solum pretium redemptionis. 1. Pe.1. Redempti estis de vana vestra conuersatione &c. Vel [non dabit] idest non curabit dare placationem. [Et pretium redemptionis animæ suæ.] Ille scilicet qui confidit in diuitiis. Et secundum hoc potest continuari alia littera, quæ dicit. [Frater] Christus, scilicet [non redimit] quia illi non curant placare deum per pœnitentiam: quia Christus non iuuat eos, qui nolunt se iuuare. [Et laborabit.] Hic ostendit, quòd non euadet per defectum sui, quia semper punietur: vnde dicit. [Laborabit in ęternum] idest punietur supplicio æterno. Math. 25. Ibunt hi in supplicium æternum: quia noluerunt hic laborare. psal. 72. In labore hominum non sunt. Et quia quantum in se fuit, in ęternum peccauerunt, quia præferunt peccatum legi dei, & ideo non timent pœnam, sed semper vellent facere peccatum, [& viuet adhuc in finem] idest vita eius non deficiet in pœnis. Iob.20. E Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur. [Non videbit.]

d ¶ Supra ostendit psalmista, quòd timendum est propter peccatum, quia nullum remedium est ad euadendum pœnam; hic autem agit de malis, quæ imminent eis propter improuidentiã eorum. Et circa hoc, tria facit. Primo, commemorat improuidentiã eorum de malis futuris. Secundo, commemorat mala quæ imminent, ibi. [Relinquent alienis.] Tertio, ponit spem de deo qua spe rat liberari ab his malis, ibi [veruntamen.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit eorum improuidentiam. Secundo, ignorãtiæ causam, ibi. [Cum viderit.] Dicit ergo iste talis cui imminẽt tot mala. [Non videbit] idest [non considerabit interitum, idest damna-

damnationem suam. Iustorum enim est nouissima memorari. Ecclesiastici.32. Sed de istis dicitur Deute.32. Gens absque prudentia. & sine consilio. Et quare iniusti non præuident sibi? Reditur ratio. Eccl.9. Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt: quia eadem cunctis euenient. Et ideo non considerant, quid eis possit euenire in futurum. Et iō [cum viderit etiam sapientes morientes] sed videtes mortem corporalem non considerant eorum gloriā. Sap.4. Videbunt finem sapientis, & non intelligēt quid cogitauerit de illo deus. Differentia est inter insipientem et stultum. Insipiens est qui habet scientiam humanam, & non considerat æterna. Stultus est qui non considerat etiam præsentia. Vel insipiens est qui non attendit mala præsentia, sed futura. Stultus est qui attendit, & non vitat. Vnde dicit [Simul insipiens & stultus peribunt] secundum Hieronymum, duplex est causa contemptus iniustorum: diuturnitas vitæ: & quia vident simul sapientes, & insipientes mori. [Et relinquent.]

viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt.

e ¶ Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum. Tabernacula eorum in progenie, & p genie: vocauerunt nomina sua in terris suis.

e ¶ Hic ponit mala quæ contingunt peccatoribus. Et primo, ponit mala quæ contingunt in præsenti. Secundo, ponit mala quæ euenient in futuro, ibi [Sicut oues.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit mala quæ euenient in præsenti, quantum ad bona extrinseca. Secundo, quantum ad bona intrinseca, ibi [Cū in honore.] Et ostēdit primo quid perdit mal 3s per mortem. Dicit quòd perdit diuitias. Vnde dicit. [Relinquent alienis diuitias suas] Hiere.17. Fecit diuitias & non in iudicio, in dimidio dierum suorum relinquet eas. Et dicit [suas] quasi a se possessas, vel quia vsus est eis ad vtilitatem aliorum. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt. Et dicit [Alienis] quia sæpe alieni idest extranei secundum carnem accipiunt diuitias suas. psal.38. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Dicit aliquando, quod si etiā filiis dimittat diuitias, tamen alieni sunt: vt dicitur Luc.10. Ille proximus qui fecit misericordiam in illo. Et contingit quòd filii & nepotes nihil boni faciunt mortuis: sed residua sunt eis duo de rebus mundi, sepulchrum, & fama hominum. Secundum ibi. [Tabernacula.] Quantum ad primum dicit. Habuerunt domos & vineas & curtus & multa pretiosa. Sed quid habebunt in mortem? Pro palatio habebunt sepulchrum, & hoc [in æternū] idest vsque in diem iudicii habitabūt in sepulchris. Vel ex hoc quòd faciunt curiosa sepulchra, credunt habitare in æternum in eo. Sed decipiuntur: quia & sepulchra destruentur. Vnde licet secundū opinionem eorū illa sepulchra sunt domus eorum in æternum, tamen non est ita. Hieronymus tamen habet aliter. [Interiora eorum domus illorum in æternum] quia hō habet duplicem dominum exteriorem scilicet & hæc non manet in æternum, & interiorem, scilicet conscientiam: & hæc manet. Esa.38 Dispone domui tuæ. Siue bona, siue mala, semper manet. [Tabernacula.] Hic ostendit, quòd non remanet fama, seu memorabile hominis post mortem. Memorabilia hominis sunt ædificia fortia: ideo dicit [Tabernacula eorum in progenie, & progenie] q.d. Ita ædificantur ac si sint duratura vsque in finem: sed decipiuntur quia destruuntur. Iob.21. Vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Matth.13. Vides has magnas ædificationes? Non relinquetur &c. Et dicit [Tabernacula.] quia non diu manent in eis. [Vocauerunt nomina sua in terris suis.] q.d. Hæc est intentio huius ædificationis, vt essent nominati in terris suis Genes.11. Venite ædificemus ciuitatem & turrim & celebremus &c. Eccles.40. *Aedificatio ciuitatis confirmauit nomen*: vnde vocant ciuitates ex nomine suo, & dicit. [Suis.] quia nomen alicuius non multum extenditur extra terram suam. Et *ideo* stultum est, quòd homo celebret nomen suum in terris. Vel [inuocabunt nomina eorum.] idest defunctorum. [in terris suis.] portando cibaria ad sepulchra. fi [Et omo.]

f ¶ Supra proposuit psal. mala quæ imminent malis, quantum ad amissionem exteriorum: hic autem ponit quæ ex corruptione bonorum inferiorum eis imminent. Et circa hoc, duo facit. Primo proponit malum interioris corruptionis. Secundo ostendit quid ex hoc malo sequitur, ibi [Hæc via illorum.] Sciendum est autem quòd homo compositus ex natura rationali & sensitiua. Secūdum naturam rationalem homo habet similitudinem cum deo & angelis. Genes.1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram Psal.8. Minuisti eum paulominus ab angelis. Secundum autem sensitiuam naturam habet communicationem cum bestiis. Primo ergo, ponit honorem hominis quantum ad hoc, quòd habet similitudinem cum angelis. Vnde dicit. [Homo cum in honore esset.] secundum Philosophum, honor est excellentius quid quàm laus: quia laus ordinatur ad aliud: honor autem est per se & in se. Et dicit [Esset.] scilicet similis ad deum. Et ex hoc quòd hæc habet præmittit tria: quia præmittit, quòd hæc non considerat. scilicet quòd sit similis deo. Secundo, quòd declinat in ignorantiam & ignobilitatem bestialē. Tertio, quòd consequitur actum bestialem. Quātum ad primum dicit. [Non intellexit.] scilicet quòd ad imaginem dei sit factus: & quòd esset aptus ad possidenda cælestia.

f ¶ Et homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

g ¶ Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

h ¶ Sicut oues in inferno positi

Sap.2. Neque sperauerunt mercedem iustitiæ: nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quantum ad secundum dicit. [Comparatus est iumentis.] Bruta animalia operantur ex passione, & hoc patet, quia canis statim cum irascitur clamat, equus cum concupiscit, hinnit. Sed non imputatur eis, quia carent ratione. Si ergo homo statim cum cōcupiscit sequitur passionem, & iratus percutit, comparatus est in agendo iumentis insipientibus. psal.37. Nolite fieri sicut equus & mulus &c. Quantum ad tertium dicit [Et similis factus est illis.] Nā quando natura brutorum inclinatur ad aliquid, sic vtitur passione & consuetudo vertitur in naturam. Quando homo ergo assuescit secūdum passionem viuere, iam vertitur in naturam: & ideo [Similis factus est illis] per habitum ex malis operibus aggrauatum. Hier.5. Equi amatores in fœminas & emissarii facti sunt: & ideo dicit Philosophus, quòd peior est malus homo quàm mala bestia, quia cū malitia habet intellectū, vt diuersa mala adinueniat. [Hæc via.]

g ¶ Hic ostendit quid sequitur ex hoc malo, quod incurrunt. scilicet quòd facti sunt bestiales. Nam posset aliquis dicere, quòd nihil mali inde sequitur. Sed non est ita. Immo, aliquid aliud sequitur. Et primo, ostendit quid sequitur quantum ad eos. Secundo, quantum ad alios. Quantum ad eos dicit [Hæc via] quia scilicet sequitur passiones, est [scandalum ipsis] quia interius conturbantur. psal.68. Fiat mensa eorum coram ipsis in scandalum. Item exterius etiam conturbantur, quia puniuntur & infamantur. Philosophus. Plenitudine replentur praui. Quantum ad alios sequitur, quòd [postea in ore suo complacebūt.] Et exponitur dupliciter. Vno modo sic. Postquam interius scandalizantur, & faciunt mala, vellent quòd alii sequerentur eos. Et ideo student aliis complacere, vt trahant eos ad peccandum. Prou. 1. Si te lactauerint peccatores &c. Alio modo sic reprehendit simulationem. q.d. Postea quàm iam sic conturbantur, & sequuntur mala [in ore suo complacebunt] idest student loqui sancta, & blanda. Matthei 23. Væ vobis scribæ, & pharisæi hypocritæ: qui similes estis sepulchris dealbatis &c. sic & vos a foris. Glosa. Peiores sunt simulantes quàm aperte mali.

Sed numquid hoc verum est? Videtur quòd non. Esai.3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. Glos. Hieronymi. Secunda tabula est occulte peccate.

Dicendum, quòd aliud est non publicare peccatum, & aliud est simulare innocentiam. Nam publicare peccatum est malum, quia scandalizat alios: sed simulare innocentiam, vt alios trahat ad peccatū, malum est. Et de his loquitur hic. Alia littera habet [Et in ore suo benedicent deum] & exponitur sic. Quàm uis interius sint bestiæ, tamen labiis exterius benedicent deum. Esaiæ. 29. Populus hic labiis me honorat &c. Vel aliter. Benedicent deum de malis quæ fecerunt. Hieronymus habet. [Post eos iustitiæ eorum current]. q.d. Non intellexit, & similis factus est bestiis, & inde scandalizantur: & iō fit quia voluerunt esse bestiæ. Ideo [post eos] idest in finem comedentur a bestiis, idest a dæmonibus. q.d. Current post dæmones in inferno. [Sicut oues]

h ¶ Hic ponit mala quæ euenient peccatoribus post hanc vitam. Et quia tria mala iam dixit, scilice quòd t sunt similes bestiis, quòd contemnunt sapientiam, tertium est quòd confidunt in virtute. Et contra primum dicit [quia isti sunt sicut bestiæ, dignum est quòd sicut bestiæ puniantur. Vnde dicit. [Sicut oues in inferno positi sunt,] Oues non habent auxilium a natura ad defendendum, & ideo expositæ sunt ad cædem. psal.43. Extimati sumus sicut oues occisionis. Quia ergo mali in inferno sunt omnino pœnis expositi, ideo sunt sicut oues. Hierem. 12. Congrega *eos sicut* gregem ad *victimam*. Item oues tunduntur, & tunsæ occiduntur: ita prius tunduntur a lana mali, & priuantur siue expoliantur exterioribus bonis, & postea occiduntur in inferno. [Mors depascet eos.] Apocalip.21. Pars eorum est sulphur. Hic depascet eos, & dicit] Depascet] quia et si mors inferat pœnam, non tamen totaliter auferet: sed reseruat semper ad pœnam. Vel [mors] idest diabolus. Apocalyp. 6. Nomen illi mors [Depascet eos] idest deducet de pascuis ad pascua, idest de pœnis ad pœnas. Iob.24. Ad calorem nimium transiet ab aquis niuium. Alia litera habet [Mors pastor eorum erit] Et loquitur sic. In vita ista sūt sicut oues deputandi ad infernum, & diabolus est pastor eorum [Et dominabūtur.] Hoc est cōtra illud quod dixit supra, quòd videntur sapientes simul mori cum insipientibus. Hic dicit quòd iusti dominabuntur eorum, scilicet malorum. Vel sapientes] qui qui vocantur [iusti in matutino] idest in die. iudicii quando accipiēt iudiciariam potestatem. Malach. 4. Calcabitis ipios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum [Et auxilium eorum] Hoc est illud quod dixit. Et in multitudine diuitiarum &c. quasi dicat. Auxilium eorum quod erat ab amicis & diuitiis eorum [veterascet] idest peribit in inferno. Esa.10. Ad cuius fugietis auxilium? Iob 6. Ecce non est auxilium mihi in me [A gloria eorum] idest iuxta gloriam eorum. Apocal.18. Quantum glorificauit se tantum &c. [Veruntamen redimet animam meam] quasi dicat. Mali isti habent: sed ego liberabor ab istis. Et per quid? Per effusionem sanguinis Christi. [Redimet de manu inferi] idest de manu diaboli, sub qua erant homines ante aduentum Christi. Osee 13. De morte redimam eos [Cum acceperit me] idest cum acceperit animam meam. Hebr. 1. Nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. [Ne timueris]

i ¶ Supra Psalmus ostendit, quid sit homini timendum in mundo: hic ostendit, quid sit non timendum, scilicet prosperitas impiorum. Et primo, monet vt non timeamus propter prosperitatem malorum. Secundo, assignat rationem, ibi [Quoniam cum interierit] Prosperitas malorum duo habet, scilicet abundantiam diuitiarum, & sublimitatem gloriæ. Quantum ad primum dicit [Ne timueris cum diues factus fuerit homo] Quantum ad secundum [Et cum multiplicata fuerit gloria domus suæ] & dicit [homo] Homo constat ex duplici natura, scilicet animali & rationali. Et quandoque sumitur pro vna, quandoque pro alia. Hic sumitur pro animalitate, quasi dicat. Si homo animalis diues factus fuerit. Tales enim sæpe ditantur. Iob 21. Quare impii viuunt, sublimati sunt, confortati sunt diuitiis? Item ibidem 12. Abundant tabernacula prædonum. Si ista scilicet videris, ne timueris. Duplex potest esse causa timoris. Vna, ne deficiant in homines: alia, ne ex hoc scandalizentur boni & deficiant a spe: secundum illud, Psalm.72. Mei autem pene moti sunt pedes &c. & dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meum, quasi dicat. Ex quo tot bona deus facit malis: videtur quòd non curet de nobis secundum illud Malach. 3. Vanus est qui seruit deo, & quod emolumentum habemus, quia custodiuimus præcepta domini? Quantum ad secundum dicit [Et cum multiplicata fuerit gloria domus eius] Ecclesias. 9 Non zeles gloriam & opus peccatoris. Psalm.48. Vidi impium &c. [Quoniam cum interierit] Hic assignatur ratio, quare nō sunt timendi mali si diuites fiant. Primo, quia quandoque omnibus exterioribus bonis priuabuntur. Secundo, etiam omnibus interioribus bonis deficient: secunda, ibi [Quia anima eius] Ideo dicit. Non sunt timendi, quia deus reseruat tibi maiora. Hæc autem quæ dantur istis sunt transitoria. Et ostendit primo, quòd diuitiæ transeunt dicens [Quoniam cum interierit] scilicet diues [non sumet omnia] idest nihil ex omnibus quæ habuit poterit habere. Iob.27. Diues cum dormierit nihil secum auferet. 1. Timoth. vltimo. Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid poterimus. Secūdo, ostēdit defectū gloriæ hominis peccatoris [Neque descēdetēū eo gloria eius] quia tūc gloria eius finitur cū carne, & reseruatur et ignominia in inferno. Osee 4. Gloriā eorū in ignominiam commutabo. Apocalyp. 18. Glorificauit se &c. [Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei]

k ¶ Hic ponit primo, defectum interiorum pertinentium ad corpus. Secundo, ad animam, ibi [Et introibit] Primo ergo ostendit, quòd post hanc vitam deficit eis bonum corporis. Secundo, ostendit quòd finitur bonum virtutis si quod habuerunt. Dicit ergo [Quia anima eius] Sicut homo sumitur aliquando pro natura animali, aliquando pro rationali, ita anima sumitur dupliciter: Quandoque vt Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua. Quandoque pro animali vita. Lu.12. Anima mea habes bona &c. Dicit ergo secundū hoc [Quia animā] idest animalis vita eius [in vita ipsius benedicetur] quasi dicat. Quicquid habet de diuitiis & gloria, totum est in hac vita, & cessante hac vita deficit eius gloria: & iō non potest viræ suæ benedicere nisi dum viuit. Item aliquando peccatores laudant deum, vel faciunt opera de genere bonorum: sed si aduersitas imminet, cessat eius laudatio, siue operatio bona. Et ideo conuertit se ad deum dicens. O deus iste talis, scilicet peccator siue aliquis in prosperitate existens [confitebitur tibi] idest laudabit te [cum benefeceris ei] idest dederis sibi bona temporalia quæ amat. Prouerbio. 10. Benedictio domini diuites facit. Hieronymus. Laudabunt te cum bene sibi fuerit, idest homines laudant & seruiunt diuitibus quandiu suppetunt & prosperantur in diuitiis: sed si mutetur fortuna mutantur, nedum non laudant, sed detrahunt eis [Introibit] hic ponit defectum spiritualium. Et primo, ostendit defectum. Secundo, ponit ordinem peruenienti ad ipsum defectum, ibi [homo] Et primo, ponit defectum culpæ. Secundo pœnæ. Quantum ad *primum dicit* [Introibit] scilicet iste peccator sic diues: & quem laudant omnes dum bene est ei, introibit dico [vsque ad progeniem patrum suorum] scilicet per imitationē dum omnia mala quæ tota sua progenies fecit ipse operatur. Matth.23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Hiere.11. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores. Vel [introibit &c.] quia patres sui impii sunt in inferno, & iste ibit illuc. Quantum ad secundum, dicit [Et vsque in æternum non videbit lumen] quia quasi, scilicet hic in suo æterno, scilicet in vita noluit sequi lumen rationis, ideo [in æternum non videbit lumen] Iob.15. Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lumen. Matth.25. Inutilem seruum mittite in tenebras exteriores &c. Et quo ordine? quia cum esset præditus lumine rationis, *sicut homo in honore constitutus noluit* illo lumine regi. [Assimilatus est iumentis insipientibus] & ideo facit sicut iumentis, debet deputari occisioni.

f ¶ Et homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

a PSAL. ASAPH. XLIX.



DEVS deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A solis ortu vsque ad occasum: ex

2 PSAL. XLIX.

SVpra Psalmista inuitauit gentes ad confidendum de deo: hic instruit eas ad cultum dei. Titulus [Psalmus Asaph] Iste Asaph vnus fuit de præfectis super cantores populorum, & super illos qui cantabant & laudabant in cimbalis sicut 1. Parali. 13. & 16. & 25. dicitur. Et dicitur Psalmus Asaph, quia cantatur ministerio Asaph. Et congruit ministerio, quia Asaph interpretatur synagoga, & sic legitur in synagogæ persona. Vbi instructus de sacrificiis, duo proponit de cultu dei quæ antecedunt diuinum iudicium: & est primum. Secundum est discepratio dei cum populo de cultu suo, ibi [Audi populus meus] Ante iudicium erunt tria. Citatio iudicis, aduentus iudicis, & apparatus. Primo ergo, ponit citationem. Secundo, aduentum, ibi, [Deus noster manifeste veniet] Tertio, apparatum, ibi. [Ignis in conspectu] Circa primum, tria facit. Primo, ostendit quis sit citator. Secundo, qui sunt citati, ibi [Et vocauit] Tertio, quo ordine citentur, ibi [Ex Sion] Qui citat magnus est, quia deus omnium etiam deorum. Vnde dicit [Deus deorum dominus locutus est] Primo ergo, commendatur ab excellentia naturæ, quia deus deorum non angelus, Hieronymus habet [Fortis deus] Sed numquid sunt multi dii? 1. Corinth. 8. Siquidem sunt dii multi, & domini multi. Deus enim dicitur

dicitur tripliciter, scilicet naturaliter, & iste est tantum vnus deus. Deuter. 6. Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Item per participationem, & isti sunt multi. 1. Cor. 8. Item per nuncupationem & opinionem: sicut idola, & astra, Venus & Saturnus. Psal. 95. Omnes dii gentium dæmonia. Sed dici dii aliqui possunt, quatuor modis. Vno modo, per vnionem, & sic solus Christus dicitur deus. Ioan. 20. Dominus meus & deus meus. Alii per gratiam adoptionis. Ps. 81. Ego dixi dii estis &c. Aliqui per participationem diuinę potestatis in miraculis faciendis. Exo. 7. Constitui te deum Pharaonis. Alii per ministerium, sicut iudices. Exod. 22. Diis non detrahes. Item commendatur a gubernatione, cum dicit [Dominus locutus est] Hic locutus est interius per inspirationem. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Item, exteriori locutione. Hebræ. Nouissime locutus est &c. [Et vocauit terram] scilicet vniuersam, idest, vniuersos habitatores terræ, vnde citati sunt, non aliqui tantum in medio mundi, sed [a solis ortu vsque ad occasum] Mar. vlti. Euntes in mundum vniuersum &c. Hier. 16. Ad te venient gentes ab extremis terræ & dicent: vere mendacium &c. Ordo vocationis ponitur cum dicit [ex Sion species decoris eius] q.d. Hæc vocatio inchoata est in Sion. Esa. 2. De Sion exibit lex &c. Nam apostoli quando acceperunt Spiritum sanctum erant in Sion, & tunc fortes facti sunt ad eundum per mundum. Ex Sion ergo vbi apostoli erant, cœpit diuulgari species decoris eius. Sed Christus bene incœpit aliqualiter diuulgari: sed non videbatur species eius, quia circundatus erat infirmitate: quia, Vidimus eum nouissimum virorum, virum dolorum, vt habetur Esa. 53. Sed post passionem apparuit virtus & potestas sua [Deus manifeste].

b ¶ Hic agit de aduentu, & dicit duo, de secundo aduentu, contra duo quæ fuerunt in primo. In primo aduentu, venit deus occultus in infirmitate humanitatis. Ezech. 32. Solem nube tegam. Et illud Esa. 45. Vere tu es deus absconditus. Sed tunc erit manifestus. Apocal. 1. Ecce veniet, & videbit eum omnis oculus. Thessal. 2. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Item in primo aduentu, ostendit mansuetudinem. Esa. 53. Tamquàm agnus coram tondente ductus est. Vnde nihil dixit coram principibus & sacerdotibus; nec coram Pilato: sed tunc non silebit [sed loquetur. Esa. 42. Silui semper tacui & patiens fui, in iudicio quando iudicabar, quando tolerabam malos, sed vt parturiens clamabit: & dicit [Noster] quasi dicat. Non alius deus est iste qui venit quàm noster, extra quem non est salus. Hieronymus incipit versum. Ex Sion perfecta decore, deus apparebit, quasi dicat. Deus apparebit ex Sion quæ est perfecta decore Spiritusancti. Quantum ad primum, subdit. [Deus manifeste veniet. Quantum ad secundum [Ignis in conspectu eius ardebit.] Hic ponit apparatum venientis. Principes coram se faciunt deferri insignia & gladios. Roma. 13. Non sine causa gladium portat, quasi dicat, quia habent potestatem iudicandi. Sic ante Christum præcedent signa vindictæ & ministri iudicis. Primo ergo, ponit signa & instrumenta vindictæ. Secundo, ostendit potestatem quantum ad ministros, ibi [Aduocauit] Instrumentum diuini iudicii est duplex. Vnum principale ex parte ignis punientis, & aliud ex parte totius creaturæ pugnantis contra insensatos. Sapiẽ. 5. Quantum ad primum, dicit [Ignis in conspectu eius exardescet [Ad literam] Ignis præcedet ante eum, vt habetur. Hebræ. 10. quia ignis confringens ardebit, & purgabit superficiem terræ, & purgabit si quid est purgandum in bonis, & tandem inuoluet malos infernum. Vel ignis conscientiæ remordentis. Esaiæ 50. Ambulate in lumine ignis vestri. Quantum ad secundum dicit [& in circuitu eius tempestas valida] quæ consurget ex commotione omnium elementorum ante iudicium. Luc. 21. Erunt signa in sole &c. & erit tanta commotio, quòd etiam virtutes cælorum mouebuntur. [Tempestas] idest, indignatio erit [in circuitu eius] idest, in sanctis qui erunt circa ipsum. Esaiæ 3. Ad puniendum peccatores. Iob 27. Apprehendet eum, quasi aqua inopia. Prouerbi. Cum venerit repentina calamitas. [Aduocauit cælum desursum: &cet.]

c ¶ Posito aduentu iudicis ad iudicium, & iudicis apparatu quantum ad instrumentum pœnæ, hic ponit apparatum iudicii quantum ad ministros. Et primo agit, de assistentia ministrorum. Secundo, de officio angelorum, ibi [Congregate] Tertio, de officio apostolorũ, ibi [Annuntiabitur] In prima parte sit mentio

Sion species decoris eius.

b ¶ Deus manifeste veniet: Deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.

c ¶ Aduocauit cælum desursum: & terram discernere populum suum. Cõgregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.

d ¶ Audi populus meus & loquar Israel, & testificabor tibi

de cælo & terra. Et intelligitur dupliciter. Vno modo, vt intelligatur per methonomiam continens pro cõtento, vt per cælum designet sanctos, qui in cælis sunt, & per terram designet homines qui sunt in terra, & isti omnes ad iudicium vocantur. Et hæc est secunda vocatio, quia supra dixit, & vocauit terram, quia illa vocatio est vocatio ad fidem, ad quã omnes vocantur boni & mali. Matth. 13. Simile est regnum cælorum sagenę missæ in mare &c. Sed ista secunda vocatio est ad segregandum, quia, Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt: & ideo dicit [Vt discerneret populum suum] discretione bonorum a malis. Matth. 25. Segregabit oues ad hædis. Psal. 42. Iudica me deus & discerne causam meam. Sed aliter vocantur cæli, aliter terra, quia cælestes viri vocantur ad hoc, quasi iudices. Matth. 19. Vos qui reliquistis omnia &c. vsq; Israel. Terreni vocantur, vt iudicentur. Iohel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Iosaphat. Vel [vocauit cælũ] idest, cælestes, idest, iustos ad præmium. Dan. 12. Docti fulgebũt sicut splendor firmamenti &c. [Et terram] idest terrenos, idest, malos ad pœnam. Potest etiam esse alius sensus, vt cælum & terra ponantur pro ipsis creaturis corporalibus, & sic vocantur per modum testimonii, vel impugnationis contra infideles, quia in eis mali potuerunt aduertere ex cælo & terra. Iob 29. Reuelabunt cæli iniquitatem eius & terra consurget aduersus eum, scilicet peccatorem. Vel [aduocauit cælum & terram desursum] vt det eis animas sanctorum quas tenet [& terram] vt detinamus malorum quas tenet in profundo. Et huic concordat litera Hieronymi, quæ dicit [Congregate mihi omnes sanctos meos] qd. Ad hoc aduocat, vt exhibeat sanctos suos. [Congregate illi sanctos eius] Hoc est officiũ angelorũ, vt in iudicio, s. congregent electos. Matth. 24. Mittet angelos suos &c. Et est vox Danielis prophetæ ad angelos, ad ministerium missos. Sancti enim eius sunt [qui ordinant testamentum super sacrificia] Li supra, dupliciter accipitur. Vno modo, vt designet ordinem causæ materialis, & tunc est sensus [Super sacrificia] idest, qui fecerunt pactum deo, de sacrificiis offerendis. Et fecit mentionem de sacrificiis propter duo. Primo, quia sequens disceptatio erat de sacrificiis. Secundo, quia disceptatio in iudicio erit solum cum fidelibus, qui iudicabuntur. Et isti sunt qui cum deo pactum in sacrificiis fecerunt. Alio modo, vt ly supra, notat excessum. Et sic dicendum est, quòd per testamentum intelligitur nouũ testamentum, quod excedit. Vnde est sensus [Super sacrificia] idest, qui præferunt nouum testamentum sacrificiis veteris testamenti. Vel testamentum promissum a deo, & sic [super sacrificia] idest, qui bona promissa a deo reputat maiora omnibus meritis nostris. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. Vel per testamentum illud, anima habet fœdus cum iustitia, misericordia, fide, & huiusmodi. Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. Et sic sunt [super sacrificia] idest, qui præferunt bona spiritualia, huiusmodi sacrificiis corporalibus. Osee 6. Misericordiam volo, & non sacrificium. Vel [qui ordinant testamentum &c.] idest, qui in sacrificiis quæ deo exhibent, habent respectum ad testamentũ dei, quia aliqui referunt bona quæ faciunt ad aliud, vt in ipsum congregentur. 1. Cor. 10. Omnia in gloriam dei facite [Annuntiabunt cæli] Officium angelorũ est annuntiare, & hi designantur per cælos. Vnde [cæli] idest, apostoli [annuntiabunt] iustitiam dei. Et dicuntur [cæli] quia ipsi eminent omnibus choris sanctorum & illuminant totam ecclesiam. Ps. 18. Cæli enarrant gloriam dei. Annuntiabunt autem [quoniam deus iudex est] per doctrinam instruendo. Act. 10. Ipse est qui constitutus est a deo, iudex viuorum & mortuorum. Instruunt ergo de futuro iudicio. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Alio modo, nuntiabunt per iudicii authoritatem promulgantes sententiam contra malos, quando, Sedebunt super sedes duodecim, vt dicitur. Matth. 19. [Audi].

d ¶ Hic agit de disceptatione iudicii. In disceptatione iudicii, tria sunt necessaria. Vnum requiritur ex parte nostra. Aliud, ex parte dei. Tertium, est ipsa disceptatio. Ex parte nostra requiritur auditus non solum exterior corporalis, respectu eorum quæ audiuntur corporaliter, sed etiam interior. Eccles. 6. Si dilexeris audire: & ideo dicit [Audi] idest etiam interius attende. Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. [Populus meus] quia qui non est de populo suo, non audit eum. Ioan. 6. Omnis qui audit a patre meo. Item ibidem 8. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Ex parte dei requiritur locutio, & testificatio: & ideo dicit [Et loquar Israel, et testificabor tibi [Est autem

tem duplex locutio dei. Vna est exterior per prædicatores. Heb. 1. Olim deus loquens patribus in prophetis. Alia est interior per inspirationem. Psal. 44. Quid loquatur in me &c. Item testificatio est duplex: vna est per miracula. Ioan. 5. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. Alia per testes. Esa. 44. Vos testes mei. Act. 2. Eritis mihi testes &c. Et sic ista possunt esse verba Christi populum instruentis. [Audi populus meus & loquar Israel, & testificabor tibi] per miracula. Io. 5. Opera quæ dedit mihi pater, vt perficiam. Itẽ Scrutamini scripturas: & iõ loquar per miracula & per scripturas, idest, apparebit quod ego vera loquor, & quod verus sum per scripturas. Et quid testificabor? [Deus deus tuus ego sum] scilicet singulariter. Exod. 20. Ego dominus, & dicit, [Sum] propter æternitatem, quia non declinat nec in præterito nec in futuro: & dicit [Deus tuus] quia de semine Abrahæ. Roma. 9. Ex quibus Christus est secundum carnem [Non in sacrificiis tuis arguam te]

Deus tuus ego sum.

e ¶ Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tuam vitulos: neque de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum: iumenta in montibus & boues. Cognoui omnia volatilia cæli, & pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.

f ¶ Numquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

g ¶ Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

h ¶ Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.

i ¶ Peccatori aũt dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os

e ¶ Hic agit de ipsa disceptatione: & circa hoc tria facit. Primo, reprobat vetus sacrificium. Secũdo, inducit sacrificium nouum, ibi [Immola deo] Tertio, ab hoc sacrificio repellit malos, ibi [Peccatori] Sacrificia sunt protestationes fidei: & ideo præmissurus de vultu dei, præmittit de fide vnius dei. Et primo, proponit intentum. Secundo, assignat rationem. Dicit ergo. Veniam & iudicabo & [non arguam de sacrificiis tuis] quæ non omisisti.

¶ Sed contra, Qui tunc omisisset, erasset: sed pro omni errato adducetur in iudicium, vt dicitur Ecclesiast. 12.

¶ Dicendum, quòd homo arguitur, quando non facit voluntatẽ superioris. Voluntas autem dei est sanctificatio vestra. Hæc autem sacrificia non conferunt ad sanctitatem vestram: & ideo nõ sunt per se volita a deo, sed prout sunt signa alterius: & ideo dicit. Osee 6. Misericordiam volo & non sacrificium: & prout sunt signa interioris virtutis: & ideo de virtutibus arguuntur per fequas non exercuerunt, non de sacrificiis. Rationem manifestat. Primo, ex parte eorum. Secundo, ex parte sua. Vnde dicit [Holocausta autẽ tua in conspectu meo sunt semper. q.d. Non arguam te de sacrificiis, quia promptus es ad sacrificia carnalia offerenda, quia libenter offerebant sacrificia propter hoc quòd delectabantur in eis in conuiuiis. Esa. 22. Ecce gaudium, immolare victimas &c. Vel aliter. [Non arguam te in sacrificiis] carnalibus [quia holocausta tua] scilicet spiritualia [in conspectu meo sunt semper] idest mihi placent. Et hæc sunt sicut Gregorius quando totum deo offertur. s. qui seipsum offert, & totum quod habet, & sic expẽdit in dei seruitio. Ex parte Dei manifestat rõnẽ cũ dicit [Nõ accipiã de domo tua vitulos] Ratio quare nõ arguã te de sacrificiis est, quia quæ non quæro principaliter, non principaliter arguo de eis, duo erant principalia sacrificia vitulus, & hircus. Leuit. 4. Et hæc duo ostendit se non accipere, idest, acceptare de domo carnalium [De gregibus tuis] scilicet carnalibus [accipiam] idest acceptabo [hircos] Mich. 6. Numquid placari potuit dominus in millibus arietum. Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum] Probat quod dixit, scilicet quod nec vitulos nec hircos approbat, & quòd si indigeret nõ acciperet de domo sua. Nullus petit aliquid, quod in potestate sua: omnia autem quæ isti offerebant, erant in potestate dei. Tria offerebantur in veteri testamento: animalia quadrupedia, aues, & fructus, scilicet primitias & panes. Quantum ad primum dicit [Omnes feræ syluarum meæ sunt] Quadrupedia in duo genera diuiduntur, quia quædam sunt syluestria, & quædam domestica, & licet syluestria non offerantur, tamen enumerat ea vt magis appareat quòd etiam domestica sunt sua. Mystice autem per ista animalia possunt designari diuersa genera personarum, vnde dicit [Feræ] idest infideles [iumenta] idest, fideles [boues in montibus] idest, apostoli omnia mea sunt. Quantum ad secundum dicit [Cognoui omnia volatilia cæli] idest, ista subsunt meæ prouidentiæ. Per hæc volatilia sancti angeli intelliguntur, qui sunt similitudo. Quantum ad tertium dicit [Et pulchritudo agri mecum est] idest, quicquid pulchrum est in eis mihi seruit. Vel pulchritudo agri mecum est, quia vbique sum. Et est, quia semper sum, sine præterito & futuro [Si esuriero non dicam tibi] Concludit per impossibile. Si indigerem eis non dicerem tibi, idest, non quærerem a te. Quare? Quia [meus est orbis terræ & plenitudo eius] Psalm. 23. Domini est terra &c. [Numquid manducabo]

f ¶ Supra Psalmus ex persona domini assignauit rationem, quare dominus non accipiet hircos, etiam si indigeret: hic autem ostendit, quod non indiget. Sciendum est autem, quòd in lege præcipitur, q̃ carnes holocaustorũ cõburerentur, & sanguis effundebat ad altaris crepidinem. Et posset aliquis suspicari, quòd deus delectaretur in sanguine & carnibus illorum. Hæc etiam fuit opinio gentilũ, quòd dii eorum delectarentur odoribus carnium & sanguinis effusione, vt dicit August. Et dominus dicit quòd si his non delectatur, quæ non delectant secundum se: & ideo dicit [Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo] q. d. Non, quia non indigeo nec delector, quia delector in his, quæ per se sunt cibus dei: sed alius est cibus dei quàm carnes & sanguis animalium. Cibus enim dei est id, quod est cibus omnium sanctorum. Lucæ 22. Ego dispono vobis sicut &c. Et sic eadem est refectio sanctorum & dei. Sed sancti reficiuntur ipsius amore dei. Et sic deus reficitur in fruitione sui ipsius. Thob. 12. Ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. [Immola deo]

g ¶ Hic ostendit quid sit illud sacrificium, quod deus acceptat. Et primo, ostendit quid deus acceptat ab homine. Secundo, quid retribuit. Duo requirit dominus ab homine. Primo, sacrificium laudis. Et dicitur laus sacrificium, quia nihil est aliud sacrificium, nisi protestatio interioris deuotionis & fidei: quia per sacrificium recognoscimus deum creatorem omnium. 1. Paral. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Augustinus lib. de doctri. Christiana dicit, quòd nullum signum est, ita expressum & intentionem cordis significãs, sicut verbum, & exterior fides & deuotio non potest melius explicari, quàm per deuotionem laudis, & sic laus est magis deo accepta, quàm occisio animalium. Hebræo, vlti. Per ipsum offeramus ostiam laudis semper deo Osee vlti. Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Secundo, dominus requirit vt reddat vota altissimo. Et ideo dicit [Et redde altissimo vota tua] Laus est sacrificium dei, inquantum est signum interioris deuotionis, quia laus significat quòd homo deo offert mentem suam. Et hoc vult deus quòd sibi reddatur, & hoc est votum, & ita votum est actus latriæ. Esa. 19. Colent eum in hostiis & muneribus, & vota vouebunt deo & soluent. Ecclesiast. 5. Si quid vouisti deo, ne moreris reddere. [Et inuoca]

h ¶ Hic dominus exponit quid retribuet colentibus eum. Et primo, ostendit quid sancti patiuntur. Secundo, quid faciant in tribulationibus. Tertio, quid a deo recipiant. Quarto, quid a deo recompensant. Dicit ergo quòd per hoc, quòd aliquis reddit vota, nihilominus affligitur. Psal. 68. Persequuntur me inimici mei iniuste. Et ratio huius est: quia nisi affligerentur iusti in hoc mundo, multi seruirent deo, non propter ipsum, sed propter prosperitatem. Secundo, ostendit quid faciant tempore tribulationis, quia debẽt eum inuocare. [Et inuocabis me] Deus quid faciet ei? Liberabit eum [Eruam te] Psalm. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui &c. Et postea liberatus debet deum honorificare [Et honorificabis me] [Peccatori autem dixit deus]

i ¶ Hic arcet quosdam, scilicet peccatores a sacrificio laudis, & ponit tria. Primo, humanam peruersitatem. Secundo, dei patientiam. Tertio, comminatur diuinam seueritatem. Peruersitas humana cõsistit in hoc, q̃ bona dicũt & mala faciunt: & ideo ostendit, quomodo indigni sunt bona dicere. Est autem duplex bonũ. Vnum est instructio morũ, aliud est informatio ad laudem dei. Dicit ergo [Tu] scilicet populę meus immola deo sacrificium laudis &c. [Sed peccatori dixi deus] idest, Iudæi præordinatione fixum est, quòd hoc iniustum est, quòd bona dicat & mala faciat. Et hoc dixit, quia hoc in mente omnium etiam peccatorum impressum est: & quid dixit? [Quare tu enarras iustitias meas. Roma. 2. Qui prædicas non furandum furaris?

¶ Sed numquid, qui in statu peccati mortalis est peccat mortaliter, quando prædicat vel docet.

¶ Dicendum, q̃ eius peccatũ aut est publicũ vel occultũ: & si occultũ, vel est ex contemptu & sine pænitẽtia, aut cũ pænitentia:

Sion species decoris eius.

b ¶ Deus manifeste veniet: Deus noster & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.

c ¶ Aduocauit cælum desursum: & terram discernere populum suum. Cõgregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.

d ¶ Audi populus meus & loquar Israel, & testificabor tibi

Dicendum est ergo, quòd si aliquis est in peccato publico non debet publice prædicare vel docere. Et dico publico, quia si peccatum non est publicum, posset cum charitate occulte fratrem suum de peccato etiam minori, quàm sit suum peccatum occultum est reprehendere: reprehendendo tamen seipsum. Si vero est in peccato occulto

tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.

K ¶ Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersum filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique, quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.

l ¶ Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

& sine pænitentia, tūc prouocat deum quia similat. Prouer. 11. Simulator ore decipit amicum suum. Et de his loquitur hic, sicut dicit glo. Augustini. Lingua laudare non præsumat: cui contradicit conscientia. Si vero peccatum est occultum & dolet, non peccat prædicando vel docendo, etiam si publice loquatur contra peccatum: quia sic detestando aliorum peccata detestatur etiam suum. [Et assumis testamentum meum per os tuum] Iustitia refertur ad instructionem, testamentum refertur ad laudem fidei. Eccles. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia nomen dei est sanctissimum: & ideo inconueniens est, quòd a peccatoribus assumatur, quasi vsurpatum. Prouerb. 26. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola [Tu vero odisti disciplinam] Hic ostendit mala, quæ faciunt peccatores. Et faciunt duo mala: primum est, quòd odiunt diuinam correptionem. Vnde dicit [Tu vero odisti disciplinam] Hæc correptio morum fit per difficilia. Hebr. 12. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur esse non gaudii, sed mœroris. Hanc odiunt mali. Hebræo. 12. Si extra disciplinam estis &c. Psalm. 118. Bonitatem & disciplinam &c. Amos 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Tu ergo non vis ab aliis castigari cum quotidie delinquas? [Et proiecisti sermones meos retrorsum] quibus informaris ad bene operandum & merendum. Tales sermones debent haberi in reuerentia. Sed isti scilicet peccatores non accipiunt eos, nec considerant. Ezech. 33. Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui conuertunt illos. Vel [proiecisti] idest pro nihilo habuisti. [retrorsum] ita vt nec etiam cōsiderares eos [Si videbas furem currebas cum eo] Hic proponit malitiam peccatorum, quantum ad operationem mali. Sed paulo ante ostendit defectum eorum, quantum ad desertionem boni cum dixit [Tu vero odisti &c.] Et primo, ponit eorum nequitiā, quantum ad malum operis, deinde quantum ad malum oris. Dicit ergo [Si videbas] Vbi sciendum est, quòd hæc verba ex persona dei, proponuntur peccatori annuntianti & prædicanti iustitiam dei. Et competunt maxime prælatis & doctoribus, qui non de facili per se in peccatum labuntur: sed aliis peccantibus consentiunt & hæc conuertuntur in eos. Rom. 1. Digni sunt morte non solum qui faciunt &c. 1. Reg. 2. Punitus est Hely, qui non correxit filios. Ideo de hoc reprehendit eos. Et tangit duo, scilicet furtum & adulterium. Quantum ad primum dicit [Si videbas furem] ad te delatum ad iudicium [currebas cum eo] non corrigendo. Esa. 1. Principes tui infideles. Item [cum adulteris portionem tuam ponebas] quia non corrigis adulteros, sed blandiris: & cooperis & foues eos, cum ad notitiam tuam perueniunt. Hierem. 9. Omnes adulteri sunt. Spirituale autem furtum est, quando ex verbis sacræ scripturæ deprauator furatur verum intellectum, & sic videns deprauare & occultare verum intellectum, & tu consentiens curris cum eo. Hier. 23. Ecce ego ad prophetas quæ furanī verba mea. Adulterium spirituale est, quando verba retorquent in alium sensum vel ad alium finem, puta si prædicet ad lucrum vel seductionem 1. Corinth. 2. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. [Os tuum]

k ¶ Hic agit de peccato oris, quod aggrauabatur dupliciter. Primo, ex circunstantiis. Secundo, ex conditione personarum, ibi, [sedens] Circa primum, duo facit. Primo, ponit conditiones aggrauantes, scilicet frequentiam. Aliud est dolositas. Frequentia, quia si aliquando quis committat aliquod peccatum: quoquomodo tolerabile est. Vel si ex lapsu linguæ aliquod inordinatum dicat facilius portatur. Iac. 3. Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir. Si quis autem os suum implet maledictionibus, tunc ex malitia propria procedit. Nam ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Ps. 13. Quorum os maledictione &c. Aggrauatur etiam peccatum linguæ ex dolositate, siue fraude. Hiero. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est: & ideo dicit [& lingua tua concinnabat dolos] idest componebat, & quasi vt docens ordinabat dolos, vt verba eius essent placentia. Prouer. 12. *Qui testis est repentinus, concinnat verba mendacii* [Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris] Hic ostendit quomodo peccatum linguæ aggrauatur ex conditione personarum. Et primo, ex conditione loquentis. Secundo, ex conditione eius contra quem loquitur. Tertio, ex conditione audientium. Dicit ergo [Sedens] Contingit aliquādo quòd aliquis dicit amarum verbū commotus & prouocatus, & hoc vtcumque tolerabile est. Sed quando aliquis quieto corde non prouocatus dicit mala, hoc iniquum & detestabile est: & ideo dicit [Sedens] .s. quietus. Psalm. 68. Aduersum me loquabantur qui sedebant in porta. Ex persona eius contra quem loquitur aggrauatur peccatum, quia si loqueretur contra iniquum secus esset. Sed dicit [aduersus fratrem tuum] Hier. 9. Vnusquisque a proximo se custodiat [& aduersum filium matris tuæ ponebas scandalum] Hic ostendit quomodo aggrauatur ex parte eorum, qui ex hoc scandalizantur, scilicet audientium: & ideo dicit [ponebas scandalum] scilicet aliorum cōtra fratrem tuum. Et quod dicit [filium matris tuæ] ostendit quòd paruuli lactentes dicuntur filii matris, & pusilli scandalizantur de verbis malis quæ dicit [hæc fecisti & tacui] Hinc agit de dei simulatione. Et primo, ponitur dissimulatio dei. Secundo, ponitur effectus dissimulationis in malis, ibi [Existimasti] Dicit ergo [hæc fecisti] scilicet omnia quæ supradicta sunt: locutus es bona, & perpetrasti mala, vt sic loquatur Psalmus in persona dei [& ego tacui] quasi scilicet non statim te correxi & puniui: sed ex clementia & misericordia te ad pænitentiam expectaui. Esa. 42. Tacui, semper silui. Ro. 2. An ignoras quòd benignitas dei ad pænitentiam te adducit? Sed homo malus & peccator hac clementia abutitur in superbiam. Ro. 2. Secundum duritiam tuam & cor impænitens thesaurizas tibi iram &c. Et ideo dicit [Existimasti inique quod ero tu similis] Dictum est autem supra [Si videbas furem &c.] Arguunt ex hoc peccatores & credunt iniqui, quod peccatum placeat deo & non puniat, quia tacet [hæc fecisti & tacui] sed hæc existimatio est iniqua, quia Similiter odio sunt deo impius & impietas eius, vt dicitur Sap. 14. & Abachuc 1. Mundi sunt oculi tui ne videant mala, & ad iniquitatem respicere non poteris [sed arguam te] Vnde hic ponitur diuina securitas. Et primo, in eius reprehensione. Secundo, in effectu. Dicit ergo [arguam te] idest condemnabo te. Psalm. 6. Domine ne in ira tua corripias me. In ira est effectus [statuam contra faciem tuam] Deus qui punit non solum punit per seipsum, sed per alias creaturas, vt Sap. 5. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. Item etiam ipse homo contra se pugnat per remorsum conscientiæ. Et sic etiam contra se pugnat, & per seipsum arguit. Et hoc est, quod dicit [statuam te contra faciem tuā] idest tu ipse te condemnabis. Ioan. 8. Nemo te condemnauit? nemo domine, nec ego te condemnabo. Vel [statuam contra faciem tuam] scilicet creaturas, vt dicitur Sap. 5. Siue rationales, idest angelos & sanctos, siue irrationales quibus male vsus est in peccatis. Iob 7. Posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsi grauis, quia contra seipsum peccator dicet. Sap. 5. Errauimus a via veritatis. Naum 3. Reuelabo pudenda tua in faciem tuam. Esa. 3. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Et hæc pœna est vermis conscientiæ. [Intelligite hæc qui obliuiscimini deum]

l ¶ Hic hortatur ad peccatorum considerationem. Et primo, ad considerandum dei seueritatem. Secundo ostendit, quid sit acceptum deo in sacrificiis. Primo ergo hortatur ad intelligendum. Vnde dicit. [Intelligite hæc qui obliuiscimini deum] .s. quæ dicta sunt considerate. Et hoc necessarium est, quia estis obliti dei. Deut. 32. Oblitus es dei creatoris tui. Secundo, quid intelligat [Nequando rapiat] scilicet diabolus [& non sit qui eripiat] scilicet de eius potestate. Quando diabolus rapit ad pœnam inferni, non est qui eripiat. Aliquando rapit ad peccatum, & deus eripit peccatorem. Psalm. 90. Eripiam eum. Quod non eripiat de potestate diaboli ad pœnam non est ex impotentia, sed ex sua iustitia nón vult [Sacrificium laudis honorificabit me] Hic concludit, quid sit acceptum deo in sacrificiis. Et ostendit duplicem fructum in eis. Vnus fructus, ex parte dei, vt excellentia eius manifestetur: & hoc fit per sacrificium laudis vocalis. 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam dei facite. Alius fructus est ex parte nostra, scilicet vera salus. Vnde dicit [& illic iter

quo

quo ostendam illi salutare dei] idest ad videndum deum. Esa. 52. Leuauerunt vocem: simul laudabunt. Hieronymus habet. [Et qui ordinate ambulat ostendam illi salutare dei] quasi dicat, Duo autem necessaria sunt ad salutem, idest, sacrificium laudis, & quòd ordinate ambules.

PSAL. L.

Quando uenit ad eū Nathan propheta cum intrauit ad Bersabee.

a PSAL. DAVID L.

MISERERE mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me.

IN præcedentibus Psalmis huius decadis videtur psalmista egisse de his, quæ pertinent ad statum regni cuius gloriam descripsit, & alios ad eam inuitauit. Nunc autem quia gloria huius regni impedita est per peccatum, agit de abolitione peccati. Vbi duo consideranda sunt. Primum, quòd in ordine psalmorum hic Psalmus est quinquagesimus: & hic est numerus iubileus, vt dicitur Leuit. 27. In quo fiebat remissio omniū debitorum: vnde congruit hic numerus huic Psalmo, in quo agit de plena remissione peccatorum. Similiter quantum ad pænitentiales iste ponitur quartus, & conuenienter. Nam primus pertinet ad cordis contritionem: vnde dicit. Lauabo per singulas noctes &c. Secundus pertinet ad oris confessionem. Dixi confitebor &c. Tertius pertinet ad satisfactionem: vnde dicit. Afflictus sum &c. Hic autem quartus pertinet ad effectum pænitentiæ. In quo ostenditur quomodo pænitentia restaurat hominem ad perfectum: & ideo inter omnes alios Psalmos iste magis frequentatur in ecclesia, quia iste solum implorat misericordiam, & sic impetrat veniam, & hoc facile est, & cuilibet potest competere. In aliis autem Psalmis pænitentialibus, sunt quædam grauia, sicut [Lauabo &c.] [& cinerem tamquàm panem manducabā &c.] quæ non possunt cuilibet competere. Titulus talis est, [Psalmus Dauid quando venit ad eum Nathan propheta cum intrauit ad Bersabee] Hæc historia habetur expresse, 2. Regum 11. & 12. c. quando Dauid erat in prosperitate vidit mulierem lauantem se, & concupiuit eam, & adulterauit, & fecit occidere virum eius. Et hoc displicuit deo, & missus est ad eum Nathan propheta, & reduxit eum in detestationem sui peccati, sub similitudine ouis perditæ. Et Dauid dixit. Peccaui domino: Et dimissum est ei peccatum. Et hæc est materia huius Psalmi, scilicet dimissio peccati. Sed, sciendum est, in titulo huius Psalmi, quòd Dauid in aliis Psalmis loquitur de aliis: sicut, ibi. [Deus deus meus] loquitur prænuntians passionem Christi: & sic in diuersis Psalmis loquitur de diuersis: sed istum Psalmum propter seipsum fecit. In quo ostendit culpam quam fecit mundo manifestam: & similiter veniam, & sic impletur illud quod dominus dixit. 2. Regum. 12. Tu fecisti hoc in occulto: & ego faciam illud manifestum. Ratio autem huius manifestationis est diuina misericordia. Nam vtilis est iustis hæc manifestatio, vt non præsumant de sua iustitia: *quia* si Dauid post tot victorias, post donum Spiritus sancti, post tantam familiaritatem cum deo & prophetiam peccauit, quantum debemus cauere nos, qui fragiles & peccatores sumus? 1. Corinth. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Item vtilis est peccatoribus, vt non desperent. Prouerb. 24. Si desperaueris lapsus, in die angustiæ imminuetur fortitudo tua. Nam Dauid post homicidium & adulterium recuperauit gratiam prophetiæ. Notandum est autem modus loquendi in titulo. [Quando venit] vbi designat veniam, de qua agitur in Psalmo, quia per eum audiuit eum dominus, & transtulit peccatum illius: sed cum dicit [quando intrauit ad Bersabee] designatur culpa. Vbi duo ostensa sunt. Primum, quòd nominat culpam cum dicit [& intrauit] Psalm. 11. Eloquia domini eloquia casta. Item cum commisisset duo peccata, scilicet adulterium & homicidium, scriptura nominauit adulterium tantum. Et hoc, propter duo. Primo, vt designet quòd in scrutandis & publicandis peccatis aliorum non simus prompti, sed valde parci. Prouerb. 14. Ne insidieris, vt quæras impietatem in domo iusti. Et hoc signatur Matth. 25. Vbi dominus merita bonorum enumerat diligenter, demerita malorum transiit. Item adnotandum, quòd quando quis facit duo peccata & vnum facit propter aliud, vnum transit in speciem alterius: sicut qui committit furtum vt fornicetur, dicitur potius fornicator. Diuiditur autem iste Psalmus in duas partes. Primo .n. implorat misericordiam. Secundo, promittit emendam, ibi, [Docebo iniquos] Circa primum, duo facit. Primo, petit culpæ relaxationem. Secundo, petit sanctitatis & gratiæ restaurationem, ibi. [Quoniam iniquitatem] Petit ergo primo misericordiam dei cū dicit [Miserere mei deus] Vbi sciendum est, quòd sicut dicitur Prouerb. 14. Miseros facit populos peccatum. Sicut enim non est vere fœlix qui abundat diuitiis, fruitur voluptatibus, pollet honoribus, sed qui fruitur deo, ita non est miser qui est pauper, miser, & debilis, & infirmus: sed qui est peccator: & ideo iste qui est peccator dicit [Miserere mei deus] tu scilicet, qui misereris omnium & nihil odisti eorum quæ fecisti. Sap. 11. & secundum Apostolum. Misereris cui vis. Roma. 9. Miserebor cui voluero. Ergo si voluntati tuæ subest misereri. [Miserere mei] scilicet peccatoris. Non vult contendere, nō quærit disputare, sed breui vtitur via. [Miserere] Item non allegat misericordiæ causam, non seruitia quæ fecit deo, non pericula quæ sustinuit pro eo, sed solum dei misericordia implorat: vnde dicit [secundum magnam misericordiam tuam] Dan. 9. Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus multis. Et notandum, quòd aliquis potest sperare de misericordia diuina, duplici ratione. Vna ratio est, ex consideratione diuinæ naturæ: alia ratio est, ex consideratione & secundum multitudinem effectuum eius. Primo ergo ostendit, quòd sperat de misericordia dei, ex consideratione naturæ diuinæ, quia naturæ diuinæ proprium est, quòd sit ipsa bonitas. Vnde Dionysius dicit, q; deus est ipsa substantia bonitatis. Et Boetius de Tri. similiter. Vnde nihil aliud est hæc dei misericordia nisi bonitas relata ad depellendam miseriam. Ergo cum considero quòd bonitatis miseriam repellere est propriū, & tamen est ipsa bonitas, confidenter ad misericordiam recurro. Et dicitur magna sua incomprehensibilitate qua implet omnia. Ps. 118. Misericordia domini plena est terra. Et in omnibus habet locum. Nam iusti innocentiam seruauerunt propter misericordiam dei. Aug. Domine gratiæ tuæ deputo mala quæ non feci. Item peccatores sunt conuersi ad iustitiam propter dei misericordiam. 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum. Item in peccato existentes misericordiam dei experti sunt. Tre. 3. Misericordiæ domini multæ, quòd non sumus consumpti. Item dicitur magna sublimitate, quia miserationes eius super omnia opera eius. Nam misericordia non signat in deo passionem animi: sed bonitatem ad repellendā miseriam. Item magna duratione. Esa. 54. In misericordia sempiterna misertus sum tui. Item magna virtute, quia deum hominem fecit, de cælo deū ad terram deposuit, & immortalem mori fecit. Ephes. 2. Deus autem qui diues est &c. Item magna per effectū, quia ex omni miseria potest homo per misericordiā eleuari. Psal. 85. Misericordia tua magna est super me, & remisisti impietatem peccati mei Et ideo confidenter peto [Miserere mei deus] Itē alia ratio est, quia in omnibus a principio mundi inueni effectus misericordiæ tuę. Et ideo dicit [Et secundum multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam] q.d. Miserere mei secundum q; multipliciter & in diuersis misertus es oībus hominibus. Vnde dicitur Esa. 63. Miserationū dn̄i recordabor Ps. 24. Reminiscere miserationū tuarū &c. [dele iniquitatē meā] Hic ponit effectū miserendi. Nathan dixit. Dn̄s transtulit pctm̄ tuū &c. Et sic erat securus de venia, sed volebat totaliter pctm̄ extirpari. Remanet aūt duplex effectus pcti. .s. reatus pœnę, & macula in aīa. Primo ergo petit remoueri reatū pœnæ: & ideo dicit [Amplius laua me ab iniquitate mea] Sciendū est, q; Hier. 17. dicitur q; Peccatū Iudę scriptū fuit stylo ferreo in vngue adamantino: ad similitudinē iudicis qui scribit culpā, quæ tandiu seruatur scripta, quandiu habet animū puniendi. Sed si deponit animū non seruat scripturā. Et sic scriptū stylo adamantino dicitur, qn̄ peccatū non deletur. Et hoc est qđ dicit [dele iniquitatē meā] .i. non imputes mihi iniquitatē ad pœnā. Esa. 53. Ego sum qui deleo iniquitates vestras. Itē ibidē. 44. Deleui vt nubes iniquitates tuas, & quasi nebulā pctā tua [Amplius] Hic petit remoueri immūditiā culpæ. Homo qui habet mentē bene dispositā plus abhorret immunditiā culpæ, q̄ austeritatem pœnæ: & ideo dicit [Amplius laua me] q.d. Peto vt deleas pœnā: sed amplius peto q; mundes maculā. Vel [Amplius laua] q̄ ego intelligo. Ro. 8. Nā quid oremus sicut oportet nescimus. Ephes. 3. Ei qui potens est oīa facere superabundanter q̄ petimus aut intelligimus. Duo sunt necessaria ad remouendū maculam. .s. ablutio præcedens, & munditia sequens. In corporibus ablutio fit per aquā, & sic s̄m glosam Psalmus per aquā præfigurat virtutē baptismi, qua deus dimissurus erat peccatū Ezech. 36. Effundam super vos aquā mundā &c. Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid in ablutionē peccatorū & menstruatæ. Et licet baptismus nondum institutus esset, tn̄ virtus dei lauans erat in baptismo. Ergo [laua me ab iniquitate mea] Hiere. 4. Laua a malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Item peto, vt mundes me a peccato, quia nullus mundatur nisi a te. Iob 14.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Ecclesiast. 34. Ab immundo quis mundabitur? Et dicit duo, scilicet iniquitatem & peccatum. Iniquitas est contraria iustitiæ: peccatum vero munditiæ: & hoc est adulterium. Et sic iniquitas fuit inquantum læsit alium per homicidium: sed peccatum est per adulterium in quem se polluit. [Quoniam]

b ¶ Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

c ¶ Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti.

d ¶ Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me

b ¶ Hic confitetur culpam. Et primo, confitetur culpam. Secundo, ostendit hanc confessionem esse deo acceptam. Primo, ergo confitetur culpam. Secundo, ipsam culpam exaggerat, ibi [Tibi soli peccaui] Tertio, eius originem demonstrat, ibi [Ecce enim] Recognoscit ergo culpam suam dicens [Quoniam iniquitatem] Quidam sunt qui peccata sua non cognoscunt propter tres causas: Quia aggrauatur ratio, ex grauitate peccati Prouerb. 18. Impius cum in profundũ peccatorum venerit contemnit. Psal. 39. Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderẽ. Item quia non recordantur. Ecclesiast. 5. Oblitus est delitiarum suarum. Item propter adulationes hominum. Psalm. 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ. Et ideo quia alii laudant eum de peccatis, ipse non recognoscit. Sed fœlix qui peccatum suum recognoscit sicut Dauid. Prouerb. 14. Cor non nouit amaritudinem animæ suæ: in gaudio eius non commiscetur extraneus. Quantum ad secundum dicit [& peccatum meum contra me est semper] Quidam sunt qui etsi cognoscant peccatum suum, tamen non detestantur: sed iste semper peccatum suum contra se habet vt contrarium, & nociuũ, & detestabile. Et dicit [semper] Quidam sunt qui ad horam detestantur peccatum Iaco. 1. Considerauit se & abiit &c. Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos &c. Psalmus. Iniquitatem meam ego cognosco. Alia litera [coram me] & sic designatur quòd recognoscit culpam, & quòd continue meditatur de ea. Et hoc statutum est coram deo per Nathan prophetam sub similitudine [Tibi soli peccaui] Supra Psalmista posuit recognitionem propriẽ culpæ: hic autem exaggerat culpam suam. Et circa hoc, duo facit. Primo, exaggerat ipsam. Secundo, ponit id quod ad exaggerationem consequitur, ibi [vt iustificeris] Hanc culpam exaggerat per respectum ad deum, & dupliciter vt dicitur Hiere. 29. Ego ero iudex & testis. Videtur autem deum iudicem contemnere, qui non timet peccare propter iudicium eius. Et similiter contemnit deum cælestem qui peccat in oculis eius: & ideo dicit [Tibi soli peccaui] Sed numquid non peccauit contra Vriam quem occidit? Sic. Sed dicit [Tibi soli] idest deo, quia ipse non est obnoxius famulo suo, sed sententiæ dei. Cum enim peccat dominus qui est super seruũ non peccat seruo sed deo. Sap. 6. Potestas vobis data est a domino & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera tua, & cogitationes scrutabitur. Vel [Tibi soli] idest per comparationem ad te solum peccaui. Et potest hoc referri, siue ad deum, siue ad Christum. Deo dicitur peccare per comparationem ad iustum, & sic. [Tibi soli peccaui[quia solus est sine peccato. Et similiter Christus omnino fuit sine peccato. [Tibi ergo soli peccaui] contemnendo iudicium tuum. Item contempsi te testem, quia [malum coram te feci] vidente & præsente feci. Prouer. 15. Infernus & perditio coram domino: quanto magis corda filiorũ hominũ? Eccle. 23. Oculi domini multo lucidiores supra solem [vt iustificeris] Hic ponitur quod consequens est ad istam exaggerationem, & hoc potest multipliciter legi. Sed primo quod magis videtur dicam. Vt enim, quandoque ponitur causaliter, quandoque ponitur consecutiue tantum, & tunc est eius sensus [malum coram te feci vt iustificeris tu] quia nullus propter peccatum iustificatur, sed hoc consequitur ex peccato, quia ex hoc ipso quòd homo peccat iustitia dei manifestior redditur. Nam ex peccatis eius apparuit quòd eum deus puniuit. Hæc autem punitio, consistit in duobus. Primo, comminatur. Secundo, infert pœnam, & in vtroque est iustus. Quantum ad primum dicit [in sermonibus] quibus pœnam comminaris. Prouerb. 8. Iusti sunt sermones mei. Quantum ad secundum dicit [vincas cum iudicaris] idest cum aliis in iudicio compararis. Frequenter deus ad ostendendam suam iustitiam & nostram etiam, vult nobiscum iudicari. Esa. 5. Iudicate inter me & vineam meam. Et in hoc deus iustitior inuenitur. Iob 9. Si contendere cum deo voluerit non poterit ei respondere vnum pro mille. Et quòd hæc sit intentio Psalmi patet ex Apostolo Roma. 3. Est autem deus verax, omnis homo mendax: sicut scriptum est. Sed in glo. loquitur vt hoc quod dicitur [iustificeris in sermonibus &c.] non continuetur cum [malum coram te &c.] sed cum hoc quod dicit [Tibi soli] idest ad tuî comparationem qui solus es iustus, & intantum

F quòd omnes sermones tui sunt iusti. Et sic si. vt, ponitur causaliter, quasi dicat. Intantum est iustus [vt iustificeris] Vel si referatur ad Christum sic est sensus [Tibi soli] scilicet Christo [peccaui] quia es iustus [& vincas] omnes homines [cum iudicaris], licet iudiceris a Pilato. Vel aliter [vt iustificeris] in hoc amplius peto vt laues me ad hoc [vt iustificeris] scilicet promissiones nostræ perfectæ veræ sint; scilicet de Christo nascituro, cui promissum est. De fructu ventris tui &c. & quòd peccatum remitteretur. 2. Reg. 12. Dominus transtulit tibi &c. [& vincas cum iudicaris] G ab hominibus quòd non debeas implere promissa, & nõ debeas delere peccata mea [Ecce enim]

c ¶ Hic ponit radicem culpæ. Radix omnis culpæ actualis est peccatum originale, quod a parentibus contrahitur: infectis illo peccato: hæc infectio erat in patre ipsius Dauid, & in matre. Quantum ad patrem dicit [in iniquitatibus cõceptus sum] non actualibus quia non de adulterio, sed de matrimonio & sancto Iesse natus siue generatus est, vt dicitur Ruth. vltimo, sed in originali. Nam in hoc peccato omnes nascuntur. Rom. 5. Per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit.

¶ Sed cum originale sit vnum, quare dicit [in iniquitatibus &c.]

¶ Dicendum est, quòd peccatum originale est vnum in essentia, vt sic dicatur, multa tamen in veritate: quia occasionem præbet ad omnia alia peccata. Rom. 7. Peccatum quod est in carne mea operatur. Et hoc diminuit culpam. q. d. Non est mirum si pecco: quia in eis conceptus sum. Quantum ad matrem dicit [& in peccatis H concepit me mater mea]

¶ Sed nunquid non erant mundati parentes Dauid per circuncisionem ab originali peccato?

¶ Dicendum est, quòd baptismus & circuncisio mundant animam a culpa originali: sed adhuc remanet fomes & circuncisio fiebat in carne & homo generat filios carnales secundum carnem: & ideo necesse erat quòd iterum filius natus circuncideretur: sicut modo natus ex parentibus baptizatis, baptizatur. Alia litera habet [alit me mater mea] Et hoc ad actualia peccata refertur, quia etiam in pueris inordinati motus inueniuntur, vt Augustinus lib. 6. confessio. dicit. Alia litera habet peperit me &c.] Et sic quia quidam sanctificantur in vtero: sed omnes præter Christum concipiuntur in originali: & ideo dicit quòd non est sanctificatus in vtero, sed natus in originali [Ecce enim veritatem dilexisti] Qui vult satisfacere debet diligere ea, quæ deus diligit. Deus autem diligit veritatem fidei. Ioan. 18. I Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Item iustitiam. Psalm. 8. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Et hæc necessaria est in pœnitente, vt in se puniat quod deliquit. Item est necessaria confessio, vt confiteatur peccata. [Incerta]

d ¶ Hic petit totaliter reparationem. Et primo, ponit spem quam habet. Secundo, petitionem. Et primo, ponit acceptum beneficium per quod erigitur in spem. Secundo, ponit suam fiduciam, ibi [Asperges me] Commemorauit beneficium potentiæ cum dixit [Incerta & occulta] quia scilicet rex habuit beneficium prophetiæ. 2. Regum. 23. Spiritus domini locutus est per me: & sermo eius per linguam meam. Et ponit tria, scilicet materiam prophetiæ, modum, & causam. Materiam prophetiæ, ostendit cum dicit [Incerta & occulta] De his est prophetia, scilicet incerta & occulta quæ per sapientiam tuam comprehenduntur. In nobis est aliquid ignotum dupliciter, quod tamen est de deo notum. Aut propter defectum est nobis aliquid ignoK tum, aut propter excessum. Propter defectum est nobis ignotum aliquid futurum contingens: quia nondum habet determinatam veritatem. Propter excessum est nobis ignota diuina substantia, & quæ excedunt capacitatem nostram. Vtraque enim fuerunt reuelata Dauid per spiritum prophetiæ. Amos 3. Non faciet dominus deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas [Incerta ergo manifestasti mihi] idest illa quæ de sui natura habent variabilitatem: & hæc fuerunt sibi reuelata, vt patet in Psalmo. Occulta vocantur quæ excedunt oculum mentis nostræ. Iob 29. Sapientia trahitur de occultis. Eccl. 24. Ego in altissimis &c. Et hæc sunt sapientiæ dei, q. d. Licet nobis sit occulta, tamen a sapiẽtia tua comprehenduntur: & inter occulta commemoratur mysterium incarnationis, quod etiã manifestasti mihi] Itẽ misericordia dei inter ista annumeratur: quia remittit peccata. Sed melius est, vt accipiat vniuersaliter. Modus reuelationis ponitur cũ dicit [manifestasti mihi] Triplex est modus ꝓphetiæ. Vnus, in quo reuelat supernaturalis & intelligibilis veritas sub similitudinibus corporalibus & imaginationibus.

dñe hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuẽ dealbabor.

e ¶ Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

f ¶ Auerte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Red-

Et sic dicitur Esa. 6. Vidi dominum sedentem &c. Alius est in quo fit reuelatio supernaturalis & intelligibilis veritatis, absque nebula imaginationis phãtasticæ: immo nondum reuelatur, & sic facta est reuelatio Moysi. Nume. 12. Palam & non per ænigmata & figuris vidit deum. Et talis etiam fuit reuelatio Dauid. 3. Regum. 23. Deus Israel locutus est mihi. Et infra. Sicut lux auroræ mane oriente sole absque nubibus rutilat [Asperges me hyssopo] Supra commemorauit psalm⁹ dei beneficium sibi præstitum quantum ad gratiam prophetiæ ex quo consurgebat in spem: hic autem ostendit quid a deo sperabat. Et fuerunt duo. Primo enim, sperat remotionem malorum quæ incurrerat per peccatum. Secundo, sperat restitutionem bonorum quæ amiserat, ibi [Auditui] sciendum est autem, quòd homo per peccatum, Primo, incurrit immunditiam. Baruch. 3. Maculata es in iniquitate tua. Secundo, incurrit turpitudinem. Vnde Tre. 4. Denigrata est super carbones facies eorum. Et hæc duo sperat a se remoueri: immundiciam, scilicet & turpitudinem spiritualem. Immundicia contingit ex hoc, quòd affectus hominis inhæret rebus temporalibus quibus similis efficitur: vnde si adiungatur vilioribus, vt aurum plumbo, vilis efficitur. Oseæ 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerũt. Sed turpitudo ex eo, quòd inhæret rebus terrenis obscuratur in eo lux rationis, quia comparatur animalibus brutis. Psal. 48. Homo cum in honore &c. Et ideo anima efficitur nigra siue obscura. Et ideo quantum ad primum dicit [Asperges me hyssopo] vbi alludit ritui veteris testamenti. Numeri 19. vbi tertio die aspergebatur immundus aqua lustrationis, & die septimo lauabatur aqua, & vestimenta etiam lauabantur: aqua lustrationis fiebat de hyssopo. Et ideo dicit [Asperges me hyssopo] Et illa aqua fiebat ex cinere vitulæ ruffæ, per quam figurabatur Christus. Vnde per illam aspersionem quam petit signatur aspersio sanguinis Christi. 1. Pet. 1. In aspersionem sanguinis Christi. Hebr. 12. Accessistis ad montem. Et infra. Et sanguinis aspersionem melius loquentẽ, quàm Abel. Hoc fiebat cum hyssopo: hyssopus est herba quæ terræ inhæret, & curat inflationem, vt in glosa dicitur, & conuenit fidei quæ humilitatem habet: quia per fidem subiicitur intellectus deo. 2. Corinth. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Item radicata est in petra, idest, Christo. Matth. 16. Super hanc petram &c. Petra autem erat Christus. 2. Corinth. 10. Item depellit spiritus humani elationem, quæ est in illis qui non obediunt fidei Christi. 1. Timo. vlt. Si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, hic non est eius. Dicit ergo. Domine ego habeo firmam spem, quòd tu asperges me aqua lustrationis. Ezech. 36. Effundam super vos aquam &c. [lauabis me] Nam post fidem necessarius est baptismus. Zacha. 13. Erit fons patens domui Iacob &c. Esa. 1. Lauamini, mundi estote. Effectus huius lauationis [dealbabor super niuem] quia nigredo tolletur, & hoc scilicet, quia anima erit albior niue. Esa. 1. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et dicit [super niuem] quia candor animæ sanctificatæ excedit omnem pulchritudinem corporalem, vt patet Matth. 17. in transfiguratione Christi, cuius vestimenta facta sunt alba sicut nix. Omnes iusti pertinent ad vestimenta Christi. Esa. 49. Omnibus his, quasi vestimento vestieris. Et per hoc designat se ad vestimentum Christi pertinere per baptismum. Quotquot baptizati estis Christum induistis dicit Apostolus Galat. 3. [Auditui]

e ¶ Hic ponit quomodo habet spem de recuperatione bonorum, quæ perdiderat: & sunt duo, scilicet donum prophetiæ, & gaudium conscientiæ. Donum prophetiæ assimilatur auditui, quia propheta non videt dei essentiam, vt in ea videat reuelata, sed quædam signa veritatis reuelatæ fiunt in anima prophetæ, & hæc signa habent se per modum locutionis &c. 1. Reg. 3. Loquere domine, quia audit seruus tuus. Esa. 21. Quæ audiui a domino exercituum Deo Israel annuntiaui vobis. Hic auditus erat ei interruptus per peccatum, & sperabat se recuperaturum: & ideo dicit [Auditui meo dabis &c.] Vel [auditui] quo audiui a Nathan translatum esse peccatum meum quo concepi lætitiam. Sed quantum ad gaudium conscientiæ sciendum est, quòd spirituale gaudium habet tres gradus. Primus, existit in complacentia affectus. Secundus, in dilatatione cordis. Tertius, in progressu ad exteriora. Complacentia designatur per gaudium, cum dicit [Auditui meo &c.] ex hoc scilicet quòd audiam quæ loqueris, vel quæ locutus est Nathan. Philip. 4. Gaudete in domino &c. Quando vero affectus quiescit in re amata,

A tunc animus eius dilatatur ad plus percipiendum dilatationem: & hoc etiam apparet in sensibilibus. 2. Corinth. 6. Cor nostrum dilatatum est: & ideo dicit [lætitiam] hic importat dilatationẽ quasi lætitiam. Sed vlterius quandoque est, quòd lætitia redundat vsque ad corpus. Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa: & ideo in visione gloriæ in patria post resurrectionẽ ex gaudio mentis corpus glorificabitur. Esa. vlt. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Et sic dicit ipse [exultabunt ossa humiliata] & hoc ad glorificationem præsentem. Nam per tristitiam pœniten-B tiæ cor hominis conteritur, & ideo quando sunt homines læti est signum quòd ossa quæ sunt contrita & afflicta participant gaudium. Prouer. 12. Mœror in corde viri humiliabit eum. Esa. 12. Implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Vel [exultabunt ossa] idest, virtutes spirituales quæ per lætitiam spiritualem augmentantur: & quia per hanc lætitiam roboratur iustus [Auerte]

f ¶ Hic petit recuperationem innocentiæ: & quia considerat in se malum culpæ esse, & bonum gratiæ, petit primo remoueri malum siue peccatum: secundo, petit remoueri effectum peccati, ibi [Cor mundum crea in me deus] Peccatum enim remouetur non hoc modo, quòd peccatum non fuerit, sed quòd non imputetur ei peccatum commissum ad pœnam secundum illud Psal. 31. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Et loquitur ad similitudinẽ iudicis punientis, qui primo considerat quantitatem culpæ & postea taxat pœnam, & ideo petit, vt non con-C sideret peccatum eius, sed sit immemor eius: & ideo dicit [Auerte faciem tuam a peccatis meis] Secundo, petit vt non inferatur pœna: vnde dicit [& omnes iniquitates meas dele] quasi dicat. Scio quòd malum coram te feci: & ideo rogo, vt auertas faciem tuam a peccatis meis, idest, non consideres peccata mea ad puniendum. Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius non recordabor. Item merui pœnam damnationis: sed rogo vt deleas, quia deus etsi non mutat consilium tamen sententiam mutat [Cor mundum] Supra Psalmus petiit remoueri peccatum. Hic autem petit remoueri effectus peccati, qui sunt duo, scilicet inquinatio animæ, & inordinatio affectus. Primus effectus fit per hoc, quòd homo afficitur ad terrena: vnde petit cordis munditiam. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt: & ideo dicit [Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum] Istam munditiam cordis solus deus restituere potest. Iob 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? D Nonne tu qui solus es? scilicet mundus simpliciter. Et dicit. [crea] Creatur aliquid ad esse naturæ, quando ex nihilo producitur ad esse. Genes. 1. In principio creauit deus &c. Item quando ad esse gratiæ producitur. 1. Corinth. 13. Si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia &c. nihil sum, in esse gratiæ. Sed quando deus operatur operatione gratiæ in habente gratiam, dicitur magnificare eum. Quando vero de peccatore facit iustum, tunc dicitur creare. Ephes. 2. Ipsius creatura sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Iacob. 1. Vt sitis initium aliquod creaturæ dei, scilicet spiritualis eius. Secundum quod sequitur ex peccato, est inordinatio mentis, quæ fit per auersionem a fine debito. Sicut ergo per conuersionem ad aliquod commutabile bonum animus efficitur immundus, ita per auersionem a fine deordinatur, & huiusmodi deordinationi opponitur rectitudo qua homo dirigitur in deum. E Cant. 1. Recti diligunt te: & ideo dicit [& spiritum rectum innoua] idest, de nouo tribuas: quia per peccatum amisi. Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Et [innoua] non exterius: sed [in visceribus meis] vt scilicet non labia tantum ad loquendum, sed cor sit rectum ad cognoscendum [Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me] hic petit restitutionem gratiæ. Et primo, petit ipsam gratiam. Secundo, petit gratiæ effectum, ibi [Redde] Gratiam dei dicitur quis habere dupliciter. Nam aliquis dicitur habere gratiam dei & hominis, & quantum ad aliquid similiter, scilicet quando est vtrique gratus, scilicet deo & homini. Et hoc vocatur gratia gratum faciens. Ephes. 1. In qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Et secundum hoc gratia dicitur beneuolentia dei, qua deus diligit hominem ad vitam æternam. Et quantum ad aliquid est dissimile. Gratia enim hominis non facit eum bonum, sed ex sua bonitate efficitur gratus homini: sed apud deum est econuerso: quia ex dei beneuolentia sequitur quòd homo fiat bonus. Duo ergo sunt in gratia dei, scilicet ipsa bene-

uiolentia, & effectus eius in anima. & vtrunque petit, cum dicit. F [Ne proiicias me &c.] Et hoc potest dupliciter intelligi. Ille qui est in facie alicuius videtur ab eo & potest illum videre. Iste dicitur esse in facie dei secundum illud. 3. Reg. 17. Viuit dominus in conspectu sancto. Genes. 32. Deus in cuius conspectu ambulauerũt patres nostri. Et hoc quia ipsi recti sunt ad videndum deum. Psa. 26. Vnam petii a domino &c. Per peccatum vtrũque perditur: quia peccatores deserũt deum, & deseruntur a deo: &

de mihi lætitiã salutaris tui & spiritu principali confirma me.

g ¶ Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua

G amittunt fiduciam confidendi de deo. Isa. 59. Peccata & iniquitates diuiserunt inter vos, & deum vestrum &c. quantum ad primum. Et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis quãtũ ad sm. Iste est ergo a facie dei per peccatũ proiectus: & ideo petit ne finaliter proiiciatur vtroq; modo. Itẽ nota, ꝙ in homine duo sunt. s. culpa, ex qua dignus est pęna, & natura, ex qua habet cõgruitatem ad gratiam: & ideo petit vt non prospiciat culpã: sed naturam. Et ideo dicit. [Ne proiicias me] Item donum gratiæ datur per charitatem: & tale donum datur per Spiritumsanctũ. & ideo dicit [& spiritum sanctum tuum ne auferas a me] cuius templum fueram: sed perdidi propter peccatum. Sapien. 1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Ne ergo auferas scilicet finaliter. [Redde mihi.] Nam duo facit gratia in homine. Vnum, respectu superiorum: quia scilicet dat iucunditatẽ quia qui habet gratiam, habet charitatem: & qui habet charitatem, amat deum & habet ipsum: & qui habet quod amat, gaudet. Ergo vbi charitas, ibi gaudium. Ro. 14. Non est regnum dei esca & potus. sed gaudium in Spiritusancto. Hoc gaudiũ perdiderat psalmista: & ideo petit restitui sibi cum dicit [Redde mihi lætitiam] non de mundanis: sed [salutaris tui] idest de tua saluatione. Alia litera habet [lætitiam Iesu] scilicet saluatoris per quem fit remissio peccatorum. Abach. vlti. Exultabo in deo Iesu meo. Alius effectus est respectu inferiorum: & hic effectus est confirmatio in gratia, quæ fit per Spiritum sanctum [& spiritu principali confirma me.] Spiritus autem sanctus firmat dupliciter. Vno modo, contra mala. Isa. 8. In forti manu erudiui te. Alio modo, in bono. Isa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Hæc fortitudo habetur per Spiritumsanctum. Nam corpus non est firmum ad sustinẽdũ, nec ad faciendum nisi propter fortitudinem spirituum. Ita homo non est fortis sine Spiritusancto. Sed ille non præberet fortitudinem nisi esset spiritus principalis: quia virtus inferior nõ est sufficiens ad præbendum auxilium contra superiorem. Potestas autem diaboli est magna. Iob. 41. Non est potestas super terram quæ comparetur ei: ergo contra diabolum indiget homo iuuari spiritu principali, scilicet principante & dominante super omnia. Et hoc spiritu indiget homo contra spiritum carnis. Nume. 16. Fortissime deus spiritum vniuersæ carnis. Itẽ contra spiritum mundi. 1. Corin. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui est ex Deo. Itẽ contra spiritum diaboli. 1. Reg. 18. Inuasit spiritus domini malus Saul. Notandum est quod in hac lectione fit triplex mentio de spiritu: quia dicitur spiritus rectus, spiritus sanctus, & spiritus principalis. Et secundum glo. quidã accipiunt spiritum essentialiter dictum, secundum ꝙ est spiritus omne quod non est corpus. Vnde spiritus dicitur pater & filius & spiritussanctus: sed melius est vt accipiatur personaliter. Tria autem facit spiritus sanctus in homine. Primo, rectitudinem intentionis. Psal. 37. Spiritus tuus bonus &c. Item sanctificat nos. Roma. 1. Secundum spiritum sanctificationis. Item nobilitat & facit nos principes. Gal. 4. Quoniam estis filii dei, misit deus spiritum filii sui in corda vestra.

g ¶ Supra psalmus proposuit suas petitiones deo, hic autem repromittit recompensationem. Et primo, promittit quid sit facturus pro deo, in præsenti. Secundo, in futuro, ibi. [Benigne] Circa primum, duo facit. Primo, promittit deo quædam spiritualia sacrificia. Secundo, excusat se ab oblatione carnalium, ibi. [Quoniam si uoluisses.] Duplex sacrificium spirituale deo promittit scilicet doctrinæ per quod instruatur proximus. Secundo, promittit spirituale sacrificium laudis per quod laudetur deus, ibi. [Libera me.] Dicit ergo. [Docebo iniquos vias tuas.] Et notandum, quòd supra in alio psal. dixit. Peccatori dixit deus, quare &c. per quod ostendit quòd peccatorem non decet doctrinam effundere. Et ideo quandiu sensit se peccatorem, non promisit doctrinam manifestare. sed postquàm restituit ei deus spiritum principalem, & tales decet doctrinam habere alios docere. Hiere. 3. Dabo vobis pastorem iuxta cor meum, qui pascet vos scientia & doctrina. Et de Christo dicitur Actu. 1. Cœpit Iesus facere & postea docere. Fructus autem huius doctrinæ non est tantum speculatio veritatis ad beatam contemplationem, sed intentus finis eius est conuersio peccatorum: & ideo dicit (& impii ad te conuertentur) Hierem. 15. Ipsi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos. Psalm. Conuertentur ad dominum omnes gentes. Et secundum glo. eosdem dicit impios & iniquos: quamuis Dauid intelligat ꝙ

mea iustitiam tuã. Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

h ¶ Quoniam si uoluisses sacrificiũ, dedissem utique: & holocaustis non delectaberis. Sacrificium

iniqui dicuntur qui peccant contra deum. & ideo signanter dicit. [Docebo iniquos] quasi dicat: aliqui etsi reuereantur deum, tamen operantur contra proximum & iniusta: & hos docebo vias tuas: scilicet vt non offendant proximum. Ioan. 4. Mandatum habemus a deo vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. [Libera me de sanguinibus] Hic promittit sacrificium laudis: & sunt duo impedimenta huius sacrificii. Vnum est reatus peccati: Aliud est interior defectus. Primo ergo petit remotionem primi impedimenti. Secundo, petit remotionem secundi, ibi. [Domine labia mea aperies.] Petit ergo remotionem impedimenti, & promittit sacrificium laudis. Impedimentum laudis diuinæ sicut dictum est, est reatus culpæ. Eccles. 15. Non est speciosa laus &c. Dauid autem erat graui culpa reus: & ideo petit liberari ab eo: & ideo dicit. [Libera me de sanguinibus] secundum glo. hoc nomen sanguis non declinatur in plurali numero: tamen translator uoluit uti ad expres- H sionem peccati: & refertur hoc ad concupiscentiam carnis, quæ est caro & sanguis. Matth. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi &c. q. d. Libera me de peccatis commissis ex carne & sanguine. Vel dicendum, ꝙ Dauid commiserat culpam adulterii & homicidii: & in utroque est sanguis, quia in homicidio sanguis effunditur. Psal. 6. Virum sanguinum &c. Adulterium autẽ procedit ex feruore sanguinis: & ideo dicit. [De sanguinibus] Oseæ 4. Sanguis sanguinem tetigit. O Deus libera ergo me de sanguinibus, quia tu solus potes Esa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me &c. Et [quia tu es Deus salutis meæ] idest qui potes me saluare. [Et exultabit lingua mea] idest cum delectatione & cum interiori gaudio cordis, narrabo iustitiam tuã. Isa. 30. Canticum erit uobis sicut uox sanctificatæ solemnitatis. Itẽ ibidem. Venient in Syon laudantes & lætitia sempiterna super capita eorum. Psal. 41. In uoce exultationis &c. [Domine labia mea aperies.] Est autem sciendum, ꝙ homo aliquãdo impeditur I a doctrina etiam propter impedimentum interius loquendi: & hoc contingit aliquando propter culpam auditorum. Ezech. 3. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: & eris mutus. Et infra. Quia dominus exasperans est. Et propter proprium peccatum. Psalm. 106. Omnis iniquitas oppilabit os suum. Quia ergo solus Deus linguas infantium fecit disertas. Sapien. 10. Ideo petit. Domine remoue impedimenta, quæ incurri per peccatum, a labiis meis. Et tu [Labia mea aperies.] Ephe. ulti. Vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Euangelii. Est autem notandum, quòd in apertione oris intelligitur doctrinæ profunditas, ubicunque in scripturis inuenitur apertio oris. ut Iob. 1. Post hæc aperuit Iob os suum. Et Matth. 5. Aperiens Iesus os suum, scilicet in profunditatem scripturæ: & tunc [os meum annuntiabit laudem tuam] quasi dicat. Quod in corde habeo ore confitebor. [Quoniam si uoluisses sacrificium.]

h ¶ Hic excusat se. Et primo, ostendit sacrificium non esse deo acceptum. Secundo, ostendit quod sacrificium sit Deo acceptum, K ibi. [Sacrificium Deo] Dicit ergo. Ego repromitto doctrinam & laudem, hoc enim sacrificium honorificabit te: sed carnale sacrificium non est tibi acceptum. Et ideo dicit. [Si uoluisses sacrificium] scilicet carnale utique dedissem: sed [utique holocaustis non delectaberis.]

¶ Sed nunquid non vult sacrificia carnalia? si illa sacrificia non approbat Deus, quare ergo mandauit fieri in ueteri lege?

¶ Dicendum, quòd mandauit ea fieri non propter se: sed quia erant figura interioris ueri sacrificii, quo Christus se obtulit: & sunt signa interioris sacrificii, inquantum homo animam suam offert deo: & iterum fuerunt instituta propter rudes, qui deum non nouerant, & ideo oportebat, quòd in rebus honorarent & cognoscerent deum, ne sacrificia idolis imolarent, ad quod erant multum proni. Sed quia Dauid ex Spiritusancto sciebat cordis sacrificium deo acceptum, non dedit hic sacrificia corporalia. Inter omnia autem sacrificia, holocausta erant magis deo accepta. Et tamen illa propter se non erant

erant accepta deo: ideo dicit [holocaustis non delectaberis] A quia & si ipsa fuissent tibi accepta, simpliciter obtulissem ea. Et si obiiciatur quòd odor suauissimus erant domino, dicendum, ꝙ erat hoc propter figuratum sacrificiũ, & in signum interioris sacrificii, quod deo placet. Vnde subdit. [Sacrificiũ deo]. s. acceptũ [spiritus cõtribulatus] Augu. 10. de ciui. dei. Omne sacrificium, quod offertur exterius, signum est interioris sacrificii, in quo animam suã offert deo. Sed sciendum, quòd anima hominis deducitur in peccatum. Primo, per inane gaudium. Eccle. 2. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis, deduceris in peccatum, Secundo, induratur ad spiritualia ex peccato. Eccles. 3. Cor durum male habebit in nouissimo. Roma. 2. Secundum duritiam tuam & cor impænitens. Tertio, quia sufficit sibi in rebus corporalibus, & nõ curat de spiritualibus, tunc superbit, quod est initium omnis peccati. Eccles. 10. Oportet ergo quod pænitens qui cor suum offert sacrificium deo, contraria omnibus his faciat. Et primo, contra inane gaudium oportet, quòd assumat tristitiam pænitentiæ. Et ideo subdit. [Sacrificium deo spiritus contribulatus] idest, de omnibus peccatis simul tristatur, non de vno tantum. 2. Corinth. 7. Quæ secundum deum est tristitia, pænitentiam in salutem stabilem operatur Baruch. 2. Anima quæ est tristis super magnitudinem mali, & incedit incurua. Et infra. Dat tibi gloriam, & tristitiam domino. Contra secundum opponitur contritio: vnde dicit [Cor contritum] Et nota differentiam inter confracta & contrita: quia confracta sunt quæ diuiduntur in magnas partes, contrita sunt quæ in paruissimas partes diuiduntur. Quandiu ergo quis habet cor durum, tunc quasi integrum habet cor in malitia: sed quando totaliter deserit peccatum præbens se spiritualibus, dicitur tunc contritus. Iob 16. Ego ille quondam opulentus, scilicet in temporalibus repente contritus sum. Contra tertium opponitur humilitas: & ideo dicit. [Et humiliatum deus non despicies] quia superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam. Iacob. 4. Et est sciendum, quòd facit mentionem de corde & spiritu, & spiritus pertinet ad animositatem, & sic pertinet ad irascibilem. Isa. 25. Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem. Cor pertinet ad concupiscibilem, & sic datur per hoc intelligi, quòd quicquid est in vi appetitiua, debet deo offerri in sacrificium.

Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

i ¶ Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum uitulos.

i ¶ Hic promittit quid debeat facere in futurum. Et primo, petit quid fiendum a deo. Secundo pronuntiat, ibi. [Tunc acceptabis] Oculus Dauid ferebatur ad duo. Vnum propinquum, quod erat singulare: aliud remotum quod erat figuratum. Primum quia legitur, quòd Dauid ædificauit muros ciuitatis Hierusalem, sed non consumauerat, & his consumatis ædificandum erat templum: & ideo dicit. [Fac in bona voluntate tua, vt ædificentur muri Hierusalem] Et tunc ædificatis muris, ædificabitur templum [& tunc acceptabis sacrificium &c.] Et hoc totum erat figurale. Sed si referamus ad figuratum, sic dicendum est, quòd est duplex Hierusalem, scilicet cælestis. Gal. 4. Illa quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Alia est præsens ecclesia exemplata ab illa. Apocal. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Et vtraque habet muros. Muri cælestis Hierusalem sunt munimenta æternitatis & immortalitatis, quã consecuti sunt sancti per Christum Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum viuificabit & mortalia corpora nostra. Muri præsentis Hierusalem, scilicet ecclesiæ sunt sacramenta gratiæ & doctores. Ezech. 13. Non stetistis ex aduerso nec opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio. Aedificationem istorum pręuidebat spiritu prophetię, Esa. 56. Ad hoc ergo quòd ædificentur isti muri [tu domine fac benigne] idest, ostende benignitatem hanc, quam benignitatem apostolus, Tit. 3. dicit impletam. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Et hoc non propter merita nostra, sed propter tuam voluntatem bonam. Roma. 12. Vt probetis quæ sit uoluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. 1. Timot. 4. Hæc est voluntas dei &c. Et hoc facias ad hoc [vt ædificentur muri Hierusalem] vel militantis, vel triumphantis. Sed quid erit? [Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ] hoc autem tripliciter exponitur: & duo primi modi pertinent ad ecclesiam præsentem. Vno modo, quòd hoc referamus ad sacrificium, non quo trucidãtur pecora: sed quo occiduntur homines propter Christum, & in hoc est duplex gradus: quia primum locum tenet sacrificium Christi. Galat. 2. Dilexit me & tradidit semetipsum pro me: & ideo dicit. [Tunc] idest, in ædificatione murorum Hierusalem, idest, ecclesiæ [acceptabis sacrificium iustitiæ] quo Christus se obtulit, qui iustus est. Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato? Et quia tantæ virtutis est, vt satisfaceret pro homine, vt iustificaret eum, secundum locũ tenent alii sancti, qui se propter deum obtulerunt in sacrificium: vnde dicit. [Oblationes] scilicet confessores, qui confitendo Christum quantum in se est obtulerunt se morti: licet non sint occisi. Iudic. 5. Qui sponte obtulistis de Israel aias vestras ad periculum, benedicite domino. [Et holocausta] Isti sunt martyres. Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet &c. [Et tunc acceptabis] quando ista ipsi sancti imponent se tamquàm vitulos super altare tuum, idest, super fidem tuam, & super Christum, idest, exponent se tamquàm vitulos, propter Christum & fidem Christi ad immolandum. Alio modo, vt referatur quantum ad opera iustorum, & sic est sensus. Acceptabis iustitiam, sicut sacrificium, quia opera iustitiæ & misericordiæ sunt sicut sacrificiũ. Hebræ. vlt. Beneficientiæ & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur deus. Et tunc accipies oblationes. secundum Gregor. holocaustum est, quod totum incendebatur, & signat perfectos viros, qui totaliter dant se deo. Oblationes sunt illi, qui aliquid offerunt & aliquid reseruant, & tunc sacerdotes imponẽt vitulos, idest, cõuersos de nouo [super altare] id- C est, super fidem Christi, vel tunc prælati maiores imponent prædicatores mugientes doctrina fidei [super altare] idest, super confessione fidei. Tertia expositio est, de cælesti Hierusalem, & est sensus [Tunc] scilicet quando ædificabuntur muri cælestis Hierusalem [acceptabis sacrificiũ iustitiæ.] hic quandoq; fit sacrificium pænitentiæ: sed ibi est tantum laudis. Esa. 60. Populus tuus omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram. Et hoc est illud sacrificium laudis, de quo psal. 83. Beati qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te [& tunc oblationes] idest, sanctos minores [& holocausta] idest, sanctos maiores acceptabis. Et hos offerent angeli, quibus dicitur. Matth. 13. Triticũ autem congregate in horreum meum. Et isti angeli [imponent] sanctos [super altare tuum] idest, in gloriam cælestem. Apoc. 8. Data sunt ei incensa multa, vt darent de orationibus sanctorum omnium super altare aureum. Psal. 21. Placebit deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas.

IN FINEM.

Cum uenit Doech Idumæus & nuntiauit Sauli: uenit Dauid in domum Abimelech.

a PSAL. DAVID LI.

B QVID gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?

D a PSAL. LI.

HIc incipit secunda quinquagena. Et sicut dictum est in principio libri, prima quinquagena pertinet ad pænitentes. Ista secunda quinquagena pertinet ad proficientes. Circa quos, sunt tria per ordinem videnda. Nam primus gradus proficientium est iustificatio. Secundus gradus est exercitium bonorum operum. Tertius est consideratio diuinorum operum. Et sic ista quinquagena diuiditur in tres partes. Primo, tãgit de his, quæ pertinent ad iustificationem. Secundo, agit de his, quæ pertinent ad executionem bonorum operum, ibi [Deus iudicium] Tertio, agit de his, quæ pertinent ad considerationem diuinorũ operum, ibi [Deus stetit] In iustificatione duo sunt necessaria, scilicet auersio a peccato, & conuersio ad deum. Et sic duo sunt in peccato, per oppositum, scilicet auersio a deo, & conuersio ad peccatum. Primo, ergo ponit psalmos qui pertinent ad auer- E sionem & detestationem peccati. Secundo, ponit psalmos, qui faciunt, siue continent subiectionẽ deo, ibi. [Nonne deo subiecta] Circa primum duo facit. Primo, ostendit malitiam peccatorum: Secundo, ostendit mala quæ a peccatoribus fiunt. Ex duobus aggrauatur peccatum, scilicet ex affectione peccandi, & ex contemptu dei. Primo ergo, aggrauat malitiã peccatorum ex primo: Secundo, aggrauat eorum malitiam ex secundo, ibi. [Dixit insipiens] Titulus. [In finem intellectus Dauid cum venisset Doech Idumæus & nuntiasset Sauli, venit Dauid in domũ Abimelech] hæc historia habetur, 1. Reg. 21. & 22. quando scilicet Dauid fugiens a Saule: venit in Zebe vbi erant sacerdotes & accepit gladium Goliæ, & panes propositionis, & Doech Idumæus interfuit, qui inter pastores erat potens, & conquerente Saule, quòd nullus pugnaret pro eo cõtra Dauid, iste Doech enarrauit quomodo Abimelech sacerdos receperat Dauid, & dederat ei gladium Goliæ, & panes propositionis: & sic iratus Saul, mandauit occidi

occidi omnes sacerdotes. Cumque illi nolent mittere manus ad occidendum sacerdotes, ille Doech interfecit omnes sacerdotes. Sed tamen diuersitas est in titulo, & in historia: quia princeps sacerdotum in historia vocatur Achimelech in titulo Abimelech. Et dicit glo. quòd hoc factum est vitio scriptorum, vel propter mysteriũ: Nam per Dauid signat Christus: tum quia vsus est officio regiæ dignitatis, tum etiam, quia vsus fuit dignitate sacerdotali comedendo panes propositionis. Doech interpretatur mutus: Idumæus terrenus: Saul petitio. Abimelech patris mei regnum. Per Doech ergo qui fuit motus a terrenis cum venisset Dauid, scilicet Christus ad Abimelech, idest, ad Iudæos qui est patris mei regnum [nunciauit Sauli] idest, morti, ꝙ impii manibus & verbis accersierũt eam & occiderunt eum. Vel [Doech] idest, Antichristus qui commouebit in fine mundi terrenos. Cum venisset Christus in ecclesiam nunciauit diabolo, quòd persequetur ecclesiam. Et principaliter intelligitur totus iste Psalmus de malis qui persequuntur Christum, vel in se vel in membris. Diuiditur autem Psalmus iste in partes duas. In prima agit de malitia peccatoris, qui ad iniquitatẽ afficitur. Secundo agit, de iustitia sanctorum, ibi [Ego autem sicut oliua] Circa primum duo facit. Primo, agit de culpa malorum. Secundo, de eorum pœna, ibi [Propterea destruet te] Sciendum est autem, quòd in homine, qui afficitur ad peccatum, tria per ordinem sequuntur. Primum est, delectatio peccati. Secundum est, cogitatio de peccato: quia in illis cogitamus quæ diligimus. Tertium est gloriatio, de perpetratione peccati. Quiliber gaudet naturaliter cum facit quod amat. Sic ergo procedit ab vltimo, ad primũ de gloria malorum in actu peccati. Secundo, de cogitatione circa peccatum, ibi [tota die] Tertio, de amore peccati, ibi [Dilexisti] Circa primum duo facit. Primo, ponit potentiam aliquorum ad male faciendum. Secundo, ostendit quòd quidam gloriantur de malo opere. Quidam autem sunt prompti & fortes ad mala & ad bona debiles. Dicit ergo [Tu peccator qui potens es in iniquitate] Hier. 3. Fecisti mala & potuisti. Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendũ vinũ &c. Tu ergo qui sic es potens. [Quid] idest, quare [gloriaris in malitia] Vnde debes verecundari & confundi & tristari. Prouerb. 2. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis [Tota die iniustitiam] Hic ostendit secundum quod præmiserat supra, scilicet quòd non solum gloriantur in malitiis, sed cogitant, quomodo male faciant. Et primo, ponit assiduitatem cogitationis sine interpolatione: vnde dicit [tota die iniustitiam cogitauit lingua tua] Improprie dicitur, quòd lingua cogitet: quia cogitare pertinet ad cor: & ideo potest dupliciter intelligi [Lingua tua] idest, cor tuum, quod in lingua manifestatur. Eccles. 22. In ore sapientorum cor eorum: quia est vnũ cum lingua, idest, paratum habet cor ad locutionem. Vel [lingua cogitauit iniustitiam] Inquantum excogitata loquitur [tota die] Et specialiter, quia docet per linguam peccare. Secundo, exequitur efficaciter quæ cogitat: vnde dicit [Sicut nouacula acuta fecisti dolum] Et hic est similitudo quantum ad tria. Primo, quia nouacula acuta] idest, rasorium efficaciter & cito incidit: quia nullus pilus resistit ei. Sic Doech non est reueritus sacerdotium, nec timorem Dauid, nec aliquid: sed interfecit omnes sacerdotes. Mich. 2. In luce matutina faciunt illud, idest, statim. Vel [sicut nouacula acuta &c.] quia sicut nouacula radit pilos, ita mali dolum acuunt contra iustos, idest, persecutores immittunt: sed hæc vere faciunt sicut nouacula, quæ pilos superfluos radit: quia non nisi superflua, idest, temporalia possunt peccatores sanctis auferre, spiritualia vero numquàm: sed sicut nouacula &c. quia promittit purgationem tantum: sed sicut inexperti barbitonsores incidunt carnem, ita mali faciunt qui suis machinationibus carnem iustorum, idest, famam suam iniqua lingua student incidere. Psalm. 27. Loquuntur pacem cum proximo suo &c. Hieronymus habet [Quid gloriaris in malitia potens misericordia dei tota die] Et hic est versus. q. d. Tu qui potens es in malo, quid gloriaris in malitia? Misericordia parata est ad quam potes conuerti [Dilexisti]

b ¶ Hic agit de affectu mali, siue peccatoris ad nocendum proximo. Et hic affectus in duobus consistit, scilicet in exterioribus & interioribus. Primo ergo in exterioribus ostendit subtractionem iustitiæ. Dicit ergo [Dilexisti malitiam super benignitatẽ] Benignitas, idest, bona igneitas, & sic facit liquescere animum hominis ad bona communicanda, malitia econuerso mouet impetum hominis ad nocendũ. Et isti mali & peccatores plus malitiam quàm bonitatem, idest benignitatem dilexerunt: quia magis sunt prompti ad malum quàm ad bonum: eo quòd sunt frigidi & remissi. Iob 20. Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua. Quantum ad subtractionem iustitiæ dicit. [Dilexisti loqui iniquitatem magis quàm loqui æquitatem] Psal. 10. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Quantum ad interiora dicit [Dilexisti omnia verba præcipitationis] trahendo alios in mortem, sicut Doech: iterũ in malum culpæ. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Vel præcipitandi teipsum: & ideo dicit [lingua dolosa] Et tu qui es linguosus & dolosus, vel hoc facis per linguam dolosam. Hiere. 9. Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est [Propterea]

c ¶ Supra egit Psalmus de malicia peccatorum: hic autem agit de pœna eorum. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit ipsorum malorum pœnam. Secundo, ostendit pœnæ vtilitatem, ibi [videbunt] Circa primum duo facit. Primo, ponit malorum pœnam. Secundo, ponit modum perueniendi in illam, ibi [Euellet te] Dicit ergo [propterea] scilicet, quia dilexisti malitiam &c. & dilexisti verba præcipitandi alios [Deus destruet te in finem] idest in perpetuum. Ptal. 27. Destrues illos & non ædificabis eos. Et merito præcipita eos domine & diuide linguas eorum. Modus quia [euellet te] Vbi notandum, quòd primo ponitur ista destructio, quantum ad ipsum modum. Secundo, quantum ad amissionem futurorum. Quantum ad primum, duo consideranda sunt. Quandoque enim contingit, quòd homines habent aliqua fundamenta in sua prosperitate: sicut amicos & diuitias & huiusmodi: & ideo comparantur radici: quia per hoc radicati sunt in his: & ideo dicit. [Euellet te] ab omnibus istis in quibus & per quos es in prosperitate radicatus. Iob 29. Quasi arbori auulsæ abstulit spem meam. Hier. 1. Vt euellas & destruas &c. Secundo, emigrat prima amissione, idest transfertur totaliter vnde [emigrabit te] idest faciet te transire [de tabernaculo tuo] idest de domo & de statu & de dignitate tua. Esa. 22. Expellam te de statione tua. Iob 22. Oculus qui eum viderat non videbit. Alia litera habet [De tabernaculo suo] idest ecclesia. Apocal. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus. Nunc boni sunt malis permisti: sed in fine mali excludentur ab ecclesia, vbi nunc sunt numero non merito. Quantum ad amissionem futurorum dicit [Et radicem tuam de terra viuentium] scilicet euellet. Per radicem intelligitur hic charitas, quæ est radix omnium bonorum. 1. Cor. 13. In charitate radicati &c. Hanc auferet deus de terra viuentium: quia auferet tibi donum charitatis quod dedit. Item a bonis auferetur cupiditas, quæ potest per radicem signari. 1. Tim. vlti. Radix omnium malorum cupiditas. Hanc deus viris spiritualibus aufert: quia qui ad temporalia student nõ possunt peruenire ad terram viuentium: quia qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem in quibus cupiditatibus radicantur mali, scilicet antichristus & diabolus. Iob 5. Vidi stultum, idest peccatorem: firma radice & maledixi pulchritudini eius statim. [Videbunt iusti]

d ¶ Hic ponitur fructus pœnæ. Nam deus punit hic & prænuntiat pœnas propter vtilitatem iustorum. Primo, propter metum pœnæ: quia [Et timebũt] Et hoc põt trãsferri ad statũ præsentis vitæ in qua timent iusti habendo reuerentiam ad deum, & decidunt a statu in quo sunt. Rom. 11. Noli altum sapere: sed timere. Sed illi qui sunt in patria non timent ab aliquo statu cadere: quia sunt in perfectione gratiæ confirmati: quia non separabuntur, sed reuerentia filiali timebunt. Psal. 18. Timor domini sanctus &c. Et reuerebuntur dei iustitiam. Tamen specialius in præsenti vita timent. Secundo, propter despectionem peccati & præsentis prosperitatis. Et primo, ponitur derisio. Secundo, ponitur causa derisionis, ibi [Ecece] Quantum ad primum [Super eum] idest contra eum, scilicet peccatores videbunt, idest contemnent eius fiduciam & prosperitatem. Et hoc specialiter fiet in futuro. Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Iob 22. Videbunt iusti & lætabuntur & deridebunt. Primo, peccatorum superbiam. Secundo, vanam fiduciam & eorum fragilem gloriam. Superbiam, quia non sperabant in deo, sed de se confidebant [Et dicent] iusti [Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum] idest non posuit quòd indigeret dei auxilio. Psal. 11. Labia nostra &c. Deuter. 23. Dereliquit factorem suum. De vana fiducia: vnde dicit [Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum] Prouerb. 11. Qui confidit in diuitiis suis, corruet. 1. Timot. vlti.

Diuitibus huius sæculi præcipe &c. De vana gloria mala facere & deo permittente præualuit: vnde dicit [Et præualuit in vanitate sua] Et de hoc deridentur. Psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt. Vel præualuit &c. vt referatur ad auarum, qui quantum ad aliquid præualet omnibus aliis peccatoribus. Ecclesiast. 10. Auaro nihil est scelestius. Et ex quo ad hoc inducitur incidit in aliis facile. Vel potest referri ad antichristũ, qui præualet omnibus aliis.

[Ego autem sicut oliua fructifera]

e ¶ Hic agit de sanctitate bonorum. Et primo, ostendit quid agunt in præsenti. Secundo, quid promittunt, ibi [Confitebor]. Duplex bonum faciunt sancti in præsenti. ecclesia. Primo, in hoc quòd bene se habent ad proximum: fructificando in eis: & ideo iustus comparatur oliuæ. q. d. Peccator sic euellitur sine fructu: sed ego sicut oliua fructifera in domo dei; & comparatur oliuæ propter pinguedinem. Nam oliua semper habet fructum pingue. Iud. 9. Non possum deserere pinguedinem meam. Hier. 11. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocauit dominus nomen tuum. Hoc tamen comparatur oliuæ propter fructum specialiter: quia ex oliuis fit oleum per quod significatur misericordia, ex qua iusti prouident aliis & fructum faciunt in ecclesia. Ioan. 15. Posui vos vt eatis & fructum afferatis. Et hunc fructum feci [in domo dei] non in mundo. Psal. 83. Elegi: abiectus esse in domo dei. Item quo ad deum: iusti in mundo isto faciunt aliud bonum sperando, scilicet in eo: vnde dicit [Speraui in misericordia dei] non meis meritis, sed illius misericordia. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos &c. Et hæc misericordia est in æternum. Et potest hoc dupliciter exponi. Vno modo, vt designat æternitatem: & sic potest referri æternitas ad essentiam misericordiæ diuinæ, quæ est æterna. Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Alio modo, vt referatur ad effectum misericordiæ. Aliquando ex misericordia dei concedunturbona æterna: & sic [in sæculum sæculi] idest per mea sæcula [Confitebor] Hic promittit quid sit facturus & promittit duo. Vnum refertur ad præterita, & est gratiarum actio de beneficiis collatis. Propter hoc dicit [Confitebor tibi in sæculum] idest referam tibi laudes. Et hoc, quia tu [fecisti] scilicet quòd essem oliua fructifera in domo domini, & quòd spero in misericordia dei. Aliud refertur ad futura [Expectabo nomen tuum, quoniam bonum est] Expectat nomen Iesu esse salutare suum. Et hoc specialiter contingit in illis, qui sunt in patria: vnde dicit [Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum] qui vident ipsam essentiam bonitatis: vnde non potest nisi diligere deum.

c ¶ Propterea deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.

d ¶ Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in vanitate sua.

e ¶ Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei, in æternum, & in sæculum sæculi. Confitebor tibi in sæculum quia fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Explicit Expositio Diui Thomæ Aquinatis in aliquot Dauidis Psalmos.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN CANTICIS CANTICORVM EXPOSITIO.

SALOMON inspiratus diuino spiritu, composuit hunc libellũ de nuptiis Christi & Ecclesiæ, & quodammodo Epithalamium fecit Christi & Ecclesiæ, idest Canticum super thalamos: Vnde & Cantica Canticorum vocauit hunc libellum: quia omnia alia Cantica super excellit. Sicut etiam dicitur, Rex regum: & Dominus dominantium: & Solennitas solennitatum: sic dicuntur Cantica Canticorũ, ob excellentiam & dignitatem. Est autem in hoc obscurissimus iste liber, quia nullæ ibi commemorantur personę, cum tamen stylo, quasi Comico sit compositus. Ait ergo [Osculetur me, osculo oris sui: quia meliora]

INCIPIT CAP. I. CANTICI CANTICORVM.

OSCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguẽtis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem: sicut tabernacula Cædar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quòd fusca sim, quia decolorauit me sol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Vox ecclesię ad sponsum suum Christũ. O sponse quem diligit anima mea, idest, quem tota mentis intentione diligo, Indica mihi vbi pascas, idest, vbi oues tuas pascere facias. Ipse est enim pastor bonus: sicut ipse dicit in euangelio. Indica mihi vbi pascas, & vbi cubes, idest, requiescas & hoc in meridie, idest, in feruore persecutionis vel tentationis. Laborans enim ecclesia persecutionibus obsecrat sponsum suum, vt ei dicat in quorum mẽtibus, requiescat. Nam cubare sponso, requiescere est, sicut ipse dicit. Super quem requiescet spiritus meus, & reliqua. Ne enim sancti actu tentationis arescant, ipse in eorum cordibus cubat & requiescit, atque ab omni feruore tentationum & persecutionum protegit. Quare hoc? [Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorũ] Greges sodalium appellat conuenticula hæreticorum, qui sodales Christi sunt, quia & ipsi greges suos pascunt. Sed Christus vnum habet gregem, hæretici vero non gregem, sed greges pascũt, & est sensus. O sponse indica mihi sanctos & electos tuos, in quorum mentibus requiescis, ne forte offendam & incurram hæreticos, putans te me ibi posse inuenire. Hunc versum male hæretici distinguebant, tamquàm intertogaret vbi pascas, vbi cubes, & ipse responderet in meridie cubo, idest, in australi parte [si ignoras te] vox sponsi ad sponsam suam ecclesiam [Si ignoras te o pulchra, egredere & abi, post vestigia gregum] ac si diceret, tu quereris te quasi a me derelictam & persecutionum seruoribus denigratam, nec consideras, quòd pulchra sis inter mulieres, idest, nõ attendis virtutum spiritualium pulchritudinem, qua præcæteris decoraris, licet tentationibus denigreris. Si ergo ignoras te, idest, si hanc dignitatem & formositatem tuam non recognoscis, egredere de meo consortio, & abi post vestigia gregum. Hoc est sequere & imitare doctrinam errantium hæreticorum, qui contento vero pastore vnius gregis, multos sibi greges coaceruauerunt, & pasce hędos tuos iuxta tabernacula pastorum, idest, peccatores & erroneos auditores sub dogmate hæreticorum. Vnus enim pastor est Christus, qui vnum habet gregem, idest, vnitatem ecclesiæ catholicæ. Pastores vero multi sunt hæretici, qui gregem deceptorum hominũ sibi aggregant quos diabolo pascunt, de quibus Psalmista. 48. Sicut oues in inferno positi sunt. Oues vocãtur in loco hoc mali nõ propter boni simplicitatem vel ignorantiam: sed propter hebetudinem, quia nesciunt resistere praua doctrinæ. Sed omnia quæ sibi imponuntur a malis doctoribus, sustinent non bona patientia. Vox eiusdem sponsi. [Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea] Equitatum suum appellat exercitum filiorum Israel, videlicet sex cẽtas ex millia qui egressi sunt de Aegypto, & transierunt mare Rubrum. Equitatum autem suum illam multitudinem dicit, quia sicut auriga currui præest, ita Deus illi plebi præerat, protegens illam & defendens & ad terram repromissionis introducens. Huic suo æquitatui assimilauit amicam suam. Quoniam sicut ille populus per mare Rubrum saluatus est Pharaone demerso, ita ecclesia gentium per baptismũ de diaboli seruitute liberata est, & ad veram repromissionis terram euangelicam libertatem introducta. Sicque quæ erat ancilla vitiorum, facta est, amica Christi, emundata & abluta per baptismum a sordibus peccatorum. Vel aliter secundum Gregor. equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilaui te amica mea. Omnes enim qui luxuriæ, qui superbiæ, qui auaritiæ, qui inuidiæ, qui fallacię deseruiunt, adhuc quasi equi quidam sub curru Pharaonis sunt, idest, sub regimine diaboli, omnis vero qui in humilitate, in castitate, in doctrina, in charitate feruet, iã equus effectus est creatoris nostri, iam in curru Dei positus est, iam sessorem Deum habet. Vnde cuidam dicitur cui iam dominus præfidebat. Act. 9. Durum est tibi contra stimulum calcitrare: ac si diceret, meus equus es, iam contra me calces iactare non potes iam tibi ego præsideo. De istis equis alibi dicitur. Ab. 3. Misisti in mari equos tuos, turbantes aquas multas. Habet enim currus Deus, quia animabus sanctis præsidet, & per animas sanctas circumquaque discurrit: vnde scriptum est. Psal. 67. Currus Dei decem millia multiplex millia lætantium. Habet currus Pharao, qui tamen currus in mari Rubro submersi sunt, quia multi peruersi in baptismate mutati sunt. Dicat ergo sponsus [Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea] idest, dum adhuc tu esses in curribus Pharaonis, ego te equitatui meo assimilaui, quia attendi quid prædestinationis in te fecerim, equis meis te comparaui. Videt.n. Deus multos adhuc deditos luxuriæ, adhuc auaritiæ seruiẽtes, & tñ attendit in secreto iudicio quid iã de ipsis operatus ẽ. Quia habet equos Deus: sed multos videt adhuc equos esse Pharaonis, & quia considerat occulto iudicio occulta pdestinatione ad bonũ cõmutandos similes illos attendit iam equis suis, quia videt illos ad currum suum ducendos, qui prius in currus Pharaonis deseruiebãt. Vbi consideranda sunt occulta iudicia, quia multi videntur per prædicationem, per sapientiam, per castitatem, per largitatem equos Dei esse: & tamen occulto Dei iudicio equis Pharaonis assimilantur. Et multi videntur per auaritiam, per superbiam, per inuidiam, per luxuriam equi Pharaonis esse: & tamen occulto Dei iudicio equis Dei assimilantur, quia & illos videt de bono ad mala verti, & ipsos videt de malo ad bonum reduci. Sic ergo per distinctionẽ diuini iudicii multi qui equi videntur Dei, equi sunt Pharaonis pro reproba vita quæ illos sequitur: ita per impietatem multi equi Pharaonis videntur qui per sanctam vitam quam in fine suo seruaturi sunt, equis Dei assimilantur. Vnde blanditur sponsus & dicit. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea, idest, tu adhuc in curribus Pharaonis subdita seruiebas, sub vitia currebas: sed attendi ego quid de te prædestinatione fecerim, equitatui meo te assimilaui, idest, electis meis similem te attendi [Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis] Turturis natura est, vt si casu coniugem perdiderit, alium vlra nõ inquirat. Turturi ergo assimilatur ecclesia, quia ex quo Christus præsentia sua corporali mundum deseruit & cælos petiit, ecclesia in eius amore tenacissime perseuerat. Nec recipit vllum adulterum amatorem, quia contemnit mũdum & concupiscentias eius, & solius sponsi sui pulchritudinem mente contemplatur. Genis autem turturis genas ecclesiæ comparat, quia in genis maxime verecundia apparet, & per hoc pudor & verecundia ecclesiæ ostenditur, quia erubescit aliquid fœdũ & quòd sponso suo displiceat perpetrare, & est sensus. Noli timere, ne vageris per greges sodalium, quia tanto te amoris mei pudore & tanta verecundia donaui, vt certus sim te me non posse deserere vel ad alienos deflectere. [Collum tuum sicut monilia] Per collum ecclesiæ, doctores sancti figurantur, nam sicut per collum cibi reficiendo corpora ministrantur, sermones etiam quibus arcana mentium demonstrantur, per colli fistulam egrediuntur, sic doctores non solum cibum nobis salutaris doctrinæ ministrant, sed etiam secreta scripturarum nobis manifestant. Hoc ergo collum ecclesiæ, quasi monile est, quia castæ doctrinæ gemmis, virtutum ornamentis sancti doctores decorantur. Monile enim, ornamentum est virginum vel matronarum [Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento] Murenulæ iuxta literam ornamenta sunt colli virginalis & puellaris, virgulæ videlicet auri perplexæ intermistis nonnumquam pulchra varietate subtilissimis argenti filis, & hoc est quod dicit vermiculatas argento, idest, in modum vermium terrenorum quos lumbricos dicunt distinctas, & inter se coniunctas. Murenulæ autem a similitudine piscis maritimi, qui Murena vocatur. Mysticæ murenulæ sunt perplexa scripturarum dogmata ex diuersis sanctorum patrum sententiis inter se iuncta. Aurum quippe claritatem significat sensus spiritalis. Argentum vero, nitorem eloquii designat. Murenulas aureas ergo sponsus sponsæ fiat facit, cum Christus ecclesiam suam doctrinis sanctorum patrum, sensu & eloquio fulgentibus instruit, atque ad illorum fidem & virtutem imitandã accendit. Notandum vero, quòd dicit pluraliter faciemus tibi, quasi enim Christus se personis doctorum coniungit per quos ipsæ murenulæ incatenantur, vt istis ecclesia exornetur [Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum] Modo synagoga Regem, sponsum suum Christum dicit, qui per diuinitatem suam omnia regit, & etiam secundum humanitatem de regia Dauid stirpe natus est. Accubitus huius regis, fuit incarnatio eius: accumbere enim est reclinare & discumbere, & tunc

tunc Christus accubuit quando pro nostra redemptione se vsq; ad suscipiendam naturam nostram inclinauit, & tunc Nardus dedit odorem suum, quia virtus ecclesiæ magis enituit. Cum.n. considerat Deum pro se hominem factum, amplius ad specialiũ virtutum studium & amorem conditoris accenditur. Nardus.n. fragrantiã virtutum specialium designat. Erant quidem ante incarnationem sancti Dei: sed sicut dictum est, sanctitas magis a tempore incarnationis Christi excreuit, & tũc quodãmodo nardus ecclesiæ, idest, odor virtutum fortis dedit odorem suum. Iuxta literam nardus herba est aromatica, crassa, & fragili radice, soloque paruo & denso, cuius cacumina in aristas sũ spargunt. Hoc vnguento Maria Magdalenæ caput & pedes domini peruunxisse in euangelio legitur. Luc. 7. Cum esset in domo Simonis. [Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi] Myrrha species est aromatica nimiæ amaritudinis, qua mortuorum corpora condiuntur, hoc loco passio Christi & sepulchrum designatur. Nam depositum corpus domini de cruce, a Nicodemo & Ioseph myrrha & aloe conditum est, & inuolutum linteis cum aromatibus ac sepulturæ datum. Dicit ergo ecclesia sponso eius. Dilectus meus fasciculus myrrhæ mihi factus est, quia propter me mortuus & sepultus est [Inter vbera mea commorabitur] Nemo dubitat locum cordis inter vbera esse. Dicit ergo. Inter vbera mea commorabitur cor, idest, in cordis mei memoria æternaliter habebitur, & numquãm tantorum beneficiorum eius obliuiscar: sed siue in prosperis, siue in aduersis cordabor eius qui me dilexit, & mortuus est pro me [Botrus Cypri dilect' meus mihi in vineis Engaddi] Cyprus insula est, vbi vites nobiles esse feruntur maximos botros procreantes. [Engaddi] locus similiter esse fertur habẽs arbusculas liquorem balsami defudantes. Loquitur ergo sponsa de resurrectione sponsi sui, botrus Cypri dilect' meus mihi, ac si diceret, sponsus meus qui mortis amaritudinem pro me gustauit, & quasi fasciculus myrrhæ mihi fuit: sed in resurrectione sua factus est mihi botrus Cypri, quando me gaudio suæ resurrectionis lætificauit. Vinum enim lætificat cor hominis, & hoc in vineis Engaddi, quia ex resurrectione, quasi suauissimi balsami odore per vniuersum mundum redoluit, & fragrantiam suæ fidei late dispersit. Engaddi autem fons hædi interpretatur, per quem significatur baptisma & sacrificium, in quo omnia peccata abluuntur. Hædus nãque peccatores significat. Baptismũ ergo fons hædi est, quia peccatores suscipit, & maculatos & mundatos ab omnibus peccatis reddit: Vox sponsi Christi ad ecclesiam suam sponsam. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra] Bis eam reperit esse pulchrã, propter perfectionem operis & munditiã cogitationis. Ecce tu pulchra es, hoc est in bonis operibus perfecta es sancte, & iuste, & pie viuendo secundum Apostolum. [Ecce tu pulchra es] mundam & simplicem habens cordis cogitationem atque intentionem, quia nõ propter terrena commoda vel mundi gloriam: sed vt solis oculis Dei placeas bona operaris [Oculi tui columbarum] Columba simplicissima auis est, per hanc simplicitas atque innocentia ecclesiæ figuratur. Quasi enim oculus columbarum habet, quia ab omni fictione & simulatione se immunem ostendit: vel etiam oculos habet columbarum, quia scientia diuinarum scripturarum, casto & simplici intuitu intelligit, spirituales & diuinos sensus in ea requirens: nam quoniam spiritussanctus in specie columbæ apparuit, recte doctrina cælestis, in oculis columbæ intelligitur [Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus] Postquàm sponsus sponsam suam de pulchritudine operis & cordis laudauit, reddit ei vicem sponsa: respondens. Ecce tu pulcher &c. acsi diceret, tu quidem me pulcherã in opere & cogitatione esse dicis: sed ego omnem hanc pulchritudinem a te me credo habere & cognosco: tu enim es pulcher & decorus, tu es fons totius boni, & quicquid boni habeo, tua gratia habeo: pulcher autem & decorus dicitur, quia & diuinitatis perpetuitate & etiam susceptæ humanitatis dignitate mirabilis est. [Lectulus noster floridus] Lectulus ecclesiæ est qualiscumque tranquillitas vel requies præsentis vitæ. Nam quasi in bello est ecclesia, dum pro Christo diuersa tolerat certamina, quasi vero in lectulo requiescit, cum aliquantula pace sibi concessa fruitur: sed hic lectulus est floridus, hoc est varietate virtutum quasi vernantibus floribus distincta est requies ecclesiæ: tunc enim liberiùs contemplationi diuinæ insistit, cum ieiunia, vigilias, & cætera bonorum operum exercitia liberius exequitur [Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina] Domus ecclesiæ, sunt fidelium conuenticula per orbem totum dispersa. Tigna vero & laquearia, sunt ipsæ personæ fideliũ ex quibus ecclesia constat. Sed attendendum est, quòd tigna ad munimentũ domus sunt, laquearia ad ornamentum. Ideoque per tigna designantur doctores, quorum doctrina fulcitur & sustentatur ecclesia, per laquearia vero sancti simplicitate gaudentes, qui suis virtutibus ornant ecclesiam: non autem muniunt doctrina. & hic attendendum est quòd sicut laquearia tignis affixa sũt, & sic vita fidelium in ecclesia ex doctoribus pendet, quia illorum doctrina instruitur & roboratur. Bene autem tigna cedrina & laquearia cypressina dicuntur. Nam vtræque arbores imputribilis naturæ sunt, sanctos designantes, qui immarcessibili desiderio flagrant amore sui conditoris, & contemptis transitoriis, ad æterna festinant. Cedrus etiã odore suo serpentes fugat, & sic sancti doctores dæmones vel hæreticos fragrantia doctrinæ suæ repellunt.

CAP. II.

Ipse quoque sponsus de se qualis sit ostendit, postquàm sponsa qualem domum ipsa & sponsus eius habeant ostendit, dicens [Ego flos campi] & reliqua, videlicet quia odorem meæ virtutis, per latitudinem totius mundi diffudi: ego sum flos campi, idest, deus mundi. Sicut enim campus floribus adornatur & vernat, ita totus mundus Christi fide & notitia decoratur. Sum etiam [lilium conuallium] Quia illis mentibus meam præcipue gratiam tribuo, quæ nullam spem in se habentes mihi se humili deuotione submittunt. Conualles enim significant humiles mentes, quarum lilium Christus est, quia pulchritudo humilitãtis ipse est qui dixit. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Potest & hoc quod dicit: ego sum flos campi, ad incarnationem referri. Campus enim non aratur, non scinditur, non vllo vomere profulcatur. Dicit ergo. Ego sum flos campi, idest, filius virginis. Non ergo ruris, sed campi se florem vocat, quia virgineæ carnis fructus est secundum vaticinium Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Lilium conuallium est Christus, hoc est filius humilium parentum. Conualles enim humiles parentes eius, & pauperes significant. Veniens enim filius Dei in mundum, non solum homo fieri dignatus est: sed etiam pauper homo pro nobis. Nec diuites sed pauperes elegit habere parentes, vt particeps factus paupertatis nostræ, diuitiarum & gloriæ suæ nos participes faceret [Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias] Videns sponsam suam ad requiem festinare & labores refugere, ac per quietem præsentis temporis ad æternam beatitudinem tendere, monet eam tali comparatione, vt nouerit se per præsturas & labores huius sæculi illuc peruenire debere. Sicut inquit lilium est inter spinas, sic amica mea inter filias. Spinæ quæ pungunt & lacerant, significant paruos quosque vel intra ecclesiam vel extra ecclesiam, & est sensus. Sic tibi viuendum est & sic parata debes esse contra omnia aduersa, sicut lilium inter spinas est: & tamen florere & gratum odorem ex se emittere non cessat. Sic amica mea inter filias, quia non solũ ab his qui extra ecclesiam sunt mala pateris, verum etiam ab illis qui generati per baptismum in filiationem Dei venisse videntur. Et nota quòd se superius sponsus lilium appellauit conuallium, nunc sponsam suam dicit, quasi lium inter spinas, quia ipse qui vere est lilium per gratiam facit ecclesiam suam esse lilium, candidam videlicet virtutibus, vel ab omni vitiorum labe immunem [Sicut malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios] Nunc sponsa laudata a sponso, vicem ei reddit, & dicit qualis quoque sit ipse. Sicut inquit malum inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sicut malum pulchritudinem habet pomorum, & gratum odorem inter agrestia ligna syluarum, ita mediator Dei & hominum Christus Iesus spirituali refulget gratia inter filios Dei, & inter electos. Ipse enim per naturam Dei filius est, reliqui electi per gratiam, potestate accepta ab vnico filio Dei, vt sint filii Dei. Hinc Ioan. cap. 1. dicit. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. Non qualẽcumque, sed quasi vnigeniti a patre [Sub vmbra illius quem desideraueram sedi] Quia in eius protectione confido, & ab eo inter aduersa gubernari spero. Vmbra.n. Christi protectio diuinitatis est, qua electos tuetur & defendit. [Fructus eius dulcis gutturi meo] idest, diuinitatis contemplatio qua me satiari confido. Hæc est enim sanctorum expectatio, hæc est etiam satietas & præmium, visio conditoris. Desiderat ergo vmbram conditoris sui ecclesia, quia protectionem

nem illius exoptat inter præsentis vitæ aduersa. Fructus illius Ad dulcis gutturi meo est, quia expectat perfrui specie visionis illius, & satiari dulcedine claritatis eius [Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem] Cella vinaria, ecclesia est, in qua est vinum euangelicæ doctrinæ. In hanc ergo cellam amica sponsi introducitur, quando ex omnibus gentibus in vnam ecclesiam fideles adunantur. Ordinauit inquit charitatem. Inter omnes virtutes primatum tenet charitas, qua ipsa subsistit ecclesia. Charitas ergo in ecclesia ordinatur, quia non temere, non confuse, sed ordinate tenẽda est omnis Dei & proximi dilectio. Deus enim est diligendus super omnia toto corde, tota anima, omnibus viribus, omni mente. Proximus diligendus est, sicut se vnusquisque diligit. Nam confundere vult charitatem, qui proximi charitatem dilectioni Dei præponit, de quibus dominus in euangelio ait, Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Vel etiam ordinauit in me charitatem, idest, ipse prior me dilexit, deinde qualiter eum diligere deberem docuit: vnde ipse dicit. Ioan. 15. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Namque in euangelio dicitur. Ipse pater amat vos, quia vos me amastis. Nõ ita putandum tamẽ amor discipulorum præcesserit amorem diuinum, sed ita potius, quòd Deus primo discipulos amauerit, illi vero subsequenter gratiam habentes diuino amori maiori dilectione se dignos fecerunt. Et Ioã. 1. Can. cap. 4. dicit. Diligamus Deum: quoniam ipse prior dilexit nos. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo] Post quàm ecclesia vel anima Deo dilecta, in se charitatem ordinata dixit, qualiter velit requiescere, vel in quo lecto sponso suo pausare ostendit subdens. Fulcite me floribus, & reliqua. Alloquitur animas iam perfecte diuino amori inhærentes. Per flores initia sanctæ conuersationis intelliguntur, per mala vero, perfectio bonorum operum. Et est sensus. O sanctæ animæ, quæ iam dilectioni conditoris vestri inhæretis, fulcite me bonorum vestrorum exemplis, & qualiter in exordio virtutum vel in prouectu, vel in perfectione bonorum operum vixeritis, ostẽdite quia amore langueo. Tunc enim anima amore Dei languet, quando eius dilectioni nihil præponit, immo quasi ad sæculi opera, languida & imbecillis efficitur, nihilque eam delectat; nisi meditatio cælestium & contemplatio conditoris sui. [Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me] Cum inquit tali in lecto iacuero, leua eius, idest, sponsi erit sub capite meo. Per leuam, prosperitas temporis prosperitas, vel etiam dona Dei intelliguntur, quæ sanctis in præsenti conferuntur. Per dexterã vero beatitudo cælestis patriæ accipitur. Leua Dei sunt pignora Spiritussancti & scripturarum diuinarum intellectus, & cætera dona ac charismata, quibus sancta ecclesia in præsenti consolatur. Caput principale mentis accipitur. Leua ergo sponsi sub capite sponsæ est, quia hæc omnia dona ad hoc percipit ecclesia vel anima fidelis, vt per hæc discat suspirare ad æternã. Dextera vero sponsi eam amplexatur, quia tota intentio ecclesiæ vel animæ fidelis hæc est, vt ad æternam beatitudinem quandoq; perueniat, & spe sui conditoris gaudeat. Et bene prius leua sub capite, post sponsi dextera eam amplectitur, quia nemo ad amplexus æternæ beatitudinis poterit peruenire, nisi hic mysteriorum cælestium & donorum diuinorũ studuerit esse particeps [Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosque camporum, vt non suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam meam, quoadusq; ipsa velit] Vox sponsi adiurantis filias Hierusalem, idest animas æternis desideriis intentas, & visionem pacis requirentes, ne quiescentem sponsam suscitent, & inquietent. Adiuro vos inquit filiæ Hierusalem, & reliqua vsque dilectam, hoc est, ne animam diuinæ contemplationi deditam, orationibus vel lectionibus diuinis occupatam, inquietare & ad exteriora opera suscitare velitis, donec ipsa velit, hoc est donec expleto contemplationis tempore, admonente corporis fragilitate ipsa velit suscitari a somno internæ quietis, & ad temporalia agenda procedere. Videamus autẽ per quid adiuret filias Hierusalem, per capreas ceruosque camporum. Capreæ & ceruj, munda animalia sunt serpentibus & venenis inimica, & significantur virtutes sanctorum, quæ munditia spirituali refulgent, & venena fraudis diabolicæ non solum canent, verum etiam insectantur, & ad nihilum redigunt. Et est sensus. Adiuro vos filiæ Hierusalem per virtutes vestras quas vobis diuina gratia collatas gaudetis, vt animam contemplationi meæ intentam non inquietetis, donec contemplationis hora finita, ipsa aliud quid agere velit. vox ecclesiæ [Vox dilecti mei] subaudi hæc est. Lætabunda enim ecclesia, quòd tantum diligitur a sponso, vt etiam pro illa filias Hierusalem adiuret, vt non eam requiescentem inquietẽt, dicit. Hæc vox dilecti mei: prome loquentis, quem dilectum videre desiderans, sed non valens apprehendere [Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles] Similis est dilectus meus capreæ, hinnulo que ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciẽs per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Iam.n. hyems

lare. faciatis dilecta, quoadusque ipsa uelit. Vox dilecti mei. Ecce iste uenit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ, hinnulo que ceruorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciẽs per fenestras, prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & ueni. Iam.n. hyems

& quasi camporum planitiem melioris vitæ meritis excedentes. De his quoque mõtibus Esa. dicit 11. Erit mons domus domini præparatus in vertice montium & eleuabitur super colles. Loquitur ergo sponsa, de dilecto suo. Ecce iste venit saliens in montibus & trãsiens colles; hoc est etiam secundum humanitatem omnem sanctorum excellentiam, omnem contemplationis vitæ puritatem excedens. Nec stare in montibus, sed transilire dicitur, quia & si adhoram per internam inspirationem bonorũ sanctorum visites, subito tamen recedit, vt eos amplius in sui dilectionem accendat. Potest etiam hoc ad incarnationem Christi referri, quia veniens quosdam saltus dedit, quia de cœlo venit in virgines virginis, de vtero virginis in præsepe, de præsepe ad baptismum, de baptismo ad crucem, de cruce ad sepulchrum, de sepulchro ad cœlum. Hinc & Psalmista. Psal. 15. Exultauit vt gigas, & reliqua [Similis est dilectus meus capreæ, hinnulo que ceruorũ] Capreæ & ceruj quamuis in sua natura multa habeant, quæ allegoricis sensibus conueniant, hoc tamen habent singulare, quòd non in planioribus immorantur: sed in arduis & excelsis locis, & quòd quosdam saltus dare solent. Recte ergo his assimilatur Christus, propter subtilem contemplationem, & quia nullo intellectu diuinitatis eius maiestas comprehendi potest. Non autem ceruis assimilatur: sed capreis, mitioribus, videlicet animantibus propter humilitatem incarnationis suæ, quia non solum homo fieri, sed etiam humilis homo fieri dignatus est. Hinnulo autem ceruorum similis dicitur, quia secundum humanitatem de ceruis, hoc est de patriarchis duxit originem. Vnde & Paulus dicit. 2. Tim. Memor esto dominũ Iesum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid secundum euangelium meum. Vel etiam propter varietatem virtutum & innocentiam, hinnulo ceruorũ comparatur [En ipse stat, post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos] Paries, mortalis nostra conditio appellatur, quæ quodammodo inter nos & Deum, quasi crassus quidam paries constitutus, non permittit nos eius contemplatione frui. Nam primus homo conditus est, vt visione & alloquio Dei frueretur; sed Post quàm peccauit, appositus est quidã paries, ipsa videlicet mortalitas, qua prægrauamur. Nam vt sapiens dicit, corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & premit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Sponsum ergo suum quem superius capreis, vel hinnulis ceruorum comparauit, nunc dicit post suum parietem stare, quia Christus aliquando vicinus sit ei cui se quantum humana mens capit, contemplari permittit. Aliquando vero elongatur, & quasi capreæ vel ceruus quibusdam saltibus effugit. Quia ergo paries appositus erat inter nos & ipsum, nec videre illum poteramus, dignatus est in ipso pariete facere fenestras & cancellos, per quos vtcumque sentiri, vtcumque perspici possit: vnde & sequitur. Respiciens per fenestras prospiciens per cancellos. Quasi enim fenestræ & cancelli in pariete fiunt, cum ipse sua gratia se contemplari permittit, licet ipse in speculo & ænigmate. Potest etiam hoc quod dicit, ipse stat post parietem nostrum, & ad humanitatem eius referri, quasi enim post parietem nostrum, stetit, quia carnem nostrã, sibi opposuit in qua diuinitas eius latuit. Quod vero sequitur, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, hoc ad diuinitatem eius refertur. Ille enim qui per fenestras, vel per cancellos intuitur, cuncta quæ foris aguntur videt, & ipse a nemine videtur. Ita Deus cum omnia videat & omnia perscrutetur, ipse inuestigari & comprehendi non potest [En dilectus meus loquitur mihi] Ad prædicandũ hortatur me dicens [Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni] Vox sponsi ad publicæ operationis studia prouocantis. [Surge propera amica mea] per fidem, & dilectionem, columba mea per innocentiam

centiam & simplicitatem, formosa mea per virtutum pulchritudinem: festina & veni, ac si diceret. Surge de stratu tuo illo tibi dulcissimo, hoc est de quiete in qua mihi soli placere in psalmis, hymnis, & orationibus desideras. Festina & veni: festina ad vtilitatem proximorum, vt illos quoq; per prædicationis officium, & bonorum operum exempla tui imitatores facias, & ad salutem perducas. Et notandum, quòd superius filias Hierusalem adiurabat ne suscitarent, neq; euigilare facerent dilectam, hic vero ipse eam suscitat, surgere ad laborem hortatur, quia omnia tempus habent, & omni rei est tempus sub cœlo. Tempus contemplationis: tempus etiam actionis. Alio enim tempore debent sancti prædicatores diuinæ contemplationi insistere, & mentem suam cælesti quiete oblectari, alio verò tempore per charitatem debent curam proximorum agere, & eis bonorum operum exempla præbere, ac diuinæ contemplationis doctrinam impendere [Iam enim hyems transijt, imber abiit & recessit] Hyemis & imbris nomine, asperitas infidelitatis exprimitur, quę totum mundum tenebat vsque ad aduentum Christi. Dicit ergo sponsus, Surge amica mea & veni, quia hyems transiit sole iustitiæ apparente, & imber infidelitatis recessit, ac serenitas veræ fidei in mundo resplenduit. Tale est quod Apostolus ait. Ro. 12. Nox præcessit, dies autem appropinquauit [Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit] Finita hyeme & imbre, flores in terra apparuerunt, decor videlicet virtutum & pudicitiæ, & transeunte asperitate infidelitatis, verna fidei successit temperies. Tempus putationis aduenit, hoc est purgationis sanctorum. Putatio enim vinearum, sanctorum significat purgationem, quæ in Christo & per Christum est, de qua ipse ait. Ioan. 15. Ego sum vitis vera & vos palmites, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater meus, & qui fert fructum purgabit eum, vt plus afferat fructum [Vox turturis audita est in terra nostra] Hoc est, vox prædicantium Apostolorum. Turtur enim quæ est auis castissima, & quæ in excelsis semper & in arboribus morari solet, & nidificare, apostolos vel cæteros doctores significat qui possunt dicere. Nostra conuersatio in cælis est, Phil. 3. quòd etiam gemitum pro cantu habet, sanctorum ploratum significat, quique suos ad fletum & lamenta hortatur dicentes. Miseri estote & lugete, ut luctus vester in gaudium conuertatur. Iaco. 4. Vox turturis audita est in terra nostra, idest, vox prędicantium Apostolorum, in terra nostra, hoc est in ecclesia, de qua Psalmista, Domini est terra & plenitudo eius [Ficus protulit grossos suos] Per ficus synagoga designatur. Grossi autem dicuntur primitiuæ & immaturæ ficus inhabiles ad edendum, quæ ad pulsum venti facile cadunt: voce autē turturis insonante ficus protulit grossos suos, quia Apostolis prædicantibus, emerserunt multi de synagoga Iudæorum qui & Christum crederent: & tamen legem carnaliter obseruare vellent, magisque authoritate legis delectarentur, quàm dulcedine euangelii, volentes circuncisionem & sabbatū, & alia legis præcepta iuxta literam obseruare, de quibus Apostolus dicit. Galat. 4. Aemulantur vos non bene: sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur [Vineæ florentes dederunt odorem suū] Postquàm turturis vox audita est, postquàm ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum, quia multitudo ecclesiarum per latitudinem orbis diffusa est, quia flores virtutum & odorem bonæ opinionis late de se spargunt [Surge amica mea sponsa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ] Vocat iterato sponsus amicam suam & dicit. Surge amica mea, sponsa mea, & veni. Noli, inquit, sponsa mea quam mihi per fidem dilectionem amicam feci otioso torpore lentescere: sed surge & veni, & exempla virtutum foris proximis præbe. Columba mea in foraminibus petræ, si petra est Christus, iuxta quod Apostolus ait. 1. Corinth. 9. Petra autem erat Christus, foramina petræ sunt vulnera, quæ pro salute nostra in cruce suscepit, fixuram videlicet clauorum, lanceæ percussuram. In his ergo foraminibus, columba, idest, ecclesia moratur, quia totam spem salutis suæ in passione sui redemptoris constituit. Ibi ab insidiis malignorum spirituum, quasi a raptu accipitris secura delitescit, ibi nidificat, infœtus bonorum operum congerit. In cauerna maceriæ. Maceriæ construuntur ex viminibus, vel ex siccis lapidibus ad munimenta vinearum ad repellendas vulpes,

transijt, imber abijt & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge propera amica mea: speciosa mea & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur uineas. Nam uinea nostra floruit. Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur umbræ. Reuertere, similis esto dilecte mihi capreæ hinnulo-

vel cæteras nocuas bestiolas. Per maceriam ergo significatur cælestium custodia præceptorum, vel virtutum, vel angelicum præsidium: sicut Esaias de domini vinea ait. Et maceria circundedit & circumfodit eam. In cauerna ergo maceriæ moratur, quia præsidio angelorum vndique circundatur, & a tentationibus custoditur [Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis, & facies tua decora] Tu inquit dilecta mea quæ in lecto cōtemplationis dulcissime requiescis, veni & ostende faciē tuam mihi, & a secreto quietis egredere ad publicam actionem & pulchritudinem bonorum operum tuorum aliis ad exemplum demonstra. Ostende mihi dicit, quasi Deo. Deo enim suam faciem ostendit ecclesia, cum proximis ad vtilitatem & profectum virtutum, quantam intrinsecus habeat pulchritudinem insinuat. Hoc est quod dominus dicit in euangelio, Matth. 5. Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum. [Sonet vox tua in auribus meis] vox videlicet prædicationis, vel diuinæ laudis, qua alios facias proficere. In auribus enim Dei vox ecclesiæ sonat, cum prædicatione ex multorum conuersione delectatur Deus. Bene autem dicit faciē tuam, & vox tua, non aliena. Illam videlicet faciem mihi ostende, quā in baptismo tibi dedi, quando mundaui te ab omni peccato, vox tua dicit in auribus meis sonet, vt ex sinceræ intentione dilectionis meæ procedit, vt non propter aliud prædices, nisi propter me [Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea nostra floruit] Vox sponsi præcipientis sponsæ suæ & filiabus Hierusalem, sanctis videlicet doctoribus, vel animabus fidelibus. Capite inquit nobis vulpes paruulas. Vulpis dolosum est animal & fraudulentum, in cauernis & specubus habitans, nec recto: sed tortuoso incedens itinere. Ideoque designat hæreticos & scismaticos, qui demoliuntur vineas, hoc est ecclesiam Dei, plebem videlicet fidelium lacerare & decipere nō cessantes. Præcipit ergo, vt paruulas vulpes capiant, idest, vt hæreticam prauitatem in ipso initio debellare & destruere non cessent, ne robusta facta fortius ecclesiam impugnet. Nam vinea nostra floruit, idest, ecclesia per vniuersum mundum flores virtutum emisit. Et nota cum superius vineas pluraliter dixerit, modo dicit singulariter vinea nostra floruit, quia ex multis ecclesiis, vna est electa ecclesia. [Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ] Vox sponsæ. Dilectus meus mihi, subaudi societur vinculo charitatis & amoris, & ego illi coniungar & consociabor vicissitudine mutuæ dilectionis. Vel dilectus meus, subaudi det mihi verba exhortationis & diuinæ promissionis, & ego subaudi ostendam illi faciem meam. Vel etiam dilectus meus mihi dignetur coniungi glutino charitatis, & ego illi coniungar vinculo dignæ obedientiæ obtemperans præceptis illius. Qui pascitur inter lilia, hoc est delectatur & iocundatur inter candidas & odoriferas virtutes sanctorum. Et hic notandum, quòd superius dixit lilium, hic vero pluraliter lilia, quia multæ sunt virtutes sanctorum: vna tamen fides est, & vna charitas, qua præcipue delectatur Deus. Siue etiam pascitur inter lilia, hoc est suauissime delectatur inter choros virgineos. Candor enim liliorum, recte munditiæ virginali comparatur, donec aspiret dies, hoc est donec transeant nebulæ præsentis vitæ, & appareat dies. Hoc est veniat claritas sempiternæ beatitudinis: Et est sensus. Dilectus meus mihi præstat auxilium, & ego illi dignam præbeo obedientiam, qui virtutibus sanctorum delectatur, quousque transcursa nocte præsentis vitæ, in qua per speculū & in ænigmate cernitur, appareat dies supernæ claritatis, vt facie ad faciem videatur. [Reuertere dilecte mi, similis esto capreæ aut hinnulo ceruorum super montes Bethara] Vox ecclesiæ sponsi sui speciem desiderantis. O dilecte mi: qui me de lecto quietis surgere præcipis, & vt tibi faciem meam ostendam hortaris reuertere, hoc est claritatem diuinitatis tuę me perspeculari permitte, & hoc quod mihi perfecte promittis in alia vita, beatitudinem videlicet tuam, in hac adhuc peregrinatione, me saltem in figura & ænigmate habere permitte. Similis esto capreæ, aut hinnulo ceruorum super montes Bethara. Iam dictum est superius, quòd capreæ campos despiciunt, & ad alta montium enituntur: Christus ergo capreis comparatur, quia secundum carnem resurgens a mortuis cælorum alta petiit. Hinnulus vero ceruorum vocatur, hoc est filius antiquorum patrum. Cerui enim sunt patriarchæ & prophetæ, de quibus

bus Christus carnis originem duxit. Fertur hinnulus hanc habere naturam, vt feruente sole, vmbrosa & opaca loca requirat, in quibus ab æstu protegatur: sic & Christus in eorum mentibus requiescit, qui rore Spiritussancti ab æstibus carnalium voluptatum temperantur, ac si diceret. O dilecte, reuertere, hoc est me sæpius tua visitatione illustrando lætifica, qui per carnem quam assumpsisti iam cælorum sublimia penetrāsti. Montes autem Bethara, mentes significant sanctorum a terrenis per superna desideria eleuatas. Nam & Bethara interpretatur domus consurgens, vel domus vigiliarum. Vigiliæ mentes sanctorum significant, quæ ad desideranda superna cōsurgunt, & ad ea percipienda inuigilant. Quidā codices habent, super montes Bethel. Bethel interpretatur domus Dei, apte mentes sanctorum signans, quæ domus Dei sunt habentes in se Deū inhabitatorem, qui dicit per prophetā, Leuit. 26. Inhabitabo in illis, & in ambulabo. Super has ergo mentes dilectus similis est capreæ hinnuloque ceruorum, quia illas visitare est dignatus quæ domus Dei esse student.

Al. Bethara vel Bether.

que ceruorum super montes Be-th-el.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. Surgam & circuibo ciuitatē: per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidistis? Paululum cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosq; camporū, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascendit per desertū, sicut virgula fumi ex aro-

CAP. III.

VOx ecclesiæ de gentibus congregatæ [In lectulo inquit meo] hoc est cum adhuc in desideriis carnalibus requiescerem, & cum adhuc in tenebris infidelitatis & ignorantiæ posita essem [quæsiui quem diligit anima mea] Multi enim philosophorum Deum ignorantes, summo tamen studio illum requirebant per creaturas, creatorem volentes cognoscere. Sicut Plato qui in Timæo multa de anima disputauit, & sicut Aristoteles & Socrates & cæteri qui omne vitæ suæ tempus in studiis exquirendæ veritati expendebant [Quæsiui illum & non inueni] Non enim per mundanam sapientiam Deus cognosci potuit [Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea, quęsiui illum & non inueni] Exurgam inquit de statu corporis & carnalis delectationis, & circuibo ciuitatem huius mundi, maria, ac terras peragrando, per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea, hoc est per lata itinera gradientes huius sæculi & suis voluptatibus deditos, aspiciam si forte in illis dilecti mei vestigia aspiciam. Hoc cū causa exempli de multis dici possit præcipue in illo Eunucho impletū est, qui a finibus terræ venit Deū cæli Hierosolymis adorare, quem Philippus inuenit, ei q̄ Christū in prophetia Esa. ostendit, Act. 5. Hoc quoque in Cornelio adimpletum est, qui adhuc paganus & ignorans Deum, eleemosynas faciebat, & orationibus vacabat, quem Petrus cum domo sua baptizauit, Act. 10. Iterat adhuc difficultatem intensionis & dicit, quæsiui illum & non inueni [Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem] Vigiles sunt sancti apostoli & cæteri doctores ecclesiæ, qui ciuitatem, id est sanctam ecclesiam custodiunt & ab insidiis spiritualium hostiū defendunt, quos interrogat [Num quem diligit anima mea vidistis?] Quasi vigilans ecclesia interrogabat, cum intenta aure eorū prædicationem percipiebat [Paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea] Pertransire vigiles, est eorum dicta & doctrinam diligenter perscrutari. Solemus namque dicere transcurri librum, legens, vel pertransiui. Cum inquit pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea, quia cum solicita meditatione dicta vel scripta sanctorum requirimus, statim dilectum inuenimus, quia Deum in eorum dogmatibus reperimus. Potest & sic intelligi, cū pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea, hoc est cum intellexissem Christum omnem sublimitatem & gratiam superare, tunc inueni quem diligit anima mea, hoc est tunc vere intellexi quantum ipse a cæterorum sanctorum meritis distet [Tenui eum cum dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ & in cubiculum genitricis meæ] Hoc est ardētissima fide & deuotione illi inhæsi, nec dimittam eum: sed in eius amore & fide perseuerabo, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, hoc est donec illum synagogæ quæ est mater mea spiritualiter prędicem, vt eam quoq; ad eius fidem perducam. Hoc fiet in die iudicii, qū (vt Apost. ait, Ro. 11.) Cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Tantum ergo sibi de charitate sponsi sui promittit ecclesia, vt etiam se credat synagogam posse conuertere. Quòd autem dicit, donec introducam eum, non est putandum, quòd tunc relictura sit illum cum in cubiculū matris introduxerit, sed donec pro sempiterno ponitur, idest, semper illi inhærendo, semper in eius fide & dilectione perseuerabo. Taliter & in Psalm. 122. Ita oculi nostri ad dominū Deum nostrum, donec misereatur nostri. Numquid postquàm nostri misertus fuerit, non erunt oculi nostri ad eum? Vtique erunt [Adiuro vos filiæ Hierusalem, per capreas ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit] Bis repetitur iste versiculus. Nam superius positus est: sed supra ad ecclesiam primitiuam de Iudæis collectam pertinet, hic vero ad ecclesiam de gentibus congregatam & amoris vinculo Christo arctius copulatam: vna enim eademque cura est Deo de sanctis qui vel in circuncisione, vel etiam in tempore baptismatis coruscante gratia euangelii illi placuerunt. Quia vero supra iste versiculus expositus est, iam hic videndum est, quare velut dormientem inducat ecclesiam: vnde & adiurat filias Hierusalem ne eam excitent, cum paulo superius non dormientem vel quiescentem, sed studio laboriosissimę inquisitionis insistentem, qua sponsum inquirebat introducat. Si ergo requirebat sponsum, quomodo requiescebat? Sed dulcissimus & suauissimus est somnus, Christum quærere. Dormit ergo ecclesia & sponsum quærit: dormit videlicet a desideriis terrenis, ab actibus sæculi: vigilat autem & & requirit sponsum, quia eius contemplationi inhæret, eum solum desiderat & ad illū peruenire contendit. Adiurat ergo sponsus filias Hierusalē animas videlicet desideriis terrenis contemptis supernæ patriæ inhiantes, ne illam excitent ab hoc somno suauissimæ quietis, & contemplationis, donec ipsa velit. Somnus autem merito amor appellatur, quia sicut dormiens a visibilibus oculos claudit & inuisibilia contemplatur, ita is qui diuinæ contemplationi insistit, quasi alienus est, & dormit exterioribus, sola spiritualia & cælestia videns. Nec mirum, si amor somnus vocatur, cum in sequentibus mors appellatur, vbi dicitur, Fortis est, vt mors dilectio. Cum autem dicit, donec ipsa velit, ostendit ecclesiam de gentibus volūtarie se præparaturam ad labores & persecutiones pro Christo perferendas [Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii?] Vox filiarum Hierusalem, idest, sanctorum primitiuæ ecclesiæ admirantium pulchritudinem ecclesiæ ex gentibus congregatæ. Quæ est inquit ista, quæ, idest, qualis, quanta laude & admiratione digna, quæ non circuncisione mundata, nec adhuc baptismo sanctificata, iam currit ad Deum? Ascendit inquit per desertum, hoc dicitur ad imitationem plebis priscæ Iudaicæ, quæ liberata de Aegyptiaca seruitute per desertum mari rubro transito, venit ad terram repromissionis. Dic etiam: ecclesia per desertum nationum descendebat iam de Aegypto, hoc est, de confusione idolatriæ liberata & a Pharaone, idest, diabolo submerso, vt cælesti manna pasceretur, & veram terram repromissionis ingrederetur. Ascendit inquit ad montem virtutum, vel etiam ad ipsum cælum virtutibus subleuata, quæ in Ps. 120. dicit. Leuaui oculos meos in montes, & reliqua, & alibi 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Montes ipsi sunt patriarchæ prophetæ, apostoli, & cæteri sancti, qui merito virtutum montes appellantur. Primo enim ad montes, idest, ad sanctos subleuat oculos ecclesia vel anima fidelis, quia illorum doctrinam actusque considerat, illorum exemplo & intercessione muniri gaudet. Postea proficiens, ad ipsum quoque qui fecit montes audet cordis aspectum erigere, & dicit. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis, idest, granter requiescis in sanctis: sicut inquit virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Fumus ex igne nascitur, & mox altiora aeris expetit, donec aspectibus intuentium subtrahatur. Fumus igitur significat sanctum desiderium igne diuini amoris profusum. Nec absolute fumo comparatur, sed virgulæ fumi, quia sancta ecclesia vel anima sancta Deum amans, gracilis est & delica-

ta, disciplinis Spiritussancti extenuata, non habens grossitudinem carnalium desiderionum. Siue virgulæ fumi, non sparso fumo, comparatur propter vnitatem ecclesiæ quæ in Christo vna est. Vnde vero esset ille fumus, ostendit cum subdit. Myrrhæ & thuris & vniuersi pulueris pigmentarii. Myrrha cõdiuntur mortuorũ corpora. Thus vero adoletur in sacrificio Dei. Ideoq; per myrrham, carnis mortificatio designatur, per thus munditia orationum exprimitur. Virgulæ ergo fumi myrrhæ & thuris ecclesia assimilatur, quia sancti mortificatiõe carnis suæ & orationibus, mundo ac simplici corde profusis, Deo placere student, & vniuersi inquit pulueris pigmentarii, idest, congerie omnium virtutum. Nõ autem integra fuisse aromata, sed in puluerem redacta dicuntur, quia sanctorum actiones magna discretione considerandæ sunt, & tãquàm cribro subtilissimæ considerationis euentilandæ ne quid forte in illis durum, aut inconueniens existat, ne salutem per ipsas virtutes mille formis aduersarius surripiat, qui callidus per bona etiam consueuit nocere [En lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos] Quo hæc dilecta & mirabilis ascendedere ostẽditur cum subdit. En lectulum Salomonis & reliqua. Lectulus Salomonis quàmuis superna illius cælestis beatitudinis requies accipi possit, in quo Deus cum sanctis requiescit, pro babilius tamen præsens accipitur ecclesia in qua sancti Dei sopitis tumultibus vitiorum, amplexu Salomonis, idest, viri pacifici delectantur: vnde & Psalmista de Christo dicit, Ps. 75. Factus est in pace locus eius & habitatio eius in Sion. Lectulum ergo Salomonis, idest, ecclesiam Christi sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Per ly, fortes, ordo doctorum intelligitur, qui vel prædicando ecclesiam muniunt, vel contemplando ad illam supernam beatitudinem peruenire desiderant. Sexagenarius autem numerus ex senario & denario constat: sexies deni vel decies seni sexaginta faciunt. Senarius vero perfectionem significat operis, quia sex diebus perfecit Deus opera sua. Denarius vero remunerationem & præmium quod in fine electis dabitur. Vnde & hi qui in vineam venerunt, denarium leguntur accepisse. Sexaginta ergo fortes significant (vt dictum est) sanctos doctores, fortes opere, & animo constantes. Additur vero ex fortissimis Israel, omnes in Christum credentes & Christum diligentes. Israel, idest, videns Deum appellatur: fortissimi vero Israel sunt, qui ecclesiam tueri prædicando, & ab incursibus dæmonũ, vel impugnatione hæreticorum defendere nouerunt: hi ergo ambiunt lectulum Salomonis, quia illis est commissa ecclesia, & ab illis vigilanti cura est custodienda. Omnes tenẽtes gladios & ad bella doctissimi. Tenent. n. gladium spirituale verbi Dei, de quo Apost. Eph. 6. Et galeam inquit salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ad bella vero sunt doctissimi, quia necesse est, vt spiritualis prælii arte instructi sint, qui aduersus mundi rectores tenebrarũ harum, contra spiritualia nequitiæ, in cælestibus bellum gerunt. Versutissimus. n. est ille hostis, & tam subtilitate spiritualis naturæ, quàm ẽt temporis longinquitate doctissimus contra quem sancti bella suscipiunt. Vniuscuiusque ensis super femur suum. Per femur propagatio sobolis accipitur. Super femur ergo ensem habent, quia timore Dei omnes comprimunt & coercent motus carnalis voluptatis. Et hoc ꝑ timores nocturnos. i. ꝑ occultas insidias maligni hostis, qui in nocte huius sæculi sanctis maxime qui in ecclesia præmineni insidiatur, vt illis deceptis, lectulum Salomonis, idest, requiem sanctorum fœdare possit. Et notandum, ꝙ superius tenere gladios dicuntur, hic vero super femur enses habere. Gladios. n. tenent, vt aduersariis resistant, vt hæreticos & omnes sanæ fidei contradicentes confodiant. Super femur vero enses habent, vt suimet curam habeant, vt fluxus carnalium voluptatum reprimant, ne (iuxta verbum Apostoli. 1. Cor. 9.) aliis prædicantes, ipsi reprobi efficiantur [Ferculum fecit sibi Rex Salomon, de lignis Lybani] Quod superius per lectum Salomonis, hoc nunc designantur per ferculum, sancta videlicet ecclesia, in qua velut in lecto requiescunt sancti Dei, & velut in lecto discumbunt ad epulas æternæ satietatis. De lignis Lybani fecit Salomon Ferculum. Lybanus mons est Phœnicis, cuius arbores & proceritate & pulchritudine & durabilitate cæteris præeminent. Ideoque significant sanctos virtutum specie fulgentes, & ad æterna festinantes. Lybanus enim

F candidatio vel dealbatio interpretatur. Ligna ergo Lybani sunt sancti candidati & dealbati baptismo, & exornati omnium virtutum pulchritudine [Columnas eius fecit argenteas] Per columnas, doctores eiusdem ecclesiæ figurantur, qui eam verbo & exemplo sustinent ac roborant, vnde dicitur, Galat. 2. Iacobus & Ioannes & Cephas qui videbãtur columnæ esse. Hæ columnæ sunt argenteæ, quia nitore cælestis eloquii refulgent. Eloquia. n. dñi eloquia casta, argentum, & reliqua, Ps. 18. [Reclinatoriũ fecit aureum] Per reclinatorium aureũ, requies æterna accipitur, quæ sanctis in ecclesia promittitur, ad quam tñ ascensus est purpureus [Ascensus eius purpureus] Purpureus ascensus, est passio Christi, quia purpura colorem sanguinis imitatur. Ascensu ergo purpureo ad reclinatorium aureum peruenitur, quia illi ad æternarum epulũ mensam discumbunt & ad supernæ quietis requiem veniunt, qui in præsenti passionem redemptoris sui digne venerari & imitari satagunt [Media charitate constrauit] propter filias Hierusalem. Media charitate constrauit, quia omnibus fidelibus suã charitatem Christus commendauit, patiendo pro nobis, & requiem nobis præparando, iuxta quod Apost. Rom. 5. dicit. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis, qm̃ cum adhuc peccatores essemus, pro nobis filium suum in mortẽ tradidit. Aliter. Per columnas argenteas, Apostoli & apostolici viri designantur, per reclinatorium aureum, doctorum ordo, qui cum ineffabilia æternæ vitæ repromittunt, vtique nos suauiter quiescere faciunt: & hoc reclinatorium bene aureum dicitur, quia ineffabile est illud præmium, quod sancti expectant. In rebus. n. caducis nihil auro pretiosius est. Per ascensum etiam purpureum, ordo designatur martyrũ, qui passionem Christi imitati pro illo sanguinem suũ fuderunt. Sed quid nos faciemus dicit B. Greg. qui nullius meriti sumus, & non inter doctores, non inter martyres locum nos habere videmus? Sequitur [Media charitate constrauit] Habeamus ergo charitatẽ, qua media huius ferculi constrata sunt, quæ & idcirco latum mandatum vocatur, quia omnibus suis obseruatoribus æternam salutem parant. Hanc efficaciter teneamus, & per hanc saluabimur. Et hoc ꝑ filias Hierusalẽ, hoc est ꝑ animas simplices, quæ nullius virtutis sibi sunt conscíæ, quæ quanto maioris fragilitatis sibi sunt conscíæ, tanto amplius saluatorem & redemptorem suum diligere satagunt [Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius] Vox ecclesiæ inuitantis animas fideliũ ad intuendũ, quàm mirabilis & speciosus sit sponsus eius. filiæ namque Sion eædem sunt quæ & filiæ Hierusalem, sanctæ videlicet animæ, supernæ illius ciuitatis ciues, quæ & perpetua cũ angelis pace fruuntur, & per contemplationem gloriã dñi speculantur. Egredimini inquit o filiæ Sion, hoc est exite de turbulenta huius sæculi cõuersatione, vt mente expedita, eum quem diligitis contemplari possitis. Et videte inquit Regem Salomonem, hoc est verum pacificum Christum, in diademate quo coronauit eum mater sua. Ac si diceret. Considerate Christum pro vobis carnem indutum, quã carnem de carne Virginis matris suæ assumpsit. Diadema namq; vocat carnem quam Christus assumpsit pro nobis, in qua mortuus destruxit mortis imperium. In qua ẽt resurgens, resurgendi nobis spem contulit. De hoc diademate Apost. Heb. 2. dicit. Vidimus Iesum per passionem gloria & honore coronatum. Mater vero sua eum coronasse dicitur, quia virgo Maria illi de sua carne, carnis materiem præbuit. In die desponsationis eius, hoc est in tempore incarnationis eius, quando sibi coniunxit ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, vel quando Deus homini coniunctus est. Et in die lætitiæ cordis eius. Lætitia. n. & gaudiũ Christi, salus est redemptio generis humani, iuxta quod in euangelio multos ad fidem Christi cernens confluere, In illa hora inquit Euangelista exultauit in spiritu & dixit. Confiteor tibi pater cæli & terræ, & reliqua, Mat. 11. Et in euangelica parabola inuenta oue, vocat amicos dicens. Congratulamini mihi. Luc. 15. Potest hoc & simpliciter totum ad passionem Christi referri, iuxta literã. Præuidẽs. n. Salomon in spiritu, passionẽ Christi longe ante præmonebat filias Sion. i. plebem Israeliticã, Egredimini inquiens & videte Regem Salomonem, idest, Christũ, in diademate, idest, in spinea corona qua coronauit eum mater sua synagoga in die desponsationis eius, qm̃ videlicet sibi iunxit ecclesiam. Et in die lætitiæ cordis eius, quo gaudebat per suam passio-

passionem redimere mundum de diaboli potestate. Egredimini ergo & exite a tenebris infidelitatis, & videte, hoc est intelligite mente, quia ille qui vt homo patitur verus est Deus. Vel etiam egredimini extra portam ciuitatis uestræ, vt eum in Golgotha monte crucifixum videatis.

A præeminent, & hanc obseruare docent, vel etiam quia fidem & operationem prædicant. Et sterilis non est inter eas, nullus videlicet alienus est a bonis operibus [Sicut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce] Per labia ecclesiæ, sancti prædicatores accipiuntur, qui & per dentes figurantur. Coccus aũt sanguinis vel ignis habet speciem. Labia ergo ecclesiæ. i. sancti prædicatores vitæ coccineæ assimilanẽ, quia passionẽ Christi assidue prædicant, qui pro nostra redẽptione sanguinem suum fudit, siue vittæ coccineæ assimilantur, quia prædicant & ardent dilectione, diligunt eos quibus verbum impendunt, & etiam a quibus malum patiuntur. Ad hoc etiam pertinet, quod Spiritussanctus in linguis igneis apparuit, quia loquentes & ardentes fecit apostolos, ardẽtes in dilectione, loquẽtes in prædicatione. Et bene vitta coccinea dicitur. Vitta enim capillos ligat & cõstringit. Sic S. doctores sua prædicatione ad vnitatem fidei & dilectionis multitudinem fidelium in ecclesia nectunt, & in vnum decorem redigunt. Possunt etiam per capillos subtiles cogitationes nostræ accipi. Vitta ergo coccinea crines ligamus, quãdo cogitationes nostras disciplina timoris Dei constringimus & coercemus. Eloquium tuum dulce. Dulce est eloquium ecclesiæ, cum sancti doctores, vel passionem sui redemptoris ad memoriã reducunt, & prædicant quantum Deus hominem dilexerit, vel etiam cum cælestia præmia auditoribus annuntiant [Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecus latet] Per genas, superius diximus ecclesiã figurari. Nam cum verecundamur, rubor sanguinis in genis effunditur. Malum autem punicum habet rubicundum corticem, interius vero multitudine granorum plenum est: vnde & malum granatum vocatur. Per fragmen ergo mali punici, memoriam eiusdem dominicæ passionis accipitur, quæ & in cocco superius figuratur. Solet enim vna res diuersis exprimi figuris. Genas ergo ecclesiæ fragmini comparamus, quia sancti Doctores venerabiliter agunt memoriam passionis redemptoris sui, nec erubescunt crucem eius, immo gloriantur dicentes cum Apost. Gal 5. Mihi autem absit gloriari, & reliqua, & alibi idem Apostol. scribens ad discipulum suum. Noli erubescere Christi crucem, neque me vinctũ eius. 2. Tim. 1. Bene autem non integro malo punico: sed fragmini comparantur. Malum enim punicum cum frangitur, exterius rubor, interius candor apparet. Sic & sancti prædicatores, cum passionem Christi nuntiant quasi rubor est exterius. Cum vero quanta vtilitas nostræ redemptionis inde prouenerit, & ꝙ homo per passionem Christi non solum a peccatis iustificari, sed ẽt ꝙ diuinum consortium meruerit demonstrant, quasi candidum est, quod intrinsecus latebat. Possunt etiã per genas ecclesiæ martyres figurari, qui rubicundi sunt effusione sanguinis sui, veluti malum punicum. Sed fracto malo punico, candor interius apparet, quia post mortem miraculis coruscant [Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis] Collum sanctæ ecclesiæ prædicatores sancti & doctores eius sunt. Hi. n. hic designantur per collum, qui superius per oculos & per dentes, sancti videlicet prædicatores, qui veluti per collum acceptos verbi Dei cibos nutriendo corpori transmittunt, & vocem diuinæ prædicationis auditoribus proferunt. Vel etiam sancti Doctores per collum signantur, quia sicut collum caput & cætera membra corporis coniungit, ita sancti prædicatores, quasi mediatores sunt inter Christum, & reliquos, quos instruunt fideles, & quasi Christum corpori suo, idest, ecclesiæ coniungunt. Hoc autem collum turri Dauid comparatur. Dauid qui interpretatur manu fortis vel visu desiderabilis, Christum significat, & tota quidem ecclesia ciuitas Dauid, idest, magni regis est Christi, qui est manu fortis quoniam diabolum deuicit, iuxta quod Psalmista dicit, Psalm. 23. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Est & visu desiderabilis, quia, vt Apost. 1. Pet. 2. dicit In eum desiderant angeli prospicere: turres autem huius ciuitatis illi sunt, qui vel scientia vel operis perfectione cæteris præeminent. Quæ ædificata est cum propugnaculis. Propugnacula sunt diuinarum scripturarum sacramenta, de quibus veluti iacula procedunt quibus aduersariæ potestates repelluntur [Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium] Mille clypei intelliguntur innumera diuinæ præsidia defensionis, quibus sancta ecclesia vallatur & defenditur. Omnis armatura fortiũ, idest, omnis instructio vel sanctæ prædi

CAP. IIII.

Bis repetit [Quã pulchra es, q̃ pulchra es] idest, in opere & prædicatione. In opere, quia nihil fœdum, nihil oculis meis indignũ agit. In prædicatione, quia ad considerandum incarnationis meæ mysterium, etiam sodales tuas filias Hierusalem inuitare non cessas [Oculi tui columbarum] Per oculos, intelligitur acumen sensuum spiritualium quibus diuina & sempiterna contemplatur, vel intuetur ecclesia. Columbæ autem oculis ecclesiæ comparantur, propter spiritualem gratiam, quia Spiritussanctus in specie columbæ apparuit. Sequitur autem [Absque eo, quod intrinsecus latet] Idest, absque superna retributione illius quam in fine sæculi perceptura es, quam & in præsenti per fidem contemplaris. Latet tamen intrinsecus, nec in præsenti videri potest: sed in futuro expectatur [Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad] Per capillos ecclesiæ, subtiles cogitationes accipiuntur quibus plerumque temporalia disponuntur. Comparantur vero gregibus caprarum, quia hæc animalia munda sunt, & in rupibus sine in excelsis locis resupinata pascuntur, quia cogitationes sanctorum & si corporali necessitate in temporalibus figuntur, tñ ab æternorum intentione non discedunt, & in ipsa etiam cura quam necessitati corporeæ impendunt, quasi cælum semper intuentur. Possumus etiam per oculos, doctores ecclesiæ & prædicatores accipere, qui in corpore, cuius caput Christus est summũ locum tenent, & cælestia & spiritualia cæteris membris vident. Per capillos vero innumeram multitudinem simplicium fideliũ in laicali ordine constitutorum, qui & si minus vident spiritualia, sua tñ numerositate magnum decus præstant ecclesiæ. Et bene gregibus caprarum comparantur. Capra peccatoribus connumeratur, per quam significantur plebes fideliũ actionibus sæculi dediti, quæ sine peccato agi non pñt. Bene aũt sequitur, quæ ascenderunt de monte Galaad. Galaad, acerruus testimonii interpretatur. Iuxta literã quidẽ, ideo quia Iacob recedente de Mesopotamia persecutus est eũ Laban, & die tertia reperit eũ, ibiq; in testimonium mutui fœderis acerruum lapidum extruxerunt. Mystice aũt acerruus testimonii Christus est, in quo multitudo consistit omnium sanctorum qui sunt lapides viui adhærentes illi lapidi, de quo Petrus. 1. Can. 2. ait. Ad quem accedentes lapidem viuũ, & ipsi tãquàm lapides viui simul cœdificamini. Greges caprarum de monte Galaad ascenderunt, quia sanctorum multitudines ad cella virtutum conscendunt, & Christi doctrinam atque præcepta in omnibus sequi satagũt [Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas] Si per capillos ecclesiæ, innumerabilis multitudo fidelium simplicium intelligitur, per dentes ecclesiæ doctores figurantur, dentibus. n. cibos commolimus & masticamus. Et S. Doctores bene dentibus conformantur, quia spirituales cibos quos simplices capere nequeunt ipsi quodammodo exponendo comminuunt. Dens ecclesię præcipuus erat Petrus cui dictũ fuit in visione. Surge, occide, & manduca, ac si diceret. Hos quos ad fidem cõuertis, occide ab eo quòd sunt, vt desinant esse peccatores & manduca, hoc est transfer in corpus ecclesiæ. Bene aũt hi dentes oubus tonsis & lauacro lotis comparantur. Solent. n. oues post tonsionem currenti aqua abluì, ne illotus sudor corpori adhærescat & scabiem generet. Tonsæ ergo oues, sunt sancti doctores & magistri ecclesiæ, qui & lauacro baptismatis abluti sunt, & vellera. i. facultates & substantias suas pro Christo amiserunt. Oibus quidẽ fidelibus cõuenit qd̃ dicit, quæ ascenderũt de lauacro. Nullus. n. sine lauacro baptismi fidelis esse potest. Nõ aũt oibus tõsoribus cõuenit, quia nõ oẽs ita sunt perfecti, vt sua pro Christo valeant amittere: sed illis specialiter congruit, qui secundum verbum dñi vendunt omnia sua & dant pauperibus, & nudi atque expediti sequuntur Christũ. Tales sunt ergo dentes ecclesiæ, idest, prædicatores magistri eius, oues per innocentiam abluti baptismo, voluntaria paupertate & rerum sparsione gaudentes: sequitur [Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas] Quia gemina charitate dilectione Dei & proximi

CAP. IIII.

Vam pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui, sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Sicut vita coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Sicut fragmen malipunici, ita genæ tuæ absque eo, quod intrinsecus latet. Sicut turris Dauid collum tuũ, quæ ædificata est cum propugnaculis. B Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortiũ. Duo hubera tua,

C

D

E

cationis vel sanctæ operationis. Et bene collum ecclesiæ, hoc est prædicatores & doctores turti Dauid comparantur, quia semper quasi in bello fuit pro defensione ecclesiæ pugnantes [Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ] Duo vbera ecclesiæ, eosdem significant sanctos doctores. Nec mirum, quòd vna eademq; res diversis figuratur modis. Sancti doctores oculi sunt, quia vitæ vias quas ingredi debeãt, subiectis demonstrant. Dentes sunt, quia cibos diuinarum scripturarum molunt & comminuunt vt mandi possint. Collum sunt, quia caput & membra, hoc est Christum & ecclesiam coniungunt. Ipsi ergo doctores, sunt & vbera ecclesiæ, quia paruulos & simplices fideles, lacte verbi Dei nutriunt, iuxta quod Paulus simplicioribus intendens dicit, 1. Corinth. 5. Non potui vobis loqui tamquàm spiritualibus: sed quasi carnalibus tamquàm paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Et bene non absolute vberat sed cum additamento dicit, duo vbera, cum femina neque plus, neque minus habeat quàm duo vbera, quia nimirum sancti doctores paruulos ex vtroque populo, Iudaico videlicet & Gentili, lacte verbi Dei nutriunt. Nam & Paulus de seipso dicit, Gal. 1. Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes. Et apte hæc duo vbera sicut duo hinnuli capreæ gemelli esse dicuntur, quia videlicet fœtus sunt & filii saluatoris nostri Christi, qui supertus per capream designatus est. Hæc enim animalia acutissime vident, & nimia velocitate altiora conscendunt. Sic & sancti doctores quæ agenda sunt & ipsi vident, & aliis monstrant, & despectis terrenis ad superna nituntur. Qui pascuntur in liliis hoc est delectantur purissimis & nitidissimis sensibus scripturarum. [Donec aspiret dies & inclinentur vmbræ] Hoc est, donec dies illa æterna veniat, quam desiderabat Psalmista dicens, Psal. 83. Melior est dies vna in atriis tuis, super millia. Et inclinentur vmbræ, idest, transeant mœrores & perturbationes huius sæculi. Donec aspiret dies, idest, oriatur. Apparebit enim dies, idest orietur, quando ille vetus sol iustitiæ apparebit, & tũc inclinabuntur vmbræ, hoc est omnia nubila mœroris & tenebræ præsentis sæculi pertransibunt. Sed etsi ipsam literam velimus aspicere, pulchre expressit ortum diei, & occasum noctis. Nam nox nihil est aliud, nisi vmbra terræ, quæ sole sub terras descendente consurgit. Sole autem iterum super terras ascendente, inclinantur vmbræ, idest, cadit nox. Pascuntur ergo liliis, donec aspiret dies & inclinentur vmbræ; quia sanctorum doctorum in præsenti tantum vita necessaria est prædicatio & doctrina. Nam in alia vita postquàm apparuerit æterna dies, & nox præsentis sæculi finita fuerit, non necesse erit doceri aliquem, quia omnes renelata facie gloriam domini contemplabuntur: vnde & Dominus per prophetam dicit, Hier. 31. Non docebit vir fratrem suum dicens, cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum [Vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris] In myrrha, carnis mortificatio vel mortificationum pro Christo tolerantia. In thure verò, sancta deuotio orationum accipitur. Mons ergo myrrhæ, & collis thuris, sunt excelsæ animæ sanctorũ per contemplationem. Promittit ergo sponsus se ad montem myrrhæ venturum, & ad collem thuris, quia illas mentes sua visitatione dignatur inhabitare, quæ membra cum vitiis & concupiscentiis mortificant, quæ etiam seipsas per sancta orationum studia Deo gratum sacrificium faciunt [Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te] Vox sponsi ad amicam & sponsam suam [Tota pulchra es amica mea] Omni inquit ex parte nullam recipis maculam aut rugam. Non enim soli doctores, vel perfecti quique pulchri sunt ante oculos Dei, qui summa scientia & contemplatione præeminent: sed etiam simplices & fideles, qui recta fide & bonis operibus exornantur, pulchri in oculis sponsi habentur. Nam vt Psalmista dicit 113. Benedixit omnibus qui timent dominum, pusillis cum maioribus. Ideo dicit tota pulchra es, non pars tua. Hæc autem ideo dicimus, non quod aliquis in præsenti vita sine peccato esse possit, cum scriptum sit. Nemo est super terram sine peccato, nec infans vnius diei: sed ideo quia fides perfecta & cælestis desiderium omnem abstergit maculam peccati leuioris. Non enim de grauioribus nunc ratio est, quæ qui committunt, iam sponsa Christi non sunt, nec vllam habent particulam huius sanctæ pulchritudinis. Hinc est quod Ioannes dicit, 1. Can. 3. Qui natus est ex Deo, non peccat, scilicet peccatum ad mortem, non

sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Lybano sponsa mea, veni de Lybano, veni corona beris, de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meũ in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa. Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuo-

F quòd leuibus peccatis quis careat, sine quibus vita ista agi non potest. Tota est ergo pulchra ecclesia inquantum se castam & immunem ab omni peccato custodit. Si quando autem leui peccato suscatur, cito plenitudine & recta fide ac cælesti desiderio in ea prisca pulchritudo reparatur [Veni de Lybano spõsa mea, veni de Lybano veni] Lybanus mons est Phœnicis. Interpretatur autem ex Hebræo, candidatio vel dealbatio. Ex græco autem thus interpretatur. Vnde & supra vbi loquitur, Vadam ad montem myrrhæ, & ad

G collem thuris, habetur, collis Lybani. Vocat ergo sponsus sponsam suam candidatam baptismo, & dealbatam nitore omnium virtutum, fragrantem studio sanctarum orationum. Vocat eam vt veniat, idest, vt virtutibus proficiat. Non enim solum vocat Deus animam, quando eam à vinculis corporis exutam ad cælestia præmia ducit: sed etiam cum per internam inspirationem vt in virtutibus proficiat, hortatur: quot enim virtutibus sancti proficiunt, quasi tot passibus ad ipsum tendunt. Et tertio dicit veni, quia vult eam perfectam esse in cogitatione, locutione, & opere. Vel vocat eam primo, vt ad se veniat per fidem. Vocat secundo, vt dignam cælestium præmiorum retributionem iam liberata a corpore accipiat. Vocat tertio, vt in die generalis resurrectionis iam assumpto corpore duplici stola ornata perpetuo gaudeat [Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum] Amana ipsum dicunt esse montem Ciliciæ Amanum, qui

H & Thaurus appellatur. Sanir vero & Hermon, montes sunt Iudeæ, in quibus leones, & pardi feruntur habitare. Per hos autem montes, sæculi potestates, Reges videlicet & principes intelliguntur, qui veluti montes in superbia extolluntur, & malignis spiritibus, quasi leonibus & pardis cubilia præbent. Maligni autem spiritus leones vocantur propter superbiam: pardi autem propter ferocitatem, vel etiam pro mille nocendi artibus, quia pardus varium animal est. De his ergo montibus coronatur ecclesia, quando principes sæculi ad fidem Christi, conuertuntur. Et non solum propter suas virtutes, sed etiam propter talium conuersationem & salutem coronatur, vel remuneratur ecclesia. Potest hæc & in præsenti accipi. Nam coronatur ecclesia de vertice horum montium, quando subiectis principibus catholicæ, fidei, ecclesiæ quæ ante præmebatur, coronatur & gloriatur in Christo: sicut factum est tempore Constantini, quando illo conuerso, mirabiliter glorificata est ecclesia.

I Coronatur & de cubilibus leonum & montibus pardorũ, quando superbos quosque & sæuos ac dololos conuertit, & pro illorum quoque conuersatione æterna præmia recipit [Vulnerasti cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meum] Sponsam & sororem suam dicit sanctam ecclesiam, quæ & sponsa est, quia eam sibi Christus incarnatus despondet, eamque emundatam a sordibus peccatorum dote Spiritusanti sibi coniunxit. Soror vero est, quia pp eam incarnatus, frater eius fieri dignatus est: sicut resurgens a mortuis dixit mulieribus, Mat. 28. Ite nuntiate fratribus meis. Cum ergo dicit vulneratũ cor se habere, magnitudinem dilectionis expressit, quia sanctam suam diligit ecclesiam. Affirmat autem hæc iterans & inculcans, vulnerasti cor meum, vt tali iteratione, quantum ecclesiam suam diligat, ostendat. Qua autem re vulneratum sit, subiungendo demonstrat [In vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui] Per oculos ecclesiæ superius spirtuales sensus vel doctores sanctos accipiendos esse diximus, per crines vero multitudines

K subiectarum plebium quibus sancta decoratur ecclesia. Et est sensus. Cum tota sis pulchra o ecclesia, & cum te ob multa diligam: præcipue tamen nitor spiritualium sensuum & doctorum tuorum sinceritas me delectat: simplicitas etiam subiectarum plebium quæ pie & fideliter verbis suorum doctorum obtemperant. Bene autem cum superius pluraliter dixerit oculos & capillos, hic singulariter in vno oculo & in vno crine dixit, vt per hoc vnitas sanctorum doctorum exprimatur. Vnitas etiam cælestis doctrinæ quam subiectis impendunt. Vnus enim dominus vt Apostolus dicit, Eph. 4. Vna fides, vnum baptisma: vna etiam deuotio subiectorum fidelium. Potest & hoc quod dicit, Vulnerasti cor meum, de passione Christi accipi, idest, tuo amore fecisti, vt ego in cruce vulnerarer. Notandum vero, q; dicit in vno crine colli tui, per collum, n. Doctores diximus significari, & crinis ecclesiæ collo adhæret, quia subiectæ plebes sanctis Doctoribus connectuntur, & eorum sacræ doctrinæ inhærent, ac secundum illorum præcepta viuere satagunt [Quàm pulchræ sunt mammæ

mæ tuæ soror mea sponsa] Per mammam superius eosdem doctores diximus figurari, qui & per oculos designantur. Nam sancti Doctores mammæ sunt cum lacte, idest simplici doctrina humiles quosque nutriunt, oculi sunt cum summa quæque cælestia prædicant. Ait ergo. Quàm pulchre sunt mammæ tuæ soror mea sponsa, idest, quàm pulchri sunt doctores tui, quoniam sermo illorum & eloquia præeminent & pondere sensuum preciosa sunt [Pulchriora sunt vbera tua vino] Hic verficulus iam superius expositus est, vbi dicitur, meliora sunt vbera tua vino. Et hoc notandum est, quòd ecclesia superius vbera sponsi sui laudauit dicens, Meliora sunt vbera tua vino: nunc vero vicissim sponsus sponsæ suæ vbera extollit, vt per hoc vnitas Christi & ecclesiæ commendetur. Christus enim est caput, ecclesia corpus eius. Præcellit enim virtus prædicationis Euangelicæ legalem scientiam [Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata] Vnguenta ecclesiæ sunt doctrinæ cælestis charismata, vel etiam fama virtutum quæ de ecclesia flagrat. Aromata vero intelliguntur legales obseruationes. Super aromata ergo est odor vnguentorum ecclesiæ, quia fama euangelicæ perfectionis transcendit omnem laudem legalis obseruationis [Fauus distillans labia tua sponsa] Fauus mellis est in cera. Mel autem in cera, est spiritualis intelligentia in litera. Labia ergo ecclesiæ fauus distillans vocantur, quia sancti doctores qui per labia designantur spiritualia documenta præferunt instruendis fidelibus. Nec solum fauus, sed etiã distillans vocantur labia ecclesiæ: distillant enim

A locello Iudeæ plantatus vel exortus est, deinde per vniuersum mundum disseminata prædicatione areolas suas vel riuulos emisit. Vnde sequitur. [Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus] Emissiones ecclesiæ, vt dictum est incrementa fidei sunt, & disseminatio prædicationis, quæ emissiones paradisus grece, hortus latine, qa illa primitiua ecclesia q̃ in Iudæa quasi hortus fuit, postea per vniuersum mundum multos hortos, idest ecclesias emisit. Mala aũt punica quę rubicundum habent corticem, eos

B significat, qui non solum generali baptismo sanctificati sunt, verum etiam qui proprio sanguine sunt in passione baptizati, martyres videlicet. Fructus vero pomorum opera significant virtutum, siue eos qui ipsa virtutes opere exercent. Emissiones ergo ecclesiæ paradisus malorum punicorum fuerunt, quia primum locum post apostolos in ecclesiam martyres tenuerũt per ipsam domini passionem, quã ipsi patiendo imitari studuerunt. Quàmuis generaliter omnium fidelium multitudo paradisus malorum punicorum possit accipi, qui mala punica sunt, quia passionem sui redemptoris semper in memoria retinent. Et sicut malum punicum intra vnum corticem multitudinem habet granorum, ita in ecclesia multitudo fidelium intra mysterium dominicæ passionis continetur. Hinc Apostol. Ro. 6. dicit. Quotquot baptizati estis in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati estis, consepulti cum ipso per baptismum &c. [Cypri cum nardo, Nardus & crocus fistula & cinnamomum, cum vniuersis li-

C gnis Lybani] In hoc horto sic clauso, idest in ecclesia nascuntur Cypri cum Nardo. Nardus simul & Crocus cum vniuersis lignis Lybani. Cyprus arbor est aromatica, semen simile Coriandri habens, idest album & sublucidum, quod oleo coquitur, & inde exprimitur, quod Cyprus vocatur: vnde regium vnguentũ paratur. Legimus in Exod. cap. 16. quòd manna erat quasi semen coriandri album. Cyprus ergo & manna vnam habent significationem. Significat enim cælestem gratiam tamquàm mãnam de cælis venientem. Cyprus ergo in horto ecclesiæ, est vel nascitur, cum fideles quique docentur gratiam spiritualem omnibus præferre, & per illam salutem sperare. Nemo enim suis viribus, sed sola Dei gratia potest saluari. Nardus typus est Dominicæ passionis. Vnde & Maria nardo pistico caput & pedes Domini vnxit. Nardus ergo in hortum ecclesiæ est cum sancti memoriam dominicæ passionis venerantur, eique gratias agunt, quòd intantum eos dilexerit, vt pro eorum salute & liberatione mortem susciperet. Crocus aurei coloris habet florem: ideoque significat

D charitatem. Sicut enim aurum inter cætera metalla pretiosius est, ita charitas inter omnes virtutes principatum tenet dicente Apostolo. 1. Cor. 13. Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Cum nardo ergo crocus in horto ecclesiæ nascitur, cum membra Christi hoc est fideles quique charitatem Dei & proximi efficaciter tenere student. Crocus autem fertur ignitas febres refrigerare, sic vera charitas ardorem concupiscentiæ sæcularis refrigerat, & dilectionẽ Dei & proximi in mente accendit. Fistula & cinnamomum. Fistula, breuis est arbuscula, quæ & casia vocatur cortice purpureo, & significat sanctos in ecclesia humilitate & patientia præcipuos, pauperes videlicet spiritu, quorum est regnum cælorum. Purpureus autem cortex, significat similitudinẽ passionis Christi, quam illi qui in vera humilitate fundatur in corde semper retinere & imitari satagunt. Cinnamomum & ipsa breuis est arbuscula, sed miræ virtutis & odoris. Ideoq; profectum designat

E humilitas, quæ & per fistulam designatur. Fistula ergo & cinnamomum in ecclesia sunt cum sancti Dei humilitatem & patientiã, & in corde veraciter retinent, & foris aliis ostendunt. Quòd autem fistula rubicundum habet corticem, cinnamomum vero cyaneum habet colorem, significat quòd quanto plus sancti memores sunt passionis redemptoris sui, tanto in oculis suis viliores & despectiores fiunt, dicentes cum Abraham, Gen. 18. Loquar ad dominum meum, quàmuis sim puluis & cinis. Et cum Iob 42. Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere [Cum vniuersis lignis Lybani] Ligna Lybani cæteris lignis pulchritudine ac proceritate & robore præeminent. Ideoque significant doctores & perfectos quosque in ecclesia, de quibus superius domus ecclesiæ dicitur ædificata, dicente eadẽ ecclesia. Ligna domorum nostratum cedrina, laquearia cypressina, quia videlicet sancti doctores prædicatione sua & exemplis ecclesiã muniunt. Cũ fistula ergo & cinnamomo vniuersa signa Lybani in horreo ecclesiæ memorant, qa siue humiles & patien

tes, siue perfecti quique doctores, eandem habent fidem in ecclesia, & eandem beatitudinem expectant [Myrrha & aloe cum omnibus primis vnguentis] Myrrha arbor est cuius succus Stacten dicitur, tantæ virtutis, vt quicquid ex eo tactum fuerit, ab omni putredine & vermibus seruetur illæsum. Aloe est suauissimi odoris arbor adeo, vt vice tymiamatis, altaribus adoleatur. Habet vero succum amarissimum, resistentem putredini & vermibus. Hinc & in passione domini. Ioan. 19. Nicodemus detulisse dicitur myrrhæ & aloes quasi libras centum. Per has ergo arbores, designantur carnis continentia & castimonia. Nam putredo luxuriam solet designare, iuxta quod Propheta de quibusdam dicit, Iohel. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. In horto ergo ecclesiæ sunt myrrha & aloes, hoc est mentes castæ & omnis corruptionis immunes, audientes ab Apostolo, Hebr. 12. Pacem sectamini cum omnibus, & castimoniam, sine qua nemo videbit Deum. Cum omnibus primis vnguentis. Prima vnguenta quid melius quàm charitas intelliguntur? De qua Apostolus dicit. 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorem viam vobis demõstro. Ac deinde. Si linguis hominum loquar & angelorum: charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest &c. Post myrrha ergo & aloe, bene prima vnguenta ponuntur, quia post carnis continentiam, succedit vera charitas, qua Deus super omnia diligitur. Neque enim illi qui mundi dilectione tenẽtur, hoc est qui voluptatibus & illecebris addhuc delectantur, huius charitatis participes esse possunt. [Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Lybano. Fons hortorum ipsa est primitiua ecclesia, quæ veritatis scientia hortos, idest, ecclesias per vniuersum mundum disseminatas irrigat. Ipsa est & puteus aquarum viuẽtium, quia scientia veritatis quæ est in ecclesia, in quibusdam quasi fons est, vbi patet in quibusdam quasi puteus, vbi latet, ad liquidum percipi non potest. Nam inter fontem & puteum hoc distat, q̃ fons est in imo & in superficie terræ ducitur, puteus vero semper est in imo. Ecclesia ergo & fons est & puteus, quia mysteria Dei in quibusdam veluti fons facile capiuntur, in quibusdã vero cum difficultate tamquàm aqua ex puteo extrahuntur. Aquæ autem viuentes, ipsa mysteria scripturarũ vocantur, quia in se cælestem habent virtutem. Et econtra cisternæ vocantur, id est, collectiones aquarum, dogmata hæreticorum, de quibus dominus per Prophetam. Hier. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas [Quæ fluunt impetu de Lybano] Hoc est manant de ecclesia quæ dealbata est & candidata baptismate & bonis operibus, qd̃ Lybanus interpretatur. De hoc Lybano hoc est de ecclesia fluunt, idest, emanãt aquæ doctrinarum cælestium. Et hoc cum impetu, idest, cummagna virtute, qua omnia hæreticorum figmenta destruuntur & subuertuntur. Hinc & Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, idest, virtus diuinorum eloquiorum [Surge Aquilo & veni Auster, perfla hortum meum & fluent aromata illius] Numeratis ecclesiæ virtutibus sub nomine aromatum, sciens Dominus qui est sponsus & redemptor ecclesiæ, ipsam ecclesiam persecutionibus esse multiplicandum, subsequenter ipse quodammodo iubet venire persecutionem, nõ præcipiendo: sed permittendo. Surge inquit Aquilo, & veni Auster. Per Aquilonem & Austrum, status persecutionum & perturbationum intelliguntur contra ecclesiam sæuientium. Aquilo quidem frigidissimus ventus est, Auster calidus. Et ideo per Aquilonem, terrores & minæ designantur, per Austrum, blandimentorum decipulæ figurantur, quibus duobus modis probatur ecclesia, terroribus videlicet & blandimentis. Quod autem dicit, Surge aquilo & veni auster, non imperat malis, nec cogit eos ad mala facienda: sed permittit, & facultatem illis dat, vt possint sæuire contra ecclesiam, quatenus per illorum malitiam ecclesia probetur, & illi grauius puniantur. Nouit enim dominus de malis hominum, bona quædam facere: sed & ipsam persecutionem in sua potestate habet, vt non tantum sæuiant quantum volunt. Vnde scriptum est, Iob 28. Qui facit ventis pondus, quia videlicet flatibus persecutionum modum impendit, iuxta quòd Apostolus dicit. 1. Cor. 10. Faciet cũ tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Perfla inquit hortum meum, hoc est ecclesiam meam. Et fluent aromata illius, hoc est fragrantia virtutum & odor bonorum operum ex illa procedent. Quo enim acerbius ecclesia conteritur, eo maiorem virtutum odorem ex se emittit.

F

CAP. V.

Audiens ecclesia persecutionem vocari tamquam se præparans contra aduersa dicit [Veniat dilectus meus in hortum suum] hoc est veniat Christus sponsus meus quem toto corde diligo ad ecclesiã suã, [vt comedat fructũ pomorum suorum] idest, delectetur atq; pascatur bonis operibus fidelium suorum. Nam cibus domini, bona nostra opera sunt: sicut ipse fidem Samaritanorum vel gentium intuens dixit Apostolis, Io. 4. Ego cibum habeo mãducare quem vos nescitis [Veni in hortum meum soror mea sponsa] Desideranti ecclesiæ, vt ad se veniat sponsus, respondet se iam hoc fecisse. Ego iam veni. Nam non est imperatiuus veni, sed præteritum indicatiui. O soror mea sponsa iam ego veni in hortum meum, idest, iam visitaui ecclesiam meam & quotidie visito, & virtutum illius tamquàm pomis pascor atque odore fruor. Venio ad eam vt errantes corrigam, infirmantes roborem, dubios confirmem, & perfectos quoque præmiis cælestibus donem. [Messui myrrham cum aromatibus meis] Per myrrham designantur illi qui vitam martyrio finierunt, vel etiam carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificauerunt. Aromata vero sunt opera sanctarum virtutum bonæ opinionis odoribus fragrantia. Mittit ergo Dominus myrrham cum aromatibus suis, quando sanctos martyres, vel reliquos electos bonis operibus insignes ab hac vita falce mortis præcidit atque ad maturitatem bonorum operum perductos, in horrea supernæ quietis recondit. [Comedi fauum meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo] Per fauum & vinum sancti prædicatores figurantur, per mel vero & lac boni auditores. Fauus enim prædicatores sunt, qui arcana & intima scripturarum mysteria, quasi mella de fauis producunt, & prædicando aliis manifestãt. Mel vero sunt boni auditores, qui dulcedinem verbi Dei attente percipere, eaque delectabiliter pasci student. Vinum sunt ipsi prædicatores qui & fauus, qui fortia quæque sacramenta scripturarum annuntiant. Lac vero sunt infirmi qui & auditores quibus aperta mysteria, quasi lac paruulis conueniunt. Cum ergo horum omnium vita diuersis modis & studiis agatur, horum tantum omnium bona intentione redemptor delectatur & pascitur, & sic quasi fauum cum melle comedit, & vinum cum lacte bibit. Possumus hoc etiam ad mortem electorum referre, quos Dominus comedit cum ad æternam quietẽ vocat per mortem, & corpori suo, hoc est societati electorum in illa iam cælesti fælicitate lætantium coniungit. Quod si hoc non accipimus, in melle debemus eos accipere, quorum animæ cælesti gloria lætantur: In fauo vero eos, qui iam corpore & anima in illa beatitudine laudant Deum. Et in illo gaudent perpetuo, quales sunt illi qui cum domino surrexerunt [Comedite amici, bibite & inebriamini charissimi] Non solum dominus profectu iustorũ gaudet, verum etiam nos hortatur, vt in illorum virtutibus gaudeamus, & illos imitemur. Comedite inquit amici, hoc est fideles mei, quia amici mei estis faciendo quæ iubeo. Charissimi mei estis perfecta me animi charitate diligendo. Comedite, inquit, ergo & bibite, idest, sanctorum bonis actibus congaudete, & illos vobis ad imitandum proponite. Notandum vero, q̃ dicit bibite & inebriamini charissimi. Ebrietas aliquando pro saturitate ponitur in scripturis, sicut de fratribus Ioseph scriptum est, Gen. 43. Biberunt & inebriati sunt coram eo. Et Psal. 64. Visitasti terram & inebriasti eam, idest, satiasti & replesti. Hortatur ergo nos, vt non solum comedamus & bibamus, verum etiam saturemur, quia sunt qui comedunt & non saturantur. Hi videlicet qui verba Dei, corporis quidem aure percipiunt: sed opere adimplere contemnunt. At vero electi quique & comedunt & saturantur, quia videlicet prædicationem diuinam delectabiliter audiunt, internis sensibus recondunt, & opere adimplere satagunt. De quibus Psalmista dicit, Psal. 21. Edent pauperes & saturabuntur. Si vero, vt superius dictum est, de morte sanctorũ hoc acceperimus, amici & charissimi angelici spiritus intelligũtur, quos iubet dominus congratulari electis suis cum ab hac vita ad æternæ beatitudinis requiem transferuntur, iuxta quod in euangelii parabola legitur, Congratulamini mihi, quia inueni quem meam quæ perierat [Ego dormio & cor meũ vigilat] Vox ecclesiæ. Ego dormio, quia aliquantula pace largiente spõso meo requiesco. Nec tales patior præsturas, quales primitiua ecclesia. Et ideo cor meũ vigilat, quia securius concessa mihi pace amore spõsi mei ihæreo, & ad illũ oculis cordis mei intẽdo. Sed q̃a hoc

G

H

I

K

tempus

tempus non est requiei, sed potius laboris & certaminis, rursus sponsus ecclesiam suã ad labores excitat, & ad prædicationis certamen hortatur [Vox dilecti mei pulsantis] Pulsat dilectus, cum Christus fideles suos ad profectũ virtutũ hortatur, siue pulsat, cũ eos admonet, vt proximos prædicando lucrentur. Est & tertia pulsatio qua pulsat dñs electos suos, cũ per ærgritudinis molestias esse morte vicinam designat. De qua pulsatione in Euangelio dr̃, Vt cũ venerit & pulsauerit, cõfestim aperiãt ei. Sed hoc loco pulsare dr̃, hoc est ecclesiã ad opus prædicationis instigare [Aperi mihi soror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea] Aperi mihi soror mea, soror quia cohæres regni mei facta, Amica mea, q̃a de iugo seruitutis liberata, arcana veritatis meæ cognouisti. Colũba mea, quia spiritus mei dore sanctificata. Immaculata mea, quia effusione mei sanguinis ab omni peccatorũ macula & reuo purgata es. Aperi mihi; hoc est de quiete & otio dilectæ vbi contemplationis egredere ad opus prædicationis [Quia caput meũ plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium] Caput Christi vt Apostolus dicit. 1. Cor. 11. Deus est, cincinni vero sunt intimæ cogitationes sanctorum, quæ non laxæ & dissolutæ fluũt, sed vinculo timoris & amoris Dei colligantur. Ros vero & guttæ noctiũ hoc loco tenebrosas & infidelitate plenas frigidasque mentes significãt. caput ergo sponsi plenũ est rore, cũ seculares quiq; sæculi amore a charitate torpescunt iuxta, qd̃ dñs, Mat. 24. dicit. Abundãte iniquitate, refrigescit charitas. Et cũ tales sanctos Dei cælestia meditantes persequuntur & odiunt, quasi cincinni sponsi pleni sunt guttis noctiũ. Cũ ergo tales multiplicantur & grauant ecclesiã, tũc sponsus admonet sponsam suã, vt surgat & operi prædicationis insistat [Expoliaui me tunica mea, quõ induar illa] Prouocata ecclesia a sponso suo ad officiũ prædicationis respondet, Expoliaui me tunica mea, quõ induar illa? Exui inquit me curis & occupationibus istius sæculi, sine quibus officium prædicationis, aut vix aut nullatenus agitur, & quõ fieri põt, vt ad ea quæ deserui iterũ reuertar? Nã qui se ad officiũ prædicationis suscipiendum aprat, debet quæque tpalia subditis prouidere, quæ sine magna solicitudine agi non pñt. Quòd aũt tunica solicitudines & curas sæculi significet, Dñs oñdit dicẽs i Euangelio, Mat. 24. Et q̃ in tecto est, non descendat tollere tunicã suã, qd̃ est aperte dicere, qui in sublimi contemplationis arce consistit, non descendat vt iterũ occupationibus sæculi implicetur. Timet ergo ecclesia vel aiã quæque sancta hac tunica exuens in contemplatione sui conditoris requiescens iterũ illã indui, & sæcularibus negotiis occupari [Laui pedes meos, quõ inquinabo illos?] Laui pedes meos, hoc est actiones quibus pulueren tangere, hoc est terrena agere consueuerã dignis pniæ fletibus abluã, adeo vt nihil nunc nisi dñina me libeat medicari. Quõ inquinabo illos. i. quõ põt fieri, vt iterũ ad cogitanda terrena & caduca redeã, quę nunc ex occupato & libero corde diuino fruor cõtuitu [Dilectus meus misit manũ suã per foramen, & venter meus intremuit ad tactũ eius] Dilectus manũ per foramen mittit & ventrẽ tangit, cũ interna cõditor inspiratione visitat cor & ad profectũ virtutũ accẽdit, siue ẽt cũ nos ad memoriã operũ suorũ reuocat, vt cogitemus, quia cũ esset Deus, hõ pro nobis fieri dignatus est, vt terrena nostra suscipiens, cælestes nos faceret, & moriendo pro nobis, vitã æternã nobis daret. Qd̃ cũ sit venter intremit, quia cũ talia cogitare incipimus, cordis nostri arcana se concutiunt, dũ stupere incipimus quanta dignatione hæc conditor pro nobis agere dignatus est. Nã q̃ venter cor significet, ostendit Propheta dicens, Hier. 4. Ventrẽ meũ doleo. Qd̃ quid iesser, ostendit subdens. Sensus cordis mei dissipati sunt [Surrexi vt aperirem dilecto meo] Aperim? dilecto, non solũ cũ aduentũ eius per charitatẽ suscipimus, verũ etiã cũ aliis prædicamus, & eos qui per malitiã pectus claudunt nostra prædicatione conuersos facimus, vt ipsi quoq; ianuã cordis Christo aperiant. Bene aũt primo dr̃ surrexi, deinde vt aperirem. Qui, n. prædicando aliorũ corda Christo vult aperire, prius debet surgere, hoc est ad studia bonorũ operũ erigi, & opere implere, qd̃ prædicat, ne forte cũ aliis prædicauerit, ipse reprobus efficiatur. Hinc & Lucas de dño dicit, Act. 1. Quæ cœpit Iesus facere, deinde docere [Manus meæ stillauerũt myrrhã, & digiti mei pleni myrrha probatissima] Per manus quibus operamur, ipsa operatio designatur, per digitos vero discretio operationis, quia in nullo mẽbro tantæ sunt distinctiones articulorũ, quantæ in digitis. Manus ecclesiæ myrrhã distillant, cũ prædicatores eius continentiæ & mortificatiõis carnis suę operã dant, dicentes cũ Apostolo. 1. Cor. 9. Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo, siue cũm pro Christo mori parati sunt: sicut Ioã. dicit 1. cap. 3. Si Christus pro nobis animã posuit vel mortuus est, & nos debemus pro fratribus aias ponere. Digiti vero sunt pleni myrrha probatissima, cum ipsum opus mortificatiõis subtiliter discernimus, vtrum pro spe vel intuitu supernæ mercedis fiat, an pro sæculi laudibus. Qui, n. pro humanis fauoribus ieiunat, vel abstinentiæ siue continentiæ operibus insistit, in manibus quidẽ myrrhã habet, sed in digitis non habet, quia non discernit, quare hoc faciat, de qualibus Dñs dicit, Matth. 6. Receperunt mercedem suã. Siue manus sponsæ distillant Myrrhã, cũ operarii sanctæ ecclesiæ castimoniæ & cõtinentiæ seipsos aptant [Pessulũ hostii mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat atq; transierat] Pessulum hostii aperit, cũ ecclesia vel fidelis quęq; aia cor adueniẽti cõditori pparat. Et ille declinauerat atq; transierat. Plerũq; n. dũ subtilia quæq; tractare volumus, quãto subtilius intendimus, tãto acies cordis reuerberat. Vñ Salomon dixit, Eccl. 17. Sapiẽs efficiar, & ipsa longius recessit a me. Et Ps. 63. Accedet hõ ad cor altũ, & exaltabit̃ Deus. Quanto, n. quisq; ad contẽplationẽ diuinã purificatione carnis cor sustollit, tanto altiꝰ, qd̃ q̃rebat esse inuenit. Dicit ergo. At ille declinauerat atq; trãsierat, quia in pñti vita eũ sicuti est, cõprehẽdere nõ põt [Aia mea liquefacta est, vt dilectus locutus est] Quanto inquit vicinius aduentũ sponsi mei persensi ad tactũ secretæ inspirationis, tanto magis quicquid in me erat frigidũ incaluit, ita vt nihil mihi libeat iã nisi lachrymis resolui. Loquitur. n. sponsus interna sui inspiratione, cũ Christus sanctam aiam inspirat, eiq; cæleste desiderium suggerit. Et ita eo loquente, liquefit, quia quo magis cælestibus afflat desideriis, eo amplius terrenis emorit, & quasi insensibilis mundo efficitur, solũq; desiderio cęlesti viuit. hoc est ẽt, qd̃ per Prophetã Dñs dicit, Esa. 42. Quis cœcus nisi seruus meus? Quis surdus nisi ad quẽ cãm p nũtios meos misi? [Quæsiui illũ & non inueni] Ingeminat iterũ cãm doloris sui [Quæsiui illũ & non inueni. Vocaui illũ & non rndit mihi] Oibus quidẽ se pie q̃rentibus, semper adest dñs, se inuocantibus rndet, ad salutẽ exaudit, sed plerũq; fidelẽ aiam & ad se venire desiderantẽ non exaudit ad hoc, vt ita se in pñti oñdat, sicut se in futurũ oñ surũ promisit. Vel ẽt non rndit. i. non exaudit ad hoc, vt ad libitũ suũ sanctus quisq; vinculis corporis exuat, & liberis amplexibus sponsi sui demulceatur. Nã qñ Apostolus dicebat, Phil. 1. Cupio dissolui & esse cũ Christo, quasi q̃rebat inhærere sponso suo & vocabat illum desiderio mentis, sed non rndebat illi, quia non statim de corpore cũ liberabat, sed adhuc laboribus exerceri, & vtilitatibus ecclesiæ insudare permittebat [Inuenerunt me custodes, qui circũeunt ciuitatẽ percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt mihi palliũ meũ custodes murorũ] Vigiles qui custodiũt ciuitatẽ, sãcti sunt Doctores, q̃ charitate Dei ipsam ecclesiã circumeunt peruigilẽ eius curã habentes, quo illã & ab aduersariis tueantur, & verbo suo, vel exemplo ad cælestia desideranda accendant. Inueniunt ergo sponsam dilectũ quærentem, cũ sancti Doctores aiam cælestibus desideriis intentã, vel pñtes verbo, vel absentes scripꝭis suis instituunt & informant. Percusserunt me inquit & vulnerauerunt. Verbũ Dei gladius est dicente Apostolo, Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior oñ gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionẽ aiæ. Hoc gladio sponsa percutitur & vulneratur, qñ prædicatoris sermo de Deo loquitur, & auditoris mentẽ veluti quodã spiculo compunctionis & amoris transfodit. Tulerunt mihi palliũ, hoc, hoc palliũ, qd̃ superius tunica intelligitur, vbi dicitur, spoliaui me tunicam meam, tegmen videlicet sæcularium desideriorum, quod custodes auferũt, quia quicquid de amore præsentis sæculi in mente alicuius sancti remansit, totum sancti Doctores auferunt, & eam

A

B

C

D

E

ea solum modo Christum diligere faciunt. Hi tales possunt dicere cum Apostolo. Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Custodes murorum. Muri ciuitatis, sunt Doctores ecclesiæ. Custodes ergo murorum illi sunt, qui etiam illos instruunt qui alijs prædicare possunt. Qualis erat Pauli, qui Timothæum, Titũ muros vtique hui⁹ ciuitatis instruebat & custodiebat, hoc est exhortabat ad perfectionem boni operis [Adiuro vos filiæ Hierusalẽ, si inueneritis dilectũ meum, vt annuntietis ei, quia amore lãgueo] Filiæ Hierusalem, sunt animę fideles quæ vel adhuc in præsenti peregrinantur, vel etiam Christo fruunt, idest filiæ supernæ illius ciuitatis in qua est superna pax & fælicitas diuinæ contemplationis. Sed hoc loco filias Hierusalem animas debemus accipere, Deum desiderantes, sed adhuc in hac peregrinatione versantes. Adiurat ergo sponsa filias Hierusalem, vt nuntient sponso, quia amore languet. Tunc.n. anima fidelis amore languet, cum fideles alios desiderantes Deum, pro se deprecatur vt suum desiderium Christo insinuent, eique nuntient suo amore illam teneri. Bene autem se amore languere dicit, quanto.n. superna desiderare cœperit, tãto magis erga ea quę mundi sunt infirmatur & languescit. Nec mirum si tales languere dicuntur, cũ Apostolus. Col. 3. eos mortuos dicat, Mortui inquiens estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ita ergo adiuranti sponsæ, respondent filiæ Hierusalem [O pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?] Hoc tunc fit, qñ quis fidelis fratrem fidelem allo quitur, & inuicem sibi cælestium desidertorum verba suggerũt, quibus se ad supernorum amorem accendãt. Indica mihi inquit tamquàm desiderantì & iam ad visionem conditoris mei venire cupienti, qualis est dilectus tuus, idest, qualiter Christus amari debeat. Iamdudum inquit illum timere cœpi; sed iam charitate timorem expellente, opto audire verba quibus ad amorem illius accendar. Tu ergo quæ illum iam amore quæris, eiusque amore langues, dic mihi qualis est dilectus tuus ex dilecto. Dilectus ex dilecto, filius est ex patre, sicut est Deus ex Deo, lumen de lumine. Vel etiam dilectus ex dilecto est Christus, ex ea parte videlicet qua diligendus est, non ex ea qua timendus. Nam timere minus perfectorum est, quos timor a peccatis reuocat. Amare vero iam perfectorũ est. Interrogat ergo qualis sit dilectus ex dilecto, idest, qualiter Christus amari debeat, vel qualis sit erga illos qui illum tantum amare nouerunt [Dilectus meus candidus & rubicundus, electus est millibus] Vox respondentis ecclesiæ. Dilectus meus candidus virginitate, rubicundus passione. Candidus, quia sine peccato natus est, & sine peccato est conuersatus. Peccatum.n. non fecit, nec dolus inuentus est in eo. 1. Pet. 2. Rubicundus, quia lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Electus ex millibus. Singulari.n. gratia homo Christus in humani generis massa refulsit, quia per illum proposuit Deus saluare genus humanum, & ipse est mediator Dei & hominũ Iesus Christus. De quo, Ps. 13. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et Salomon, Eccl. 7. Virum de mille vnum reperi, idest, Christum, Et ipse in Ps. 140. Singulariter sum ego donec transeam, Electus ergo ex millibus, quia solus ex multitudine sanctorum dignus fuit audire. Mat. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui [Caput eius aurum optimum] Caput sponsi Deus est, iuxta quod Apostolus dicit. 1. Cor. 11. Caput Christi Deus, qui auro optimo comparatur, quia sicut aurum omnibus metallis est pretiosius, ita omnipotens Deus omnibus a se factis bonis præcellit & supereminet. Vnde dñs, Mar, 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Caput ergo sponsi aurum optimum est, quia Dei bonitas ineffabilis est, omnium rerũ bonitatem transcendens, quia nihil bonum nisi participatione huius summi boni [Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus] Comæ sponsi sunt multitudines fidelium p̃ fidem & dilectionem Deo adhærentes, quæ elatis palmarum comparantur. Dicamus iuxta literam de elatis palmarum. Elatæ palmarũ sunt rami prouectiores & excellentiores, interdum aureo colore crispantes, & semper ad excelsa tendentes, & numquàm virorem suum amittentes. Tales ergo dicit comas sponsi spi, crispas videlicet & rutilas. Nonnulli dicunt elatas palmarum speciem esse arboris aromaticæ, quam latini Abietem siue Spatam vocant, nam Græce abies, elates dicitur. Est autem hæc species apta conficiendis vnguentis. Abietem vero hic non magnam illam arborẽ quæ est nauigiis velis dominibus apta; sed vt diximus speciem aromaticæ arboris debemus accipere. Hæc iuxta literam de elatis palmarũ. Comæ ergo sponsi elatis palmarum comparantur, quia fidelium multitudines, & virore fidei gaudent, & ad æterna præmia desideranda extollunturq; atque supernæ suauitatis dulcedinem degustant, quam quanto magis percipiunt, tanto amplius in oculis suis peccatores sibi & contẽptibiles esse videntur; vnde sequitur, Nigræ quasi coruus. Comæ.n. sponsi nigræ sunt quasi coruus, quia fidelium multitudines suæ fragilitatis conscię sunt, & nihil se boni ex seipsis habere nouerunt. Vel ét elatæ palmarũ sunt in spe & victoria. Nigræ vero quasi coruus, quia despecti & contemptibiles sunt pressuris huius sæculi. Elatæ palmarũ sunt sancti qui per gratiam Dei ad cælestis victoriæ palmam tendũt. Nigræ quasi coruus, quia per se infirmos & peccatores se esse cognoscunt. Pñt ét comæ sponsi angelicæ virtutes accipi, quæ Deo specialiter inhærent, sicut comæ capiti, eumque e uicino contemplantur. Quæ bene elatis palmarũ cõparantur, quia numquàm a status sui rectitudine inclinantur: sed in dignitate officii sui immaculate permanent. Quæ quanto magis claritatem sui conditoris contemplantur in eo, q̃ vile sit omne creatum in eius comparatione aspiciunt: & ideo quasi coruus nigræ esse dicuntur; [Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarũ, quæ lacte sunt lota] Oculi sponsi sint dona Spiritussancti, qd̃ ostendit Ioannes in Apoc, 5. dicens. Vidi agnum tamquã occisum habentem cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram; vnde bene columbis super riuos aquarũ comparantur, quia Spiritussanctus puris & synceris mentibus delectatur. Nõ.n. super stagna vel paludes: sed super riuos aquarum columbæ resident, quia Spiritussanctus castas & mũdas mentes, vt dictum est, sibi habitaculum facit. Quæ lacte sunt lotæ. Lactis nomine, gratia Dei intelligitur, quæ per Spiritum sanctum ecclesiæ tribuitur, & qua veluti lacte paruuli, ita ecclesia nutrit. Possumus & per oculos sponsi doctores accipere, quæ columbis comparantur, p̃p innocentiam & simplicitatem. Hæ columbæ super riuos aquarum resident, quia sancti doctores fluentis diuinarum scripturarũ immorantur. Columbæ super riuulos aquarum resident, vt aduentum accipitris a longe prospiciant & præcaueant, sic & sancti Doctores aqua baptismatis perfusi, nitore castitatis & sanctimoniæ dealbati, resident iuxta fluenta plenissima, hoc est iuxta scripturarum exuberantem sciẽtiam. Si quid vero putamus distare inter riuulos & fluenta plenissima, dicendum est, per riuulos veteris testamenti scripturas exprimi, per fluenta plenissima copiosam sancti euangelii doctrinam designari. Istæ ergo columbæ & super riuulos aquarum sunt, & iuxta fluenta plenissima resident, quia sancti doctores assidue tam veteris testamẽti quàm noui mysteria perscrutantur [Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ a pigmentariis] Genæ sponsi modestia Christi pietas vel seueritas, siue habitus vultus illius accipitur, Nam in genis viri lætitia vel modestia, seueritas quoque & pietas deprehenditur. Ideoque in genis sponsi redemptoris nostri illius habitus vultus accipitur. Genæ illius erant cum exultaret in spiritu (vt euangelium dicit) Mat. 11. vel cum fleret super mortuum Lazarum. Io. 11. vel cum doleret super periculũ Hierusalẽ. Luc. 19. & plura id genus. Hæ ergo genæ sponsi areolis aromatum comparantur. Sicut.n. areolæ aromatum optime compositæ & ordinatæ aspectum intuentium delectant, eisque odorem suum propinant, ita Christi mansuetudo & absentes tama, & præsentes re ipsa delectabat, & ad sui dilectionem prouocabat. Hæ ergo areolæ a pigmentariis conditæ sunt. Pigmentarii sunt prophetæ vel Apostoli quorum alteri futura omnia, alteri iam facta descripserunt [Labia eius lilia distillantia myrrhã primam] Per labia sponsi, verba domini Iesu Christi accipiuntur, quæ lilijs comparantur, quia candoris æterni præmia annuntiant. Distillant myrrham primam, quia per carnis mortificationem, ad hæc perueniendum docent. Vel etiã lilijs labia domini cõparantur, quia castitatis, ac munditiæ opera docent. Distillant myrrham primam, quia quecumque aduersa patienter perferendo insinuant. Labia domini lilia erant, cum docens in monte diceret: beati pauperes spiritu, beati mites: beati misericordes: beati mundo corde. Distillabant myrrham primam, cũ post hæc subiungeret. Beati qui persecutionem patiuntur p̃p iustitiam [Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis] In manibus sponsi operatio saluatoris exprimitur. Sicut.n. quis facile torno operatur, nec regula vlla indiget, sic operatio redemptoris facilis erat, quicquid.n. volebat, illico perficiebat, quia dixit, & facta sunt, & de quo Euangelista dixit, Matth. 7. Erat quasi in potesta-

tem habens sermonem. Aureæ autem erant, quia operatio illius diuinitatis peragebatur potentia. Nam in auro diuinitas figuratur, quia sicut aurum cætera metalla antecedit & pretiosius est, ita diuinitas omnibus suis operibus ineffabili modo cunctorum studia & operationes præcellit. Plena hyacintis. Hyacintus lapis est aerii coloris, quid ergo in hyacintinis manibus, nisi spes & desiderium cæleste accipitur? Et manus domini plenę sunt hyacintis, quia oís eius operatio nos ad spẽ & desiderium supernorum excitat. Hyacinthus etiã est flos aromaticus coloris purpurei boni; odoris. Manus dñi plenæ sunt hyacinthis, quia in cruce clauis perforatæ, & rubore sui sanguinis quasi colore purpureo respersæ sunt. Sed superior expositio de hyacintho lapide, melius hic conuenit: quoniam in alia translatione ét lapis habetur. Dicitur.n. manus eius tornatiles plenæ sunt tharsis. Tharsis autẽ lapis est, quem nos chrysolitum dicimus [Venter eius eburneus, distinctus saphyris] In membris humani corporis nihil ventre fragilius, nihil tenerius. Ideoque per ventrem fragilitas humanitatis assumptæ in Christo accipit. Ebur aũt est os elephãti, qd̃ aiãl dicunt esse castissimum & naturæ frigidissimæ: vnde & a dracone qui calidæ naturæ est, vehementer appetitur. venter ergo sponsi eburneus est, quia assumpta humanitas redemptoris, nullã cõruptionem, nullam labem admisit. Peccatum.n. non fecit, nec dolus inuentus est in eo vllus. Fragilitatem quidem carnis assumpsit: sed tñ totius peccati immunis fuit: sicut serpens æneus qui a Moyse in deserto exaltatus fuerat. Io. 3. Figuram quidem serpentis habuit: sed malitia veneni caruit. Distinctus saphyris. Saphyrus lapis est, cęli sereni habens colorem: vnde in visione dñi dicitur. Est sub pedib⁹ eius quasi opus lapidis Saphyri, & quasi cælum cum serenum est. Per saphyros ergo opera diuinæ maiestatis intelliguntur, quæ in carne perficiebat. Venter ergo sponsi distinctus erat saphyris, quia humanitas Christi cælestibus virtutibus refulgebat. Nec plenus dr̃ esse saphyris: sed distinctus, ita videlicet vt inter saphyros appareret eboris candor, quia sic dñs operabatur ea quæ erant humanitatis, vt nõ relinqueret ea quæ erant diuinitatis: distincta est.n. operatio in Christo diuinitatis & humanitatis. Nã ꝙ esuriebat, quod flebat, quod lassabatur, quod ad vltimum crucifigi & mori poterat, humanitatis opera erant. Quod vero mortuos suscitabat, quod omnibus infirmitatibus succurebat, quod seipsum a mortuis resuscitabat, euidentissima erant diuinitatis opera [Crura illius colũnæ marmoreæ] Crura sp̃si itinera sunt Saluatoris, quibus homo fieri & ad nos venire dignatus est. Quæ recte columnis marmoreis comparantur, quia nihil marmore fortius, nihil columna rectius. Et crura sponsi columnæ marmoreæ sunt, quia omnia itinera Dei & fortia & recta sunt. De fortitudine dicit Psal. 18. Exultauit vt gigas &c. De rectitudine alibi. Iustus dñs & iustitiã dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Et vniuersæ viæ dñi misericordia & veritas [Quæ fundatæ sunt super bases aureas] Hæc crura super bases aureas fundatas esse dicit, quia omnia quæ per Christum vel in Christo agenda erant, diuinitatis consilio ante mundi constitutionem præordinata & præfinita sunt. Aurum.n. quod (vt sæpe dictum est) pretiosius est cæteris metallis, diuini consilii sincerissimum secretum significat. De basibus ergo aureis columnæ marmoreæ procedunt, quia ab initio sæculi ordinata est incarnatio, natiuitas, passio & surrectio, cæteraque mysteria saluatoris quibus humanum genus redimeretur: vnde prophetã laudans Dñm dicebat. Dñe Deus meus honorificabo te, laudem dicam nomini tuo, qui facis mirabiles res, consilium tuum verum fiet. [Species eius vt lybani, electus vt cedri] Lybanus phęniciæ est mons, terminus Iudeæ contra septentrionem, & est excelsior cæteris montibus. Arbores etiã illius montis & proceritate & specie ac robore, cæterarum syluarum ligna præcellunt, sicut inquit lybanus cæteris mõtibus Iudeæ terræ præcelsior, ita redemptor noster speciosior est omnibus electis. Quia speciosus forma præ filijs hominum. Et sicut cedrus pulchrior & procerior est cæteris arboribus, ita ille gratia & dignitate omnes ab initio sæculi præcellit [Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis] Superius per labia sponsi verba eius intellecta sunt. Nunc per guttur ipsorum verborum interior dulcedo significatur, quia intellectus noster satiatur; & ad quã percipiendam inuitabat Ps. 33. dicens. Gustate & videte qm̃ suauis est dñs. Et multi quidẽ verba dñi facile intelligere pñt, sed pauci sunt qui dulcedinem illorum valeant penetrare, hoc est qui præcepta dñi ex amore & desiderio studeant adimplere. Et totus desiderabilis. Ac si diceret. Quid per singula eius membra describendo immoror? Totus est desiderabilis sp̃ōsus meus. Totus inquit, quia perfectus Deus, perfectus homo. Totus ergo desiderabilis est, quia angelos & electos quoq̃ ad suum desiderium accẽdit. Iuxta qd̃ Apostolus dicit. 1. Pet. 1. In quẽ desiderant angeli prospicere. Et quãto, quod vicinius aspicitur, tanto maiori affectu ad se aspiciendum desideriũ prouocat intuentis [Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem] Dilectus, quia per fidẽ & charitatem illi inhæreo. Amicus vero, quia me de vinculo peccati redemptam, amicam suam & secretorum suorum cõsciam facere dignatus est. Quem quanto quisque plus diligit, tanto amicitia eius dignus est [Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum?] Vox est filiarum Hierusalem, idest ecclesiarum, siue ét animarum sanctarum. Nã sponsa Christi est ecclesia. Filiæ vero Hierusalem, ipsa ecclesia est, quæ ex singulis fidelium animabus cõstat. Aiunt ergo. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum [Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?] Adiurauerat, n. ipsa sponsa superius filias Hierusalẽ, vt nuntiarent sponso, ꝙ amore eius langueret. Interrogaueranthæ eædem filiæ Hierusalem, Qualis esset sponsus, & illa consequenter formam sui sp̃ōsi exposuerat. Nunc interrogant ipsæ filiæ Hierusalem, Quo abierit sponsus ille, vt quærant eum cum ea. Hoc faciunt sanctæ animæ, qñ adinuicem de æterna salute colloquuntur, flagrantes amore Christi, & eius aspectum desiderantes. Siue cum diligenter inuestigant in quorum maxime cordibus Christus requiescat, vt eorũ exemplo & conuersatione ædificentur. Notandum autem, ꝙ dicitur. Quo abiit vel quo declinauit dilectus tuus? Quasi.n. ad tempus declinat, dum quærit vt ad maius desideriũ ad se sequendũ nos excitet. Ad hoc.n. plerũque differuntur vota & orationes sanctorum, vt ardentius eũ desiderare incipiant. Sicut & quondam Mariæ se quærenti non statim se ostendit, sed in specie hortulani apparens, tandẽ ꝙ ipse esset qui quærebatur aperuit. Exaudit ergo semper dñs electos suos, sed tñ quasi declinat, cũ non statim postulata concedit. Bene aũt dicitur. Quæremus eũ tecũ. Nam qui sine ecclesia Christum quærit, errare potest, proficere nõ potest.

nauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI.

DILECTVS meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis intuentis [Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem] Dilectus, quia per fidẽ & charitatem illi inhæreo. Amicus vero, quia me de vinculo peccati redemptam, amicam suam & secretorum suorum cõsciam facere dignatus est. Quem quanto quisque plus diligit, tanto amicitia eius dignus est [Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum?] Vox est filiarum Hierusalem, idest ecclesiarum, siue ét animarum sanctarum. Nã sponsa Christi est ecclesia. Filiæ vero Hierusalem, ipsa ecclesia est, quæ ex singulis fidelium animabus cõstat. Aiunt ergo. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum [Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?] Adiurauerat, n. ipsa sponsa superius filias Hierusalẽ, vt nuntiarent sponso, ꝙ amore eius langueret. Interrogaueranthæ eædem filiæ Hierusalem, Qualis esset sponsus, & illa consequenter formam sui sp̃ōsi exposuerat. Nunc interrogant ipsæ filiæ Hierusalem, Quo abierit sponsus ille, vt quærant eum cum ea. Hoc faciunt sanctæ animæ, qñ adinuicem de æterna salute colloquuntur, flagrantes amore Christi, & eius aspectum desiderantes. Siue cum diligenter inuestigant in quorum maxime cordibus Christus requiescat, vt eorũ exemplo & conuersatione ædificentur. Notandum autem, ꝙ dicitur. Quo abiit vel quo declinauit dilectus tuus? Quasi.n. ad tempus declinat, dum quærit vt ad maius desideriũ ad se sequendũ nos excitet. Ad hoc.n. plerũque differuntur vota & orationes sanctorum, vt ardentius eũ desiderare incipiant. Sicut & quondam Mariæ se quærenti non statim se ostendit, sed in specie hortulani apparens, tandẽ ꝙ ipse esset qui quærebatur aperuit. Exaudit ergo semper dñs electos suos, sed tñ quasi declinat, cũ non statim postulata concedit. Bene aũt dicitur. Quæremus eũ tecũ. Nam qui sine ecclesia Christum quærit, errare potest, proficere nõ potest.

CAP. VI.

IAm supra diximus, qui sit hortus Christi, sancta videlicet ecclesia, de qua supra dictum est. Hortus conclusus, soror mea sponsa [Descendit inquit Christus in hortum suũ] hoc est quem ipse præparauit & excoluit, quem virtutũ germinibus cõseruit, quem muro suæ custodiæ ab incursu malignorũ spiritũ defendit. Et bene in hortum suum descendisse dicitur. Io. 20. Nam in horto sepeliri voluit, & primum Mariæ Magdalenæ in horto apparuit, ibique quodammodo primitias ecclesiæ consecrauit. Descendisse ergo dicitur, quasi de superioribus & de cælestibus sedibus in hortum quem in humili loco plantauit, vt hortus. i. ecclesia sua dicit, quæ est ista quæ descendit per desertũ [Ad areolã inquit aromatũ] Per areolam anima cuiusq; fidelis intelligitur, quæ disciplina cælesti exultat; & diligẽter cõposita ac laterum parilitate exquadrata est. Sed ad hoc ipse descendit [vt pascatur (inquit) in hortis] idest, vt piis sanctorum laboribus delectetur. Ipse.n. bonis nostris pascitur, in tantum vt in paupere ipse reficiatur [Et lilia colligat] hoc est vt sanctas animas virtutis maturitate ad perfectum candorem perductas, de hoc mundo ad se colligat, & secum in æterna beatitudine gaudere faciat. Lilia.n. sanctæ sunt animæ, virtutum studiis & bonis operibus candidatæ [Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia] Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, & subauditur gratã passionem præparo. Et dilectus meus mihi, subauditur gratiam perfectionis vel præmium vitæ æternæ remunerationis præstabit, siue ego dilecto meo in meipsã mansionem præstabo, & dilectus meus mihi, quia ipse in me habitat, & me in se habitare facit, sicut ipse in Euangelio dicit. Ego in vobis, & vos in me [Pulchra es amica mea suauis & decora, sicut Hierusalem] Quærebat

bat ecclesiam sponsum suum tamquàm absentem, sed ille vt se semper præsentem ostenderet, eique de se colloquenti; seque desiderãti semper adesse demonstraret, cito iudit. [Pulchra es amica mea & decora sicut Hierusalem] Pulchra es, quia maculã & rugam pcti non habes, sed omni nitore virtutũ vernas amica mea, id est, ecclesia vel aia quæq; fidelis. Suauis & decora sicut Hierusalem. Hierusalem quæ visio pacis interpretatur, illam supernam ciuitatẽ designat, in qua est vera pax & fælicitas, qa ibi sic gaudent sancti de mune re, vt non sit, qd dolẽat de corruptione. Ergo ecclesia quæ adhuc in terris est, vel aia quæq; fidelis, ad similitudinem illius Hierusalem suauis est & decora, quia illam pacem inquantũ pôt imitatur [Terribilis vt castrorũ acies ordinata] Terribilis est ecclesia malignis spiritibus, & est ordinata sicut castrorum acies, cum videlicet vnusquisque fidelis ordinem suũ & vocationem recte custodit. Tres .n. sunt ecclesię ordines, Doctorum, continentũ, & coniugatorũ, quæ species in tribus viris demonstrata est. Noe, Daniel, & Iob. Noe.n. qui inter fluctus archã rexit, sanctos doctores significat. Daniel celebs & castus, cõtinẽt ũ. Iob qvxorẽ habuit & filios, ordinem coniugatorum exprimit. Ergo sancta ecclesia ordinata est sicut acies castrorum, quia vnuscuiusque ordo ecclesiæ velut in acie contra hostem malignorum spirituum consistit, dum sancti Doct. prædicationi & doctrinæ operam impendunt. Continentes, dũ quæ mundi sunt contẽnentes, tm quæ Dei sunt cogitãt, & liberi a terrenis cogitationibus, mente solũ Deo vacant. Coniugati eleemosynis & cæteris actualis vitæ bonis operibus insistunt, sicque vtuntur mundo, vt quæ Dei sunt nõ deserant. Hæc ergo ordinatissima dispositio ecclesiæ terribilis est inimundis spiritibus, velut acies castrorum ordinata ad bellum, quia imperiũ suum & potestatem proferre non cessat vsque ad terminos totius orbis. Siue terribilis est, vt castrorũ acies ordinata, quia sic vnita te charitatis connexa est & coniuncta, vt nulla ab hostibus peste discordiæ possit penetrari. Nihil .n. sic terret malignos, quõ charitas [Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt] Ac si diceret. Ego quidem dedi tibi oculos columbinos quibus me intueri & arcana scripturarum penetrare valeres. Sed caue ne illos ad me videndum intendere velis, quia dũ in præsenti viuis, non potes. Non .n. videbit me homo & viuet. Cum aũt vinculis carnis absoluta ad me peruenieris, tũc me aperta visione videbis, & implebit, quod in Euãgelio re,pnitit Io. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum. Quod aũt dicit, quia ipsi me auolare fecerunt, nõ est putandum, qꝑ quærentes se deserat, & ab illis recedat, cum ipse præcipiat. Quærite & inuenietis. Sed ita potius accipiendum est, quia quanto amplius diuinitatem maiestatis Dei perscrutari voluerit, eo amplius intelligit, quia inscrutabilis & incomprehensibilis sit. Et hoc est, quod Psalm. 63. dicit. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ac si diceret. Licet homo ad videndum Deum cor, subleuet, exaltatur Deus, quia quantus sit comprehendi non potest [Capilli tui sicut Grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad] Hi autem superius expositi sunt, sed non pigeat iterato exponere, quos non piguit spiritum sanctum repetere. Ideo bis istos versiculos posuit, vt certissimum & stabile teneremus, quod repetitione confirmari audiremus. Capillus sanctæ ecclesiæ multiplex, est subtilium cogitationum varietas. Et bene comparantur gregi caprarum. Nam capra peccatoris figura est. Vnde & in lege præcipitur, vt quicumque per ignorantiam peccauerit & cognouerit reatum suum, offerat pro delicto suo capram in holocaustũ. Capilli ergo ecclesiæ gregi caprarum comparantur, quia sancti qui sunt membra ecclesię omnes reatus cogitationis suæ per dignam pnĩam & per lachrymas iustæ cõpunctionis deflere satagunt. Bene aũt de monte Galaad apparuisse dicuntur. Galaad interpretatur aceruus testimonii. Ideoque per Galaad mens sanctorum designatur, qui sunt aceruus testimonii, qm omnia quæ sæculi sunt neglexere, & solũ desiderant deũ sic euidentibus attestantur indiciis. Potest et per Galaad ipse Dñs & redẽptor noster intelligi. Galaad .n. & montis & ciuitatis est nomen. De monte Galaad grex caprarum apparuit, quia ecclesia super Christum fundata est, sicut ipse dicit, Mat. 5. Nõ potest ciuitas abscondi super montem posita. Ipse est aceruus testimonii qui multitudini prophetarum & patriarcharum & gestis & scriptis testimonium perhibet [Dentes tui sicut

F grex ouium quæ ascenderunt de lauacro] Per dentes ecclesiæ firma sermonum eius stabilitas intelligitur, qui bene gregi ouium comparantur, quæ de lauacro ascenderunt, quia verba ecclesiæ nihil nisi innocentiam & mansuetudinem sonant, nihil in se fœdum, nihil turpe vel immundum retinet, sed lauacro sinceritatis & puritatis lauãtur, audientes ab Apostolo, Eph. 4. Sermo malus ex ore vestro non procedat. [Oes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est in eis] Bene aũt oes gemellis fœtibus esse dñr, quia sermo sanctorũ nihil aliud sonat & loquitur, nisi qd ad dilectionem Dei & proximi pertinet. Sollummodo .n. ea sancti loqui debent, quæ ad perpetuam corporũ & animarum pertinent salutem [Sicut cortex malipunici, sic genæ tuæ, absque occultis tuis] In genis diximus superius sanctorũ castam verecundiam designari. In cortice mali punici, mysteriũ passionis Christi dicente Paulo Apostolo. 1. Thi. 1. Noli erubescere crucẽ Christi, nequemie vinctũ eius. Et quidẽ magna sunt q̃ in aperto sunt. Maxima vero sunt illa quæ sunt intrinsecus, hoc est quæ in futuro sanctis reservantur [sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus] Reginę sunt Doctores sanctæ ecclesiæ qui merito fidei & sciæ thoro regis æterni propinquant, & spũales Deo filios pariunt. Sexagenarius numerus ex denario & senario perficitur. Denarius per senarium multiplicatus, in sexagenarium consurgit. Et per denarium significantur diuina præcepta ꝑp decalogum legis. Senarius vero pro perfectione ponitur, quia sex diebus perfecit Deus opera sua. Reginæ ergo sexaginta dicuntur esse, quia eos significant, vt diximus, qui perfectione scię & operis pollent, & ꝑp solum amorem conditoris sui & intuitu supernæ remunerationis, æterna gaudia prædicãt, sic ẽt idem numerus. i. sexagenarius ex duobus senariis quinquies ductis conficitur. Nam quinquies duodeni vel duodecies quini, sexaginta sunt. Reginæ ergo sexaginta esse dicuntur, quia illos significant qui in ecclesia constituti quinque sui corporis sensus iuxta institutionem duodecim Apostolorum caste disponere nouerunt. Concubinæ significant eos qui nõ sincere Christũ prædicant, sed ꝑp lucra temporalia, vel ꝑp laudes populares. Nam & istæ sicut & reginæ ad thorũ Regis per scientiam accedunt, & filios spũales generant, sed ad coronã æterni regni alienæ existunt. Et bene octogenario numero comprehenduntur. Nam hic numerus ex denario & octonario conficitur. Octonarius vero in malo accipitur aliq̃n ꝑp quaternarium, quo quo multiplicatio consistit. Quaternarius .n. tpalia quæque & præsentia significat ꝑp anni tẽpora, vel ꝑp quatuor mundi elementa. Recte ergo concubinæ istæ octoginta esse dñr, quia vt dictũ est, ꝑp sola temporalia & visibilia prædicant, & spũalia minus curant. De talibus Apostolus dicebat, Phil. 1. Sunt quidam Christũ annuntiantes non sincere &c. donec dicit. In hoc gaudeo, sed, & gaudebo [Adolescentularũ non est numerus] Adolescentulæ sunt aiæ, quæ deposita primi hoĩs vetustate in Christo renatæ sunt. Nec dum tm̃ sunt nubiles, nec dũ thoro regis apræ, quią nec dum ad prædicationem de Christo perfectã peruenirũt. Quarũ non est numerus, quia infinitus est numerus animarũ in Christũ credentiũ, nec ab vllo hoĩe cõprehendi pôt. Cæterum Deo numerati sunt oes electi. Nã apud quẽ ẽt stellarũ numerus cõprehensus est, ignorari non pôt electorũ numerus! Vna est columba mea] Vna catholica est per vniuersum orbẽ diffusa ecclesia, quæ ex reginis & adolescentibus constans iã cõtubernia habet, hoc est ẽt qui noĩe, vel re Docto. dicuntur. Vna est ecclesia, quia scissurã & scismata, non recipit. sed sicut vnus est Deus, vna est fides, vnũ baptisma, ita vna est gnalis ecclesia. Quæ & recte columba uocat, quia Spũsti dore qui in spẽ colũbæ apparuit, Christo sponsata est & sanctificata [Vna est matris suæ] Mater .n. nostra illa celestis cælestis Hierusalẽ est, de qua Apostolus dicit, Gal. 4. Illa autem quæ sursum est Hierusalẽ, libera est, quæ est mater nostra. Hæc ergo ecclesia vna est matris suæ, quia ad exẽplũm illius ecclesiæ quæ iã Christo fruitur, ipsa in hac peregrinatione instituitur & informatur, atque ad illã beatitudinẽ in qua cum Christo conregnat peruenire nititur [Viderunt illã filiæ Sion, & beatissimã prædicauerunt, reginæ & concubinæ laudauerũt eã] Quas superius adolescentulas hic filias appellat. Reginas vero & concubinas in hoc loco, vt superius, intelligamus. Filiæ ergo reginæ & concubinæ prædicant ecclesiã, & laudant, quia vniuersitas fidelium catholicã admiratur ecclesiã. Ipsa .n. ecclesia quæ ex

occultis tuis. Sexaginta sunt reginæ & octoginta cõcubinæ, & adolescentularum non est numerus. Vna est colũba mea, perfecta mea, vna est matri suæ electa genitrici suæ. Viderunt eã filiæ Sion, & beatissimam prædicauerũt, reginæ & concubinę laudauerunt eam. Quæ G est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna,

multis fidelium constat personis, catholicam .i. vniuersalẽ efficit A ecclesiã [Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens] In fine quidem sæculi cum plebs Iudaica ad prædicationẽ Henoch & Heliæ conuersa fuerit ad Christũ, ipsa quoque de ecclesia admirabitur dicens. Quæ est ista .i. quanta & qualis est ecclesia, quæ progredit, hoc est proficit de virtute in virtutem? Non .n. stare, sed progredi dr, quia non vno loco contenta, sed totum mundũ cælesti prædicatione occupauit. Quasi aurora progredit, quia tran sactis tenebris infidelitatis, lumen se veritatis habere ostẽdit. [Pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis, vt castrorum acies ordinata] Luna a sole illuminatur. Et ecclesia pulchra est vt luna, quia claritate sponsi sui Christi illuminatur, & eius gratia resplendet. Siue pulchra est, vt luna in præsenti vita, vbi aliqñ concessa sibi pace & securitate crescit, aliqñ aduersitatibus obscura decrescit. Electa vt sol, in alia vita vbi perpetuo splendebit visione conditoris sui, siue electa est vt sol, quia illũ verũ solẽ imitari nititur, de quo scriptũ est. Mal. 4. Vobis timentibus nomen meũ, orietur sol iustitiæ. Hunc solem imitatur viuendo in oĩ humilitate & iustitia & pietate. Terribilis, aereis potestatibus, ordinata vt castrorum acies. i. charitatis vnitate vnita, vt nullis tentationibus penetrari valeat [Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium & inspicerem si floruissent vineæ, & germinassent mala punica] Laudata ecclesia, ad synagogam respondet [Descendi ad hortum nucum] hortus nucum, est vita præsens. Nam sicut in nuce tegmen quidem durissimũ vr, sed nucleus latet, ita in præsenti vita, nostrę conscientiæ clausæ sunt, & non apparent, donec fracta testa corporis manifestentur. Descendit ergo ad hortũ nucũ ecclesia, qñ p Doct. suos vitas singulorum considerat. Vnde sequitur. Vt viderẽ poma conuallium. Poma conualliũ, sunt virtutes quæ humilitate conditum. Descendi inquit, vt viderem poma conualliũ. i. considerarem sanctos, excellentia quidem virtutũ præditos, sed humilitate depressos, vt inspicerem si floruisset vinea, hoc est considerarem qui in studio sanctarũ virtutũ proficerẽt [Et germinassent mala punica] Hoc est vt eos quoque perquirerem, qui iam apti sunt ad imitandũ passionẽ Christi. Nã mala punica, vt sæpe dictum est, mysteriũ Dñicæ passionis significant. Considerat ergo ecclesia per prælatos suos qui in virtutibus crescunt, vel qui iam ita perfecti sunt, vt imitantes passionem Christi pro illo quoque idonei sint sanguinem fundere, quales erant illi de quibus Apostolus dicebat, Phil. 1. Vobis datũ est, nõ solũ vt credatis in Christũ, sed vt pro illo patiamini [Nesciui. Aia mea conturbauit me, ꝑp quadrigas, Aminadab] Vox est synagogæ, quæ videns tantã ecclesiæ gratiã, inspecta veritate Euangelii, dolet, qꝑ non antea cognouerit fidem Christi, & quasi excusans se, qꝑ tam tarde conuersa fit, dicit. Nesciui. O sponsa Christi ecclesia, nesciui. i. ignorauí tantam gratiam & tanta dona spiritualium virtutum tibi a sponso tuo collata. Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Conturbata est inquit anima mea solicitudine pro tam subita Euangelii prædicatione. Sciebam .n. legem & prophetias diuinitus datas, & ideo cum subito vidissem prædicari Euangelium, conturbata sum propter quadrigas Aminadab. Aminadab nepos fuit Iudæ, per quem generatio Christi contexitur. Interpretatur autem Aminadab populus meus spontaneus, quia cũ esset Deus, sponte factus est homo. Cum conditor esset & creator, sola benignitate sua factus est portio populi sui. B Et est sensus. Conturbata inquit sum propter Euangelii subitam prædicationem, quæ veluti velocissimæ quadrigæ totum subito mundum peruolauit. Et bene hanc prædicationem non currum, sed quadrigam appellat, quia Euangelii prædicatio, quatuor Euangelistarum authoritate consistit, & quatuor Euangelia quasi quadrigæ sunt noui testamenti, cui præsidet auriga ipse Christus temperans & disponens ipse cursum Euangeliorum [Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te] Vox ecclesiæ synagogam ad fidem inuitantis. Reuertere o synagoga ab infidelitate ad fidem, reuertere ab odio ad dilectionem. Sunamitis interpretatur captiua vel despecta. Talis synagoga ante aduentum Christi, captiua videlicet vinculo diabolij, despecta a Deo, quia Christum ad salutem suam missum non cognouit. Reuertere vt intueamur te, idest, pulchritudinem tuæ castitatis aspiciamus.

C A P. V I I.

VOx est sponsi, qui audiens inuitari synagogam a spõsa sua ecclesia ad fidem, dicit [Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum?] Ac si diceret. Tu quidem o sponsa doles de perditione synagogæ & ꝑp tarde ad fidem veniat: sed adest tempus quo conuertatur, & tũc nihil videbis in ea nisi choros castrorum, idest, non nisi charitatis cõcordiã, & stabile robur fidei: quo pro defensione meæ fidei pugnabit. Nam chori canẽtiũ sunt. Castra vero militum pugnantium. In Sunamite ergo chori castrorum videbuntur, quia conuersa synagoga & concorditer Christum prædicabit cum ecclesia, & pro fide Christi, vsque ad mortem certabit [Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis] Ab hoc loco incipit sponsus exponere laudes sponsæ suæ. Et notandũ, ꝑp a gressibus incipit eius pulchritudinem texere, & in ore laudis eius finit: sicut superius ab oculis cœperat. Hoc aũt fecit, vel ad pulchritudinem carminis variandam, vel ẽt quia sic mysteriis aptissimum est, q̃ pulchri, inquit, sunt gressus tui. Vidit ecclesiam non in vno loco otiose stantem: sed veloci prædicatione totum mundum peragrantem; ideo a gressibus cœpit eam laudare. Gressus .n. ecclesiæ sunt velaces prædicationes Apostolorum, per quos in oẽm terram euangelium insonuit. In calciamentis, idest, in patrum præcedentiũ exemplis. Calciamenta ex mortuis sunt aialibus. Et calciamenta ecclesiæ sunt patrum præcedentiũ exempla, quibus gressus habet munitos, vt secura eos imitando & sine offensione gradiatur. filia principis. Alia translatio, filia Aminadab dicit. Aminadab, vt supertus dictum est, Populus spontaneus dr, qui recte figurã Christi tenet. Nam ecclesia, & filia est, & sponsa filia, quia eius sanguine redempta eius baptismate est regenerata. Sponsa, quia dote Spiritusancti illi est coniuncta [Iuncturæ feminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt in manu artificis] In feminibus vel fæmoribus soler sacra scriptura generationis propagationem designare: vnde de Iacob legimus. Omnes animæ quæ egressæ sunt de fæmoribus Iacob. Femina ergo ecclesiæ sunt, spiritualis generatio, credentes populi per verbum prædicationis & lauacrum baptismatis. Iunctura feminum est coniunctio duorũ populorũ Iudaici & Gentilis in vna fide. Et bene hæc iunctura monilibus comparatur. Nam fides sine operibus mortua est. Iac. 2. Fabricata sunt aũt manu artificis, hoc est Dei omnipotentis, cuius munere virtus boni operis credentibus tribuitur. Hic est ille artifex, de quo Paulus Apostolus dicit, Hebr. 11. memoriam Abrahæ faciens, Expectabat .n. ciuitatem manentem, cuius conditor est Deus [Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquàm indigens poculis] Vmbilicus fragilissima pars est corporis. Et iõ per vmbilicũ, fragilitatem nostræ mortalitatis debemus accipere. Crater vero est calix maior, ansas hinc & inde habens, Vmbilicus ergo ecclesiæ, crater tornatilis est, quia quanto magis doctores sanctæ ecclesiæ fragilitatis meminerunt, tanto magis verbis prædicationis insistunt, idest, eleemosynam verbi Dei præbentes, ipsi a Deo misericordiam consequuntur. Et bene crater tornatilis dr. Torno .n. facilius operamur, per qd̃ significatur facilitas erogandi verbum, vel eleemosynam dandi. Non .n. morose, vel hæsitãdo eleemosyna danda est, iuxta, qd̃ Salomon dicit, Prou. 3. Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cũ statim posſis dare. Q d̃ ẽt torno fit non indiget exterius adhibita regula vel linea, sed inerrato ex seipso perficitur. Vmbilicus ergo ecclesiæ crater tornatilis est, quia quicumque vel prædicat, vel eleemosynam dat, pro sola dilectione Dei, & supernæ mercedis expectatione hoc facere debet. Nam quicũque vel prædicat, vel proximis miseretur pro remuneratione temporali, crater quidem est, sed nõ tornatilis. Et hic crater numquàm indiget poculis, quia prædicatoribus numq̃ deest prædicatio verbi Dei, quia ipse quẽ prædicant, pocula sciæ & virtutẽ constantiæ illis subministrat. Vnde Ps. 63. Dñs dabit verbum euangelizantibus, virtute multa [Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis] Eadem fragilitas quæ per vmbilicum designata est, ostenditur hoc loco ẽt per ventrem, quia venter nulla ossium firmitate præmunitur. Bene ergo venter ecclesiæ, aceruo tritici comparatur, quia sancti quanto memores sunt suæ fragilitatis, eo studiosius ad proferendos bonorũ operũ fructus insistunt. Et recte non copiam tritici, sed aceruũ tritici dicit, vt per hoc significet incremẽta virtutũ, quæ veluti aceruus ab inferioribus ad superiora crescendo

culis. Venter tuus, sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuũ, sicut turris eburnea. Oculi tui, sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus, sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuũ, vt Carmelus, & comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus. Quam pulchra es & quam decora charissima in delitijs. Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris. Dixi. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Et erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut odor malorũ. Guttur tuum sicut vinũ optimũ, dignum dilecto meo ad potandũ,

scendo conscendunt. Nam sicut aceruus in inferioribus lata amplitudine spatiatur, superius vero quadam breuitate contrahitur & acuminatur, ita in ecclesia multi sunt qui indulgentius viuunt, pauci vero qui summæ perfectioni insistant. Plures.n. inueniuntur qui de bonis suis eleemosynã faciunt, quàm qui sua omnia pro Dño relinquant. Hic aceruus liliis vallatus dr̃, qa sc̃ti bona quę faciũt, pro desiderio supernæ claritatis & candoris agunt. Nã per lilia, cælestis illa claritas designatur. Potest ẽt per ventrem ecclesiæ, diuin⁹ fons baptismatis accipi, quo fideles in nouã creaturã regenerantur. Bene ergo venter aceruo tritici vallato liliis comparatur, quia regenerati fonte baptismatis, docẽtur bonis insudare operibus, & ad intuendum supernæ claritatis gloriam semper inhiare [Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ] Vbera ecclesiæ, sicut iã superius dictum est, sanctos Doctores significãt, qui paruulos hoc est nuper in Christo regeneratos, lacte apertionis doctrinæ instruunt. Bene aũt duo vbera dicuntur, quia de duobus populis Iudaico videlicet & gentili, fideles congregantur, & lacte spũalis doctrinæ aluntur. Hæc duo vbera, sicut duo hinnuli capreæ gemelli esse dicuntur. Duo hinnuli, duo sunt testamenta, quibus eorundem doctorum omnis prædicatio subsistit. Quorum duorũ testamentorum vnus est author & promulgator Christus, iuxta qđ Salomon dicit. Eccl. 2. Verba sapientium quasi stimuli, & sicut claui in altum defixi, quæ data sunt a pastore vno, Christo videlicet. Caprea .n. recte Christum significat, quia intuitu & velocitate cæteris animantibus præeminet, & mundum est animal vngulã diuidens & ruminans. Tales sunt ẽt membra Christi, doctores videlicet intuitu sciæ insignes, & sua velocitate terrena deserentes, atque ad cælestia festinantes. Diuidentes vngulam .i. habẽtes mali & boni discretionem. Et ruminantes, hoc est præcepta Dei sedula memoria meditantes [Collum tuũ sicut turris eburnea] Doct. sancti qui designantur per vbera, ipsi ẽt designantur p̃ collum. Nam per arterias colli vox egreditur, & colli ministerio vitalia alimenta cæteris membris ministrantur. Sic S. Doct. & verba vitæ populis annunciant, & alimentis doctrinæ cælestis auditores enutriunt. Collũ ergo ecclesiæ turri eburneæ comparatur, quia S. Doct. eidem ecclesiæ pulchritudinem & robur præstant. Pulchritudinem quidem, quæ per candorem eboris designatur, caste & sincere viuẽdo. Robur vero præstant, qđ significatur per turrim, qñ eandem ecclesiam contra tentationes diaboli, vel impetus hæreticorum muniunt [Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis] Idẽ ipsi Doctores qui per collũ designati sunt, designantur ẽt per oculos. Ipsi .n. quasi oculi vniuerso ecclesiæ corpori prouident, & iter, qđ ingredi debeãt ostẽdunt. Hi oculi ecclesiæ cõparantur piscinis ædificatis in porta Esobon ciuitatis, quia S. Doctores populos in Christũ credentes, vitali lauacro abluunt & salutaris doctrinæ potu reficiunt. Filia aũt multitudinis vocatur Esebon iuxta literam, ob multitudinem confluentiũ inibi populorũ, sic & sancta ecclesia recte filia dr̃ multitudinis, quia numerositatem quotidie colligit gentium. Esebon aũt interpretatur cingulum mœroris: oculi ergo ecclesiæ piscinis Esebon comparantur, quia S. Doctores neglectis caducis sæculi gaudiis, cingulis mœroris se constringunt, quia caste & sobrie viuũt in hoc sæculo, & pro suis erratibus deflent, quatenus in præsenti sæculo lugentes, ad vera & æterna gaudia peruenire possint. In porta aũt Esebon hæ piscinæ esse dñr, quia nullus ecclesiã ingredi valet, nisi prius aqua baptismatis abluatur, & nisi fonte sanctæ doctrinæ potetur. Hoc ẽt significabatur per labrum æneum, qđ Salomon in porticu templi posuerat, vt sacerdotes ingressuri templũ & hostias immolaturi, ibi corpora abluerent [Nasus tuus, sicut turris Lybani, quæ respicit contra Damascũ] Quia naso fętores & bonos odores discernimus, recte per nasum ecclesiæ, S. Doctores signãtur. Ipsi .n. sagaciter discernere nouerunt inter fragrantem catholicæ fidei doctrinam, & letiferum hæretici erroris fœtorem. Nam & de diuinis charismatibus quę p̃ Spũm sanctũ distribuunt, dr̃. 1. Cor. 12. Alii datur p̃ spũm discretio spirituũ. Nasus ergo ecclesiæ turri Lybani comparatur, quia S. Doctores & summũ locum in ecclesia tenent, ac veluti in Lybano monte consistunt, & defendunt ecclesiã a malignorũ spirituũ incursibus. Hæc turris contra Damascũ esse dr̃. Damascus metropolis est Syriæ, quæ quondam contra filios Israel, vtpote fortissimos & crudelissimos Reges habens, dimicabat. Interpretatur aũt Damascus sanguinis potus, vel sanguinis oculus. Ferunt .n. ibi Abel interfectũ. Ideoq; significat potentes huius sæculi, qui sanguinis potum sitiunt, quia voluntatibus & illecebris carnis & sanguinis delectantur. Significant ẽt aereas potestates quæ animarum nostrarũ cruorem sitiunt. Cõtra Damascũ ergo est hæc turris, quia ecclesia semper diabolo & membris illius, adiutorio Christi munita resistit [Caput tuũ vt Carmelus, & comæ capitis tui, vt purpura regis iũcta canalibus] Caput ecclesiæ principalitas mentis fidelium intelligitur. Nã sicut capite mẽbra reguntur cætera, ita mente cogitationes disponuntur. Bene aũt caput ecclesiæ Carmelo comparatur. Carmelus .n. qui & Carmel dr̃, interpretatur cognitatio, vel scia circuncisionis. Ergo caput ecclesiæ Carmelo assimilatur, quia nouit, circuncisionem aliquando corporaliter celebratam, nunc spũaliter debere obseruari, iuxta qđ Propheta dicit, Hier. 4. Circuncidimini Dño in cordibus vestris. Hanc scientiã circuncisionis nõ habuerunt Iudæi, ideoq; reprehenduntur a B. Stephano p̃tomartyre dicẽte, Act. 7. Dura ceruice & incircũcisi cordibus & auribus vos semper Spũisancto restitistis. In libro Regum legitur. 3. Reg. 18. ꝙ Helias in monte Carmeli ascenderit, & ibi orando aridam terram cælestibus pluuiis irrigauerit post longam trium annorum & semis siccitatem, quæ historia pulchram redolet allegoriam. Nam Helias qui interpretatur Deus meus dñs, Christum significat, qui cum sit Deus & dñs totius creaturę, specialiter suus .i. proprius Deus & dñs est ecclesię. Hic ergo in Carmelum ascendit, & per eos arenti mundo gratiarum suarum pluuias tribuit. Recte ergo, vt dictum est, caput ecclesiæ Carmelo monti comparatur, quia mens sanctorum quadam conuersatione sublimis est, & Christo in se ascensum præbet perfectum virtutum. Et comæ capitis tui, vt purpura Regis iuncta canalibus. Si per caput mens ecclesiæ accipitur, per comas capitis cogitationes mentis debemus accipere, quæ assidue de illa prodeunt. Purpureus vero color qui sanguinis habet speciem mysterium significat Dñicæ passionis. Iuxta literam, quod dicit purpura Regis iuncta canalibus, significat lanam iam purpureo colore confectam, & nondum in fila deductam, sed adhuc in canalibus constitutam, quas Græci Baphias vocant. In quibus sanguis Conchiliorum solet defluere, & lanam in purpureum vertere colorem. Mystice canales isti humilitatem significant sanctorum, in quibus æterni Regis purpurã tingitur, cum sancti quique humilitatem sui redemptoris imitando, passionis illius conformes fieri satagunt, quatenus in purpuræ dignitate vertantur .i. laborantes pro Christo mereantur regnare cum ipso. Tincta aũt hæc purpura esse dicitur, quia sanctorum præcordia fixa sunt & stabilita in timore & amore redemptoris sui, nec vnquàm a charitate eius separari pñt [Quàm pulchra es, & quam decora charissima in delitiis] Quàm pulchra subaudi in fide, & quàm decora in operatione charissima in delitiis. Supra dictum est de eadẽ ecclesia. Pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Nunc vero dr̃ pulchra, decora, charissima in delitiis, quæ quasi contraria esse vñr. Nam ordinatam esse velut castrorum acies, & esse in delitiis, repugnat, quia delitiæ fortitudinem solent eneruare. Sed ecclesia vtrumque agit. Nam ordinata est, vt castrorũ acies, quia infidelibus & hæreticis resistit, & malignos spiritus sua sanctitate & perfectione terret. In delitiis ẽt est, quia suauitatem supernæ dulcedinis assidue palato mentis degustat, & inter pressuras huius sæculi illas adipisci desiderat, & cõtinue illis satiari. Vnde merito illa quæ talis est, sponso suo Christo charissima esse dr̃ [Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua Botris] Statura ecclesiæ perfecta, est eius rectitudo. Neque .n. a vitiis incuruatur: sed recta & nobilis consistit. Vnde Psalmista ex persona peccantium dicebat, Psal. 118. Incuruatus sum & humiliatus sum vsquequaque. Et Propheta sub specie Hierusalem peccãti animæ de malignis spiritibus dicit, Esa. 51. Quia humiliauerunt te, & dixerunt aĩæ tuæ incuruare vt transeamus &c. Sancta ecclesia recta stat, nec vnquàm incuruari consentit audiens ab Apostolo. 1. Cor. 16. Vigilate, state in fide, viriliter agite. Et dñs filiis Israel loquitur, Exo. 6. Ego sum dñs Deus qui eripui vos de ergastulo Aegyptiorum, vt incederetis recti. Statura ergo ecclesiæ palmæ assimilatur, quia in omnibus quæ agit semper supernam in memoria retinet remunerationẽ. Palma .n. victricem ornat manum: & ideo significat præmium il-

lud

labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi.

lud quod victoribus sanctis in cælestibus dandum est [Et erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odores tui sicut odor malorum] Vbera ecclesiæ sunt, vt superius dictum est. Sancti doctores qui lacte simplicis doctrinæ regeneratos in Christo nutriũt. Sed hæc vbera botris assimilantur, qñ idem doctores perfectis perfectiora annũtiãt, sicut Apostolus loquens simplicioribus dicebat. 1. Cor. 3. Non potui vobis loqui tãquàm spũalibus: sed quasi carnalibus, tãquàm paruulis in Christo. lac vobis potum dedi, non escam. Ecce vbera lactis plena, quæ vbera in botro sunt versa cum diceret. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Christum Dei sapientiam. Et sapientiã loquimur inter perfectos [Dixi ascendam in palmam, apprehendam fructus eius] Vt ostenderetur omnis hæc excellentia & magnitudo donorũ ecclesiæ de Dei gratia prouenire, introducitur idem sponsus dicere. Ascendam in palmam, quasi diceret: Vnde habes vbera ad paruulos nutriendos, inde ẽt botros quibus perfectioribus perfectiorem propines doctrinã. Quia ergo in ea gratia vitæ ascendi, & hanc tibi perfectionem concessi, Ascendam, inquit, in palmam. Palma ecclesiam significat, vel ẽt aĩam cuiuscũq; fidelis qui memor ẽ Dñi qui dicit, Io. 16. Cõfidite, ego vici mundum. Ipsa quoque omniũ vitiorũ & iniquitatis victrix esse studet. Bene aũt in palmam ascendisse hic dr̃, cũ superius in hortum descendisse legatur. Dixit .n. ecclesia [Dilectus meus descendit in hortũ suum] Et idem hortus quæ & palma, videlicet vna eademq; ecclesia: sed ad hanc copiã suæ gratiæ de cælestibus mittendo ascendit: ad illam aũt sua dona in eo incrementaq; virtutum disseminans, descendisse dr̃: ideoq; eandem quibusdã profectibus veluti quibusdam gradibus ad celsiora subleuando nunc palmam nominat. Sed & hoc de natura palmæ dicendum, ꝙ in inferioribus asperitatem laborum & passionũ sustinet pro Christo, in superioribus vero hoc est in cęlestibus pulchritudinem & suauitatem expectat præmiorũ. Põt ẽt per palmã arbor Dñicæ crucis exprimi, in quam redemptor noster pro humani generis redemptione ascendit, & in qua hostem humani generis superauit. Ait ergo. Dixi ascendam in palmam .i. per meos Prophetas locutus sum, & promisi me ad passionem venturum, & meã ecclesiam redempturũ. Apprehendã, inquit, fructus eius .i. fructus bonorum operum, & laborum quibus ecclesia desudat remunerabo. Vel ẽt s̃m eum sensum quo per palmam crux intelligitur, apprehendam fructus eius .i. impleto triũpho passionis, veniam ad gloriam resurrectionis, & Apostolis meis spũalia dona concedam [Et erunt vbera tua sicut botri vineæ] Hoc superius expositum est. Nam vbera ecclesiæ Doct. sunt cũ paruulos simplici doctrina nutriunt. Sed botri vineæ efficiuntur cum perfectioribus sublimia quæq; annuntiant. Nam B. Paulus vno eodemque tp̃e vbera & botros habuit, qñ de Christo loquẽs dixit, Ro. 9. Quorum patres ex quibus Christus. Ecce vbera .i. simplex de Christo prædicatio. Sed hæc vbera in suauissimũ & fortissimum vinum conuersa sunt cum subiunxit. Qui est Deus benedictus in sæcula [Et odor oris tui sicut malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum] Os ecclesiæ est præsens prædicatio, quæ fama vel scripto ad absentes peruenit. Guttur vero est vox ipsa prædicatoris, quę in præsenti auditur. Odor ergo oris ecclesiæ malis comparatur, quia ipsa fama prædicationis plena est suauitatis & gratiæ. Guttur vero vino optimo assimilatur, quia ipsa vox prædicantiũ magnam in se virtutem auditoribus ostendebat. Quod vero malorum odor in nouitate est, vini vero in vetustate, significat prædicationem ecclesiæ & in sui nouitate, & ẽt in sui perfectione oẽm habere suauitatem & gratiam [Dignum dilecto meo ad potandum, labiisq; & dentibus illius ad ruminandum] Ac si diceret, Sponsus meus guttur meum vino optimo comparauit, & illud vinum dignum est ad potandũ ipsi dilecto meo, hoc est prædicatio euangelica quam in ore meo posuit, per ipsum & nõ per aliũ annuntiari debet in mundo. Neque .n. per alium decebat mysteria regni cælestis prædicari in mundo, q̃ per mediatorem Dei & hominũ Christũ Iesum. Et labiis & dentibus illius ruminandũ. Labia & dentes sponsi, vt supra dictum est, doctores sancti sunt. Illud ergo vinũ ruminandũ fuit labiis & dentibus sponsi, quia prædicatio euangelica a doctoribus tractanda & exponenda est. Nec absurdum est, ꝙ cum vinum potetur & nõ ruminetur, hic tñ dr̃ labiis & dentibus ruminandũ, ꝙ magis ad cibum, q̃ ad potum pertinet. Nam S. doctores vinum spũale ruminant, qñ præcepta euangelica diligenter exquirunt & crebra meditatione inuestigant, atque inuicem conferunt [Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius] Ego dilecto meo subaudi officium iustitiæ & deuotionis impendo, illi & non alteri fidem & seruitutẽ meã promitto. Et ad me conuersio est, vt me & in præsenti inter labores huius vitæ adiuuet, & in futuro ad gaudia patriæ cælestis inducat. Potest ẽt hæc vox esse Synagogæ ex persona sanctorum patrum aduentum Christi desiderantium. Ac si diceret. Scio quidẽ illum semper spũali præsentia mihi semper adesse: & ideo ego dilecto meo omni deuotione famulari cupio. Sed tandem ad me conuersio eius, quia opto, vt sicut mihi p̃misit in mea substantia appareat. Nam dixerat supra sponsus, Ascendam in palmam .i. promiserat se in carne venturum & pro humano genere passurum. Inde iam gratulabunda dicebat. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius .i. credo illum hoĩem futurũ, & in mea substantia hoĩem mundo manifestandum [Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis] Eiusdem synagogæ vox est. Veni dilecte mi .i. appare per assumptum hoĩem. Tale est illud Psalmistæ 84. Excita potentiam tuam & veni. Et Es. 64. Vtinam disrumperes cælos, & descenderes. Egrediamur in agrum. Ager mundus iste est. Egrediamur in agrum .i. prædicemus tuum aduentum mundo. Commoremur in villis, hoc est ipsis quoq; paganis fidẽ tuã annuntiemus. Nemo nescit paganos a villa dictos, quia pagos Græce villa Latine. Inde pagani dicti, quia longe sunt a ciuitate Dei. Potest esse & vox ecclesiæ. Veni dilecte mi. Ac si diceret. Iã mysterio ascẽsionis assumptũ hoĩem ad cælos subleuasti: sed veni diuinæ maiestatis præsentia me sepius visitando. Egrediamur in agrum eodem sensu quo superius .i. prædicemus fidem incarnationis tuæ mundo, commoremur in villis, idem ẽt ignorantibus paganis tuam fidem annuntiemus, nec in transitu, sed commoremur ibi, donec illos ex paganis catholicos, ex alienis tibi proprios faciamus [Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturierunt] Mane est exortus nouæ gratiæ, qñ videlicet trãseuntibus tenebris infidelitatis, euangelium mundo cœpit prædicari. Videamus si floruit vinea, hoc est inspiciamus ecclesiam si iam prima fidei rudimenta suscepit, si flores fructus parturierunt. Inspiciamus ẽt si flores parturiunt fructum .i. si illi qui iam crediderunt apti sunt ad bene operandum. Nam flores fructum parturiunt, cum illi qui iam in Christum crediderunt, idonei sunt ad bene operandum. Nam flores emittit ecclesia cum primo fideles ad fidem veniunt. Flores vero fructus parturiunt, cum iam ipsa fide & dilectione bene operantur, nec ipsa fides otiosa sit vel mortua sine operibus [Si floruerunt mala punica] Mala punica, sicut iam superius dictũ est, rubicundum vel vt sanguineũ habẽt corticem, & ideo significãt passionem Dñi, vel membrorũ ipsius. Dic ergo si floruerunt mala punica, hoc est, si iam sancti qui in fide & opere perfecti sunt, idonei sunt ẽt imitari passionẽ Christi & pati pro illo. Mala punica erant illi quibus Apostolus dicebat, Phil. 1. Vobis datũ est nosse non solũ, vt in illum credatis, sed ẽt vt pro illo patiamini. [Ibi dabo tibi vbera mea] Vbera ecclesiæ sancti sunt Doctores, qui fideles primum ad fidem erudiunt. Ibi dabo tibi (o sponsa) vbera mea. Cum inquit ad vineam exierimus, ibi dabo tibi vbera mea, hoc est spũales tibi filios generabo. Vnde adhuc sequit. [Mandragoræ dederunt odorem suum in portis nostris] Mandragora herba est aromatica, cuius radix similitudinẽ habet humani corporis. Poma eius optimi sunt odoris in similitudinẽ pomi matiani, qđ nostri, malum terræ vocant, herba rebus medicinalibus aptissima est. Nam ferunt eos qui incommodo vigiliarum laborant, haustu huius pomi leuari, & posse dormire. Item ferunt eos, qui ob curam secandi sunt, si exteriorem huius pomi corticem biberint, non sentire sectionem vel adustionem, quæ oĩa si quis mystice discutere voluerit, spũales sensus & ecclesiæ cõuenientes ibi inueniet. Dicit ergo. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Portæ ecclesiæ sunt Apostoli & eorum successores, quia nemo ciuitatẽ Dei .i. ecclesiã intrat, nisi per sanctos Doctores aqua baptismatis regeneratus, & vitali doctrina instructus fuerit. De his portis, Psalmista dicebat, Psl. 86. Diligit Dñs portas Sion, super oĩa tabernacula Iac. 86. Mandragorę, fragrantiam virtutũ designant. In portis aũt ecclesiæ mandragoræ odorem dederunt, quia Apostoli vel eorum successores famã suauissimæ opinionis & odorẽ virtutũ longe lateq; sparserunt. Ideoq; inuitat sponsum suum vt veniat, quia iam nomen eius longe lateq; per Apostolos annuntiatur, & odor prædicationis eius vbique dispergitur [Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruaui tibi] Idest, præcepta vel promissa veteris testamenti & noui. Sciebat .n. oĩa quæ in veteri testamento annuntiata sunt, nõ nisi per Christum & in Christo posse compleri. Ideoq; dicebat. Tibi seruaui poma noua & vetera, hoc est te expecto vt p̃ te impleantur

tur

tur in nouo testamento quæ prædicta sunt in veteri. Vnde & in passione sua iam pendens in cruce cum gustasset acetum dixit, Ioã.19. Consumatum est. Et post resurrectionem suã dixit Apostolis. Luc.24. Necesse est.n. impleri oía quæ scripta sunt in lege & Prophetis de me. Pñt ẽt noua poma & vetera, iustorũ personę intelligi, quæ vel in veteri testamẽto vel in nouo fuerunt. Dicit ergo ecclesia. Seruaui tibi poma noua & vetera .i. iustos q vel in veteri testamẽto præcesserunt, vel in nouo subsecuti sunt. Tibi seruaui vt per te præmia suorũ laborum reciperent. Nullus.n. iustorum regnum cælorũ intrare valuit, nisi per Christum, quia ipse primum ascendit, & sequentibus membris suis cælum aperuit.

CAP. VIII.

Vis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniã te solum foris, & deosculer, & iã me nemo despiciat? Apprehẽdam te & ducam in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustũ malorũ granatorum meorũ. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Hierusalem, ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitijs affluens, innixa super dilectum suũ? Sub arbore malo suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Ponē me vt signaculũ super cor tuum, vt signaculũ super brachiũ tuũ, qa fortis est vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio. Quia inquit sub arbore malo suscitaui te, hoc est quia passione in cruce te redemi, pone me vt signaculum super cor tuum, hoc est habeto me semper in memoriam, & ne obliuiscaris quanta pro tua salute pertulerim. Pone me inquit, vt signaculum super cor tuum per fidem, pone me vt signaculum super brachium tuum per dignam operationem. Nam & nos qñ aliquid rememorari nobis volumus, signaculum digito vel brachio imponere solemus, vt illo admoniti, rei quam curam habemus recordemur. Et nos vt signaculum super cor & brachium Christi imponere debemus, vt eius memoriã semper habeamus, & vt recte in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exornemus: quod si fecerimus, ipse quoque nos velut signaculum assumet, & nostri recondabitur iuxta quod Zorobabel iudici Iudęæ repromittit Aggæi.2. In illã die suscipiam te Zoroba bel serue meus, & ponã te sicut signaculũ in cõspectu meo. Nã si nos beneficiorũ eius obliti fuerimus, nec ei dignas gratiarũ actiones retulerimus, ipse quoque nostri obliuiscetur: sicut de impio rege Iechonia dicit. Hier.22. Si fuerit Iechonias anulus ĩ dextera manu mea, inde euellã eũ. [Qua fortis est, vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio.] Dilectio Christi fortis est vt mors. Sicut.n. mors aĩam a corpore separat, vt iã nihil cõcupiscere, nihil in præsenti vita homini liceat ambire, ita dilectio Christi quem vere peruaserit totum sæculo huic mortificat, & quasi insensibilem reddit, solumque Christo viuens, mundo mortuus est. Idem sensus est cum dicit. Dura vt infernus æmulatio. Nam nullæ nus eos quos semel recipit numquàm restituit, sed semper retinet, ita verus Christi amor quem semel receperit, numquàm dimittit. Vnde Apostol. dicit, Ro.8. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an fames, an angustia, an gladius? Sed & de dilectione Christi hoc potest accipi, cuius dilectio fortis fuit, vt mors, quia intantũ nos dilexit, vt immortalis pro nobis mortem susciperet. Dura fuit æmulatio eius, vt infernus, quia sicut infernus nescit misereri aut a pœnis reorum mitigare, sic Christi dilectio non potuit cessare, aut vllis improbitatibus persecutorum remoueri ab amore humani generis. Quidam hoc, quod dicitur dura est vt infernus æmulatio ad synagogam referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidebat saluti illarum. Monet ergo eam Christus hæc dicens, vt ab inuidia cesset & saluti ecclesiæ congaudeat [Lampades eius lampades ignis atque flammarum] Lampades eius, s. dilectiones, præcordia sunt sanctorum, in quibus veluti in vasis dilectio inhabitat. Hæ ergo lãpades ignis sunt, quia in corde ardent per amorem. Lampades vero flãmãrum, quia exterius lucent per operationem [Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illã] Aquæ & flumina sunt violentæ persecutorum minæ, vel etiam blandimẽta quibus sanctos a charitate Dei separare nituntur. De quibus dñs in euãgelio dicit Mat.7. loquens de viro qui ædificauit domũ suam supra petram, qꝫ venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit. Aquæ ergo multæ nõ potuerunt extinguere charitatem, quia nulla tribulatio, nulla angustia sanctos a charitate Dei separare valebit [Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam] Hic versiculus non eget expositione. Nam nullæ huius mundi substantiæ, nullæ opes, comparatione dilectionis aliquid sunt. Legimus quosdam sanctos sua dedisse pro amore Christi: sed tn nihil sibi videbantur dimittere in comparatione charitatis quam emebant, vnde Apostolus cum non solum terrenam substantiã, sed & paternas traditiones dimitteret pro Christo, dicebat, Phil.3. Hæc omnia contemno & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, idest, amorem illius acquiram [Soror nostra parvula & hubẽra nõ habet. Quid faciẽ sorori nostræ in die quando alloquenda est?] Vox dilecti synagogam alloquentis est pro ecclesia gentium. Soror inquit nostra .i. gentium ecclesia, parua est, & hubera nõ habet. Ex magna dilectione dilectus communicato cum synagoga nomine dicit, Soror nostra. Quia.n. ex Iudæis carnem assumpsit, ideo se quasi synagogæ cõparauit & exequar. Paruula inquit est soror nostra. Sicut alicuius hominis ætas describitur, sic etiam ætas ecclesię. Parua.n. adhuc erat ecclesia de gentibus congregata sub ipsis dñi & Apostolorum temporibus, qa & paruitate credentium parua existebat, & hubera nec dũ habebat .i. nequaquã prædicando spiritualis Deo filios generare valebat. Dicit ergo quasi consiliũ synagogæ requirens. Quid faciemus sorori nostræ, in die qñ alloquenda est? Allocutio ecclesiæ est, vel cum intrinsecus occulta inspiratione, vel exterius aperta prædicatione admonet Deus animam vniuscuiusque fidelis. Et est sensus. Qñ per Apostolos meos allo quar ecclesiam de gentibus congregatam, quid faciemus? Idest quo modo illi præcepta cælestia committemus, vtrum videlicet quæque minima, an quo maior efficiatur, perfectiora illi secreto rum cælestium mysteria trademus? Nam Deus omnipotens pro mensura & capacitate mentis humanæ temperat verbum prædicationis, considerans vires & capacitatem auditoris. Sed synagoga tacente, ipse pro ea respondit [Si murus est ædificemus super eum propugnacula argentea, si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis] Si inquit soror nostra est murus, ædificemus super eam propugnacula argentea, ac si diceret. Cũ cæperint Apostoli mei prædicare ecclesiæ de gentibus congregatæ, si tales fuerint auditores qui merito perfectionis murus appellari possint, dum videlicet vel ingenio naturali præditi, vel philosophica eruditione præstantes, quasi alienos defendere & munire pñt vt defendit murus, ædificemus super hunc talem murum, propugnacula argentea, addamus illis eloquia diuinarum scripturarũ. Nam Psalmista dicit 118. Eloquia dñi eloquia casta, argentũ igne examinatum. Si vero tales fuerint auditores, qui nequaquam hostibus resistere possint, nec tela cõtraueniẽtia repellere: sed fuerit velut ostium, vt simplicia annuntiantes possint aliquos ad ecclesiam & ad fidem adducere, quales sunt sacerdotes minoris gradus, qui baptizando in ecclesia & diuinis mysteriis initiando, homines in ecclesia introducant, compingamus illud ostium tabulis cedrinis .i. proponamus eis exempla præcedentium patrũ, qui qui veluti cedri, imputribilia videlicet ligna immarcescibilia opera habent & veluti tabulæ scientiæ & charitatis latitudine diffusi sunt. Latitudo.n. tabularum latitudinem cordis vel scientiam significat dicente Psalmista 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. His ergo cedrinis tabulis .i. sanctorum exemplis compingamus illud ostium, vt videlicet eorũ innitendo exemplis aliis ecclesiam introeundi, veluti ostiũ ianuã pandant [Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens] Vox ecclesiæ, quæ cum audisset pro sua salute consulentem dilectum suum, ipsa læta respondet. Ego murus sum, & vbera mea sicut turris. Ego inquit murus, qa ego supra firmam petram fundata sum, & glutino diuinæ charitatis solidata. Siue murus sum, quia de viuis lapidibus & electis, hoc est sanctis sum ædificata. Et vbera mea sicut turris, quia tales intra me contineo, qui vice vberum alios nutrire pñt spirituali doctrina, & vice muri & turris defendere & munire, quodque sicut turres muniunt & defendunt, ita merito doctrinæ & conuersationis inter reliqua membra præcellunt. Hoc autem non meis meritis, neque libertate mei arbitrii habeo: sed dono & gratia sponsi mei, Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Idest, ex quo ille suum sanguinem pro me fudit, & repropitiando mihi Deum patrem, dissoluit inimicitias quæ erant inter Deum & hominem, mihique cælestia pacificauit. Ex quo ergo hanc pacem reperi, murus esse & habere hubera vice turrium merui [Vinea fuit pacifico] idest, dilecto meo, qui verus est pacificus, quia per eum pacificata sunt omnia quæ sunt in cælis & quæ in terra, Inde a Propheta, pater futuri sæculi princeps pacis appellatur. Esa.9. In cuius veri pacifici typum, Salomon, idest, pacificus author huius carminis præcessit. Huic ergo fuit vinea videlicet sancta ecclesia [Quæ habet populos] Hoc dicit vt se de ecclesia gentium, non de synagoga ostenderet canere. Nam synagoga vnius tm gentis fuit. Ecclesia vero habet populos, quia omnes gentes intra capacissimum suum gremium recepit [Tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos] Custodes huius vineæ, idest, sanctæ ecclesiæ

CAP. VIII.

EX his verbis intelligitur totum hoc carmen diuinum esse & spũale, & nihil in se habere, qđ iuxta literã intelligi possit. Quæ.n. amatrix vnquàm optauit, vt is quem diligit paruulus, efficiatur eius frater, & in infantem versus sugat vbera matris? Est ergo vox illius ecclesiæ quæ aduentũ Christi præcessit, quã synagogam .i. congregationẽ appellamus [Quis inquit de te fratrem meum sugentem vbera matris meæ?] Et est sensus. Tu qui modo es, in sinu patris, quis det vt homo efficiaris, & particeps ac consors naturæ meæ existens, frater meus appelleris? Nã ipse fratrem se Apostolorum vocare dignatus est, dicens per Psalmistam 21. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et post resurrectionẽ mulieribus, Io.20. Ite inquit nuntiate fratribus meis &c. Sugentẽ inquit vbera matris meæ, hoc est implentẽ oía quæ naturæ humanæ conueniunt excepto pctõ. Nam mater synagogæ, hoc in loco ipsa humana natura intelligitur de qua ipsa quoque synagoga exorta est [Vt inueniam te foris] hoc est vt hoiem factũ in aperto videam. Quasi.n. intus erat adhuc Deus cũ in sinu paternæ maiestatis lateret, sed foris inuentus est, cum homo factus, visibilem se hoibus præbuit, & incomprehensibilis voluit comprehendi [Et deosculer & iam nemo me despiciat] & deosculer te inquit. Idest, aperta visione te aspiciam quem nunc totum in fide teneo. Hoc est osculum, qđ in initio carminis optabat dicens. Osculetur me osculo oris sui .i. per semetipsum veniat & mihi appareat. Quasi.n. per Prophetas osculabatur eã dilectus, cum aduentũ suum per eos redemptionem repromitteret. Optat ergo vt per semetipsum aduenieus illam osculetur, hoc est in carne præsentiã exhibeat [Et iam me nemo despiciat] Quasi.n. despecta erat iã synagoga, anteq̃ Christus veniret, quia legalibus obternationibus dedita sub typo & figura cum veritate aduentũ Christi prænuntiabat. Sed postq̃ Christus apparuit, & aduentus sui gratia mũdum illustrauit, iam nemo despexit ecclesiam, quinimo terribilis vt castrorum acies hostibus suis fuit, quia per vniuersum mundum Christum prædicauit & mundanum imperium sibi subdidit. Nec mirum videri debet, si ante ecclesiam synagogam dicimus. Vna est.n. ecclesia in præcedentibus & in sequentibus patribus [Apprehendam & introducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis] Mater ecclesia hoc loco cælestis illa Hierusalẽ intelligitur, de qua Paulus, Gal.4. Illa aũt quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Ducam inquit te in domum matris meæ .i. prosequar te reuertentem in cælum post peractum incarnationis tuæ & passionis mysteriũ. Ducam aũt hic pro eo, qđ est deducam & prosequar accipitur, quia ascendentem Dñm in cælis, Apostoli oculis deduxerunt, Act.1. Et quousq; eum nubes suscepit, pio aspectu prosecuti sunt, donec angeli astantes dixerũt, Viri Galilæi, & reliqua. Ibi docebis me, cũ in cælo receptus fueris, & me quoque tecum in cælũ assumpseris, ibi me docebis: hoc ad superiora refertur vbi, dr. Inueniam te foris. Cum inquit te foris inuenero, hoc est cum te in assumpta carne aspexero, ibi docebis me, quia ad oía quæ interrogare voluero respondebis. Nã ẽt sæpe volentes Apostolos interrogare Dñs præueniebat eosq; instruebat. Potest & ad hunc locum iungi, vbi dicit. Ducam te in domum matris meæ, ibi me docebis, & in oẽm veritatẽ induces, qđ impossibile est hoi in pñti vita posse cõsequi. Hinc est, qꝫ Dñs Apostolis repromittit dicens, Ioã.16. Venit hora, cũ iam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. Ergo ibi me docebis .i. ibi te & patrem aperta visione reuelabis, ibi te, hoc est diuinitatem tuam mihi facie ad faciem ostẽdes [Et dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum] Per vinũ, feruor charitatis & dilectionis intelligitur. Dabo tibi inquit vinum, hoc est ostendã, quàm feruentissima charitate diligam. Et hoc vinũ non simplex erit, sed conditum odoribus, bonis videlicet operib⁹ & virtutibus. Nam amor Dei (sicut B. Greg. dicit) nũquàm otiosus est. Operatur.n. magna si est, si .n. operari renuit, amor non est. Vinũ ergo conditum, est dilectio, cum operatione. Vnde & Dñs in Euangelio, Io.14. Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Probatio dilectiõis, exhibitio est operis. Et mustũ malorũ granatorũ meorũ. Malũ granatum idem, quod & malũ punicũ. Dicitur aũt malũ punicũ granatum, eo qꝫ multitudine granatorum sit plenũ. Malum punicum vero, eo qꝫ in Aphrica plurimũ abũdet. Punica.n. ipsa est Aphrica. Habet aũt corticẽ sanguineũ coloris, & ideo (vt sæpe dictũ est) figurã tenet Dñicæ passionis. Mustum ergo malorum granatorum, est dilectio martyrum qui intantũ dilexerunt Deũ, vt pro illo mori non dubitarent. Et bene mustum dicit, & non aliud poculum, quia mustum feruentissimũ est, ita vt nimio feruore oẽm sordem de se excoquat & expurget. Dabit ergo ecclesia dilecto multum malorum granatorũ suorum .i. ostendet in passionibus sanctorum martyrum quanta charitate Christum diligat [Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me] Per leuam (vt B. Greg. dicit) oía prospera præsentis vitæ accipiuntur, per dexteram vero futura beata vita cæli accipitur. Leua ergo Ipõsi ecclesia sub capite habet, & dextera eius illam amplexatur, quia quęcumq; prospera præsentis sæculi pro nihilo deputat, cuncta quæ tẽporaliter arrident despicit, dum ad solam supernę beatitudinis visionem tendit, dũ illam solummodo amplexari desiderat [Adiuro vos filiæ Hierusalem per capreas ceruosque camporum, vt non suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit] Habet ecclesia quosdam in se qui baptismo Christi sunt regenerati, & nomine Christianitatis titulati, moribus tñ & conuersatione sæculo seruiunt, & ecclesiam suauissima quiete sopitam inquietare aeq; ad perferendos tumultus sæculi excitare nituntur. Hi ergo tales pp gratiam mysteriorum Christi quam perceperunt, Filiæ Hierusalem appellantur in hoc loco: cum tñ moribus contraria agant. Et adiurat eas sponsus, ne suscitent neq; euigilare faciant dilectã, hoc est ne illam in somno dulcissimæ quietis positam .i. contemplatione sui conditoris, sua inquietudine excitent & ad solicitudines & curas sæculi euigilare compellant. Donec ipsa velit, hoc est donec peracto officio debitæ seruitutis, qđ in Psalmis hymnis & canticis spũalibus exhibet Deo, admoneatur tm̃ cura corporeæ fragilitatis ad ea quæ sunt sæculi redire [Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitiis affluens innixa super dilectũ suum?] Vox synagogæ admirantis ecclesiam de gentibus congregatam. Quæ est ista inquit .i. qualis est & quanti meriti, quæ ascendit de deserto? derelicta.n. fuerat a Deo per idolatriam & veritatis ignorantiam. Ascendebat ergo virtutũ gradibus de deserto, hoc est de errore infidelitatis, in quo ad tps derelicta fuerat. Delitiis affluens, hoc est virtutibus abundans. Innixa inquit super dilectum suum .i. fiducialiter in Christo agens, & oẽs virtutes suas, & cuncta bona ad eius gratiam referens. Sciebat.n. se nihil suis viribus implere posse: ideoque cum Apostolo dicebat, 1.Cor.15. Gratia Dei sum id, qđ sum. Et notandum qꝫ dicit, super dilectũ suum. Nam synagoga, solam se putabat habere cognitionẽ Dei cæteris gentilibus in ignorantia Dei constitutis. Notus.n. (vt ait Psalmista) in Iudæa Deus, Ps.75. Sed ita mirãti synagogę rndet ipse sponsus & dilectus per id, qđ sequitur [Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua] Arborem malum crucem dñicã debemus accipere, sub qua arbore suscitata est synagoga, quia ipsa a præuaricatione originalis pctĩ & a potestate diaboli per crucem Christi redempta est. Ibi suscitata est, quæ peccatis erat mortua. Et bene arborem mali dicit. Nam & supra huic arbori Christũ comparauit dicens. Sicut malum inter lingua syluarum, sic dilectus meus inter filias. Ibi corrupta est mater tua, & violata genitrix tua. Matrem & genitricem synagogæ maiorem & principalem plebem Iudaicæ partis dicit, quales erant Scribæ & Pharisæi, qui Christum Pilato tradiderunt, qui reliquam plebem tamquàm mater, & genitrix regere debebant & erudire, quales erant illi qui suadentibus ipsis principibus improbe acclamabant Crucifige eum. Hæc ergo mater synagoga sub arbore malo corrupta & violata est, qñ se suoque posteros crudeli maledictione cõstrinxit dicens. Mat.25. Sanguis eius sup nos, & sup filios nros. Nã & isti sub cruce Christi erant, licet non fide & deuotione: tñ crudelis vindictæ sibi & suis posteris imprecatione [Pone me vt signaculũ super cor tuum, vt signaculũ super brachiũ tuũ, qa fortis est vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio] Quia inquit sub arbore malo suscitaui te, hoc est quia passione in cruce te redemi, pone me vt signaculum super cor tuum, hoc est habeto me semper in memoriam, & ne obliuiscaris quanta pro tua salute pertulerim. Pone me inquit, vt signaculum super cor tuum per fidem, pone me vt signaculum super brachium tuum per dignam operationem. Nam & nos qñ aliquid rememorari nobis volumus, signaculum digito vel brachio imponere solemus, vt illo admoniti, rei quam curam habemus recordemur. Et nos vt signaculum super cor & brachium Christi imponere debemus, vt eius memoriã semper habeamus, & vt recte in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exornemus: quod si fecerimus, ipse quoque nos velut signaculum assumet, & nostri recondabitur iuxta quod Zorobabel iudici Iudęæ repromittit Aggæi.2. In illã die suscipiam te Zoroba bel serue meus, & ponã te sicut signaculũ in cõspectu meo. Nã si nos beneficiorũ eius obliti fuerimus, nec ei dignas gratiarũ actiones retulerimus, ipse quoque nostri obliuiscetur: sicut de impio rege Iechonia dicit. Hier.22. Si fuerit Iechonias anulus ĩ dextera manu mea, inde euellã eũ. [Qua fortis est, vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio.] Dilectio Christi fortis est vt mors. Sicut.n. mors aĩam a corpore separat, vt iã nihil cõcupiscere, nihil in præsenti vita homini liceat ambire, ita dilectio Christi quem vere peruaserit totum sæculo huic mortificat, & quasi insensibilem reddit, solumque Christo viuens, mundo mortuus est. Idem sensus est cum dicit. Dura vt infernus æmulatio. Nam nullæ nus eos quos semel recipit numquàm restituit, sed semper retinet, ita verus Christi amor quem semel receperit, numquàm dimittit. Vnde Apostol. dicit, Ro.8. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an fames, an angustia, an gladius? Sed & de dilectione Christi hoc potest accipi, cuius dilectio fortis fuit, vt mors, quia intantũ nos dilexit, vt immortalis pro nobis mortem susciperet. Dura fuit æmulatio eius, vt infernus, quia sicut infernus nescit misereri aut a pœnis reorum mitigare, sic Christi dilectio non potuit cessare, aut vllis improbitatibus persecutorum remoueri ab amore humani generis. Quidam hoc, quod dicitur dura est vt infernus æmulatio ad synagogam referunt, quæ gentes æmulabatur, & inuidebat saluti illarum. Monet ergo eam Christus hæc dicens, vt ab inuidia cesset & saluti ecclesiæ congaudeat [Lampades eius lampades ignis atque flammarum] Lampades eius, s. dilectiones, præcordia sunt sanctorum, in quibus veluti in vasis dilectio inhabitat. Hæ ergo lãpades ignis sunt, quia in corde ardent per amorem. Lampades vero flãmãrum, quia exterius lucent per operationem [Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illã] Aquæ & flumina sunt violentæ persecutorum minæ, vel etiam blandimẽta quibus sanctos a charitate Dei separare nituntur. De quibus dñs in euãgelio dicit Mat.7. loquens de viro qui ædificauit domũ suam supra petram, qꝫ venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit. Aquæ ergo multæ nõ potuerunt extinguere charitatem, quia nulla tribulatio, nulla angustia sanctos a charitate Dei separare valebit [Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam] Hic versiculus non eget expositione. Nam nullæ huius mundi substantiæ, nullæ opes, comparatione dilectionis aliquid sunt. Legimus quosdam sanctos sua dedisse pro amore Christi: sed tn nihil sibi videbantur dimittere in comparatione charitatis quam emebant, vnde Apostolus cum non solum terrenam substantiã, sed & paternas traditiones dimitteret pro Christo, dicebat, Phil.3. Hæc omnia contemno & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam, idest, amorem illius acquiram [Soror nostra parvula & hubẽra nõ habet. Quid faciẽ sorori nostræ in die quando alloquenda est?] Vox dilecti synagogam alloquentis est pro ecclesia gentium. Soror inquit nostra .i. gentium ecclesia, parua est, & hubera nõ habet. Ex magna dilectione dilectus communicato cum synagoga nomine dicit, Soror nostra. Quia.n. ex Iudæis carnem assumpsit, ideo se quasi synagogæ cõparauit & exequar. Paruula inquit est soror nostra. Sicut alicuius hominis ætas describitur, sic etiam ætas ecclesię. Parua.n. adhuc erat ecclesia de gentibus congregata sub ipsis dñi & Apostolorum temporibus, qa & paruitate credentium parua existebat, & hubera nec dũ habebat .i. nequaquã prædicando spiritualis Deo filios generare valebat. Dicit ergo quasi consiliũ synagogæ requirens. Quid faciemus sorori nostræ, in die qñ alloquenda est? Allocutio ecclesiæ est, vel cum intrinsecus occulta inspiratione, vel exterius aperta prædicatione admonet Deus animam vniuscuiusque fidelis. Et est sensus. Qñ per Apostolos meos allo quar ecclesiam de gentibus congregatam, quid faciemus? Idest quo modo illi præcepta cælestia committemus, vtrum videlicet quæque minima, an quo maior efficiatur, perfectiora illi secreto rum cælestium mysteria trademus? Nam Deus omnipotens pro mensura & capacitate mentis humanæ temperat verbum prædicationis, considerans vires & capacitatem auditoris. Sed synagoga tacente, ipse pro ea respondit [Si murus est ædificemus super eum propugnacula argentea, si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis] Si inquit soror nostra est murus, ædificemus super eam propugnacula argentea, ac si diceret. Cũ cæperint Apostoli mei prædicare ecclesiæ de gentibus congregatæ, si tales fuerint auditores qui merito perfectionis murus appellari possint, dum videlicet vel ingenio naturali præditi, vel philosophica eruditione præstantes, quasi alienos defendere & munire pñt vt defendit murus, ædificemus super hunc talem murum, propugnacula argentea, addamus illis eloquia diuinarum scripturarũ. Nam Psalmista dicit 118. Eloquia dñi eloquia casta, argentũ igne examinatum. Si vero tales fuerint auditores, qui nequaquam hostibus resistere possint, nec tela cõtraueniẽtia repellere: sed fuerit velut ostium, vt simplicia annuntiantes possint aliquos ad ecclesiam & ad fidem adducere, quales sunt sacerdotes minoris gradus, qui baptizando in ecclesia & diuinis mysteriis initiando, homines in ecclesia introducant, compingamus illud ostium tabulis cedrinis .i. proponamus eis exempla præcedentium patrũ, qui qui veluti cedri, imputribilia videlicet ligna immarcescibilia opera habent & veluti tabulæ scientiæ & charitatis latitudine diffusi sunt. Latitudo.n. tabularum latitudinem cordis vel scientiam significat dicente Psalmista 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. His ergo cedrinis tabulis .i. sanctorum exemplis compingamus illud ostium, vt videlicet eorũ innitendo exemplis aliis ecclesiam introeundi, veluti ostiũ ianuã pandant [Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens] Vox ecclesiæ, quæ cum audisset pro sua salute consulentem dilectum suum, ipsa læta respondet. Ego murus sum, & vbera mea sicut turris. Ego inquit murus, qa ego supra firmam petram fundata sum, & glutino diuinæ charitatis solidata. Siue murus sum, quia de viuis lapidibus & electis, hoc est sanctis sum ædificata. Et vbera mea sicut turris, quia tales intra me contineo, qui vice vberum alios nutrire pñt spirituali doctrina, & vice muri & turris defendere & munire, quodque sicut turres muniunt & defendunt, ita merito doctrinæ & conuersationis inter reliqua membra præcellunt. Hoc autem non meis meritis, neque libertate mei arbitrii habeo: sed dono & gratia sponsi mei, Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Idest, ex quo ille suum sanguinem pro me fudit, & repropitiando mihi Deum patrem, dissoluit inimicitias quæ erant inter Deum & hominem, mihique cælestia pacificauit. Ex quo ergo hanc pacem reperi, murus esse & habere hubera vice turrium merui [Vinea fuit pacifico] idest, dilecto meo, qui verus est pacificus, quia per eum pacificata sunt omnia quæ sunt in cælis & quæ in terra, Inde a Propheta, pater futuri sæculi princeps pacis appellatur. Esa.9. In cuius veri pacifici typum, Salomon, idest, pacificus author huius carminis præcessit. Huic ergo fuit vinea videlicet sancta ecclesia [Quæ habet populos] Hoc dicit vt se de ecclesia gentium, non de synagoga ostenderet canere. Nam synagoga vnius tm̃ gentis fuit. Ecclesia vero habet populos, quia omnes gentes intra capacissimum suum gremium recepit [Tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos] Custodes huius vineæ, idest, sanctæ ecclesiæ

ecclesiæ sunt Prophetæ & Apostoli Apostolorumq; successores. Siue etiam custodes sunt angelicæ virtutes, quæ ab incursibus tentationum & dæmonum ecclesiam custodiunt, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Omnes viros fortes dicit & perfectos. Nam vir a virtute vocatur. Fructus ecclesiæ est cælestis vitæ remuneratio, pro qua sancta ecclesia in præsenti laborare non cessat. Mille autē argentei quos pro fructu vir affert, significant omnia quę in hoc mundo possideri possunt. Millenarius enim numerus, pro summa perfectione & plenitudine ponitur. Vir ergo pro fructu huius vineæ mille affert argenteos, quia sancti omnia sua relinquunt & pauperibus erogant, vt fructus huius vineæ, hoc est supernam mercedem consequantur. Tale est vt illud quod dominus in euangelii parabola dicit, Matth. 13. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, & reliqua [Vinea mea coram me est] Vox sponsi. Tu inquit dicis quia vineam meam tradidi custodibus, tamen vinea mea semper coram me est, quia licet eam custodibus meis commiseram, ego tamen semper curam illius habeo, nec pro illa solicitus esse desisto: sed sum cū illa vsq; ad consumationem sæculi [Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius] Mille tui subaudi argentei, quos pro vineæ dedisti fructu, pacifici tibi sunt, quasi diceret. O anima fidelis, noli dubia esse pro æterna mercede pro qua tua omnia dimisisti, quia mille argentei tibi pacifici sunt, id est, manet pro te illa certa remuneratio, & verum inde fructum consecuta es, & ducenti subaudi argentei pacifici sunt subaudi his, qui custodiunt fructus meos. Sicut per millenarium plenitudo perfectionis, sic etiam per centenarium summa perfectio designatur, quia centenarius de leua in dexteram trāsfertur. Ducenti ergo argentei, qui de duplicatis sunt centenariis, significant eos qui doctrina & operatione perfecti sunt, qui iuste & pie viuendo, semetipsos custodiunt, & etiam prædicando alios conuertunt. His ergo talibus ducenti argentei pacifici sunt, quia duplicata in cælis eis manet remuneratio, de qua videlicet per Dan. 12. dicitur. Et qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebūt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hos.n. dupliciter iubet Apostolus honorari dicens. 1. Tim. 4. Presbyteri qui in vobis sunt, duplici honore digni habeantur, maxime qui præsunt vobis & laborant in verbo [Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam] Vox dilecti sponsam ecclesiam alloquentis. O ecclesia quæ habitas in hortis, idest, quæ excolendis virtutum germinibus insistis. Hortus etenim sponsi ipsa ecclesia est, quia vt superius lectum est, crebro se promittit eam in hortis visere. Ergo ecclesia in hortis habitat, qui plantaria virtutum assiduæ nutrit. Nec transitorie quasi postmodum recessura ibi tugurium ponit: sed fixa statione ibi habitat. Fac me inquit audire vocem tuam, idest prædica euangelium, præceptaque meæ legis simul,

Tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici & ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum, super montes aromatum.

F & promissionem cælestium præmiorum annuntia. Hoc.n. mihi iucundum & delectabile est, vt audiam vocem tuam, hoc est vt audiam te verba salutis æternæ annuntiantem. Sed & amici auscultant, idest, angelici spiritus vocem tuam delectantur audire, quos tibi amicos feci per effusionem sanguinis mei, tuosque aduitores ac protectores contra malignos spiritus institui. Siue amici, idest, spiritus iustorum auscultāt, quos de tuo cætu ad me in cælestibus assumpsi. Et ipsi.n. de tua prædicatione & fratrum salute congaudent. Respondet confestim ipsa sponsa dilecto suo [Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum] Mira responsio. Inuitatur ad prædicandum, vt sponsus audiat vocem eius. Illa vero hortatur sponsum suum vt fugiat. Sed magna est mysterii consequentia. Nam superius prædicta fuerat Christi natiuitas, cum dixit, quis det te fratrem meū sugentem hubera. Prædicta eriā fuerat eius passio, vbi dictum est, Sub arbore malo suscitaui te. Nunc consequēter hortatur sponsum vt fugiat, hoc est velocissime per ascensionem ad patrem redeat. Et est sensus. Iubes me prædicare, vis vocem meam audire. Fuge dilecte mi, idest, impleto incarnationis & passionis tuæ mysterio reuertere ad cælum, vt non iam te sicut hominem, sed sicut Deum super omnia cogitare incipiam. Tunc.n. audies vocem meam, quia tunc liberius prædicabo omni mundo. Et hoc est, quod Dominus in Euangelio dicit, Io. 16. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Expediebat.n. Apostolis & omni ecclesiæ, vt Christus rediret, idest, præsentiam temporalem absentaret, quia dum in corpore præsens erat, non poterant eum spiritualiter amare, & nō poterant eum quem hominem cernebant, vt Deum inuisibilem & vbique præsentem cogitare. At postquām cælos ascendit, cœpit eum ecclesia spiritualiter diligere, & sicut Deum iam cogitare & prædicare. Et hoc est, quod Apost. ait. 2. Cor. 5. Et si nouerамus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus eum. Ergo dilecte mi, si vis me ita prædicare, refuge, idest, recede ad cælestia, & qui fuisti comprehensibilis per humanitatem, efficere incomprehensibilis per diuinitatē. Verūtamen ne me in præsenti sine tua visitatione relinquas, mihique te penitus subtrahas, similis esto capreæ hinnulo; ceruorum, super montes aromatum. Sicut inquit capreæ & hinnuli ceruorum indomita animalia humanum consortium fugiunt, tamē crebrius in montibus videntur, sic & tu post tuam ascensionem licet inuisibilis sis, dignare mihi tamen sæpius dono tuæ gratiæ apparere. Et hoc super montes aromatum. Montes enim aromatum sancti Dei sunt, excellentia sanctæ conuersationis, & cælo proximi, & odore ac fama virtutum longe lateque fragrantes. Hinc & Apostolus de se sibiq; similibus dicit, Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Et alibi. 2. Cor. 14. Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco.

FINIS.

Series Chartarum:

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T.

Omnes sunt Quaterniones.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN ESAIAM PROPHETAM EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

CRIBE visum & explana eum super tabulas, & percurrat qui legerit eum, quia adhuc visus procul & apparebit in finem.] Abach. 2. Ex verbis istis, tria possunt accipi circa librum Esaię prophetæ, quem præ manibus habemus, scilicet author, modum, & materia. Circa primum tria ponuntur, scilicet author, authoris minister & ministri officiū siue donū. Author ostēditur in dicentis imperio. Vnde præmittitur. Et respondit mihi dominus, & dixit. [Scribe visum.] Author enim scripturæ sacræ, spiritusſanctus est infra 48. Nunc misit me dominus & spiritus eius. Spiritus enim est qui loquitur mysteria, sicut dicitur. 1. Corinth. 14. Minister ostendit in scribentis actu. Dicit enim, [scribe.] Fuit autem lingua prophetę organum Spiritusſancti, sicut in Psal. 45. dicitur. Lingua mea calamus scribe, velociter scribentis. 1. Corinth. 3. Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus. Minister eius cui credidistis. Officiū vero ministri ostenditur in uisionis priuilegio. Dicit enim. [visum.] Qui enim hodie dicitur, propheta, olim uocabatur uidens, sicut. 1. Reg. 9. dicitur. Et Numeri, 12. dicitur. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in uisione apparebo ei, uel per somnium loquar ad illum. Sic igitur patet author, sed modum ostendit in hoc, quod sequitur. [Et explana.] Modus enim istius prophetiæ planus est & apertus. Vnde ut dicitur in prologo. Non uidetur uaticinari de futuris, sed magis de præteritis historiā texere. Et circa hoc tria ponuntur, scilicet visionis explanatio, explanationis ratio, & utilitas consequens. Primum ostenditur in hoc, quòd dicit. [Explana eum.] Explanantur autem ab eo visus siue uisio, tribus modis. Primo, per similitudinis adaptationem. Secundo, per sententiæ expressionem. Tertio, per uerborum uenustatem. Et in his tribus, iste propheta alios prophetas excellit. Ponit.n. pulchras & curiales similitudines, quæ quidem sunt necessariæ nobis, propter connaturalitatem sensus ad rationem. Est enim naturale rationi nostræ, accipere a sensibilibus, unde perspicacius capit ea quorum similia ad propositum uidet. Vnde Dionysius in epistola ad Titum secunda, demonstrat, quòd necessariæ sint sensibiles figuræ in scripturis dicens. Quicumque plana cum audierint, in seipsis componunt figuram quandam ad intellectū theologiæ ipsos manuducentem. Et Oseæ. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Excellit etiam in expressione sententiæ, vt uideatur non prophetiam, sed euangelium texere, ut dicitur in prologo galeato. Prouer. 9. Lingua sapientium ornat scientiam. Sed explanationis tangitur consequenter ratio, cum dicit. [Super tabulas.] Sunt enim tabulæ legis, sunt tabulæ lapidei cordis, & sunt tabulæ mollis & carnei cordis. 2. Cor. 3. Epistola nostra uos estis, scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis carnalibus: primæ tabulæ legis scriptæ fuerunt digito dei, sicut dicitur. Exo. 21. Et ideo scriptura est profunda, & obscura, & plena multis mysteriis. Vnde oportuit superscribi illis tabulis digito hominis planam propheriam, ad explanādum. infra. 7. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. Sed secundis tabulis, scilicet cordibus lapideis superscribi oportuit, plane ad confutandum. Matth. 15. Bene prophetauit de uobis Esaias dicēs. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sed tertiis tabulis, scilicet cordibus carnalibus, oportuit plane superscribi ad instruendum. Esdræ 8. Signate in libro dei distincte, & aperte ad intelligendum. Et sequitur, & intellexerunt cum legeretur. Vtilitas autem explanationis, ostenditur in hoc, quod sequitur. [Vt percurrat.] Percurrere enim, est expedite in finē currēdo deuenire. Est aūt finis triplex, scilicet finis legis, finis præcepti, & finis vitæ. Finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti, sicut dicitur ad Rom. 10. Finis præcepti charitas est ad Timot. 1. Finis uitæ mors est. Statutum est hominibus semel mori. Hebr. 9. Dicit ergo. [Vt percurrat qui legerit.] ac si dicat. Vt qui legerit sine impedimento dubitationis percurrat credendo in Christum, credens amet, & in amore perseueret. Materia tangitur, in hoc quod sequitur. [Quia adhuc visus procul.] Et est principaliter materia huius libri apparitio filii Dei. Vnde in ecclesia tempore aduentus legitur. Est autem triplex apparitio filii dei. Prima, qua apparuit in carne homo factus. Ad Titurn 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostris Dei. Secunda, qua apparuit per fidem a mundo creditus. Ad Titum 2. Apparuit gratia saluatoris nostri Dei omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desiderta, sobrie, & iuste & pie viuamus in hoc sæculo &c. Tertia, qua apparebit per spem in glorificatione 1. Ioan. 3. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Et istæ apparitiones, sunt materia istius libri. Vnde in prologo dicitur, quia omnis cura eius est de aduentu Christi & uocatione gentium. Sed certe iste qui postea sic uisus est, adhuc suis temporibus procul erat. Siquidem procul, quia excelsus in maiestatis æqualitate. Iob 36. Vnusquisque intuetur procul. Ecce deus magnus vincēs scientiam nostram. Erat etiam procul, quia absconsus in præfinitione patris. Eph. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in deo. Erat etiam procul, quia dilatus in expectatione patrum. Hebr. 11. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, Sed quod erat longe, factum est prope, quia excelsum factum est infimum. Verbum enim caro factum est. Ioann. 1. Quod erat absconditū, factum est publicum, quia vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quod erat dilatum, incepit esse iā a sanctis possessum in gloria. Matth. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Sic igitur poterat dicere adhuc visus procul [apparebit in finē.] Fuit enim prima apparitio in fine legis: Quia, Vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Ad Galat. 10. Secunda autem fuit in fine idolatriæ. infra 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur egyptum, & mouebūtur simulacra egypti a facie eius. Sed tertia, erit in fine omnis miseriæ, quia Absterget deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum, & non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque labor, sed neque vllus dolor, quoniam priora transierunt. Apoc. 20. Et hæc sunt vltima de quibus Eccl. 48. dicitur de Esaia. Spiritu magno vidit vltima, & cōsolatus est lugentes syon vsque in sempiternum. Ostendit futura & abscondita antequam euenirent.

CRIBE visum & explana eum super tabulas, & percurrat qui legerit eū, quia adhuc visus procul & apparebit in finē.

HVic autem operi præmittit Hieronymus prologū. In quo tria facit. Primo, ostendit modū dicendi. Secundo, modū prophetandi, ibi. [Dictū et hoc adijciendū.] Tertio, modū tractandi, ibi. [Prophetauit aūt.] Modū dicendi ostendit circa ornatū ꝓlocutoris, ex duobus. Primo, ex ordine verborū. Scđo, ex elegantia verborū, ibi. [Ac primum de Esaia &c.] Circa primū tria facit. Primo, remouet ordinē a quibusdā æstimatū .s. metricum. Scđo, demōstrat ordinē a propheta seruatum, ibi. [Sed q̄ ī Demosthene &c.] Tertio, ostendit eūdē modū se esse in sua translatione imitatū, ibi. [Vos &c.] Versibus, idest breuibus clausulis [descriptos] .i. distinctos [metro ligari.] Metrū grçce, mēsura dr̄ latine. Vn̄ illud dr̄ metrice describi, vbi seruat᷑ certa mēsura pedū, syllabarū, & tēporū, a qua lege ꝓphetæ soluti sūt [& aliquid h̄re de psalmis[.i.eis sīle[vl' operib⁹ Salomonis]q̄tū ad finē ꝓuerbiorū, & in cāticis cāticorū, & [Demosthene] græco [Tullio] latino, oratoribus q. ꝓsa scripseiūt [p cola] & comata. Tres sūt distōnes in scriptis, coma, col⁹ & periodus, ad similitudinē corporis humani in quo sunt distōnes q̄dā in partib⁹ vni⁹ mēbri: sicut sūt articuli, & distincta mēbra, sicut manus & pedes, & iterū totū corpus: primæ distinctioni r̄ndet distinctio quæ fit p comata, quia coma idē est, q̄ incisio vel diuisio : scđæ r̄ndet illa quæ est p cola, quia colon interpretat᷑ mēbrū: sed ad totā r̄ndet periodus. Periodus.n.dr̄ circulatio a peri, qđ est circū, & odos, qđ est via. Sola aūt linea circuli completa est, sicut probat Philosophus. Sumuntur aūt istę distinctiones in scripturis tripliciter. Primo, s̄m Isidorum in versibus. Coma est qn̄ post duos pedes sequitur vna syllaba, quæ est pars alterius pedis, quia tunc deciditur pes vnus, sicut ibi. Gloria laus & honor. Cola, qn̄ accipiuntur duo pedes, sine syllaba sequente, vt carmina dulcia. Sed periodus, qn̄ tota sententia metrice traducta cōpletur. Scđo modo, in prosa s̄m Isidorū & Tullium. Coma est, qn̄ imperfectæ orationes pausatim proferuntur, vt infra 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs sceleratis, & dr̄ subdistinctio, Cola, qn̄ perfectæ orationes cū pausa proferuntur, q̄uis perfecta non sit sententia, & dr̄ distinctio, vt illud eodem. Dereliquerunt dn̄m, Blasphemauerunt sanctum Israel, alienati sunt retrorsum, Periodus, qn̄ ex pluribus orationibus cōstat perfecta sententia. Tertio modo, sumitur coma a Rabano pro cap. vno, super illud Hier. 48. Audiuimus superbiam Moab, vbi dicit. In superiori prouocauit ad pænitentiā.i.in superiori cap. Sed secundo modo accipitur hic[nouā] .i.a nobis primo editā de hebræo in latinū nouo genere seruato, modo qui apud hebræos est, per cola & comata, qui in alijs translationibus nō seruabatur. [Ac primū de Esaia.] Hic ostendit modū dicendi, quantū ad elegantiā verborū. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit modū. Scđo, assignat rationē ex conditione dicentis, ibi. [Quippe vt vir nobilis &c] Tertio, concludit excusationem defectus in sua translatione a tali modo, ibi. Vn̄ accidit. [Disertus].i.eruditus in eloquentia appareat. [Nobilis] genere, quia fuit auus maternus, vel affinis Manassæ regis Iuda sicut dr̄ ī historia. [Vn̄ accidit.] Quę pulchre dn̄r in vna lingua, non sonant pulchre translata in aliā. Et ideo, quanto ipse præ cæteris prophetis pulchriori eloquio vsus est, tāto magis translatio a pulchritudine ipsius deficit [florē].i. dulcedinem & ornatū. [Deinde ēt hoc adijciēdū] ostēdit modū ꝓphetādi apertū & exp̄ssum. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit modū prophetandi qui dictus est. Scđo, ex modo concludit rationē defectus in antiqua translatione septuaginta, ibi. [Vn̄ conijcio.] Tertio, excludit cōtradictionem æmulorum, ibi. [Nec ignoro &c.] Nō tā q̄ propheta quasi veritatē sub ęnigmate obscurans [mysteria].i. secreta a mystim, q̄ est secretum, vt incarnationē. infra 10. Filius datus est nobis ad passionē. īfra 53. Tāquā ouis ad occisionē ducetur, & sicut agnus corā tondēte se obmutescet. Et multa alia. [Ad liquidū] .i. expresse [putes].i. putare possis propter expressionem facti, non quantū ad modū qui magis exprimi pōt de præteritis, q̄ de futuris: vnde in hoc superat Euangelista prophetā. [Conijcio].i. sub quadā coniecturatione existimo, [Ethnicis].i. gentilibus ab Ethnon qđ est gens. [Margaritas] Matth. 7. Neq; mittatis margaritas ante porcos. [Abscondita] occultata. [Vnde tria facit. Primo, ponit defectū. Scđo, rōnē defecti, ibi. [sic sanctū.] Tertio, probat p suā conditionē, ibi. [Quæ cū hanc. Abscondita].i. secreta [Nec ignoro.] Hic refellit contradicentium falsum iudiciū. Scđo, conuincit eos p exemplū, ibi. [& nihilominus &c.] Tertio, ōndit eis ordinē rectū, ibi. [legant &c.] Circa primū tria facit. Primo, ōndit cām falsi iudicij ex parte intellectus, ignorantiā. Secundo, ex parte affectus, inuidiā, ibi. [Vos quoque &c.] Tertio, concludit suā inter contradictiones, constantiam, ibi. [Sciens ergo quanti laboris &c.] quanti laboris. Ps. 14. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Contra. Supra dixit [ad liquidum,] idest, expresse hunc dicere Christi mysteria. Respon. Verum est, quantū ad quædā principaliora [morsibus].i. detractoribus. [In flammā mitto manū].i. expono me periculo. Et alludit prouerbio vulgari, quod habet ortum ex hoc, q̄ Scæuola manū qua scribā interfecit, credens Porsenā regē interficere, misit in ignem: dicens. Pereat manus quæ hoc scælus operata est [ob studiū].i. exercitiū scientiæ, [Prophetauit.] Hic ponit modū tractandi. Et circa hoc tria facit. Primo, tangit tractatus ordinē, quantū ad tempus & materiā & modum simul. Secūdo, tangit intentionem, ibi. [Cum interdum &c.] Tertio, ex intētione cōcludit orationis petitionē, ibi. [quē quāto &c.]

PROLOGVS B. HIERONYMI Præsbyteri in Esaiam Prophetam.

NEMO cū prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos æstimet apud hebræos ligari, & aliquid simile habere de psalmis, vel operibus Salomonis : sed qđ in Demosthenæ & Tullio solet fieri, vt per cola scribātur & comata, qui vtiq; prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoq; vtilitati legentiū prouidentes, interpretationē nouā, nouo scribendi genere distinximus. Ac primū de Esaia sciendū, q̄ in sermone suo disertus sit, quippe vt vir nobilis, & vrbanę elegantiæ, nec habens quicq̄ in eloquio rusticitatis admistū. Vn̄ accidit, vt præ cæteris florem sermonis eius, translatio nō potuerit conseruare. Deinde ēt hoc adijciendū, q̄ nō tā ꝓpheta dicēdus sit, q̄ Euangelista. Ita .n. vniuersa Christi Ecclesiæq; mysteria ad liquidū ꝓsecutus est, ut non putes eū de futuro uaticinari, sed de præteritis historiā texere. Vn̄ conijcio noluisse tūc tēporis septuaginta interpretes, fidei suæ sacr̄a perspicue ethnicis ꝓdere, ne sc̄tm̄ canib⁹, & margaritas porcis darēt, quæ cū hanc æditionē legeritis, ab illis aīaduertetis abscōdita. Nec ignoro quāti laboris sit, prophetas intelligere, nec facile quēpiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit an̄, quę legerit. Nos quoque patere morsibus plurimorū, qui stimulāte inuidia, G qđ cōsequi nō ualent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flāmam mitto manū, & nihilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor, ut qūo græci post septuaginta translatores Aquilā, Simmachū, & Theodotionem legunt, uel ob studiū doctrinæ suæ, uel ut septuaginta magis ex collatione eorū intelligant, sic & isti saltē unū post priores habere dignentur interpretē. Legant prius & postea despiciant, ne uideant᷑ nō ex iudicio, sed ex odij p̄sumptione ignorata dānare. Prophetauit aūt Esaias in Hierusalē & H in Iudæa, nec dū decē tribubus in captiuitatē ductis, ac de vtroq; regno, nunc cōmistim, nunc separatim texit oraculū. Et cū interdū ad p̄sentē respiciat historiā, & post Babyloniæ captiuitatē, reditū ppl̄i significet in Iudæa, tn̄ oīs eius cura de uocatione gentiū, & de aduētu Chr̄i est. Quē quāto plus amatis o Paula & Eustochiū, tāto magis ab eo petite, ut ꝓ obtrectatiōe p̄nti, q̄ me indesinēter ęmuli laniāt, ipē mihi mercedē restituat ī futuro, q scit me ob hoc ī pegrinę līgue eruditione sudasse, ne iudęi de falsitate scripturarū eccl̄ijs ei⁹ diuti⁹ insultarēt. I

K

INCIPIT EXPOSITIO DIVI THO. IN ESAIAM PROPHETAM.

a ISte liber diuiditur in duas partes, in proœmium & tractatum. Secunda, *incipit, ibi.* [Audite cæli &c. Proœmium inducitur, quasi titulus, ad manifestationem sequentis operis. Manifestatur autem ex quatuor. Primo, ex operis genere. Secundo, ex authore, ibi. [Esaiæ.] Tertio, ex materia, ibi. [Quam vidit &c.] Quarto, ex tempore, ibi. [In diebus &c.] Genus operis ostenditur, in hoc, quòd dicit. [Visio,] in quo differt a libris historialibus, quia prophetia est. Oseæ 12. Ego visiones multiplicaui eis. Et sequitur. In manibus prophetarum assimilatus sum. Hic oportet tria videre. Primo, qualiter se habeat visio ad prophetiam. Secundo, de modis prophetalium visionum. Tertio, de differentia propheticæ visionis ad alias visiones. Circa primum sciendum est, quòd prophetia potest habere duplicem interpretationem, secundum quòd potest venire a phanos, quod est apparitio, vel a for, faris, secundum primam deriuationem dicitur prophetia habens apparitionem, de his quæ procul sunt. Et secundum hoc, prophetia differt a visione in modo, quia apparitio dicit relationem visibilis ad videntem: sed visio econtrario. Iterū, se habent ex additione, quia visio est, de quibuscumque, sed prophetia de his, quæ procul sunt. Dicuntur autem aliqua esse procul a cognitione nostra dupliciter, simpliciter & secundum quid. Simpliciter procul sunt, futura contingentia ad vtrumlibet, quorum non potest alicui determinata cognitio, nec in se, nec in suis causis prouenire: & de his prophetia proprie est. Secundum quid procul sunt, quorum cognitio diffugit a cognoscente, sicut quædam præterita, & quædam præsentia, & de his non est prophetia simpliciter: sed quo ad nescientes: sed secundum secundam deriuationem, dicitur propheta quasi procul fans. Et sic prophetia addit supra visionem actum exterioris denunciationis, & visio erit materialis respectu prophetiæ. Circa secundum sciendum est, quòd modi prophetalium visionum distinguuntur secundum ea, in quibus accipitur scientia futuri contingentis. Illud autem est, aūt species facta in sensu, & dicitur visio corporalis, quia sensus accipit species præsentibus corporibus, quorum sunt: aut est species recepta in imaginatione. Et dr̄ visio spiritualis, quia primo manifestatur in ipsa actus & ꝓprietas sp̄ualiter, quæ est cognoscere rem abstractam a materia, aut est species existens tantum in intellectu, & dicitur visio intellectualis. Et est sciendum, quòd prophetia saluatur in istis tribus sicut totū potentiale in suis partibus, cuius natura est, q̄ secundum perfectam suam virtutem est in vno, & in alijs est quædam participatio, & quidam motus illius : sicut est in anima, q̄ eius tota virtus saluatur in anima rationali, & sensitiua non habet perfectam animæ virtutem, & adhuc minus anima vegetabilis. Propter quod dicit Greg. q̄ plantę non viuunt per animam, sed per vigorem. Similiter etiam & corporalis visio, & spiritualis, vel imaginaria est aliquid prophetiæ: sed nō possunt dici verę prophetiæ, nisi addatur visio intellectualis, in qua est completa ratio prophetiæ. Dan. 10. Intelligentia eius opus est in visione: vnde antecedit, intellexitq; sermonem. s. Dan. Visio autem primo, & proprie dicitur, de visione corporali: & quia omnis nostra cognitio est a sensu inter quos visus potior est, & subtilitate & vniuersalitate, quia plures rerum differentias ostendit, ideo transfertur nomen visus cognitionis ad alias cognitiones interiores. Circa tertium sciendum, q̄ non quælibet visio intellectualis, est visio prophetalis. Est.n. quædam visio ad quā sufficit lumen naturale intellectus, sicut est contemplatio inuisibilium per principia rationis. Et in hac contemplatione ponebant Philosophi summam felicitatem hominis. Est iterum quædam contemplatio ad quam eleuatur homo per lumen fidei sufficiens, sicut sanctorum in via. Est etiam quædam beatorum in patria ad quam eleuatur intellectus per lumē gloriæ videns Deum per essentiam, inquantum est obiectum beatitudinis. Et hoc plene & perfecte non est nisi in patria. Sed quandoque ad ipsam raptim eleuatur aliquis etiam existens, in hac mortali vita, *sicut fuit in raptu Pauli. 2. Cor. 12. Scio* hominem in Christo ante annos quatuordecim &c. vbi dicit glossa, quòd vidit sicut illi qui sunt de tertia hierarchia. Nulla autem istarum est visio prophetalis, quia ad ipsam, nec lumen naturale, nec lumen fidei sufficit: sed eleuat᷑ ad ipsam intellect⁹ prophetæ per lumē gratiæ gratis datæ, quòd est donū prophetiæ. Neq; enim attingit ad videndū Deū, prout est obiectum beatitudinis, sed prout est rō eorum, quæ pertinent ad dispositionem hominum in mundo. Similiter non oīs visio corporalis, vel imaginaria dicitur prophetica: sed illa tantum quæ fit per speciem specialiter diuina virtute ad hoc ordinatam, vt sit in signū alicuius futuri, siue videns, siue alio modo intelligentiā accipiat. Author tangitur in hoc, q̄ dicit [Esaiæ filij Amos.] Et quāuis iste Amos fuerit propheta, quia ponitur in titulo prophetiæ, s̄m regulas hebræo- C rum: non tamen est ille qui est de numero 12. prophetarum, quia alijs elementis apud hebræos vterque describitur. Materia tangitur in hoc, quòd dicit [quam vidit super Iudam, & Hierusalem,] quia de his quæ pertinent ad Iudam, & Hierusalem, vt ly, super, accipiatur pro de, secundum translationem Symachi, vel pro, idest, contra, secundum septuaginta, vt Iuda sumatur pro terra duarum tribuum, & Hierusalem pro Metropoli illius regionis. Vel Iuda pro sorte Iudæ, & Hierusalem pro sorte Beniamin, quia in sorte illius erat quantum ad corpus ciuitatis, quod erat in planitie, quàmuis quantum ad verticem montis, in quo erat turris Dauid, & templum pertinerent ad domum Dei, sicut potest Iosue 3. haberi. [In diebus.] Hic notificatur opus ex tempore. Et ponuntur quatuor reges; quo tempore Esaias prophetiam hanc edidit. vnde quidam diuidunt *hunc librum, secundum tempora regum* sub quibus reuelationem accepit. Vt in prima parte ponantur ea, quæ vi- D sa sunt tempore Oziæ. In secunda, ea quæ uisa sunt tempore Ioatham in 6. cap. [In anno quo mortuus est rex Achaz] & inde usque ad finem. 14. ubi dicūtur ea, quæ sunt uisa tempore Oziæ. Sed quare non facit mentionem de regibus Israel, sicut Osee in suo titulo facit mentionem de Hieroboam filio Ioas, cum fuerint contemporanei? Ad quod dicitur, quòd iste prophetauit contra duas tribus principaliter. Et ideo eorum reges tantum in titulo habet: sed ille contra vtrosque. Item quæritur, quare non fit mentio de Manasse rege Iuda, sub quo etiā prophetauit, cum constet eum non amisisse spiritum prophetiæ. Ad quod dicendum, quòd omnia quæ in hoc libro scripta sunt, temporibus prophetarum vidit. Sed non erat decens, vt ꝓpheta qui principaliter cōsolationis est, in cōminatione terminaretur, aut quòd tempore mali regis, qui iram Dei prouocabat, Dei consolatio prædicaretur. Hierem. 3. Dabo eos in furorem vniuersis regnis terræ.

E b ¶ Hic incipit tractatus istius libri: vnde accipietur diuisio, secundum exigentiam materiæ. Dictum est autem, quòd principaliter intentio eius est circa aduentum Christi & gentium vocationem. Constat aūt q̄ Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, vt dicitur in Psal. 24. Vnde Christo nato dictum est a Symeone. Luc. 2. *Ecce hic positus est in ruinam*, & in resurrectionem multorū in Israel, & intrantibus gentibus, dictum est ab Apostolo Roma. 11. Cæcitas ex parte contgit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret. Diuiditur ergo iste liber in duas partes. In prima ponitur comminatio diuinæ iustitiæ ad excidium peccatorū. In secunda, consolatio diuinæ misericordiæ ad resurrectionem istorum. cap. 40. ibi. [Consolamini,] prima in tres. Cum enim principaliter super Iudam, & Hierusalem loquatur. In prima parte comminatur duabus tribubus peccantibus. In secunda, alijs eas persequentibus. 7. cap. [Et factum est &c.] In tertia, liberat ab hostibus imminētibus 32. cap. [Ecce in iustitia &c.] Prima diuiditur in duas. In prima exprobrat culpam & comminatur pęnam corrigentem. In secunda cōminatur pœnā condemnantē incorrigibiles. 6. cap.

Incipit Esaias propheta. Cap. I.

a VISIO Esaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Hierusalem, in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.

B b ¶Audite cęli auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui: ipsi aūt spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dn̄i sui. Israel aūt me nō cognouit, & populus meus nō intellexit. Væ

In anno quo mortuus est rex Ozias, &c. Prima diuiditur in duas. In prima arguit de culpa ex parte auersionis. In secunda, ex parte conuersionis. Secundo cap. ibi [Verbum, quod vidit, &c.] Prima in duas. In prima arguit in eis peccatum auersionis a cultu dei. In secunda, a iustitia proximi, ibi [Quo facta est, &c.] Prima in tres. In prima, increpat culpam. In secunda, pro culpa cõminatur pœnam. ibi [Terra vestra deserta, &c.] In tertia, quærit pœnæ medelam. ibi [Audite verbum domini, &c.] Prima in tres. In prima quærit iudicii testem. In secunda, arguit peccati deformitatem. ibi [Filios enutrui, &c.] In tertia, ostendit peccantium incorrigibilitatem. ibi [Super quo percutiam vos, &c.] Requirit autem creaturam in testem in iudicium peccati, quæ etiam fuerat testis in obligatione præcepti [Audite cæli, & auribus percipe terra] Deuteron. 32. Audite cæli, quæ loquor. Fuerat enim creatura testis obligationis ad præceptum. Deuteron. 32. Nunc autem inuocatur, vt arbiter transgressionis. Psal 49. Aduocauit cælum desursum, & terram discernere populum eius. Sed quandoque vocabitur, vt instrumentum diuinæ vltionis. Sapien. 16. Creatura creatori suo deseruiens, excandescet in tormentum aduersus iniustos. Sed videtur inconueniens, quòd terra, & cælum quæ sunt insensibiles creaturæ, vocentur ad audiendum. Sed dicendum, quòd ad ea, quæ sunt rationalis naturæ vocatur insensibilis creatura, propter quinque. Primo, ad ostendendam diuinã potentiam. Iob 38. Concluso eam terminis. Et Rom. 4. Vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt. Secundo, per euidentiam. 2. Reg. 12. Ego uero faciam verbum istud, in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis. Et Luc. 19. Dico vobis, quia si hi tacebunt, lapides clamabunt. Tertio, ad exaggerandam malitiam. Hier. 2. Obstupescite cæli super hæc, & porte eius desolamini vehementer. Quarto, ad magnificandam lætitiam. Psal. 95. Lætentur cæli, & exultet terra. Quinto ad stupendum tristitiã. Osee 4. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea: ac si diceret, peccatum uestrum est adeo patens, quòd ab irrationabilibus si fieri posset conuinceretur, & similiter de aliis. Vel est ibi methonomia, vt ponatur cælum pro angelis, & terra pro hominibus [cæli] plurale pro singulari. Vel quia ad literam sunt plures cæli, & vnum centrum, quod est terra [Dominus locutus est] Ipsum loquentem audiatis. quo loquente facti estis. Psal. 150. Dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt [Audite cęli] quasi distantes [percipe terra] quasi propinqua [filios enutrui] hic ostendit peccati deformitatem. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit contemptum in effectu. Secundo, ignorantiam in intellectu. ibi [Cognouit bos, &c.] Tertio, auersionem in operis effectu. ibi [Væ genti peccatrici, &c.] Et seruatur hic ordo, vt ex contemptu aggrauetur ignorantia, idest non ignorantia excuset contemptum. Contemptum aggrauat per beneficium impensum, vnde circa primum duo facit. Primo, commemorat beneficium. Secundo ingratitudinis vitium. ibi [Ipsi autem, &c.] Ponit autem triplex beneficium. Primum est filialis adoptionis, cum dicit. Filios] Exod. 4. Filius primogenitus meus Israel. Secundum, solicitę educationis. ibi [enutrui] Sap. 16. Angelorum esca nutriuisti populum tuum. Tertium, singularis exaltationis. ibi [& exaltaui] Sap. 11. Ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios eorum necares. Primum quantum ad patrum assumptionem, & exaltationem. Secundum in filiorum libertatem. Tertium in hostium subiugationem [Ipsi autem spreuerunt me] Hier. 3. Quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic cõtempsit me domus Israel. Ignorantiam autem aggrauat, per brutorum exemplum. Vnde circa hoc duo facit. Primo inducit cognitionem brutorum. Secundo, ignorantiam peccatorum, ibi. Israel autem, &c. [Cognouit bos, &c.] quadam consuetudine beneficii [Israel autem.] Arguit in eis duplicem ignorantiam, scilicet præcipientis. cum dicit [non cognouit me] contra id quod dixerat possessorem suum, & cõtra rõnẽ nominis, Israel. Israel. n. videns dẽũ interpretatur. Ioan 6. Non nouerunt patrem, neque me: & ignorantiã legis [& populus meus non intellexit] contra id quod dixerat [præsepe] & quod dixerat [populus] qui legislatoris præceptis subiicitur. Oseæ 5. Scribam eis multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ sunt. Effectum autem operis aggrauat, per confirmatum vsum: vnde primo ostendit confirmationem. Secundo eorum auersionem. ibi [Dereliquerunt, &c.] Confirmationem ostẽdit primo per peccati consuetudinem, quæ inducit habitum. vnde dicit [Væ genti peccatrici] Sic enim est peccator ex habitu.

F sicut cantor ex arte, vel officio. infra 48. Transgressorem ex ventre vocaui te. Secundo per peccati promptitudinem, quæ est quasi quędam grauitas in peccante. Grego. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Psal. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Tertio ex peccati successione: quia peccata patrum imitantes, quasi ex propagatione habent. vnde dicit [Semini nequam] idest pessimo tũ, secundũ aliã trãslationẽ. Psal. 105. Peccauimus cũ patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus: Quarto, quantum ad peccatorum magnitudinem, cum dicit [Filiis sceleratis] Ezech. 22. Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, scelus operati sunt in medio tui. infra. 57. Nunquid non vos filii scelesti, semen mendax? ¶ Super quo addentes, &c.] Hic ostendit peccati incorrigibilitatem, remouens triplicem correctionis modum. Primo illum, qui est per diuinum flagellum, dicens [Super quo] idest ad quid [addentes] vt scilicet unde corrigo, inde addatis peccata. Hier. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam nõ receperunt. Secundo illum, qui est per proximi consilium, vel auxilium. cum dicit [Omne caput languidum] quia nullus est idoneus ad succurrendum alteri propter propriam infirmitatem. Et hoc ostendit quantum ad personam regis, vel principis dicẽs [Omne caput languidum] 1. Reg. 15. cap. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? Quantum ad personam sacerdotis [Omne cor mœrens] Cor enim primo recipit vitam ab anima, & transfundit in corpus, quasi medium inter animam, & corpus, ita sacerdos est medius inter deum, & populũ. Exo. 18. Tu eris eis in his, quæ ad deum pertinẽt. Quantum ad personam priuati hominis, cum dicit [A planta pedis, vsque ad verticem, &c.] Infra 56. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, a summo vsque ad nouissimum. Et notandum, quòd inidoneitas regis ostenditur in languore: quia subuenire non poterat puniendo per potentiam. Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem. Sacerdotis autem inidoneitas ostenditur in mœrore, per quem fit inidoneus ad sacrificia quibus expiabat peccata. Leuitic. 10. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino in cæremoniis, mente lugubri? Psalm. 95. Introite in conspectu eius in exultatione. Priuatus poterat corrigere per exemplũ: sed ideo ostenditur inidoneus per peccatum, quod designatur in priuatione sanitatis [A planta pedis] Psal. 13. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. f. ad corrigendum. Tertio ibi [Vulnus & liuor] remouet modum, qui est per humanum studium, sicut quando aliquis disponitur ad gratiam, quæ delet peccata per bona opera. Vnde dicit [Vulnus] culpa patens [& liuor] inuidia latens [& plaga tumens] superbia inflans [non est circumligata] vinculo legis retrahentis. Hierem. 2. A sęculo confregisti iugum meum, rupisti uincula mea, dixisti, non seruiam, quantum ad primum [nec curata medicamine] charitate sanante, quãtũ ad sẽdm Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas [nec fota oleo] humilitate leniente. Iudith. 9. Humilium & mansuetorum tibi semper placuit deprecatio. Eccles. 3. Quanto maior es, tanto magis humilia te in omnibus. Prouerb. 3. Responso mollis frangit iram. Iudic. 9. Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dii vtuntur, & homines? [Terra vestra, &c.] In hoc comminatur pœnam. Et primo ponit punitionis iudicium. Secundo, consolationis qualẽcunque solatium. ibi [Nisi dominus, &c.] Pœnam ponit triplicem: primo quantum ad destructionem possessionum. vnde dicit [Terra vestra deserta] quantum ad campestra, quæ ita inculta erunt, sicut desertum. infra 7. Vepres enim, & spinæ erunt in uniuersa terra K [Ciuitates vestræ succense igni] quantum ad urbana. Amos. 2. Mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Hierusalem. Hierem. 4. Aspexi, & ecce carmelus desertus, & omnes vrbes eius destructæ a facie domini, a facie furoris eius. secunda pœna est, quantum ad destructionem terræ nascentium. Vnde dicit [Regionem, &c.] Deuorant, quantum ad fructus. Deut. 20. Deuoret fructum iumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas [Desolabitur] Quantum ad destructionem arborum, & vinearũ. Hie. 4. Væ nobis, quoniã vastati sumus. Tertio, quantum ad captiuitatẽ hominum. Vnde [Derelinquetur filia syon]. i Hierusalem, uel templum, unde erat custodia totius prouinciæ, ut solitaria [& vt vmbraculum in vinea] post uindemiam. infra. 5. Vinea enim domini, domus Israel est, & vir iuda germen delectabile eius. [Sicut tugurium in cucumerario] post fructus vltimos

genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? Omne caput lãguidum, & omne cor mœrẽs. A planta pedis, usq; ad verticẽ, nõ est in eo sanitas. Vulnus & liuor & plaga tumẽs, nõ est circũligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra uostra deserta, ciuitates vestrę succẽse igni Regionẽ ve-

I

stram coram uobis alieni deuorãt, & desolabitur: sicut in uastitate hostili. Et derelinquetur filia syon, ut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario: sicut ciuitas quæ uastatur. Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissem?, & quasi Gomorra similes essem?.

Galat. 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Semen prædicationis diffusum. infra 27. Qui egrediet impetu a Iacob, & florebit, & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Semen sanctorum nouum. infra. 66. Sicut cœli noui, & terra noua quæ ego facio stare coram me, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum dicit dominus. [Filios enutrui &c.] Hic notanda sunt tria, scilicet nutritionis beneficium, exaltationis priuilegium. Ingratitudinis contemptum. Nutriuit quidem tempore legis, quando adhuc hæres paruulus erat. Galat. 4. Primo, reficiens promissis in patribus. Galat 3. Abrahæ dictæ sunt promissiones. Secundo, gubernãs iudicijs in legislatoribus. Psal. 147. Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non &c. Tertio, defendens auxilijs in iudicibus & regibus. Iudith. 2. Deus eorum defendit eos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. Quarto, erudiuit monitis in prophetis. Malach. 2. Et iustificatus est dominus inter te, & vxorem pubertatis tuæ. *Quinto, correxit flagellis* in hostibus. 2. Malach. 6. Etenim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Sed exaltauit tempore gratiæ. Primo, secundum carnis assumptionem. Hebr. 2. Nusquam angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. Secundo, per personalem prædicationem. Matth. 10. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Tertio, per suam conuersationem. Ioan. 10. Multa bona opera operatus sum in vobis, propter quod opus vultis me lapidare? Quarto, per miraculorum operationem. Io. 5. & Luc. 7. Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Quinto, per discipulorum prædicationem. Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram. Sed e contrario illi Christum vituperant. Luc. 4. Nonne hic est filius Ioseph? Secundo, doctrinam improbant. Matth. 26. & Luc. 22. A Galilea vsque huc, hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Vitam blasphemant. Matth. 9. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Miracula peruertunt. Matth. 12. In principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Discipulos occidunt. Matth. 23. Ecce mitto vos, vt oues in medio luporum.

c ¶ Hic ponitur medicina contra pœnam. Et primo conuocat ad audiendum. Secundo, remouet inutile remedium, ibi. [Quo mihi.] Tertio, adhibetur salubre consilium, ibi. [Lauamini mundi estote.] Conuocat autem ad audiendum. Primo, maiores dicens. [Audite verbũ domini principes &c.] Secundo, minores, ibi. [Populus Gomorrhæ.] Sed quare inuitat maiores ad audiendum, & minores ad percipiendum? Quia ea quæ sunt a maioribus audita, facile percipiunt minores. Item cum relinquat eis semen, quare comparat eos Sodomitis & Gomorrheis, qui penitus consumpti sunt? Et dicendum, quòd quantum ad incorrigibiles comparat propter duo. Primo, propter peccati similitudinem. infra. 2. Et pueris alienis adhæserunt, & propter publicationem. infra. 3. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscondẽrunt. Et cum fuerint quinque ciuitates subuersę, nihilominus præcipue comparat istis: quia sunt præcipuę inter alias. Et propter hoc etiam, principes comparat Sodomitis: quia ciuitas illa Metropolis erat: sicut patet Genes. 14. Principium autem est audire a domino verbum suum, & populo legem imponere. Et ideo inuitat illos ad audientiam verbi, & populum ad perceptionem legis. [Quo mihi,] hic ostendit inutilitatem remedij, quod apponebant. Et primo, quantum ad sacrificiorum oblationes. Secundo, quantum ad festorum cecelebrationes, ibi. [Neomenias vestras &c.] Tertio, quantum ad diuinas orationes, ibi. [Et cum extenderitis manus &c.] Circa primum duo facit. Primo, reprobat oblationem de animis collectos, per quos significat patres. Osee 9. Quasi prima poma ficulneæ, in cacumine vidi patres eorum. [Sicut ciuitas quæ vastatur] quia metropolis erat. Ezech. 33. Vastata est ciuitas, ait ille qui venerat de Hierusalem. Hierem. 6. Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. [Nisi dominus exercituum.] Hic ponitur consolatio ex p missione liberãdi semini. Reliquit autem dominus eis semen carnis congregatum. infra. 43. Ab oriẽte adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Semen benedictionis promissũ.

c ¶ Audite uerbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei uestri, populus gomorrhæ. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit dominus? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorũ & agnorũ, & hircorũ, nolui. Cum ueniretis ante

A matis. Secũdo, de inanimatis, ibi. [Incensum abominatio &c.] In sacrificijs autem animalium, erat aliquid quod totum cedebat in cultum Dei: sicut holocaustum, quasi totum incensum ab olon, quòd est totum, & cauma, quòd est incendium. Vnde adeps totus adolebatur ut habetur Leuitic. primo. & sanguis totus effundebatur. Leuitic. 3. Quædam autem erant, quæ partim cedebãt in cultum Dei, partim in vsũ ministri: sicut hostia pro peccato, nisi quando erat pro peccato sacerdotis, vel multitudinis. Leuitic. 4. Quædam autem de quibus ce

B debat aliquid in cultum Dei, & aliquid in vsum ministri, & aliquid cedebat ipsi offerenti: sicut in hostijs pacificis, quæ pro gratiarum actione offerebantur, vel pro salute. Leuitic. 4. Et secundum hæc tria, diuiditur in tres partes. Primo, reprobat sacrificia in tria distributa, scilicet pacifica. Et primo ponit reprobationem dicens. [Quo mihi,] idest, ad quod mihi offertis [multitudinem victimarum vestrarum,] quasi nõ mearum? Et dicuntur victimæ, vel quia animal vinctum ad sacerdotem ducebatur, vel quia pro victoria habita, vel habenda offerebatur. Deinde reprobationis rationem ponit dicens. [Plenus sum.] Vel propter fastidium, quia non bona. Genes. 4. Ad Caym autem, & ad munera eius non respexit. Vel propter dominium. Psal. 48. Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues. Secundo, reprobat ea quæ ex toto erant oblata Deo. Et primo, ponit reprobationem illorum trium, & ponit tantum tria animalia: quia de his hec

C bãt tantum sacrificia, quæ erant de armentis: fiebant etiam quædam de auibus turturum, & pullis columbe: sed hoc erat propter defectum uel paupertatẽ: sicut patet Leuitic. 24. & pluribus alijs locis. Et iterum, non erat vsus eorum vniuersalis in omnibus, quia non offerebatur ex his hostia pacifica. Deinde ponit reprobationis rationem, ibi. [Cum ueniretis &c.] Quasi dicat, plus offenditis me ambulantes in attijs meis pol luentes ea, quàm holocaustum placeat. Vnde non accepto hanc communionem. Psalm. 39. Holocaustum et pro peccato non postulasti. Hierem. 7. Non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum, & victimarum. Sed hoc præcepi eis, audire vocem meam, & ero vobis Deus, & vos mihi populus. Tertio, reprobat ea quæ erant Deo, & sacerdoti debita dicens. [Ne offeratis vltra.] Hierem. 11. Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Et Mich. 6. Quid dignum offeram domino? Numquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Numquid placari potest, in millibus arietum, aut in millibus hircorum pinguium? [Incensum,] hic reprobat oblationes, de rebus inanimatis, pro quibus omnibus ponit incensum, eo quòd hoc erat inter alia dignius: sicut thymiama. Exod. 30. Et communius, quantum ad thus, quod ponebatur, & adiungebatur cuilibet tali oblationi, & totum Deo incendebatur. infra. 66. Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Sed obijcitur de hoc, quod dicit glo. quòd numquàm sacrificia eorum amauit, cum præceperit ea ad hoc, quòd fierent. Genes. Odoratusque est dominus odorem suauitatis. Et ait ad eum. Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem. Et dicendum, quòd in quolibet sacrificio est aliquid considerandum ex parte offerentis, & aliquid ex parte rei oblatę. Ex parte rei oblatæ, sacrificia nostra placent Deo per se. Non autem antiquorum sacrificia. Et hoc est, quòd placitũ nõ fuit: amatum dicitur per se, quòd in se habet, vnde ametur, sicut bonum honestum. Quòd autem tantum amatur, per relationem illius ad alterum, non dicitur per se amatum. Sicut dicitur secari, vel vri amatum, secundum quòd est, ad finem sanitatis relatum. Nostra autem sacrificia, in seipsis continẽt gratiam sanctificationis, secundum quam sunt Deo accepta. Sed illa antiquorum sacramenta, erant tantum signa istorum: & ideo non erant per se amata. Ex parte autem offerentis, & nostra & illorum possunt esse accepta ex deuotione offerentis. Potest ergo quadruplex tempus distingui. Primũ ante legem scriptam, & idolatriam. Et tunc placebant antiqua sacrificia facta a sanctis patribus, & propter deuotionem offerentis, & propter significationem rei oblatæ. Secundum tempus est sub lege scripta, & tunc interueniẽte idolatria, additũ fuit quiddã propter quod displicebant: quia non erant digni, quòd eodem

placaretur deus, & coleretur diabolus. Et ex alia parte fuit addita vna vtilitas ex parte offerentis, vt esset remedium contra idolatriam populo ad hoc prono. Vnde etiam de sacrificiis nihil præceptum est, ante fabricationem idoli. Et sic in rellligitur authoritas Hieremiæ inducta. Tertium tempus fuit sub prophetis in quo ,pter peccata populi iam non placebant ex parte offerentis, sed tantum inquantum erant signum. Vnde secundum hoc non placabant deum, sed magis offendebant: quartum tempus est sub gratia, quando iam vsus eorum ex toto abolit' est: quia veniente veritate cessauit figura.

d ¶ Hic remouet solennitatum celebrationes. Et primo, quantum ad futurum, ponit prohibitionis propositum dicens. [Neomeniã] Psal. 80. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestre. [Sabbatum.] Exod. 20. [Festiuitates alias] Leuit. 23. Hæ sunt feriæ domini, quas vocabitis celeberrimas, & sanctissimas [Iniqui sunt cœtus vestri. infra 58. Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis [Non feram] Secundo quantum ad præsens ponit odium dicens [Calendas vestras] quod addit supra neomeniam [& solennitates vestras odiuit anima mea] vnde in Psalm. 80. Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cythara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestre. Tren. 2. Obliuioni tradidit dominus in syon festiuitatem, & sabbatum, & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem, & sacerdotem. Tertio, quantum ad præteritum ponit tædium dicens [Facta sunt mihi molesta] Et ponit grauitatem ponderis, Psalm. 37. Sicut onus graue grauatæ sunt super me: secundo, laborem portantis [Laborauit sustinens.] Esa. 43. Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et loquitur humano more de deo: quia homini dicitur esse graue laborare in eo, quod non placet sibi [Et cum extenderitis] Reprobat orationes eorum. Et primo, ponit reprobationem. Secundo, reprobationis rationem, ibi [Manus enim vestræ, &c] Circa primum duo facit. Primo, reprobat quantum ad signum deuotionis, ibi [Et cum extenderitis]. Tren 3. Leuemus corda nostra cum manibus in cælum ad deum. Et infra 65. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur via non bona. Secundo, prolixitatem orationis. Prouer. 28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. [Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt] quem fudistis. Psal. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Prouer. primo. Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem. [Lauamini] Hic ponit salubre consilium. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit efficax remedium. Secundo, remedii effectum. ibi [Venite, &c.] Tertio, pœnam contra contemptum. ibi [Quia si volueritis, &c.] Remedium consistit in duobus. In fuga mali, & in sequela boni, ibi [Discite, &c.] Malum fugatur dupliciter. Primo, per purgationem præteriti. Et quantum ad hoc dicit [Lauamini] Hierem. 4. Laua a malitia cor tuum Hierusalem, ut salua sias. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Secundo, per cautelam futuri. Et hoc fit tripliciter. Primo, ut corde mala non cogitet [Mundi estote] Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum Regem. Secundo, ut cogitata, opere non impleat. Micheæ. 2. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud [Auferte malum] scilicet opus. Tertio, ut incepta non perficiat [Quiescite agere peruerse] Hierem. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti, & in eodem capitulo. Cursor leuis explicans vias suas. [Discite benefacere] Hic ponit remedium quantum ad sequelam boni. Et ponit vt addiscat. Secundo, vt opere impleat, ibi [Subuenite oppresso, &c.] Operatur enim

conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambuletis in atriis meis? Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi.

d ¶ Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias, non feram. Iniqui sunt cętus vestri. Calendas vestras, & solennitates uestras, odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ, sanguine plenę sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationũ vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite & arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Quia si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os domini locutum est.

e ¶ Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infideles, socii furum. Omnes diligunt munera, sequuntur retri-

F alionis bonum in ordinando seipsum, & quantum ad hoc dicit [Discite benefacere] Hierem. 6. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te terram desertam, & inhabitabilem. In ordine ad proximum. Et hoc est, quod dicit [Quærite iudicium] Iob 29. Causam quam ego nesciebam, diligentissime inuestigabam. Hier. 6. State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis. [Subuenite oppresso] Hic ponit impletionem operis in subueniendo miseris. Miserum autem facit, vel violentia, Et quantum ad hoc dicit. Subuenite oppresso. Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare non cesses, Aut ætatis ignorantiam [Iudicate pupillo] Eccle. 4. In iudicando esto pupillis, vt pater, Aut sexus in potentia [Defendite viduam.] Iob. 20. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi [Et venite] Hic promittit effectum. Et circa hoc tria ponuntur. Primo, promittentis obligatio cum dicit [Venite] ac si diceret, si facitis, quæ dico, & non sequatur, quod promitto, obligo me, quòd arguatis me. Hoc plangebat Iob 9. Non est qui vtrunque possit arguere, & ponere manum suam in ambobus. Secundo, malorum cessatio. [Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur.] Et promittit specialiter mundationem a peccatis: quia cessante causa, cessat effectus. Duo genera peccati tangit. Primum, quod est ex amore incendente, quod notat in coccino propter intensum ruborem, contra quod ponit candorem niuis frigidæ. Iob. 7. Si lotus fuero, quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, &c. Secundum, quod est peccatum ex timore mortificante, quod notatur in vermiculo, cuius color accedit ad albedinem [Et si fuerint rubra quasi vermiculus] contra, quod ponit lanam. Vnde [velut lana alba erunt. Ezech. 27. In multitudine diuersarum opum, in lanis optimi coloris. Dan. 7. Vestimentum eius, sicut nix candidum, & capilli eius, quasi lana munda. Tertio, ponitur bonorum restitutio [Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.] Psal. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium [Comedetis] infra 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis [Quia si nolueritis] Ponit pœnam contemptus. Et primo ponit contemptum dicens [Quia si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis.] Zach. 8. Cogitaui, vt affligerem vos, cum ad iracundiam me prouocarent patres vestri. Secundo comminatur vindictæ gladium [Gladius deuorabit vos] Ezech. 2. Gladium euaginabo post eos, & complebo furorem meum: & quiescere faciam indignationem meam in eis. Tertio, ostendit esse immutabile iudicium: quia [os domini locutum est] Numeri. 23. Non est deus, vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.

K e ¶ Hic ostendit peccata eorum, secundum auersionem a iustitia proximi. Et circa hoc tria facit. Primo, describit culpam. Secundo, comminatur pœnam. ibi [Propter hoc dicit dominus, &c.] Tertio, pœnæ sequelam. ibi [Et restituam &c. Circa primum. Primo, arguit peccatum plebis. Secundo peccatum sacerdotis. ibi [Argentum, &c.] Tertio, peccatum principũ. ibi [Principes tui, &c.] In plebe duo arguit: aggrauans per comparationem ad priorem statum, scilicet venalitatem, per comparationem ad priorem fidelitatem. Vnde dicit [Quo modo facta est meretrix ciuitas fidelis] Hierem. 2. Sub omni ligno frondoso, & in omni colle sublimi, tu prosternabaris meretrix. Et crudelitatem per comparationem ad iustitiam, & iudicium, quod est iustitiæ executio [plena iudicii. Iustitia habitauit in ea] Psalmus 83. Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium. Vnde dicit [Nunc autem homicidæ] Oseæ. 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Peccatum sacerdotum, in duobus arguit. In corruptione

ne veritatis doctrinæ. Vnde dicit. [Argentum tuum, versum A est in scoriam,] Psal. 11. Eloquia domini, eloquia casta, argentũ igne examinatum probatum terræ purgatũ septuplum. Hier. 4. Prophetæ prophetauerunt mendacium. Secundo, in remissione seueritatis disciplinæ, quæ significatur in vino. Hoc.n. est vinũ, quod infudit Samaritanus. Luc. 10. Vnde dicit. [Vinũ tuũ mistum est aqua,] Ezech. 13. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersę ętatis ad capiẽdas aãas. [Principes tui &c.] Hic arguit peccatũ principum. Et primo ostẽdit eos infideles in officij executione, qđ ad suã vtilitatẽ, & nõ ppli exequunt. Amos. 6. Vnguento optimo delibuti, bibentes in phialas vinũ. Ezec. 39. Væ pastoribus Israel qui pascũt semetipsos. Nõne greges pascuntur a pastoribus? Et propter hoc dicit. [Infideles.] Secũdo, ostendit eos transgressores in malefactorum receptione. [Socij furum] eos defendendo & patrocinium præstando. Oseæ. 6. Quasi fauces virorum latronum principes sacerdotum. Prou. 1. Fili ne ambules cum eis. Tertio, ostendit eos corrũptos in munerum receptione, infra 5. Vę qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo. Vnde dicit. [Omnes diligũt munera] recepta. [Sequuntur retributiones,] .s. promissas vel speratas. Quarto, ostendit eos iniquos in paucperum repulsione. [Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos.] Hier. 5. Causam viduæ non iudicaueruntcausam pupilli non direxerunt. [Propter hoc, hęc dicit dominus &c.] Hic comminatur pœnam. Et primo prælatorum. Secũdo subditorum, ibi. [Et conuertam &c.] Circa primũ ponit tria. Primo punientis potestatẽ in authoritate, dicens [Dominus,] Malach. 1. Si ego dominus, vbi est timor meus, dicit dominus? In ministrorum multitudine. [Exercituũ.] Iob 25. Numquid est numerus militum eius? In fortitudine, [Fortis.] Iob. 9. Sapiens corde est, & fortis robore, quis restitit ei, & pacem habuit? Secundo, ponit punientis voluntatem. [Heu.] .s. eis. [Consolabor,] quia D mea consolatio erit punitio eorum, infra 63. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Tertio, ponit pœnæ crudelitatem. [Et vindicabor de inimicis,] quia sicut hostes puniam vos. Deut. 23. Reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. [Et conuertã &c.] Hic comminatur pœnam subditorũ. Et primo, ponitur punientis præparatio, ibi. Et conuertam manũ meam ad te puniendũ, quam parcendo, quasi plicatam tenueram. Iob 19. Manus dñi tetigit me. Secundo, pœnæ perfectio. [Excoquam] igne tribulationis [ad purum scoriam tuam,] quousque aliquid purgandum sit. Matth. 5. Non exibis inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Tertio, pœnarum multitudo. [Auferam omne stamnum tuũ,] quia pro omni peccato, puniã infra 40. Recepit de manu dñi duplicia pro oẽbus peccatis suis. [Et restituã &c.] Hic ponit pœnæ sequelam. Et primo, quãtũ ad correptos, renouationem. Secundo, quantum ad obstinatos, consumptionem, ibi. [Et conteret &c.] Eodem.n. igne, vt dicit. Aug. aurũ probatur, & palea fumat. Circa primum tria facit. Primo, promittit renouationem quantum ad prelatorum emendationem. Secundo, quantum ad famæ restitutionem, ibi, [Post hoc vocaberis.] Tertio, quantũ ad iustitiæ obseruationẽ, ibi. [Syon in iudicio &c.] Dicit ergo. [Restituã iudices,] quantũ ad sęculares principes, quorum est iudicare populum, & cõsiliarios tuos,]idest, sacerdotes, quorum est consilia Dei manifestare populis. Malach. 2. Labia sacerdotũ custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus dñi exercituũ est, [vt fuerunt prius] sicut Moyses, & Iosue qui Deo placuerunt. Hierc. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meũ, qui pascent vos scientia & disciplina. [Et vocaberis,]idest recuperabis famam, vt dicaris talis qualis ante fueras. [Ciuitas iusti,]idest, in qua seruatur iustitia, infra 61. Non vocaberis vltra derelicta, nec vocaberis vltra desolata:

butiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait dominus Deus exercituum, fortis Israel. Heu, ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meã ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stamnum tuum, & restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitus. Post hæc vocaberis a ciuitas iusti, vrbs fidelis. Syon in iudicio redimetur, & reducent eum in iustitia. Et conteret scelestos, & peccatores simul, & qui dereliquerunt dominum consumentur. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt. Et erubescetis super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, ut fauilla stuppæ, & opus uestrum, quasi scintilla, & succendetur utrumque simul, & non erit qui extinguat.

B C A P. I, I.

ERBVM quod uidit Esaias filius amos, super Iudam & Hierusalem. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & eleuabitur super colles. Et fluent ad

sed vocaberis voluntas mea in ea. [Syon in iudicio,] per executionem iustitiæ, redimitur a calumniantibus. Et reducent ea in iustitia: quia iudiciũ est reducere ad æqualitatem in qua consistit iustitia. Ptal. 69. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudi. Hi. 23. Regnabit rex, & faciet iudicium & iustitiam in terra. [Et conteret &c.] Hic ponitur obstinatorũ destructio. Et circa hoc tria facit. Primo, prædicit destructionẽ. Secũdo, destructi is modũ, ibi. [Cõfũdent &c.] Tertio, aufert euasiõis spẽ, ibi. [Et erit fortitudo tua &c.] Et quia pœna ordinat cõtra culpã, iõ circa primum tãgit culpam dupliciter. Ex parte conuersionis, quãtum ad scelus idolatriæ. Vnde dicit, [sceleſtos] & quantũ ad pctũ voluptatis, & luxuriæ. vnde dicit. [Peccatores,] qa ad talia homines maxime ,pni sunt. contra qđ ordinat pœnã contritionis, in qua notat pœna ,p inflictione. Hier. 17. Duplici contritione contere eos, quasi pro duplici peccato. Secũdo, ex parte auersionis, quia dereliquerũt dũm, cõtra qđ ordinat pœnam consumptionis dicens, [consumentur,] in quo designat pœnã desertionis. Qđ.n. consumit', in nihilũ vadit, & oãa in nihilũ decederent, nisi manus dñi ea cõtineret, vt dicit Greg. Hier. 17. Dñe oẽs qui te derelinquunt, confundentur, recedentes a te in terra scribentur: qm dereliquerũt venã aquarum viuentium dñm. [Confundentur &c.] Hic ponit modum destructionis. Et primo quantum ad confusionem peccati. Secundo, quantum ad subtractionem boni, ibi. [Cũ fueritis &c.] Circa primũ, contra idolatriam ordinat confusionem dicens, [Confundentur ab idolis,]idest, pp idola. Psl. 96 Cõfundantur oẽs qui adorant sculptilia: contra voluptatem erubescentiam, cum dicit. [Erubescetis. super hortis, quos elegeratis] luxuriæ vestræ. Ro. 6. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis. Confusio.n. magis respicit malũ: sed erubescentia culpam. Peccata.n. carnalia, vt dicit Grego. sunt minoris culpæ, & maioris infamiæ. Et ratio est, quia sunt ,fm potentias ignobiliores, & maxime materiales: & tamen sunt innatæ & connaturales & passibiles. [Cum fueritis.] Hic ponitur subtractio boni. Et primo eius, quod ad protectionem & ornatũ spectat, qđ significatur in ablatione filiorum. Secundo eius, quod pertinet ad fructum, ibi. [Velut ortus, qui sine aqua &c.] Econtra dicitur de viro iusto. Psal. 1. Erit tamquam lignum quod plantatum est, secus decursus aquarũ. [Et erit.] Hic aufert eis euasionis spem. Et ponit tria. Primo aufert ab eis proprie fortitudinis firmamentum. vnde dicit. [Erit fortitudo vestra, vt fauilla stuppę] quæ cito consumitur. Eccles. 21. Stupa collecta synagoga peccantium. Secundo, idolorum auxilium dicens. [Opus vestrum,] scilicet idolorum, quod manus vestræ operatæ sunt, quasi scintilla quæ nullius momenti est. Deuter. 32. Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam. Et tamen comburitur: vnde sequitur. [Et succendetur,] infra 50. Ambulate in lumine ignis vestri. Tertio, hominum succursum. [Et non erit, qui extinguat.] Ezech. 20. Non extinguetur flamma successionis, & comburetur in ea omnis facies ab austro, vsque ad aquilonem, & videbit omnis caro, quia ego dominus succendi eam, nec extinguetur.

a

Hic increpatur culpa eorum, ex parte conuersionis. Et diuiditur in partes tres. In prima arguit eos pro culpa, quam committebant in cultura idolorum. In secunda pro illa, quam committebant, in oppressione hominum. 3. cap. ibi. [Ecce enim &c.] In tertia pro culpa, quam committebant in abusu rerum. cap. 5. [Cantabo dilecto meo &c.] Prima diuiditur in duas. In titulum, & tractatum. Secunda, ibi. [Et erit &c.] Et ponit, [verbum.] In principio capituli. Quia specialiter de incarnato verbo prophetia est. Amos. 3. Non faciet dominus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. [Et erit.] Hic exequitur intentum. Et diuiditur in partes tres. In pri-

eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent. Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, quia de syon exibit lex, & verbũ domini de Hierusalem.

b ¶ Et iudicabit gentes, & arguet populos multos. Et cõflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Nõ leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium. Domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Dei nostri. Proiecisti enim populum tuum domum Iacob, quia repleti sunt ut olim, & augures habuerũt ut philistiim, & pueris alienis adhæserunt. Repleta G est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius, equis, & innumerabiles quadrige eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir.

c ¶Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo a facie timoris domini, B & a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo uirorũ. Exaltabitur autem dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur, & super omnes cedros libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrem excelsam, & super omnẽ murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod uisu pulchrum est. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo uirorũ. Et eleuabitur domin⁹ solus in die illa, & idola penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarum, & in uoragines terræ a facie formidinis domini, & a gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terram. In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas & uespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum a facie formidinis domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus C eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

ma promittit salutis remedium, ne grauitas sequentis culpæ in desperationem inducat. In secunda ostendit culpæ reatum, ibi. [Proiecisti &c.] In tertia, cõminatur pœnæ flagellum, ibi. [Ne ergo dimittas &c.] Circa primum tria ponuntur. Primo, salutis præparatio. Secundo, gentium conuersio, ibi. [Et fluent &c.] Tertio, iudæorũ in fine vocatio, ibi. [Domus Iacob &c.] Circa primũ tria ponuntur. Primo salutis tempus. vnde dicit. [Et erit.] Et copulat ad præcedentẽ prophetiam, vel ad illud, quod a domino audiuit: sicut dicit Gregorius super principium. Ezech. [In nouissimis diebus præparabitur &c.] .i. in tempore gratiæ, quod dicitur nouissimum: quia non succedet alia religionis obseruatio. Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum, vsque ad consumationem sęculi. Genes. vlti. Congregamini filij Israel, vt annunciem vobis quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Sed videtur quòd a principio humani generis debuerit ista salus præparari quæ est, per incarnationem filij Dei: quia quanto morbo per medicinam citius subuenitur facilius curatur. Ad quod dicendum, quòd medicina debet offerri secundum conditionem morbi. Et quia peccatum hominis fuit per superbiam qua præcepta Dei contempsit, oportuit quòd ad salutis medicinam percipiendam præpararetur per humilitatem, vt cognosceret infirmitatem suarum virium: quia nec lege naturali, nec lege scripta adiutus poterat, sibi prouidere. Et sic tanto humilius, & ardentius medicinã quæreret, quanto in se auxilium, sibi non inueniebat. Secundo, saluantis virtus, cum dicitur. [Mons domus domini.] In quo domus domini est fundata. Ezech. 3. Dimisit me, super montem excelsum. Tertio, saluantis gradus [in verticem montium,] idest, maiorum. [Et eleuabitur super colles,] idest, super minores principes, infra 52. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. [Et fluent ad eum.] Hic ponitur gentium conuersio. Et circa hoc tria ponit. Primo, ipsam conuersionem. Secundo, declarat conuersionis ordinem, ibi. [Et ibunt populi.] Tertio, promittit conuersionis pacem, ibi. [Et iudicabunt gentes.] Dicit ergo, quantum ad primum. [Et fluent,] in quo notatur multitudo & festinantia. [Omnes gentes,] idest, de gentibus omnibus aliqui. Hier. 31. Adducam eos per torrentem aquarũ in via recta, & non impingent in ea: ordo conuersionis fuit, quòd per vocationem eorũ qui fuerunt ex Iudęis, gentes conuersæ sunt. Et ideo, tria circa secundum ponit. Primo, vocantes. Secundo, vocationem, ibi. [Venite &c.] Tertio. ordinis rationem, ibi. [Quia de syon &c.] dicit ergo. [Populi,] idest, qui ex iudæis [multi] non omnes, in quo notatur paucitas iudęorum conuersorum respectu multitudinis gentium [ibunt] passibus fidei, credentes, & dicent 2. Cor. 4. Et nos credimus, propter quod & loquimur.]Venite.] Hic ponitur vocatio. Vocatur autem tripliciter ad fidei eminentiam: vnde dicit. [Venite] per consensum. [Ascendamus,] per fidem [in montem dñi,] id est, ad Christum, [& ad domum Dei Iacob,] idest, Ecclesiam. Hie. 31. Surgite & ascendamus in syon ad dominũ Deum nostrum. Quia hæc dicit dominus. Exultate in lætitia Iacob. Secundo, ad doctrinam, cum dicit. [Docebit nos vias suas,] idest, præcepta quibus ad ipsum itur. Can. 8. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Tertio, ad obedientiã consiliorum. [Et ambulauimus] post eum [in semitis eius.] Hier. 6. Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, & ambulate in ea. [Quia de syon.] Hic ponit ordinis rationem, dicens: [quia de syon] non de monte syna [exibit lex] spiritualiter intellecta, [& verbum domini,] idest Euangelium, [de Hierusalem] propter contemplationem pacis. Salus. n. ex iudæis est. Ioan. 4. & infra 29. Qui egrediuntur impetu a Iacob, florebit & germinabit Isael.

b ¶Hic promittit conuersis pacem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit pacis effectiuum. Secundo pacis signum. [Et conflabunt gladios &c.] Tertio, pacis fructum [non leuabit gens.] Effectiuum pacis est regis iudicium. Et ideo primo dicit. [Iudicabit gentes.] dando eis iura, [& arguet populos,] corrigendo peccata, infra 11. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Signum pacis est, quòd instrumenta belli vertentur, in cultum agri. vnde dicit. [Et confla- F bunt gladios suos in vomeres.] Psal. 46. Arcũ conteret, & confringet arma. Fructus est in amotione hostiũ. vnde dicit. [Non leuabit gens contra gentem gladium.] infra 26. Vetus error abijt, seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus. Sed contra, quia postea fuerunt multa bella. Glo. respondet, quòd non fuerunt, tam magna sicut ante. Vnde in tẽpore Antichristi quãuis sit futura magna persecutio: tamen habebunt pacem magnã adinuicẽ, sicut fuit in tẽpore Diocletiani. Vel melius dicendum, quòd referatur ad pacem factam per Christum, quæ complebitur in futuro. [Domus Iacob.] Hic ponit vocatio Iudæorum post conuersionem gentium factam. Vel ex persona prophetæ, vel ex persona gentilium, vt sint in cauda qui fuerũt in capite. Roma. 11. Cęcitas ex parte contingit in Israel donec plenitudo gentiũ subintraret, & sic omnes Israel saluus fieret. [Ambulemus] simul & concorditer, vt sit vnum ouile. Ioan. 10. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor, [in lumine.] Ioan. 12. Ambulate dum lucem habetis. [Proiecisti enim &c.] Hic ostendit eorum reatum. Et primo, in generali. Secundo, in speciali, ibi. [Et augures habuerunt &c.] Circa primum duo facit. Primo, ostendit eorum a Deo elongationem, cum dicit. [Proiecisti enim.] Et sic continuat Glo. Merito vocandi sunt: H quia proiecisti. Hier. 22. Quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terrã, quam ignorauerunt? Secundo, ponit elongationis causam, [quia scilicet repleti sunt] iniquitate. [vt olim] in Aegypto. Hier. 23. Adulterijs repleta est terra. Non enim est causa elongationis a Deo nisi peccatum. Vnde infra 59. Peccata vestra & iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum. [Et augures.] Hic ponit eorum culpam in speciali. Et præcipue circa idolatriam, quam arguit in eis tripliciter. Primo, quantũ ad gentilem conuersationem. Secundo, quantum ad idolatrię occasionem, ibi. [Repleta est terram &c.] Tertio, quantum ad cultus obseruationem, ibi. [Et repleta est terra.] Gentilem conuersationem reprehendit in eis in duobus. Primo, quantum ad diuinos & augures quos habebant. vnde dicit. [Augures,] idest, pronosticantes de futuris ex voce & garritu auium [habuerunt, vt philistini,] in quibus maxime, hæc superstitio vigebat, contra id quod præcipitur. Deut. 18. Caue I ne imitari velis abominationes gentium illarum. Et infra statim. Non inuenietur in te qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria. [Sed videtur quòd augurium non sit peccatum.] Aues enim meliorem æstimationem habent, quàm pisces qui sunt magis aquosi. Sed marinarij ex motu quorundam piscium accipiunt coniecturas, de tempestate futura, Ergo etiam per aues potest aliquid pronosticari de futuris. Et dicendum, quòd Deus prouidit vnicuique rei, ea quibus possit conseruari in esse, secundum suæ naturæ capacitatem: & ideo homini dedit rationem, per quam, conferendo potest sibi adinuenire remedia contra nociua. Et quia in brutis deficit ratio, ordinauit, vt quòd ex ratione deficit, natura suppleret: & ideo talibus data sunt arma, & operimenta naturaliter, quæ homo per artem sibi acquirit. Similiter creata est eis, quædã vis naturalis æstimationis, impellens ea ad operandum opera suæ speciei. Vnde potius aguntur, quàm agant, vt dicit Damascenus. K Et cum natura inferior reguletur per naturam superiorem, & moueatur, relinquuntur in ipsis impressiones superiorum motuum fricantium huiusmodi motum per quem mouentur ad prouidendum sibi in necessarijs. Et in talibus accipere coniecturam ab auibus, vel auium motibus, vel aliorum animaliũ, non est peccatum, sed tantum de his quæ habent causam ex libero arbitrio, quod non operatur necessitate stellarũ. Secundo, quantum ad passiones innaturales, in quibus subiacebãt. Vnde dicit. [Pueris alienis,] idest, alienigenis vel a Deo alienis. [Adhæserunt] per turpem abusum. Rom. 1. Masculi in masculos turpitudinem operantes. 2. Macha. 4. dicitur de hoc vitio, Erat autem & incrementum quoddam, & profectus gentilis & alienigenæ conuersationis, propter impij, & non sacerdotis Iasonis nefarium, & inauditum scelus, [Repleta est.] Hic ponit idolatriæ occasionem, quæ est auaritia. Ephes. 5. Aut auaritia quæ est idolorum seruitus. Primo ergo, ostendit auaritiam eorum, quantum ad multiplicationem rerum quæ pertinent ad necessitatem victus, cum dicit. [Repleta est terra.] In quo notatur

notatur abundantia rerum. [Et non est finis.] In quo notatur A insatiabilitas auari, qui non implebitur pecunia. Eccle. 5. Auarus non implebitur pecunia. Et qui amat diuitias, fructũ non accipiet, ex eis. Et Osee 2. Dedi eis frument & vinũ, & oleũ, & argentum multiplicaui eis, & aurum quæ fecerunt Baal. Secundo, quantum ad res quæ pertinẽt ad portantis vsum, cum dicit. [Repleta.] Ps. 19. Hi ĩ curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus. [Et repleta est.] Hic arguit in eis idolatræ cultũ. Et arguit hic ex tribus. Primo, ex multitudine, cum dicit. [Et repleta est.] Osee 7. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum. Hie. 2. Sub omni ligno frõdoso, & in omni colle sublimi tu prosternebaris meretrix. Scdo, ex idolorum vilitate, [quia opus manuum suarum] & adhuc plus, qđ fecerũt digiti eorum. ps. 113. Simulacra gẽtium argentũ & aurum, opera manuũ hoĩum. Tertio, ex hominis dignitate: & ideo dicit. [Homo] qui ad imaginem Dei factus est. [Inclinauit se] supponendo se idolis. [Vir] qui virtuosus videbatur quantum ad acquisita, [humiliatus est] Psal. 48. Hõ cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Infra 44. Curuatus est ante illud & adorat, & dicit. Libera me.

c ¶Hic comminatur eis pœnam. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit eis imminere periculum: in secunda concludit euasionis remedium, ibi. [Quiescite ergo &c.] Ostendit autem eis imminere periculum remouendo tria. Primo, præsumptionẽ de diuina misericordia, Secũdo cõfidẽtiã de ꝓpria potentia, ibi. [Oculi sublimes &c.] Tertio, remedium, quod relinquebatur in aliorum fiducia, ibi. [In die illa proijciet homo idola &c.] Et quia diuina misericordia mensuram non habet, sed semper superexaltat iudicium, ideo non remouet eam prædicẽdo vt de futurã, sed imprecãdo pœnã, vt iustã. Duo ergo facit. Primo, ponit imprecationem dicens. Ex quo tam turpia mala faciunt. [Ergo ne dimittas eis,] quasi dicat. Iustum esset vt in nullo eorum misereris. Hier. 5. Nunquid super his non uisitabo dicit dominus, & super gentem huiuscemodi non vlciscetur anima mea? Secundo, ironice ponit consilium ad euasionem dicens. [Ingredere,] quasi dicat. Ex quo ipse non dimittit, restat vt abscondaris a facie eius, [Ingredere in petrã,] ad literam, in fixuras petrarum ad ibi manendum. [Abscondere fossa humo,] idest, in cauernis terræ a facie timoris domini, idest, a facie illorum per quos Deus se probat timendum, & glorificãdũ. Hier. 18. Relinquite ciuitates: sed hoc non valebit eis. vnde in Psal. 138. Quo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam. Bernardus exponit de Christo. Petra. n. est Christus. 1. ad Corinth. 10. In ipso est intrandum per deuotionis affectũ. Dicit ergo. Ego qđ mihi deest vsurpo, de visceribus Iesu Christi. Viscera enim misericordiæ affluxerunt, nec desunt foramina ꝑ quæ effluant. Foderũt. n. manus eius, & pedes eius perforauerunt. Can. 2. Surge propera amica mea, & veni in foraminibus petrę. [Oculi sublimes.] Hic remouet ab eis confidentiam de propria potentia. Et circa hoc duo facit. Primo, excludit potentiam resistendi. Secundo, repellit cautelam latendi, ibi. [Et introibunt &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponit intentum. Secundo, explicat modum, ibi. [Quia dies &c.] Tertio, concludit propositum, & incuruabitur &c. Ponit autem duo ad excludendum potentiam resistendi. Primo ipsorum depressionem, tum quantum ad superbiam cordis, cum dicit. [Oculi,] idest, superbia, [sublimis,] idest, hominis potentis, [humiliati,] idest, humiliabuntur. Præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ. Prouer. 30. Generatio cuius oculi excelsi sunt, & palpebræ in alta surrectę. Iob. 40. Respiciet cũctos superbos, & confundet eos, & conteret impios, de loco suo: tum etiam quantum ad nobilitatem generis. vnde dicit. [Altitudo virorum,] idest, nobilitas generis. Amos. 2. Ego exterminaui amorreum a facie eorum, cuius altitudo, cedrorum altitudo eius. Secundo, ponit punientis exaltationem. [Exaltabitur,] idest, altus apparebit, in punitione, qui infimus videbatur in expectatione. Psal. 9. Cognoscetur dñs iudicia faciens, infra 5. Exaltabitur dominus exercituum in iudicio. [Quia dies domini.] Hic ponitur modus expletionis prędictorum. Et primo, quantum ad depressionem hominũ. Secundo, quantum ad subtractionem rerum, ibi. [Et super omnes &c.] Dicit ergo primo. Ideo erit hoc, quod dictũ est. [Quia dies domini,] idest, vltionis tẽpus, infra 63. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meę, venit [exercituũ,] vt nõ dubitetur, de victoria eius, cui tanta subest obsequentiũ multitudo [veniet,] quasi graue pondus ad comprimendum [super omnem superbum, & excelsum,] idest, super eum qui magis de magnis, quæ habet extollitur. [Et super omnem arrogantem,] qui eleuatur de eo, quod nõ habet. Gregorius, Arrogans est, qui sibi tribuit, qđ non habet. Prouerb. 8. Arrogantiam & superbiam, & viam prauam, & os bilingue detestor. [Et humiliabitur.] Luc. 14. Qui se exaltat humiliabitur. [Et super omnes cedros.] Hic ponit subtractionem rerum quę faciunt ad defensionem. Et primo, quantum ad ea quæ faciunt, quantum ad præparationem machinarum: vel propter altitudinem. Et sic dicit. [Super omnes cedros, vel fortitudinem, & sic dicit. [Super omnem quercum.] Zach. 11. Aperi libere portas D tuas, & comedat ignis cedros tuos. Et infra. Vlulate quercus basam, quia succinctus est, saltus munitus. Secundo quo ad ea quæ pertinent ad mutationem locorum, aut a natura. [Et super omnes montes excelsos &c.] Ezech. 6. Hæc dicit dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: aut ab arte, [& super omnem turrim excelsam &c.] Sopho. 1. Dies tubæ & clãgoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos, & tribulabo homines. Tertio, quantum ad ea quæ pertinent ad abundantiam victualium. Et sic dicit. [super omnes naues,] In quibus deferuntur, [tharsis,] idest, maris, infra 23. Vlulate naues maris, quia vastata est domus, vnde venire consueuerant. [Et super omne, quod visu pulchrum est.] Hoc pertinet ad hostium implacationẽ, vel augumentationẽ pugnantium. Iudith. 10. Quis contemnet populum hebræorum, qui tam decoras habet mulieres. [Et incuruabitur.] Hic quasi concludit propositum. Et est omnino idem quod prius dictũ est, E nisi quod additur de destructione idolorum, vt ostendatur ipse solus excelsus, cum dicit. [Et idola.] Ezech. 6. Confringentur & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra. [Et introibunt in spelunchas &c.] Hic ponit cautelam latendi, & est idem quod prius; nisi quòd hic prędicitur quasi futurũ, quia impotentiam deijciendam prędicendo, & non imprecãdo exposuerat, Psal. 62. Introibunt in inferiora terrę, tradentur in manus gladij, partes vlpium erunt. [In die illa.] Hic remouet tertium, scilicet idolorum fiduciam. Et primo remouet auxiliũ. [vt adoraret.] Ezech. 8. Et ingressus vidi & ecce omnis similitudo reptilium & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta, infra. 31. In die illa abijciet vir idola argenti sui, & idola quæ fecerunt manus eius in peccatum. Secundo, replicat latendi subsidium, ibi. [Et ingredietur &c.] Apocal. 6. Omnis seruus & liber absconderunt se, in speluncis, & in petris montium. [Quiescite ergo.] Hic ponit sanum consilium ad euadẽdum. Et dicit. Ergo ex quo oĩa ista non valebunt vobis [quiescite ab homine,] idest, cessate ab offensa ipsius, scilicet

licet Christi. [Cuius spiritus in naribus eius,] idest, qui spirat [in naribus,] idest, viuit sicut alij homines quantum ad humanitatem. [Quia excelsus reputatus est ipse,] quantum ad diuinitatem a sanctis, & ab angelis. Psal.112. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius. Vel aliter: loquitur de Deo ad similitudinē hominis per figuram, antropospatos. [Ab homine,] idest Deo, [cuius spiritus in naribus,] loquitur ad similitudinē irati, qui propter multiplicationem spirituū exufflat per nares. vnde dicit Homerus, Quòd fortes austeram virtutem per singulas nares exufflabant. Ps. 17. Ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Infra 30. Ardēs furor eius & grauis ad portandum. Et iterum, spiritus velut torrens inundans, vsq; ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum: & hoc refertur ad primū in quo remouit præsumptionem de misericordia Dei: [quia excelsus ipse] discretiue quasi solus.

CAP. III.

a Ecce enim dominator dominus exercituum auferet ab Hierusalem, & a Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem & uirum bellatorem, & iudicem & prophetam, & ariolū & senem principem super quinquaginta, & honorabilem uultu, & consiliariū, & sapientem de architectis, & prudentē eloquij mistici. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Et corruet populus uir ad uirū, & unusquisq; ad proximū suū. Tumultuabitur puer contra senē, & ignobilis contra nobilem. Apprahēdet enim uir fratrem suum, domesticum patris sui, & dicet. Vestimentū tibi est, princeps esto noster: ruina autem hæc sub manu tua. Respondebitque in die illa dicens Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; uestimentum. Nolite constituere me principem populi.

a Hic incipit secunda pars. In qua arguit peccatum eorum, quantum ad oppressionem proximorum. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur opprimentium confutatio. In secunda, oppressorum consolatio.4.cap. [Et appræhendent &c.] Et quia violentum dominium non solum est culpa hominis, sed etiam est pœna Dei iudicātis peccata populi, sicut dicitur. Iob 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi, ideo prima pars diuiditur in partes duas. In prima enim prædicitur, secundum quòd est pœna a Deo inflicta. In secunda arguitur, secundum quòd est culpa ab homine commissa, ibi. [Popule meus &c.] Prima diuiditur in duas partes. In prima comminatur regiminis subuersionem. In secunda assignat rationem, ibi. [Ruit.n.] Prima diuiditur in tres. In prima subtrahuntur a regiminis officio idonei. In secunda præficiuntur indigni, ibi. [Et dabo pueros &c.] In tertia refutant vocati, ibi. [Respōdebitq; in die &c.] Prima in duas. In prima subtrahit idoneum a regiminis officio. In secunda, vtilem ad regentis auxilium, ibi. [Consiliarium &c.] Prima diuiditur in tres, secundū tria quæ requiruntur ad idoneitatem prælatorum. Primo enim aufert idoneum, quantum ad potestatem. In secunda, quantum ad sagacitatem, ibi. [Iudicem &c.] In tertia, quantum ad authoritatem, ibi. [Senem &c.] Potestas ad regenda bella populi requiritur in duce, & valet ad compescendū insolentias. Eccl.9. Noli quęrere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates: quæ in tribus consistit, secundum quæ diuiditur prima pars huius tertiæ partis, scilicet in fortitudine corporis, quæ consistit in tribus, scilicet in complexionis vigore, & quantū ad hoc dicit. Moneo vt quiescatis [enim] i.qa, [ecce] in proximo est, [auferet, validum,] idest, bene valentem in complexionis sanitate. In membrorum robore. Et sic dicit, [fortē,] quia fortitudo consistit in ossibus & neruis, vt dicit Philosophus. Iterum in cibi multitudine. Et sic dicit. [Omne robur panis,] in quo omnis cibus & potus significatur. Eccl.29. Initium vitæ hominis aqua & panis, & vestimentum. Secundo, consistit potestas in constantia cordis, & sic dicit, [fortem,] secundum quòd venit a fortitudine quæ est virtus animæ. Tertio, consistit in exercitio bellicæ artis. Et sic dicit. [virum bellatorem.] Sapientia autem requiritur ad exercendum iudicia, propter quod petiit Salomon sapientiam a Deo.3.Reg.3. Dabis seruo tuo cor docile, vt possit discernere inter bonum & malum. Et hoc habetur tripliciter. Vel humana institutione, & quantum ad hoc dicit, [iudicem,] quasi iuris peritum. Vel diuina inspiratione, & quantum ad hoc dicit. [Prophetam,] vel dæmonis reuelatione, & quantum ad hoc dicit. [Ariolum,] quia in aris dæmonum diuinabant, & aliquando vera dicebant. Authoritas necessaria est ad reuerentiam. Et hæc etiam consistit in tribus. In officij dignitate, & quantū ad hoc dicit. [Principem,] & per hoc omnes alios principes intelligit, vt dicit Glo. In morum honestate, & propter hoc dicit. [Senem,] scilicet moribus. In vultus maturitate, [honorabilem,] & propter hoc dicit: [vultu.] Vtiles autem sunt aliqui principibus ad regimen populi, vel ad expediendum dubia negocia, & quantum ad hoc dicit. [Consiliariū.] vel ad facienda ædificia: & ideo dicit, [sapientem de architectis] ab arcos, quod est princeps, & tecti, quod est ars, & præcipue mœchanicarum. Vnde architector dicitur principalis artifex, qui præcipit artificibus inducere formam, & præparare materiā, secundum considerationem finis cuius sciētia habet vsum pro actionem. Sapientia autem, vt dicit Philosophus est duplex, scilicet vniuersalis, & particularis. Particularem diffiniēs dicit, quòd est virtus, per quam homo potest in vltimo cuiuscumque artis, vt medicinæ. Et ob hoc dicitur sapiens medicus, qui est certissimus in his quæ sunt medicinæ: Et similiter sapiēs faber, & sic de alijs. Et hoc modo sumitur hic. Vniuersalis sapientia est, quæ est vltimum in omnibus artibus & scientijs. Et ista est, per quam homo eleuatur in cognitione nobilissimarum causarum, idest, substantiarum separatarum, vel spiritualium. Et hæc secundum Philosophum est Metaphysica, & secūdum nos est Theologia. Tertio, aliquis necessarius est, ad instruendum diuina. Et quantum ad hoc dicit. [Et prudentem eloquij mistici,] a mistim quod est secretum, idest, diuinorum verborum quæ secreta sunt. Et de omnibus his habetur. 4.Reg.penult. Quòd translati sunt a Nabuchodonosor in Babyloniam. Transtulit quoque Ioachim in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos, & iudices terræ duxit in captiuitatem. [Et dabo pueros.] Hic ostenditur subuersio regiminis, quantum ad hoc, quòd præficiuntur indigni. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur indignorum prælatio. In secunda, consequens populi turbatio, ibi. [Et corruet populus &c.] Sunt autem indigni, quantum ad defectum sapientiæ & ætatis. Et ideo dicit. [Dabo pueros principes.] Et quantum ad defectum virtutis. Et sic dicit. [Et effeminati dominabuntur,] idest, lasciui & imbecilles. Oseæ.12. Dabo tibi reges in furore meo. Effectus autem regiminis in perturbatione populi, tangitur triplex. Primo, vniuersalis dissensio. Vnde dicit. [Corruet populus,] scilicet ab vnitate pacis, per quam est populus. [vir ad virum,] idest, contra virum. Prou.11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Zacha.10. Abducti sunt quasi grex, affligentur: quia non est eis pastor. Secundo, amicitiæ dissolutio. [Vnusquisq; ad proximum suum,] idest, contra proximum suum Hier.10. Omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Tertio, ordinis confusio. [Tumultuabitur puer contra senē &c.] Tren. 4. Facies sacerdotum non erubuerunt, nec senum miserti sunt. [Apprehendet.] Hic ostendit subuersionem regiminis, quantum ad hoc, quòd inuitati ad regendum recusant, quasi quoddam ruinosum. Et diuiditur in partes duas. In prima ponitur eligentium inuitatio. In secunda electi recusatio, ibi. [Et respondebit &c.] Circa primum, tria ponuntur, scilicet ipsa electio, electionis occasio, officij immutatio. Electiò est inordinata, quia ab vno tantum: vnde dicit. [Tumultuabitur enim] idest, quia non conuenienter eligent: sed [apprehendet vir fratrem suum,] idest, coniunctum sanguine. [Domesticum patris sui,] idest, familiaritate acceptum, quāmuis ēt vilem. Mich. 3. Qui ædificat syon in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Et hoc est, contra formam seruatam. Nume.1. in electione principum facta præcepto domini, authoritate prelati, & consensu multitudinis. Sed occasio est viris, quia propter diuitias. vnde dicit. [Vestimentum tibi est.] Sperat enim temporalem subuentionem. Et hoc est, contra formam traditam. Exod.18. Prouide de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones qui iudicent populum omni tempore: sed iniunctio periculosa. vnde dicit. Princeps esto noster. [Ruina autem hæc,] idest, periculum, [sub manu tua,] idest, sub custodia tua, & defensione tua, 3.Reg. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima eius. [Respondebit,] Hic ponitur recusatio electi. Et ponitur rationabilis excusatio. Secundo, concluditur officij refutatio, ibi. [Nolite &c.] In excusatione prætēdit tria, scilicet impotentiam ad repel-

repellendum nociua. [Non sum medicus,] scilicet, vt possim mederi miserijs vestris. Hiere.8. Numquid resina est, in galaad, aut medicus non est ibi? s. ad supplendum defectum. Et propter hoc dicit. [Et in domo mea non est panis,] quo suppleam defectum famis vestræ. Tren.4. Paruuli petierunt panē, & non erat qui frangeret eis. ad fouendum, vel conseruandum nutrimentū: & ideo dicit. [Nec vestimentum] quo conseruatur calor. Prouerb.vlt. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis. Omnes .n. domestici eius vestiti sunt duplicibus. [Nolite me cōstituere principē populi.] Hic concluditur officij refutatio. Iudicū.9. Numquid possum deserere pinguedinē meā quā dij vtuntur, & homines? Vbi ponitur triplex ratio: scilicet impedimentum deuotę contemplationis, dulcis affectionis. infra. Numquid possum deserere dulcedinem meam? & spiritualis exultationis. Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter cætera ligna promoueri?

b ¶ Ruit enim Hierusalem & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum cōtra dominū, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorū respōdebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto, quoniā bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum. Retributio .n. manuum eius, fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Popule meus qui te beatū dicūt, ipsi te decipiūt, & viā gressuū tuorū dissipāt. Stat ad iudicādū Dn̄s, stat ad iudicandos populos. Dn̄s ad iudiciū veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis vineā meam, & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum?

c ¶ Et dixit dominus Deus. Pro eo quòd eleuatæ sunt filię syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus

b ¶ Hic ponit causas dictę renuntiationis. Et primo ponit causam proximam, scilicet pęnam vniuersalis ruinæ. Vnde dicitur ex parte prophetæ: ideo recusabit. [Enim,] idest, quia [ruit Hierusalem,] idest, ipsa ciuitas, [& Iudas:] ipsa prouincia [concidit] per pęnam a sua integritate. Infra 25. In captiuitatē transduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam. Secundo, ponit causam remotam, scilicet culpam. Et diuiditur in partes tres. In prima aggrauat culpam. In secunda, contra culpam ordinat pœnam, ibi. [Vę animæ eorum &c.] Tertio, ostendit punientis iustitiam, ibi. [Dicite iusto &c.] Peccatum aggrauat ex tribus: ex peccati specie: quia blasphemant in Deum. Vnde dicit: ideo concidit,] [quia lingua eorum contra dominum.] Infra 57. Super quem lusistis, super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? Secundo, ex peccati nouitate. Vnde dicit. [Adinuentiones eorum contra dominū.] Oseę 7. Nunc circundederunt eos adinuentiones suę, coram facie mea factę sunt. Tertio, ex peccati publicatione: vnde dicit. [Agnitio vultus eorum,] & hoc, quia peccatū suum a vultu, agnitū alijs fecerunt. [Respondebit eis,] in pęnā quantum ad gestus. Et quantū ad peccati commendationem dicit. [Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.] Hiere.2. Frons meretricis facta est sibi, & noluisti erubescere. Aliter exponitur in glo, [Agnitio vultus eorum,] idest, cognitio suorū peccatorum, quam in intellectu habebunt: quia in vultu sunt sensus. [Respondebit eis,] quærentibus quare puniuntur: vel aliter. [Agnitio vultus eorū,] idest remorsus conscientiæ, [respondebit eis,] sicut pœna. Et mistice hoc refertur ad peccatū quo Christū videntes cognoscere noluerunt, de quo conscientia redarguet eos, secundum quod dicit Glo. Et quia iustitia Dei non sinit, tam grauia mala inulta, ideo. [Vę animæ eorum,] non solum corpori. [Quoniam reddita sunt eis mala,] scilicet in Dei præscientia, vel præteritum ponitur pro futuro. Et ne putetur pœna omnes inuoluere, subiungitur Dei iustitia in discretione bonorū a malis. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit remunerationem bonorum, dicens. [Dicite iusto,] cuicūque: [quoniam bene] erit ei, cum alij damnabuntur, [quoniā fructum,] idest mercedem [adinuentionum suarum] comedet, quasi fructum capiens bonorum excogitatorum. Sicut.n. mali sunt soliciti, ad inueniendum modos quibus peccatur, ita & boni sunt soliciti, vt adinueniant qualiter Deo placere possint, 1. Cor. 7. Qui sine vxore est, solicitus est, quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Psal.127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es. Secundo, ponit punitionem malorum dicens. [Vę impio in malum,] idest, pro malo, quod sibi imminet [retributio manuum fiet ei.] Psal.9. In operibus manuum suarum comprehēsus est peccator. [Populum meum.] Hic arguitur oppressio populi, secundum quod est peccatum hominis opprimentis. Et diuiditur in partes duas. In prima, ponitur oppressionis vitium. In secunda, reducitur pœnæ iudicium, ibi. [Stat ad iudicandum dominus &c.] Tripliciter autem quidam opprimebant populum. Primo, opprimebant principes per violentiam rapiendo. Et quantum ad hoc dicit. [Populum meum expoliauerunt,] bonis suis Ezech.22. Populi terrę calumniabantur calumniam, & rapiebam violēter, egenum & pauperem affligebant. Secundo, mulieres trahendo ad concupiscentiam, & etiam ad idolatriam: sicut de Salomone dicit. 3.Reg.3. Et quantū ad hoc dicit, [mulieres eorum dominatę sunt eis.] Eccl.9. Ne des mulieri potestatem animę tuę, ne ingrediatur in virtute tua. Tertio, prophetę decipiendo per astutiā adulationis, & quantum ad hoc dicit. [Popule meus.] quasi dicat. Per prophetas cōsueueram vobis loqui: sed quia illi mendaces sunt, per me vobis loquar, ne videatur nō debere credi, quòd propheta sit, contra prophetam [decipiunt] promittendo securitatem [dissipant,] prębendo occasionē culpæ. Mich.3. Hæc dicit dominus super prophetas, qui seducunt populum meum: qui mordent dentibus suis & prædicant pacem. Hier.14. Prophetæ dicunt eis, non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, pacem veram dabit vobis in loco isto. [Stat ad iudicandum,] Hic inducitur iudiciū ad puniendum oppressores: & diuiditur in partes duas. Et primo, ponitur iudicium, contra oppressores principes. In secunda, contra mulieres, ibi. [Et dixit dn̄s.] Pseudoprophetæ ad spoliādū populū decipiebant: & ideo habent idem iudicium cum principibus. Ezech.13. Violabant me ad populum meum, propter pugillum ordei, & frumentum panis. Circa primum tria facit. Primo, inducitur iudex. Vnde dicit. [Stat ad iudicandū.] Mich.4. Iudicabit populos multos. Dan.7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Secundo, inducuntur rei. vnde dicit. [Dominus ad iudicandum veniet cum senibus,] scilicet sacerdotibus, & principibus, regibus & ducibus. Ezech.34. Ego iudicabo inter pecus & pecus, & inter arietem, & hircum. Tertio, ponitur causa. Et primo, inducitur accusatio actoris, cum dicit.] Vos depasti estis.] Mich.4. Comederunt carnes populi mei. Secundo, ponitur increpatio iudicis, cum dicit. [Quare atteritis] affligendo, [facies pauperum commolitis] attenuando. Amos.4. Calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Ipse enim Deus erit actor & iudex. Notandum super illo verbo. [Dicite iusto: quoniam fructum &c.] quòd est fructus iusti. Primo quē reddit. Et hic est triplex, scilicet fructus suæ operationis. Ioan. 10. Eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. Suæ prędicationis. Heb.vlt. Offeramus hostiam laudis Deo, idest, fructum labiorum confitentium nomini eius. Suę confessionis. Secundo, quem percipit. Et hic est etiā triplex, scilicet fructus remissionis culpæ. Esa. 27. Dimittetur domui Iacob iniquitas. Et istę est omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Participationis gratia. Gal. 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia. &c. Prouerb.3. Melior est acquisitio eius negociatione auri, & argenti: primi, & purissimi fructus eius. Tertio, quem quęrit. In fruitione Dei. Can.2. Fructus eius dulcis gutturi meo. In societate cęlestis chori. Ezech. 36. Montes Israel ramos vestros germinetis, & fructū vestrum afferatis populo Israel, in perceptione diuini doni. Cant. 4. Emissiones tuę paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.

c ¶ Hic ponitur diuinum iudicium contra mulieres. Et primo, aperitur culpa. Scd̄o, prędicitur pœna. ibi. [Decaluabit &c.] Prima, diuiditur in duas. In prima, arguit eas, de superbia. In secunda, de lasciuia, ibi. [Et nutibus &c.] Circa primum duo facit. In prima, arguit superbiam in corde, cum dicit. [Pro eo, quòd eleuatæ sunt filiæ syon.] In superbiā. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meum. Secundo, arguit superbię signū in corpore. [Ambulauerunt extento collo,] quod signum superbiæ est, Iob 15. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. [Et nutibus.] Hic arguit lasciuiā earum in quatuor, quibus homines ad concupiscentiam prouocabant. Primo, in ipso visu. vnde dicit. [Et nutibus.] Prouer. 6. Non concupiscat pulchritudinem eius, cor tuum, ne capiaris nutibus.

nutibus eius. Secundo, lusu, &c. [Et plaudebant.] Glo. ludendo. Eccles. 9. Cum saltatrice ne assiduus sis, ne forte pereat in efficacia eius. Tertio, in excessu. [Et ambulauerunt erecto collo.] Prouer. 7. Garrula, quietis impatiens, nec valens in domo cõsistere pedibus suis. Quarto, lasciuo ornatu & composito gradu.] Glo. Ornatę de rapina pauperum. Prouerb. 7. Ecce occurrit mulier ornatu meretricio, præparata ad capiẽdas animas. [Decalauabit &c.] Hic commi natur pœnã. Et primo, quantum ad ablationẽ ornamen

F idest, quidã circuli aurei, vel argentei, qui apponuntur fnauribus mulierum ad hoc perforatis. Osęæ. 2. Ornabatur in aure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos. Tertio, quãtum ad tactum qui maxime viget in digitis [anulos.] Num. 31. authoritate inducta superius. Ob hanc causam offerimus annulos &c. Quarto, quantum ad visum [gemmas in fronte] quibus ornabantur mulieres Aegyptiæ. Exod. 25. Accipietis lapides onichinos, & gẽmas ad ornandũ ephot ac rationale. De gustu, non facit mentionem,

suis composito gradu incedebãt: Decaluabit dominus verticem filiarum syon, & dominus crinem earum nudabit. In die illa, auferet dominus ornamentum calceamẽtorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfatoriola, & inaures, & anulos, & gemmas, in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lintheamina, & acᵒ, & specula, & syndones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odo-

torum. Secundo, quantum ad solatium virorum, ibi. [Pulcherrimi quoque viri &c.] Circa primum duo facit. Primo, aufert ab eis ornamenta quæ sunt signa ineptæ lætitiæ & lasciuiæ. In secunda, recompensat signa tristitiæ, & miserię, ibi. [Et erit pro suaui &c.] Circa primum duo facit. Primo, aufert ab eis ornatum naturalem capillorum. Secundo, artificialem, ibi. [In die illa.] Dicit ergo primo. [Decalauabit,] quantum ad capillos veros. infra. 3. In cunctis capitibus eius erit calutium, [nudabit,] quantum ad capillos adulteros qui sunt, sicut indumenta. Deut. 32. De captiuitate nudati inimicorum capitis. [In die illa.] Hic aufert ab eis ornamenta artificialia. Et primo, ea quæ pertinet ad ornatum membrorum. Secundo, ea quæ pertinẽt ad cultum ornamentorum, ibi. [Acus & specula &c.] Circa primum duo facit. Primo, aufert ea quæ pertinent ad ornatum partium. Secundo, ea quæ pertinent ad ornatum totius, ibi. [Et mutatoria &c.] Circa primum duo facit. Primo, aufert ea quæ pertinent ad corporis membra. Secundo, ea quæ specialiter ad sensus organa, ibi. [Olfatoriola &c.] Circa primum duo facit. Primo, aufert ea quæ pertinent ad inferiores partes corporis. Secundo, quæ specialiter ad membra capitis, ibi. [Et vittas &c.] Dicit ergo primo, quantum ad pedes. [Ornamentum calceamentorum,] quæcumque, & specialiter, [lunulas,] idest, quasdam picturas factas, in calceamentis de corio deaurato. Cant. 7. Quàm pulchri sunt pedes tui, in calceamentis filia principis. Secundo, quantum ad collum. [Torques,] idest, quædam ornamenta colli, vsque ad pectus pendentia, in honorem victoriæ data. Prouerb. 1. Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Tertio, quantum ad pectus. Dicit. [Monilia,] quælibet ornamenta: sed specialiter fibulæ, quibus munitur pectus, ne vestes aperiantur. Cant. 7. Iuncturæ feminum tuorũ, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. Quarto, quantum ad brachia, dicit. [Armillas,] ornamenta brachiorum ab armo dicta. Exod. 32. Viri cum mulieribus præbuerũt armillas ad faciendum opus tabernaculi testimonij. [Et mitras.] Hic ponit ornamenta capitis. Et primo, quantum ad verticem [mitras,] ornamenta capitis ad modum coronæ. Iudith. 10. Imposuit mitram, super caput suum, discriminato crine capitis sui. Secundo, quantum ad capillos dicit. [Discriminalia.] Instrumenta quædam de argento, vel auro in modum acuti fusti facta, quibus mulieres diuidunt capillos suos, ante frontem, sicut dictum est Iudith. eodem. Discriminauit crinem capitis sui. Tertio, quantum ad collum tangit duo. Primo, [periscelidas] a peri, quòd est circum, & chelon, quòd est membrum, quasi ornatus, circa membrum. Aymo dicit, & quòd sit ex auro, ad similitudinem armillarum, & ponitur circa collum. Glo. dicit, quòd super pedes similes armillis, alij dicunt, quòd sunt quidam ornatus positi, circa extremitates vestium, sicut auri frigia, vel pelles aliquæ, vel aliud huiusmodi. Et hoc potest stare, cum vtroque prædictorum: quia sic sunt, & circa collum, & circa pedes. Vestes enim habent talia, & in capitijs, & in fimbrijs inferioribus, & sic ornant collum mediate. Nume. 31. Ob hanc causam, offerimus in donarijs domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire periscelidas, & armillas, & anulos. Secundo, ponit ornamenta colli immediata, cum dicit. [Murenulas,] scilicet quædam cathenæ virgulis aureis & argenteis vermiculatæ in modum murenæ, quę ponuntur circa collum. Cant. 1. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Et quia collum est medium, inter caput & corpus, ornatus eius, in vtrumque redundat: & ideo cum vtroque ponitur. [Et olfatoriola.] Hic ponuntur ea, quæ pertinent ad organa sensus. Et primo, quantum ad olfactum. [olfatoriola] quædam pixides in quibus ponebant muscum, & huiusmodi: vel etiam quædam vasa, sicut poma de argento facta perforata ad modũ thuribuli, in quibus ponitur ignis, & aliquid odoriferum. Cant. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Secundo, quantum ad auditum, [inaures,]

G quia instrumentum eius interius est, & non ornatur. [Et mutatoria,] hic ponit ornamenta pertinentia ad totum corpus. Et primo, ad induendum, & sic dicit [mutatoria,] idest, diuersa vestimentorum paria. Zach. 3. Indui te mutatorijs, & dixit. Ponite cydarim. Secundo, ad operiendum. Et sic dicit. [pallia.] Gen. 24. At illa tollens cito pallium, cooperuit se. Tertio, ad iacendum. Et sic dicit [lintheamina. Ioan. 20. Venit Petrus, & introiuit in monumentum, & vidit lintheamina posita. [Et acus.] Hic ponit ea, quę pertinent ad cultum ornamentorum. Et primo, ad componendum. [Acus.] Matth. 19. Facilius est camellum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare, in regnum Dei. Secundo, ad discernendum, [& specula] quibus mulieres discernunt vtrum sint bene ornatæ. Exod. 38. Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant ante hostium tabernaculi & atrium. Tertio, ad ornamenta operiendum. Et primo, ad operiendum humerorum ornamenta, [& syndones,] subtilia velamina quibus operiuntur humeri, sicut fit in campania a mulieribus. Prouerb. vlti. Syndonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Cananeo. Secundo, ad operiendum ornamenta capitis, [vittas,] idest, pepla. Vel melius dicẽdum, quòd dicuntur ligamenta, quibus mulieres ligant capillos suos ad modum retis facta, & sic accipitur. Exod. 24. Colligabisque eam vitta hiacintina, scilicet laminam de auro purissimo, vbi scriptum erat nomen secundũ domini. Tertio, ad operimentum totius corporis dicit. [Theristra.] Glo. vestis muliebris tenuissima, & visu pertia ęstati idonea, & inde nominatur. Theria enim, idest, æstas. Et præcipue consueuerunt huiusmodi portare mulieres, super serica vestimenta. Gen. 38. Depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum. De pluribus horum dicitur. Ezech. 16. Vestiui te discoloribus, calciaui te hiacinto, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaures super os tuum, & circulos inauribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. [Et erit &c.] Hic sublatis ornamentis lasciui, comminatur cultum miseriæ. Et primo, quantũ ad id, quod est extra, dicit. [Erit pro suaui odore fętor &c.] Odor enim ab extra est. Ioel. 2. Ascẽdit fętor eius, & ascendet putredo, quia superbe egit. Secundo, quantum ad id, quod est circa, dicit. [Pro Zona funiculus.] Iob. 12. Baltheũ regum dissoluet, & precinget funes renes eorum. Tertio, quantum ad id, quod est supra, dicit. [Pro crispanti crine.] Quarto, quantũ ad id, quod est intra pro fascia pectorali, qua constringuntur vbera, idest, cõprimuntur, ne ex magnitudine sua turpitudinem ingerant. [Pulcherrimi quoque viri &c.] Hic aufert eis virorum solatium, quantum ad quatuor. Delectantur mulieres in virorum pulchritudine. Et quantum ad hoc dicit. [Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent.] Tren. 4. Candidiores nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphyro pulchriores. Secundo, in fortitudine. Et quantum ad hoc dicit. [Et fortes.] infra 23. In captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerũt eam in ruinam. Tertio, in dignitate. Et quantũ ad hoc dicit, [& męrebunt,] scilicet interius, [& lugebũt,] scilicet exterius. Porte eius,] idest, iudices sedentes in portis. Tren. 2. Destruct e sunt in terra portæ eius, & perdidit, & cõtriuit vectes eius, regem eius, & principes eius, in gentibus. Quarto, delectantur in virorum iucunditate. Et quantum ad hoc dicit. [Et desolata in terra sedebit. Tren. 1. Posuit me desolatam, tota die męrore confectam.

QVAERITVR primo, circa hoc capitulum de hoc, quòd dicit. [Ariolum] videtur secundum hoc, quòd inquirere futura ab ariolis sit licitum. Auferre enim illicitum, non est pœna, sed magis beneficium. Præt. Idem videtur ex glo. quia aliquando vera dicunt: sed a quolibet est accipienda veritas. ergo & ab ipsis. Præt. Cum dæmones sint specula clarissima, secundum intellectum, vt dicit Dionysius, videtur quòd in his quæ

quæ pertinent ad cognitionem ad minus non sit malum accipere, & ita diuinationibus intendere erit licitum, & præcipue cum nulla cognitio sit malũm, & diuinatio dicat cognitionẽ. Ad quod dicendum est, quòd diuinatio suo nomine dicit vsurpationem actus diuini, & hoc præcipue in cognitione futurorum quæ naturaliter cognosci nõ possunt. Sunt .n. quædam futura, quæ habent causas determinatas in natura, ex quibus necessario proueniunt: sicut eclypsis Solis, & de his non est diuinatio. Quædam etiam habẽt causas determinatas ex quibus proueniunt, vt in pluribus. Sicut siccitas ĩ æstate sub cane. Vũ de his non est diuinatio. Tales enim sunt prænostications medicorũ, de sanitate, vel morte, & nautarum de tempestate futura: nisi forte prenuncientur immobili veritate futura: quia hoc solius Dei est. Sunt etiam quædam futura quæ nõ habent causas determinatas in natura, & præcipue quæ fiunt ex libero arbitrio. Et harum præcognitionem nullus habet nisi Deus, cui omnia sunt præsentia, pròpter stabilitatem suæ æternitatis, vel aliquis accipiens a Deo. Et si quidem inspiratione diuina talia prædicuntur, erit prophetia non diuinatio. Si autem per propriam intentionem, & deceptorie pp lucrum, sicut faciunt vetulæ, dicitur diuinatio, & est peccatum. Tum propter mendacium: quia asserũt incerta pro veris, tum propter deceptionem, tum propter vsurpationem diuinitatis. Similiter dicitur diuinatio si fiant consilio dæmonum qualitercumque, qui quidem possunt aliqua futura prædicere, vel quorum ipsi sunt causa, vel quæ ipsi sciunt per reuelationem bonorum angelorũ, vel præsciunt naturali cognitione in his, quæ habent causas determinatas in natura: latentes tamen nobis, & notas eis, tum propter perspicacitatem intelligentiæ, tum propter experimentũ longi temporis. Et tamẽ semper est peccatũm inquirere ab eis & apostasia a fide, vt dicit Augu. Et hoc propter tres rationes. Primo, quia quàmuis vera dicant, tamen semper intentio eorum est ad fallendum. Secundo, quia certitudinalem cognitionem habere non pñt, nisi de his quæ per reuelationem sciunt. Tertio, quia non possumus simul esse participes donorũ Dei, & diaboli. Et hæc inter omnes præcipua est. Et quàmuis beneficium simpliciter sit auferre talia: tamen pœna est illis qui talia sequuntur: quia est contrarium voluntati eorum.

DEINDE quæritur de ludis chorealibus, vtrum sine peccato exerceri possint, propter illud quod dicit, [& plaudebant.] Arguit enim hoc, tamquàm peccatum. Ad quod dicendum, ꝙ ludus secundum se non est malus. Aliter in ludis non esset virtus, quæ dicitur eutrapelia: sed secundum quòd ordinatur diuerso fine, & vestitus diuersis circunstantijs, potest esse actus virtutis & vitij. Quia enim impossibile est semper agere in vita actiua, & contemplatiua, ideo oportet interdum gaudia curis interponere, ne animus nimia seueritate frangatur, & vt homo promptius vacet ad opera virtutum. Et si tali fine fiat, de ludis cum alijs circunstantijs, erit actus virtutis, & poterit esse meritorius, si gratia informetur. Iste autem circunstantiæ videntur in ludo choreali obseruandæ, vt non sit persona indecens sicut clericus vel religiosus. Vt sit tempore lætitiæ, vt liberationis gratia, vel in nuptijs & huiusmodi Vt fiat cum honestis personis, & cum honesto cantu, & quòd gestus non sint nimis lasciui, & si qua huiusmodi sunt. Si autem fiant ad prouocandum lasciuiam, & secundum alias circunstantias, constat quòd actus vitiosus erit.

DEINDE quæritur, de ornatu mulierum. Vtrum sit licitum mulieribus ornare se. Et videtur quòd non, per hoc, quod hic dicitur. Et primæ ad Thimoth. 2. Non in tortis crinibus, aut auro & argento, aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres &c. Et dicendum, quòd ornatus mensurandus est, ad modum, & mensuram personæ, & intentionem. Si enim mulieres portent ornamenta decentia, secundum statum & dignitatem suam, & moderate se habeant in factis suis, secundũm consuetudinem patriæ, erit actus virtutis modestiæ, quæ modum ponit in incessu, statu, habitu, & oĩbus motibus exterioribus, & poterit esse meritorius, si sit

re fętor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluicium, & pro fascia pectorali, cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et męrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

a ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem nostrum comedemus, & ve-

A cum gratia. Similiter si faciat, vt placeat decenter viro suo, quem habet, vel quem accipere debet, & vt ab alijs mulieribus retrahatur. Si autem habeant ornamenta preciosiora, quàm deceat ipsas, erit arrogantia, vel quid deformatum vitio luxuriæ, si faciãt ad prouocandum ad concupiscentiam sui.

stimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomẽ tuum super nos: aufer opprobrium nostrum.

b ¶ In die illa, erit germen domini ĩ magnificẽtia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his q̃ saluati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in syon, & residuus in Hierusalẽ, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est, in uita in Hierusalem. Si abluerit dominus sordem filiarũ syon, & sanguinem Hierusalẽ lauerit, de me-

a Postquàm arguit capitium in cap. 2. & 3. In hoc capitulo Ephera ponit consolationem oppressorũ. Et diuiditur in duas partes. In prima consolatur eos, cõtra oppressionem mulierum. In secunda, cõtra oppressionem tyrannorum, ibi. [In die illa &c.] Solent autem mulies in tribus molestæ esse viris, scilicet in contẽptu virorum. Et quantum ad hoc dicit. [Et apprehendent septem mulieres.] Quod ad literam exponit glo. quia potuit esse, quòd post captiuitatem interfectis viris multis, mulieres remanserunt plures, ita quòd 7. quærerent vnum virum. infra. 13. Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Secundo, consueuerunt esse molestæ, in superfluo victu, & vestitu. Et quantum ad hoc dicit. [Panem nostrũ comedemus,]

B nis qui relictus fuerit in syon, & residuus in Hierusalẽ, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est, in uita in Hierusalem. Si abluerit dominus sordem filiarũ syon, & sanguinem Hierusalẽ lauerit, de me-

C quasi dicat, non oportebit, quòd det eis expensas. Prouerb. vlt. Facta est, quasi nauis institoris, de longe portãs panem suum, Quæsiuit lanam & linũ, & operata est cõsilio manuum suarũ. Tertio, sunt molestę in superbię fastu. Et quantum ad hoc dicit. [Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos,] vt dicamur tuę vxores, [aufer opprobrium nostrum.] sterilitatis. Deut. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis. Sed ex hoc videtur, quòd sit licitum habere plures vxores, quia domus numquàm consolatur per illicitum. Præt. Omne peccatũ est innaturale: sed habere vnum virum plures vxores, est naturale, quia vnus potest fęcundare plures. Ad quod dicendũ, ꝙ sicut dicit Philosophus, iunctio maris & feminæ in hominibus non est, tantum propter generationem, sicut in brutis: sed etiã ad commodum vitę: vnde maris & feminę sunt diuersę operationes, in quibus

D auxiliantur sibi inuicem. Secundum ergo quòd aliquid diuersimode ordinatur ad hos fines, secundum hoc diuersimode dicitur naturale, vel innaturale. Id enim, quod nullo modo potest stare cum fine dicto, est omnino innaturale, & numquàm potest esse bonum, sicut vitium sodomiticum. Et sicut hic, ꝙ vna mulier habeat plures viros: quia vna non fœcundatur a pluribus, & quantum ad vitam ciuilem, quia vna non regitur a pluribus, sed econtra: aliquid aũt põt se habere ad dictũ finẽ indifferenter, quantum in se est. Et hoc potest determinari diuersis temporibus diuersimode, secundum diuersos casus per legislatorem, & erit iustum positiuum: sicut de gradibus consanguinitatis. Aliquid autem est, per quod aliquis potest consequi finem, tamen est impeditiuum finis, vt in pluribus. Et hoc de se est innaturale: sed potest esse licitum, secundum dispensationem legislatoris attendentis speciales casus, & huiusmodi est, quòd vnus habeat plures. Potest enim vnus plures regere, secundum vitam ciuilem, & vnus plures fœcundare.

E re. Sed tamen aliquod impedimentũ præstat generationi, cum oporteat semen viri esse digestum, & hoc non potest fieri in frequenter coeuntibus. Propter quod, frequenter tales steriles sunt. Et adhuc magis impedit communem uitam, quia persecta amicitia, qualis est inter virum & mulierem vxorem propter quam etiam homo patrem & matrem derelinquit Gen. 2. non potest esse ad multas.

b ¶ Hic promittit exaltationem, contra tyrannorum oppressiones. Et primo, quantum ad prosperitatem in temporalibus. Secundo, quantũ ad sanctitatem, in spiritualibus, ibi. [Et erit omnis &c.] Tertio, quantum ad securitatem ab hostibus, ibi. [Et creabit dominus &c.] Promittit autem prosperitatem in tribus. Primo, quantum ad honorem hominum. Cum dicit. [In die illa,] idest, post redditum de captiuitate, erit germen domini,] idest, filij Iuda de quibus. infra. 5. Viri Iuda germen delectabile eius. [in magnificentia,] quantum ad magna quæ facient, & præcipue tempore Machabæorum, [& gloria,] quantum ad honorem, quam recipient. 1. Machabæorum vlt. Vidit

gloriam

Symonis, & claritatem in auro, & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit. Secundo, quantum ad abundantiam fructuũ. [& fructus terræ sublimis] idest terræ nascentia in abundantia. Amos vlti. Comprehendet arator messorem suum, & calcator vuæ mittentem semen, & stillabunt montes dulcediñe Psal 84. Terra nostra dabit fructum suum. Tertio, quantum ad lætitiam cordium. [& exultatio his qui saluati fuerint] redeuntes de captiuitate. infra. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. [Et erit. omnis, &c.] Hic promittit sanctitatem in spiritualibus. Et circa hoc tria facit. Primo, promittit sanctitatis diuulgatum nomen, quod magis alliciebat cupidos gloriæ, vnde dicit. [Et erit.] hoc quod sequitur temporibus illis. [Omnis qui relictus fuerit in syon] in vita, [& residuus in Hierusalem.] cũctorum voce [sanctus uocabitur.] infra. 61. Vos sacerdotes domini uocabimini, ministri dei nostri dicetur uobis, infra 6. Semen sanctorum erit, id quod steterit in ea. Secundo, ponit sanctificatorum signum. [Omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem] idest omnis cuius uitæ, & generationis processio a parentibus scripta est in annalibus, secundum quòd in Esdre. 1. ca. 2. legitur de quibusdam, qui vsurpant sibi officium, & non est numerata genealogia eorum. Tertio, sanctificationis modum, [Si abluerit dominus] idest si tamẽ abluerit [sordes] vitiorum [& sanguinem] prophetarum effusum de medio eius] non in angulo, in quo notatur publicitas peccati [spiritu iudicii] quantum ad æquitatem pœnæ [& in spiritu ardoris] idest tribulationis, quantum ad acerbitatem [spiritu]. i. vento metaphorice, quo purgatur area. Hier. 4. Ventus vestros in viis, quę sunt in deserto viæ filii populi mei ad uentilandum, & ad purgandum, supple. [Et creauit dominus, &c.] Hic ostendit securitatem ab hostibus, & seruat metaphoram: quia enim tribulationem ardori comparauerat, securitatem comparat nubi & tabernaculo, quibus ab ardore defenditur. Et diuiditur ĩ duas partes. Primo ponit diuinam protectionem, sub similitudine nubis. In secunda, sub similitudine tabernaculi. ibi [Et tabernaculũ erit, &c.] Circa primum, tria facit. Primo ponit protectionis rationem. [Et creauit dominus.] Iam in sua præscientia, vel propter certitudinem prophetiæ, vtitur præterito pro futuro, & dicit [creauit,] quia ex vilissimo statu eos in tantam gloriam promouit, sicut quod creatur, ex nihilo fit [super omnem locũ montis syon] idest Hierusalem, quæ subiacet arci syon, & templo. vbi inuocatus est.] Ecce ratio protectionis. Hier. 14. Tu autem in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos. Secundo, ponitur ipsa protectio. ibi [nubem.] Et ponitur secundum comparationem ad beneficium exhibitum in exitu filiorum Israel de ægypto, de quo dicitur. Exod. 13. Numquam defuit eis columna nubis per diem, nec columna ignis per noctẽ coram populo. Et ideo ponit hic [nubem] per diem quantum ad primum, [& fumum] quantum ad secundum, propter duplex ignis beneficium, scilicet caloris contra frigus: & quantum ad hoc dicit. [fumum] in quo notatur flamma, quæ est fumus accensus, uel quia est effectus caloris, & splendoris contra tenebras: & quantum ad hoc dicit. [Et splendorem.] infra 10. Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flãma. Tertio, ponit protectionis magnitudinẽ [super oẽm gloriã] quia protectio qua proteget vos deus erit super oẽm gloriã prius vobis præstitã, quasi excedens eã. Aggei. 2. *Magna erit gloria domus illius nouissimæ plusquã primæ.* [Et tabernaculũ.] Hic describit, idẽ beneficiũ ꝑ metaph. tabernaculi. Vnde ponit ea, ad quæ tabernaculũ est utile. Protegit. n. contra solis ęstũ per vmbrã. Et quantum ad hoc dicit [in vmbraculũ diei ab æstu]. i. in die. Secundo, protegit contra tẽpestatis impetũ præbens securitatem. Et quantũ ad hoc dicit] & in securitate a turbine.] Turbo. n. est ex colluctatione quadã ventorum. Tertio, protegit contra pluuiarum stillicidiũ per absconsiones. Et quantũ ad hoc dicit [& abscõsionẽ a pluuia.] Et secundũ hoc tertio designatur, persecutio, secundum diuersum sui gradum. infra 31. Erit vir, sicut qui absconditur a uento, & celat se a tempestate. Glossæ aũt tangunt duplex mysterium. ❡ Quidã exponunt. 7. mulieres pro 7. ecclesiis. Et secundum] hoc diuiditur capitulum in tres partes. Primo, ponitur desponsatio. Secundo, sponsi exaltatio, idest. In die illa. Tertio, sponsæ gubernatio, ibi [Et erit. omnis, &c.] Desponsatio autem est per fidem. Oseæ. 2. Sponsabo te mihi in fide. Vnde tria ponit. Primo, fidei communicationem. [Apprehendent] per fidem [septem mulieres] septem ecclesiæ, de quibus. Apoc. 1. Ioan. septem ecclesiis, quæ sunt in Asia, gratia vobis, & pax: in quo oẽs cõtinentur, sm regulã tetragonismi & cubi. [virum vnũ]. i. Christum. Can. vlt.

dio eius in spiritu iudicii, & spiritu ardoris Et creabit dominus super omnem locum mõtis syon, & vbi inuocatus est, nubẽ per diẽ, & fumũ, & splendorẽ ignis, flãmantis in nocte, Super omnẽ. n. gloriam protectio, & tabernaculum erit in vmbraculũ diei ab æstu, & in securitatẽ, & absconsionem a turbine, & pluuia.

F Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Secundo, propalationem spei, quæ est de sacramento sumendo [Panem nostrũ comedemus] corpus Christi nobis datum. Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, & quæ est de dono uirtutis percipiendo [Vestimentis nostris operiemur] idest virtutibus. Ezech. 16. Vestiui te discoloribus & calciaui te hiacinto, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento. Tertio desiderium, siue petitionem charitatis, quæ est de consecutione Christiani nominis [Inuocetur tantummodo nomen tuum super nos] vt a Christo G dicamur christiani. Act. 4. Non est nomen aliud sub cęlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Et de ablatione carminis [Aufer opprobrium nostrum] quod patimur a Iudæis, qui dicunt nos sine lege. Iosue. 5. Hodie abstuli opprobrium ægypti a vobis. ❡ Nota super illo verbo. Panem nostrum quotidianum, quòd panis, idest corpus Christi dat culpæ veniam. Matth. 6. Panem nostrum *supersubstantialem da nobis hodie, & dimitte nobis debita nostra.* Dat gratiæ vitam. Io. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Confirmat ad pugnã. Psal. 103. Panis cor hominis confirmat. Confortat ad viam. 3. Reg. 19. Ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus, & 40. noctibus. Facit prægustare ipsam gloriam. Sap. 6. Paratum de cælo panem præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. ❡ Secundum alias glossas diuiditur sic. In prima, notatur gratiæ plenitudo. In secunda, gratiæ exaltatio. ibi [In die illa, &c] In tertia, ponitur subditorum benigna gu- H bernatio. ibi [Et erit, &c. Circa primum tria facit. Primo ponitur donorum abundantia [septem mulieres] septem dona spiritussancti, quę dicuntur mulieres, quia per eas in deo aliquis generatur, & nutritur. *Virum vnum, idest Christum singulariter,* qui solus sine peccato Ioan. 1. Vidimus eum, quasi unigenitum plenum gratiæ, & veritatis. Secundo donorum sufficientia, in perfecta fruitione. Panem nostrum comedemus, scilicet patriæ quo fruitur perfecte spiritussanctus, cuius sunt dona, sicut & filius. Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me. In scripturæ attestatione [Et vestimentis nostris operiemur] idest sermone dei, quo dona ornantur, quia eius. Tertio, donorum perfectio per Christum, quantum ad collationem salutis [Nomen tuum] idest res nominis, scilicet salus [Inuocetur super nos], idest in illis, qui ex nobis repleti sunt: quia De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Io. 1. Ante Christum enim dona non perducebant ad regnum. Quarto, I *ad amotionem erroris [Aufer opprobrium nostrum] quod* patimur a falsis virtutibus, quæ nostrum nomen subripiunt. Ro. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Can. 2. Capite nobis vulpes paruulas quæ demolliuntur vineas, uel opprobrium quod patimur in repulsione hominum, qui nos peccando repellunt. ❡ In die illa.] Hic ponitur exaltatio. Et primo quantum ad miraculorum operationem [in magnificentia] Exo. 13. Magnificus in sanctitate terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia. Secundo, quantum ad gloriosam resurrectionem, [& gloria] infra 52. Consurge, consurge induere fortitudine tua syon. Tertio, quantum ad ascensionem [& fructus terra] idest filius virginis [sublimis] infra 52. Ecce seruus meus intelliget exaltabitur, *& eleuabitur, & sublimis erit valde: quantum ad totius mundi* venerationẽ, de quo Phi. 2. Vt in nomine Iesu oẽ genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum [Et exultatio his qui sal- K uati, &c.] infra 9. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant uictores capta præda [Et erit. omnis] hic ponitur gubernatio. Et primo quantum ad sanctificationem. Secundo, quantum ad sanctificationis ordinẽ. ibi [Si abluerit, &c.] Tertio, ponit sanctificatorum protectionem. ibi [Et creauit, &c.] Ad sanctitatem tria requiruntur. Distinctio cum fide. Et quantum ad hoc dicit [qui relictus] a non credentibus electus, quasi, distinctus [in syon] quæ specula dicitur, quia fides videt per speculum, & in ęnigmate. 1. Cor. 13. Et infra 10. In veritate reliquię conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad deum fortem. Si fuerit *populus tuus Israel, reliquiæ conuertentur.* Secundo tranquillitas ad pacem [residuus] quasi residens [in Hierusalem] quę visio pacis dicitur. infra 52. Hierusalem ciuitas sancta. Tertio, prædestinatio ad gloriam [omnis qui scriptus] Luc. 10. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Apoc 3. Non delebo nomen eius de libro vitæ. [Si abluerit, &c.] Hic ponitur ordo sanctificationis. Et primo per baptismi ablutionem [sordes] vitiorum actualium [& sanguinem] peccati originalis. vel [sordes] venia-

lium

lium [sanguinem] mortalium. Ezech. 16. Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum a te, per pænitentiæ discretionem [spiritu iudicii] 1. Corinthior. 11. Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique a domino iudicaremur, sed a charitatiua passione [spiritu ardoris] idest charitatis suæ, qua nulla maior fuit. Io. 15. Maiorẽ hac dilectione nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum [Et creauit] hic ponitur protectio. Et ponit vtilitatẽ protectionis, quantum ad protectos [vnde [super omnem] diuersitatem, quantum ad protegentia [nubem] & authoritatem quantum ad affligentia. Vnde [per diem] Sed in protectis sunt tria,

Cap. V.

Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineæ suæ. Vinea facta est dilecto meo, in cornu filio olei, Et sepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit uineam electam. Et ædificauit turrim ĩ medio eius: & torcular extruxit in ea. Et expectauit, ut faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me, & uineam meam. Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? An, quòd expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam uineæ meæ. Auferam sæpem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam vepres, & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam im- B brem. Vinea autem domini exercituum domns Israel est, & viri Iuda germen eius delectabile. Et expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor. Væ qui coniungitis do-

scilicet eminentia contemplationis in corde [montẽ syon] Psal. 124. Qui confidunt in domino, sicut mons syon, non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Laudes confessionis in orẽ [inuocatus est] Ro. 10 Omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Honestas conuersationis in operæ [gloriam] secundæ ad Corinth. 1. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Proteget autem per quatuor. Per speciem obumbrantem. [Nubem] Luc. 1. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Per compunctionem humiliantem [fumum] Ioel. 2. Dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem & ignem, & uaporẽ fumi. Per veritatem illuminantem [splendorem] Luc. 2. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Per ecclesiam uiuentem [tabernaculum] Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cũ eis. Aduersantia sunt tria. Prosperitas eleuans [diem] Aduersitas constantiam frangens [nocte] Psa. 120. Per diem sol nõ vret te, neque luna per noctem, Persecutio affligens [æstu] per afflictionem. Apoc. 16. Et quartus angelus effudit phialam suam in solem. Et sequitur. Et datum est illi æstu affligere homines, & igni [Turbine] peripetũ infra 21. Si sicut turbines ab africo ueniũt de deserto, veniet de terra horribili [A pluuia] ꝑpter multitudinẽ. Matth. 7. Descẽdit pluuia, uenerunt flumina, & flauerũt vẽti, & irruerũt in domũ illã, & cecidit.

2 HIC arguit ergo peccatum duarum tribuum, qđ committebant in abusu rerum, sub quadam metaphora. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponitur metaphora. In secunda, exponitur. Vinea enim, &c. Circa primum duo facit. Primo ponit titulum dicens [Cantabo] idest alte & aperte pronunciabo. infra 40. Exalta in fortitudine vocẽ tuam [Dilecto meo] idest populo Iudæorum [canticum patruelis mei] idest filii patrui [vineæ suæ] idest, quod fecit de vinea sua, Aliquando enim prophetæ ex istis rebus gestis, assumunt similitudines ad suas prophetias, sicut patet Hiere. 32. de venditione agri. Ecce Ananael filius sellum patruelis tuus venit ad te dicens, Eme tu agrum meum qui est in Anaroth, *tibi enim competit*, &c. Ita etiam potuit contingere, quòd ad literam aliquis patruelis suus cõposuerit simile carmen de vinea sua. Vel aliter [Cantabo] canticũ [dilecto]. s. deo. i. opera ipsius ad vineam suã. Vel dilecto. s. deo [canticũ patruelis]. i. de patruele meo. s. populo Iudæorũ, quia ex eisdẽ parẽtibus descendimus [vineæ suæ]. i. quia patruelis est uinea dilecti dei. Vel mistice, patruelis. i. Christi, qui ex eadẽ gente est mecum uineæ suæ. i. qui cõqueritur de vinea sua. i. synagoga, quę sibi amaros fructus ĩ passione attulit. Et nota, ꝙ canticũ propriæ, exultationis est. Vnde hic improprie canticũ dicitur, cum sit mœroris. Tale cãticũ cantauit Dauid de morte Saulis: 2. Reg. 1. Inclyti tui Israel, sup mõtes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes Israel? Montes gelboe, nec ros, nec pluuia veniat super vos. Ezech. 32. Cane carmen lugubre. Secũdo, ibi [Vinea facta est, &c.] Ponit ipsum canticũ, quod cõtinet metaphorã. In quo tria ponuntur. Primo, causę recitatio. Secundo *iudicii interrogatio. ibi* [Nunc ergo habita, &c.] Tertio, sententiæ prolatio. ibi [Nunc ostendam, &c.] Circa primum duo ponit. Primo, ex parte conquerentis diligentiam cultus. Secundo, ex parte vineæ malitiam fructus. ibi [Et expectaui ut faceret vuas, &c.] Diligentia autem cultus ostenditur ex tri-

A bus. In loci præparatione. In palmitum electione. [Et plantauit] & in sumptuosa ędificatione. ibi [Et edificauit, &c.] Præparatio loci, Primo, describitur tripliciter. Primo quantum ad loci pinguedinem. Vnde dicit [Vinea] de qua Psalm. 79 Vineam de ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam [Facta est dilecto meo] idest deo acquisitiue, vel a deo [in cornu] idest in loco eminenti, in quo *notatur* montuositas terræ ad constitutionem bonæ uineæ, propter hoc, ꝙ respicitur a sole [filio olei] idest adeo pingui, quòd sufficeret ad multitudinẽ olei. Proprietas hæbraici sermonis est, vt quilibet illius rei dicatur esse filius in quo abundat, sicut dicitur. 1. Reg. 27. Viuit dominus, ꝙ filii mortis estis. Et in hoc designatur bonitas terræ, quę fuit Iudæis data. De qua Ezech. 20. Leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra ægypti, in terram quam prouideram eis fluentem lacte, & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Secundo, ponitur præparationis diligentia, quantum ad loci mutationem. Vnde dicit [sæpiuit eam] Osee 2. Sępiam viam tuam spinis, in quo significatur custodia angelorum, & bonorum uirorum. Tertio, quantum ad purgationem [lapides elegit] idest di- C ligenter collegit ex ea. Psal. 79. Eiecisti gentes, & plantasti eam. Quantum ad electionem palmitum dicitur [Et plantauit eam electam] idest ex electis palmitibus. Vnde alia translatio habet [Vinea soreth] quòd est nobilissimum genus uitis, in quo significatur bonitas patrum. Hiere. 2 Ego te plantaui vineam electã, omne semen uerum. Quantum ad sumptum ædificii, quod pertinet ad defensionem dicit [Aedificauit in medio eius turrim, in quo denotatur regia dignitas. Ezech. 16. Decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum. Can. 4. Turris Dauid ædificata est cum propugnaculis: vel templum, secundum alios. Vsus turris ad conseruationem fructus, & prospiciendum ad custodiam. Quantum ad *fructus collectionem dicit* [torcular. &c.] Prouer, Implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt, in quo notatur altare holocaustorum per effusionẽ sanguinis [Et expectauit ut faceret] Hic ponitur malitia fructus Vnde dicit [Et expectauit] secundum ordinem beneficiorũ D [ut faceret vuas] fructum bonorum operum] & fecit labruscas] idest vuas syluestres, ab hoc dictæ: quia in labiis viarum nascuntur. s. sæpibus, in quo amaritudo vitiorum notatur, Hier. 2. Quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Mich. 7. Qui optimus est in eis, quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sępe. ❡ Nunc ergo habitatores Hierusalem, &c.] Hic ponitur interrogatio iudicii. Et circa hoc duo facit. Primo interpellat iudices dicens, ergo quia feci, quod debui [Nunc] audita ratione mea [*Iudicate inter me, & vineam meam.*] Osee 2. *Iudicate matrem uestram, iudicate: quoniam non ipsa vxor mea, & ego non vir eius.* Simile iudicium quærebatur a Dauid de se quasi de alio. 2 Reg. 12. super peccato commisso ab eo circa. s. adulteriũ, & homicidium Vrię Ethęi. Secundo, quęrit iudicium. Et duo quærit. Primo, vtrum peccauerit ex negligentia. Vnde dicit [Quid vltra] super dicta [facere debui] Michęę. 6. Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Secun- E do, utrum peccauerit in cultura vineæ ex superflua cura. Vnde dicit [An forte videor fecisse contra debitum [quòd expectaui] bene colendo] vt faceret vuas, & fecit labruscas] quasi dicat. In hoc videor potius superfluus, quòd vineæ meæ tantam culturã adhibui. infra 26. Domine indulsisti genti. Nunquid glorificatus es? Et quarto. Transgressorem ex ventre vocaui te propter nomen meum. Hier. 11. Ad vocem loquelę grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fructeta eius. Nota super illo uerbo [Vinea facta est dilecto] ꝙ est uinea multiplex. Primo, carnalis cõcupiscentiæ. Deut. 32. De vinea sodomorum vinum eorum, & de suburbanis gomorræ. Et huius est primo uinum iræ. Deuter. 32. Fel draconum uinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Secundo luxurię. Apoc. 18. De vino fornicationis eius biberunt omnes gentes. Tertio, ineptæ lætitiæ 2. Esdre. 9. Omnem mentem vertit in securitatem, & iucunditatem. Secundo, est vinea fidelis animæ. Can. 2. Vinea floruit. Huius uineę est uinum,

primo

primo pœnitentię. Luc.10. Appropians alligauit vulnera eius, fundens vinum, & oleum. Secundo, corporalis munditiæ. Zach. 9. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum in vinum germinans virgines? Tertio, spiritualis lætitiæ. Psal. 103. Vinũ lætificat cor hominis. Tertia, est uinea militantis ecclesiæ. Cã. vlt. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos. Et huius vineæ est vinũ primo sacræ ablutionis. Numeri. 15. Et vinũ ad liba fundenda eiusdem mensæ. Secundo, fructuosæ prædicationis. Psalm. 4. A fructu frumenti vini & olei multiplicati sunt. Tertio, deuotæ confessionis. Can. 7. Guttur tuum, sicut vinũ optimũ. Quarto, est vinea cælestis patriæ. 3. Reg. 21. Vinea erat Naboth Israelitæ. Et huius vineæ est vinũ, Primo, diuinæ fruitionis. Can. 8. Comedi fauum cum melle meo, bibi uinũ meum cum lacte meo. Secundo, interioris repletionis. Hester. 1. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum, erat abundans, & præcipuum ponebatur. Tertio, sanctorum congratulationis. Can. vlt. Dabo tibi poculum ex vino condito. ¶ Et nunc ostendam vobis, &c.] Hic profertur sententia. Et primo excitat attentionem, vel audientiã dicens [Nunc] Ex quo non vultis sententiam proferre. Ego [ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ] infra. 48. Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent indicaui tibi, ne forte diceres: idola mea fecerunt hoc, & sculptibilia mea, & conflatilia mandauerunt ista, quæ audisti vide omnia. Secundo, profert iustam sententiam, vt ingratis auferat beneficium exhibitum cum dicit. [Auferam sepem eius] Et primo aufert beneficiũ quod pertinet ad custodiam, quæ est duplex, angelorum, & quãtum ad hoc dicit [Auferam sepem eius]. i. auxilia angelorũ, quibus contra hostes protegebantur [Et erit in direptionem] gentibus. Eccl. 36. Vbi non est sepes, ibi diripietur possessio. Est etiam custodia prælatorum. Et quantum ad hoc dicit [diruam maceriã eius] idest præsidia regni, de quibus supra. 2. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum [Et erit in conculcationem]. idest vilis facta. Psal. 79 Destruxisti maceriam eius. Secundo, aufert beneficium, quod pertinet ad cultus diligentiam. Vnde dicit [Et ponã eam desertam]: idest relinquam eam inculta sicut desertũ [Non putabitur] admonitionis, aut correptionis vomere, quando peccat [Et non fodietur] vt auferantur ab eis occasiones mali, sicut malæ herbę [Et ascendent super eam vepres, & spinæ] idest maiora, & minora peccata, vel vepres peccatorum, spinæ tribulationum. infra. 7. Vepres enim: & spinæ erunt in vniuersa terra. Tertio, aufert beneficium fertilitatis, contra quod ponit defectũ pluuiæ. Vnde dicit [Et nubibus mandabo ne pluant] Ad literam, vel nubes prædicatores infra 60. Qui sunt isti, qui vt nubes uolant, & quasi columbę ad fenestras suas. Hiere. 3. Quamobrem prohibitę sunt stille pluuiarum, & serotinus imber non fuit. ¶ Vinea enim domini exercituum, &c.] Hic exponit metaphoram. Et primo, quantum ad vineam. Secundo, quantum ad uineæ cauſam. ibi [Expectaui vt faceret iudicium.] Circa primum, exponit vineam dicens [Vinea enim mea dominus Israel est] uel tota, vel quantũ ad decẽ tribus, quæ dictæ sunt Israel post separationem regni propter multitudinem Secundo, quantum ad germẽ vel palmites [viri Iuda] desit duæ tribus in quibus adhuc obseruabatur cultus dei. Oseæ. 4. Si fornicaris tu Israel, non delinquas saltem Iuda. Vel quia ex ipsa principes. 1. Paral. 5. Porro Iudas qui erat fortissimus inter suos fratres, de stirpe eius principes germinati sunt [Expectaui vt faceret iudicium] hic exponit vineæ causam, quæ consistit in culpa, & pœna quæ consequitur culpam. Vnde diuiditur in partes tres. In prima ponitur culpa in generali. In secunda pœna, & culpa simul in speciali. ibi [Væ qui coniungitis domum, &c.] In tertia pœna in generali. ibi [In hi, omnibus, &c.] Culpam in generali arguit, quantum ad prælatos, quorum est facere iudicum, in hoc quòd dicit [Expectaui] secundum ordinem beneficiorum [vt faceret iudicium] iuste iudicando [& ecce iniquitas] quasi inæqualitas iudicii. Eccle. 3. Vidi sub sole in loco iudicium impietatem, & in loco iudicum iniquitatem. Secundo, quantum ad subditos quorum est tenere iustitiam sibi præfixam a prælatis [& iustitiam] quæ est per comparationem ad præcepta legis [Ecce clamor] tumultus rixantium, uel conquæstionis paupetum. infra 22. Quid nam tibi quoque est, quia ascendisti, & tu omnis in tecta clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans? ¶ [Væ qui coniungitis domũ domui] Hic ponit culpam eorum in abusu rerum in speciali, sequendo eas per partes. Et diuiditur in duas partes. In prima, arguit eos quantum ad ipsam culpam. In secunda, quantum ad peccandi pertinaciã. ibi [Væ qui trahitis, &c.] Circa primum duo facit. Primo, arguit eos quantum ad abusum possessionum, qui fit per auaritiam. In secunda, quantum ad abusum ciborum, qui fit per gulam. ibi [Væ qui cõsurgitis, &c.] Circa primum tria ponuntur. primo arguitur superflua possessionũ multiplicatio, Vñ dicit [Vę qui coniungitis domum domui, & agrũ agro copulatis, vsque ad terminum loci] Sicut vsque ad viam publicam. Oseæ. 4. Facti sunt principes Iuda, quasi assumentes terminum super eos. Hier. 22. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Amicum suum proximum frustra, & mercedem eius non redder ei Qui dicit ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa. Mich. 2. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virum, & domum eius, uirum & hæreditatem eius. Secundo, ponitur iudicis interpretatio [Numquid habitabitis vos soli in medio terræ] quæ lata est, & spatiosa, & data multis i possessione. Gene. 5. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Tertio ponitur pœnæ comminatio. Et circa hoc duo ponuntur. Primo punientis authoritas, vel potestas. Vnde dicit [In auribus nostris sunt hic] uerba [dicit dominus exercituum] Qui potest punire, quæ dicam vobis adhuc sunt sonantia [in auribus meis] interioribus in quo notatur verborum certitudo, infra 50. Mane erigit mihi aurem, & audiam, quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico. Secundo, ponitur pœnæ seueritas. ibi [Nisi domus fuerint desertæ] quantum ad custodiam [& absque habitatore] quantum ad solitudinem domorum. quasi dicat. non quiescet ira mea. Et est aposiopesis, quod est defectus orationis. Et ponit ea, in quibus consistunt diuitiæ domorum: scilicet in multitudine. Et quantum ad hoc dicit [Multę] In pulchritudine. Et quantum ad hoc dicit [pulchræ] in magnitudine [grandes] Sophoniæ 2. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum. Secundo, quantum ad sterilitatem vinearum dicit [Decem iugera vinearum] Iuger, habet in longitudine. 120 pedes, facient lagunculam vnam. Alia litera habet batum, quod est eiusdem capacitatis in liquidis, sicut ephi in aridis. Tertio, quantum ad amissionem seminum [Et triginta modii sementis facient modios tres] quia minus colligetis, quàm seminastis. Aggei. 2. Cum accederitis ad aceruum modiorum 20. & fierent. 10. Alii habent chorum, vel ephi, quòd est decima pars chori. Ezech. 45. Ephi & batus erunt æqualia, & unius mensuræ erunt, ut rapiat decimam partem chori batus, & decimam partem chori ephi.

Hic arguit eorum culpã quantũ ad abusum ciborum. Et primo arguit culpam. Secũdo, cõminatur pœnã. ibi [Propterea captiuus &c.] Circa primũ duo facit. Primo, arguit gulã, quãtũ ad suas spẽs. Secundo, quantum ad effectum. ibi [Et opus domini non respicitis, &c.] Species autem gulę sunt, quæ in hoc versu continẽtur, præpropere, laute, nimis ardenter, studiose. Dicit ergo primo [Væ qui consurgitis mane] quantũ ad præpropere. Eccl. 10. Væ tibi terra cuius rex est puer, cuius principes mane comedũt. Prouer. 23. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam. Quantum ad ardenter. Dicit ad ebrietatem [sectandam] Quantum ad nimis, Dicit [& potandum, vsque ad uesperam] Prouerb. 23. Cuiræ, cuius patriræ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui suffosio oculorum? Nonne his qui comborantur in vino, & student calicibus epotandis [Vt uino estuetis] ad luxuriam & ad omnia uitia. Quantum ad studiose, dicit [Cythara & uinum] studiose quæsitum: quia cum magno studio præparant sibi delectationes in cibis. Quantum ad laute. dicit [in conuiuiis] in quibus fiunt magni apparatus, & electa cibaria. Amos. 6. Qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterii, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, & optimo unguento delibuti. Effectus autem est in consideratione. Et quantum ad hoc dicit. [Et opus domini non respicitis] quod facere deberis [nec opera] quæ ipse fecit. Prouerbiorum, 40. Luxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. [Propterea captiuus & cæcera.] Hic ponit pœnam respondentem. Et primo quantum ad affectum voluntatis. Vnde dicit. [Propterea] sicut scientia eorum est captiua per ebrietatem, ita ipse captiuabitur. Osee quarto. Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit scientiam. Sed videtur, quòd ignorantia non mereatur pœnam, quia excusat culpam. Et dicendum, quòd ignorantia potest dicere tantum negationem scientiæ, & sic nec pœnam, nec veniam meretur, sicut ignorantia geometriæ in rusticis. Potest etia dicere priuationem scientiæ, ita quòd derelinquat debitam aptitudinem in subiecto. Et sic constat, quòd nescire illa, quæ quis potest, & tenetur scire, vitiosum est. Secundo, ponit pœnam contra species gulæ. Et sic ponit famem & sitim, quæ respondent ei, quod est propere quantum ad causam, quia fames causatur ex hoc, quòd aliquis tardat nimis sumere cibum, ac si diceret. Vos nimis cito comedebatis: sed tantum tardabitis, quòd esurietis. Iterum, respondet illi speciei, quæ est ardenter quantum ad genus suum. Est enim fames, desiderium cibi. Vnde dicit. [Nobiles eius] quia abundant in cibariis [interierunt in fame & multitudo eius siti exaurit.] Et ponit sitim contra multitudinem vulgi, quæ ad minus aqua sitim extinguere consueuit. Contra nobiles autem, qui abundant in cibariis, quandoque siti grauatis, ponit famem. Treno, quarto. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis famæ. Secundo, contra aliam speciem, quæ est nimis, ponit insatiabilitatem capiuantium, inde captiuitatem. [Propterea infernus dilatauit] idest mors, vel diabolus [animam suam] quantum ad effectum [aperuit os] quantũ ad affectum. Et loquitur more humano, quia infernus non habet animam. Prouerbiorum, 47. Infernus & perditio numquam replentur. Vel infernus dicitur Nabuchodonosor. Abacuh. 2. Qui dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors, & non adimpletur. Tertio, quantum ad studiosam ciborum præparationem, quæ contingit ex quadam elatione, ponit pœnam humiliationis, ibi. [Et descendent.] Et ostendit eos humiliandos quantum ad tria. Primo, quantum ad captiuationem. Vnde dicit [Descendent] quasi humiliati [ad eum] scilicet infernum captiuitatis [fortes eius] quantum ad potentes [& sublimes eius] quantum ad diuites & aliis bonis æminentes de quibus superbiunt [gloriosisque] quantum ad nobiles & famosos. Hierem. 36. Et omnes nobiles Iuda, occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedechiæ eruit, & vinxit eum in compedibus, vt duceretur in Babylonem. Et infra eodem. Et reliquias populi, quæ remauserunt in ciuitate, & profugas qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserãt, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. Secundo, quantum ad captiuorum depressionem. [Et incuruabitur homo] in captiuitate existens quantum ad sublimes, & humiliabitur vir] quantum ad potentes [& oculi sublimium] quantum ad gloriosos. Deuter. 28. In gentibus quoque illis non quiesces, non erit requies vestigio pedis tui. Tertio, quantum ad punientis dei exaltationem. [Et exaltabitur.] Altus apparebit, qui prius despiciebatur in iusto iudicio [& deus sanctus] in se [sanctificabitur,] idest sanctus apparebit. supra 2. Exaltabitur autem solus dominus in illa die. Quarto, contra speciem, quæ est laute, ponit deuorationem bonorum ab hostibus. [Et agni pascentur] idest comedentur ab hostibus vestris [iuxta ordinem suum, quia meliores prius, quantum ad animalia. Et quantum ad terræ nascentia [deserta,] idest agros vestros a nobis desertos [in vbertate] idest facti magis fertiles [aduenæ] Deuter. 28. Adducet te dominus, & regem tuum quem constitues super te in gentem quam ignoras tu, & patres tui: infra eodem. Aduena qui uersatur tecum in terra, ascendet super te, erit ꝓ sublimior. [Mistice agni,] idest sancti. Doctrina dei patris reficientur iuxta ordinem, idest capacitatem suam [Aduenæ] gentes, & deserta a Iudæis, sacras scilicet scripturas, versa in vbertatem spiritualis intelligentiæ. [Væ qui trahitis &c.] Hic arguit peccandi pertinaciam. Et primo, arguit culpam. Secundo, comminatur pœnam. ibi [Propter hoc sicut &c.] Circa hoc duo facit. Primo, arguit in generali. Secundo, explicat in speciali. ibi [Qui dicitis &c.] Dicit ergo primo, [Væ qui trahitis] idest protrahitis iniquitatem [in funiculis] idest vanis occasionibus: quibus ad peccata homo trahitur, dum per augumentum culpa protelatur. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et hoc dicitur quantum ad communia peccata. Quantum autem ad grauia subdit [& quasi vinculum plaustri peccatum] idest quo ligatur & trahitur plaustrum, quod maius est. Et designat grauitatem peccati in plaustro. infra. 58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes [Qui dicitis] hic ostẽdit istas vanitates in speciali, ex quibus peccatum trahebant super se, & hoc quantum ad tria. Primo, quantum ad contemptum iudicis. Secundo, quantum ad excusationem peccati. ibi [Væ qui dicitis &c.] Tertio, quantum ad præsumptionem peccandi. ibi [Væ qui sapientes &c.] Et hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Ecclesi. 4. Contemnebant autem iudicis comminationem: propter duo, scilicet propter sententiæ dilationem. Vnde dicit [Festinet & cito veniet opus] captiuitatis quod comminamini. Eccle. 8. Etenim, quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filii hominum perpetrant mala. Secundo, propter iudicis elongationem. Vnde dicit [Appropriet] quasi diceret. Ipse est in cælo, & non potest videre, sed fiat prope. Ezech. 9. Dixerunt enim, reliquit dominus terram, & dominus non videt. [Nota super illo verbo. Et quasi vinculum plaustri peccatum, quòd peccatum dicitur, Primo, funiculus. Et hoc quia trahit. Primo, ad peccatum exemplum. Prouerb. 7. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & ignorat quòd ad vincula stultus trahatur. Secundo, ad peccandi vsum Hierem. 2. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum, scilicet amoris. Tertio, ad æternæ mortis interitum. Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Secundo, peccatum dicitur vanitas. Et hoc quia deficit, Primo, ab imitatione diuinæ veritatis. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia dei. Secundo, a consecutione sperati finis. Eccl. 2. Peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluã, vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit deo. Sed hæc vanitas, & cassa solici udo mentis. Tertio, a longa duratione temporis. Ecclesi. 17. Non est mortalis filius hominis, & in vanitatem malitiæ placuerunt. Sapien. 5. Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens. Tertio, peccatum dicitur vinculum, & hoc quia nectitur, Primo, intellectum ne videat. Sapien. 17. Cum enim persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ, vinculis tenebrarum & lõgæ noctis cõpediti, inclusi subtectis fugitiui, ppetuæ prouidentiæ placuerunt. Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento dispersa sunt. Secundo, manum ne bona faciant. Tertio, pedes ne proficiant. De his duobus Matth. 22. Ligatis pedibus eius & manibus, mittite eum in tenebras exteriores. Quarto, peccatum dicitur plaustrum. Et hoc quia opprimit, Primo, seruitutis onere. Hierem. 16. & seruietis ibi diis alienis, die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Secundo, cordis timore. Sapien. 17. Cum sit enim timida nequitia data est in omnium condẽnationem. Tertio, conscientiæ inquietudinem. Esa. 57. Impium autem cor, quasi mare feruens, quod quiescere non potest.

c ¶ Hic ponitur vanitas, quantum ad excusationem peccati. Et, primo, quantum ad effectum [malum bonum,] Michæ. 7. Malum manuũ suarum, dicũt bonum. Secundo, quantũ ad intellectũ [Lucẽ tenebras] veritatẽ errorẽ. Ioan. 3. Dilexerunt homines

muneribus, & iustitiā iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulā lingua ignis, & calor flā mæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel blaphemauerunt. Ideo iratus est furor domini in populum suum, & extendit manum super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes: & facta sunt morticina eorū, quasi stercus in medio platearum.

d ¶ In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus uelociter ueniet. Non est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extēti. Vngulę equorum eius ut silex, & rotę eius quasi impetus tempestatis. Rugitus eius ut leonis: rugiet ut catuli leonum. Et frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat, & sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris. Aspiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

nes magis tenebras, quàm lucem. Tertio, quantum ad effectum [amarum in dulce] vitam peccati dulcem existimantes. Sap. 14 Et non suffecerat errasse eos circa dei scientiam, sed in magno viuentes scientiæ bello tot & tam magna mala, pacem appellant. [Væ qui sapientes estis] Hic ponitur tertia vanitas, quantum ad præsumptionem peccandi quæ est de tribus. Primo, de sapientia cordis, & in speculatiuis [qui sapientes. Prouer. 3. Ne sis sapiens apud temetipsum, & in practicis. [Prudentes] Rom. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Secundo, quantum ad pœnam cordis, quantum ad peccandum [qui potentes estis ad bibendum] iactant se, quòd possunt multū bibere, & inebriari propter consuetudinem terræ in qua bibitur vinum mistum: infra 41. Ad me insulæ & gentes fortitudinem mutent. Prouer. 2. Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Tertio, quantum ad authoritatem [qui iustificatis] idest dicitis vos tantæ authoritatis, quòd pro libito vestro potestis iustificare impium, vt quod vobis placeat, legis habeat vigorem. infra. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt. Prou. 17. Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum. Michеæ. 3. Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. [Propter hoc sicut deuorat &c.] Hic comminatur pœnam. Et primo, ponit pœnam consumptionis sub metaphora ignis, propter hoc quia iniquitatem trahitis ponentes uobis radicem in peccatis [sicut flamma ignis] exurit stipulam quam attingit [& calor flammæ] exurit illam quæ distat. Persecutio enim captos occidit, & alios afflixit. Deute. 32. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor [sic radix eorum, quasi fauilla] quantum ad ea quibus confidebant, vel patres, vel cognati, & germen eorum].i. filii, vt puluis ascendet, in quo notatur fortitudo ex causis illis proueniens. Mal. vltimo. Et erunt oēs superbi & oēs faciētes impietatē stipula, & inflāmabit eos Secūdo, ponit pœnæ processum, & ordinē. Et primo ponit pœnæ causam. Vnde dicis [Abiecerūt enim legem] corde contemnentes [& eloquium sancti Israel blasphemauerunt] me irridentes. Hierem. 32. Non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt. Secundo, punientis iram. Ideo [iratus est] ad modum processus iræ in hominibus loquitur. Psalm. 77. Iratus est dominus furore. Tertio pœnæ inflictionem [& extendit manum suam] potentiæ ad percutiendum, quam plicatam parcendo tenuerat. Sopho. 2. Et extendet manum suam super aquilonem & perdet assur, & ponet speciosam in solitudinem. Quarto, pœnæ effectum in internitione maiorum [Conturbati sunt montes] idest maiores præ timore. glos. dicit, quòd loquitur hiperbolice. Sed contra: ergo excessit veritatem propheta. Et dicendum, quòd in aliquibus scripturis sumitur per excessum veritatis simpliciter, in sacra scriptura pro excessu ueritatis, secundum opinionem hominum: quasi dicat. Conturbatio erit vltra quàm credi possit. Vel aliter hiperbole est quidam tropus, & in tropicis locutionibus aliud dicit & aliud intelligitur. Vnde non est falsitas quantum ad sensum quem intendit facere, sicut etiam in metaphora, quasi dicat. Ita magna erit conturbatio, quòd montes si esset possibile conturbabuntur. Psal. 45. Conturbati sunt montes in fortitudine eius. Et quantum ad vilitatem corporum [facta sunt morticina] Hierem. 8. Non colligentur, nec sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Hierem. 16. Mortibus ægrotationum morientur, & non plangentur & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.

d ¶ Hic ponit pœnam communæ, & vltimam, quantum ad captiuitatem per Romanos. Et circa hoc tria ponuntur. Primo, exercitus præparatio. Secundo, exercitus dispositio, ibi. [Et ecce festinus &c. Tertio, pœnæ inflictio, ibi [Et tenebit prædam &c.] Circa primum tria, ponuntur, primo congregantis indignatio.] In omnibus his q. d. sicut vos peccatis, peccata additis, ita ipse pœnis pœnas adiunget, infra. 9. Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexterā, & esuriet & comedet ad sinistrā, & non saturabitur. Secundo, uexilli erectio [Et leuabit signum] .i. uexillum. Hier. quarto, Leuate signum in syon, confortamini, & nolite stare: quia malum ego adduco ab aquilone, & contritionem magnam. Tertio, exercitus conuocatio [& sibilabit] idest inspirabit. infra. 7. Et erit in die illa sibilabit dominus muscæ quæ est in extremo fluminum ægypti, & api q̄ est in terra assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus uallīū. Et ad hoc quòd magis terreat: ponit gentis extraneitatē, & quantum ad cultum [in nationib⁹] ut sancta vestra nō reuereant̄: & quātū ad linguā [procul] ne uerbis placētur, & quātū ad mores [de finibus terræ] ne ab eis fæderētur [Ecce festinus &c.] Hic ponit̄ exercit⁹ dispositio. Et primo ostēdit eos expeditos ad ueniēdū. Scđo, [armatos] ad pugnādū, ibi [Sagittę eius.] Tertio, crudeles ad puniēdū, ibi. [Rugit⁹ eius &c] Circa primum duo ponuntur. Primo, ipsorum uelocitas. [Ecce] pro certo [festinus] Treno. 4. Velociores fuerūt persecutores nostri aquilis cæli. Abach. primo, æquites namq; eius de longe uenient: uolabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Hier. 4. Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius: uelociores aquilis equi illius. Secundo, uelocitatis causa, secundum remotionem triplicis impedimenti, quod posset contingere, Ex naturæ infirmitate. Contra quod dicit. [Et non est deficiens] quia oporteat remanere [nec laborans in eo] q̄a oporteat tarde uenire, in. 40. Qui aūt sperāt ī dño mutabūt fortudinē: assumēt pænas: sicut aquilæ currēt: & nō laborabūt, ambulabūt, & nō deficient. Secūdo, illud qđ posset esse ex uoluntate. Dicit [non dormitabit] per pigritiam, sicut pigre vadat [neq; dormiet] vt nō resipiscat. Prouer. 19. Pinguedo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. Tertio, remouet impedimentum ex rerum necessitate. [Nec soluetur circulum.] Et ponit ea quibus uiatores solent impediri ab itinere: quæ omnia plus solito durabunt. Deut. 29. Adduxi uos. 40. annis per desertum: non sunt attrita uestimenta uestra: nec calceamenta pedū uestrorum uetustate consumpta sunt. [Sagittę eius acutę.] Hic ostendit eos armatos esse ad pugnandum. Et primo, quantum ad bonitatem armorum: & ponit ea, quæ in illis terris sunt maxime consueta. [Sagittæ acutæ] in quo notatur bonitas sagittarum [arcus extenti] in quo præparatio armorum: ne in præparādo impediantur. Psal. 123. Sagitte potentis acutæ. Secūdo, ponit uectigalia. [Vngulæ æquorum eius ut silex] qui non frangitur de facili, & rotæ eius quasi impetus tempestatis propter multitudinem, & velocitatem magnum sonum facientes. Hier. 4. Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius. [Rugitus eius.] Hic ostendit eos crudeles ad puniendum. Et primo quantum ad animositatem. [Rugitus] Osee. 11. Post dominū ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabūt filii maris. Secundo, quantum ad rapacitatem. [Rugiet ut catuli leonū.] Ps. 103. Catuli leonū rugiētes ut rapiāt. Tertio, quātū ad crudelitatē [Et frēdet] qđ est apri. Ps. 34. Frēduerunt sup me dētib⁹ suis. Ps. 79. Exterminauit eos aper de sylua, & singularis ferus de pastus est eā. [Et tenebit.] Hic ponitur pœnæ inflictio, & demū punitorū desperatio, ibi [Aspiciemus &c. Circa primū ponit tria. Primo, cōminat̄ captionē [Tenebit prædā] q. d. sicut p̄dicta capiet uos. Naū. 2. Leo cæpit sufficiēter catulis suis, & necauit leænis suis, & impleuit predā speluncas suas, & cubile suum rapina. Scđo, solicitā detentionē, [& amplexabitur] ne exeatis p̄ eorū incuriā [& nō erit qui eruat] p̄ eorū impotētiā. Trenorū. i. Dedit me deus in manu, de qua nō potero surgere. Tertio, rigidā dñationē. [Et sonabit] cōminatiōib⁹ & terrorib⁹ Hi. 6. Ecce popul⁹ veniet de terra aquilonis, & gens consurget a finibus terræ, sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit. [Aspiciemus in terram.] Hic ponit eorum desperationem. Et primo quantum ad auxilium de terra [Aspiciemus in terram] Vndique [ecce tenebræ] quia omnes eos persequebantur. Secundo, quantum ad auxilium de cælo. [Et lux] diuinæ spei [obtenebrata est i caligine ei⁹] Hierem. 4. Aspexi terram, & ecce vacua erat & nihil, & cælos, & non erat lux in eis. Et communerat se propheta in eis per compassionem.

CAP. VI.

IN anno quo mortuus est rex Ozias, uidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius, & ea quæ sub ipso erāt, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri. Duabus uelabāt faciē eius, & duabus uelabāt pedes eius, & duabus uolabāt. Et clamabāt alter ad alterū, & dicebāt. Sāctus, sanctus, sanct⁹, dñs deus

POSTQVAM arguit in duabus tribubus culpam, adiūgens pœnam corigentem, hic comminatur pœnam condemnantem finaliter, scilicet pœnam obdurationis: & ideo illa pœna prædicitur per modum sententiæ, & cum solemnitate iudicii. Diuiditur ergo hoc capitulum in tres partes. In prima, describitur sententiæ actor, scilicet iudex. In secunda, sententiæ denuntiator minister iudicis ibi. [Et dixi. Væ mihi &c.] In tertia ponitur ipsa sententia, ibi. [Audite audientes &c.] Circa primum duo ponuntur. Primo, iussionis tempus. Secundo, ipsa iussio, ibi [Vidi dominum sedentem.] Quantum ad primum dicit. [In anno quo mortuus est Ozias] qui 4. Reg. 15. dicitur Azarias, percussus lepra a domino propter hoc, quòd voluit vsurpare sacerdotale officium, vt dicitur 2. Paralypomen. 26. Sed postquam fuit percursus filius eius Ioathan gubernauit domum Regis & regnum, vsque ad mortem eius, nec tamen dicitur regnasse tunc, sed magis vices patris gessisse, sed tunc primo regnauit, quando mortuus est pater eius. Vnde ista visio ostensa est regnante Ioathan, & præcedentia regnante Ozia [Vidi dominum sedentem] hic ponitur visio, & primo describit iudicis solium. Secundo, assistentem ministrum, ibi. [Seraphim &c.] Hæc autem visio dicitur a quibusdam fuisse imaginaria, a quibusdam intellectualis. Et assumitur ab ipso propheta figura ex consimili, sicut dicit Dionysius in epistola ad Titum, quia prophetæ his quæ plane vident, sine figuris circumponunt figuras ad manuductionem audientium, qui per figuras sensibiles faciliter accipere possunt. Qualitercumque autem sit, oportet hic duo videre. Primo, imaginationem figuræ, vel a propheta visæ, vel ab ipso compositæ. Secundo, ipsius figuræ significationem. Ad aliquid enim significandum spiritualiter, inducuntur sensibiles figurę spiritualium in sacra scriptura, sicut dicit Dionysius. & ille erit literalis sensus: sicut in locutionibus metaphoricis, non illud quod significatur per verba, sed quod loquens per verba vult significare. Circa primum ergo sciendum, quòd templum ædificatum a Salomone, habuit in altitudine centum viginti cubitos, sicut dicitur 2. Paralyp. 3. Et erat distincta altitudo per tres domos: quarum suprema habebat sexaginta cubitos, & vtraque inferiorum triginta. Et de istis dicitur 3. Regum 6. Per cocleam ascendebant in medium cœnaculum, & a medio in tertium. [Vidit ergo solium] domini in supremo cœnaculo, propter quod dicitur [excelsum] idest [altum] sicut [& eleuatum] super omnia cænacula, & a claritate vultus eius resplendebat medium cænaculum. Propter quod dicitur [domus plena maiestate] idest gloria eius, [& ea, quæ sub ipso erant,] idest ornamenta throni eius, vel etiam splendor vestimentorum, siue subditorum agmina implebant infimum cænaculum, in quod intrabat sacerdotes, propter quod dicit [tēplum.] Alii dicunt aliter, quòd vidit solium altum in medio cænaculo, quod dicitur domus, quæ plena erat mediis membris & brachiis domini, inferius quòd dicitur templum pedibus & tibiis, sed caput & collum præminebant in tertium tabulatum. Tertii Regum vltimo. Vidi dominum super solium suum sedentem, & omnem exercitum cæli assistentem ei a dextris & a sinistris. Prouerbiorum 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum in circuitu suo. Circa secundum sciendum est, quòd huius visionis significatum, tripliciter a diuersis assignatur. Quidam enim, dicunt per sessionem in solio significari oppressionem captiuitatis futuram, per repletionem domus a maiestate, significari quòd hostes qui sub ipsius dispositione erant, essent impleturi templum. Et hoc tangunt historiæ. Hieronymus autem exponit & melius, per sedem significari filii dei maiestatem, propter quod dicitur. Ioann. 12. Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Per solium significari angelos in quibus sedet deus. Psalm. 79. Qui sedes super Cherubim. Per domum ecclesiam triumphantem, quæ plena est gloria eius. Per templum ecclesiam militantem, quæ plena est miraculis, vel angelorum agminibus, quasi custodibus. Dionysius aliter exponit in decimotertio cap. cælest hierarch. & melius, vt videtur. Per solium significatur æminentia diuinæ naturæ. Et dicitur [excelsum] propter nobilitatem, [eleuatum] quasi supra alia leuatum, inquantum omnia in infinitum excedit, in quo dicitur sedere, propter immobilitatem. Vnde dicit 9 capit. de diuin. nomin. Quidnam dicendum de diuina statione præter hoc, quòd manet in seipso immobili identitate singulariter fixus? Et dicitur domus, tota creatura, quæ plena est maiestate, inquantum impletur participatione bonitatis ipsius, secundum suam capacitatē. Et per templum videtur intelligere ipsas superiores creaturas, quæ replentur his quæ sub ipso sunt, inquantum bonitates receptæ in ipsis, deficiunt a bonitate dei, quæ tamen videtur propinquare. Sed contra hoc obiicitur. Exod. 33. Non enim videbit me homo & viuet, idest in hac mortali carne viuens. Et Ioan. primo. Deum vidit vmquam. ergo nec Esaias. Ad quod dicendum, quòd nec interior, nec exterior visus potest videre nisi moueatur a visibili, & secundum quòd perfectius immutatur a visibili, melius videt. Et tunc perfectissime videt, quando recipit actionem visibilis, secundum totam suam virtutem. Et inde est, quòd idem uidetur diuersimode a diuersis. & interius & exterius, a quibusdam melius & a quibusdam peius. Hoc igitur visibile quod est deus, nihil perfecte apprehendit, nisi quod totum ipsum capit, & ideo solus sic se uidet. Vnde cæleste secretum dicit Chrysostomus, a quibusdam non videtur in essentia sua sine medio ad hoc, secundum perfectionem, quam habet a suscepto diuino lumine, attingentibus sicut a beatis in patria, & ab his qui eleuantur per raptum ad illum modum visionis. Ab his autem minus perfectum uisum habentibus, videtur secundum similitudines quasdā bonitatis ipsius, siue in reb⁹ sensibilibus, siue in imaginibus, siue in speciebus intelligibilibus Et huiusmodi est visio, qua viderunt prophetæ per lumen prophetiæ, & qua videmus per fidem, & qua videtur lumine rationis, & a Philosophis, qui cognouerunt etiam deum, sicut dicitur. Romanorum 1. Sed tūc restat quæstio, vtrum talem visionem immediate a deo perceperint prophetæ, xel mediantibus angelis. Et videtur, quòd immediate ex ipso modo loquendi. Quia dicit. [Vidi dominum, & non vidi angelum. Item de Moyse. Exod. 33. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Item, viderunt in speculo æternitatis vt communiter dicitur. ergo viderunt quidam deum. Ad quod dicendum, secundum Diony. 4. cap. de celest. hierach.. Quia nullus purus homo nec in patribus noui nec veteris testamenti, accepit aliquam reuelationem a deo nisi mediantibus angelis. Et hanc dicit esse legem inuiolabilem, vt in prima per media reducantur infima. Et hoc probat per locum a maiori, quia etiam Moyses legem accepit mediantibus angelis, qui tamen excellentissime vidit: quod probatur per illud quod habetur. Gal. 3. Quid igitur lex, propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat deus, ordinata per angelos in manu mediatoris. Act. 7. Qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Ad primum ergo dicendum, quòd intentio potest esse, & ex parte finis visionis, & ex parte principii. Ex parte finis, quia angelus reuelās, intendit ducere hominem in cognitionem dei, & non in cognitionem sui, & ideo format visionem de deo, vt ex his, quæ figuraliter uidentur, aliquid de deo cognoscatur. Ex parte autem principii, quia tota virtus angelici luminis ad manifestandum aliquid, est ex deo authore, qui est fons luminis, sicut in nobis tota virtus luminis, vel manifestationis ex primis principiis. Vnde Gregorius in glosa super tertium cap. Exod. ait. Angelus qui Moysi apparuisse describitur modo dominus, modo angelus nuntiatur. Angelus, quia exterius loquendo seruiuit, dominus, quia præsidens loquendi efficaciam. tribuit. Cum. n. loquens ab interiori regitur, & per obsequium angelus, & per inspirationem dominus memoratur. Ad secundum dicendum, quòd hoc dicitur propter æminentissimum modum claræ visionis, quo Moyses super alios prophetas vidit, sicut dicitur. Numer. 12. Ad tertium dicendum, quòd speculum æternitatis non dicitur ipse deus, sed ipse species, quæ sunt in anima prophetæ, & dicuntur, speculum inquantum resultat in eis dispositio sapientiæ æternæ. [Seraphim stabant.] Hic ponit ministrorum

ſtrorum officiũ ordinẽ. Et primo, deſcribit miniſtrorũ. Secundo, eorum laudem. Et clamabant. Sanctus, Sanctus &c Circa primum ponit tria. Primo, ponit miniſtrorum gradum dicens [Seraphim ſtabat ſuper illud,] ſcilicet templum, eo quòd hic ordo inter omnes ſupremus eſt, ſicut dicit Dionyſius in glo. hic. Itẽ notatur quod Seraphim ſcriptum per m, pluralis eſt, & neutri generis, & ſignificat totũ agmen illius ordinis, ſed Seraphin, ſingularis numeri eſt & maſculini generis, & ſignificat vnum tantum de ordine illo. infra 62. Sup muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & nocte perpetuo non tacebunt. Et dicit. [Stabant] erecti per cõtemplationem quaſi aſſiſtentes. Secundo. ponit miniſtrorum ornatum in ſenario numero alarum. [Sex alæ.] Tertio, alarum uſum [duabus faciem eius] in hebræo eſt ambigue dictum. Et poteſt exponi, quòd velabant faciem dei. Et ſic accipit Hierony. Vel quòd velarent faciem ſuam, & ſic accipit Dionyſius, ſecundum quem eſt ſenſus, quòd caput erat velatum & pedes, & medium corpus [duabus uolabant] ſcilicet mediis. Ezec. 1. Vnumquodque duabus alis velabat corpus ſuum. Et infra eodem. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum. Huius viſionis ſignificatum tripliciter accipitur. Hebræus dicit, quòd per duodecim alas intelliguntur duodecim reges, qui præfuerunt populo ab Ozia ſub quo uiſio incepta eſt, & deinceps, quorũ quatuor tantum iuſti fuerunt, ſcilicet Ozias, Ioathan, Ezechias, & Ioſias. Et ideo, quatuor alis uolabant. Alii autem uerecundabantur ante conſpectum dei, & ideo uelabant faciem, quorum quatuor libere regnum poſſederunt, ſcilicet Achaz, Manaſſes, Amon, & Iothan, qui a populo reges conſtituti ſunt, & hi ſignificantur per alas quæ erant in capite. Alii vero quatuor, regnum ſub ſeruitute aliorum poſſederunt. Vnde & ab aliis & non a populo reges conſtituti ſunt, ſicut Ioachim a Pharaone, Ieconias, & Sedechias, & Godolias, de quo Hierem. 41. Dicitur, quòd Hiſmael & decem viri qui erant cum eo interfecerunt Godoliam, quem præfecerat Rex Babyonis terræ. Prædicti enim tres, conſtituti ſunt a Nabuchodonoſor rege Babylonis. Hieronymus dicit, quòd dicuntur alati, vel quia ſuperius commorantur, vel propter uelocitatem miniſterii, & intelligit per duodecim alas, miniſterium perfectionis, qui commendatur in duodenario, ſicut duodecim gemmæ in diademate ſacerdotis, & ſic de aliis. Et duabus volant &c. qui ea quæ fuerunt ante mundum, vel poſt mundum nobis celant, & oſtendunt quæ fiunt ſex ætatibus mundi, quia præterita & futura nobis ignota ſunt, ſed præſentia ſcimus, vt ſic hoc referatur ad actum miniſterii. Et quod dixit [ſtabant] ad hoc, quòd deo aſſiſtunt. Dionyſius aliter exponit 13. cap. cæleſt. hierarch. & 4. cap eccl. & dicit, quòd dicuntur alati, quia ad ſimilitudinẽ volantis, altam contemplationem & liberam habent. Deſcribitur autem triplex binarius alarum, quia Seraphim vident ea, quæ ad ipſos pertinent, qui ſunt de prima hierarchia, & quæ ad alias duas eminentius quàm illi, ita quòd per vnam alam intelligatur capacitas naturæ, & per aliam lumen quod participant a deo, quia his duobus eleuantur. Ea autem, quæ ad hierarchias pertinent, ſunt a deo ſicut a principio, & in deum ordinantur, ſicut in finem: & vtroque modo non poſſunt perfecte intelligi ab angelis, quod ſignificas velatio. Et ſunt in ipſis quaſi media inter principium & finem, & ſic habent perfectam cognitionem de ipſis & liberam, & ideo duabus mediis uolabant. [Et clamabant &c.] Hic ponit eorum laudem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit laudandi modum quantum ad deuotionem, quia [clamabant] ex magnitudine affectionis, quantum ad concordiam, quia vterque, & quantum ad ordinem [quia alter ad alterum.] Vnus enim, accipit ab alio, ut vult Dionyſius. Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filii dei? Secundo, ponit laudis canticum, ibi. [Sanctus, ſanctus, ſanctus.] Et tria laudant. Perſonarum trinitatem. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Vnitatis maieſtatem [Dominus deus exercituum] quia omnibus præeſt. Apocaly. 4. Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus omnipotens, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt. Prouiſionis liberalitatem. [Plena eſt omnis terra gloria eius.] Quia uſque ad ultimas creaturas, quæ per terrã intelliguntur extendit diffuſionem ſuæ bonitatis. Hierem. 23. Numquid non cælum & terrã ego impleo ait dominus? Et hoc ſecundum Dionyſium 7. cap. cæleſt. hierach. Hierony. [Plena eſt omnis terra]

exercituum, plena eſt omnis terra gloriæ eius. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum a voce clamantis: & domus repleta eſt fumo. Et dixi. Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum exercituum, vidi oculis meis. Et uolauit ad me vnus de ſeraphin & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ, & dixit. Ecce tetigi hoc labia tua & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

F per notitiam fidei. Eccl. 42. Gloria domini plenum eſt opus eius. Nonne dominus fecit enarrare ſanctos omnia mirabilia ſua, quæ cõfirmauit dominus omnipotens ſtabilis in gloria ſua? tertio, ibi. [Et commota &c.] ponit laudis effectum, ſcilicet punitionem peccantium. infra 65. Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & uos ſitietis. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis & præ contritione ſpiritus vlulabitis. Et ſignificatur templum diruẽdum. [Commota G ſunt ſuperlimitaria cardinum.] Amos 9. Percute cardinem, & commoueantur ſuperliminaria. [Et domus repleta eſt fumo] Combuſtionis a Romanis poſt agnitam fidem Chriſti. Vel per [fumum] indicat infidelitatem Iudæorum. Per commotionem cardinum, amotionem legalium, uel cæremoniarum, quę erant quaſi umbræ claudentes aditum ueritatis. [Et dixi &c.] Hic ponitur ſententiæ denuntiator. Et primo oſtenditur eius humilitas, ſecundo, eius paruitas, ibi. [Et uolauit &c] Tertio, authoritas, ibi. [Et audiui &c.] Humilitas in confeſſione peccati. Confitetur etiam triplex peccatum, in locutionis omiſſione. [Væ mihi, quia tacui] non arguendo Oziam Regem, & ſic deplangit culpam [tacui] a laude dei, & ſic deplangit damnum, infra. 56. Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt uniuerſi, canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & amantes ſomnia. Eccleſ. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſecundo, commiſſionis [quia vir pollutus labiis ego ſum] Eccl. 23. Indiſciplinatæ loquelæ ne aſſueſcat os tuum. Eſt enim, in illa verbum peccati, Secundo, malorum conuerſationis [& in medio populi polluta labia habentis ego habito] 1. Corinth. 15. Corrumpunt enim bonos mores, colloquia praua. Tertio. peccatum præſumptionis [Regem do H minum exercituum vidi oculis meis] quaſi dicat: qui impurus eſt non poteſt intrare templum eius, quanto magis nec ipſum videre? Iudicum 14 Morte moriemur, quia vidimus dominum: & hoc fuit reuerentiæ. Sed Iacob dixit Gen. 42. Vidi dominũ facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, & hoc eſt confidentiæ. Hieron. Felix conſcientia, quæ tantum in locutione peccauit, non ſuo vitio, ſed populi polluta labia habentis. [Et volauit ad me &c.] Hic oſtenditur puritas ex peccatorum purgatione. Et circa hoc tria ponuntur. Purgationis miniſter. [Volauit ad me vnus de Seraphin] purgationis inſtrumentum [& in manu eius calculus de altari] holocauſtorum. Altare interius erat de terra, ſicut dicitur. Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. Circumquaque autem erat de lapidibus, vbi congregabantur ignes ſacrificii: de his accepit [forcipe,] ideſt inſtrumento habente duo brachia, per quod poteſt ſignificari virtus receptiua, & per altare ipſa diuina lux, vel bonitas, & per calculum, I donum receptum ad officium purgationis. Vel per ignem tribulatio. Per Seraphin Chriſtus. Per forcipẽ duo teſtamenta. Per calculum charitas, quæ in manu, ideſt operatione ipſius eſt. Tertio, ponitur purgandi modus. [Et tetigit os meum, & dixit.] Sicut in ſacramentis eſt actio & verborum forma. [Ecce tetigit] exprimit actum [& auferetur iniquitas] in homines. [Peccatum] in deum. Et non dicit, auferam, quia ſolius dei eſt peccatum dimittere. infra 43. Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. De omnibus his. Daniel 9. Ecce vir gabriel quem videbam in viſione, cito volans tetigit me in tempore ſacrificii veſpertini, & docuit me & locutus eſt mihi. Sed contra hoc obiicitur, quòd Dionyſius dicit, quòd illi de ſuperioribus ordinibus non mittuntur in miniſterium, ſed conſtat Seraphim ſupremos eſſe. ergo non videtur verum, quòd veniat ad purgationem prophetæ. Ad quod dicendum, quòd Gregorius iſtam K quæſtionem tangit in quadam homelia de centum ouibus, & dimittit ſub dubio. Dionyſius autem expreſſe vult, quòd tantum inferiores mittantur ad nos. Et hoc dicit eſſe per ordinem diuinæ legis, vt inferiora reducantur in ſuprema per media. Quod autem hic dicitur, dupliciter ſoluit, Vno modo, quòd iſte angelus purgans dicatur Seraphin æquiuoce non ab ordine, ſed ab actu quem tunc exercuit, quia igne purgauit, & Seraphim dicitur incendium. Alio modo, ſoluit, quòd dicatur proprie ille, qui eſt de ordine illo, & dicitur purgare, non quia immediate ipſe purgat, ſed quia eius authoritate, vel percepta ab ipſo ipſo illuminatione, inferior angelus purgauit. Et ponit exemplum, ſicut dicitur epiſcopus abſoluere, quando alius autho-

authoritate ipſius abſoluit. Et ideo propter reuerentiam, angelus inferior, qui viſionem formauit, reducit in deum primo, & in ſeraphin ſecundo, ac ſi diceret. Ego purgo te per lumen receptum a deo, mediante ſeraphin: ſeptuaginta habent carbunculos propter ſimilitudinem ignis. Habent enim calorem flammantem.

e ¶ Et audiui vocem domini dicẽtis. Quem mittam, & quis ibit nobis? Et dixi. Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & nolite cognoſcere. a Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos ei' claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eũ. Et dixi. Vſquequo domine? Et dixit. Donec deſolentur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine homine. Et terra relinquetur deſerta, & longe faciet dominus homines. Et multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio. Et cõuertetur, & erit in oſtẽſionẽ, ſicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ expandit ramos ſuos. Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.

e ¶ Hic oſtenditur miniſtrari authoritas, ex imitatiõe officij. Et circa hoc tria facit. Primo, q̃ritũr mittendi cõſenſus. vnde dicit [Quẽ mittã?] In quo notatur authoritas ex parte mittentis. Roman. 10. Quomodo vero prædicabunt, niſi mittantur? [Et quis ibit?] in quo notatur miſſi voluntas. [nobis] acquiſitiue, vt non quærat vanum honorẽ, & nõ quęrat lucrũ. Econuerſo Phili. 2. Omnes enim, quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti [mittam] in quo notatur vnitas eſſentiæ [nobis.] In quo pluralitas perſonarũ. Secundo, ponitur C oblatũ obſequium, [Et dixi, Ecce ego, mitte me.] infra 50. Ego ſũt non contradico, retrorſum nõ abij. ſed videtur ꝙ hoc fuerit præſumptionis, qa Moyſes recuſauit. Exo. 3. Quis ego ſum vt vadam ad Pharaonẽ, & educã filios Iſrael ex Aegypto? Hieremias etiã recuſauit. Vnde Hiere. 1. A, a, a, *Domine Deus*, ecce, neſcio loqui, qa puer ego ſum. Et dicendũ ſicut dicit Greg. in paſtora. & ponitur in princ. Hier. in glo. Vtrumq; fuit ex radice charitatis. Ille. n. propter dilectionẽ dei, noluit perdere ſolatium contemplationis, iſte pp dilectionẽ proximi voluit mitti, vt prodeſſet, & tamen nec ille iuſſus pertinaciter recuſauit, nec iſte prius q̃ purgatus, aut requiſit' eſſet, ſe obtulit. Tertio, iniungitur officium. Et quantum ad hoc ſubiungitur. Et dixit. Vade.] Matthæi. 10. Ecce ego mitto vos, ſicut oues [in medio luporum. [& dices populo huic.] Hier. 15. Si ſeparaueris precioſum a vili, quaſi os meum eris. [Audite au- D dientes.] Hic ponitur ſententia. Et primo, ponitur ſñia obdurationis. Non obdurat aũt immittendo malitiam, ſed non impartiendo gratiã. Et quia non ſe volunt ad gratiã conuertere. Secundo, quæritur ſententiæ duratio, ibi. [Et dixi &c.] Circa primũ tria facit. Primo, ponitur ſñiæ pronũciatio a dño, q̃tum ad ſenſus diſciplinabiles, ſ. auditum, qui deſeruit diſciplinæ: vnde dicit. [Audite] auribus exterioribus, [audiẽtes] Chriſtũ, vel alium prædicantẽ. [Et nolite intelligere] quaſi dicat, quia non vultis, non intelligitis, permiſſiuum eſt, & quantum ad viſum, qui ſeruit inuentioni. [Et videte viſionem] Chriſtũ corporaliter, vel magnalia dei. [Et nolite cognoſcere] permiſſiuũ eſt, & non imperatiuũ. infra 42. Quis cæcus niſi ſeruus meus? a Secundo, ponitur ſñiæ acceptatio a propheta: vnde dicit. [O dñe.] ex quo pulchritudo gentium intratura eſt. Ro. 11. Percute cæcitate Iſrael. [Excæca cor] interius. [Et aures aggraua] ne percipiant. [Et oculos eius claude.] ne cognoſcant. Io. 9. In iu E dicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videãt, & qui vident, cæci fiant. Vel eſt verbum domini, & eſt ſenſus. [Excæca] .i. excæcatum prædica. Tertio, ponitur excæcationis ratio. [Ne forte] propter bona [& conuertantur, & ſanem eos] cum ſanitate ſint indigni. Ezech. 18. Si aũt impius egerit pænitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, & cuſtodierit vniuerſa præcepta mea, & fecerit iudicium, & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius nõ recordabor. infra 3. Si reuertamini, & quieſcatis, ſalui eritis [Et dixi, Vſquequo.] Hic ponitur ſententiæ duratio. Et primo, ponitur prophetæ quæſtio. [Vſquequo] excæcabuntur. Dan. 8. Vſquequo viſio cõculcabitur? Secũdo, dñi reſpõſio. [Et dixit] Et ponitur duplex terminus. Primus, quantũ ad pœnam malorũ. Secundus, quantũ ad ſanctitatẽ bonorum, ibi. [Semẽ ſanctũ] ac ſi dicat. [quouſq;] qui in ſordibus eſt ſordeſcet? Apoc. vlt. Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcet adhuc. Pœnam aũt tangit triplicem. Primo, quantum ad captiuationẽ, quæ deſignatur in deſolatione ciuitatum [donec deſolentur ciuitates,] Hier. 12. Dederunt portionem meã deſide-

A rabilem, in deſertum ſolitudinis. Tren. 1. Poſuit me deſolatam, tota die, mœrore confectam. Quãtum ad culturam agrorum. [Terra derelinquetur deſerta. [ſupra 1. Teera veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: quantum ad exilium hominum. [Et longe faciet dñs homines.] Hier. 22. Et mittam te, & matrem tuam, quæ genuit te in terrã alienã, in qua nati non eſtis, ibique moriemini. Ezech. 20. Et erigã de vobis trãſgreſſores, & ĩpios, & de terra incolat' eorum educã eos. Secundo, quantum ad captiuitatis longitudinem, [& multiplicabitur] gens illa [in medio terræ] in qua captiua tenebitur tãdiu durabit captiuitas. Hiere. 29. Hęc dicit dñs exercituũ de' Iſrael omni trãſmigrationi, quam tranſtulit de Hieruſalẽ in Babylonem, ædificate domos, & habitate in eis. & infra. Et multiplicamini, ibi. [Et nolite eſſe pauci numero.] Et quærite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci. Tertio, quantum ad iteratã perſecutionem. Et primo, ponit paucitatẽ. [Et adhuc in ea decimatio]. i. vix decima pars relinquetur a Tito in terra Iudæa, vel in toto orbe, propter iudæos interfectos. Deut. 28. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cæli præ multitudine. Secundo, iteratã deſtructionem. [Et conuertetur iterũ ſuper vos captiuatio] ſub Adriano imperatore. ſupra 5. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extẽcta. Tertio, eorum vtilitatem, & deſpectionem, vel diſperſionem. [Erit in oſtenſionem] deriſionis. [Sicut terebinthus] quædam arbor, quæ in Damaſci partibus magna eſt, in Græcia parua. [Et ſicut quercus, quæ expãdit ramos ſuos] in quo eorum diſperſio ſignatur. Eccl. 24. Ego quaſi terebinthus, extendi ramos meos. [Semen ſanctum &c.] Hic ponit terminum, quantum ad ſanctitatem bonorum. Vnde dicit. [Semen ſanctum]. i. virorum perfectorum, qui diuinæ obediunt viſioni, & aliorum ſanctorum de iudæis. [quod ſteterit] non cadens per infidelitatem. Infra vlti. Quia ſicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio ſtare coram me dicit dominus, ſicut ſtabit ſemẽ veſtrum, & nomen veſtrum. Alij exponunt in bonum. [Multiplicabitur.] poſt reditum de captiuitate. [In medio terræ] ſuę. [Et adhuc in ea decimatio,] quæ relinquetur ad cultum dei poſt multorum necem. [Et conuertetur] ad deum. [Et erit in oſtenſionem] gloriæ.

CAP. VII.

a B ET factum eſt, in diebus Achaz filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda, aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phaceæ fili' Romeliæ rex Iſrael in Hieruſalem ad præliandum contra eã, & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes. Requieuit Syria ſuper Effraim. Et commotum eſt cor eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna ſyluarum a facie venti.

CAP. VII.

HIc ponitur cõminatio contra hoſtes duarũ tribuũ, & diuiditur in duas. In prima, ponitur cõminatio contra perſecutores populi. In ſecunda, cõtra contemptores prophetarũ, vaticinium, cap. 28. [Væ coronæ ſuperbiæ &c.] Prima in duas. In prima, cõminatur hoſtiũ deiectionẽ. In ſecunda, ponit gratiarũ exultationẽ. cap. 25. [Dñe deus meus es tu &c.] Prima in duas. In prima, ſingulorũ in ſpeciali. In ſecunda, omnium in generali. 24. cap. [Ecce dñs diſſipabit &c.] Prima in tres. In prima, cõtra hoſtes corporaliter perſequentes. In ſecunda, cõtra hoſtes poteſtatẽ prębẽtes. cap. 17. [Onus Damaſci &c.] In tertia, cõtra hoſtes in rebus calũniantes. cap. 21. [Onus deſerti maris &c.] Prima in duas. In prima, cõtra pſecutores eiuſdẽ gẽtis. In ſecũda, cõtra alienigẽas: c. 10. [Væ, qui condunt leges iniquas &c.] Prima in duas. In prima, comminatur ipſorum fruſtrationem, per liberationẽ duarum tribuum. In ſecũda, ipſorum deſtructionẽ, cap. 8. [Et dixit dominus ad me &c.] Prima pars, quæ continetur in hoc cap. diuiditur in tres. In prima, deſcribitur imminens periculum. In ſecunda, promittitur liberationis beneficiũ, ibi. [Et dixit dominus ad Eſaiam &c.] In tertia, confertur liberationis ſignũ, ibi. [Et adiecit &c.] Ad euidentiam autem primæ partis ſciẽdum eſt, quòd Achaz fuit impius, & idolatra, ſicut legitur 4. Regum 16. & 2. Paralip. 27. Et ideo dominus tradidit eum in ma-

ntu regis Syriæ, & Samariæ, qui primo venerunt contra eum, & obsidentes Hierusalem, tandem deuincentes ipsum, magnã partem exercitus sui experunt, & principem exercitus eius. Iterum, ex illa victoria confisi, venerunt vt omnino priuarent eum regno, & substituerent alium loco eius: & in hoc secundo aduentu consolatur eum Esaias. Tria ergo ponuntur in prima parte. Primo, describitur hostium congregatio. Vnde dicit. [Et factum est in diebus Achaz.] Reducit autem genealogiam vsq; ad Oziã, quia forte in percussione Oziæ, qua percussus est lepra a domino. 2. Parali. 26. qui tamen iustus fuerat, acceperunt audaciam inuadendi, quasi contemnẽtes diuinum auxilium. [Ascendit] hoc dicitur propter situm terræ, qa iudæa in montanis est. [Phacee] qui interfecit Phaceiã regem Israel, cuius princeps militiæ erat, & regnauit pro eo. 4. Reg. 15. [Et non potuerunt.] In prima vice, quàmuis regem in campo deuincerent. Vel loquitur per anticipationem, quantum ad secundam ascensionem. Secundo, ponit denunciationem. Et nuntiauerunt] sui exploratores, [domui Dauid] idest domui regiæ [dicentes. Requieuit Syria super Effraim] idest rex Syriæ cum rege decem tribuum, quæ Effraim dicuntur, propter primum regem, qui de Effraim fuerat. 3. Reg. 13. Vel propter dignitatem, sunt amicitia iuncti, qui tamen fuerunt prius inimici, sicut legitur 3. Reg. vltimo, & penultimo. Et dicit Syria super Effraim, vt notetur principalitas in regno Syriæ, quia fortius erat. Tertio, ponitur denunciationis effectus, perturbatio, scilicet regis, & suorum. [Et commotum est cor eius] scilicet regis. Eccles. 12. Sic & cor trepidum in cogitatione fatui. Prouerb. 21. Et pauor operantibus iniquitatem. Matth. 2. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. [Et dixit dominus ad Esaiam.] Hic promittitur liberatio. Et primo, ponitur promissionis modus. Secundo, ipsa promissio, ibi. [Et dices ad eum &c.] Modus autem ponitur. Primo, quantum ad personam nuntiantem. [Dixit dominus ad Esaiam.] interius inspirando, vel loquens per subiectam creaturam. [Egredere in occursum Achaz.] Qui forte propter timorem hostium, iterat vt præpararet se ad resistendum. Secundo, quantum ad testem. [& qui derelictus est Iasub] tibi, alio fratre, scilicet Rapsace ex matre nobiliore nato, fugiente ad Regem Assyriorum, quia non bene receptus fuit ab Achaz, de quo infra. 36. Deuteron. 18. In ore duorum, aut trium, stabit omne verbum. Tertio, quantum ad locum [ad extremum.] Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd quia Hierusalem in montanis est, non abundat aquis fluentibus, & ideo habebat aquas collectas in piscinis, vel ex pluuiis, vel ex longinquis fontibus per aquæductus. Erant autem tres piscinæ in Hierusalem. Vna, quæ erat ad vsum sacerdotum, & sacrificiorum, quæ dicitur probatica piscina, de qua Ioan. 5. Secunda, erat inferius in ciuitate, quæ munda seruabatur ad communem vsum ciuitatis. Tertia, erat extra ciuitatẽ, quæ habebat aquam immundam, in qua fullones lauabant lanam, & erat ad huiusmodi vsus, & ab illa piscina dicitur totus [fullonis ager.] Et sic patet, quòd dicitur in litera. [Et dices ad eum.] Hic ponit promissionem. Et primo, ponit confortationem. Secundo, cõfortationis rationem, ibi. [A duabus caudis &c.] Tertio, incredulorum condemnationem, ibi. [Si non credideritis &c.] Confortat autem, prohibens timoris signum. [Vide vt sileas] idest, caue ne timorem cordis exterius prodas. infra 30. In silentio, & in spe erit fortitudo vestra. eodem 32. Et erit opus iustitiæ, pax, & cultus iustitiæ, silentium, & securitas vsque in sempiternum. Et etiam ostendit timoris transitum [Noli timere] mala futura. [& cor tuum ne formidet] propter memoriam malorum, quæ passus es. infra 43. Noli timere, quoniam ego tecum sum: ab oriente reducam semen

F tuum, & ab occidente congregabo te. [A duabus caudis.] Hic ponit confortationis rationem. Et primo, ostendit proponentium vanitatem, qui magna proponunt, cum tamen nihil, vel parum possint sustinere [duabus caudis] est regnum. Rasin enim interfectus est a

Et dixit dominus ad Esaiam. Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris, in via agri fullonis, & dices ad eum. Vide vt sileas. Noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis tycionum fumigantium istorum, in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filij Romeliæ, eo quòd consilium inierit contra te Syria in malum, & Effraim, & filius Romeliæ dicentes. Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eũ, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. Hæc dicit dominus Deus. Non stabit, & non erit istud, sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin. Et adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Effraim esse populus, & caput Effraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis.

b ¶ Et adiecit dñs loqui ad Achaz, dicens. Pete tibi signum a domino Deo tuo, in profundũ inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc, dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quia antequàm

G

H istud.] quia non perducetur ad effectum. [& non stabit,] quia non diu durabunt in tali proposito, maioribus malis in eos irruentibus. infra. 8. Inite consilium, & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum deus. Tertio, quantum ad hostium destructionem. Et primo, quantum ad Assyrios. [Sed & caput Syriæ] quasi dicat, sed interim & antequàm destruantur. [caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin.] quasi dicat erunt Damasceni, & rex eorũ cõtẽti suis finibus. [Et adhuc sexaginta, & quinque anni, & desinet Effraim esse populus,] quia captiuabuntur. Isti anni non debent computari a tempore huius ꝓphetiæ, sed a tẽpore, quo Ozias percussus est lepra, quia tunc assumpserunt audaciam vigesimosexto anno regni eius. Et ex tunc Ioathan filius eius regnauit, viuẽte patre. 27. & postea 16. & postea Achaz 16. Et postea Ezechias cuius 6. anno captus est populus. 4. Reg. 27. Et hi omnes collecti sunt 65. anni. [Et caput Effraim,] vt supra. [Si non credideritis.] Hic ponit incredulorum condemnationem. [Si non credideritis]

I scilicet promissis domini, etiam vos, [non permanebitis in terra vestra,] sed captiuabimini. Aabc. 2. Ecce qui incredulus est, nõ erit recta anima eius in semetipso. Et dicit hoc, quia Achaz non credens prophetæ, inuocauit auxilium regis Assyriorum Tegalphalasar, vt adiuuaret eum. Qui ad petitionem eius venit, & destruxit Damascum, & regem interfecit, & cum dedisset sibi munera, tamen nihil sibi profuit, sicut dr 2. Paralip. 28.

b ¶ Hic ponitur liberationis signum ad credendum. Circa qd tria ponuntur. Primo, optio eligendi signum conceditur. [Et dixit dominus ad Achaz] quia propheras condemnabant, ipse per se dixit. Quia videtur durum, quòd tam potentes reges, ita cito destruantur. [Pete tibi signum] vt credas, [A domino deo tuo] ex hoc videtur, quòd sit sermo prophetæ. Et dicendũ, quòd mos est hebraici sermonis, vt vtantur nominibus ꝓ pronominibus. Vnde [a domino deo tuo] idest a me, vel est verbũ domini per inspirationem, & prophetæ per denunciationem. infra. 8. Numquid non populus a deo suo requiret visionem,

K pro viuis, & mortuis? [In profundum inferni] vt aperiatur terra, & infernus pateat. sicut in subuersione Dathan, & Abiron. Nume. 16. Vel per infernum inferiora elementa, sicut Moyses de terra locustas, & cinifes eduxit. Exod. 9. [Siue in excelsum supra.] sicut Iosue in statione solis. Iosue. 10. Iudæi enim signa quærunt. 1. Cor. 1. Secundo, oblati refutatio. [Et dixit, non petam.] Vel quia in idolis confidebat, vel in rege Assyriorum, vel inuidens dei gloriæ, vel quia timebat offendere deum in angustia positus. infra 26. Domine, in angustia requisierunt te. Vnde dicit. [non tentabo] Innixus est enim ei, quod dicitur Deuter. 6. Non tentabis dominum deum tuum. Sed male intellexit, quia licebat ei authoritate dei petere signum, sicut Gedeon in vellere, Iudic. 6. Tertio, ponitur refutantis increpatio. [Et dixit] scilicet Esaias. ergo ex quo tam rebelles estis. [Audite ergo domus Dauid.] propter consensum in malitia, vel quia Dauid promissus est Christus, datur signũ, psal. 131. De fructu

ventris

ventris tui ponam super sedem. [Numquid parum vobis est,] ad merendam diuinam iram, [esse molestos hominibus] quos spoliatis, vel prophetis, quibus nõ creditis, [quia molesti estis] per rebellionẽ [deo meo] nõ vestro, cui nõ obedistis? Hiere. 25. Vt quid vobis onus, proiiciam quippe vos, dicit dñs. [Propter hoc.] Hic dat signum ad credendum. Et primo, confertur signum liberationis. Secundo, comminatur incredulis pœnã destructionis, ibi. [Adducet dominus.] Hoc autem signum est de Christi incarnatione. Sed contra me obiiciũt iudæi, multipliciter. Primo, quia dominus dabat signum illius liberationis, ad quã nihil consonat Christi incarnatio. Ad quod dicendum, ꝙ incarnatio Christi significat ipsam, per locũ a maiori: quia si deus dabit filiũ suũ ad salutem totius mundi, multo magis potest saluare vos ab istis hostibus. Ro. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vel quasi causa motiua. Hoc enim quasi mouit dominũ, ꝙ multa bona illi populo, quãuis iniusto concedantur, quia de illo prouideret filiũ suum incarnandum. Item obiiciunt, quia signum sequẽs datur ad præsentes: sed incarnatio non fuit facta temporibus eorum, & sic videtur ꝙ nullũ sit signũ. Ad quod dicendũ, ꝙ incarnatio quãuis nõ fuerit facta præsentibus illis hominibus, fuit tamẽ manente domo Dauid: vnde dicit. [Audite domus Dauid.] Non autem audi Achaz. Item obiiciunt, quia signum debet præcedere signatum: sed incarnatio fuit diu post liberationem illam. ergo non fuit signum eius. Ad quod dicẽdum, ꝙ signum qnq; sequitur signatũ, sicut Deut. 18. Hoc habebis signũ. Qd in nomine dñi propheta ille prædixerit, & nõ euenerit, hoc domin? non est locutus. Quandoq; est simul. 2. Reg. 5. Cũ audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum, tunc inibis prælium. Quandoq; præcedit, sicut Iudic. 7. de Gedeone, vbi datum est signũ, ꝙ vincere debebat in his, qui aquã manibus lambierant Et oportet de necessitate, ꝙ hoc signum sequatur, etiam ẽm ꝙ ipsi exponunt. Si. 6. præcedit, tunc puer fuit natus ante mortẽ Phacee, q regnauit 20. annis, cuius 17. anno regnauit Achaz, qui regnauit 16. annis. ergo Achaz regnauit, 13. annis post mortẽ eius. Et Osee regnauit 12. anno Achaz, cuius nono Samaria capta est, qui fuit 6. annus post mortem Achaz. ergo in captiuitate Samariæ ad minus habebat puer 19. annos. ergo falsum est, quod infra dicitur, ꝙ puer nesciebat vocare patrem & matrem. Item obiiciunt, ꝙ in hebræo non est virgo. Sed alma, quæ apud eos significat iuuenculam nubilem, sicut habetur. Gen. 24. de Rebecha, vbi nos habem⁹ puella decora nimis, & ipsi⁹ habẽt, alma. Et si etiã habeatur bethula, quod apud eos significat virginem, non oportet, ꝙ manens virgo conciperet, quia poterat esse, ꝙ quæ tunc erat virgo, postea ex semine viri corrupta concepisset. Ad quod dicendum, ꝙ nullum signũ esset, si iuuencula cõcepisset, & etiam virgo corrupta. Dominus autem aliquod magnum voluit significare, cum dixit, in profundum inferni, siue in excelsum supra. Ideo autem apud nos ponitur magis alma, quàm iuuencula, quia alma significat virginem secundum nominis originem, & adhuc plus, custoditã, de qua non possit haberi mali suspicio: Sed bethula significat, secundum vsum loquendi posteriorem. Exponunt autem dupliciter. Quidam de Ezechia, quidam de filio Esaiæ, quẽ fingũt esse manuel vocatum. Sed ꝙ primũ non possit stare, sic ostendi tur, quia Ezechias erat 25. annorum, quando cæpit regnare. 2. Reg. 18. Et Achaz regnauit 16. annis. 4. Reg. 16. ergo Ezechias erat 10. annorũ, qñ pater suus incæpit regnare. & sic non ꝓmitur hic nasciturus. Præt. Quomodo nesciisset vocare patrem & matrem, cum 6. anno regni eius capta fuerit Samaria? Iterũ ꝙ secundum non possit stare, ostenditur, quia hoc nullum signum fuisset. Et præterea filius Esaiæ, nõ fuit dñs iudeæ, cum tamen dicatur infra. 8. terra Iudæa esse Emanuel possessiue. Et ideo oportet, quòd intelligatur de filio dei, secundum hoc ergo tria facit. Primo, promittit signum. [Propter hoc,] quia vos non vultis petere. [ipse dabit signum vobis,] vestræ liberationis. Hoc etiam signum datum est. Luc. 2. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum &c. Secũdo, ponitur ipsum signum. [Ecce virgo.] Et primo, ponitur miraculosa conceptio. [Ecce virgo.] manens virgo [concipiet] in partu, [& pariet filium.] Secundo, mirabilis generati vocatio. Et primo, quantum ad diuinitatẽ. [vocabit] s. virgo, vel vocabis tu iuda in periculis, [nomen eius Emanuel, ꝙ est interpretatum nobiscũ deus. Matth. 1. Vocabis nomen eius Emanuel. Et hoc totum, nullũ simile habet in aliis, quia nouũ est. Hier. 31. Creauit deus nouum super terram, mulier, vel fœmina circundabit virum. i. perfectum hominẽ in ipsa conceptione, quàmuis non ẽm quantitatẽ perfectã, sicut dicit August. super illud Ioã. 2. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc &c. & ideo est super hominẽ, quia nihil nouum sub sole. Eccl. 1. Vnde concordantia alia non potest haberi de ipsa prophetia, nisi ipsa historia. Luc. 1. Ecce concipies, & paries filium: significatum Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dñs deus Israel ingressus est per eam. Secundo, quantum ad humanitatem. [Butyrum, & mel comedet,] ad literam cibos viriles, quia ab infantia ad modũ aliorum se habuit. Sap. 7. Et ego natus accepi cõem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primã vocem similem omnibus emisi plorans. Vel a parte ad totum, ẽm regulas tyconij. Per hos enim, omnes humanos cibos intelligit [vt sciat] vt, consecutiũ est, quia talibus vescẽs adhuc puer [sciat reprobare malum] sine experimento, [& eligere bonũ] sine consilio, perfectam habens omnem scientiam. Hoc promiserat diabolus, sed nõ soluit. Gen. 3. sed deus gratis dedit. Sap. 7. Ipse. n. mihi dedit horũ, quæ sunt scientiam verã, vt sciam dispositionẽ orbis terrarũ, & virtutem elementorum. Vel vt, est causale [vt sciat] i. vt ostendat se scire, quia per cibos perductus est ad perfectam ætatis quantitatem, qua ostendit se scire. Aug. super illud Cant. 4. Mel, & lac sub lingua tua, dicit, ꝙ significat per butyrum humanitatem, quod de terræ nutrimẽto venit. Per mel diuinitatem, quod de rore cæli colligitur. Habuit tamẽ naturã sine corruptione, sicut butyrũ sine caseo, & portauit consolationem sine iudicio, quasi mel sine aculeo. Bernar. Elegit puer noster nouiter concipi, quia naturã nostræ carnis accepit sine corruptione. Similiter apis mel nobis attulit, non miscens aculeum, Non. n. venit, vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum. Io. 6. Et sic est etiam causale. Et hoc est signum de eorum ex parte virginis parientis, & de sursum ex parte dei nascentis. psal. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Tertio, ponitur signi adaptatio, [quia antequàm sciat] i. antequàm nascendo scientiam creatã assumat, [terra] Samariæ, & Syriæ. 4. Reg. 16. & 17. [Adducet dominus &c.] Hic ponit cõminationẽ contra non credentes signũ. Et primo, ostendit pœnæ grauitatẽ. Secũdo, pœnę ordinẽ, ibi. [Et erit in die illã &c.] In tertia, pœnę effectũ, ibi, [Et erit in die illa nutriet homo &c.] Ostendit autẽ grauitatem, ex præcipientis authoritate. [Adducet dominus,] quì potens est. Exod. 15. Dñs omnipotens nomen eius. Ex pœnæ vniuersalitate [super te] per Tegalphalasar [& super populum tuũ, & super domũ patris tui,] quãtum ad posteros tuos, per filios tyrãnos ex præcedentiũ comparatione. [Dies tam mali] & dicuntur mali pp culpam. Matth. 6. Sufficit diei malitia sua. Ephes. 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propter pœnam, [qui non venerunt a diebus separationis Effraim a Iuda.] 4. Reg. 13. Exequentis potestatem [cum rege Assyriorũ] Nabuchodonosor, quia regnũ Chaldæorum, & Assyriorũ sub ipso vnum fuit, & a principio vnum fuerat. Assyrij. n. de Chaldæis egressi sunt. Gen. 10. Hier. 25. Assumã Nabuchodonosor seruũ meum &c. [Et erit.] Hic ponit pœnæ modũ, & ordinẽ. Et ponit tria. Primo, hostium conuocationem [sibilabit] idest inspirabit [musce] i. regi Aegypti, qui occidit Iosiã. 4. Reg. pen. Et comparatur muscæ, propter immunditiam idolorum, & luxuriæ, quę viget in Aegypto, [in extremo fluminũ] quia etiã de vltimis partib⁹ Aegypti. [& Api] .s. Chaldæis, & Assyriis, qa ab anteriori habebãt mel defensionis, & a posteriori aculeũ persecutionis.

tionis, supra 5. Sibilabit ad eum de finibus terræ. Secundo, hostium multitudinem. [Inuenient, & requiescent omnes in torrentibus valliū.] quia in vallibus consueuerunt currere aquę, propter commodum aquarum [in cauernis] propter munitionem [in fructetis] propter ligna [in vniuersis foraminibus]

& in uepres erunt. Cum sagittis, & arcu, ingredientur illuc. Vepres enim & spinæ, erunt in uniuersa terra. Et omnes montes, qui in sarculo sarcientur, non ueniet illuc terror spinarum, & ueprium, & erit in pascuam bouis, & in conculcationem pecoris.

loca domorum, infra 8. Et erit extēsio alarū eius implens latitudinem terræ tuæ. Tertio, captiuationem. [In die illa radet dominus in nouacula] idest per regem [in his] idest per hos, scilicet Assyrios, [nouacula acuta] de qua Ezech. 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumens eum, adduces per caput tuum. [caput] regem [pedes] artifices [barbam] milites, qui sunt ad ornatum regis. 4. Reg. vlt, supra 3. Omnem virum bellatorem iudicem, & prophetā. Vel loquitur contra Aegyptios, qui erant adiutores [in his] idest, Aegyptiis [cōducam.] Ezech. 29. Et diripiet spolia eius, & erit merces exercitui eius: & operi, pro quo seruiuit aduersus eam. [Et erit in die illa nutriet.] Hic ponit pęnę effectum, vel signum destructionis. Primo, in animaliū paucitate. [vaccam boum, & duas oues.] propter pauca animalia. supra 5. Et deserta in vbertatē versa aduenæ comedent. Secundo, ex victualium parcitate [Butyrum, & mel.] propter inopiā panis. Tren. 4. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis. Tertio, ex paucitate hominum. Primo, in vtilitate possessionum. [Omnis locus vbi fuerint mille vites.] Hiere. 32. Eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldeorum. Prouer. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineā stulti viri, & ecce totum repleuerant vrticæ, & apparuerant superficiem eius spinæ. In multitudine latronum [cum sagittis, & arcu] scilicet cum fugietis ingredientur. infra 24. Formido, & fouea, & laqueus super te: & super habitatores terræ. Quarto, in pauore hostium, quia colent montes, & dimittent plana. [Et omnes montes,] Hiere. 49. Et omnes ciuitates eius erunt in solitudines. Et infra 7. Apprehendere niteris altitudinem collis. Notandū super illo verbo, Vocabitur nomen eius Emanuel, idest nobiscum deus, quòd Christus est nobiscum multipliciter. Primo, tamquàm frater, per naturæ consortiū. Cant. 8. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te? Secundo, tamquàm sponsus, per amoris vinculum. Io. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Tertio, tamquàm pastor, per maternæ consolationis solatium. Apoca. 3. Ecce ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam intrabo ad illum, & cenabo cum illo. Quarto, tamquàm saluator per defensionis auxilium, Hier. 30. Tu ergo ne timeas serue meus Iacob ait dominus, nec paueas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua. Quinto, tamquàm ductor per operis exemplum Exod. 32. Dominus solus dux eius fuit. Notandum super illo verbo, [Ecce virgo] ꝙ dicitur [ecce] propter eminentiam singularem, quia supra mulieres, propter virginitatem, vnde dicit. [Ecce virgo.] Secundo, supra virgines, propter fęcunditatē. vnde dicit, [Concipiet] Tertio, supra angelos omnes, propter fructus dignitatem, vnde dicit. [Pariet filiū,] Hebr. 2. Nūquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

a

HIc prædicit destructionem decem tribuum, inquantum pertinet ad eorum pœnam, quæ facta est per Assyrios. Primo, per Tegalphalasar, regnante Phaceæ, & captiuante dua tribus, & dimidiam, quę erat trans Iordanem, & plurimos de tribu Zabulon, & Neptalim 3. Reg. 3. & postmodum, per Salmanasar, in captiuitatem reducente residuas. 4. Reg. 18. Huius autem tribulationis etiā duæ tribus fuerunt participes, quia a Tegalphalasar afflicti sunt, vt dicitur 2. Paral. 29. & a Senacherib, sicut dicitur infra 36. Non tamen omnino subiugatæ. Et diuiditur in partes duas. In prima, prædicit tribulationem. In secunda, modum ipsius, & ordinem, cap. 9. [Primo tempore alleuiata est &c.] Hoc autē capitulum diuiditur in tres partes. In prima, comminatur decem tribubus, Assyriorum destructionem. In secunda, prædicit in hoc duarum tribuum afflictionem, ibi. [Et ibit per Iudā inundans &c.] In tertia, confortat eos per futuram liberationem, ibi. [Congregamini &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit pęnę præfigurationem. In secunda, signi expressionem, ibi. [Quia antequàm sciat &c.] Hoc autem signum, iudæi ad literam exponunt de filio Esa. per cuius nomē dominus signi-

F ficare volebat decem tribuum destructionē. Et secundum hoc signum tripliciter confirmat. Primo, scripto, Secundo, testimonio, ibi. [Et adhibui &c.] Tertio, ipso facto, ibi. [Et accessi &c.] Circa primum tria ponit: scilicet in quo scribendum [librum grandem.] Ad literam enim grandem, ad significādum magnitudinem tribulationis. Hiere. 36. Tolle volumē libri, & scribes in eo omnia, q̄ locut⁹ sum tibi aduersus Israel, & iudam. Secundo, quo scribendum. [stylo hominis] idest plane, vt intelligi possit, & vt scriptū maneat Abac. 2. Scribe

CAP. VIII.

a ET dixit dominus ad me. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, Velociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam & concepit, & peperit filium. Et dixit dominus ad me. Voca nomen eius accelera, spolia, detrahe, festina prædari.

b ¶ Quia antequàm sciat puer uocare patrem suum, & matrem suá, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samarię coram rege Assyriorum. Et adiecit dominus loqui ad me dicens. Pro eo, quòd abiecit populus iste aquas syloe, quæ uadunt cum silētio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ, propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assiriorum, & omnem gloriam eius. Et ascendet super omnes riuos eius, & fluet super uniuersas ripas eius, & ibit per iudam inundans, & transiens usq; ad collum ueniet. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem B terræ tuæ, o Emanuel.

c ¶ Congregamini populi, & uincimini, & audite uniuersæ procul terræ. Confortamini, & uincimini, accingite uos, & uincimini, inite consilium, & dissipabitur, loquimini uerbum, & non fiet, quia nobiscum deus. Hæc enim ait domi-

G visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum. Tertio, quid scribēdum, nomen, scilicet vastaturi, significans futuram destructionē in breui. [Velociter spolia, detrahe, cito prædare.] Hæc verba possunt esse domini ad prophetam, & sic sumuntur materialiter. Vel ad hostes, & sic significatiue. infra 10. Et contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diuidat prædam. [Et adhibui.] Hic confirmatur signum testimonio [testes fideles.] Deut. 19. In ore duorum, vel triū, stet omne verbum. [Et accessi ad prophetissam.] Hic confirmatur facto, quia aliquando prophetæ annunciabant futurum verbo, aliquando autem ipso facto, sicut infra 20. Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis: & fecit sic, vadēs nudus, & discalceatus. Vnde intelligitur ad literam, quòd accessit ad vxorem suam, vnde duo ponuntur. Primo, pueri generatio [Et accessi.] Secū-
H do, generati vocatio. [voca nomen eius, accelera,] quasi festina ad faciendum. [Detrahe spolia] vt supra. Vel secundum aliam literā. Primo, accelera, spolia detrahe. Et hoc est melius, quia secundum hoc, non est plus quàm fuerit in scripto. Contra hoc quidam multipliciter obiiciunt, quòd non possit ad literam intelligi. Primo, quia cum pauca sint, quæ scribi præcipiuntur, non oportebat librum esse grandem. Secundo, quia nō est probabile, quòd propheta honestus homo, testes adduxerit, quādo accessit ad vxorem suam. Tertio, quia Vrias fecit altare idolorum ad similitudinem altaris Damasci in templo domini: vnde nō fuit fidelis testis. Quarto, quia Zacharias nō erat tunc viuus, quia Zacharias filius Ioiadæ fuerat longe ante interfectus a Ioas rege iuda. 2. Paralip. 24. Alius dicitur Zacharias, qui fuit vnus de duodecim ꝓphetis, & fuit lōge post, in reditu populi de captiuitate, sicut patet Zacha. 1. & per totum. ergo non potuit eum adhibere in testem. Et præterea, remanet similis obiectio sicut primo, quia ipse puer fuit natus
I ante mortem Phaceæ. ergo vt supra probatum est, habebat in captione Samariæ ad minus 19. annos. ergo falsum est, quod dicitur Antequàm sciat vocare patrem &c. & ideo volunt, ꝙ intelligatur tantum de Christo, sicut & primum signum. Vt per librum grandem significetur sacra scriptura, de qua habetur Baruch. 4. Hic est liber mandatorum dei, & lex, quæ est in æternum. Per stylum hominis, modus prophetiæ, vt non omnibus vsquequaque pateat, sed tantum rationabilibus, qui ex figuris possunt significata concipere. Oseæ. 2. Ego visionem multiplicaui eis, & in manibus prophetarum assimilatus sum. [Velociter &c.] Nomen Christi, idest circumlocutio nominis, quod est Iesus saluator. Per hoc, ꝙ detraxit spolia, idest peccatores a potestate diaboli, & prædatus est infernum. de quo infra. 53. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortiū diuidet spolia. Per [Vriā] qui interpretatur lux domini, significatur lex. Prouer. 6. Quia mandatum lucerna est, & lex lux. Per Zachariam, qui interpre-
K tatur memoria domini, [filium Barachiæ] qui interpretatur, Benedictio domini, significatur prophetia, quia prophetæ per benedictionem diuini muneris, cognitionem diuinam acceperunt. Et hi, scilicet lex, & prophetæ sunt testes incarnationis Christi, Luc. vlt. Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Prophetissa autem, beata virgo est, quæ prophetauit, dicēs, Magnificat anima mea dominum. Luc. j. Ad quam accessit per propheticam intelligētiam, & per fidem: vel prophetissa dicitur Spiritussanctus, qui est principium omnis prophetiæ. 2. Pet. 2. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Apud Hebræos enim, est feminini generis, scilicet Eua, & secundū hoc [concepit] idest concipere fecit. Quod enim in ea natum est de Spiritusancto est, Matth. 1. [Voca nomen eius,] scilicet Iesus, idest prænūtia nomen eius, sic vt supra. Hæc autem expositio non est tantæ authoritatis, sicut superior, quæ fuit supra 7. de alio signo, quia

quia magis extorta est, & ex scripturis non habet authoritatem, sic illa. Matth. 1. Nam quidam dicunt non esse inconueniens, si hoc intelligatur ad literam: ita tamen ꝙ puer iste sit figura Christi, sicut etiā supra dictum est in quadā glos. 7. cap. super illud, Ecce virgo &c. Vnde potest responderi ad obiectiones prius factas. Et dicendum ad primum. Quòd liber fuit grandis, nō ad necessitatē scripturæ, sed ad significandum magnitudinē tribulationis. Ad secūdum dicendum, quòd potest intelligi, quòd testes fuerūt adhibiti ad scripturam, sicut fit in priuilegiis, & non ad accessum ad vxorem. Et etiam si ad hoc fuissent adducti, non esset magis cōtra honestatem, vt videtur, quàm factum de fornicatione. Osee 1. quod tamen ad literam plures exponunt. Ad tertium dicendum, ꝙ dicitur fidelis propter authoritatem sacerdotij, & non propter bonitatem vitæ, vel quia fidedignus habebatur a rege. Ad quartum dicendum, quòd iste Zacharias neuter illorum fuit. Consuetum enim erat apud hebræos, sicut etiam apud multos, quòd pueris imponantur nomina de cognatione illa, sicut dicitur Luc. 1. de Ioanne, Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Et sic iste potuit esse de progenie illius, qui prius interfectus fuerat: vel etiam consuetudo est apud hebræos, vt dicit Hieron. quòd frequenter vtantur propriis, pro communibus, sicut hostia, quæ est ciuitas munita, vtuntur frequenter pro qualibet ciuitate munita. Et sic, quia ille Zacharias fuit fidelis propheta, & in magna fama populi, vocatur iste, qui forte similiter erat fide dignus populo loci illius. Ad quintum dicendum, quòd non est similis obiectio, quia quod supra dictum est, oportet intelligere de destructione solum, propter hoc, quòd dixit, derelinquetur. Sed hoc potest intelligi de persecutione facta per Tegalphalassar, qui destruxit Damascum. 4. Reg. 16. & spoliauit regnum Samariæ. 4. Reg. 15. Vnde signanter dicit, [Auferetur] fortitudo Damasci, & spolia Samariæ. Et hoc fuit satis de propinquo. Notandum super illo verbo [librum grandem] Quòd sacra pagina dicitur liber, Primo grandis, quantum ad grande contentum. Prouer. 8. Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea, vt recta prædicent. Secundo, signatus quantum ad visum. infra. 29. Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati. Tertio, inuolutus propter multiplicē sensum. Ezech. 2. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber. Quarto, amarus, propter laboris studium. Apoc. 10. Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui eum, & erat in ore meo tamquàm mel dulce, & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus. Prouerb. 8. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Quinto, dulcis, quātum ad affectum. Ezech. 3. Comede volumen illud: & comedi illud, & factum est in ore meo quasi mel dulce. Sexto, volans, quantum ad intellectum. Zach. 5. Vidi & ecce volumen volans. Iacob. 39. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? Septimo, viuificans, quantum ad fructum. Eccl. 24. Hęc omnia liber vitæ, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Prouerb. 8. Qui me inuenerit, inueniet vitam.

b ¶ Hic ponitur signi expositio. Et secundum literalem expositionem iam patet, secundum aliam vero. [Antequàm sciat,] scientia creata [patrem] putatiuum Ioseph, vel deum. [Auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ] Secundū hæc potest etiam referri ad captiuitatem Samariæ. [Et adiecit.] Hic describitur ipsum destructionis factum. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit puniendorum culpam. Secundo, punientiū potentiam, ibi. [Ecce adducet dominus &c.] Tertio, ponit ipsam pœnam, ibi. [Et ascendet &c.] Dicit ergo primo, [Et adiecit.] Primo, signum datum. [Aquas syloe.] Syloe est quidam fons, qui nascitur ad pedes montis Syon, cuius aquæ per horas ebulliunt, & plane vadunt, vnd significāt reges iuda, qui quandoque boni, & potentes, quandoque mali, & imbecilles fuerunt. Et tamen legitime, & quiete regnauerunt comparatione regum Israel, qui omnes cogebant populum ad idola.

A Sed videtur, quòd hoc non sit eis imputādum pro culpa, quia hoc domini voluntate factum est, sicut dicitur 3. Regum. 12. A me factum est verbum hoc. Et dicendum, quòd dominus iuste voluit, quòd reges iuda paterentur hoc damnum, propter culpam Salomonis, de quo 3. Reg. 11. Sed illi male, & propter superbiam cordis hoc fecerunt, quia nolebant dare consueta tributa, sicut legitur. 3. Reg. 12. Vel aliter. [Abiecit populus iste] idest contempserunt, & persecuti sunt, sequentes malitiam duorum regum. Et hæc videtur esse intentio ꝑ id, quod sequitur. Et assumpsit magis Rasin &c. Propter hoc &c.] Hic describitur hostium potentia. Et primo ponitur metaphora, quantum ad quatuor: scilicet quantum ad diuinum auxilium. [Ecce dominus adducet.] quantum ad impetum [aquas fluminis.] quantum ad robur [fortes,] quantum ad numerum. [& multas.] Secundo, exponit metaphoram. [Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius] idest exercitum eius. infra. 6. Ecce populus veniet de terra
C aquilonis, & gens magna consurget. Glos. dicit, quòd intelligit de Senacherib. Sed contra: quia ipse non vastauit Samariam, sed Salmanasar, sicut dicitur. 4. Reg. 17. Ad hoc dicunt quidam, quòd idem dicitur Salmanasar, & Senacherib. Sed patet hoc esse falsum per id, quod dicitur Tob. 1. quòd mortuo Salmanasar, regnauit Senacherib filius eius pro eo. Et ideo dicendū, quòd regnante Salmanasar iam sene, filius eius erat in exercitu: & ideo idem exercitus est vtriusque. Vnde loquitur de tota illa vastatione, quæ facta est per illos reges Assyriorum, quasi de vno persecutore, propter vnitatem regni. [Et ascendit.] Hic ponit ipsam pœnam, & seruat metaporam, quia aquæ abundantes altiores sunt. Vnde dicit. [Ascendet super omnes riuos] idest principes. [& super ripas,] idest terras. Ezech. 38. Ascendet indignatio mea in furore meo, & in zelo meo. [Et ibit per iudam.] Hic tribulationem ponit redundantem in duas tribus. Et primo, ponit tribulationis redun-
D dantiam. [Et ibit] scilicet aquarum impetus [per iudā] idest per terram iudæę [inundans] seruat metaphoram. Quando enim abundant aquæ, emittunt vndas extra alueum suum in agros vicinos. Et dicit. [Ibit.] quia non habebunt perfectum dominium. Hierem. 47. Ecce aquæ descendent ab aquilone, & erunt quasi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius, vrbes, & habitatores eius. Secundo, persecutionis abundantiam. [Et transiens vsque ad collum veniet.] loquitur metaphorice, quasi diceret: in tanta abundantia redundabunt, quòd si aliquis vellet aquas transire, & venirent sibi vsque ad collum fere submergeretur in eis, in quo significatur quòd fuerint prope captiuitatem, sicut infra 36. Ezech. penult. Et ecce aquæ redundantes a latere dextro. Tertio, exercitus copiam. [Et erit extensio alarum eius,] idest principū eius. [implens] præ multitudine. [latitudinem terræ tuæ] id est iudeæ. [O Emanuel] Christe, qui de ea nasci venisti. Misit
E enim principes suos Senacherib ad capiendam Hierusalem. infra. 36. De his aliis. Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad libanum, & tulit medullam cedri, & sumitatem frondium eius: & transportauit eā in terram Chanaan in vrbe negociatorum posuit illam.

c ¶ Quia dixerat, quòd persecutio Assyriorum, aliquo modo redundaret in duas tribus, hic confortat eos, quia illa persecutione non sunt finaliter captiuandi, nec etiam a decem tribubus, & Syris subiugandi. Et diuiditur in partes duas, In prima ponit diuinam confortationem. In secunda, remouet diuinorum communicationem, ibi. [Et cum dixerint ad vos &c. Circa primum, duo ponit. Primo, ponit irrisionem. Secundo, hostis instructionem, ibi, [hæc enim ait dominus.] Circa primum duo facit. Primo, ponitur irrisio, vel insultatio. Secundo, irrisionis ratio, ibi. [Quia nobiscum deus.] Irridet autem pugnantium exercitum, sapientum consilium, & dominorum præceptum. His enim tribus, bella prosperantur. Exercitus

citùs aũt, tribus inualeſcit, ſcilicet multitudine. Et quantũ ad hoc dicit. [O populi,] Syriæ, & Samariæ. [Congregamini] vt ſitis multi. [& vincemini,] domino contra vos pugnante, per quoſcumque ſuos miniſtros. Et non ſolum vos, ſed [audite] hoc idem [vniuerſæ terræ.] Et eſt ſacroſmos, ideſt quædam ſpecies tropi, quæ dicitur eſſe quędam plena odio, atque hoſtilis irriſio. Ioel. 3. Erumpite, & venite, omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet domin⁹ robuſtos tuos. Secũdo, inualeſcit in pugnantium fortitudine corporis, & animi. Et quantum ad hoc dicit. [Confortamini.] Ioel. 3. Infirm⁹ dicat, quia fortis ego ſum. Tertio, inualeſcit armorũ in munitione [Accingite vos.] Quod pertinet ꝓprie ad gladios, ſed inde tranſumit ad oĩa arma. 1. Mach. 4. Accingimini & eſtote filij potentes, & eſtote parati mane, vt pugnetis aduerſus nationes has, quæ cõuenerunt diſperdere nos, & ſancta noſtra. Quantum ad conſilium. [Inite conſilium & diſſipabitur.] Iob. 5. Qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilia prauorum diſſipat. Prouerbio. 21. Non eſt ſapientia, & non eſt prudentia non eſt conſilium contra dominum. Quantum ad præceptum dominorum de his, quæ poſt cõſilium eliguntur [loquimini verbum & non fiet.] ſupra. 7. Ponamus regem in medio eius. Regem enim quem eligebant annunciabant plebi, vt dicit Hierony. Rationem ponit, interpretando nomen Emanuel, [quia nobiſcum deus.] Roma. 8. *Si deus pro nobis, quis contra nos?* Hier. 3. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, vt ſaluem te, & eruam te, dicit dominus. [Hæc enim ait &c.] Hic ponitur populi inſtructio'. Et primo docet, quid non timendum. Secundo, quid timendum, ibi. [Dominum exercituum &c.] Prima diuiditur in duas partes, ſcilicet in doctrinæ probationem, & in ipſius traditionem, ibi. [Non dicatis &c.] Probat autem non eſſe timendos hoſtes dupliciter. Primo, per domini præceptum. vnde dicit'. Ita vincemini o hoſtes. [Enim,] ideſt, quia [hæc] quæ dicta ſunt [ait dominus ad me.] Et ideo ne timeatis. Nume. 23. Non eſt deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Secundo, ſuo exemplo ait, Dicit dominus ad me, dicẽs ad vos quæ ſequentur ad erudiendum vos. [*Sicut erudiuit me,*] ideſt, ne imitarer eos in malitia ſua, & hoc [in manu forti,] ideſt, in tribulatione. Vel non ſolum docens, quid faciendum: ſed etiã dans gratiam virtutis ad complendum. Tren. 1. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. [Ne dicatis &c.] Hic ponitur ipſa doctrina. Primo, prohibet timoris verbum. [Non dicatis coniuratio,] duarum gentium, quaſi nobis timenda eſt. [Omnia enim, quæ loquitur populus iſte coniuratio eſt,] contra me. Vnde ſi me ſociant vobis in coniuratione, ſentient me vobis ſocium in defenſione. Exod. 16. Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra deum. infra 50. *Stemus ſimul.* Quis eſt aduerſarius meus? Accedat ad me. Secundo, prohibet paſſionis motum. [Et timorem eius ne timueritis.] Timor, & pauor differunt ſecundum magis, & minus. Timor enim facit motum cordis ſecundum Syſtolem, ſed pauor quaſi immobilitat cor. pſal. 21. Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum. [Dominum exercituum &c.] Hic inſtruit eos, quomodo timendus ſit. Et primo ponit legem. Secundo, legis abſconſionem, ibi. [Signa legem &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponit legis præceptum. Secundo, obedientium fructum, ibi. [Et erit vobis &c.] Tertio, pœnam rebellium, ibi. [In lapidem autem &c.] Præceptum autem eſt, vt deus honoretur. [Sanctificate dominum exercituum] in vobis ipſis, & in ſanctitate ſeruiatis ei. [ipſe pauor videtur] inquantum dominus. pſa. 111. Beatus vir, qui timet dominũ [ipſe terror,] inquantum vltor. Matth. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nõ poſſunt occidere: ſed potius timere eum, qui poteſt animam, & corpus in gehennam perdere. Hoc exponit Petrus de Chriſto. 1. Pet. 3. Timorem autẽ eorum ne timueritis, & non conturbemini. Etiam videtur intentio prophetæ propter eam, quæ ſeqquuntur. Nota ſuper illo verbo [Sicut in manu forti erudiuit &c.] Quòd eſt manus diuina triplex. Primo, eſt manus diuinæ potentiæ. Et hæc eſt triplex. Primo, creantis. Iob 10. Manus tuæ fecerũt me, & plaſma-

nus ad me. Sicut in manu forti erudiuit me, ne irem in via populi huius dicens, Non dicatis, coniuratio. Omnia enim, quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt. Et timorẽ eius ne timeatis, neq; paueatis. Dominum exercituum ipſum ipſum ſanctificate, ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter: & erit vobis in ſanctificationem, in lapidẽ autem offenſionis, & petram ſcandali, duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinã habitãtibus Hieruſalem. Et offendẽt ex eis plurimi, & cadent, & contererentur, & irretientur, & capientur. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Expectabo dominũ, qui abſcondit faciem ſuam a domo Iacob, & præſtolabor eum. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in ſignum, & in portẽtum Iſrael, a domino exercituum, qui habitat in monte Syon.

F uerunt me. Secundo, continentis. pſal. 94. In manu tua domini omnes fines terræ. Tertio, protegentis. pſalm. 49. In vmbra manus ſuæ protexit me. Secunda manus eſt manus iuſtitiæ. & iſta erit triplex. Prima, tangentis, ad probandum. Iob. 19. Manus domini tetigit me. Secunda, flagellantis, ad purgandum. 2. Mach. 6. Nam & ſi in præſenti tempore a ſuppliciis hominum eripiar: ſed manus omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiã. Tertia, oprimentis, ad cõdemnandum. Hebræ. 10. horrẽdũ eſt incidere in manus dei viuentis. Tertia man⁹ eſt manus miſericordiæ. Et iſta eſt triplex. Prima, ſanantis. Iob 5. Ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius *ſanabunt*. Secunda, paſcentis. pſal. 94. Populus paſcue eius, & oues manus eius. Tertia, coronantis. Sapien. 5. accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu domini. [Et erit vobis &c.] Hic ponit obedientium fructum in ſanctificationem. [ſanctos faciet vos.] Leuit. 22. Ego dominus, qui ſanctifico vos. [in lapidem.] Ponit rebellium impedientium pœnam, ſub metaphora viatorum. Et primo, ponit occaſionem. Secundo, pœnæ perceptionem, ibi. [Et oſtendent &c. Occaſionem autem ponit, Primo, quantum ad populum. Secundo, quantum ad principes, ibi,
H [In laqueum &c.] Primum, ponit ſub metaphora lapidis exiſtẽtis in via, qui dupliciter impedit viatorem, ſcilicet per pedis læſionem, & per caſus occaſionem. Et ſimiliter Chriſtus fuit incredulis ex iudæis occaſio læſionis, & caſus, non ex culpa ſua, ſed illorum. Dicit ergo, [erit duabus domibus Iſrael] ideſt inſidelibus de decem, & duabus tribubus, vel ſcribis, & phariſæis. [In lapidem offenſionis] quantum ad læſuram. Rom. 9. Offenderũt enim in lapidem offenſionis. [Et in petram ſcandali.] in qua pes impingit ad caſum. Scandalum græce, latine pedis impactio. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Et quid principes magis Chriſto reſtiterunt, ideo quantum ad eos aggrauat. Et erit [habitantibus Hieruſalẽ.] Quæ erat vrbs principum [in laqueum.] ſicut animalia capiuntur laqueo, & hoc eſt grauius, quàm offenſio. infra 34. Qui ſe explicuerit de fouea, incidet in laqueum. [Et in ruinam] quod eſt magis,
I quàm caſus ſimplex. Luc. 2. Ecce hic poſitus eſt in ruinam. Et quia occaſiones quandoque aliquis deuitat, & non incurrit, ideo hoc remouet, & oſtendit pœnæ perceptionem, & dicit, [Et offendent] contra id, quod dixit, offenſionis, per infidelitatem, contra ſcandalũ vero, [cadent] a dignitate regni. Matth. 8. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores. [Contererur] quantum ad ruinam pœnæ: famis, & gladij. Matth. 21. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur. Super quem vero ceciderit, conteret eum. Quantum ad laqueum dicit, [irretientur &] funibus peccatorum & perplexitatum, quæ non rumpentur. [capientur,] a Romanis. Prouerb. 5. *Funibus* peccatorum ſuorum conſtringitur. [Liga teſtimonium,] ideſt, inuolue prophetiam de Chriſto obſcuritate, ne videant iudæi, quia indigni ſunt. [Signa legem.] ligare duo ſignificat, quandoque claudere ſub ſigillo. Et ſicut dicit. [Signa legem] veterem ſub figuris. [In diſcipulis meis,] ideſt, quouſque diſcipuli mei aperiant prædicando per mundum. Dan. 12. Clau-
K de ſermones, & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum, vel [in diſcipulis meis] abſconde. Quandoq; ſignificat expreſſionem figuræ. Pſal. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Et ſic [ſigna,] in anima [diſcipulis meis.] Secundo, abſcondi expectationem, [expectabo.] Michęæ. 7. Ego autem ad dominum aſpiciam. Expectabo dominum ſaluatorem meum. *Expectati repræſentationem.* [*Ecce ego,*] ſ. Chriſtus [*& pueri mei*] apoſtoli [quos dedit mihi dominus.] Io. 17. Tui erant & mihi eos dediſti, [in ſignum,] ideſt, vt faciant ſigna [& in portentum.] Mirũ quòd ſua magnitudine portendit. Et hoc fiet, [a domino qui habitat,] per cultum, vel fidem [In ſyon.] Eccleſia. Zach. 3. Audi Ieſu ſacerdos magnæ, tu & amici tui, qui habitant coram te: quia potentes ſunt. Quidam exponunt hoc de Eſaia [& pueri] prophetæ ſecundum hoc. infra 20. Sicut ambulauit ſeruus meus Eſaias nudus & diſcalceatus, triũ annorum ſignum, & portentum erit ſuper Aegyptum, & ſuper Aethiopiam. Quidam, de filiis Eſaiæ [& pueri.]

¶Hic

d ¶ Hic remouet diuinorum communicationem. Et circa hoc tria facit. Primo, ponitur hoſtium falſa communicatio. [Et cum dixerint,] hoſtes veſtri. [quærite a phytonibus] qui vobis prædicunt mala, & nobis bona. Phyton hebraice os abyſſi. Et dicit Hieron. Quòd dicunt ab apolline phytio, quia hoc genus artis magicę inuenitur, per quod videntur mortui ſuſcitari, & de futuris aliqua prædicere, ſicut legitur. 1. Reg. 28. Rabanus dicit, Φ eſt nomen maligni ſpiritus. Item Hierony. dicit, quòd dicitur Phyton, qui habet diabolum in vẽtre [& a diuinis,] quia ſibi actum dei vendicant in prædictione futurorum, & præcipue quantum ad cultum falſorum deorum [qui ſtrident] quaſi inſani. 3. Reg. 18. Clamabant voce magna, & incidebant ſe iuxta ritũ ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. Deut. 18. Non ſit maleficus, nec ĩcantator, nec q phytones cõſulat, nec diuinos; & quærat a mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur dominus. Secundo, docetur reſponſio. [Numquid non populus &c.] vel [viuis, & mortuis] ideſt loco deorum veſtrorum, qui ſunt ſimulatus hominum, & mortuorum, & viuorum. Vel quærimus viſionem pro viuis, & mortuis, ſicut & vos, ſcilicet a diis veſtris, qui ſunt ſimiles mortuis. [Ad legem magis] quæ prohibet talia, vel quæ docet, quòd eſt expectandum [teſtimonium] ſcripturæ. Tertio, ponit inobedientium comminationem. [Quòd ſi non dixerint.] Et facit tria. Primo, comminatur pœnam. Secundo, in pœna impatientiã, ibi, [Et cum eſurierit.] Tertio, deſperationis triſtitiam, & deſpiciet. Dicit ergo primo, [Quòd ſi non dixerint iuxta hoc verbum,] reſpondentes, ſcilicet vel faciemus, quòd [non erit eis matutina lux] id eſt Chriſtus tenebras pellens. Ioã. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. [Et tranſibit per eam.] congregationem ad alios, non manens in eis. infra. 58. Ecce adſum, quia miſericors ſum dominus deus tu⁹, [& corruet] in dãnationẽ, & verbum dei. [& eſuriet.] Amos. 8. Ecce ego mittam famem in terram, non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum dei, vel lux conſolationis, [& corruet] in damnationem. Sapien. 3. Ruit Hieruſalem, & iuda concidit [& eſuriet] pane. [Et cum eſurierit] per impatientiam quantum ad iram cordis [iraſcetur.] pſal. 58. Si non fuerint ſaturati murmurabunt. Quantum ad blaſphemiam oris, [& maledicet.] Apoc. 16. Et blaſphemauerunt deum cæli, præ doloribus, & vulneribus, & non egerunt pænitentiam ex operibus ſuis. [Et ſuſpiciet ſurſum.] Hic ponit diſperationis triſtitiam. Et primo, expectationem auxilij. [ſuſpiciet ſurſum] de cælo quærens auxilium. [& ad terram intuebitur,] ad auxilium de terra. ſupra. 5. Aſpiciet in terra, & ecce tenebræ tribulationis. Secundo, imminentia periculi. [Et ecce tribulatio] præuiſa [& tenebræ] quantum ad conſilium reſiſtendi [diſſolutio] contra confortationem, [& anguſtia] quantum ad perplexitatem, [& caligo perſequens] quantum ad perſecutionem. Tertio, liberationis impoſſibilitatem ad ſimilitudinem auis captę [& non poterit auolare de anguſtia ſua.] Econtrario eſt de iuſtis. pſa. 123. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

d ¶ Et cum dixerint ad vos, quærite a phytonibus, & a diuinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis, numquid non populus a domino ſuo requiret uiſionẽ pro uiuis, ac mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimonium. Quòd ſi non dixerint iuxta uerbũ hoc, non erit eis matutina lux. Et tranſibit per eã, & corruet, & eſuriet, & cũ eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & deo ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſequens, & nõ poterit auolare de anguſtia ſua.

CAP. IX.

a Hic ponit deſtructionis modum, & ordinem. Et primo, ſecundum diuerſitatem punitorum. Secundo, ſecundum diuerſitatem pœnarum, ibi. [Verbũ miſit &c. Prima, in tres, ſecundum tres perſecutiones factas ab Aſſyriis, in terram promiſſionis. Primo enim, Tegalphalaſar, regnante Phacee in Samaria, captiuauit duas tribus, & dimidiam, quæ erat vltra Iordanem, reſpectu Hieruſalem, & de tribu Zabulon, & Neptalim, quæ erant citra Iordanem tantum, quod poſſet æquiperari dimidiæ tribui. Et quantum ad hoc dicit. [Primo tempore,] ideſt tempore primæ captiuitatis [terra Zabulon, & terra Neptalim alleuiata] ideſt minorata habitatoribus ſuis, quod forte remanentibus non fuit multum graue, quia remãſerunt eis plures poſſeſſiones. Et de hoc dicitur 4. Reg. 3. *Secundo*, venit Salmanaſar nono anno Oſee,

A & captiuauit reſiduos ex decem tribubus, qui erant citra Iordanem, reſpectu Iudeæ, & quantum ad hoc dicit [nouiſſimo] ideſt in vltima captiuitate generali decem tribuum [via maris] ideſt regio, qua itur ad mare geneſareth [Galileæ] ideſt, quę eſt in Galilæa [gentium] quæ eſt trans Iordanem, reſpectu Aſſyriorum, quàmuis citra reſpectu Iudęæ [aggrauata] id eſt graui põdere tribulationis preſſa. Eſt autem duplex Galilæa. Vna in tribu Zabulon, alia in tribu Neptalim, vicina Tyriis, & dicitur gentium iſta, vel propter multas gentes, quæ habitabãt ibi, vel propter dominium, quia dederat eam Salomon regi Tyri. 4. Reg. 17. Tertio, venit *Senacherib*, & ciuitates Iuda cæpit, & Hieruſalem obſedit, ſicut dicitur 4. Reg. 18. Et de iſta tertia perſecutione loquitur hic [propheta] dicens, [populus] & promittit Iudæis ſalutem. Vnde duo facit. Primo, promittit ſalutis gratiam. Secundo, aſſignat cauſam, ibi. [Zelus domini exercituum &c.] Circa primum, tria facit. Primo, promittit ſalutem. Secundo, proſequitur ſaluationis ordinem, ibi. [Multiplicaſti &c.] Tertio, deſcribit ipſum ſaluatorem, ibi. [Paruulus &c.] Promittit autem eis ſalutem contra duo: contra perplexitatem, & quantum ad hoc dicit [populus] Iudeæ [qui ambulabat] ideſt procedebat in negociis ſuis [in tenebris] dubietatis [vidit lucem magnam,] diem cõſolationis: & cõtra pœnæ grauitatem [habitantibus in regione vmbræ mortis] ideſt iudęæ, quæ propter grauem perſecutionem erat ſimilitudo mortis [lux orta eſt eis] diuinæ conſolationis. infra 60. Surge illuminare Hieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt [Multiplicaſti gentem] hic ponit ſaluationis proceſſum, & ordinem, quantum ad quatuor. Primo, quantum ad hoſtium fruſtrationem. Et quantum ad hoc dicit [Multiplicaſti gentem] in exercitu Senacherib, & non magnificaſti eis lætitiam, vt implerent, quod propoſuerant. Iob. 5. *Conſilia prauorum diſſipat.* Secundo, hoſtium ſpoliationem, quod fuit, quando illis interfectis ab angelo, ſicut dicitur. infra. 36. populus egreſſus eſt ad colligenda eorum *ſpolia*: vnde comparatur meſſoribus, & victoribus [lætabuntur] infra. 35. Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & fugiet ab eis dolor, & gemitus. Tertio, ſeruitutis liberationem. Tyranni enim, onerant præceptis. Et quantum ad hoc dicit [Iugum enim oneris eius] ſcilicet Senacherib, quod depoſuit. Affligunt pœnis. Et quãtum ad hoc dicit [& virgam humeri eius] ideſt qua humeros verberabant. Spoliant rebus, & ideo dicit [Sceptrum exactoris eius] infra. 14. Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum? ita hoc faciliter fiet [ſicut in die Madian] ideſt ſicut Gedeon Madiannitas deiecit. Iudic. 7. Quarto, quantum ad *hoſtium punitionem*. Et hæc eueniunt [quia omnis violenta prædatio cum tumultu] ideſt violenti prædatores, quantum ad nocumentum, quod inferebant in rebus [& *veſtimentum miſtum* ſanguine] eorum, quos occidebant, quantum ad nocumentum inflictum in perſonis [erit in combuſtionẽ] Ad literam enim combuſti fuerunt. infra. 10. Et ſubtus gloriam eius ardebit ſuccenſa, quaſi combuſtio ignis. [Paruulus enim natus eſt nobis &c.] Hic deſcribit ſaluatorem. Ea primo, quantum ad receptionem. Secundo, quantum ad nominationem, ibi. [& vocabitur.] Tertio, quantum ad poteſtatem, ibi. [multiplicatur eius imperium &c.] Recepimus autem in natura noſtra, in natiuitate [Paruulus natus eſt nobis.] Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie ſaluator, qui eſt Chriſtus dominus in ciuitate Dauid. Recipimus in notitiam noſtram, in patris atteſtatione. Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Bernar. Puer leuiter placari poteſt, facile condonat, pauperes ſumus, & parum dare poſſumus: tamen pro illo paruulo, poſſumus reconciliari erga Chriſtum paruulum ſi volumus [Et filius datus eſt] Recipimus etiam in diuina reuerentia per paſſionem. Vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Philipp. 2. [Et factus eſt principatus]

ideſt

CAP. IX.

PRIMO tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouiſſimo aggrauata eſt via maris, trans Iordanem Galilææ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gẽtem, non magnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lętantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris

idest crux, per quam, principatus exaltatus est. Io. 19. Et baiulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus [Et vocabitur] hic ponit eius nominationē: & primo, nomen exprimens sapientiā diuinam [admirabilis] psal. 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me. Vnde omnia opera eius mirabilia fuerūt, & præcipue in vnione earū duarum naturarum in vna persona, quantum ad humanam [Consiliarius] consilia præceptis superaddens. Eccle. 6. Cōsiliarius tibi sit, vnus de mille. Exprimens potētiam diuinam [Deus] infra 45. Vere tu es deus absconditus. Humanam [fortis] in virtute. Iob. 9. Sapiens corde est, & fortis robore. Tertio, nomen exprimens bonitatis affluentiam quātum ad diuinam [pater futuri sæculi] idest generans filios in gloriam. Heb. 2. Decebat enim eū propter quē omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat authorē salutis eorum per passionem consumari. infra 22. Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem. Quantum ad humanā [princeps pacis] inquantū est mediator. Ipse. n. pax nostra, qui fecit vtraq; vnū. Ephe. 2. Gen. 23. Princeps dei es apud nos &c. [Multiplicabitur.] Hic describit eius potestatem. Et primo, quantum ad regni magnitudinem. Secundo, quantum ad regni nobilitatem [Super solium &c.] Tertio, quantum ad æternitatem, ibi [Amodo & vsq; &c.] Circa primum duo ponit. Primo, regni magnitudinem [Multiplicabitur eius imperium] Dan. 7. Et omnes reges seruient, & obedient ei. Quantum ad pacis quietem [Et pacis non erit finis. infra 26. Seruabis pacē, pacē q̄a in te speraui mus [Super solium Dauid] Hic describit regni nobilitatem [Super solium Dauid] idest ecclesiā, quæ significatur in regno Dauid. Luc. 2. Dabit ei dominus deus, sedem Dauid patris eius. Quantū ad effectum regni [vt confirmet] ad resistendū, & corroboret etiā ad impugnandum [in iudicio] idest per iudiciū. Hier. 25. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Quantū ad æternitatem [amodo] idest a tempore incarnationis [& vsq; in sempiternum] Dan. 7. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur, Vltimo, ponit motiuum ad causandū [zelus] idest amor dei patris. Io. 10. Sic deus dilexit mundum, vt filium suū vnigenitum daret. Iudæi exponunt hoc de Ezechia. Sed patet, q̄ regnum eius non fuit corroboratum in æternū, nec nomina conueniunt sibi, quæ significant diuiniam eminentiā. Propter quod 70. subticuerunt, & posuerunt loco illorū, magni cōsilij angelus. [Notandum super illo verbo [Paruulus natus est] q̄ Christus dicitur paruulus. Primo, in natiuitate propter ætatē. Matth. 2. Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. Secundo, possessione, propter paupertatē. 2. Cor. 8. Scitis gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniā propter vos factus est egenus cum esset dives. Tertio, corde propter humilitatē. Matth. 18. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Quarto, morte, propter mortis vilitatem. Sap. 2. Morte turpissima cōdemnemus eū. Notandum super illo verbo, Datus est nobis. Quòd Christus datus est nobis, Primo, in fratrē. Can. 8. Quis mihi det fratrem meū suggentem vbera matris meæ. Secundo, in doctorē. Ioel 2. Filij Syon exultate, & lætamini in domino deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ. Tertio, in speculatorem, Ezech. 3. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Quarto, in propugnatorē. Esa. 19. Mitte eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Quinto, in pastorem, Ezech. 34. Et suscitabo super eos pastorē vnū, qui pascat eos, Sexto, in exemplum operationis. Io. 13. Exemplum, n. dedi vobis, vt quamadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Septimo, in

eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in cōbustionē, & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principatus super humerum eius, G & vocabitur nomen eius Admirabilis, Cōsiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis. Sup solīū Dauid, & super regnū eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo, & vsque in sempiternū. Zelus domini exercituum faciet hoc.

b ¶ Verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Effraim, & habitantes H Samariam in superbia, & magnitudine cordis dicentes. Lateres cecidit, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderūt, sed cedros immutabimus. Et eleuabit dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet, Syriam ab oriente, & Philisthiim ab occidente, & deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta. Et populus non est reuersus ad percutientem se, & dominū exercituum nō inquisierunt. Et disperdet dns ab Israel caput, & caudam, incuruantem, & deprauantem die vna. Longæuus, & honorabilis ipse est caput, & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erūt, qui beatificant populum iustum sedu centes, & qui beatificantur præcipitati. Propter hoc super adolescētulis eius non lētabitur dominus, & pupillorum eius, & viduarum non miserebitur. Quia omnis hy-

F cibum peregrinationis. Io. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Octauo, in preciū redemptionis. Matth. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionē pro multis. Nono, in præmiū remunerationis. Apoc. 2: Vincenti dabo comedere manna abscōditum. Item, notandum super illo verbo [Super humerū eius] q̄ deus posuit super humerū Christi. Primo, peccata, sicut supra satisfactorē. infra 53. Deus posuit super eū iniquitates omniū nostrum. Secundo, clauem, sicut super sacerdotem. infra 22. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat. Tertio, principatum, sicut supra dnatorē hic. Factus est principatus super humerū ei⁹. Quarto, gloriā, sicut supra triūphatorem. infra 22. Et suspendā super eū omnem gloriā domus patris eius.

b ¶ Hic exequitur ordinē punitionis, secundum diuersitem pœnarum. Et primo, commemorat culpam. Secundo, exequitur pœnam, ibi [Et eleuabit &c.] Arguit autem in eis culpam dupliciter. Primo, quantum ad transgressionem diuini præcepti. Vnde dicit, [Verbum misit dominus in Iacob idest in Iuda, vel in toto populo, vt de Iuda constituerentur duces. Gen. penult. Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius. Iudic. 9. 1. Regum 15. [& cecidit in Israel] idest frustratum est in Israel, idest in decem tribubus, quæ dimiserunt domum Dauid. 3. Reg. 12. Vel verbū legis vniuersaliter. Osee 4. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda. Secundo, quantum ad executionē facti, inquantum dicebant se bene fecisse cæcati superbia, quia tumor mentis obstaculum est veritatis. & ideo dicit [Et sciet omnis populus Effraim] idest decem tribuum [& habitantes Samariam] quantum ad principes populi, sciet, idest recognoscet se, & culpam suam in pœnā, quia oculos, quos culpa claudit, pœna aperit [dicentes in superbia, & magnitudine cordis] inquantū in corde suo super alios se existimabant [& magnitudine] quantum ad præsumptionem magnorum, quæ proponebant [lateres] idest reges Iuda, qui erant firmi, [ceciderunt] a nobis [sed quadris lapidibus] idest fortibus regibus ex nobis [ædificamus] regnum vestrum [succiderunt] scilicet hostes, vt Syri [sycomoros] idest reges Iudæ infructuosos [cedros] idest sublimes ex nobis [immutabimus] idest ponemus loco illorum. supra 7. Pōnamus regem in medio eius, filiū Tabeel. De superbia eorum. infra 28. Væ coronæ superbiæ ebriis Effraim. [Et eleuauit.] Hic exequitur diuersitatem pœnarum quantum ad tria, in quibus confidebant. Primo, comminatur contra fœderationem vicinorum. Secundo, contra vtilitatem personarum, quam se æstimabant habere, ibi [Et disperdet dominus &c.] Tertio, contra multitudinem populorū, ibi [Succensa est &c.] Circa primū duo facit. Primo, ponitur punitio. Secundo, vlterioris pœnæ præparatio, ibi [In omnibus &c.] Cōminatur autem duo. Primo, futuram destructionem [Et leuauit dominus hostes Rasim] idest Assyrios [in tumultum] belli, de quo 4. Reg. 16. Secundo, persecutionis impugnationem. Et adducet dominus [Syriam ab oriente] secundum situū terræ, qui erant amici [& Philisthiim ab occidente] qui Iudam impugnabant [& deuorabunt Israel] destruent [toto ore, idest toto affectu. Abach. 3. Exultatio eorum sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito.] In omnibus his nō est aduersus furor eius [hic ponitur pœnæ præparatio, & secundo, assignatur ratio, ibi] Et populus &c. [Præparatio autem ponitur in voluntate.] non est auersus furor. [4. Reg. 23. Veruntamen non est auersus domin⁹ ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius cōtra Iudā. Et quantū ad potestatē] manus eius [. Logitur more

more humano. supra. 1. Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam. Ratio addendi pœnam pœnæ, est incorrigibilitas populi. Et hoc est, quod dicit [Et populus nō est, &c.] Hierem. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam, non receperunt. [Disperdet dominus, &c.] Hic comminatur contra confidentiam de vtilitate personarum. Et primo, ponitur punitio. Secundo, vltionis pœnæ præparatio. ibi [In omnibus his, &c.] Personæ autem vtiles videbantur, vel ad defensionem, & contra hos primo: uel ad diuinæ misericordiæ prouocationem, & contra hos. ibi [Propter hoc super, &c.] Circa primum tria facit. Primo, ponitur dignitas, & culpa, & culpa sub metaphora [caput] quantum ad principem [& caudam] quantum ad populum [incuruantem] contra rectitudinem iustitiæ] deprauantem, vel refrenantem. s. prophetam. Ezech. 13. Et violabant me ad populum meum. Secū do exponit metaphoram [Longeuus] docens mendacium. Ezech. 22. Prophetæ autem eius liniebant eos, absque tēperamento videntes vana, & diuinantes eis mendacia. Tertio, ponit pœnā [Et erunt seducentes, q̄ beatificant, &c.] Seducti autem [q̄ beatificantur [præcipitati [supra. 3. Populeus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Osee. 4. Corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. [Propter hoc, &c.] Hic, contra personas vtiles ad misericordiam prouocandam, vel propter carnis integritatem [adolescentulis] scilicet virginibus, vel propter ætatem [& pupillorum] vel propter infirmitatē [viduarum] Et primo ponitur Punitio [Non misereberitur] Secundo, ponitur ratio, quantū ad simulationē in opere [quia oīs hypocrita est] quantū ad malitiā in corde [& nequā] quātum ad falsitatē in ore [& vniuersum os.] Iob. 8 Spes hypocritæ peribit. [In oibus, &c.] ut supra exponitur [Succensa, &c.] hic, connumeratur contra confidentiā de multitudine populi, Primo seditionē, deinde pœnæ vlterioris præparationē. ibi [In oibus, &c.] Circa primū duo facit. Primo, ponitur metaphora ignis. Secūdo famis. ibi [& declinabit ad dexterā, &c.] Circa primū duo facit. Primo, ponit metaphorā. Secundo, expositionē. ibi [In ira domini, &c.] Cōminatur autē pœnā seditionis sub metaphora combustionis. Vnde, primo ponit causam combustionis efficiētē [Succensa est] ac si dicat, impietas vestra est, sicut ignis accensus ad cōburendū vos, infra. 50. Ecce omnes vos accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri. Secundo materialem [vepres. n]. i. populum vitiosum. supra 5. Ascendent vepres, & spinæ super eam. Secundo ipsam combustionem [succendentur in densitate saltus]. i. in sylua, in qua sunt multæ arbores, & significatur multitudo populi, & effectus [conuoluetur superbia fumi]. i. altitudine fumi. Fumus. n. ascendens ex igne, inuoluit cacumina arborum, & tribulatio seditionis obtenebrat visum hominū. Ioelis. 1 Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis [in ira] quę est, quasi ignis. Num. 1. Indignatio eius effusa est, vt ignis [& erit populus, quasi esca ignis] infra.

A 50. Ambulate in lumine ignis vestri [Vir fratri suo] hoc exponitur, quantum ad ipsum combustionem [Et declinabit ad dexteram] hic communicat eandem pœnam sub metaphora famis. Et primo ponit metaphoram [declinabit] quasi facta videantur [ad dexteram] per quam amici significantur [esuriet] adhuc malum facere [ad sinistram] inimicos] carnē brachii]. i. consanguineos. Secundo, exponit quantum ad consanguineos [Manasses [effraim, & Effraim Manasses] q̄ ambo filii fuerunt Ioseph. Tertio, quantum ad hostes [simul ipsi contra Iudam] Hiere. 9 Omnis frater supplantās supplantabit, & omnis amicus fraudulēter incedet. supra 3. Et corruet populus vir ad virum, unusquisque ad proximum suum [In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extēta] Expone omnia, ut supra.

a

I C incipit cōminari contra hostes corporaliter persequentes alienigenas. Et primo, contra vastantes, inde contra vastitati congaudentes. infra. 14. ca. [In anno quo mortuus est rex Achaz, &c.] Primo in duas. In prima, contra assyrios captiuantes decem tribus, & affligentes duas. In secunda, contra Babylonis captiuantes duas. 13. cap. [Onus Babylonis, &c.] Prima in tres. In prima comminatur hostium destructionem. In secunda, promittit populi reintegrationem. ca. 11. [Confitebor, &c.] Hoc autem capitulum, diuiditur in duas partes. In prima, comminatur contra principes duarum tribuum, qui in assyriorum auxilio confidebant. s. Achaz, sub quo hæc visio scripta est, ut legitur. 10. Reg. 16. In secunda, contra ipsos Assyrios. ibi [Væ assur, &c.] tū aliqui incipiunt. ibi. 10. cap. Et tunc esset facilior, quia sic hæc pars esset incondiuisa præcedenti. Prima diuiditur in duas. In prima, ponitur comminatio. In secunda ostenditur vltionis pœnæ præparatio. ibi [super omnibus, &c.] Prima in duas. In prima, arguit culpam. In secūda, comminatur pœnam. ibi [Quid facietis, &c.] Culpam primum arguit, quantum ad duo, scilicet quantum ad peruersam legis lationem [Væ qui condunt leges iniquas] secundum quòd lex firmatur principis ædicto [& scribentes] secūdum quòd firmatur scripto: Ro. 10. Ignorantes enim dei iustitiā & suam quærentes statuere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. [Quid facietis?] hic cōminatur pœnam. Et primo aufert euasionis remedium. Et hoc triplex, confidentiæ, secundum propriam potentiā [quid facietis in die de longe venientis] quantum ad præmunitionem hostium, uel quātum ad prædictionem prophetarum. Osee. 9. Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis domini. Naum. 1, Ante faciem indignationis eius, quis stabit? Secundo, quantum ad potentum amicitiam] Ad cuius confugietis auxilium? Iob. 6. Ecce non est auxilium in me, & necessarii, quoque mei recesserunt a me. Tertio, quantum ad diuitiarum gloriam [Et vbi derelinquetis gloriam vestram]. q. d. quæ uobis non proderit. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Secundo, exprimit pœnæ modum. Et primo

pocrita est, & nequam, & vniuersum os, locutum est stultitiam. In omnibus his, non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Succensa est enim, quasi ignis impietas, veprem & spinam uorabit. Et succendetur in densitate saltus, & conuoluetur in superbia fumi. In ira domini exercituum conturbata est terra, & erit populus, quasi esca ignis. Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisque carnem brachii sui vorabit. Manasses effraim, & effraim Manassen, & simul ipsi cōtra Iudam. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

a

Æ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduę prēda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram, ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Væ Assur. Virga furoris mei, & baculus ipse est. In manu eius, indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum Dicet enim. Nunquid non principes mei, simul reges sunt? Nūquid nō vt Carchamis, sic Calamo, & vt Arphat, sic Emath? Nunquid non ut Damaschus, sic Samaria? Quomodo inuenit manus mea regna idoli, sic & simulachra eorum de Hierusalem, & de Samaria. Nunquid non sicut feci Samariæ, & idolis eius, sic faciam Hierusalem, & simulachris eius? Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera sua in monte syon, & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriā altitudinis oculorum eius. Dixit enim. In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi, quasi potens in sublimi residentes. Et inuenit quasi nidū manus mea fortitudinem populorū, & sicut colliguntur oua, quæ de

reliƈta ſunt, ſic vniuerſam terram ego congregaui, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eū a quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt. Propter hoc, mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit, quaſi combuſtio ignis. Et erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus eius in flamma, & ſuccendetur, & deuorabitur ſpina eius, & vepres in die vna. Et gloria ſaltus eius, & carmeli eius, ab anima, vſque ad carnem conſumetur. Et erit terrore profugus, & reliquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet eos. Et erit in die illa, non adiiciet reſiduum Iſrael, & hi qui fugerint de domo Iacob inniti ſuper eo, qui percutit eos, ſed innitetur ſuper dominū ſanctū Iſrael. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquię inquam Iacob, ad deū fortem. Si enim fuerit populus tuus Iſrael, quaſi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiā. Conſumationem enim & abbreuiationem dominus deus exercituum, faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit dominus deus exercituum: Noli timere populus meus habitator ſyon ab Aſſur. In uirga enim pcutiet te, & baculum ſuum leuabit ſuper te in via ęgypti. Adhuc enim paululum modicumq;, & conſumabitur indignatio mea, & furor meus, ſuper ſcelus eorum. Et ſuſcitabit ſuper eum dominus exercituum flagellū iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam ſuam, ſuper mare, & leuabit eam in via ægypti, & erit in die illa, auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum a facie olei. Veniet in Aiath, tranſibit in Magron, apud Machmas cō-

primo captiuitatis [ne incuruemini] ſupra 2. Et incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum. Secundo, interfectionis [Et cum interfectis cadatis] Ezech. 32. Omnes hi interfecti ruentes gladio [Super omnibus his, &c] hic ponitur vlterioris pænæ præparatio: vt ſupra exponatur. [Et Aſſur] In parte iſta comminatur contra ipſos aſſyrios. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponitur hoſtium opprimentū comminatio. In ſecunda, populi oppreſſi confortatio. ibi [Propter hoc dicit] prima in tres. In prima, arguit culpā. In ſecunda, comminatur pœnam. ibi [Propter hoc mittet, &c.] In tertia, oſtendit pænę effectū. ibi [Et erit, &c.] Culpa autem conſiſtit in tranſgreſſione præcepti, vel ab vſu authoritatis. vnde diuiditur prima pars in tres. In prima, ponitur authoritatis commiſſio. In ſecunda, authoritatis abuſio. ibi [Ipſe autem non ſic, &c.] In tertia, abutentis elatio. ibi [Et erit cū impleuerit, &c.] Circa primum, tria facit. Primo, committitur flagellandi officium. Secundo, deſignat flagellis dignum, ibi [Ad gentem fallacem, &c.] Tertio, imponit flagellandi modum. ibi [Vt auferat ſpolia, &c.] Circa primum tria deſignat. Primo, flagellantem [Væ] tibi imminet [Aſſur] qui es [Virga furoris mei] flagellandi poteſtatem [baculus] per quem ego flagello [in manu eorum] ideſt in poteſtate. i. in executione. Et flagellationem [indignatio mea] complebitur per eos infra. 14. Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentē populos in indignatione. [Ad gentē fallacem, &c.] Hic deſcribit flagellis dignum, & quantum ad culpā [Ad gentem fallacem] quia non ſeruat promiſſum. Exo. 19. Cuncta, quæ locutus eſt dominus faciemus. Et quantum ad ſententiam [populum furoris]. i. quem iam iudicaui puniendū [mittā] inſpirabo vos eſſe puniendos. 4. Reg. 18. Dominus dixit mihi, Aſcende ad terram hanc, & demolire eam [Ad] i. contra [Vt auferat, &c.] hic ponit flagellationis modum, quantum ad detractionem rerum [auferat ſpolia] quantum ad detentionem [diripiat] quantum ad hominum oppreſſionem [ponat quaſi lutum] præ vilitate. Pſ. 17. Vt lutum platearum delebo eos. [Ipſe autem, &c] Hic ponitur abuſio poteſtatis conceſſæ, inquātum exceſſit fines mandati. Et primo, ponitur eius propoſitum. Secūdo, ponitur propoſiti motiuum. ibi [Dicet. n. &c.] Circa primū duo facit. Primo, dimittit præfixam menſuram. Et quantum ad rationis iudicium [non ſic arbitrabitur] Et quantum ad cordis propoſitum [non ita æſtimabitur] hoc eſt taxabit pœnam. Secundo, adauget pœnam, & quantum ad modum [ad conterendum] hoc eſt, omnia diſperdendum. Et quantum ad numerum [gentiū non paucarum] immo plurium, non ſolum ad illos, ad quos mittebatur. Abach. 1. Ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Abach. 2. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua. [Dicet. n, &c.] Hic ponitur motiuum. Et primo aſſumit. Secundo, concludit. ibi [Sic faciam Hieruſalem, & ſimulachris, &c.] Circa primum, primo aſſumit ſeruitutem regum [Nunquid non reges ſimul, & principes mei ſunt?] Abac. 1. Ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt. Secundo, ſubiugationem ciuitatum. [Nunquid non, ut Carchamis, &c.] infra 37. Vere. n. domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras, & regiones earum. Tertio deſtructionem deorum [Quomodo inuenit manus mea regna idoli?] admiratiue. q. d. quomodo fuit hoc, quòd dii illi non reſtiterunt mihi? 4. Reg. 18. Qui nam illi ſunt in uniuerſis diis terrarū, qui eruerunt regionem ſuam de manu mea, ut poſſit deus eruere Hieruſalem de manu mea? [Sic faciam Hieruſalem, & ſimulachris ſuis, &c.] hic concludit primo a gentibus ad totum populum Iſrael [ſic & ſimulachra eorum de Hieruſalem, & de Samaria] Secundo ex decē tribubus ad duas [Nunquid non ſicut, &c.] De ſamaria verum dixit, quia colebant idola, ſed de Hieruſalem abſtulerat Ezechias 4. Reg. 18. Et forte aliqua remanſerunt occulte, quæ inuenit in parte ciuitatis, quæ tradidit ei Sobna ſcriba. Vel vocat ſimulachra archā, & ea, quæ erāt in ornatum templi. [Et erit cum impleuerit, &c.] hic arguit eius ſuperbiā. Et primo, ponitur ſuperba gloriatio. Secundo, gloriandi occaſio. ibi [Dixit. n. &c.] Tertio, gloriantis increpatio. ibi [Nunquid gloriabitur, &c] Dicit ergo [Et erit cum impleuerit dominus cuncta opera ſua] pœnas ſcilicet, quibus vult corrigere [magnifici cordis,] quātum ad præſumptionem de faciendis [& ſuper gloriam] quantum ad elationē de factis ſupra. 2. Oculi ſublimes hoīs humiliati ſunt. [Dixit. n. &c.] hic ponit gloriæ occaſionē ex magnis, quæ fecerat. Et primo, quantum ad facientis conditionem. Secūdo, quantum ad facti magnitudinem. ibi [Et abſtuli, &c.] Tertio, quantum ad faciendi facilitatem. ibi [Et inuenit, &c. Facientis conditionem oſtendit, quantum ad potentiam bellorum. [In fortitudine] Quantum ad ſapientiam conſiliorum [& in ſapientia] Deute. 32. Sed propter iram inimicorū diſtuli, ne forte ſuperbirent hoſtes eorū, & dicerent: Manus noſtra excelſa, & non dominus fecit hæc omnia. Facti autem magnitudo, penſatur ex tribus Ex multitudine regnorum. Vnde dicit [Et abſtuli terminos] loquitur ad ſimilitudinem eius, qui acquirit multos agros, qui aufert terminos, quibus diuerſorum poſſeſſiones diuidebantur. quātum ad ſpoliationem principum [& principes eorum deprædatus ſum] Quantum ad ſubiugationem regum [& detraxi quaſi potens in ſublimi]. ſ. in ſolio regni [reſidentes] Dan. 9. Quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. Facilitas autem faciendi determinatur, quantū ad tria. Quantum ad plenariā ſubiectionē [Et inuenit, quaſi nidum, &c.] qui eſt in poteſtate inuenientis. infra 16. Et erit ſicut auis fugiens, & pulli de nido auolātes, quātū ad facilē deſtructionē [Et ſicut colliguntur oua, &c.] ita de facili. Abac. 2. Et congregabit ad ſe oēs gentes, & coaceruabit ad ſe oēs gētes, quātū ad ſublatā oēm cōtradictionē [& nō fuit q moueret pennā]. i. manū. Pēna auis ſe defendit [& aperiret os] ad cōtradicendū [& ganniret] quod eſt vulpiū, vel auium, ad plangēdum. Ezech. 24. Fili hominis, ecce ego tollo a te deſiderabile oculorum tuorum in plaga, & non planges, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuę. [Nunquid gloriabitur, &c] Hic ponitur gloriantis increpatio: quia etiam eſt, ſicut inſtrumentū, quod nō poteſt operari, niſi motu artificis [ſecuris] ad mactandū malos [exaltabitur ſerra] ad diſcernendū bonos a malis [virga] ad corrigendū [baculum] ad ſuſtentandum correctos. Iob. 15. Quid tumet contra dominum ſpiritus tuus, ut proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones. [Propter hoc immittet, &c] Hic comminatur pœnam. Et circa hoc tria facit. Primo, comminatur pœnæ iudicium. Secundo, determinat pœnę modum. ibi [& ſubtus] gloriam. Tertio, pænæ effectū. ibi] & erit terrore, &c. in pinguibus] potentibus & diuitibus. infra 25. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium. [Et ſubtus, &c.] Hic determinatur pęnæ modus, qui fuit per combuſtionem. Et ponuntur tria. Primo, pænæ ſpecies [gloriam eius]. i. multitudo exercitus [ſubtus]. i. ſub ueſtibus, quia ueſtimentis illeſis corpora cremata ſunt. ſupra. 1. Et erit fortitudo tua, ut fauilla ſtuppe,

mendabit vaſa ſua. Tranſierunt curſum, Gabaa ſedes noſtra. Obſtupuit Thama Gabaa Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, attēde Laiſa paupercula Anatoth. Migrauit Medemena, habitatores Gabin confortamini. Adhuc dies eſt, ut in Nobe ſtetur. Agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ ſyon, & collē Hieruſalem. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur. Et ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro, & libanus cum excelſis cadet.

CAP. XI.

ET egredietur uirga de radice, Ieſſe & flos ḋ radice ei' aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, & replebit eū ſpiritus timoris domini. Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, & pcutiet terram uirga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eus, & fides cinctorium renum eius. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit. Vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcent catuli eorum, & leo quaſi bos comedens paleas. Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramina aſpidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident,

& opus veſtrum, quaſi ſcintilla. ſecundo pænam inferēs. [Sanctus Iſrael] deus, vel angelus Michael, cui commiſſus fuit ille populus. Dan. 10. Ecce Michael vnus ex principibus primis venit in adiutorium meum [in ignē] quia per ignē puniet eos: Soph. 1. In igne cæli eius deuorabitur omnis terra, quia conſumationē cū feſtinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Tertio pænā patiēs, & quantū ad minores [ſpina & vepres] quæ nō multū creſcunt [& gloria ſaltus eius] quantū ad magnos qui pter dignitatē cōparat altis arboribus [carmeli eius ab aīa, &c.] quia & in anima, & in corpore mortui ſunt. ſupra 9. Succēſa eſt, quaſi ignis impietas, veprē & ſpinā vorabit, & ſuccēdetur in dēſitate ſaltus, & conuoluetur ſuperbia fumi. [Et erit terror, &c.] Hic ponitur pænæ effectus. Et primo in hoſtibus quantū ad fugam. [Et erit terrore profugus] quantum ad paucitatem [& reliquiæ ligni] quia ad literā Senacherib cū paucis fugit. 5. cum. 10. Secundo, effectū in populo [Et erit] quantū ad tria in quibus offendebant. ſ. in confidentia gentium [ſuper eo q percutiet eos] quia illi a quibus auxilium petebant, quandoque etiā affligebant eos [qui fugerint] vel ad Ezechiam, uel ad alias gentes. Ezech. 19 innitentibus eis. Secundo, quantum ad cultū idolorum, & quantum ad modum, quia [In veritate reliquiæ] contra id quod dicitur. 1. Reg. 18. Vſquequo claudicatis in duas partes? Si dominus eſt deus, ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et quantum ad conuerſus [reliquiæ Iacob] qui relinquuntur ab Aſſyriis. Et confirmat promiſſionem] Si. n. fuerit Ge. 22. Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli, & uelut arenā, quæ eſt in littore maris. Tertio, quantum ad iuſtitiam operum. Et primo ponit promiſſionem [Conſumatio abbreuiata]. i. deſtructio in breui facta in exercitu Senacherib [inundauit iuſtitia]. i. faciet inundare iuſtitiam [in populo] infra. 26. Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam, in terra ſanctorum iniqua geſſit: ſecundo ponit confirmationem [Conſumationē. n.] Nahum. 1. In diluuio prætereunte conſumationem faciet loci eius [in medio terræ]. i. in Hieruſalem, quę eſt in meditullio terrę. Ezech. 5. Iſta eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam, & in circuitu eius terras. Apoſtolus ad Ro. 9. exponit de reliquiis ſaluādorum. Et verbum abbreuiatum. ſecundum 70. eſt verbum euangelii. Matth. 22. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetę. Vel verbum incarnatum. [Propter hoc, hæc dicit dominus] Hic ponitur populi confortatio. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit confortationem [noli timere, infra. 11. Noli timere vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael. ſecundo exponit euaſionem. & primo in generali. Secundo, in ſpeciali. ibi [Venient in aioth, &c.] Circa primum tria facit. Primo ponitur afflictio [in virga]. i. in afflictione obſeſſionis, & deprædationis [& baculum] confringentem [in via Aegypti] quia audiens, q rex Ethiopię eſſet egreſſus de terra ſua, ut legitur. 4. Reg. 19. Dimiſit terram, & in reditu deſtruxit ciuitates, quas inuenit, veniens per Aegypti viā. Hier. 48. Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus? Secundo, affligentium deſtructio [adhuc. n. paululum] reſpectu æternitatis, vel reſpectu illius temporis in quo affligent. Ezech. 7. De propinquo effundam iram meam, ſuper te, & complebo furorem meum in te. Secundo, pænę magnitudo [conſumabitur indignatio] quo ad culpam [furor] quo ad vindictā. Tertio, quo ad puniendi facilitatem [meus. iuxta plagam Madiā] de qua habetur Iudicum. 7. [& ſuper mare] rubrum. Exo. 14. [Et leuabit eam contra te] primo in via Aegypti: quia in Aegyptiis confidebas. Tertio, ponitur conſequens liberatio. Et primo liberatio. Auferetur onus. Hier. 30. In die illa conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam. Secundo liberationis ratio [a facie olei] diuinæ miſericordiæ. ſupra primo. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, neque curata medicamine, neque fota oleo. [Veniet in aioth, &c.] Hic deſcribitur in ſpeciali. Et primo ponitur oppreſſio numerans ciuitates per quas tranſiuit veniens de Aegypto in Hieruſalem [ueniet] de Aegypto [in Aioth, apud magnas] tranſibit [commendabit vaſa ſua] dimittet partem ſupellectilis ſuæ, vt expeditus veniat [tranſierunt curſum] non impediti propter reſiſtentiā illarū ciuitatū [Gabaa ſedes noſtra] vox exercitus, qui ibi quieuit] obſtupuit rhama] ideſt timuit: quia vicinius erat [Gabaa Saulis] ciuitas regalis tempore Saulis [hinni] more æquorum [Attēde Layſa] quo modo poſſis fugere, & ſimiliter tu [paupercula Anatoth] quia, parua villa erat [Medemena migrauit] fugit, & ſimiliter [habitatores Gabim] Vox Senacherib ad exercitum [Confortamini, adhuc dies eſt, in Nobe ſtetur] villa eſt prope Hieruſalem. q. d. adhoc eſt tantum de die, q poſſumus illic figere tentoria: quia diuinatum erat ei, q ſi illa die, illuc applicaret, q vinceret. Vel [o habitatores Gabin confortamini] quia hoſtes prope ſunt [Agitabit] ad modum comminantis. infra 37. Ad ſanctum Iſrael in manu ſeruorum tuorum exprobraſti domino. Secundo hoſtiū deſtructio [Ecce dominator [Et primo facilitas ex parte punientis [confringet] Ad ſimilitudinē facti Gedeon. Iudicū. 7. Secundo, vniuerſalitas ex parte punitorum [excelſi] quantum ad fortes corpore [ſublimes] quantum ad principes [condenſa ſaltus] quantum ad multitudinem populi. i. fructus, quæ faciunt ſiluam ſpiſſam [& libanus] ipſe Senacherib qui interfectus fuit a filiis ſuis infra 27. Miſtice gl. [confringet lagunculam] in paſſione Chriſti. Nota ſuper illo verbo [Et erit lumē Iſrael in ignē, Quia deus noſter dicitur ignis [primo, quia ſubtilis, & quantum ad hoc Primo dicitur ſubtilis, quantum ad ſubſtantiam, quia dicitur ſpiritus. Io. 4. Spiritus eſt deus. Secundo, quantum ad ſcientiā, quis penetrabilis. Heb. 4. Viuus eſt ſermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tertio, quantum ad apparētiam quia inuiſibilis. Iob. 28. Vnde ergo ſapientia? & infra eodē. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium: Iob. 38. Omnes hoīes. Secūdo, & cet. quia lucidus. Quòd autē ſit lucidus patet. Primo, quia manifeſtat, quantum ad intellectum. Pſal. 35. In lumine tuo videbimus lumen. Secundo, quia delectat, quantum ad affectum. Tob. 5. Quale gaudium eſt mihi? qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video? Tertio, quia dirigit, quantum ad actum. infra 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Tertio, quia calidus. Et hoc primo, quia viuificat. Iob. 39. Tu forſitan in puluere calefacies ea? Tren. 1. De excelſis miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Secundo, quia purgat. Eccl. 38. Vapor ignis vrit carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Tertio, quia deuaſtat. Deu. 32. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit, vſq; ad inferni nouiſſima. Quarto, quia leuis. Et hoc primo. propter motum, quia vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Prou. 16. Secundo, propter ſitum: quia in altis habitat. Pſal. 90. Tertio, propter incōmiſtionis modum. Sap. 8. Attingit, autem vbique propter munditiā ſuam. Vapor eſt. n. virtutis dei.

CAP. XI.

POSITA deſtructione aduerſarii, promittitur reingratio populi, qui erat diuiſus in duas partes, & decē tribus. Et diuiditur in partes duas. In prima, deſcribitur reſtaurator. In ſecunda, promittitur reſtauratio. ibi [Et erit in die illa] Hoc autem capitulum tripliciter exponitur.

ponitur. Hiero n. & omnes sancti nostri, exponunt de restauratione facta per Christum, & de Christo, vt sit figuratiue dictũ. Quidam magistri exponunt de Ezechia, vel Iosia. Similiter figurate accipientes literam. Iudæi de suo messia, quem expectãt, volentes cuncta ad literam intelligere. Sed hæc vltima stulta est & fabulosa. Secunda extorta, sed prima simpliciter vera. Et ideo illam prosequẽtes, alias tangemus ex latere. Diuiditur prima pars in tres. In prima, describit restaurator Christus, quantũ ad nativitatem. In secunda, quantum ad sanctitatem, ibi [Et requiescet, &c.] In tertia, quãtũ ad dignitatẽ, ibi [In die illa radix, &c.] Circa primum duo tangit, processum matris ex regali serie, vel progenie [Egredietur virga] virga cui nullus fructex adhæsit [de radice iesse] ad literam de progenie iesse, qui fuit pater Dauid. Num. 2. Orietur stella ex Iacob, & consurget, virga de Israel. Quantum ad processum filii ex matre virgine [& flos] Christus. Can. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium. Ascẽdet] quia Qui de cælo venit super omnes est. Io. 3 Vnde. infra. 19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem. & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti [de radice iesse] Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnauit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Cum deberet dicere de virga, dicit de radice, ad excludendum duas hæreses. Vna quarum, dicit, q̃ Christus non habuit veram carnem. Alia dixit, q̃ Christus habuit veram carnem, sed illa non fuit propagata ab Adam & a parentibus, & aliis, sed in beata virgine a deo creata, aut q̃ venit a primis parentibus distincta, sicut lux quædam, nõquam infecta contagione peccati originalis. Quod totum excluditur in hoc, quod ex parentibus virginis ascendere dicitur, sicut flos ex radice. Iudæi dicunt, q̃ flos, & virga refertur ad Christum, & dicitur virga, propter potestatem, & flagellationem malorũ, & flos propter honestatem, & consolationem bonorum. Hieron. dicit, q̃ de hoc loco sumitur, quod dicitur Matth. 2. Nazareus vocabitur. i. floridus. Similiter exponunt, qui exponunt de Iosia. & Ezechia. Et dicunt, q̃ dicuntur descendere ex Iesse, & non ex proximis parentibus, quia Dauid facta est promissio de confirmatione regni in filiis. Notandum super illo verbo. [Egredietur virga] Quia beata virgo dicitur virga. Primo consolans in tribulationibus. Exo. 14. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiantur filii Israel in medio mari per siccum. Secundo, iustificans. Num. c. 17. Inuenit Moyses virgam Aaron in domo Leui germinasse, & turgentibus gemmis eruperant flores. Tertio, satians. Num. 20. Cumq; leuasset Moyses virgam percutiens bis silicem, egressæ sunt aquæ largissime, ita vt biberet populus, & iumenta. Quarto, Flagellans. Numeri 14. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab. Quinto, vigilans. Hiere 1. Virgam vigilantem ego video. Nota super illo verbo [Et flos de radice] Quia Christus dicitur flos. Primo, propter Mariæ puritatem. Can. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. Can. 2. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & infra. Ego flos campi, & lilium conuallium. Secundo, propter læsionis a vento facilitatem. Iob. 15. Lædetur quasi vinea in primo flore. Tertio, propter odoris suauitatem. Eccles. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Quarto, propter decoris pulchritudinem. Eccle. 50. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis. Quinto, propter fructus certitudinem. Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. & flores mei fructus honoris, & honestatis. Et requiescet, &c.] Hic describit ipsum, quantum ad sanctitatem, quantum ad tria. Primo, quantum ad habitus necessitatis. Secundo, quantum ad rectitudinem operis ibi [Non secundum visionem, &c.] Tertio, quantum ad effectum rectitudinis. ibi [Habitabit lupus, &c.] Ostenditur autem perfectio ipsius, quantum ad habitus gratuitos in tribus. Primo, quantum ad quietem [requiescet] quia non fuit gratia in ipso augumentata. Hierem. 31. Mulier circundabit virum, nec interrupta per culpam. 1. Per. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: nec perturbata per pugnam carnis, quia sine originali. Iob. 3. Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Io. 1. Super quem videritis spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat, quantum ad multitudinem in vniuersitate donorum [spiritus sapientiæ.] Quãmuis enim omnia dona gratiæ gratum facientis, simul infundantur, non tamen aliquis habet perfectum vsum omnium. Propter quod, de huiusmodi dicitur. Non est inuentus similis illi. Nec circa

in vniuerso monte sancto meo: quia repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientis. In die illa, radix iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrũ

F omnes gratias gratis datas. 1. Corinth. 12. Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, &c. Sed Christus omnia perfecte habuit. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Ioann. 3. Quantum ad plenitudinem, quia perfectus fuit in omni gratia, quod notatur in hoc, quod dicit [impleuit] Ioann. 1. Vidimus eum plenum gratia. De omnibus his. Col 2. In ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Ad euidẽtiã

eius gloriosum, Et erit in die illa, adiiciet dominus secundo manũ suam, ad possidendum residuum populi sui: quod relinquetur ab Assyriis, & ab Ægypto, & a Phetros, & ab Aethiopia, & ab Elan, &

eorum, quæ hic dicuntur, oportet videre quatuor, circa hæc dona, Primo qualiter differant a virtutibus, beatitudinibus, & fructibus. Secundo, de numero ipsorum. Tertio, de ordine ipsorum.

G Quarto, qualiter sint in Christo. Quinto, quomodo attribuuntur spiritui sancto. Circa primum sciendum est, q̃ sicut dictũ est supra, Dona dantur in adiutorium virtutum, quibus perficiuntur animæ potentiæ ad actus proportionatos, secundum modum humanum, sicut fides, quæ facit videre in speculo, & ænigmate. Est autem duplex defectus virtutis. Vnus per accidens, qui est ex indispositione habẽtis, ex qua indispositione manet in subiecto, & iste defectus tollitur per augumentum virtutis. Alius defectus est per se, ex parte ipsius habitus, sicut fides secũdũ suã dispositionẽ, est in cõtinẽte imperfecta, quia ænigmatica. Et iste defectus tollitur per altiorẽ habitum, qui vocatur donum: quia quasi excedit modum humanæ operationis a deo datum, sicut donũ intellectus, quod facit aliquo modo limpide, & clare intueri, quæ sunt fidei. Operatio autem procedens a virtute perfecta dono, dicitur beatitudo, quæ nihil aliud est, quãm operatio, secundũ virtutẽ perfectã, vt dicit Philosophus. sicut dicitur Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Talem autem operationem necessario sequitur delectatio: quia delectatio est operatio proprii habitus non impedita, vt dicit Philosophus. Et secundum hoc, dicitur fructus. Vnde dicit Ambr. super illud

H Gal. 5. Fructus autem spiritus sunt charitas pax, &c. quia dicuntur fructus, inquantum mentes sincera dilectione reficiunt. Circa secundum sciendum, q̃ numerus horum potest accipi triplici ter: quia dona perficiunt, aut per recessum a malo, & sic est timor, aut per accessum ad bonum, & sic vel secundum vitam contemplatiuam, vel secundum actiuam, si secundum contemplatiuam, aut secundum contemplationem finis, & sic est sapientia, quæ est de cautis altissimis, aut de his, quæ sunt ad finem, & sic est intellectus, sicut de substantiis creatis spiritualibus, & de his quæ ad eas pertinent. Si secundum actiuam, aut quantum ad ea, ad quæ tenentur omnes, & sic exequens est pietas, quæ est benivolentia in eas, qui fide, vel imagine dei sunt nuntii, dirigens scientia. Aut de his ad quę non tenentur omnes, & exequens est fortitudo, vt ex ponat se difficilibus, dirigens vero consilium. Ex hoc iam patet respondeo ad tertium: quia ordinantur primo, secundum q̃ perfectiones sunt, & hic ordo consideratur, secundũ

I exitum donorum ad ante, & non secundum, quòd recipiuntur. Tertium patet, quòd sapientia dirigit intellectum, quia sapientis est ordinare: & per prima aliquis regulatur, sicut metaphysicus alias scientias, consilium fortitudinem, scientia pietatem, timor omnibus, quia idem dirigit in accessum ad bonum, & in recessu a malo. Circa quartum sciendum, quòd Christus habuit ista dona, secundum excellentissimos vsus ipsorum, secundum quos habentur in patria. Non enim habuit timorem seruilem, vt timeret pœnam, vel filialẽ, vt timeret peccare, sed casum timorem, qui est reuerentiæ. Heb. 5. Exauditus est pro sua reuerentia. Et similiter patet de aliis. Dicitur autem specialiter, quòd repleuit eum spiritu timoris, ne ex magnitudine donorum superbus credatur, sicut primus angelus, de quo dicitur Ezech. 28. In multitudine sapientiæ tuę, idest negociationis tuæ, replera sunt interiora tua iniquitate. Vel, quia per humilitatem saluare venerat, Vel quia in hoc se imitari voluit Matth. 11. Discite a me: quia mitis sum, & humilis corde. Circa quintum sciendum

K est, quòd si considerentur ista dona, secundum proprias rationes, sicut scientia, inquantum est scientia, tunc quædam appropriantur filio, quæ pertinent ad perfectionem intellectus. Quædam Spiritui sancto, quę pertinent ad perfectionem affectus, quãmuis omnia communiter sint dona totius trinitatis. Si autem considerentur inquantum habent rationem doni, sic omnia attribuuntur Spiritui sancto, qui est primum donum, in quo omnia dona donantur. Similiter etiam si considerentur, quantum ad principium motionis talium donorum, qui est amor. Bonitas enim dei, vt dicit Dionys. est diffusiua omnium, quæ recipiũtur in creaturis a deo, quæ appropriantur Spiritui sancto. Alii autem

autem referunt hoc ad sanctitatem Iosiæ, & Ezechiæ. Iudæi ad antichristum. [Non secundum visionem, &c.] Hic ostendit sanctitatem eius, quantum ad rectitudinem operis, & præcipue in iudicando: quia hoc est opus regis. Vnde tria ostendit. Primo, solertiam in discernendo. Secundo, iustitiam in exequendo. ibi [sed iudicabit, &c.]

A Tertio, constantiam in perseuerando. ibi [Et erit iustitia, &c.] Dicit ergo, quãtum ad primum. [Non secundum visionẽ oculorum] exteriorum [neque secũdũ auditum aurium] exterior-

a Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris, & congregabit nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Effraim, & hostes

tra horrorem ponit lætitiam [super foramina, aspidis] idest super tribulationes quas diabolus, vel tyrannus immittet [infans ab vbere] idest statim, quòd lacte doctrinę fidei nutriri cœperit. Ro. 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quia tribulatio patientiam operatur.

Iuda peribunt, Effraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Effraim, & volabunt in humeros Philistiim per mare, simul prædabuntur filios orientis. Idumea, & Moab præce-

B cauernam [reguli] idest diaboli, qui est rex super vniuersos filios superbię. Iob. 40. Quia se confidenter persecutionibus tyrannorum exponet, sicut multi martyres fecerunt. Iob. 39. Exultat audacter in occursum pergit armatis. Vel refertur ad prædicatores, qui mittunt manum prædicationis ad conuersionem peccatorum. Vel [ab vberibus] nouitatis, & voluptatis, quia nouitii de hoc gaudent. Secundo, ponit nocendi importentiam [Non nocebunt, in monte sancto] idest ecclesia, nisi nolentibus. Luc. 10. Ecce dedi vobis potestatem, super omnia dæmonia. Matth. vltimo. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. Linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. Tertio, ponit vtrutque causam [quia repleta est terra scientia domini] Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum. Ecclesi. 24. Ego sapientia effudi flumina. Iudæi exponunt hoc totum factum ad literam. Alii dicunt per hoc significari, quòd temporibus illorum regum committebant se quilibet paruuli audacter illis, qui prius fuerant prædicatores, & creduli. [In die illa] Hic ponit dignitatem [in signum] crucis, quod assumentes saluabuntur. Ioann. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. infra.

C 49. Ecce ego leuabo ad gentes manum meam, & exaltabo ad populos signum meum [ipsum gentes deprecabuntur] Psalm. 71. Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei [Erit sepulchrum eius gloriosum [venerabitur ab omnibus. Vnde designatum est per sepulchrum, quod fecit in Modyn in monumentum sempiternum, vt aspiciatur ab omnibus transeuntibus. Mach. 4. Alii exponunt hoc de Iosia, quia fuit sepultus in sepulchris regum. [Et erit in die illa, &c.] In parte ista promittit populi restaurationem quantum ad tria. Primo, quantum ad ipsorum liberationem. Secundo, quantum ad liberatorum conditionem. ib [& auferetur, &c. Tertio, quantum ad liberationis præparationem. ibi [& dessiccabit, &c.] Circa primũ duo facit. Primo, præmittit liberationem. Secundo, describit liberationis modum. ibi [& leuabit dominus, &c.] Quidam exponunt hoc de liberatione a captiuitate Babylonis, quando possedit eos, eripiens a seruitute in deserto Babylonis, & dicitur secunda, respectu primæ liberationis, qua deduxit eos de seruiture Aegypti. Nabuchodonosor enim eos uastante, diuerse gentes eos in captiuos, & in seruos duxerant, & multis interfectis, residui congregati sunt ex præcepto regis Tyri, sicut legitur Esdrę. 1. Sed melius exponitur de liberatione facta per Christum. Sic enim consonat precedentibus [In die illa] scilicet cum steterit in signum populorum [adiicier. Secundo] per Apostolos, quia primo per se prędicauit [residuum] quia reliquię saluæ fient. In quo notatur paucitas Iudæorum conuersorum, & multitudinis gentium. De quo Michæę vlti. Factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ [Phetros] regio est, nomen habens ab vno filiorum Abraam [Elam] iuitas Persidis [Emath] Antiochia [Ennaar] locus in Chaldea. Hiere. 30. Vel [secundo]. in secundo aduentu, quando per Eliæ prædicationem Cõuertentur corda filiorum ad patres. Malach. vlt. [Et leuabit] hic ponit liberationis modum, quantum ad primã expositionem [leua signũ] i. ædictũ regis Tyri [Profugos Israel] qui ad literas Ezechiæ venerunt in Hierusalem, & coniunxerunt se duabus tribubus, & cũ illis fuerunt captiuati, & cũ eis liberati. Vel signũ crucis, quantũ ad secundã expositionẽ [Et congregabit profugos.] Act. 13. Vobis oportebat primũ prædicari verbũ dei, sed q̃a repellitis illud, ecce cõuertimur ad gẽtes. Vel [signũ] alicuius miraculi, p̃ quod cõuertenẽ ad prædicationẽ Eliæ. infra. 49. Ecce leuabo ad gentes manũ meã, & exaltabo ad populos signũ meũ. [Et auferet, &c.] Hic ostenditur liberatorũ conditio Et primo, quantũ ad concordiã, contra odium, quod erat inter Effraim, & Iudam. [Et auferetur zelus] i. odiũ: hoc cõpletum fuit in reditu de captiuitate, ẽm primã expositionem. Vel quantũ ad unitatẽ fidei, ẽm secundam. Vel cõplebitur in futuro, quantũ ad tertiã. De ista concordia. Hier. 3. Ibit domus Iuda ad domũ Israel, & ueniẽt, simul ad terrã aquilonis, ad terrã, quã dedi patribus vestris. Sed o, quantũ ad potentiam in subiugatione hostium, vel quæ fuit ad literam

temporibus Machabæorum, quantum ad pri mam. Vel prædicationem Apostolorum, quantum ad secundam. Vel quantum ad prosperitatem, quam etiã in futuro dominus eis dabit, quantum ad tertiam. [Volabunt] quasi velociter impingent[in humeros philistim] flagellandos, [per mare] quia sunt circa mare, & hoc quantum ad primam, & tertiam. [Simul] cum eis iam victis, [prædabuntur filios orientis] Assyrios. Hoc nõ legit' factũ tpe. Machabæor. Vel[prædabuntur p mare'] quia Philistei abundant nauibus [Idumea, & Moab,] qui primo hostes, [præceptũ manus eorum] implebunt, nõ expectãtes aliũ faciẽtem secundũ mandatũ. In quo notatur magna exultatio. [Et filii Amon, &c.] Hi omnes fuerũt magni aduersãtes. infra 49. Ecce isti de lõge venient, & illi ab aquilone, & mari, & isti de terra Australi. [Vel volabunt] præ desiderio prædicandi[per mare:] quia apostoli nauigio per mare ad multas gentes peruenerunt. Vel per has gentes, quas nominat, omnes intelligit. infra 60. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, &c. [Præceptum maius] quia docebant verbo, & exemplo. [Et desolabit, &c.] Hic ponitur liberationis præparatio. Et circa hoc, duo ponuntur. Primo, præparatio. Secundo, vtilitatis consecutio. ibi[Et erit, &c.] Promittitur autem præparatio, sm similitudinem ad duplex beneficium, quod exhibitum fuit patribus venientibus de Aegypto. Primo, in diuisione maris, de quo legitur. Exo. 14. Et quantum ad hoc dicit. [Linguam maris] & dicitur lingua maris, quia sicut dicit Magister in historiis, in egressu filiorum Israel de Aegypto, non fuit diuisum mare ex vno litore, sed quasi quędam lingua, quæ circundabat mõtem quendam. [lingua maris]. i. medium maris, more Hæbraici sermonis, qui omne, quod est in medio, linguam vocat, propter hoc, ꝙ lingua est in medio oris. Quod quidem ad literam, nunquam fuit factum, sed significatur amotio omnis impedimenti detinentis, quantum ad primam expositionem. Vel lingua maris, dicitur Aegyptus, cuius litus lingit mare. Sed quantum ad secundam[linguam maris Aegypti desolabit]. i. linguã qua idola laudabant. Secundum beneficium, in diuisione Iordanis, de quo legitur Iosue. 2. Et quantum ad hoc dicit. [Leuabit manum suam.] Hoc est potentiam suam[super flumen. Et percutiet eum in septem riuis, vt transeant per eum calceati] quantũ ad primã expositionem, est metaphorica locutio, vt per diuisionem maris, & fluminis, intelligatur omnis impedimenti amotio. Quantum ad secundam, significatur ad literam flumen, ipse Nilus, qui ab Alexandro diuisus est in septem riuos, qui præparatio Romanis est, & adeo prædilatati, ut aqua per riuos, & meatus transeunte transuadari a calceatis posset. i. ab apostolis de quibus. Ephe. vlt. calceati pedes in præparationem euangelii pacis. Vel per flumẽ significatur regnum Aegypti, quod diuisum est a Romanis in plures Senatus. [In fortitudine spiritus sui] exercitus Alexãdri, vel Romanorum, vel spiritus. i. venti ad similitudinẽ eius, quod dicitur Exo. 14. Flante vento vehementi, & vrenti tota nocte. [Et erit via.] Hic ponitur utilitas, & iam patet per ea, quæ dicta sunt [sicut fuit.] Ecclesi. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manũ & brachium dextrum, excita furorem, & effunde iram.

ptum manus eorum, & filii Amon obedientes erunt, & desolabit dominus linguam maris Aegypti, & leuabit manum suã, super flumen in fortitudine spiritus sui, & percutiet eũ in septẽ riuis, ita vt transeãt per eũ calceati. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israel in die illa, qua ascendit de terra Aegypti.

CAP. XII.

a Et dices in die illa. Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Ecce deus saluator meꝰ, fiducialiter agam, & non timebo. Quia fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, & dicetis in illa die. Confitemini domino, & inuocate nomen eius, notas facite in populis adinuẽtiones eius. Mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate domino, quoniam magnifice fecit, annunciate hoc ĩ vniuersa terra, Exulta & lauda habitatio Syon, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

CAP. XII.

a Hic ponitur gratiarũ actio, pro suscepto beneficio. Quod quidem iam spiritu prophetali propheta uidebat, & populo promittebat. Vnde tria facit. Primo, decãtat cãticũ. Secũdo, promittit populo beneficiũ. ibi [Haurietis, &c.] Tertio, prædicit decantaturum populum. ibi[Et dicetis, &c.] Tribus, autem malis præmebantur tunc. s. pro præteritis culpis, diuino furore, pro futuris pænis, hostium timore, pro præsentibus malis, cordis dolore. Contra primum, commemorat dei misericordiam. Et ideo dicit. [Confitebor tibi] ego[domine] idest, ex nunc laudabo, quia populi nondũ videntis beneficium de quo gratias agãt, de hoc quod sequitur, [quoniam] primo iuste [iratus es mihi, pro peccatis meis [cõuersus est furor tuus] in misericordiam, [& consolatus es me,] quantum ad misericordiæ effectum: pręteritum pro futuro, & hoc in reditu populi de Babylone, & maxime de consolatione facta per Christum. Zach. 8. Sicut cogitaui, ut affligerem vos cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me dicit dominus, & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam domui Iuda, & Hierusalem. Cõtra secundum confitetur de deo fiduciã. [Ecce deus saluator meus] liberans populum de seruitute Babylonis, vel verius, qui saluum facit populum suum. Luc. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum, a peccatis eorũ. Hie. 30. Ne timeas serue meus Iacob, ait dominus, nec paueas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua. Contra tertium, diuinæ fortitudinis potentiam[fortitudo mea.] Per quam subsisto, [& laus mea] quam laudo relictis idolis. Psa. 17. Diligam te domine fortitudo mea. [Haurietis.] Hic promittit beneficium[aquas] consolationis, refrigerantes contra æstũ tribulationis. [Et dicetis.] Hic prędicit etiam populum decãtaturum, post receptum beneficiũ, & continet mutuam exhortationem populi ad diuinam laudẽ. Ponitur exhortatio ad duo, Ad laudis diuinæ confessionem, ad gratiarum actionem. ibi[Exulta, &c.] Circa primum ponuntur quatuor. Aut. n. confitemur per fidem. Vnde [confitemini dominõ.] Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Aut inuocamus per orationem[& inuocate] infra 55. Quęrite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dũ prope est. Aut annuntiatur per prædicationem, [notas facite in populis adinuentiones eius] quia multa adinuenit ad saluandum. Hier. 31. Audite verbum domini gentes, & annuntiate in insulis, quæ procul sunt. Aut memoratur, per iugem meditationẽ[mementote.[Psa. 104. Mementote mirabiliũ eius, quæ fecit prodigia eius, & iudicia oris eius. [Cantate, &c.] Hic exhortatur ad gratiarum actionem. Et primo, vt gratias agant deo. [Cantate domino, quoniam fecit magnifice] nos liberando. Psal. 97. Cantate domino cãticum nouum, quia mirabilia fecit. Secundo, vt annuntietur mũdo. [Annunciate.] Tob. 12. Benedicite deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini ei. [Exulta.] Hic ponitur exhortatio ad exultationem. Et primo, vt sit gaudium in corde[exulta.] Secundo, vt sit iubilus in ore[lauda.] Tertio, ponitur utriusque ratio, [quia magnus] infra 39. Exultabit lætabunda, & laudans. Notandum super illo verbo[haurietis aquas] ꝙ est aqua. Primo, doctrinę. infra 55. Omnes sitientes venite ad aquas. Secundo, gratiæ. Io. 7. Qui in me credit, flumina de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Tertio baptismalis. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, non potest intrare in regnum dei. Item notãdũ, ꝙ hauritur aqua de fonte. Primo, diuinæ sapientiæ. Eccl. 1. Fons sapientiæ, verbum dei in excelsis. Secundo, æternę vitę. Hiere. 6. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Tertio, de Christi corpore. Zach. 13. In die illa erit fons patẽs domui Dauid. Nota super illo verbo[adinuentiones eius. Quòd Christus adinuenit. Primo breuę salutis verbum. Baruch. 3. Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, [& Israel dilecto suo. Secundo, nouum saluandi modum. Iob. 33. Inueni in quo ei propicier. Tertio, populum saluandum. Luc. 15. Congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram. Nota super illo verbo. [In medio tui sanctus Israel.] Quia Christus est in medio. Primo, quasi lux ad illuminandum. Eccle. 50. Quasi stella matutina in medio nebulæ. Secundo, quasi mediator ad reconciliandum. Luc. vltim. Stetit Iesus in medio discipulorum, & ait illis. Pax vobis. Tertio, quasi minister ad distribuendum. Luc. 22. Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

Hic

CAP. XIII.

a Onus Babylonis, quod vidit Esaias filius Amos. Super mõtem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in mõtibus, quasi populorũ frequentium, vox sonitus regũ gentium congregatarum. Dominus exercituum pręcepit militiæ belli, veniẽtibus de terra procul. A summitate cæli dñs, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. Vlulate, quia prope est dies dñi, quia vastitas a dño veniet. Propter hoc, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet & cõteretur. Torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt. Vnusquisq; ad proximũ suũ stupebit, facies cõbustæ vultus eorum. Ecce dies domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisq; ad ponendam terrã in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo, & visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorũ, & requiescere faciam superbiam infideliũ, & arrogantiam fortium humiliabo. Preciosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationẽ domini exercituum, & propter diẽ irę furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & nõ erit qui congreget. Vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit occidetur, & omnis qui superuenerit cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripientur domus eorum, & vxores eorum uiolabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris

CAP. XIII.

2. Hic comminatur contra Babylonios, qui duas tribus captiuauerant. Et diuiditur in partes duas. In prima, comminatur hostium destructionem. In secunda, promittit ex hoc Iudæorũ consolationem. cap. 14. [Prope est, &c.] Prima diuiditur ĩ duas. Primo ponitur comminationis titulus, & increpatio [Onꝰ] .i. miseria opprimẽs Hiere. 23. Si interrogauerit populꝰ iste, vel propheta, aut sacerdos. dicẽs. Quod est onꝰ domini, &c. Secundo, ponitur ipsa comminatio. ibi [Super montẽ, &c.] Prima, ergo diuidit in partes tres. In prima, ponit vastantis exercitus conuocationem. s. Medorũ, & persarũ sub Cyro & Dario, qui cæperunt Babylonem, sicut legitur. Dan. 5. In secunda, ostendit pœnæ afflictionem. ibi [Vlulate, &c.] In tertia, subsequentẽ eius desolationem. [Et erit, &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, cõuocat exercitum. Secundo, describit vocatorũ aduentũ. ibi [Vox multitudinis, &c.] Tertio, indicitur venientibus præceptũ. ibi[Dñs exercituum, &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit conuocationem, & conuocat, ad aggrediendum, & obsidendum[leuatæ signum]. i. vexillum[super montes] Babylonis [caliginosum] propter fumum incendii, quando combusta fuit, uel [super montem] ciuitati adiacẽtem[caliginosum.] propter altitudinem nubibus opertum, vel caligare facientem visum. Ad exclamandum. [exaltate vocem,] vt hostes conueniãt. Ad congrediendũ[leuate manum] Ad pugnandum, & ad capiendũ, [& ingrediantur] Hier. 51. Leuate signum super muros Babylonis. Secundo, ponit vocatorum conditionem, quantũ ad idoneitatẽ, propter officii iniunctionẽ [sanctificatis meis] q.d. quos ad hoc officium peragendũ sanctificaui, & quantum ad potestatem[fortes] & quantum ad iucunditatem, exultantes. Soph. 1. Sanctificauit dominus vocatos suos. Vox multitudinis, &c.] Hic describit vocatorum aduentum. Et primo, quantum ad minores. [Vox multitudinis.] Secundo, quantum ad maiores[vox sonitus regum.] Hiere. 50. Vox eorum quasi mare sonabit. infra 43. Tumultus turbarum veniet. [Dominus exercituum, &c.] Hic indicit præceptum. Et primo, ponit diuinum præceptum. [Dominus præcepit.] Secundo, diuinum auxilium ad complendum [a summitate cæli.] quasi ad adiuuandum. [& vasa] quælibet arma. [Vlulate, &c.] Hic describit pœnæ afflictionem. Et circa hoc tria ponit. Primo, puniendorũ timorẽ. Secundo, affiictionẽ. ibi [Ecce dies, &c.] Tertio, puniẽtiũ ferocitatẽ. ibi[Ecce ego suscitabo, &c.] Timor autem exprimitur. Primo, quantum ad gemitũ oris[Vlulate.] Ezec. 30. Vlulate, væ, væ, diei, quia iuxta est dies, & appropinquabit dies domini, dies nubis. Tẽpus gemitũ erit. Secundo, quantum ad remissionẽ operis[propter hoc omnes.] Hiere. 50. Audiuit famã eius rex Babylonis, & dissolutæ sunt manus eius. Tertio, quãtum ad turbationẽ cordis, quod turbatur tripliciter: sm interiorẽ statũ, vel quantum ad iucunditatẽ. [Tabescet] vel quantũ ad magnanimitatẽ, [& contereretur,] quasi in parua diuisum, vel quãtũ ad securitatẽ p timoris angustias. [Torsiões] Psa. 47. Ibi dolores, vt parturientis. Scd̃o, turbatur quantũ ad auxilii defectũ[stupebit ad proximũ suũ] quasi præ stupore non poterũt auxiliũ ferre: quantũ ad exterius signũ[facies combustæ] propter pallorẽ timoris, vel ad literam, quia tali morte sunt interfecti. Trẽ. 4. Denigrata est super carbones facies eorũ. [Ecce dies, &c.] Hic describit pœnã afflictorũ. Et circa hoc, tria ponit. Primo, pęnæ magnitudinẽ. [Indignationis,] quantũ ad misericordiæ subtractionẽ. [Iræ] quantũ ad pœnæ delectationẽ. Philosophus. Irati cõtristant, puniẽtes vero gaudent[furoris] quantũ ad impetuosam vltionẽ, qa furor est ira accensa. infra 30. Ardens furor eius, & grauis ad portandũ. Exprimit etiã in cõsolationis subtractione, [quoniã stellæ,] vel ad literam, quantum ad eorum reputationem: quia afflictis omnia videntur tenebrosa. Vel[stellę] principes [sol in ortu suo.] Rex[luna] regina. Apoc. 6. Sol factus est, quasi saccus cilicinus. Secũdo, ponit æquitatem ordinis pœnam cõtra culpam, quã cõmittebant in seipsis. [Visitabo] vindicabo [super orbis mala] i Babylonis: qa erat i ea monarchia. Vel propter multitudinem vndiq; cõcurrentium. Et quantum ad culpam, quã etiam committebãt in subditos, per malorum oppressionẽ. [Et contra impios.] Vel pastorum irritationem [Infideliũ.] Per meliorum molestationem: [arrogantiam] qua præsumebant omnes subiugare. Tertio, ponit punitionis moderationẽ. Et ponit quatuor. Primo, defendentium paucitatẽ. [preciosior] idest rarior. 1. Reg. 3. Sermo dei erat preciosus. [Et vir] qui possit defendere per consilium. [Obrizo] idest auro rubeo, quod optimum est, supra 10. Reliquiæ saltus ligni eius præ paucitate numerabuntur. Secundo, elementorum commotionem, [super hoc] quantum ad literam potuit esse tempestas in aere, & terremotus in terra. Vel est hyperbole, præ magnitudine malorum. Hierem. 4. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil, cælos, & lux non erat in eis. Tertio, quantum ad fugientium dispersionem tam ciuium, & bellatorum, quàm etiam captiuorum. [Damula] velox animal. Prouerb 6. Eruere quasi damula de manu. Quarto, quantum ad remanentium oppressionem, quæ fuit in tribus In nece hominum. [Omnis qui inuentus fuerit,] quantum ad ciues [superuenier] quantum ad extraneos. [Infantes] quantũm ad pueros. Hiere 51. Collidam in te senem, & puerum. Secundo, fuit in rerum direptione. [Diripientur.] Tren. vltimo. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Tertio, quantum ad violationem mulierũ. [Vxores eorũ.] Tren. vlt. Mulieres in Syon humiliauerũt. [Ecce ego, &c.] Hic describit hostiũ ferocitatẽ. q nec placaĩ muneribus, [qui argentũ] nec flectiĩ misericordia, [sed sagittis paruulos,] nec impotentibus uiribus. [Et lactẽtibus,] nec filiis paruulis. [Et sup filios.] Hier 61. Ecce ego adducã sup eos oẽs malũ. [Et erit Babylon, &c.] Hic describit subsequẽtẽ desolationẽ. Et primo, ciuitatis destructionẽ[versa] i. subuersa, sicut Sodoma, de qua Apoc. 18. Væ, vę ciuitas illa Babylõ, ciuitas illa fortis, qm̃ vna hora venit iudiciũ tuũ. Scd̃o, quantũ ad eius perpetuã solitudinẽ [nõ habitabit.] Hie. 31. Nõ habitabit, q tendet arcũ suũ, & nõ ascendet loricatus. Tertio, quãtũ ad solitudinis horrorẽ. q ostẽditur ex fuga pastorũ[nec ponet ibi tentoria] qa certas mansiones non habet, sed p desertũ vagatur[nec pastores] ouiũ quantũ ad habitationem bestiarum. & mortuorum. [sed requiescent ibi bestiæ] solitudinem amantes [draconibus] qui sm quosdam sunt serpentes alati magni, secundum alios sunt pisces magni, habentes humidas squamas, secundum alios serpentes cubitales, comedentes alios serpentes, & ex hoc flatu oris inficientes; [strutiones] animalia, quæ habet pennas, sed non volant, immo pedibus gradiuntur. Iob. 39. Penna structionis, similis est pennis Herodii. [pilosi], idest animalia pilosa, vt vulpes, lupi, & huiusmodi, vel hoies syluestres, pilosi, & hispidi, qui a quibusdã dicun-

dicuntur non veri homines,sed figuram hominis habere, vel dæmonis in tali figura in assumentis corpora,domos desertas tales frequentantes sunt,qui & ambulant per noctem , & inquietant homines diuersis modis.[Vlulæ] aues quãtitatis coruinæ, maculis conspersæ,ex hoc dictæ,q̃ vocem habeant ad modum vlulantium luporum [syrenæ] secundum quosdam serpentes cristati,& alati , Vel pisces marini ad similitudinẽ mulierum , vel aues dulciter cãtantes [in delubris voluptatis] .i.locis ĩ quibus luxuriabantur.infra.34. Et erit cubile draconum,& pascua strutionum , & occurrent dæmonia,honocentaurus, & pilosus. Nota super illo verbo, super montem [caliginosum]Quia est multiplex caligo . Primo,ignorãtiæ,Tren, 2. Quomodo obtexit caligine in furore suo domin' filia Syon. Secunda culpæ.Psal.17. Caligo sub pedibus eius . Tertia,præsentis pœnæ.Tren,4.Quomodo obscuratum est aurum , mutatus est color optim'? Quarta futuræ miseriæ . Matth. 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores, & Luc.16. Inter nos, & vos Chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos,non possint.

non miserebuntur , & super filios non parcat oculus eorũ. Et erit Babylõ illa ciuitas gloriosa ĩ regnis , inclyta in superbia Chaldæorum , sicut subuertit dominus Sodomã, & Gomorrham.Non habitabitur usque in finem,& non fundabitur usque ad generationem , & generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs,nec pastores requiescẽt ibi, sed requiescent ibi bestiæ,& replebũtur domus eorum draconibus . Et habitabunt ibi strutiones,& pilosi saltabunt ibi , & respondebũt ibi ululæ in ædibus eius,& syrenæ in delubris voluptatis.

CAP. XIIII.

PRope est, vt veniat tẽpus eius,& dies eius nõ elongabuntur.Miserebitur.n. dominus Iacob,& eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam . Adiungetur aduena ad eos,& adhęrebit domui Iacob.Et tenebunt eus populi , & adducent eos in locum suum . Et possidebit eos domus Israel super terram domini in seruos , & an-

CAP. XIIII.

IN parte ista,promittit Iudæis liberationem per Babylonis destructionem,quam supra comminatus est.Et diuiditur in partes tres.In prima,promittit liberationẽ.In secunda,prædicit liberatorum contra oppressorem,insultationem . ibi [Et erit in die,&c.]In tertia,ponit insultationis confirmationem.ibi] Non vocabitur,&c.]Circa primum tria ponit,Temporis breuitatem. Prope est dies domini .] cui omnia sunt præsentia,vel post nostram captiuationem [dies eius]captiuationis.Deut.32.Iuxta est dies perditionis,& adesse festinant tempora.Secundo, ponit liberationis modum,& ordinem. Et primo,quantum ad releuationem miseriæ[miserebitur]Michææ.7. Miserebitur nostri:quantum ad recuperationem diuinæ gratiæ[& eliget]aliquos.s.Deu. 7.Te elegit dominus,quantum ad restitutionem patriæ [& requiescere.]Ezech.34. Inducam eos in terram suam,& pascã eas in montibus Israel.Tertio, describit liberatorum dignitatẽ, quãtum ad extraneorum adhæsionem, [Adiungetur.] Iaco.4.Appropinquate deo,& ipse appropinquabit vobis:quantum ad honorificam retentionem [tenebunt eos] .s.Iudæos [populi]apud quos erant captiui,quasi portandos.infra 49 . Et afferent filios tuos in vlnis,& filias tuas super humeros portabunt. Vel aliter, quantum ad deductionem eorum,qui adhæserunt[populi]scilicet Iudæi[tenebunt]idest retinebunt[eos[secum ducendos , qui sibi adhæserunt.Quantum ad hostium subiectionem. [Et possidebit eos[versa vice.Ioel.3.Conuertam retributionem vestram, in caput vestrum. [Et erit,&c.] Hic ponitur insultatio populi liberati,contra captiuitatem,iam destructam. Et primo,ponitur titulus, siue inscriptio continens tria . Tempus [cum requiem dederit [a labore] quo laborasti bellando,& [cõcussione]captiuitatis,qua tenebaris carcere,[seruitute] qua oppressa es in terra captiuitatis [sumes parabolam] idest sermonem similitudinariũ, qui aliud dicit,& aliud significat, Per ea enim,quæ dicuntur significatur conditio Nabuchodonosor,quantum ad potentiam , culpam,& pœnam,propter quæ potuerunt hæc contingere. Et si non contingerunt. [circa regem Babylonis]Michææ 2.In die illa sumetur super nos parabola , & cantabitur canticum , cum suauitate. Abachuc.2. Numquid non omnes isti super eum parabolam sument? Secundo,ponitur ipsa insultatio . ibi [Quomodo,&c.]Et primo viuorum.Secundo mortuorum. ibi [Infernus,&c.] Insultatio viuorum tria continet, eius destructionem cum culpa,quã commisit in exactione tributorũ.[Quomodo cessauit.] In punitione hominum per pęnas,[cõtriuit] quasi solutio præmisse quæstionis. In impugnatiõe regnorum [subiicientem.] Hier.30. Quomodo confractus est, & cõtritus malleus vniuerse terræ. Secũdo, cõtinet subsecutam pacem [conquieuit] ab illo tumultu [siluit] a fletu [gauisa est,]in tui destructione. [Et exultauit]in sua liberatione.Psal. 57. Lætabitur iust', cum viderit vindictam. Tertio continet principum alacritatem. [Abietes quoque]per quas significãtur sublimes in dignitate. Simile habetur. Ezech.32. Cedri non fuerunt altiores illo, in paradiso dei . Dormisti somno mortis [succidat nos], idest occidat. [Infernus,&c.] Hic ponitur insultatio mortuorum, contra Nabuchodonosor. Et primo principum, & potentum.Secundo,aliorum.ibi[Qui te viderunt,&c] Circa primum duo facit.Primo,ponit infernalium occursum , quantũ ad ministros pœnarum,siue officiales. [Infernus]idest diabolus qui præpositus est inferis[subter]quia infernus deorsum est[cõturbatus est] idest in tumultum versus , quasi diceret: nunquid hoc potuit fieri?infra 30.Sperastis in calumnia , & in tumultu , & innixi estis super eo. Tertio,quantum ad alios potentes decurrentes. [Suscitabit tibi gigantes]faciẽs secum tibi assurgere. Gigantes quantum ad fortes corpore.infra.26.Morientes non viuant,& gigantes non resurgant.[Omnes principes terræ]quantum ad reges,quorum est sedere in soliis [principes nationum,] quantum ad alios potentes,sed surrexerunt[vniuersi] s. infernales gigantes respondebunt,quasi conuenisses eos, uel quasi flenti.Secundo,ponit eorum improperium.Et improperant tria.s.pęnam,quã inuenit.Et quantum ad mortẽ [vulneratus es]morte , vi diuinæ potentię Psal 88.Tu humiliasti,sicut vulneratũ superbum.Tũ,quantum ad mortui humilitatẽ.Et in anima. [Detracta est]Et in corpore[concidit cadauer]mortis , tũ etiam,quantũ ad mortui afflictionẽ,in inferno.[subter te]In quibus omnes pœnæ inferni designantur.Iudit.vlt.Dabit ignem & vermes, & carnes eorum, vt vrantur,& sentiant vsq; in sempiternũ.Secundo, improperant gloriã,quam amisit,tũ quantum ad dignitatem regni [Lucifer] pulcher inter homines,& alios reges [mane] ante oẽs alios monarchas,& quantum ad potentiã belli [corruisti in terrã.]Dan.2.Tu es caput aureũ,o rex.Et post te, resurget aliud regnum minus te.Tertio,improperant superbiam cordis,quã habuit, quantũ ad tria: quantum ad superbam cogitationẽ.Secundo,quantũ ad peruersam intentionẽ.[Ero similis]Tertio,quantũ ad propositi frustrationẽ.[Verũtamen.]Cogitatio autẽ erit superba,quia cogitabat vsurpare, quæ dei sunt, ẽm errorẽ gẽtiliũ, qui credebãt homines in deos mutari,& ex principibus fieri stellã,sicut dicitur.2.Mach.11.Patre nostro inter deos trãslato. Cogitabat etiã vsurpare diuinũ locũ [Conscendã in cælũ,sup astra cæli, quia sicut sum super alios principes in terra , ita ero super alias stellas in cælo.Et diuinũ cultum [sedebo].i.in templo dei, quod erat in monte Syon,in quo erat testamentum legis , in lateribus

cillas,& erunt capientes eos , qui se ceperant , & subiicient exactores suos. Et erit in die illa cum requiẽ dederit tibi deus a labore tuo & a concussione tua,& a seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis , & dices . Quomodo cessauit exactor,quieuit tributũ?Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium,cædentem populos in indignatione plaga insanabili,subiicientem in furore gentes crudeliter . Cõquieuit,& siluit omnis terra, gauisa ẽ,& exultauit: abietes quoq; lætatæ sunt sup te & cedri libani. Ex quo dormisti non ascẽdit,qui succidat nos. Infernus subter te cõturbatus est,in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes.Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis,omnes principes nationũ.Vniuersi respondebunt,& dicent tibi Et tu vulneratus es , sicut & nos , nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua,cõcidit cadauer tuũ . Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes . Quomõ cecidisti de cælo lucifer,

teribus aquilonis] i.in Hierusalem,quæ erat ad aquilonarẽ partẽ montis . Et diuinũ actum,[super altitudinẽ nubium]q.d.Vt tonem,fulminẽ,vel det nubes prophetas.Per cælũ,regnum Iudæorum, Per astra, Iudæi fulgentes dei cognitione. [Similia.] Ecce peruersa intentio Ezech.28.Nũquid dicens loqueris , deus ego sum? Veruntamen.]Ecce frustratio intentioni [in profundũ laci] .i. in diuersissimis pœnis . Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt. Qui te viderint.] Hic ponit insultatio aliarũ cõmunium personarũ. Et primo, describit eorũ occursum. Oẽs alii[qui te viderint] in pœnis[ad te inclinabuntur] q.d. tantum eris,infra alios, q̃ oportebit eos inclinari ad hoc, vt te videant.Sap.6.Potẽtes potenter tormẽta patientur.Secundo , ponit eorũ improperiũ.Et tria improperant . Primo, culpã quã cõmisit . [Cõturbauit]in bellis [cõcussit]mutando dñia. [posuit orbẽ desertũ] exulãdo homines [vrbes]subuertendo ciuitates. vinctis non aperuit] vt possent lumen videre.Ezec.32. Dederunt terrorẽ in terra viuentiũ . Secundo improperant sepulturã qua corruit:q.a extumulatus a filio suo,qui diuisit cadauer in ducentas partes , & alligauit totidẽ auibus de diuersis terris cõgregatis, ne posset resurgere.[Pollutus]sãguine eorũ quos occidisti.Hier.32.Sepultura asini sepelietur. Tertio, improperant dãnum,quod regno suo intulit.[Perdidisti]quia Chaldæi plus tenuissent regnũ, nisi fuissent peccata Nabuchodonosor.Punitur.n. populus pro culpa principis,sicut patet Prouer.vlt.Cuius ratio est:quia populus solet imitari culpam regis.Prouer.29. Princeps qui libenter audit verba mendacii,omnes ministros habet impios.Totum istud mistice exponitur de diabolo[concutit regna]quasi minister pœnæ,& culpę,cuius potentia per Christum diminuta est,& in die iudicii ex toto in inferno detrahetur,qui voluit in cælum cõscẽdere,& ad æqualitatem maiestatis diuinæ venire,secundũ quòd exponitur in glo Nota super illo verbo.[Super astra dei.] Quia sancti comparãtur stellis.Primo,propter numerũ.Psal.146.Qui Qui numerat multitudinẽ stellarũ. Dan.7. Millia milliũ ministrabant ei,& decies millies centena millia assistebant ei.Secundo,p̃p sitũ.Eccle.43.Species cæli gloria stellarũ.Phil.3. Nostra conuersatio in cælis est.Tertio propter gradũ.1.Cor.15.Stella a stella differt in claritate.Quarto,p̃p splendoris rutilũ . Dan.12. Qui ad iustitiã erudiũt plurimos,quasi stellæ in perpetuas æternitates.Quinto,p̃p ordinatũ motũ.Iudicũ 5. Stellæ manẽtes in ordine,& cursu suo,aduersus Sisarã pugnauerũt.1.Cor.14.Oĩa honeste,& ẽm ordinẽ fiant in vobis.Sexto,p̃pter visum. Eccle. 50.Quasi stella matutina in medio nebulæ.1.Io.3.Nondũ apparuit q̃d erimus.Septimo p̃p figuræ circulũ.Apoc.12. Mulier apparuit in cęlo,& in capite eius corona stellarũ.12.In quo significat perfectio gloriæ.Nõ vocabit,&c.]Hic cõfirmat insultationẽ. Et primo, p̃phetæ vaticiniũ.Secundo per diuinũ propositum.ibi [Et consurgã,&c.]Tertio,per diuini propositi firmamẽtum. ibi [Dñs exercituũ,&c.]Circa primũ cõminat tria. Et primo regni amissionẽ [Semẽ pessimorũ].i.filii Nabuchodonosor , & filiorũ suorũ.[Nõ vocabit in æternũ].i.nõ super erit[& nomen eius]in honore regni.Secundo filiorũ occisionẽ a Medis,& Persis[pręparate in iniquitate].i.p̃ iniquitate. Tertio,impossibilẽ recuperationẽ. [Nõ cõsurgent faciẽ orbis].i.Babylonis,q̃ supra dicta est orbis.Exo.20.Ego sum deus zelotes,visitans peccata patrum in filios.Sap.4.Ex iniquis nascẽt iniquitas. [Et consurgã,&c.]Hic ponitur diuinũ propositũ ad cõplendũ. Et primo,ad destruendã Babylonis,quantũ ad destructionẽ hominum[super eos].s.filios Nabuchodonosor[nomẽ Babylonis] .i famã potentiæ suæ]reliquias]filios,[& progeniẽ]nepotes,& deinceps.Iob.18. Non erit semen eius,nec progenies ĩ populo suo, inquantũ ad bestiarũ habitationẽ [ponam eam]. infra 34. ibi. Habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit , & fodit in vmbra eius, quantũ ad destructionẽ murorũ[scopabo]vt nõ remaneat,nisi pauimẽtũ sicut in domo,qñ purgatur scopa. Secundo,ponit propositum ad destructionẽ Assyriorũ , vt sit in exemplum Et primo, ponit iuramentum.[Iurauit].i.immobiliter statuit, [si non vt putaui] i. ita tui.Psal.109.Iurauit dominus, & nõ pœnitebit eum.Secũdo destructionis locũ . [in terra mea:]quia iuxta Hierusalẽ destructus est exercitus Senacherib . infra.25.Faciet dñs in monte hoc conuiuiũ pinguium . Tertio, describit pęnæ fructũ.[Auferetur] supra 9.Iugum.n. oneris eius,& uirgã humeri eius,& sceptrũ exactoris eius superasti.Tertio, ponit propositum de destructione oĩum populariũ . [Hoc consilium,quod cogitaui super omnem terram.]destruendam,quantum ad deliberationem[manus eius].i.potentia,quantum ad executionem.Hiere.29.Sume calicem vini furoris huius de manu mea.vel[omnem terram .] protegendum ab Assyriis . [Et hæc manus extenta]quæ destructa est . Et sic erit fructus pœnæ,in omnibus gentibus. [Dominus exercituum,&c.] Hic ostendit,diuini propositi stabilimentum.Et quantum ad decretum sapientiæ[decreuit] & quantum ad expletionem potentiæ[Et manus eius extenta,& quis auertet eam?]Iob.23.Ipse solus est,& nemo potest auertere cogitationem eius,& anima eius quodcunque voluerit hoc facit.[In anno]Hic comminatur contra hostes de afflictione Iudæorum gaudentes. Et primo contra Philistæos,qui gaudebant de minoratione eorum per mortẽ Ezechiæ.Secundo contra Moabitas, qui gaudebant de eorum destructione per Assyrios,uel Chaldæos, cap. 15. [Onus Moab,&c.] Prima in duas.In prima.ponitur tempus comminationis [In anno]cuius tempore Philistæi occupauerant quasdam ciuitates de regno Iudæorum,ut dicitur.2.Paralip.28. Et tñ Achaz eis resistebat. Et ideo in morte eius lætabantur.quasi licentius Iudæos infestaturi.Secundo,ponitur comminatio[ne læteris.] Et primo comminatur afflictionem,quam passi sunt sub Assyriis. ibi[Vlula,&c.]Circa primum tria facit.Primo.n. excludit stultum gaudium[ne lęteris]de hoc, quoniam[uirga] i. potestas] percussoris tui[.i. Achaz]comminuta est[per mortem.Ecc.2. Risum reputaui errorem.Secundo,comminatur pęnæ augumentum. [De radice.n.colubri egredietur regulus]q.d.Sicut regulus,qui & basiliscus,plus nocet,quàm alius coluber,quia etiam visu,& flatu interficit,non solũ animalia,sed etiam aues uolantes.unde[absorbens volucrem]ita Ezechias filius Achaz plus cæteris vos affliget. 3.Reg.12. Pater meus imposuit vobis onus graue,ego superaddam . Tertio, prædicit pœnę effectum , [& in cunctis ,] quantum ad terrę vbertatem.Et pascentur primogeniti[.i.Iudæi de quibus Exod.4. Primogenitus meus Israel. Et quantum ad pacis securitatem] fiducialiter , [infra 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,in tabernaculis fiduciæ . Et effectum in Philistis per contrarium s.famis,contra primũ]interire

qui mane oriebaris ? Corruisti in terrã,qui vulnerabas gẽtes.Qui dicebas in corde tuo.In cælũ cõscendã, super astra dei exaltabo solium meũ,sedebo in mõte testamenti in lateribus aquilonis,ascendã super altitudinẽ nubiũ, similis ero altissimo. Verũtamẽ ad infernũ detraheris,ĩ profundũ laci.Qui te viderint, ad te inclinabuntur, neq; prospiciẽt.Nũquid iste ẽ vir , qui cõturbauit terrã,qui cõcussit regna,qui posuit orbẽ desertũ,& vrbes eius destruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerẽ?Oẽs reges gẽtiũ, vniuersi dormierũt in gloria , vir in domo sua. Tu autẽ proiectus es de sepulchro tuo,quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cũ his, qui interfecti sunt gladio, & descẽderunt ad fundamenta laci. Quasi cadauer putridũ nõ habebis cõsortiũ , neq; cum eis in sepultura.Tu.n.terrã tuã disperdidisti , tu populũ tuũ occidisti. Non uocabitur in æternũ semẽ pessimorũ.Pręparate filius eius occisioni,in iniquitate patrum eorũ. Non consurgent , nec hæreditabũt terram,neq; implebunt faciẽ orbis ciuitatum. Et cõsurgam super eos dicit dominus exercituũ, & perdã Babylonis nomen,& reliquias, & germen & progeniem dicit dominus. Et ponã eam in possessionem ericii,& in paludes aquarũ,& scopabo eã in scopa terẽs,dicit dominus exercituũ. Iurauit dñs exercituũ dicens.Si nõ ut putaui ita erit, & qũo mente tractaui sic eueniet, vt conteram Assyriũ in terra mea, & in montibus meis conculcẽ eũ, & auferetur ab eius iugũ eius , & onus illius ab humero eorũ tolletur.Hoc consiliũ,quod cogitaui super omnẽ terram,& hæc est manus extenta super vniuersas gẽtes.Dñs exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?Et manus eius extenta , & quis auertet eam ? In anno quo mortuus est rex Achaz,factũ est onus istud. Ne læteris Philistæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui. De radice .n.colubri egredietur regulus , & semen eius absorbens uolucrem . Et pascentur primogenita pauperum , & pauperes fiducialiter requiescent,& interire faciã in fame radicẽ tuã,& reliquias tuas interficiam. Vlula porta,clama ciuitas ,

radicem].i.eos etia m,qui aliis nutrimenta ministrare debeant. Et occisionis contra secundum.[Et reliquias]ab Ezechia [interficiã] per Assyrios,& Chaldęos.infra 55.Serui mei comedẽt,& vos eluietis,serui mei bibent,& uos sitietis.[Vlula,&c.]Hic cõminatur destructionẽ p Assyrios. Et primo,comminatur eorum destructionem. Secũdo, Iudæorum liberationẽ.ibi [Et quid respondebitur, &c.] Circa primum tria ponit. Primo,cõminatur naturalem destructionem [porta] ,i iudices sedẽtes in portis.Hiere.3. Vox inuiis audita est,ploratus & vlulatus filiorum Israel. Hostium multitudinẽ [fumus] excitatus ex multitudine exercitus propter pluuerẽ[ab aquilone] propter situm Assyriorum ad Philisteos. Hiere.1. Ab aquilone pandetur omne malũ, super omnes habitatores terræ. Tertio, euasionis impossibilitatem. [Et nõ erit qui effugiat] Tren.2. Non fuit in die furoris recordatus scabellum pedũ eius[Et quid respondebitur.]Hic promittit liberationem. Et primo,ponit interrogationem[nuntiis]angelis, prępositis diuersis prouinciis,uel de eorum statu solicite inquirentibus,vel nuntiis missis ad consulendum Esaiam,sicut legitur,de Hiere.27.Secundo,ponitur responsio [quia dominus fundauit syon] .i.sua protectione firmauit.

CAP. XV.

a EN parte ista cõminatur cõtra Moabitas, qui descẽderunt a Moab primogenito Loth.Ge.19.Propter hoc quòd gauisi sunt de destructione filiorũ Israel.ab Assyriis, & Chaldæis,quibus tñ ipsi sunt destructi quãus post.Et diuiditur in partes duas.In prima,cõminatur destru I ctionẽ.In secunda,destructionis conditionẽ.ibi [Emitte cap.16, Prima in duas .In prima,cõminatur destructionẽ per Assyrios . In secunda per Babylonios.ibi[Ad torrentẽ,&c.]Prima in tres. In prima,designat ex dolore,pænæ magnitudinẽ.In secunda,pæ pæ modũ, & ordinẽ.ibi[Vectes,&c.]In tertia, magnitudinis rationẽ.ibi[Secundũ magnitudinẽ,&c.]Magnitudinem autem de loris ostendit,quantũ ad tria,ſ.Per stuporis silentium. Per doloris fletũ.ibi[Ascendit,&c.]Per cõpassionẽ hostiũ.ibi [Cor meũ , &c.]Stupor autẽ contingit ex priuatione eorũ,quibus aliquis cõfidit. Confidebant autẽ in regia ciuitate a qua sperabant auxiliũ,& in munitionibus.Et ideo dicit.[Onus Moab].i. hæc est visio de onere Moab.i.de prouincia Moabitarum. [Conticuit]præstupore,[quia Ar] ciuitas regia[vastata est nocte.] Ad literã propter grauẽ tribulationẽ.Et quia noctevastatus est murꝰ& munitio.[Moab cõticuit]ac si fures intrassent[Ascendit,&c.]Hic ostẽdit magnitudinẽ pænę ex magnitudine fletus.Et tria ponit. Primo prædicit fletum . Et quantũ ad flentes [domus],ſ.regia hoc est nobiles eius. [Dibon]quædam ciuitas. Et quantũ ad locum [ascendit in planctũ] i.ad flendũ [ad excelsa .]in quibus idolis ſmolabant,ut plangendo auxiliũ quęrerent. Et quantũ ad materiã [Moab]tota prouincia.[vlulabit super Nabo,& super Medaba,]quædã ciuitates,quæ destructæ fuerant.Ioel,2.Luctum vnigeniti fac tibi. [Secundo, describit plangendi modũ,secundum morẽ antiquorũ,qui nutrientes tempore lætitiæ barbam, & comã,tempore tristitiæ deponebant,sicut habetur,Iob.2. Fuso capite corruit in terram[in cũctis capitibus eius caluitium.] supra 3. Et erit pro crispanti crine caluitiũ . Tertio, excludirur fletus terminũ. Et quantũ ad diuersitatem locorũ[quia omnis[.i.omnibus modis[vlulatus]erit[super tecta eius]quæ plana habebant ad sedendũ . [Et in plateis eius descendet in fletu]ab excelsis in quæ flens ascenderat; vt in montibus,& vallibus fletus sit [Esebon clamabit][flens[& Eleale]quæ sunt ciuitates,quinimmo terræ regni Moab[vox eorũ audita est,vsque Iasa] quæ est alia ciuitas eius,& quantũ ad diuersitatẽ flentium[super hoc] malum [expediti].ſ.ad pugnandũ,nõ tamen senes,& etiã simul cũ aliis, sed etiam[ibi]quando stat solitarius[anima eius vlulabit,]quia planctus procedit ex intimis cordis.Hier.48. Super omnẽ tectũ Moab,& in plateis eius omnis planctus.Nota super illo verbo, [nocte vastatus est murus.]Quia nox, habet obscuritatem. Et primo, originalis maculæ. Iob.3. Pereat dies,in qua natus sum : & nox in qua dictum est, cõceptus est hõ. Secũdo,actualis culpæ.1.The. 5.Qui dormiũt, nocte dormiũt. Tertio, infidelis ignorãtiæ. Ro.13.Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit. Secundo vero habet horrorẽ. Primo,opprimentis expectationis . Iob.27.Nocte opprimet eum tempestas. Secundo , præsentis afflictionis. Prouer. vlt. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Tertio,æternæ damnationis. Sap. 17.Vinculis tenebrarum,& longe noctis cõpediti,&c.ppetuę prouidentię iacuerunt. Tertio,nox habet quietẽ contemplationis.In qua,primo est feruentis amoris desiderium.infra 26. Anima mea desiderabit te in nocte.Secundo, debitæ confessionis sacrificiũ.Psa.118.Media nocte surgebam ad confiteudũ tibi.Tertio, diuinæ consolationis silentiũ.Sap.18.Cum,n.quietum silentiũ continerent omnia,& nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotens sermo tuus domine exiliens de cælo,a regalibus sedibus venit. Cor meum,&c.] Hic ostendit magnitudinem pænę,ex compassione hostium: quia ipse propheta condolebat [ad Moab].i.pro afflictione Moab.Hiere.48.Supra te euigilabo [vectes.]Hic describit pęnæ modũ,& ordinẽ.Et ponit tria. Primo, terræ vastationem[vectes].i.fortitudo[eius].ſ.deserti sunt[vsque ad Segor]vna de vrbibus destructis. Gen.19. Quę erat in terris Moab[vitula]propter luxuriam [cõsternantẽ].i. triũ annorum, quando sunt animalia in suo robore,& feruore,vel[consternantẽ]quia tertia concussione terremotus , corruit recedente Loth. Hier.46.Vitula elegans,atque famosa Aegyptus. Secundo, hominum captiuitatẽ. [Per ascensum.n.Luith]quidam cliuus,vel quidam vicus,vnde ducebantur captiui[ascẽdet]Moab captiuus ductus.[Et in via Oronain[cuiusdam ciuitatis de Moab,per quã transibunt[leuabunt clamorem contritionis.] Naum.2.Miles captiuus ductus est . Tertio,agrorum sterilitatẽ[Aqua.n.].i.terra Moab,ita erit sterilis,sicut locus,iuxta oppidum [Nenrin] quod est iuxta mare propter aquas salsas,& amaras. Non quidẽ propter aquas,sed dei iudicio.[herba]iam nata[aruit germen] quãtum ad ea,quæ erant in pullulatione[viror] arborum iam natarũ.Psal.106.Posuit flumina in desertum.[Secundum magnitũdinem,&c.]Hic ponitur ratio magnitudinis pænæ , operis peccati,[visitatio]ult.Deut.25.Pro mensura peccati,erit & plagarũ modus.[Ad torrentem,&c.] Hic cominatur destructionem per Babylonios, in qua quidam fuerunt captiuati .Et quautum ad hoc dicit Chaldæi[ducẽt eum,ad torrentem]Euphratem, iuxta Babyloniã,[salicum]qui iuxta fluuium crescũt.Psal.136.Super flumina Babylonis, illic sedimus,& fleuimus.Quidam fuerunt interfecti,& quantum ad hoc dicit,[quoniam circuibit clamor] flentium,uel pugnantium Chaldæorum,quia aquæ Dibon]nomen ciuitatis in quibus aquis,propter amenitatem locorũ suas luxurias exercebãt.4.Reg.3.Incurrerunt Moabitæ aquasDibõ. Quidam residui fuerunt diuersis persecutionibus afflicti. [Ponam enim Dibon]ad quam Iudæi confugerant hæc[additamenta] pænarum [his qui fugerint de Moab ,] ab Assyriis [& reliquiis terræ] quos dimiserunt Assyrii[leonem]ad literam.Bestias eos interficientes,vel hostem sæuientem.ſ. Chaldæum . supra 9.In omnibus his non est auersus furor meus.

CAP. XVI.

a HIC describit pœnæ conditionem. Et ponit duas conditiones. Primo,æquitatem ex parte iudicantis.Secundo, deceptionem ex parte patientis. ibi [Et erit cum apparuerit,&c.]Aequitas autẽ pænæ disponitur ex culpa præcedente. Et ideo ordinat culpam.Ponit a autẽ duplicẽ culpã . Primo,contra præceptũ promissi beneficii. Secundo,contra præceptum salubris dati consilii.ibi [Ini consilium,&c.]Circa primum duo facit.In prima,promittit beneficiũ Christi nascituri de eorum gente; vt ex hoc aliquam consolationẽ accipiant . Ruth. .n. Moabites nupsit Booz . ex quo concepit Obeth patrem Iesse patris Dauid, de quo natꝰ est Christus,ut dicit Ruth vltimo. Et iõ dicit, [o domine] pater[agnum] Christum. Io.1. [De petra deserti] de Ruth genti li cuius populus la pideus est, deos lapideos adorans , & ob hoc a deo desertus [ad montem[Hierusalem in quo occisus est,& resurrexit, vel ecclesiam [dominatorem.]Apoc.4.Dabant gloriam & honorem,& benedictionem sedenti super thronum.Secundo,ponitur pæna contemnentium. [Erit sicut auis fugiens. Et pulli de nido auolantes,unde fugerunt,vel quia captiui ducebantur.supra 10.Inuenit, quasi nidũ manus mea,fortitudinem populorum. Alii hic volunt , licet extorte ad literam exponere de tributo agnorum , quod rex Moab subtraxerat a rege Israel.Sicut dicitur.4.Reg. 3. quod per propheram prædicitur restituendum Regi Hierusalem [dominatorem.] in signum dominii [de petra deserti] locus in quo nutriebantur oues.[Ini consilium,&c.]Hic ordinat pænam contra cõtemptum dati consilii,Et diuiditur in tres partes. In prima,ponit consilium. In secunda,consilii contemptum . ibi [Audiuimus,&c.]In tertia,pænam contemnentiũ.ibi[Iccirco,&c.] Circa primum tria ponit.Primo, hortaꝰ ad liberationem.ibi[Ini cõsilium,&c.q.d.delibera qualiter saluari possis.Consilium est ipsa quæstio,quæ vertitur inter consiliantes: conciliũ,congregatio consiliatorum.[coge]quasi strictum consiliũ habens. Prouer.11. Salus,vbi multa consilia.Eccl.32.Omnia fac cũ consilio, & post factum non pænitebis. Secundo,ponit consilii tenorem . [Pone quasi noctem.]In quo hortatur ad duo. Ad receptationem Iudæorum fugientium , vt locum absconsionis præparet. [Pone quasi noctẽ].i.præpara te ad occultandum eos.ita in die, ac si in nocte, vel [in meridie] aperta persecutione, vt fugientes cœlet. [Absconde]vt abscondens non reueles[vagos.]Hortatur etiã,vt receptos amicabiliter sustẽtet [habitabunt.]infra.32.Et erit vir, sicut qui absconditur a vento,& cęlat se a tẽpestate.Tertio,assignat rationẽ.ibi[Finitus,&c.] Et primo,ponit quantum ad hostium destructionẽ,ne eorũ timorẽ dimittant [finitus est puluis] multitudo exercitus Senacherib.[cõsumatus est] .i.occisus a filiis[miser]senacherib.infra.38. [Defecit] quantũ ad potentiam. Secundo , quantum ad Iudæorũ restaurationẽ, vt libentius faciant,quantũ ad regni præparationẽ[præparabitur] in misericordia dei,vel regis misericordis[soliũ]regum Iuda. quantũ ad regis potestatem[Sedebit] q a quiete regnabit,quãtũ ad iudicii æquitatẽ [in veritate iudicans] quantũ ad sententiæ prolationem [quærens]quantũ ad causarũ discussionẽ[reddens]quãtũ ad sentẽtiæ executionẽ.Et hoc potest exponi de Ezechia,uel de Christo.supra 10.Super soliũ Dauid,& super regnũ eius sedebit.Nota super illo verbo[emitte agnũ.] Quia Christus dicitur agnus. Primo,propter vitæ puritatẽ.Exod.12. Erit agnus sine macula, masculus anniculus.Secundo,propter mortis mansuetudinẽ.infra.53.Quasi agnus corã tondente se,nõ aperuit os suũ . Tertio, propter peccati expiationẽ.Io.1. Ecce agnus dei,ecce q tollit peccata mũdi. Nota super illo verbo.[de petra deserti] q beata virgo dicitur petra.Primo,propter gratiæ firmitatẽ.Eccl.26. Fundamẽta æterna.Secũdo,ꝓp cõtinẽtiæ frigiditatem . infra.32.Sicut vmbra petræ promittitis i terra deserta. Tertio, ꝓpter fructꝰ vbertatẽ. Iob.39.Petra fundebat riuos olei. Et nota q ista petra fuit singularis deserti : quia præcipua quantũ ad primũ.Can.4.Tota pulchra es amica mea . Secũdo,quia prima, quantũ ad secundũ. Can. 2. Curremus in odorẽ unguentorũ tuorũ Virgo,quãtũ ad tertiũ . sup.7. Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ. Nota super illo uerbo. [emitte].ſ.tu pater filiũ, q pater misit filiũ. Primo,sicut sol radiũ.Eccl.43. Tripliciter sol exurens mõtes. Secũdo,sicut fons fluuiũ.Eccl.24. Ego quasi fluuius Dorix . Tertio,sicut pater filiũ.Io.3. Sic deus dilexit mũdũ, vt filiũ unigenitum daret [Audiuimus, &c.[Hic ponit cõtẽptũ cõsilii,ex superbia procedẽtẽ.vnde describit eorũ superbiã,quãtũ ad tria. Primo, quãtũ ad diuulgationẽ.[Audiuimus]quasi publicũ. Quantũ ad quãtitatẽ. [superbus est valde . Quantũ ad hoc,q excedit eius dignitatẽ [Superbia eius]qua de bonis habitis se extollit.[Et arrogantia]qua,non habita prætendit.[indignatio] qua,uindictas præsumptuose proponit[plusquàm fortitudo eius.] Iccirco,&c.] Hic ponit pænam contemnentium:Et primo puniendorum flectum.[Moab ad Moab]idest adinuice.n,de quo supra 15 . satis dicitur.Secundo,describit pænæ modum.[His qui lętantur, loquimini plagas suas:gloriantur , & confidunt de munitionibus ex muris latericiis.Ezech.33.Si speculator uiderit gladium uenientem,& non insonuerit buccina, & populus se non custodierit veneritq; gladius,& tulerit de eis animam,ille quidem in iniquitate sua captus est , sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram.Secundo,ponitur pænæ descriptio , quantum ad destructionem terrarum.[Esẽban]ciuitas in cuius terris abũdabat triticum . [Sabama]ciuitas vicina,in qua abundabat vinum.Quantum ad hostium fortitudinem[domini gentium] idest Assyrii,uel Chaldæi multis gentibus dominantes [flagella] idest palmites, qui sunt in summitate vitis,per quos metaphorice significantur principes,& sublimes , [usque ad Iazer] destruendo,quæ est in vltimis finibus,quãtũ ad afflictionẽ hoium. Errorem gentiũ[errauerũt] Ps.106.Erraueruntin solitudine in inaquoso . Militarẽ remanentiũ.[Propagines]quæ remanent in vinea excisis flagellis,sine fructu,& decore.Dan.4 .Germen radicũ eius,in terra finite.Elongationẽ captiuorũ[transierunt mare.] Moabiticum,ducti captiui in babyoniã. Vel[mare].i.Eufratem, ſm cõsuetudinem Hebræorum.Ioel.3.Venundabunt eos Sabeis genti longiquæ.Vel exponitur de Assyriis mare transeuntibus, & venientibus ad destruendum. Tertio,ponitur propheræ compassio. Et primo,ponitur compassio super hoc,ſ.malum Moab. [Plorabo in flectu Iazer].i.flens illam ciuitatem Moab. Et similiter etiam[vineam Sabama,& Eleale.]Secundo,ponitur cõpassionis ratio,quantum ad hostium impetum. [calcantiũ].i. assyriorũ deuastantium.Et quantũ ad sublatum ab eis gaudiũ, quod habebãt de abundantia frumenti [de Carmelo]idest de fertilitate.Carmelus .n.est in Moab,sed vtuntur Iudæi nominibus propriis pro appellatiuis , gaudium quod habebant in abundantia vini[in vineis.]Tertio,infertẽ quasi ex ratione cõclusio , sup hoc infortunio[uẽter].i.sensus[meus, quasi cithara]faciens sonũ ad plãctũ.Vel quia cithara auget gaudiũ[lætis]& tristitiam tristibus. Vel propter concordiam,virtute propheræ. [Et erit,&c.]

Hic ostendit frustrationis eorũ.[super excelsis].i. de idolis quibus sacrificabant in excelsis, & quibus sacrificabant in templis, quando erant in timoribus? Deutero.32. Vbi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam [Hoc verbum, &c.]Hic est epilogus. [ex tunc]a morte regis Achaz.[& nunc.] Hic ostendit breuitatem tẽporis. [in tribus annis.] qui erũt vsque ad destructionem vestram, & a morte Achaz. Suo tempore fuit visio huius secundi verbi, vel in quibus durabit vestra persecutio, vel impugnatio [anni mercenarii :] quia post hos domin⁹ reddet vobis mercedem pro peccatis vestris. Vel qui videntur magni, mercenarii sunt, & domino parui. Iob.7. Militia est vita hominis super terram: & quasi mercenatii dies eius.

& non valebit. Hoc verbum quod locutus est dominus ad Moab extunc: & nunc locutus est dicens. In tribus annis, quasi anni mercennarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur in eo, sicut racemus paruus, & modicus, nequaquam multus.

CAP. XVII.

a HIC incipit cõminari contra illos, qui præparabãt populo dei occasionem peccandi, dum per confidentiã auxilii ipsorũ, de deo confidere non curabãt. Et diuiditur in duas. In prima, contra Syros, qui populo decem tribuũ auxilium conferebãt.

CAP. XVII.

a VNus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictę ciuitates Aroer gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat. Et cessabit adiutorium ab Effraim, & regnum a Damasco, & reliquię Syriæ, sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit dominus exercituum. Et erit, in die illa attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarcescet, & erit, sicut cõgregans in messe, quod restiterit, & brachiũ eius spicas leget. Et erit sicut quærens spicas in valle Raphaim, & relinquetur in eo, sicut racemus, & sicut excussio oleæ, duarum, vel trium oliuarum in summitate ra-

In secunda, contra Aegyptios, qui duabus tribubus.ca.18.[Væ terræ, &c.]Prima in tres. In prima, comminatur destructionem Syrorum auxilium promittentium. In secunda, decem tribuum in præmisso auxilio confidentium. ibi[Et erit in die illa, &c. In tertia, assyriorum vtrosque destruentium, ibi [Væ multitudini, &c.]Circa primum duo. Primo, comminatur destructionem. In secũda, describit destructionis effectum. ibi[Et cessabit, &c.] Destructionem autẽ comminatur. Primo, quantum ad regiã ciuitatem[desinet esse ciuitas]per depopulationem hominũ [Erit sicut aceruus]per destructionem murorum. Mich.3. Syon erit, quasi ager. Secundo, quantum ad adiacentem regionem [Aroer] idest illius regionis Syriæ in qua multæ ciuitates sunt, vel[Aroer mirica]quasi sicut loca, in quibus abundant miricæ, quæ steriles sunt, & derelicta in pastum gregum, ita ciuitates Syriæ [nõ erit] quia propter solitudinem etiam latrones nõ erunt ibi. Vel quia non erunt ad alium fructum vtiles[sicut exterrentur greges a vineis, & locis cultis. infra.34. Orientur in domum eorum vrticæ. Et cessabit, &c.]Hic ponitur effectus destructionis. Et primo, in decem tribubus[ab effraim]Secundo, quantum ad regiam ciuitatem[& regnum a Damasco]cessabit, & non erit vlterius caput regni. Tertio, quantum ad totam regionem [& reliquiæ Syriæ, sicut gloria]ironice.i.erunt ignominiosi, sicut filii Israel. infra 31. Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator. Et erit in die illa, &c.] Hic comminatur destructionem decem tribuum, in eorum auxilio confidentium. Et primo, quantũ ad oppressionem hominũ. Secundo, quantum ad desolationẽ ciuitatum, ibi[In die illa ciuitates, &c.]Tertio, quantũ ad sterilitatem agrorum. ibi[Propterea plantabit, &c.]Circa primum duo facit. Primo, cõminatur pœnam. Secundo, ostendit pœnæ fructũ. ibi [In die illa inclinabitur &c.] Comminatur autẽ pœnam in hominibus. Primo, contra elationis gloriã[attenuabitur] .i.ad modicũ, & quasi ad nihilũ redigetur[gloria]destructis his, i quibus gloriabantur. Secundo, contra diuitiarum opulentiam [& pinguedo] i. diuitiæ quibus carnem delitiose nutriebant. supra 10. Mittet dominator dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem. & subtus gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis. Et infra eodem capit. Ecce dominator dominus exer-

F cituum, confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Tertio, contra populi abũdantiam cõminatur hominũ paucitatẽ, quã describit sub triplici metaphora, secundũ q̃ in tribus benedictio Iacob, in abundantia fuit. Gen.28. Abundantiam frumenti, uini, & olei. Quantũ ad primum, ponit paucitatẽ spicarum post messionẽ, quæ vel congregãtur ab ipso messore, & sic [& erit] paucitas reliquiarum decẽ tribuum, sicut quãdo aliquis est [congregans in messe, quod restiterit] in prima messione [& brachiũ eius]de cõgregatis [spicas leget] .i.colliget. Et iste cõgregans fuit Ezechias, qui conuocauit reliquias decem tribuũ. sicut legitur 2.Paral.31. Quasi spicas relictas, quæ congregantur ab aliquo paupere, sicut dixit Ruth.2. Vadã in agrum colligere spicas. Et quantum ad hoc dicit [sicut quærẽs spicas in valle Raffaim] quædã vallis fertilissima. Contra abundantiã vini, ponit paucitatem vuarũ post uindemiationem[& relinquet in eo, sicut racemus] Michææ. 7. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autũno racemos vindemiæ,

mi, siue quatuor, aut quinque. In cacuminibus eius fructus eius, dicit dominus deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorẽ suũ, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: & non inclinabitur ad al- G taria, quæ fecerunt manus eius, & quæ operati sunt digiti eius, non respicient lucos, & delubra. In die illa, erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ, sicut aratra, & segetes, quæ derelictæ sunt a facie filiorum Israel. Et eris deserta: quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiuroris tui non es recordata. Propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis. In die plantationis tuæ labrusca, & mane se- H men tuum florebit. Ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus tarbarum, sicut sonitus aquarum multarum. Sonabunt populi, sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul. Et rapietur, sicut puluis montium a facie uenti, & sicut turbo

Cõtra abundantiã olei, ponit paucitatẽ oliuarũ post excussionẽ I [Et sicut excussio oleę]Olea, ut dicit Papias, est fructus oliuarũ, sed hic, secundũ expositionẽ glo. videtur poni pro ipsa arbore, [duarũ uel triũ oliuarũ in summitate rami]Deut.28 Remanebitis pauci numero. [Nota super illo uerbo, & pinguedo carnis, &c.] Quia diuitiæ dicuntur pinguedo. Primo, propter sterilitatem. Matth.13. Fallacia diuitiarũ. Secundo, propter uẽtositatẽ. 1.Thi. vlt. Diuitibus huius sæculi præcipe nõ sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarũ. Tertio, propter inutilitatẽ. Eccl.5. Diuitiæ cõseruatæ in malũ domini sui. [In die illa, &c.] Hic ponit pœnę fructũ [inclinabitur ad factorẽ suum] exhibendo debitũ seruituris cultũ [homo] de decẽ tribubus quicunque fugerit ad Ezechiã[ad sanctũ Israel respicient]expectando, aliquod auxiliũ [non respicient lucos & delubra] tẽpla in quibus erant fontes, quasi ad abluendũ. infra.31. In die illa, abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum[In die illa. &c.]hic cõminatur desolationes ciuitatum. K Et primo cõminatur ipsam desolationem[sicut aratra] tangitur historia, quomodo ad aduentum filiorum Israel, Amorrei fugerunt relinquentes omnia in agris, supra 1. Terra uestra deserta, ciuitates uestræ succensæ igni. Secundo, ponit desolationis ratio [Et eris deserta, quia oblita es dei saluatoris tui] Deut.32. Deũ q̃ te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui [Propterea plantabis, &c.] Hic comminatur sterilitatem fructuum. Et circa hoc tria facit. Primo, ostendit cultus inutilem laborem, quantũ ad vineas[plantabis plantationem infidelem] quia non reddet fructuũ ẽm laborẽ, uel fidelẽ ironice. q.d. aut propter mala, quæ fecisti erit plantatio tua fidelis? Quantum ad agros [germen alienũ]quod alii colligent. supra. 5. Decem ingera vinearũ facient lagunculam vnam. Secundo, quantũ ad fructus perditionẽ [In die plantationis tuæ labrusca].i. quando de plantatione fructum sumere debebas. Et hoc quantum ad vineas. Quantum autem ad agros[mane semen tuum florebit].i primo pulchrum erit, vt magis doleas, vel quia ante tempus florebit, & inutile erit. Prouerb.20. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit [Ablata est messis] ab hostibus [In die hæreditatis] quando in horreo debuit recondi,

di, quasi fructus hæreditatis. Hier. 12. Seminauerunt triticum & messuerunt spinas. Tertio, comminatur pro amissione dolorem[dolebit] q̃ seminauit, vel dolebis tu. [Væ multitudini &c.] Hic comminatur assyriorum exercitui. Et circa hoc tria ponit. Primo, describit exercitus multitudinem, quantum ad strepitũ incedentiũ[Væ multitudini populorũ] venientium cum Senacherib. Quantum ad tumultum colloquentium [tumultus] qui est locutio confusa p̃cipue multorum. Quantum ad clamorem pugnãtium [sonabunt] in pugna. supra 8. Ecce adducet dominus super eos, aquas fluminis fortes & multas. Hierem. 6. Vox eius, sicut mare sonabit. Apocal. 17. Aquæ multæ, populi multi. Tertio, comminatur destructionẽ. Circa quã primo ponitur ipsa destructio [& increpabit] occidendo exercitũ per angelum [& fugiet procul] in terram suam cum paucis, vt supra 10. habetur. Psal. 9. Increpasti gentes, & periit impius. Secundo, ponitur similitudo respondens conditioni, quia superbus erat [rapietur sicut puluis.] Psal.1. Tamquam puluis, quem proiicit uẽtus a facie terrę, & rñdens tempori [sicut turbo,] quia de nocte fuit percussus exercitus eius quem vocat tempestatem, cuius præambulum in puluere est turbo ex ventis, qui sunt causa pluuiæ. 4. Reg. 19. In nocte illa venit angelus, & percussit exercitum Assyriorum. Tertio, ponit destructionis consumatio [& non subsistet] quia ipsemet intefectus fuit. Ezech. 24. Nihil factus es. Quarto, ponit destructionis ratio. [Hęc est pars eorum, qui vastauerunt nos] idest possessiones, [Et sors]diripientium, res mobiles. Psalm.10. Ignis sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum. [Nota super illo verbo] Oculi eius ad sanctum Israel.] Quia oculi debent inclinari ad dominum. Primo, per fidei adhæsionem. infra 30. Oculi tui videbunt præceptorem tuum. Secundo, propter spei expectationem. Psalm. 104. Oculi omnium in te sperant domine. Tertio, propter amoris contemplationem. Iob. 39. Inde contemplabitur escam, & de longe oculi eius respiciũt. Quarto, propter gloriæ fruitionem. Matthæi. 13. Beati oculi qui vident, quæ vos uidetis. Nota super illo verbo. [Plantatio infidelis.] Quia est, Primo auari. Eccl. 5. Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Secundo, luxuriosi. Romano. 6. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Tertio, superbi. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia nostra?

coram tempestate. In tempore vesperæ, & ecce turbatio in matutino, & non subsistet. Hæc est pars eorum, qui vastauerunt nos, & sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

a VÆ terræ cymbalo alarum, quę est trãs flumẽ Aethiopiæ, qui mittit in mare lęgatos, & in vasis papyri sup aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem post quem non est alius, ad gentem expectantem & conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius. Ad montem nominis domini exercituum, mõtẽ Syon. Omnes habitatores orbis, qui moramini interram, cum eleuatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangorem tubę audietis, quia hæc dicit dominus ad me. Ego quiescam, & considerabo ĩ loco meo sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus B effloruit, & immatura perfectio germinauit. Et præcidentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindentur. Excutientur, & relinquentur simul auibus montium, & bestijs terræ, & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ rerræ super illum hyemabunt. In tempore illo, deferetur munus domino exercituum a populo diuulso, & dilacerato, a populo terribili post quẽ

CAP. XVIII.

HIc comminatur contra Aegyptios. Et primo comminatur eorum pœnam, per comparationem ad pœnæ meritum. In secunda, exequitur pœnæ modum. ca. 19.[Onus Aegypti &c.] In tertia, designat pœnæ tempus cap. 20. [In anno &c.] Circa primum tria ponit. Primo, designat culpam, quæ est meritum pœnæ. In secunda, comminatur pœnam, ibi. [Omnes habitatores &c.] Tertio, ostẽdit pœnæ fructum ibi. [In tempore illo &c.] Circa primũ duo facit. Primo, describit situm terræ in quo superbe confidebant, dicens. [Væ] scilicet imminet, [terræ] Aegypto [cymbalo alarum] propter sonitum Nili, cuius velocitas comparatur motui alarum propter velocitatem, vel propter multitudinem populorum, vel propter protectionis auxilium, quod populo duarum tribuum insonabant[quæ est trans flumen aethiopiæ] idest vltra Nilum, qui venit de Aethiopia. Ezech. 29. Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Hoc tamen Iudæi exponunt de Gog, qui habitãt vltra Aethiopiam, contra quos testatur propheta. Ezech. 38. Secundo, describit auxiliũ quod duabus tribubus promittebant. Et primo, describit nuntiandi modum dicens[qui] scilicet populus ægyptius[mittet legatos] idest nuntios duabus tribubus [in mari idest per mare] & super aquas] fluminis. Vel maris[in

A vasis papyriis] genus iunci de quo fiebant capsellæ ad portandas literas, vel arundines tam magnæ, quòd de eis fiebat naues, vt legitur in historia Alexandri, a pyr quod est ignis. Secundo, ponit legationis præceptum, in quo determinat duo. Primo, nuntiandi modum dicens [O angeli, idest o nuntii mei [ite veloces] idest velociter. Secundo, motuum ad agentem, scilicet duarum tribuum, quam ostẽdit miserabilem ex quatuor. Primo, ex afflictionis magnitudine [conuulsam] a propria firmitate per subiugationem, [& dilaceratam] p̃ pœnarum afflictionem. Secundo ex pristina dignitate, [terribilem] quondam [post quem nõ est alius] potentiæ comparandus] nũc autem [expectantẽ] alienum auxilium [conculcatam] quasi in vilitate redactam. Tertio, ex hostiũ potestate, vel iniquitate [cuius diripuerunt] iniuste C [flumina] regis assyriorum. Quarto, ex loci sanctitate [ad montem] sunt autem puniti, qua eos a cultu dei retrahebant. Ezec. 29. Non erunt vltra domui Israel confidentia, docentes iniquitatem. [Omnes habitatores orbis &c.] Hic comminatur pœnã. Et circa hoc duo facit. Primo, ponit pœnæ euidentiam [videbitis]idest notum erit uobis [signum] vexillum. Nabuchodonosor. Hierem. 46. Audierunt gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram, vel hostium copiam [videbitis] existentes in exercitu eius. Exech. 7. Adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum. Secundo, aufert defensionis diuinæ confidentiam [quia hæc dicit dominus.] Et primo, quia subtrahet eis auxilium suæ defensionis [quiescam] non uos adiuuans considerabo, idest videbo quid vos possitis facere. Deuteron. 32. Considerabo nouissima eorum, Secundo, quia hostibus præbebit auxilium impugnationis, quantum ad consilium in dubiis[sicut meridiana lux] ita euidenter ostendet eis, quid sit D eis agendum. Quantum ad releuamentum in laboribus [sicut nubes] Psal. 88. Exaltasti dexteram de primentium eum, lætificasti omnes inimicos eius. Tertio, ibi [Ante messem] describit pœnam metaphorice, scilicet per destructionem fructus in agro. Et ponit tria. Primo, quantum ad fructus perditionem qui perditur in flore[Ante messem enim totus.]Similiter Aegyptus antequam potentiã haberet, florem suæ gloriæ ostentabat: de qua. infra 40. Omnis gloria eius quasi flos agri. Perditur etiã in germine, quando nondum maturus est humor de quo fieri debet fructus [& immatura] Similiter Aegyptus vltra potentiã, quam habebat, præsumebat. Perdit etiam in fructu, quando rami in quibus sunt fructus abscinduntur [præscindẽtur] ante fructus maturationem. Iob. 15. Lædetur quasi vinea in primo flore Prouer. 13. Substantia festinata minuetur. Secundo, ponit fructũ remanentium ablationẽ[quæ derelicta fuerint] perfecta ab Aegyptiis, ab assyriis [abscindentur] a propria firmitate [& excu- E tientur]de loco suo per Chaldeos. infra 24. Qũo si paucę oleę vel oliuæ, quæ remanserunt excutiantur ex olea. Tertio, ponit ipsius agri desertionẽ [& relinquentur sicut ager incultus] in quo significatur, cedes hominum, postquam multæ bestiæ fuerunt in terra Aegypti. Ezech.39. Hæc dicit dominus deus. Dic omni volucri & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri. Conuenite, p̃perate, concurrite vndique ad victimam meam &c [In tempore illo &c.] Hic ponitur pœnæ fructus [deferetur munus] scilicet populus duarum tribuum confidentes de deo & ipsius auxilium inuocabunt cum munerum oblatione. supra. 10. In die illa non adiiciet residuum Israel : & hi qui fuerint de domo Iacob, inniti super eo qui percutit eos, sed innitetur super dominũ sanctum Israel [a populo diuulso & dilacerato &c.] exponatur vt supra, in hoc eodem cap. circa principium. Nota super illo verbo [immatura perfectio germinauit] Quia est p̃fectio multiplex. Prima, naturæ. Gen. 2. Igitur perfecti sunt cæli. Secunda, scientiæ Iob. 22. Numquid deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ. Tertia, gratiæ. 1. Ioann. 4.

Perfecta

Perfecta charitas foras mittit timorem. Quarta, gloriæ 1. Cor. 13. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Nota super illo verbo [germen eius] Quia est germen. Primo, praue prælationis. Eccl. 10. Væ tibi terra cuius rex est puer, & principes mane comedunt. Secundo, doctrinæ erroris. Iudæ. Hi autē quæcumque quidē ignorant, blasphemant &c. Tertio p̄sumptuosæ opinionis. Rom. 12. Vnicuique sicut deus diuisit mensuram fidei &c. Quarto, præsentis consolationis. Luc. 16. Recordare, quia recepisti bona in vita tua. Nota super illo verbo [Deferetur munus.] Quia est munus multiplex: primo, feruentis dilectionis. Prouer. 21. Munus absconditū extinguit iram, & donum in sinu, indignationē maximā. Secūdo, deuotę orationis. Psalm. 140. Ascēdat oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Tertio, perfectę operationis Mal. 3. Munus non suscipiam de manu vestra. Quarto debitę oblatiōis. Psa. 75. Vouete & reddite domino deo vestro, omnes q in circuitu ei⁹ offertis munera.

F mentis. Psal. 65. Magnificentia eius & virtus eius in nubibus. Quarta, iudiciariæ sedis. Psal. 67. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium præparatio sedis eius. Item, nota q̄ de prima nube, procedit pluuia sacramentalis, vel sanctificationis. Ioan. 19. De latere domini continuo exiuit sanguis & aqua. De secunda, procedit cibus cōsolationis. Sapien. 19. Nubes castra obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra apparuit arida, & infra. Videntes tua mirabilia & monstra, tam quā enim equi depauerunt escam. De tertia, procedit coruscatio prædicationis Iob. 37. Frumentum desiderant nubes, & nubes spargunt lumen suum. De quarta, procedit tempestas damnationis. Psa. 67. Virtus eius in nubibus. Item, nota super illo verbo [nubem leuem,] quòd prima dicitur leuis, propter eminētiam dignitatis. Daniel. 7. Ecce in nubibus similis filio hominis veniebat. Secunda, dicitur leuis, propter virginitatis puritatem. Apocal. 14. Et ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similē filio hominis. Tertia, dicitur, leuis propter obedientiæ velocitatē infra. 60. Qui sunt isti qui, vt nubes volāt? quarta, dicitur leuis, propter executionis facilitatem. Eccle. 43. In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides

non fuit alius, a gente expectante, & conculcata: cuius diripuerunt flumina terrā eius, ad locum nominis dn̄i exercituum montem Syon.

CAP. XIX.

a ONVS Aegypti. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulachra a facie eius, & cor Aegypti tabescet in medio eius. Et concurrere faciam Aegytios aduersus Aegyptios, & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum aduersus regnum. Et dirumpetur spiritus Aegypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo. Et interrogabūt simulacra sua, & diuinos suos, & phitones, & ariolos, & tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait dominus exercituum Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur, & deficient flumina. Attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marcescet, nudabitur alueus riui a fonte suo. Et omnis sementis irrigua siccabitur, arescet & non erit. Et mœrebūt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumē hamū, & expandentes rhete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur qui operabātur linum, plectentes, & texentes subtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia, omnes qui faciebant lacunas ad capiēdos pisces. Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarii Pharaonis, dederunt consilium insipiens.
G Quomodo diceris Pharaōi, filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc sunt sapientes tui? Annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit dominus exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt principes Thaneos: emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum eius. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errarre fecerunt Aegytū in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens. Et non erit Aegypto op⁹
H quod faciat: caput & caudam incuruantem, & refrenantem. In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt & timebunt a facie commotionis manus domini exercituum, quam ipse mouebit super eam, & erit terra Iuda, Aegypto in pauorem. Omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit a facie consilij domini exercituum, quod ipse cogitauit super eā. In die illa erūt quinque ciuitates in terra Aegy-
I pti, loquentes linqua chananea,

CAP. XIX.

2 HN parte ista cominat' destructionem Aegyptiorum, prosequens modum & ordinem. Et diuiditur in partes tres. Et primo, describitur pœnæ præparatio. In secunda, ipsa destructio, ibi. [Et tradam Aegyptum.] In tertia, vtilitatis consecutio, ibi. [In die illa erunt quinque ciuitates] Præparatio autem pœnæ describitur, quantum ad quatuor. Primo, quantum ad dispositionem hostium [ascendet] in spirando [super nubem] ex qua tempestas [leuem] propter agilitatem & promptitudinem. Psal. 17. Nubes & caligo in circuitu eius. Secundo, quantum ad stuporem gubernantium deorum, & [mouebuntur simulachra] quia confracti sunt ab Assyriis, vel, quia dare responsum non potuerunt, vel, quia nec eodem die apparuerunt [cor Aegypti] idest rex & principes ex q̄bus totus vigor Aegypti supra 1. Omne caput languidum, & omne cor mærens. Tertio, quantum ad dissensionem resistentium. Quantum ad exteriorem contrectationem [& concurrere] quantum ad extraneos [Aegyptios aduersus Aegyptios] quantum ad consanguineos [pugnabit vir contra fratrem suum] quātum ad notos & amicos [& vir contra amicum suum] quantum ad diuersos populos [ciuitas] ponit voluntatum diuersitatem [dirumpetur] idest diuidetur [spiritus,] idest voluntas [in visceribus eius] idest in incolis terræ. Mat. 12. Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur. Quarto, quantum ad errorem consiliantium hominum [& consilium] Iob. 5. Apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilium prauorum dissipat, idest dæmonum [& interrogabunt] frustra: supra. 8. Et cum dixerint ad vos quærite a phitonibus, & a diuinis, qui occidunt in cantationibus suis. Nota super illo verbo [super nubem] Quia est quadruplex nubes. Prima, assumptæ carnis. Iob. 38. Vbi eras cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? Secunda, est virginalis ventris 3. Reg. 18. Ecce nubecula parua ascēdebat de mari. Tertia, est deuotę

gratia diuina. [Et tradam Aegyptum &c.] Hic prosequitur ipsam destructionem. Et primo, quantum ad populi seruitutem. Secundo, quantum ad terræ desolationē, ibi. [Et arescet &c.] Tertio, quantum ad sapientum stuporem, ibi. [Stulti principes] Thaneos [in manu dominorum crudelium] assyriorum, scilicet & Chaldeorum, & Romanorum. Deuter. 28. Seruies inimico tuo, quem immittet tibi dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicē tuam, donec te conterat. Destructionem autem terræ, designat per siccitatem aquarum, in quibus Aegyptus ornata, & diues est, vel quia ira dei præuenit, vt aquæ siccarentur, & animalia morerentur. Vel loquitur parabolice q. d. Tanta erit tribulatio, quòd videbitur etiam aquas siccare. Ponit ergo tria. Primo, siccitatis modum [Arescet] idest minuetur [fluuius] Ni-
K lus, uel flumina alia Ezechiel. trigesimo. Faciam alueos fluminum aridos. Secundo, ponit siccitatis signum [Calamus, & iuncus] quæ nutriuntur in aquis infra. 35. Orietur viror calami & iunci. Tertio, ponit siccitatis danmum [nudabitur] primo agri culturæ [a fonte] idest a principio, vel hoc ad finem. Psal. 106. Posuit flumina in desertum, & exitum aquarum in sitim. Secundo, piscatorum [mærebunt piscatores] Ezec. 29. Proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. Tertio, diuersorum artificum [confundentur qui operantur linum] quod nascitur in locis humidis [flaccentia] idest arētia [lacunas] viuaria. [Stulti principes &c.] Hic ponit hominum stuporem. Et primo, quātum ad errorem in consiliis. Secundo, quantum ad timorem in bellis, ibi [In die illa &c.] Circa primum tria. Primo, irridet sapientum stultitiam, quantum ad deliberationem [Stulti principes] idest Philosophi [Thaneos] vbi vigebat studium. Hier. 51. A scientia stultus factus est omnis homo. Quātum ad consilii

consilii promulgationem [sapientes] Quantum ad sui cōmendationem [qūo dicetis Pharaoni] idest qūo poteritis dicere, quando putabit vos male consuluisse hoc, quod vnusquisque vestrum solebat dicere ad sui cōmēdationem, vt eius consilio credatur [filius sapientū] q. d. hæreditate sapientiam possideo, vel discipulus [Regum] qui antiquitus Philosophi erāt. Iob. 15. Et senes & antiqui sunt in nobis, multo vetustiores quàm patres tui. Secūdo, irridet regis cōfidentiā [Vbi nūc] Et primo, quæstionē. infra 47. Non est qui saluet te. Secundo, responsionē [stulti emarcuerūt] idest defecerunt, vt supra. Tertio, irridet populi decepti ignauiam [deceperunt] hic tria facit. Primo, ponit sapientum deceptionē [Deceperunt angulum] idest regnū in quo multi coniūguntur sicut parietes in angulo. infra. 47. Sapientia tua & scientia tua decepit te. Secundo, dei permissionem [dominus miscuit] sepe dicit' metaphorice [spiritum vertiginis] idest errores ad modum eius qui patitur vertiginem. 3. Reg. vlt. Dedit dominus spiritū mendacii, in ore omnium prophetarum tuorū. Tertio, ipsius populi errorem [& errare] videlicet neque quo ad principium [caudam] neque quo ad finē [incuruantem] quo ad senem [refrenantem] quo ad iuuenē, qui refrenatione indiget, vel lasciuientem. 2. Thim. 3. Mali autē homines & seductores, proficient in peius. [In illa die &c.] Hic cōminatur timorem robustorum. Et primo, ponit timorem [quasi mulieres] infirmi & imbecilles. Hier. 51. Deuoratū est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres. Secundo, rationem [Erit terra iuda] scilicet memoria malorum quæ fecerunt ei, auertentes eos aculei dei, pro quo scient iram dei se incurrisse. 1. Mach. 6. Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem. [In die illa &c.] Hic ponitur consecutio vel consolatio, scilicet eorum conuersio. Et primo, conuersionis signum triplex. Quorum Primum, est iuramentum, [iurantes] infra. 65. Iurabit in deo amen: quia obliuioni traditę sunt angustiæ priores [ciuitas solis.] Heliopolis [linguā Chananeam] quæ confinis est linguæ Iudæorū, vt in lingua etiam conueniant cum populo dei. In his enim translati sunt a Nabuchodonosor quidam Syri, qui linguam propriam tenuerunt. Secundum signum, est sacrum ædificium [altare domini & titulus] quia multos deos colebant, sicut dicitur Act. 27. Hoc [vt dicunt quidā] impletum est tempore Machabęorum, quādo multis Iudæis fugientibus in Aegyptū, Onias uolens implere hanc prophetiam, ędificauit altare contra præceptū legis, quod est contra illud Deut. 12. Non ędificabis mihi altare, de quo arguitur. Dan. 11. Filii quoque præuaricatorum populi tui extollentur, vt impleant visionē, & corruent. Vnde patet, quod nō est iste intellectus, sed de altari ædificando ad cultū christianū. Tertium signū est, quia inuocāt dei auxilium [clamabunt saluatorē] Iesum. Psal. 90. Clamauit ad me & ego exaudiā eū. Secundo, ponit cōuersionis modū. Et primo, quantū ad fidei susceptionē [cognoscetur] Hier. 31. Omnes cognoscent me, a minori vsq; ad maximū, ait Dominus. Secūdo, quātū ad sacrificiorū & votorū oblationem [& colent] Malach. 1. In omni loco offertur nomini meo oblatio munda. Tertio, quantum ad peccatorum remissionem.

A [Et percutiet] Primo per multas penas [& sanabit] a peccato. Iob. 5. Ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Tertio, ponit conuersionis triplicem effectum, scilicet pacē [In die illa erit via] quod ante non poterat esse per diuersa regna, quæ nato domino iuncta sunt sub Romanis [seruient] in mercimoniis sibiinuicem, vel q̄a milites Syri erāt in legionibus Romanorū ad custodiā Aegypti supra 1 Nō leuabit gens contra gentem gladium. Secundo, promittit secundum effectum fidei veritatē [In die illa tertius] simul & equaliter Romanis seruiens, & in vnitate fidei Io. 10. Fiet vnum ouile & vnus pastor Ro. 10. Non est distinctio Iudæi & greci. Tertio, ponit secūdum effectū, scilicet benedictionem diuinam [Erit] scilicet Israel [benedictio] quia per apostolos totus mundus benedictionē dei p̄cepit [hæreditas] q̄a ibi natus, & misteria salutis nostræ expleuit Psal. 113. Bene dixit domui Israel.

& iurantes per dominum exercituū. Ciuitas solis, vocabitur vna. In die illa, erit altare domini in medio terrę Aegypti, & titulus domini iuxta terminum eius, & erit in signum & in testimonium domino exercituū in terra Aegypti. Clamabunt enim ad dominum a facie tribulantis, & mittet eis saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij dominum in die illa, & colent eum in hostijs & in muneribus, & vota vouebunt domino, & soluēt. Et percutiet dominus Aegyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad dominū & placabitur eis, & sanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios, & intrabit Assyrius Aegyptum, & Aegyptius in Assyrios, & seruiēt Aegyptij Assur. In die illa erit Israel tertius Aegyptio & Assyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit dominus exercituum, dicens. Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuum mearū Assyrius, hæreditas autem mea Israel.

CAP. XX.

a INanno quo ingressus est Thartan in Azotum, cū misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum & cæpisset eam, in tempore illo locutus est dominus in manu Esaiæ filij Amos dicens. Vade & solue saccum de lumbis tuis, & calceamēta tua tolle de pedib⁹ tuis. Et fecit sic, vadens nudus & discalceatus. Et dixit dominus. Sicut ambulauit seruus meus Esaias nu-
B dus & discaleatus, trium annorum signū & portentū erit super Aegyptum, & super Aethiopiam, sic minabit rex Assyriorum captiuitatē Aegypti & transmigrationem Aethiopię, iuuenem & senem, nudā & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. Et timebunt, & confundentur, & ab Aethiopia spe sua, & ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulæ huius, in die illa. Hec cine erat spes nostra ad quos cōfu-
C gimus in auxilium, vt liberarent nos a facie regis assyriorū? Et qūo effugere poterimus nos?

CAP. XXI.

a ONVS deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniūt, de deserto venit, de terra horribili. Visio dura, nuntiata est mihi. Qui incredulus est infideliter agit, & qui depopulator est, vastat. Ascende Aelam, ob-

CAP. XX.

a HIc ponitur destructionis tempus. Et diuiditur in partes tres. Et primo, ponit designās quoddam, scilicet p̄pheticum factum. Secundo, facti significatum, ibi. [Et dixit &c.] Tertio,
D ostēdit significati effectū, ibi. [Et timebūt &c.] Circa primū, tria. Primo, ponit p̄phetiæ tēpus. [In anno Azotū] ciuitas Palestinorum Amos primo. Vbi est Gaza, Geth, Acharon, Ascalon, Azotus [Sargon] qui & Sanacherib secundum Hieronymum, quia sex nomina habuit, quæ sunt Sargon, Senach, Phua, Salmanasar, Thegalphalasar, Asrael [in manu] .i. in opere verbis concordante. Osee. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Secundo, ponit diuinum præceptum [vade & solue.] Eze. 24. Eritque Ezechiel vobis importentum. Tertio, præcepti complementum. [Et fecit sic. Et dixit dominus &c.] Hic ponitur significatum prædicti facti. Et primo, quantum ad tempus, quo durauit persecutio [trium annorum] per tres dies quibus nudus iuit, significatione. Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi. Secundo, quantum ad destructionis authorem. [Sic minabitur rex.] Ezech. 30. In die illa, egredientur nuntii a facie mea intrieribus ad conterendam Aethiopiæ confidentiā. Tertio quantum ad destrustionis conditionem, in vniuersalitatem, [iuuenem &
E senem] in vilitatem [nudam] scilcet captiuitatem. Hiere. 46. Sanitas non est tibi. [Et timebunt] hic ponit effectum in Iudæis. Primo, timorem [Et timebunt, Secundo, confusionem] Et confundentur. [Tertio, vtriusque expressionem] & dicet habitator insulæ [idest Hierusalem, quæ persecutionis fluctibus incessanter tundebatur, sicut insula fluctibus maris [heccine] in quo confusio [& quomodo] in quo timor. infra. 30. Erit vobis fortitudo Pharaonis, in confusionem.

CAP. XXI.

a HIc comminatur contra hostes, qui grauabant eos per rerum subtractionem, qui tamen erant eis aliquo fędere iuncti. Et diuiditur in partes tres. Primo, con-

tra

tra illos qui erāt iūcti amicitiæ fœdere. Secundo, cōtra illos qui erant iuncti prælationis iure cap. 22. ibi [Onus &c.] In tertia contra illos, qui erant eis iuncti in negotiationis ſocietate. 23. cap. [Onus tyri &c.] Prima in duas. In prima, contra amicos extraneos. ſ. Babylonios, qui erant amici & a rebus tādē ſpoliauerūt, ſicut patet infra 39. cōtra amicos, cognatos, ibi [Onus Duma &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponitur titulus [Onus maris] i. Babylonis propter ſonitum multitudinis populorum [deſerti] quia in ſolitudine redigetur Hie. 31. Deſertum faciā mare eius, & ſiccabo venam eius. Secundo, ponitur ipſa prophetia. Et primo, ponitur viſio comminationis. Secundo, modus accipiendæ viſionis ibi [Hęc enim dixit &c. Circa primum, quatuor deſignat. Primo, tribulationis grauitatem, ponendo ſimilitudinem [ſicut turbines] uox Babylo. ab Aphrico de deſerto] quod erat ad meridiem [ita venit] cōtra me vaſtitas [de terra] ſcilicet Perſide. [horribili] mihi. Nau. 1. Dominus in tempeſtate & turbine viæ eius [viſio dura] In perſona Babylon. Io. 6. Durus eſt hic ſermo. Secundo, deſignat vaſtatorem. Et primo, quantum ad ducis conditionem in infidelitate. Cyrus [qui incredulus] ideſt infidelis, domino ſuo Baldaſar, rebellans, & Babylonem obſidens. confidens de ipſius effeminatione [infideliter agit] ideſt aget videns non poſſe ciuitatem capi vi, fraude pacem faciens & iurans homagium regi Babylonis a quo inuitatus ad conuiuium, de quo Daniel. 5. interfecit eum, & cepit ciuitatem in ducentis militibus per foramen muri, vnde fluuius intrabat, aqua ipſius in multas partes diuiſa, in cludelitate, [qui depopulator] Vnde, in pœnam crudelitatis ſuffocatus eſt in ſanguine, & dictum eſt ſibi. Sanguinē ſitiſti, ſanguinem bibe. Abacuch. 2. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo. Secundo, quantū ad exitus regionem [Aſcē de Aelam,] ciuitas Perſidis & prouincia [Medaba] ciuitas in Media [obſide] Babylon vox domini. Hiere. 51. Aſcendite contra eam omnes gentes. Tertio, hoſtis poteſtatem [Omnem gemitum eius] ideſt Babylonis vt nec etiam plangere audeat ſupra 10. Non fuit qui moueret pœnam & aperiret os, & ganniret. Vel, quia ſuos gemere faciet. Quarto deſignat ipſius prophetæ compaſſionem, quam deſignat quantum ad corpus ad quod redundant affectiones mentis, & hoc quantum ad doloris ſenſum [ꝓpterea repleti ſunt lumbi mei dolore] ideſt ita doleo, ſicut qui patitur dolorem in renibus. Pſal. 47. Ibi dolores vt parturientis, & q̃tū ad caſum [corrui] & q̃tū ad turbatū vultum [turbatus] Pſal. 76. Turbatus ſum, & non ſum locutus. Pſalm. 54. Turbatus ſum in exercitatione mea. Secundo, quantum ad affectum [emarcuit cor meum] ideſt affectus triſtitia. Hierem. 4. Ventrem meum doleo. Tertio, quantum ad intellectum ſtupentem [tenebræ] ideſt turbationes præuiſæ ac ſi eſſem in tenebris, Hierem. 50. Omnis qui tranſibit per Babylonem ſtupebit, & ſilebit ſuper vniuerſis plagis eius [Babylon dilecta] tunc temporis, quàmuis poſtea inimica [in miraculum] ideſt in admirationem. Apocaly. 17. Admiratus ſum cum vidiſſem illam admiratione magna. Quarto, deſignat deſtructionis modum, & conditionem dicens [O Babylon pone menſam] inuitando Cyrum & Darium ad conuiuium [contemplare] ideſt vide [in ſpecula] ideſt in ſcriptura manus ſcribentis, mane tethel, phares, clara luce domini, ſcilicet o Cyre, o Dari [Principes comedentes & bibentes] cum eo [ſurgite] confortati viſione arripite clypeum & interficite eum. Hierem. 46. Præparate ſcutum & clypeum. Vel aliter, vt ſint verba domini. O propheta [Pone menſam] ideſt ponendam prædica [in ſpecula ideſt in ſpiritu prophetiæ &c. vt ſupra. Vel verba Cyri] Pone men-

ſide Mede, omnem gemitum eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, & anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis. Corrui cum audirem, conturbatus ſum cum viderē, emarcuit cor meum, tenebrę ſtupefecerunt me. Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam, cōtemplare in ſpecula. Comedentes & bibentes, ſurgite principes, arripite clypeum. Hæc enim dixit mihi dominus. Vade & pone ſpeculatorem, & quodcūque viderit, annuntiet. Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini & aſcēſorem cameli, & contemplatus eſt diligenter multo intuitu. Et clamauit vt leo. Super ſpeculam domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtoſtiā meā ego ſum, ſtās totis noctib⁹. Ecce, iſte venit aſenſor, vir bigæ equitum. Et reſpondit, & dixit. Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptibilia deorum eius, contrita ſunt in terram. Tritura mea & filia areæ meæ, quæ audiui a domino exercituū deo Iſrael, annuntiaui vobis. Onus Duma. Ad me clamat ex Seir. Cuſtos quid de nocte, cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos. Venit mane, & nox. Si quæ G ritis quærite, conuertimini, & venite. Onus in Arabia. In ſaltu ad veſperam dormietis, in ſemitis Dedanim. Occurrentes ſitienti, ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti. Ad faciē enim gladiorum fugerunt, a facie gladij imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prælij, quoniam hæc dicit dominus ad me. Ad huc in vno anno, quaſi in anno mercenarij & auferetur omnis gloria Cedar. Et reliquię H numeri ſagittariorum fortium de filijs Cedar, imminuent. Dominus enim deus Iſrael, locutus eſt.

F ſam [Vos Perſæ accurrite, date equis annonam, vt ſitis parati, tu ſpeculator contemplare] quid fiat in tractatu vos [Principes] mei [commedite] Et hoc ſtat, etiam ſi non ſuſtineatur, quòd Cyrus & Darius fuerint in conuiuio, vt quidam dicunt, ſuſtinentes feſtum fieri in ciuitate & delitiis vacare, vel per feſtum diſcumbebant, vel propter treugas, vel propter victoriā ſemel habitam, vel propter adiutorium quod receperāt, de nocte aggreſſi ſunt ciuitatem. Nota ſuper illo verbo [contēplare in ſpecula] Quia debet homo in ſpeculo mentis comtemplari. Primo, peccata quæ cōmiſit vt doleat. Hierem. 31. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam. Secundo, ſupplicia, quæ meruit, vt timeat. Michææ 7. Dies ſpeculationis, viſitatio tua venit. Tertio, beneficia, quæ deus contulit, vt gratias agat infra. 52. Vox ſpeculatorum tuorum, leuauerunt vocem ſimul laudabunt, qa oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus ſyon. Quarto, mandata quæ præcepit, vt impleat. Oſee 10. Speculator Effraim. Quinto, præmia quæ promiſit, vt comprehendat. ſecundæ Pet. 1. Speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a deo patre gloriam & honorem. [Hæc enim dicit &c.] Hic ponit modum acceptionis, huius viſionis. Et circa hoc, quatuor facit. Primo, ponitur diuina viſio [pone ſpeculatorem] teipſum, vel diſcipulum tuum, quem Hebræi Abacuch dicunt fuiſſe [viderit] ſpiritu prophetali, vel corporaliter. Ezechiel. 3. Fili hominis, ſpeculatorem poſui te domui Iſrael. Secundo ponitur viſio. Et primo, ponit rem viſam, & vidit
I currum duorum equitum [qui a duobus equis conſueuit trahi, exercitum duorum regnorum ſignificatione] aſcenſorem [ſcilicet currum] aſini [regni Perſarum,] quòd primum ignobile [cameli] Medorum quaſi hæc duo animalia, loco duorum equorum currui adiungerem. Secundo, videntis diligentiam [& cōtemplatus eſt] Ezech. 40. Pone cor tuum in omnibus, quæ ego oſtendo tibi. Tertio ponitur denuntiatio [& clamauit, vt leo] ſeruitutem animi, qui prius ſpeculator per eminentiam contemplationis. Et primo denuntiat ſuam diligentiā [ſuper ſpeculam tuam domini] Abachuc, 2. Super cuſtodiam meam ſtabo. Secundo, denuntiat rem viſam. [Ecce venit] vt ſupra. 3. Babylonis pœnam [cecidit] Hierem. 50. Capta eſt & neſciebas. Quarto, ponitur prophetæ ad populum denuntiatio [tritura mea] verba prophetæ, vel Chriſti, quia Hieruſalem triturata multis tribulationibus [filia areæ] ideſt templum quod ſitum eſt in area Ornam 2. Regum vltimo. [Domus Duma &c.]
K Hic comminatur contra amicos & cognatos. Et primo, contra idumeos, qui de progenie ſunt Eſau fratris Iacob. Geneſ. 25. quandoque amici, ſicut decimi Regum tertio. Ezech. 35. Audiui vniuerſa opprobria, quæ locutus es de montibus Iſrael. Secundo contra Arabes, qui de genere ſunt Iſmaelis, qui fuit filius Abraham. Geneſ. 16. ibi [Onus in Arabia &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponitur inſcriptio [Onus Duma,] ideſt Idumeæ. Secundo comminatio. Circa quam tria. Primo, ponitur eorum oratio, & ſunt verba dei hæc Idumeis, [Ex Seir clamat ad me] Liberatis Iudæis, poſt ſeptuaginta annos captiuitatis [cuſtos] qui cuſtodis populum Iſrael, quaſi eis dormientibus [quid de nocte] ideſt quare nos non liberas de nocte captiuitatis, ſicut & eos? Et oſtendunt magnum deſiderium liberationis, ex intentione verborum & decantatione. Pſalm. 120. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Secundo, ponitur petitionis refutatio, & [dixit cuſtos] ſcilicet deus [Venit mane] liberationis tempus Iudæis [& nox] captiuitatis, adhuc Idumeis manet. Sapein. 17. Solis autem illis

illis ſuperpoſita erat grauis nox. Tertio, adhibet remedium [ſi quæritis] me [quærite] toto corde relinquendo idola. Vt ſicut in tribulatione, ita & in proſperitate. infra. 55. Quærite dominum dum inueniri poteſt [Conuertimini] Ioel. 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro. [Nota ſuper illo verbo [Cuſtos qd] Quia homo debet ſe cuſtodire in die proſperitatis a diuitiis. Primo, ne eas eligat, conſiderando earum vilitatem. Philip. 3. Quę mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum detrimenta. Secundo, ne in eas confidat, conſiderando earum vanitatem. Eccl. 2. Vidi in omnibus vanitatē. Tertio, ne de eis ſuperbiat, cōſiderando earum imminentem aduerſitatem. Eccleſi. 11. In die bonorum, ne immemor ſis malorum. Item, debet ſe cuſtodire in nocte aduerſitatis. Primo, cōſiderando percutientis affectum. Prouer. 3. Diſciplinā patris fili mi ne abiicias, ne deficias, cum ab eo corriperis. Secundo, conſiderando percuſſi Chriſti exēplum. Heb. 12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem. Tertio, conſiderando percuſſionis fructum. 2. Corinth. 4. Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitatem æternū gloriæ pondus operatur in nobis [Onus in Arabia &c.] Hic comminatur contra Arabes. Et primo, innuit deſtructionis cauſam: quia filiis Iſrael fugiētibus, panem porrigentibus aquam ſubtrahebant. Vnde ponit Iudæorum fugam: o vos Iudæi [in ſaltu] Arabiæ [Dodanim] nomen loci. Pſ. 106. Errauerūt in ſolitudine in inaquoſo, viam ciuitatis habitaculi nō inuenerūt hortatur ad miſericordiā [occurrentes] vos Arabes [terrā Auſtri] ideſt meridiei, infra. 48. Frāge eſurienti panem tuum. Et ponit miſericordiæ cauſam. [A facie enim] vt moueantur ad miſericordiam. Hierem. 4. A voce æquitatis] immittentis ſagittam, fugit omnis ciuitas. Secundo, quia hoc facere noluerunt, comminatur pœnam [Quoniam hæc dicit dominus] Et primo, per Aſſyrios a quibus prælatio vaſtationis Iudæorum, & ipſa vaſtitas [quaſi in anno mercenarii] qui ſibi videtur breuis, ſpe mercedis. Secundo, Chaldeos [reliquię] ab Aſſyriis derelictæ [imminuentur] a Chaldæis [Cedar] filii Iſmaelis [ſagittariorum] ſequentes artem patris ſui. Gen. 21. dicitur de Iſmaele, quòd factus eſt vir ſagittarius.

CAP. XXII.

a ONus vallis viſionis. Quid nam quoque tibi eſt, qa aſcēdiſti, & tu omnis in tecta clamoris plena, vrbs frequēs ciuitas exultans? Interfecti tui nō interfecti gladio, nec mortui tui mortui in bello. Cuncti principes tui fugerunt ſimul, dureque ligati B ſunt. Omnes qui inuenti ſunt, vincti ſunt pariter: procul fugerunt. Propterea dixi. Recedite a me, amare flebo. Nolite incumbere vt cōſolemini me, ſuper vaſtitate filie populi mei. Dies enim interfectionis & cōculcationis & fletuū domino deo exercituū, in valle viſionis. Scrutans murū, & magnificus ſuper montē. Et Aelā ſumpſit pharetram, & currū hominis equitis: & parietē nudauit clypeus. Et erunt electæ valles tuæ plenę C quadrigarum, & equites ponēt ſedes ſuas in porta, & reuelabitur operimentū Iudæ. Et videbitis in die illa, armamentariū domus ſaltus, & ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt. Et congregaſtis aquas piſcinę inferioris & domus Hieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis domos ad muniēdum murum. Et lacū feciſtis inter duos muros, & aquam piſcinæ veteris, & non ſuſpexiſtis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de lōge non vidiſtis. Et vocabit dominus deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, & ad caluitium, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium & letitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata eſt in aurib⁹ meis, vox domini exercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit dominus, deus exercituum. Hæc dicit dn̄s deus exercituum. Vade ingredere ad eū,

CAP. XXII.

a HIc comminatur contra illos, qui populo dei iungebantur prælationis iure, & ipſum tamen rebus ſpoliabant. Et primo, quantum ad illos ad quos pertinebat prælatio in temporalibus. Secundo, contra illos ad quos pertinebat in ſpiritualibus [hæc dicit dominus] Prælatio autem in temporalibus pertinebat ad reges. Et ideo comminatur in prima parte cōtra Hieruſalem, quę erat ſedes regni. Et circa hoc duo facit. Primo, ponitur inſcriptio [vallis] ideſt Hieruſalem, non propter ſitum loci cum ſit in mōte, ſed propter vilitatem, quia ad ipſam ſicut ad vallem confluebant ſordes vndique, dum vicinarum gentium actum ſequerentur. Ezech. 9. Hæc eſt Hieruſalem, in medio gentium poſui eam. Vel dicitur vallis, propter infimam partem ciuitatis, quæ a Sobna tradita fuit Senacherib [viſionis] propter ſanctitatem templi. Nam in ipſo viſiones prophetis fiebant a domino, Vel propter eminentiam loci, quia a remotis videri poterat, Vel propter nomen, quod loco illi impoſuit Abraam, ſicut dicitur. Gen. 22. Appellauitque nomen loci illius, In monte dominus videbit. Secundo, ponitur ipſa comminatio. Et circa hoc tria facit. Primo, arguit culpam. Secundo, comminatur pœnam. ibi [In-

A terfectiq; tui &c.] Tertio, oſtendit in ipſa pœna, obſtinationis pertinaciam, ibi. [Et congregaſtis &c] Circa primum duo facit. Primo, arguit peccatū duplex idolatriæ [quidnā tibi qa aſcendiſti in tecta] ad ſacrificandum idolis [& tu] quæ ſpeciali actu ſancti priuilegii gaudebas? Oſee 4. Si fornicaris Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda. Et peccatum rixæ [clamoris pœna] ſupra 5. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Secundo, ad grauandum peccatum ponitur dei beneficiū duplex, ſcilicet multitudinis hominum [vrbs frequēs] Tren. 1. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo & plenitudinis gaudiorū [ciuitas exultans quōdam tempore Salomonis præ nimia ꝓſperitate. Pſal. 47. Fundatur exultatione vniuerſæ terrę [Interfecti &c.] Hic ponitur pœna. Et primo, comminatur hominū deſtructionem quātum ad obſeſſos q mortui ſunt fame [non interfecti gladio] ſed fame & ſiti. Treno 4. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame. Quantum ad fugitiuos principes, ſcilicet qui comprehenſi & [ligati] ſicut legitur Hiere. vlt. [Cuncti principes] Tren. 1. Facti ſunt principes eius, velut arietes non inuenientes paſcua: quantum ad comprehenſos in captiuitate qui ſimiliter captiuati ſunt. [Omnes qui inuenti ſunt, procul fugerunt] in longinquam terram, in captiuitatem ducti Deut. 28. Deducet dominus in gentem longinquam. Secundo, ponit prophetæ in conſolabilem compaſſionem [recedite] vos prophetæ conſolantes [nolite incumbere] more conſolantium. Hier. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis
D meis fontem lachrymarum, vt poſſim flere interfectos populi mei? Tertio, ponit pœnæ modum & ordinem. Et circa hoc tria ponit. Primo, dei indignationem [dies interfectionis] imminet [ſcrutans] faciens ſcrutari ab hoſtibus [magnificus] faciens hoſtes magnificos. In montibus enim & muris confidebant. Sopho. 1. In tempore illo ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis. Secundo, ponit hoſtium ſuperationem [Et Aelam] ciuitas Perſidis, ex qua venerunt pugnatores cum Nabuchodonoſor, qui & monarchiam orientis tenebat [clypeus] portatus contra Hieruſalem [nudauit parietem] ad quam ſuſpenſus erat ad ornatum domus. Hierem. 46. Præparate ſcutum & clypeum. Vel aliter [clypeus] potentia Chaldęi [nudauit parietem] templi auro quo veſtiebatur. Tertio, ponit damni illationem, quantum ad quatuor. Primo, quantum ad poſſeſſionum vaſtationem [erunt electæ quadrigarum] Babylonis. Hiere. 49. Quid gloriatis in vallibus? Defluxit vallis tua
E filia dilecta. Secundo, quantum ad ciuitatum captionem [equites in porta] nequis effugiat. Hiere. 39. Ingreſſi ſunt omnes principes Babylonis, & ſederunt in porta media. Tertio, quantum ad ſanctorum prophanationem [& reuelabitur] ideſt nudabitur [operimentum] ideſt ſancta prius operta, quæ nulli, niſi ſacerdoti licebat videre. Tren. 1. Viderunt gentes ignominiam tuam. Quarto, quantum ad armamentarii deſtructionē [videbis armamentarium] ideſt domus ſaltus, in quo arma recondebantur euerſum: de cuius ædificio 3. Regum 7. [ciuitatis Dauid] fortiſſimæ. Vel ipſa Hieruſalem, cum forti muro in pluribus locis. Cant. 4. Turris Dauid ædificata eſt cum propugnaculis. [Et congregaſti aquas &c.] Hic ponit obſtinationis pertinaciam. Et primo, arguit obſtinationis culpam. Secundo, ponit contra eos diuinam ſententiam [& reuelata eſt] Redarguit autem eorū pertinaciam, quantum ad duo. Primo, quantum ad diuinum auxilium quod non inuocabant, de ſuis viribus & ingeniis confidentes [congregaſti] in vnum locum intra ciuitatem per occultos meatus [aquas piſcinæ inferioris] quæ habebat aquas de terra

qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dicēs ad eum. Quid tu hic? aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculū tibi. Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuauit te. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet in terram latam & spatiosam. Ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, & ignominia domus domini tui. Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo seruū meum Eliachim filium Helchiæ, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu eius, & erit quasi pater habitantibus Hierusalē & domui Iuda. Et dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat. Et claudet, & non erit qui aperiat. Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui, & suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius. Vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, a vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum. In die illa dicit dominus exercituum, auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli, & frangetur & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia dominus locutus est.

terra fluentes, quæ tamen ab hostibus prohiberi poterant [numerasti] vt numero & mēsura dispensaretur aqua [destruxisti domos] quæ erant iuxta murum, vt non impedirent defensores [lacum] piscinæ inferioris [fecistis] fluere [inter duos muros] quibus cingebatur ciuitas [& aquam] instaurast [eum] scilicet deum [eam] aquam. Psal.13. Deum non inuocauerunt. Secūdo, quantum ad diuinum cōsilium quod contēnebant [Et vocabit.] Et circa hoc tria ponit. Primo, ipsum consilium [ad fletum] oculorum [ad planctum] manuum [ad caluitium] secundum morem antiquum, qui in tristitia, opera hæc faciebant. Ioel.2. Cōuertimini ad me ī toto corde vestro, in ieiunio fletu & planctu. Secundo, ponit consilii contemptum [Et ecce gladium] supra 6. Cythara & lyra in conuiuiis vestris. Tertio, contēnendi animum [comedamus] 1. Corint. 15. Sapien. 2. Vmbræ transitus est tempus nostrum. [Et reuelata &c.] Hic ponitur sententia & possunt legi ex persona domini, hæc blasphemia vestra [reuelata] idest ego audiui [si dimittetur] quasi dicat, non credatis. supra 2. Ne ergo dimittas. Vel ex persona prophetæ, hæc vox domini [reuelata est] Et hæc omnia quæ dicta sunt pertinent ad captiuitatem per Nabuchodonosor imperantē facta. [Hæc dicit dominus &c.] Hic ponitur cōminatio contra illos, ad quos pertinebat prælatio in spiritualibus. Et primo, contra sacerdotem qui tunc erat. Secundo, contra sacerdotalem ordinem, ibi [In die illa dicit dominus &c.] Circa primum duo facit. Primo, prædicit illius depositionem, quia ciuitatem terrore concussus tradidit Senacherib, idest inferiorem partem. Secundo, alterius substitutionem, ibi [Et erit in die illa &c.] Circa primum tria facit. Primo, describit personam ex officio [qui habitat in tabernaculo] Sacerdotū erat excubare in tabernaculo, vt habeť Nu.1. [Præpositum] summum super decē. Secundo, arguit culpam triplicem, indigne habitationis. [Quid tu hic] facis in domo mea, indignus tali habitatione. Hierem. 11. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? De se superbe præsumptionis [Aut quasi quis hic] quasi dicat, æstimas te, ac si esses alicuius valoris, cum nihil sis. Zach. 11. O pastor & idolū. Curiosi sepulchri ædificationis [excidisti] hic in Hierusalem iuxta templum [memoriale] idest epitaphium [in excelso] idest in supremo situs sepulchri, vel ad literam in alto sepulchrum suum collocauerat ad memoriam suam, sicut habetur 1. Mach. 13. Tertio. comminatur pœnam ibi [Ecce dominus &c.] triplicem. Primo captiuationis [sicut asportatur] ligatus & sine labore [gallinaceus] qui pullos ad modum gallinæ nutrit, castratus existens, qui capones dicuntur [& quasi amictum] leuiter super humerum leuatus. Hiere. 20. Tu Phassur & omnes habitatores domus tuæ, ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui. Secundo, confusionis [coronam] idest loco coronæ qua vtebaris cultu pōtificali, habebis tribulationem [quasi pilam] quæ non inuenit altam stationem [currus gloriæ tuæ] qua ferebaris gloriosus, in confusionem tuam conuersus est [Et ignominiam domus domini] idest gloria quam habuisti in domo domini, vertetur tibi in ignominiam. Osee. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Tertio, pœnam depositionis [Et expellam] tertii Regum secundo. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini. [Et erit &c.] Hic ponit alterius substitutionem. Et circa hoc tria ponit. Electionem [inuocabo] vnum de uiginti quatuor ut legitur primi Par. 25. 1. Reg. 2. Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum sit. Secundo, ipsius consecrationem, [& induam eum] quia cum vestibus pontificalibus consecrabantur, sicut patet. Leuit. 18. de vestibus istis. & Exod. 28. Tertio, confert iurisdictionem [& potestatem] Et primo, quantum ad potestatem quam habebat in populo, ponens potestatem [& potestatem] scilicet [dabo] Psalm. 108. Fiant dies eius pauci, & episcopatū ei⁹ accipiat alter. [Et erit quasi pater] Hierem. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Secundo, quantum ad potestatem, quam habebat ad templum [& clauem] quę aurea erat [dom⁹ Dauid] idest templi ad quod ædificandum Dauid impensas præparauit, sicut patet primi Paralyp. in fine [super humerum] idest suā gubernationē. Vel quia ea vtebať, quā si quodam ornamento. [Aperiet] quia sibi licitum erat intrare semel per annum in sancta sanctorum, vt dicitur. Hebreorum, 9. Tertio, quantum ad potestatem, quam habebat supra totum ordinem ministrantium [Et figam illum paxillum] diminutiuum de palo: sicut enim super palum aliquando suspenduntur diuersa vasa, ita ad curam ipsius pertinebant diuersa officia, quæ habent vsum diuersorum vasorum in ministeriis domus domini [in loco fidelium] scilicet templo. De hac potestate dicitur. Numer. 2. & 24. [In die illa &c.] hic contra sacerdotium totum, quod destructum est tempore Sedechiæ captiuante Nabuchodonosor. Quæ enim dicta sunt de Sobna pertinēt ad tempus Senacherib [auferetur paxillus] Et uocatur hic paxillus, ipsum sacerdotium, quod cessauit tempore captiuitatis. Osee 3. Dies multos sedebunt filii Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, sine Ephot, & sine Teraphim. Nota super illo verbo [Qui habitat in tabernaculo] Quia est multiplex tabernaculum. Primum, carnalis concupiscentiæ, quod est porcorum. Hebre. vltimo. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Secundum, est temporalis, & naturalis vitæ, quod est hominis. 2. Pet. 1. Certus sum enim, quòd velox est depositio tabernaculi mei. Tertium, est militantis ecclesiæ, quod est pugnantium. supra. 3. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu. Quartum est contemplatiuæ sapientiæ, quod est quiescentium. Psal. 132. Introibimus in tabernaculum eius. Quintum, est cælestis patriæ visionis æternæ, quæ est omnium beatorum infra 33. Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentam, tabernaculum quod numquam transferri poterit.

CAP. XXIII.

Onus Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus, vnde venire consueuerant, de terra Cethim reuelatum est eis. Tacete qui habitatis in insula, negociatio Sidonis. Transfretantes mare, repleuerunt te. In aquis multis, semen Nili, messis fluminis fruges eius, & fa-

CAP. XXIII.

In parte ista commatur contra Tyros, qui populo dei iungebantur mercationum societate. Et diuiditur in duas. Primo, comminatur destructionem, quæ facta est a Nabuchodonosor. In secunda, promittit liberationem, ibi [Et erit post septuaginta &c.] Circa primum tria ponit. Primo, compatientium tristitiam. Secundo, timentium fugam. ibi [Transite &c.] Tertio, destructionis pœnam ibi [Dominus mandauit &c.] Circa primum tria ponit. Primo, dolorem mercatorum ponens eorum planctum [Vlulate naues] scilicet Chartaginenses. Apoc. 17. Mercatores terræ, de virtute diuitiarum eius diuites facti sunt. Et planctus mœrentium [vastata est domus] idest Tyrus [venire consueuerat] negotiatio, & etiam cognoscendi modum [de terra Cethim] idest Grecia. 1. Machab. 1. Eggressus de terra Chetim Darius. Secundo, ponit stuporem [tacete] adiungens tria in quibus gloriabatur, scilicet imputa-

cta est negociatio gentium. Erubesce Sydo ait mare, fortitudo maris dicens. Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. Cum auditum fuerit in Aegypto, dolebunt cum audierint de Tyro. Transite maria, vlulate, qui habitatis in insula. Numquid nō hæc vestra est, quæ gloriabatur a diebus pristinis ī antiquitate sua? Ducent eam pedes sui longe, ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc super Tyrum, quondam coronatā? Cuius negociatores principes, institores eius inclyti terræ. Dominus exercituū cogitauit hoc, vt detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. Transi terram tuam, quasi fluuium filia maris, non est cingulum vltra tibi. Manum suam extendit suum mare, conturbauit regna. Dominus mādauit aduersus Chanaam, vt contereret fortes eius. Et dixit. Non adijcies vltra vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sydonis. In Cethim consurgens trāsfreta, ibi quoque non erit requies tibi. Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit. Assur fundauit eam. In captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinā. Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa, in obliuione eris o Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius. Post septuaginta annos, erit Tyro quasi canticum meretricis. Sume tibi cytharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticum, vt memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas, & rursū formicabitur cū vniuersis regnis terræ super faciē terræ, & erunt negociationes eius, & merces eius sanctificate domino. Non condentur neque reponentur, quia his, qui habitauerint corā domino erit negociatio eius, vt manducent in saturitatē, & vestiantur vsque ad vetustatem.

tione loci] qui habitatis. [In multitudine mercimonii] negotiatio [idest in qua negociantur] repleuerunt] diuitiis in abundantia frumēti] semen Nili fluminis] est [messis & truges eius] scilicet Tyri, quia de Aegypto veniebat eis multum de tritico. [Et ideo facta est negotiatio gentium.] Ezech. 27. Dices Tyro, q̄ habitat in introitu maris, negociationi populorum ad insulas multas &c. Tertio, ponit confusionē vicinorum. Et primo Sydoniorum quorū Colonia Tyrus erat [mare] .i. marini negociatores [ait o Sydon erubesce] quia non defendisti Tyrū [quia fortitudo maris] .i. Tyrus est [dicens, non parturiui] ad defensiōem Tyri. Vel aliter [Sydon ait. O mare, fortitudo maris] idest terræ, [erubesce] idest non valuit mihi parturiuisse, q̄a capta sum. Vel aliter [Mare] idest [fortitudo maris] idest negociatores qui fortes sunt ī mari [ait Erubesce Sydon, dicens non parturiui] ad defensionem Tyri, vel aliter [Sydon ait mare fortitudo maris] idest Tyre, erubesce tu Tyre, dicens quæ sequentur. Vel Sydon dicens: cum vos ex me geniti sitis o Tyre, ita capti estis ac si non parturissem. Secundo, Aegyptiorum [Cum auditum] 1. Regum 3. Ecce ego faciam verbum in Israel: quod quicumque audierit tinnient aures eius [Transite &c.] Hic prædicit fugam timētiū, quantum ad illos, qui Nabuchodonosor impugnante ciuitatem fugerunt in Aegyptum cum nauibus. Et primo hortatur ad fugam. Secundo, ad fugæ constantiam, vel festinantiam, ibi [Trāsi terram &c.] Circa primum tria. Primo, timentium fugam. [transite] Vos fugientes [vlulate remanentes supra. 16. Derelictæ sunt propagines eius, transierunt mare. Secundo, remanentiū ignominiam [Numquid] Et circa hoc duo facit. Primo, prædicit ignominiam, commemorans primo, pristinam gloriā [numquid non hæc vestra] scilicet ciuitas, [ducēt] quantum ad captiuatos, Baruc.4. Delicati mei ambulabunt vias asperas. Tertio, admirationem: ponens, Primo, admirantis quæstionem, [quis cogitauit coronatam] quasi reginam aliarum ciuitatum [principes] præ nimiis delitiis. Ezech. 26. Quomodo peristi, quæ habitas in mari vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari, cum habitatoribus tuis? Et subiungit responsionem [dominus exercituum, vt detraheret superbiā &c.] Iob. 40. Disperge superbos in furore tuo, & respiciens omnē arrogantem humilia. [Transi terrā &c.] Hic hortatur ad velociter fugiendum. Et primo, ponit exhortationem [transi quasi fluuium] quod cito nauigio transitur. Hier. 46. Vasa transmigrationis fac tibi, habitatrix filia Aegypti. Secundo, assignat rationem ex parte ipsorum. [Non est cingulum vltra tibi] idest fortitudo. Aliter ex parte dei] manum suam extendit super mare [super 11. Desolabit dominus linguam maris Aegypti] Dominus mandauit &c. [Hic comminatur destructionem. Et primo, persecutionis flagellum. Secundo, prædicit compassionis planctū ibi [Vlulate &c.] Tertio, determinat destructionis tempus ibi] Et erit in die illa &c. [Circa primum, tria facit. Primo, denuntiat diuinā indignationem, ponens præceptum] mandauit [Nabuch. aduersus Chanaā,] in qua est Tyrus, 4. Reg. 18. Dn̄s dixit mihi, ascende ad terram hanc, & demolire eā. Et finem intentum. [Et dixit: non adicies vltra vt glorieris calumniam substinens] accusata de superbia. Hierem. 10. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitiis suis. Excludit etiam remedium. [In Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.] Deut. 28. In gentibus quoque illis non quiesces, nec erit requies vestigio pedis tui. Secundo, ponit hostium fortitudinem. [Et ecce terra Chaldæorū talis populus non fuit] ante eos. [Assur] vel Nabuch. [fundauit eam.] Dan. 4. Nonne hæc est Babylon, quam edificaui? Tertio, ponit destructionem, quantum ad captiuationem hominum. [In captiuitatem transduxerunt robustos.] supra. 5. Descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosique eius, ad eum. Quantum ad destructionem domorum [suffoderūt] domos. supra. 17. Erit sicut aceruus lapidū in ruina. [Vlulate &c.] Hic ponit planctum. [Et erit &c.] Hic determinat tempus. [sicut dies regis vnius.] qui raro etiam tantum viuit. infra 49. Dereliquit me dominus, & dominus oblit⁹ est mei. [Post septuaginta āt &c.] Hic promittit liberationem. Et primo, ponit liberatorum cantum, ponens canendi tempus. [Post septuaginta quasi cāticum mæretricis] quæ abiecta a viro, per cātilenas in quibus cōmemorat pristinam dignitatem, se iactitat, & commouet aliorum ad misericordiam. Ponit etiam canticum quantum ad instrumentum. [sume tibi cytharam.] Quantum ad locum. [Circui ciuitatem,] quantum ad modum. [bene cane.] quantum ad numerum, [frequenta.] Ponit etiam fructum. [vt memoria tui sit.] Hierem. 3. Vulgo dicitur. Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nūquid reuertetur ad eum vltra? Secundo, promittit liberantis beneficium. [Et erit post.70. &c. fornicabitur] idest negociabitur. Hierem. 30. Glorificabo eos, & non attenuabuntur. Contra. Ezech. 27. Ad nihilum deducta es, & non eris in perpetuum. Gloss. ibi. idest in memoria quæ est vita vnius hominis, quod est per septuaginta annos. Psalm. 89. Dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni. Tertio, ponit liberationis fructum. [Et erunt.] infra. 60. Aurum pro ęre afferam, & pro ferro afferam argentum. [Nota super illo verbo. [sume cytharam.] Quòd per cytharam significatur recta vita. Primo, quantum ad carnis mortificationem, propter chordarum materiam. Psal. 70. Psallam tibi in cythara sanctus Israel. Secundo, quantum ad virtutum connexionem, propter cantus concordantiam. supra. 16. Venter meus ad Moab, quasi a cythara sonabit. Tertio, quantum ad dulcedinem boni operis, propter audiētis lætitiam. Iob. 21. Tenent typanum & cytharam, & gaudebunt ad sonitum organi. [Item, nota super illo verbo. [Circui ciuitatem.] Quia debet homo circuire ciuitatem. Primo, proprie conscientiæ, recogitando peccata. Eccl. 12. Circuibunt in plateis plangentes, antequàm rumpatur funiculus argenteus. Secundo, militantis ecclesiæ, immitando iustorum exempla. Psa.47. Circundate syon & complectimini eam. Tertio cælestis patriæ, cogitando sanctorum præmia. Cant. 3. Surgam & circuibo ciuitatem. [Item, nota super illo verbo. [bene cane.] Quòd debet homo bene canere. Primo, hilariter. Psal.146. Deo nostro iucunda sit laudatio. Secundo attente, primæ Corinth. 14. Psallam spiritu, psallam & mente. Tertio, deuote. 2. Parali. 29. Obtulit populus hostias, & laudes mente deuota. [Item, nota super illo verbo. [frequēta canticum, quòd debet frequentari. Primo, propter ipsius magnitudinem. Eccles. 43. Glorificantes dominum quantumcumque potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Secundo, propter bonorum interiorum multitudinē. Psalm. 107. Cantate, exultate & psallite. Tertio, propter peccatorum abundantiam. Psal. 118. Septies in die laudem dixi tibi, domine deus meus ne perdas me.

CAP.

CAP. XXIIII.

IN parte ista comminatur destructionem totius terræ, vel quæ facta est in singulis regnis & diuersis partibus. Vel quæ futura est in die iudicii, secundum quòd supra 14. est dictum. Hoc est consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc manꝰ extēta sup vniuersas gētes. Quàmuis quidam hic exponant de terra Iudęorum. Vel de terra Babylonis, vel de terra Idumeorum. Diuidit autē in duas. Primo, comminatur contra terræ habitatores. In secunda, contra populorum gubernatores, ibi [Et erit i die &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, destructionem hominum. Secundo, subtractionem gaudiorum. ibi [Luxit vīdemia &c.] Tertio, multitudinē periculorum, ibi. [Pręuaricatores &c. Circa primum tria. Primo, comminatur destructionem [nudabit] euacuando habitatoribus [dissipabit] priuando cultoribus [affliget] diuersis pęnis [faciem] idest habitantes in superficie. [Disperget] in diuersa diuidendo per captiuitatem, Ioel. 1. Nudās spoliauit eam, & ꝓiecit Secundo, destructionis vniuersalitatem, quantū ad punitos, adæquans differentes dignitate [sicut populus] conditione [sicut seruus] rerū possessione [sicut emens.] Io. 3. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber a domino suo. Quantum ad diuersitatem pœnarum [dissipationem] ponens rerum amissionē, quantum ad immobilia] dissipabitur] quantum ad mobiliā [prædabitur] Hiere. 12. Desolatione desolata est omnis terra, quantum ad potentiæ deiectionem [luxit & defluxit] præteritum pro futuro, idest defluet lugens pro infirmitate, & hoc est. [Infirmata est] vt hoc dictum sit, quantum ad populares. Secundo, quantum ad potētes, [defluxit orbis] .i. rectores orbis. supra. 13. Visitabo super orbis mala. Ponit etiā hominum interfectionem. [Et terra.] Psal. 105. Interfecta est terra. Tertio, ostendit pœnæ æquitatem, quia transgressi sunt. Et hoc per cōparationem ad culpā. Vnde duo facit. Primo, ponit culpā [leges] scriptas, vel naturales [ius] consuetudinis, [fœdus] amicitiæ [sempiternū] quia ex similitudine speciei causatum. Osææ. 8. Transgressi sunt fœdus meum, & legē meam pręuaricati sunt. Soph. 3. Polluerunt sanctuarium meū, iniuste egerunt contra legē. Secūdo, cōminatur pœnam pp hoc, quadruplicē. Primo, diuinæ maledictionis [Maledictio] Hiere. 23. A facie maledictionis luxit terra. Secundo, diuinæ desertionis [Peccabunt] q.d. domino eos derelinquente. Rom. 1. Propterea tradidit eos deus in passiones ignominiæ. Apoc vlti. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Tertio, infatuationis. [Ideoque insanient.] Psal 57. Conuersi sunt in arcū prauū. Quarto, diminutionis [derelinquētur] Deut. 28. Remanebitis pauci numero. [Luxit vindemia &c.] Hic cōminatur subtractionem gaudiorum, quantum ad malos. Et secundo, gaudia bonorum, ibi. [Quomodo si paucæ &c.] Et circa primum, tria. Primo, ponit cessationē letitiæ quæ ex tribus erat: vel in fertilitate rerum. [Luxit vindemia, deficiens, idest causa luctus fuit. supra 16. In vineis non exultabit, neque iubilabit, vel in exercitio ludorum [cessabit gaudium.] Apoc. 8. Vox cytharedorum cytharizantium in cytharis suis, vel in deliriis conuiuiorum [cum cantico non bibent &c.] supra 5. Cythara & lyra & tympanum & tybia & vinum in conuiuiis vestris. Se-

CAP. XXIIII.

ECCE dominus dissipabit terram, & nudabit eam: & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos, & sicut seruus sic dominus eius, & sicut ancilla, sic domina eius. Sicut emēs sic ille qui vendit, sicut fœnerator sic is, qui mutuum accipit, sicut q repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione ꝑdabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ. Et terra īterfecta est ab habitatoribꝰ suis, qa transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerūt fœdus sempiternum. Propter hoc, maledictio uorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui lętabātur corde. Cessauit gaudium tympanorū, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo cytharæ. Cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum. Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt excutiantur ex olea,
G & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus hinnient de mari. Propter hoc, in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini dei Israel. A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iusti. Et dixi. Secretū meum mihi, secretum meū mihi. Væ mihi. Præuaricantes præuaricati sunt, & pręuaricatione transgressorū pręuaricati sunt. Formido, & fouea, &
H laqueus super te, q habitator es terræ. Et erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueam: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo, quia chatharactę de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra. Com-

F cundo, ponit recompensationem tristitiæ [amara] quia in conuiuiis tristitiam habebunt, contra delitias conuiuiorū Amos 7. Conuertam festiuitates vestras in luctum [Attrita] contra vanitatem ludorum. Psal. 38. Vniuersa vanitas. Eccl. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas [ciuitas Babylonis, quælibet anima [Clamor] conquerentium de defectu vini, contra fertilitatem. Amos 5. In omnibus vineis erit planctus. Tertio, cōcludit commutationem [deserta] commutata in tristitia. Luc. 6. Væ vobis, q ridetis, quia flebitis. Prou. 14. Risus dolore miscebitur [Quomodo &c.] Hic ponit gaudia bonorum. Et primo prædicit laudem futurorum, quorum prædicit salutem. [Quomodo si paucæ] pauci saluabuntur respectu aliorum. supra. 17. Relinquetur in ea sicut excussio oleæ, duarum aut trium oliuarum. Et ponit ipsorum laudem [hi laudabunt. Hinnient] sicut equi ad significandum magnam letitiā. infra. 52. Vox speculatorum tuorum. Leuauerunt vocem, simul laudabunt. Secundo, inducit laudem præsentibus, ibi [Propter hoc &c.] Et primo, ponit præceptum [in doctrinis] idest docendo alios. Alia translatio [laudationibus.] Eccles. 43. Glorificantes dominum quantumcumque potueritis, superualebit ad huc. Secundo, designat præcepti explementum [a finibus terræ iusti] idest Christi. infra 62.
I Ecce dominus auditum faciet in extremis terræ. Tertio, implentium præmium. [Et dixi. Secretum] de præmiis eorum 1. Cor. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se [mihi] soli [Væ mihi] quia non, possum aliis enarrare. 2. Corinthiorum. 12. Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui. De pœnis damnatorum. Væ mihi quantas pœnas video. Et sic tenet se cum parte sequenti. [Præuaricantes &c.] Hic comminatur multitudinem periculorum. Et circa hoc, duo facit. Primo, arguit diuersitatem peccatorum. [Præuaricantes] omittendo, transgressi] committendo. Psal. 118. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Secundo, comminatur multitudinem periculorum. Et primo ponit hanc multitudinem. [formido] Loquitur ad similitudinem eorum, qui præ timore insequentes fugiunt supra 8. Cadent & conterentur, & irretientur & capientur. Secundo, euadendi impossibilitatem. [Et erit qui fugerit] quasi di-
K cat, decidet in Sillam, cupiens vitare Charybdim. Ioel. 1. Residuum erucæ comedit bruchus. Et assignat causam, quia de cælo & de terra veniet eis tribulatio. Et hoc est [chataractæ] idest occulti meatus, per quos aqua transit. Gen. 7. Chataractæ cæli apertæ sunt. Tertio, ostendit reparationis impossibilitatem sub triplici similitudine, scilicet rei diuisæ, quæ non integratur [confractione] quantum ad partes magnas, [contritione, quantum ad paruas. Amos. 9. Ecce oculi domini super regnum peccans, & conteram illud a facie terræ. Et per similitudinem rei commotæ & quæ non stabilitur. [commouebitur] de loco ad locum [Agitabitur] quasi tremens in proprio loco [sicut ebrius] per similitudinem tentorii viatoris, quod in eodem loco non firmiter figitur.] Et quasi tabernaculum] infra 38. Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me quasi tabernacula pastorum. Et assignat causam [Et aggrauabit] quasi pondus graue, vt non resurgat. Psa. 37. Iniquitates meæ, sicut onus graue grauatæ sunt super

super me. [Et erit &c.] Hic agitur contra populorum gubernatores. Et circa hoc, tria ponit. Primo, ponit eorum pœnam. [In die illa] iudicii [militiam] .i. dęmones, & super eosdem] reges.] Io. 12 Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Vel ēt malos reges. [Congregabuntur.] simul in infernum Matth. 25. Qui paratus est diabolo, & angelis eius [fascis.] Matth. 13. Alligate ea in fasciculos ad comburendum: vt sint similes in pœna, qui fuerūt similes in culpa. Vel [in die illa], s. destructionis singulorum regnorum [militiam] idola, s. solis & lunæ, & aliarum stellarū. 4. Reg. 21. Adorauit omnē militiam cæli. [Et cōgregabuntur] per destructionē. infra. 34. Tabescet omnis militia cælorum. Secundo, determinat miseriam quantum ad tempus. [& post multos dies visitabuntur] quia post quantumlibet tempus tormētis puniētur in æternū. Matt. 25. Ite, maledicti in ignē æternum. Vel in die iudicii: vt statim ad infernū pacto iudicio redeant: vel secundum aliam expositionem consolabuntur, quia post tempestatem, omnibus aliquam trāquilitatē facit. Tertio, punientis gloriam. Et primo, iudicis. [Et erubescet Luna & confundet Sol] .i. splendor eius nihil reputabitur comparatione splendoris corporis Christi. Ioel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequàm veniat dies domini magnus, & terribilis. Vel cultoris Solis, & Lune. Secundo, assessorum. [Cum regnauerit: Senum.] supra. 3. Dominus ad iudicandum veniet cum senatoribꝰ terræ. [Nota super illo verbo [amara potio.] Quia potio peccati est amara. Primo, propter conscientiæ remorsum. Prouer. 5. Nouissima illius amara sunt. Secundo, propter mortis metum. Eccle. 41. O mors, quàm amara est memoria tua. Tertio, propter diuinę dulcedinis defectum. Hier. 2. Scito, & vide: quia malum, & amarum est reliquisse te dominum deum tuum. Quarto, propter pęnitentiæ planctum, infra. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Nota super illo verbo [secretū.] Quia dei magnalia sunt secreta. Primo, propter eorum magnitudinem, Matth. 19. Non omnes capiunt verbum hoc. Io. 3. Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis? Secundo, propter eorum dignitatem. Matth. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis. Tertio, propter aliorum inidoneitatem. Matth. 7. Nolite sanctū dare canibus. Nota super illo uerbo. [Et erit in die illa. Visitabit.] Quòd est visitatio domini, multiplex. Prima, condemnationis. Hier. 8. In tempore visitationis suæ corruent. Secunda, correptionis. Psa. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Tertia, consolationis. Luc. 1. Visitauit nos oriens ex alto.

CAP. XXV.

HIc ponitur gratiarum actio. Et primo, de populi exaltatione. Secundo, de ipsius iustificatione. Cap. 26. [In die illa &c.] Tertio, de paterna correptione. cap. 27. [In die illa.] Prima, in duas. In prima, ponitur gratiarum actio.] Exaltabo te] idest in aliis alte te prædicabo. [Confitebor] in me ipso gratias agendo. Psal. 9. Confitebor tibi domine in toto corde meo. Secundo, ponitur natura gratiarum actionis. [Quoniā fecisti.]

motione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra sicut ebriꝰ, quasi tabernaculum vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & nō adiiciet vt resurgat. Et erit in die illa visitabit dominus super militiam cæli in excelso, & super reges terræ qui sunt sup terram, Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacū, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit dominus exercituum in monte Syon, & in Hierusalē, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

CAP. XXV.

DOmine deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, Amen. Quia posuisti ciuitatem in tumultum, vrbē fortem in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternū non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis: ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, vmbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis, & quasi calore sub nube torrente, propaginem
B fortium marcescere facies. Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defęcatæ. Et præcipitabit in monte isto, faciem uinculi colligati super omnes populos: & telam quam orditus est, super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum. Et auferet dominus deus lachrymam ab omni facie, & oppro-
C brium populi sui auferet de vniuersa terra: quia dominus locutus est. Et dicent in die illa. Ecce deus noster iste: expectabimus eū, & saluabit nos. Iste dominus, sustinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari eius, quia requiescet manus domini in monte isto. Et triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et extendet manus suas sub

A Et primo in generali, quantum ad magnitudinem factorum [mirabilia.] Iob. 5. Qui facit magna, & inscrutabilia: quantum ad impletionem promissionum. [Fideles.] Eccl. 36. Da mercedem domine timentibus te: vt prophetæ tui fideles inueniātur. [Amen.] idest vere. Secundo, in speciali, ibi. [Quia posuisti &c.] Et primo, opera quæ pertinēt ad depressionem malorum. Secundo, quæ pertinent ad exaltationem bonorum, ibi. [Et faciet dominus &c.] Circa primum, tria. Primo, cōminatur pœnæ flagellum. Scd'o, pęnæ fructū, ibi. [Sup hoc &c.] Tertio, punitionis modū. ibi [Sicut &c.] Dicit ergo primo. [Ciuitatē.] Hierusalem [alienorū] a deo, s. Iudæorū [in sēpiternū nō ædificetur:] quia nec in eodem postea loco constructa est. supra. 17 Ecce Damascus desinet ciuitas esse. Mich. 3. Sion, quasi ager arabitur, & Hierusalem, quasi aceruus lapidum erit. Vel de Babylone, siue de quælibet alia ciuitate gentilium eis aduersantiū. [Sup hoc &c.] Hic ponit fructum in subiectione hominum ad deum. Et primo, ponit duo signa subiectionis. Primo, laudem. [laudabit fortis.] quantumcunque ubi subiectus, vel populus gentilis fortis in pas-
D sionibus. Secundo, timorem [timebit te:] quæcunque [ciuitas.] infra. 60. Fortitudo gentium venerit tibi. Secundo, assignat rationem, quam primo ponit: [quia factus es pauperi] qui parū habet, & si sufficiens sibi [egeno] qui eget. Psal. 93. Factus est mihi dominus in refugium, & deus meus in adiutoriū spei meæ. Secundo, ponit similitudinem. [spes] defensionis [a turbine] propter uiolentiam persequentis [vmbraculum] consolationis. [ab æstu.] propter afflictionem persecutionis. infra. 32. Erit vir sicut qui absconditur a vento, & cælat se a tempestate. Tertio, ponit expositionem [spiritus] idest indignatio, & superbia. supra. 21. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit: de terra horribili. [Sicut estus &c.] Hic ponit punitionis modum, quantum ad afflictionem [Sicut æstus in siti] affligit [tumultū] superbum clamorem, quantum ad sterilitatem, [& quasi calore sub nube] adunata ex vento australi: quę etiam quandoque pp nimium calorem, fructus vitis destruunt. Iac. 1. Exortus est sol
E cum ardore, & arescit fœnum, & flos eius decidit. [Et faciet dominus &c.] Hic ponit ea, quæ pertinent ad exaltationem bonorum. Et hoc, tripliciter. Primo, quantum ad abundantiam honoris, quam describit sub metaphora [conuiuium] quod paratur de animalibus pinguibus, & vino depurato [in monte hoc:] quia ibi Christus passus est: vnde nobis omnia bona prouenerunt: vel quia ibi iudicabit, vt dicitur. Matth. 22. Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia sunt occisa. Secundo, quantum ad subtractionem malorum. [Et præcipitabit.] Quantum ad mortis pœnam, quam nominat vinculum, inquantum iusta dei sententia, ordinata est. Primæ Corinthiorum. 15. Absorta est mors in victoria. Osee. 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus, ero inferne. Doloris tristitiam. [Et auferet.] Apocalip. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum. Confusionis ignominiam. [Et opprobrium.] Supra. 4. Auferam sepem eius, & erit in direptionem. Quidam referunt, hoc ad iudicium præstitum in morte Holo-

fernis, qui contra omnes gentes veniebat, & similiter de conui tio, & ponit gratiarum actionem. [Et dicent, sustinuimus] patienter expectando. Eccl. 2. Metuentes dominum sustinete misericordiam eius. Et ponit rationem [quia requiescet] cũ quo nihil malum potest esse. psal. 131. Hæc requies mea in sæculum sæculi. Tertio, quantum ad hostium oppressionem, scilicet Moabitarũ, qui pp somnum, maxime ei: infesti erant. Et primo, ponit eorũ afflictionẽ [Triturabit.] Amos 1. Triturauerunt in plaustris ferreis Galaad. Secundo, plenariã subiectionem [Extẽdet manus] quasi prostratus, & petes misericordiam, vel auxilium. infra 49. Vultu in terra demisso adorabũt te. Et munitionum destructionem [& munimenta] de quib⁹ habetur, supra 6.

Nota super illo verbo [Confitebor nomini.] Quia est multiplex cõfessio. Prima, humilitatis. Iac. vlt. Confitemini alterutrum peccata vestra. Secũda, veritatis. Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autẽ confessio fit ad salutem. Tertia, laudis. psal. 32. Confitemini domino in cithara. Quarta, gratiarũ actionis, supra 12. Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Item, nota super illo [Amen.] Quia Amen est hebraũ, & quãdoque est verbum, idest fiat. Deuter. 27. Et dicet omnis populus. Amẽ. Quandoque aduerbium, idest vere. Io. 6. Amen amẽ dico vobis. Quandoque nomen, idest veritas. Apoc. 3. Hæc dicit. Amen. Quãdoque est græcum, idest sine defectu, ab a, quod est sine, & men, quod est defectus. Rom. 9. Qui est deus benedictus in sæcula Amen. Nota super illo verbo [Conuiuium pinguium.] Quia est triplex conuiuium. Primum, familiare militãtis ecclesiæ. In quo proponit tria. Primo, amaritudinem passionis. Exod. 12. Comedetis illud cum lactucis agrestibus. 1. Cor. 13. Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat. Secundo, dulcedinem dilectionis. Sap. 16. Panem de cælo præstitisti eis sine labore: omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Tertio, pinguedinem, quantum ad effectum. psal. 22. Impinguasti in oleo caput meum. Secundũ, est conuiuium priuatum animæ. In quo proponit tria. Primo, vinum amoris. Can. 1. Meliora sunt vbera tua vino. Secundo, mel contemplationis. psalm. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Tertio, lac depurationis ad crescendum in perfectum. 2. Petr. 1. Rationabiles sine dolo, lac cõcupiscite. Tertium, est conuiuium solenne cælestis curiæ. In quo proponit tria. Primo, vinum ad ebrietatem. Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi. Secundo, [mel] ad satietatem. psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tertio, [lac] ad perfectionem cordis, & animæ. Cant. 5. Oculi tui sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ.

CAP. XXVI.

IN parte ista gratias agit de populi iustificatione. Et diuiditur in duas. In prima, prædicit iustorum statum. In secũda, ostendit iustitiæ fructum, ibi [Vetus error &c.] Circa primum duo. Primo enim, prædicit iustorum fiduciam [In die illa] Post eo, sicut extendit natans ad natandum, & humiliabit gloriam eius cum allisione manuũ eius. Et munimenta sublimium murorũ tuorum concident, & humiliabuntur & detrahentur in terram, usque ad puluerem.

CAP. XXVI.

IN die illa cantabitur canticũ istud, in terra Iuda. Vrbs fortitudinis nostræ Syon, saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, custodiens ueritatem. Vetus error abiit, seruabis pacem, pacẽ, quia in te speraui mus. Sperastis in domino in sæculis æternis, in domino deo forti in perpetuum. Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum. Et in semita iudiciorum tuorum domine sustinuimus te, nomẽ tuum, & memoriale tuũ, in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iustitiã. In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam domini. Domine exaltetur manus tua, vt non videant: videant, & confundantur zelãtes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra, operatus es nobis. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te tantum in te recordemur nominis tui. Moriẽtes nõ viuant, gigantes non resurgant. Propterea visitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. Indulsisti genti domine, indulsisti genti. Numquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terræ. Domine in angustia requisierũt te, in tribulatione murmuris, doctrina tua eis. Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Iustitiã non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores terræ. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tu⁹, & terram gigantũ detrahes in ruinam. Vade populus meus intra in cubicula tua, claude ostia tua sup te. Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terrę contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos.

CAP. XXVII.

IN die illa, visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super leuiathan, serpentem vectẽ, super leuiathan serpentem tortuosum,

F reditum de captiuitate, & afflictionem Moabitarum a Machabæis. Vel post Christi aduentum. [O Syon saluator.] Christus, vel iudas Machabæus est [vrbs fortitudinis in ea] scilicet protectione [ponetur murus, & antemurale.] Christi tantum. Ad literam, tempore Machab. [murus] idest defendens, vel mũrus Christus. [Antemurale] scilicet prophetæ: vel aliter [syon] est vrbs [saluator] deus, vel Christus, vel Iudas machabe⁹ [murus] idest defendens sicut murus. Prouerb. 18. Turris fortissima, nomen domini. Zac. 2. Ero eis ait domin⁹ murus ignis in circuitu. Secũdo, dũs prædicat eorum iustitiam, dicens ad angelos [Aperite portas] cęli vel virtutis clausas peccatis: vel ad literam, nõ oportet vos claudere portas propter infideles, qa omnes erunt iusti psal. 117. Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. [Vetus error &c.] Hic ponit iustitiæ fructum, scilicet pacem, de qua, Primo ponitur populi petitio, quæ tria continet. Ponitur enim idoneitas petẽtium [Vetus error] scilicet idolatriæ. 2. Corinth. 5. Vetera transierunt: postulatur pacis beneficiũ [seruabis pacem] corporis & aiæ: infra. 32. Sedebit popul⁹ meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis iustiæ & in requie opulẽta, allegatur pacis meritum: [quia in te speraui mus.] Eccl. 2. Quis sperat in domino & confusus est? Secundo, ponitur prophetæ respõsio, qui est mediator inter populum & deum. [Sperastis.] Et diuiditur in tres. In prima, ponitur pacis promissio. In secunda, pacis impetratio ibi. [Semita &c.] In tertia, impetratæ pacis denunciatio, ibi. [Iustitiam &c.] Circa primũ tria. Primo, cõcedit meritum. [Sperastis in domino in sæculis] idest semper psal. 27. In ipso speraui cor meum, & adiutus sum. Secũdo, adnibet consiliũ [in domino deo] supple sperate. Matth. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Tertio, promittit pacis beneficium, pro destructione hostium [quia incuruabit habitantes] Iudęi referunt ad Romanos. Potest autem referri ad quoslibet ipsorum hostium. Vel mistice ad ipsos Iudæos, supra 25. Munimenta sublimium murorum tuorum corruent. Et adiungit destruentiũ conditionem. [Conculcabit eã pes pauperis] iudæi qui parũ habet [egenorum] qui eget plura habere. Vel si mistice, ponit meritum destructionis Iudæorum propter pauperem Christum, de quo in psalm. 69. Ego autem egenus sum, & pauper. Et alibi 21. Ego sum pauper, & dolens. [egenorum] discipulorum. Semita iusti &c. Hic ponitur quasi disceptatio prophetæ cum domino, ad impetrandam petitionem populi. Et primo, inducit ad puniendum hostes per argumenta. Secundo, per experimenta, ibi [Indulsisti &c.] Circa primum, duo facit. Primo, inducit vt puniat. Secundo, vt in pœna detineat, ibi [Morientes &c.] Circa primum, tria. Primo, inducit ad iustitiam. Secundo, excludit misericordiam, ibi [Misereamur &c.] Tertio, determinat pœnam, ibi [Et non videbit &c.] Prouocat autem ad iustitiam, tria imponens. Primo, iustitiæ rectitudinem, ibi [semita iusti] idest iustitiæ. Sapient. 10. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Secundo, afflictorum expectationem proponens tria, scilicet ipsam expectationem [in semita] idest, per pœnam iudiciorum tuorũ, quibus nos vindicas, & liberas, Psalm. 118. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Expectantium

pectantium desiderium. [nomen tuum.] Hier. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. Desiderii assiduitatem: [quia die, & nocte] idest omni tempore. Vel in prosperis, & aduersis. [anima mea.] Cant. 3. In lectulo meo, quæsiui quem diligit anima mea. Psalm. 62. Deus deus meus ad te de luce vigilo. Tertio, proponit iustitiæ vtilitatem. [Cum feceris iudicia.] Psa. 9. Cognoscetur dominus iudicia faciens. [Misereamur &c.] Hic excludit misericordiam. Et circa hoc, duo facit. Primo, dominus interroganti proponit misericordiam. [misereamur.] Psa. 118. Misericordia domini plena est terra. Secundo, propheta excludit ipsam, propter eius inutilitatem. [& non discet.] Eccl. 8. Quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore vllo filii hominum perpetrant mala. Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps, & propter peccati grauitatem: propter sacri loci prophanationem? [in terra sanctorum.] Psal. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. Hier. xi. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? [Et nõ videbit &c.] Hic ponitur disceptatio de pœna determinanda. Et primo, dominus interrogat. [Et non videbit] quasi dicat. Nunquid debeo hanc pœnam sibi dare, quòd non videat? Vel remissiue, & sufficit hoc ad pœnam. Secundo, propheta respondet. [Domine exaltetur.] Tertio, dominus pœnam determinat spiritualem. [Videant, & confundantur.] Apocalip. 1. Videbit eum omnis oculus: in gloria humanitatis, non diuinitatis. Et corporalem. Apocal. 19. Missi sunt in stagnum ignis. Quarto, propheta congaudens consentit, prponens duo bona consequentia ex dicta pœna, scilicet pacem populi. Ergo [domine] hoc facto [dabis pacem.] & hoc de te speramus. [omnia enim.] Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere. [operatus es] opera, idest pœnas quibus sufficienter nos purgasti, infra. 40. Suscepit de manu domini duplicia. Secundo, laudem dei.] Domine deus possederunt.] Et ideo laudi tuæ vacare nõ potuimus. [tãtum in te:] non habentes alium deum cui soli vacemus. Tren. vlti. Serui dominati sunt nostri. Nota super illo uerbo. [vrbs fortitudinis.] Quòd Christus est vrbs fortitudinis nostræ: quia nos confirmat. Primo in fide 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Secundo, in spe. Heb. 6. Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Tertio, in charitate. Eph. 3. In charitate radicati, & fundati. Luc 12. Ignem ueni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? Quarto, in opere. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Quinto, in tentatione, 1. Corin. 10. Fidelis deus, qui non permittet vos tentari supra id, quod potestis. Sexto, in accusatiõe. Primæ Io. 2. Aduocatũ habemus apud patrẽ Iesũ Christum. Septimo, in remuneratione. Apoc. 3. Faciam illum columnam in templo dei mei. Item, nota super illo verbo [aperite.] Quòd aperire debemus portas per meditationem. Primo, infernalis miseriæ, infra. 38. Vadam ad portas inferi. Secundo, iustæ vitæ. Prouerb. vlti. Laudent eam in portis opera eius. Tertio, cælestis gloriæ. Psal. 147. Confortauit seras portarum tuarum. Item, nota super isto verbo. [Pacem.] Quod tria sunt, quæ faciunt pacem in præsenti. Primo, contemptus temporalis opulentiæ, infra. 57. Cor impii quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Secundo, subiugatio carnalis concupiscentiæ. Eccl. 44. Pacificantes in domibus suis. Tertio, contemplatio diuinæ sapientiæ. Psal. 75. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Syon. Item, nota super illo uerbo. [Semita iusti.] Quòd est via iustitiæ recta. Primo, propter itineris breuitatem. Sap. 6. Ambulauimus vias difficiles. Secundo, propter situs æqualitatem: quia rectum est illud cuius medium non discrepat ab extremis. Io. 13. Sciens quia a deo exiuit, & ad deum vadit. Tertio, propter pulchritudinem. Hier. 31. Benedicat tibi dominus, pulchritudo iustitiæ mons sanctus. Item, nota super illo verbo [pacem.] quod tria sunt, quæ faciunt pacem in futuro. Primo, bonorum vbertas. Psalm. 147. Posuit fines tuos pacem. Secundo, malorum securitas. infra. 32. Sedebit populus meus in tabernaculis fiduciæ. Tertio, immobilitas. Psalm. 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. [Morientes &c.] Hic petit ne Apunitos vlterius a pœna liberet. Et primo, petit peticionem. [morientes] peccatores [non viuant] uita gloriæ vbi pæniteant. [Gigantes] de sua potentia gloriantes [non resurgant] ad gloriam. Psalm. 1. Non resurgent impii in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. Eccl. 16. Non exoauerunt pro peccatis suis ãtiqui gigantes. Vel petit vt hostes eorum decepti, vlterius nõ resurgant ad potẽtiã. Secundo, ponit exauditiones. [Propterea. Psalm. 9. Pereat memoria eorum cum sonitu. Hier. 8. In tempore visitationis suæ corruent.] [Indulsisti &c.] Hic inducit deum ad iustitiæ opus, per experimentũ inutilitatis misericordiæ. Tum quantum ad remissionem pœnarum. [Indulsisti.] Tum, quantum ad multiplicationem bonorum. [elongasti.] Hier. 5. Magnificati sunt, & ditati, & incrassati sunt, & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Proverb. 1. Prosperitas stultorum perdet eos. Secundo, vtilitatem vindicantis iustitiæ. [Domine in angustia.] Osee. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Hier. 2. In tempore afflictionis dicent: surge & libera nos. [Sicut quæ concepit &c.] Hic probat idẽ per experimentum in Iudæis. Et primo, ponit tribulationis flagellum. [Sicut quæ concepit. Ioan. 16. Mulier cum parit tristitiam habet. Psalm. 47. Ibi dolores vt parturientis. Secundo, emendationis fructum. [a facie tua.] Hebr. 12. Omnis quidẽ disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudii sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ. [Iustitiam non fecimus &c.] Hic denuntiat, imperratam pacem. Et circa hoc, tria facit. Primo, ostenditur ratio dilationis. [Iustitiam non fecimus:] vt alludat ei quod dicitur. Deut. 28. Dabit dominus inimicos tuos qui consurgunt adversus te, corruentes in conspectu tuo. Secundo, ponitur promissio restitutionis populi per resurrectionem, siue corporalem in die nouissimo, siue a miseria captiuitatis. Vnde promittitur resurrectio. [Viuent mortui.] Ezech. 37. Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis &c. Indicitur resurgentibus gratiarum actio. [Expergiscimini.] Dan. 12. Multi ex his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt. Et assignatur resurrectionis causa vel ratio: [quia ros lucis] scilicet diuina benignitas. Tertio, ostenditur hostium destructio. [terram gigantum] idest superborum, & potentium. supra. 17. Erit quasi acerruus lapidum in ruina. Secundo, populi dei immunitatem. [Vade populus meus: cubicula.] sepulchra. Vel ad literam, munitiones in quibus interdum se caute custodiunt. infra. 54. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & misericordia sempiterna misertus sum tui. Apocalip. 7. Dictũ est illis, vt quiescant adhuc modicum: donec compleretur numerus fratrum suorum. Tertio, ponit destructionis ordinem: quia per iudicium. Vnde ponit, iudicis aduentum. [Ecce enim dominus.] Michææ primo. Ecce dominus egredietur, & omnes angeli eius cum eo. Et maturationis terminum. [Et reuelabit terra sanguinem] Iob. 16. Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.

CAP. XXVII.

IN parte ista, commemorat diuinam, & paternam correctionem. Et primo, flagellis alienis. Secundo, flagellis propriis. ibi. [In die illa &c.] Vnde dicitur. Sapien. 2. Hos quidem tanquàm pater monens probasti. Circa primum, ponit flagellũ Babylon. [gladio] scilicet vindicta [leuiathan,] scilicet Nabuchodonosor propter additiones regnorum, quæ sibi subiugauerat. [serpentem] propter virulentam tyrannidem. [vectẽ] propter populorum correctionem a deo. supra. Veh assur virga furoris mei. [In die illa, &c.] Hic ponitur correctio per propria flagella. Vnde primo, prosequitur castigationem. Secundo, consolationem. ibi [Et erit in die illa &c.] Circa primum, duo facit. Primo, prædicitur castigatio. Secundo, modus inquiritur. ibi [Indignatio &c.] Circa primum, tria. Primo, prædicit doloris canticum [vinea] quondam in prophetis, & patriarchis vini [meri.] supra. 5. Vinea domini sabaoth, domus israel

est. Secundo, ponit punientis propositum. [Ego dominus, qui seruo eam.] infra 51. Bibisti de manu domini calicem iræ eius. Tertio, ponit beneficium, cui ingrati fuerunt [ne forte visitetur] Sap. 16. Sermo tuus domine, qui sanat omnia. [Indignatio &c. Hic inquiritur, punitionis modus. Et primo, ponitur iudicis deliberatio.

Secundo, deliberati executio, ibi [Ciuitas &c.] Circa primum, tria. Primo, proponit seuerum iudiciũ proponens sæuientis iram [indignatio nõ est mihi] quasi dicat, immo iuste indignor, quia beneficiis ingrati sunt. infra 51. Pleni indignatione domini. Et ex ira determinat austerã pœnam. [Quis dabit mihi spinam, & veprem,] quantum ad præcedentes angustias communiter in ipsis ad inuicem exortas. supra 5. Ascendẽt super eam vepres, & spinæ [in prælio] quantum ad impugnationem hostiũ. Hierem. 21. Debellabo ego vos in manu extẽta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius [succendam] quantum ad destructionem domorum & ciuitatum. Hierem. 51. Egredietur vt ignis indignatio mea. Secundo, ponit sententiæ temperamentum [An potius tenebo] quasi dicat, retinebo iram meam per oppositum. Hiere. 30. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui. Et ponit temperamenti fructum, quantum ad bonos, quẽ quilibet faciet, in comparatione ad deum. [Faciet pacem] quasi dicat, pacificabit me bonis operibus. infra 32. Erit opus iustitiæ pax. in comparatione ad seipsum. [Florebit] fide, vel bono proposito [germinabit] operis consumatione. infra 55. Florebit Hierusalem, quasi lilium. Et in comparatione ad proximũ [implebunt faciem orbis semine, qui egredientur] scilicet apostoli. supra 2. De Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ponit pœnæ supplementũ, quantum ad ingratos. [Numquid iuxta] in quo, improperat temperare pœnæ beneficium. Psal. 44. Non secundum peccata nostra facies nobis [in misericordia.] In quo, cõminatur adæquatum iudicium [cum abiecta] a cultu dei per infidelitatem, nõ credentes Christo. Deut. 25. Secundum mensuram peccati, sic erit & plagarum modus [meditatus] in quo, ostendit sententiæ firmamentum [duro] quia non placabitur. supra 2. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Tertio, explicat motiuum ad temperandum, ne tũc omnino destrueret, quia ex illa gente Christus, & apostoli descendere adhuc debebant, per quorum prædicationẽ, idolorũ cultus derelinquendus erat. Et hoc est, quod dicit [Cũ posuerit] supra 17. Inclinabitur homo ad factorẽ suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient. [Ciuitas] s. Hierusalem. Tren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? Quantum ad hostium potestatem. [Ibi pascetur] quasi sine timore requiescet [vitulus] hostium exercitus [summitates] metaphorice. i. spicas, per quas significantur principes. supra 13. Requiescent ibi bestiæ. Vel ad literam, vt sit desolationis signum. 1. Machab. 4. Viderunt pastoforia dirupta. Et hominum destructionem. [In siccitate] metaphora est, idest sicut pisces teruntur in siccitate æstatis. [Mulieres docentes.] a quibus maxime in peccata populus præcipitabatur. supra 3. Populum meum exactores sui despoliauerunt. Vel quia ipsæ mulieres docebant eos sicut Delbora. Iudic. 4. Et Athalia. 4. Reg. 11. Secũdo, ponit pœnæ æquitatem per comparationem ad culpam. [Non est. n. popul⁹] supra 5. Propterea captiuus ductus est populus me⁹, quia nõ habuit scientiã. Tertio, destructionis magnitudinem. Et quantum ad vniuersalitatẽ locorũ. [Et erit in die] idest ab vno capite vsq; ad aliud. supra 1. A planta pedis vsque ad verticem, nõ est in eo sanitas. Et quantum ad pauci tatem hominum remanẽtium [Et vos congregabimini.] Deut. 28. Remanebitis pauci numero. [Et erit &c.] Hic ponit consolationẽ per reductionem ad ipsam. [Tuba] præceptum regis. infra 41. Leuabit signũ in nationibus, & congregabit profugos Israel. Nota super illo verbo [Vãstabit dominus in gladio] Quia vindicta dei, dicitur gladius. Primo, durus propter pœnæ acerbitatem. Secundo, magn⁹ propter punitorum vniuersalitatẽ. Apoc. 6. Datus est illi gladius magnus. Tertio, fortis propter punientis potestatem. Iob 19. Fugite a facie gladij. Quarto, acutus propter ipsius penetrabilitatem, quia vsque ad animam. Hebr. 4. Viuus est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Quinto, lucẽs ꝓpter equitatẽ. Nahum. 3. Peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. Item, super illo verbo [Leuiathan] Nota, quòd diabolus dicitur Leuiathan, quia addit. Primo, humanæ nequitiæ. Psalm. 21. Appone iniquitatem super inquitatem. Secundo, propriæ potentiæ. Matth. 3. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tertio, diuinæ iustitiæ. Gen. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Quarto, diuinæ misericordiæ. Gen. 33. Tristem blanditiis deliniuit. Item, nota super illo verbo [serpentem.] Quia diabolus dicitur serpens. Primo, propter renouationis ingenium, 1. Corinth. 2. Ipse sathan transfigurat se in angelum lucis. Secundo, propter incedendi modum. Iob 1. Circuiui terram, & perambulaui eam. Tertio, propter venenosum morsum. Prouerb. 23. In nouissimo mordebit eum coluber. Quarto, propter inuolutionis modum. Iob 40. Stringit caudam suam, quasi cedrum.

CAP. XXVIII.

IN parte ista, cõminatur contra illos, qui contemnebant prophetarum vaticinia. Et primo, contra contemnentes in præsenti. Secundo, contra futuros temporibus Hieremiæ, 30. cap. [Væ filij desertores &c.] prima in duas. In prima, contra illos de decem tribubus. In secunda, contra illos de duabus, ibi [verum vsq; &c.] Circa primum, tria facit. Primo, arguit culpam superbiæ [Væ coronæ] quia de multitudine superbiebant, quę est corona, vel gloria regis. Secundo, culpam gulæ [ebrius Effraim] Num. 3. Inebriaberis, & eris despecta. & quæres tu auxilium ab inimico [Flori decidenti, qui erant] temporibus latrię [errantes a vino] scilicet idolatria. Ezech. 7. Floruit virga, germinauit amygdalus. Secundo, cõminatur pœnam, ibi [Ecce validus &c.] Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit hostium fortitudinem [Ecce validus] quantum ad fortitudinem hostium, quos immittet [sicut impetus] quantum ad multitudinem. supra 17. Sonabunt populi sicut sonit⁹ aquarũ. Secundo, ponit pœnæ inflictionem, scilicet deiectioem superbiæ [pedibus] & exinanitionem gloriæ [& erit flos quasi temporaneum] id est tempestiuus, vel primitiuus fructus supra 18. Ante messem enim totus efflorui. Nahum. 3. Omnes munitiones tuæ, sicut ficus cũ grossis suis. Tertio, ponit iustorum gloriam, scilicet illorum de duabus tribubus [in die illa] scilicet temporibus Ezechiæ destructis decẽ tribubus, quãtum ad tria: quantum ad populi lætitiam [corona] ex auro, vel argento. contra hoc, quod dicit coronæ superbiæ [fertum] de floribus. Contra hoc, quod dicit [flori decidenti] infra 61. Et dabit eis coronã pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spiritu mœroris: quantum ad regis iustitiam. [& erit] ipse dominus spiritus. Hier. 23. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiã in terra, scilicet quantum ad militum potẽtiam [& fortitudo] quia dominus pro eis pugnabit. supra 25. Quia factus est fortitudo mea. [Verum hi &c.] Hic comminatur contra illos, de duabus tribubus. Et primo, contra principes. Secundo, contra ciuitatem, vel contra populum. cap. 29. [Væ Ariel &c.] Prima in duas. Primo, ponit comminationem. Secundo, consolationem [auribus percipite] Circa primum, duo. Primo, arguit peccatum, & comminatur simul interitum. Secundo excludit, ibi, [Propter hoc audite &c.] Circa primum, duo. Primo, arguit in eis defectum scientiæ. Secundo, contemptum doctrinæ, ibi [quia manda &c.] Circa primum, primo arguit culpam, ponens primo errorem omnium communiter [Verum hi quoq; præ vino.] Osęæ 4. Vinum, & ebrietas, apostatare faciũt a deo. Secundo, doctorum [sacerdos, nescierunt] quantum ad ignorantiam credendorum [errauerunt] quantum ad ignorantiã agendorum [videntem] idest deum, qui omnia videt. Vnde est expositio eius, quod habetur Ezech. 23. Sacerdotes contẽpserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea. Tertio, ponit ignorantiæ modum [Omnes enim mensæ] quia in templis idolis dediti [sordiumque] scilicet omnium vitiorum turpium. Prouer. 16. Sicut canis, qui seuertitur ad vomitũ, & sus lota in volutabro luti. Secundo, contemnunt pœnam excæcationis. [Quem docebit] Vnde primo ponitur quæstio [Quem docebit] quasi dicat, ex quo vos scientiam repulistis [auditũ] scilicet quod audiui a domino. Secũdo, ponitur respõsio [Ablactatos] idest humiles, & paruulos simplices. Matth. 11. Abscõdisti hæc a sapientibus, & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis, vel quoscumque bonos separatos a lacte cõcupiscentiæ. Nota super illo verbo [ebriis] quia mali inebriãtur vino, Primo, materialis liquoris. Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Secũdo, carnalis delectationis. Prouer. 8. Venite inebriemur vino Tertio, spiritualis erroris. supra 19. Et errare fecerũt Aegyptum in omni opere suo, sicut erat ebrius, & vomens. Quarto, diuinæ punitionis. Tren. 3. Inebriauit me absinthio. Itẽ, inebriãtur sancti. Primo, lachrimis cõpunctionis. supra 16. Inebriabo te lachryma mea. Secũdo, calice cõpassionis. psal. 22. Calix me⁹ inebriãs quàm præclarus est. Tertio, incentiuo amoris. Can. 4. Comedite amici, & inebriamini. Quarto, torrente felicis delectationis. psalm. 35. Inebriabuntur ab vberrate dom⁹ tuæ. Item, nota super illo verbo] corona superbiæ] quia coronantur mali, & boni. Mali coronãtur, Primo, corona vanę lætitiæ. Sap. 2. Coronem⁹ nos rosis. Secundo, opulentiæ rerum. supra 23. Quis cogitauit hæc super Tyrum quondam coronatã? Tertio, mundanæ potẽtiæ. Iob 19. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronã de capite meo. Quarto, superstitioę obseruantiæ. Secundo, Mach. 6. Cum Liberi sacra celebrarentur, cogebãtur edera coronati Libero circuire. Item, coronanẽ fanãti corona nuptiali. infra 61. Quasi sponsum coronauit me corona. Secundo, triũphali. 2. Thim. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Tertio, regali. infra 62. Eris corona gloriæ in manu dei tui, psal. 20. Posuisti domine in capite eius, coronam de lapide precioso. Quarto, sacerdotali. Eccles. 45. Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis. Item, nota super illo verbo [ablactatos lacte] quia est quoddã lac, quod debet deseri. Et istud est multiplex. Primo, carnalis concupiscẽtiæ. supra 11. In cauerna reguli, qui ablactatus fuerit manum suam mittet. Secũdo, imperfectæ iustitiæ. Gen. 21. Creuit puer & ablactatus est. Tertio, rudis doctrinæ. 1. Corin. 3. Tamquàm paruulis in Christo lac potum dedi vobis. Et est lac, quod debet amplecti. Primo, puræ cõscientiæ. Tren. 4. Candidiores nive, nitidiores lacte, propter nitorem. Secundo, sanæ doctrinæ, propter dulcorem. Can. 4. Mel, & lac sub lingua eius. Tertio, æternæ gloriæ, propter facilem absorptionem. Iosue 20. Possidebite terram fluentem lac, & mel. [Quia manda &c.] Hic ponit contemptum doctrinæ. Et primo, per blasphemiam, qua prophetas deridebant, dicentes [Manda] quia his comminando vtebantur. supra 13. Mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, & supra 23. Dominus mandauit adversus Chanaam, vt contereret fortes eius. supra 5. Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrẽ [Expecta] hic prophetas fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularẽ, preciosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non festinet. Et ponam in pondere iudicium: & iustitiam in mensura. Et subuertet grando spem mendacii, & protectionem. Aquę inundabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei inconculcationem. Quandocũque pertransierit, tollet vos, quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio, intellectum dabit auditui Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium brue vtrumque operire non potest. Sicut enim in monte diuisionum stabit dominus, sic in valle quę est in Gabaon irascetur, vt faciat opus suum. Alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. Consumationem enim, & abbreuiationem audiui a domino Deo exercituum, super vniuersam terram. Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum. Numquid tota die arabit arans vt serat, proscindet, & sarciet humum suam? Nonne cum adæquauerit faciem eius, seret gith, & ciminum sparget, & ponet triticum per ordinem & hordeum, & millium, &

mittendo. Abacuch 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. Et addit pœnam [in loquela] idest ita carebitis intellectu prophetarum, ac si aliquis loqueretur vobis motu labij tantum, & lingua extranea. Vel statim inferet vobis plagas. De ista locutione. Sap. 2. Contumelia, & tormento, interrogemus illum. Secundo, quantum ad obedientiã. [Cui dixit] Vnde primo, ponit præceptum. [hæc requies] Matthæ. 25. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Secundo, contemptum [& noluerũt] Ezech. 3. Dom' autẽ Israel noluit audire te, quia nolunt audire me. Tertio, comminatur interitum [& erit eis] id est, pro verbis suis, hanc pœnam patiẽtur. Matth. 12. Ex verbis tuis te iudico, serue nequam [vt vadant] in interitum. [Propter hoc &c. Hic excludit remediũ. Et primo, ponit duo remedia, idest vnum in quo cõfidebant, scilicet pactum cũ idolis. Vnde ponit pactum [Percussim' fœdus cum morte] idest cum diabolo. Iob 40. Numquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Et pacti fructum [flagellum inundans] idest persecutio [mendaciũ] idest idolum, quod vos prophetæ dicitis mendacium. Psal. 82. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Secundum, est remedium, quod deus sanctis parat, scilicet Christum [Ecce ego] Psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes [Qui crediderit non festinet] sed expectet. Abach. 2. Si moram fecerit, expecta eum. Et hoc contra malorum blasphemiam. [Et ponam &c.] Hic excludit vtrumq; dictorum remediorum. Et primo, primum. Secundo, secundum, ibi [coangustatum &c.] Circa primum tria. Primo, ponit exclusionis iustum iudicium [ponam] Sap. 11. Omnia in numero, & pondere fecisti. Secundo, excludit pactum. [Et subuertet grando] tribulationis. Et ponit quatuor contra omnia, quæ supra dixerat. Iob 4. Spes hypocritæ peribit. Tertio, exclusionis fructum [& tantummodo] supra 26. Domine in angustia quæsierunt te. [Coangustatum &c.] Hic, excludit secundum remedium. Et primo, ponit in eis impedimentum, quare non valeat eis [coangustatum] loquitur secundum similitudinem adulterę, quæ non potest eodem loco habere virum, & adulterum: ita nec ipsi idolis cultum exhibere, & diuinum auxilium obtinere. 1. Cor. 10. Non potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Secundo, ponit liberantis aduentum [Sicut in monte diuisionum] Tangit historiam, quæ habetur 2. Reg. 5. [Sic in valle] Tertio, excludit misericordiæ auxilium [vt faciat opus suum] idest, vt misereatur nobis? sicut tunc interrogatiue. Et respondit [Alienum] Psalm. 144. Miserationes eius super omnia opera eius [Et nũc nolite &c.] Hic concludit sanum, & salubre consilium. Et primo, prohibet illusionem [Nolite illudere, vincula] captiuitatis. Prouer. 3. Ipse deludet delusores, & mansuetis dabit gratiam. Et assignat rationem [Consumationem enim &c.] [Auribus percipite &c.] Hic ponit consolationem. Et primo, excitat attentionem. [Audite] Deuter. 23. Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Secundo, ponit consolationem sub similitudine agricultoris [Numquid tota die &c.] Per quem ostendit tria, scilicet punientis Dei intentionem, quia vt fructificemus sicut arator, vt serat [gith] genus leguminis simile cymino. Secundo, iudicij discretionem, quia alio modo punit hos, & illos, sicut rusticus alio modo excutit triticum, & gith. [Et erudiet panis] idest frumentum. Tertio, pœnarum cessationem quantum ad hos, qui corriguntur. [Veruntamen] 1. Cor. 9. Debet in spe arare, qui arat. Tertio, ponit expositionem, & hęc [a domino] Psalm. 118. Mirabilia opera tua.

viciam in finibus suis? Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super ciminum circuibit, sed in virga excutietur gith, & ciminum in baculo. Panis autem cõminuetur. Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eum. Et hoc a domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.



AE Ariel. Ariel ciuitas, quã expugnauit Dauid. Additus est annus ad annum, solennitates euolutæ sunt. Et circundabo Ariel, & erit tristis, & mœrẽs, & erit mihi quasi Ariel. Et circundabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquetis, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi phitonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. Et erit sicut puluis tenuis, multitudo ventilãtium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt, eritque repente cõfestim. A domino exercituum uisitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & uoce magna turbinis, & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes, qui militauerunt & obsederunt, & prevaluerũt adversus eam. Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, uacua est anima

CAP. XXIX.

IN parte ista ponit comminationem contra populum, siue contra ciuitatem. Et diuiditur in partes duas. In prima, cõminatur pœnam temporalis destructionis. In secũda, pœnam spiritualis excæcationis, ibi [Obstupescite &c.] Circa primum, duo. Primo, comminatur destructionem. In secunda, ponit qualemcunque consolationem, ibi [Et erit sicut somnium &c.] Prima in duas. In prima, ponit destructionem Hierusalẽ per Babylonios. In secunda, per Romanos, ibi [Et circundabo &c.] Circa primum, tria. Primo, commemorat pristinam dignitatem. [Ariel] idest leo dei, quia dei virtute rẽporibus Dauid, & Salomonis nullum timebat, sicut nec leo. Prouer. 30. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: vel propter altare holocaustorũ, quod ibi erat, quod cõsumebat animalia sicut leo. Et sic sumitur Ezech. 43. Ipse autẽ Ariel quatuor cubitorum &c. Vel forte propter figuram, quia erat sita in modum leonis. [Expugnauit] 2. Reg. 3. Nam leonem, & vrsum expugnaui. Secundo, ponit destructionem, ponens triũ festorum cessationem [Additus] quasi dicat, multis annis [euoluti] idest perierunt. Osee 3. Sedebunt dies multos absque sacrificio &c. [obsidionem. Et circumuallabo] scilicet Chaldæis. Ezech. 3. Et ordinabis aduersus eam obsidionem &c. Et innuit expugnationem ex tristitia [Et erit tristis.] Tertio, ponit reparationem factam sub Iesu sacerdote magno, & aliis, de qua habetur in Esdra per totum. [Et erit mihi] quasi dicat, Vmbram pristinę dignitatis retinens. Sed contra, Aggei. 2. Magna est gloria domus istius nouissimæ, quàm primæ. Et dicendum, q̃ hoc dicitur propter hoc, quòd fuit visitata ab ipso filio dei corporaliter. [Et circundabo] Hic comminatur destructionem per Romanos. Et circa hoc quatuor ponit, scilicet obsidionem. [Et circundabo quasi sphæram] idest in circuitu. Luc. 19. Circundabunt te inimici tui, vallo. Abach. 1. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem. Secundo, obsessorum humiliationem [humiliaberis.] Et humiliationis signum [de terra loqueris] idest ita ac si sub terra esses, etiam audieris humiliter, verba ferens phitonis, qui silenter incantabant. Sopho. 3. Auferam de medio tui, maliloquos superbiæ tuæ: vel humiliationis meritum, arguens in eis peccatum auaritiæ [de terra loqueris] & idolatriæ [Et erit quasi phitonis.] Tertio, ponit hostium multitudinem [Et erit sicut puluis] Ioel. 2. Gens ascendit: vel hostium destructionem, sicut supra. 17. Rapietur sicut puluis montium a facie venti. Quarto, ponit ipsam destructionem [eritque repente] metaphorice, propter hostium ferocitatem. Hiere. 4. Quasi nubes ascendet, & quasi tempestas, currus eius velociores aquilis [Et erit sicut somniũ &c.] Hic adhibet quandam consolationem ex hostium pœna. [Et sicut ros] vana, in nihilum ibunt non reportantes aliquod cõmodum de destructione Iudeæ, sicut nec esuriens, vel sitiens ex cibo, vel potu somniato. Ecclesi. 34. Vana spes, & mẽdacium insensato viro, & somnia extollunt imprudentes. Zach. 12. Ponam Hierusalem lapidem oneris, cunctis populis. Nota super illo verbo [Et erit sicut somnium] Quia aliquid dicitur somnium. Primo, propter vanitatem Eccle. 34. Quasi qui apprehẽdit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mẽdacia. Hoc secũdũ hoc visio somniorum. Secundo, propter breuitatem. Iob 20. Velut somnium ad uolans non inueniretur. Tertio, propter cognitionis obscuritatem. Iob 33. Per somnium in visione nocturna, quando solet sopor occupare homines, & dormiunt in lectulo suo, tunc aperit aures virorum, & erudiens

erudiẽs eos instruit disciplina. Quarto, propter animæ pertersitatem, infra 36. Dormientes, & amantes somnia. [Obstupescite &c. Hic comminatur pœnam excæcationis. Et primo, prædicit excæcationem iudæorum. Secundo, conuersionẽ gentium, ibi [Nonne adhuc &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit excæcationẽ. Secundo, ipsius rationem assignat, ibi [Et dixit dns &c.] Circa primum tria. Primo, prædicit excæcationem ponẽs ea, quæ perturbant iudicium rationis. [Obstupescite] ex consideratione malorum culpæ, vel pęnæ. Hiere. 2. Obstupescite cæli super hoc, & portæ cæli desolamini vehemẽter [& admiramini] ex consideratione magnorũ. Ps. 118. Mirabilia opera tua [fluctuate] ex incertitudine eligendorum. Iac. 1. Qui. n. hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circumfertur [vacillante] ex inconstantia propositorum. Iob. 4. Vacillantes cõfirmauerunt manus tuæ [Inebriamini] ex anxietate dolorum. Abach. 2. Bibe tu quoque, & consopire, circundabit te calix dexteræ domini. Secundo, ponit excęcationis modũ [quoniã miscuit] idest sicut vinum mistum pro pinauit [oculos vestros] s. prophetas. supra 15. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Tertio, ponit excæcationis effectum, quia librum sacrę scripturę in visiones omniũ prophetarum nõ intelligent [Et erit vobis] Apoc. 5. Vidi in dextera sedentis librum signatum &c. [Et dixit dominus &c.] Hic ponit causam excæcationis, scilicet peccatum ipsorum. Et primo, in affectu. Secũdo, in intellectu, ibi [Væ qui profundi &c.] Circa primum duo facit. Primo, culpam diuini contemptus. [Cor autem eius] quia palliant verbis [labiis] humanis obseruantiis [Et timuerunt.] Hier. 12. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Matth. 15. Irritum fecistis mãdatum dei, propter traditiones vestras. Secundo, pœnam [Ideo ecce ego grandi] secũdum eorum reputationem, vel quodam [Perdibit enim sapientia] Abde. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentiũ reprobabo. 1. Cor. 1. [Væ, qui profundi &c.] Hic ponit peccatum ex parte intellectus, quia non credebant dei prouidentiam, q̃ sciret ea, quæ circa nos aguntur. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur erroris excogitatio. Dicebant autem deum latere, propter cordis profunditatem, vbi sua praua consilia pertractabant. Vnde dicit [Væ qui profundi &c.] Hierem. 17. Profundũ est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Et propter obscuritatem locorum, in quibus praua opera exerçebant. Vnde dicit [Quorum sunt] Io. 3. Omnis qui male agit, odit lucem, Ecclesi. 16. Non dicas, a deo abscondar. Secundo ponitur iusta increpatio [Peruersa est, Nõ fecisti] quasi deus cognoscit, inquantum est causa rei, infra 55. Væ qui contradicit factori suo. ihsfra 64. Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tua-

A rum omnes nos. [Nonne &c.] Hic prædicit gentium conuersionem. Et circa hoc tria facit. Primo, prædicit conuersionem ad gratiam [Libanus] idest gentes, quia mons erat in terra gentium [in Carmelo] in gratiam, quam iudæi per circuncisionẽ habebant, quia inter scientiam circuncisionis [in saltum] idest in sterilitatem, in qua prius erant gẽtes, infra 37. Saltũ Carmeli eius ego fodi, & bibi aquam. Ad sacram scientiã [surdi] scilicet gentiles, qui prius non audierant verba legis. Matth. 10. Cæci vident. Io. 9. In iudicium veni in hũc mundũ, vt qui non vident videant, & qui vident cęci fiãt. Ad spiritualem lætitiam [& addent] Psalm. 9. Lętabor, & exultabo in te, psalam nomini tuo altissime. Secũdo, assignat conuersionis occasionem, vel rationem, ex casu diaboli [quoniam defecit, qui prævalebat] per potentiam [illusor] deceptor p̃ astutiam. supra 16. Consumatus est miser, defecit, qui conculcabat terram, cæcitate iudaici populi, quia Cæcitas ex parte contingit in Israel. Ro. 11. [Succisi sunt, qui vigilabãt] studiositas ad malum. Prouerb. 4. Nõ enim dormiũt, nisi male fecerint [q̃ peccare] prauis exẽplis, & doctrinis [arguentem] quãtum ad peccati vanitatem, quia frustra est, quod nõ cõ

addent mites in dño lætitiã, & pauperes hoïes in sancto Israel exultabũt, qm̃ defecit, qui prævalebat, cõsumatus est illusor, & succisi sunt oẽs, q̃ vigilabant super iniquitatẽ, qui peccare faciebant hoïes in verbo, & arguentẽ in porta supplantabãt, & declinauerũt frustra a iusto.

B' Propter hoc, hæc dicit dns ad domũ Iacob, qui redemit Abrahã. Nõ modo cõfundet Iacob, nec modo vultus eius erubescet, sed cũ viderit filios suos opera manuũ mearũ, in medio sui sanctificãtes nomen meum, & sanctificabunt sanctum Iacob, & demũ Israel prædicabũt. Et scient errantes spiritu intellectũ, & mussitatores discent legẽ.

CAP. XXX.

C 

AE filij desertores, dicit dns, vt faceretis cõsiliũ, & non ex me, & ordiremini telã, & non per spiritũ meũ, vt adderetis peccatũ super peccatũ, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptũ, & os meũ nõ interrogastis, sperantes auxiliũ in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciã in vmbra Aegypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiã. Ierant. n. in Taphnis principes tui, & nũtij tui vsq; ad Thanes peruenerũt. Oes cõfusi sunt sup populo, q̃ eis p̃desse non potuit. Nõ fuerũt in auxiliũ, & in aliquã vtilitatẽ, sed ĩ cõfusionẽ, & ĩ opprobriũ On' iumẽtorũ Austri. In terra tribulationis, & angustię, leęna, & leo ex eis,

sequitur finem. Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Tertio, ponit iudæorũ reuersionem in fine mundi, eum dicit. [Propter hoc, hæc dicit dominus, qui redemit Abraham.] Gen. 12. [Non modo] idest in hoc tempore [confundetur] bona confusione. Eccl. 4. Est cõfusio adducens gloriam, & gratiam [filios] Apostolos [mussitatores] idest, qui primo murmurabant. supra 27. Qui egrediuntur impetu a Iacob, & florebit, & germinabit Israel. Vel potest aliter exponi de prosperitate, quæ eis promittitur destructo Senacherib, vel Nabuchodonosor [Carmelus in saltum] idest tãta erit fertilitas terræ promissionis, quòd fertilitas [Carmeli reputabitur sterilitas in comparatione eius [illusor] Senacherib, vel Nabuchodonosor [filios suos] tres pueros in camino ignis: vel quia pueri ipsorum facient laudem nominis mei, q̃ ipsi in iuuentute sua non fecerunt.

CAP. XXX.

IN parte ista, comminatur propheta contra illos, qui contempserunt prophetiam Hieremiæ, euntes in Aegyptum, contra eius consilium, sicut habetur Hierem. 43. Et diuiditur in duas. In prima, comminatur contra iudæos tantum. In secunda, contra iudæos, & Aegyptios simul, de quibus considebant. 31. cap. [Væ qui descendunt &c.] Vel secundum glos. In prima parte, prohibet descensum. In secunda, comminatur

pœnam contra descendentes. Prima in duas, In prima, ponit comminationem, In secunda, consolationẽ, ibi [Propterea expectat] Prima in duas. In prima, arguit descensum. Secundo, arguit præcepti contemptum, ibi [Ideo clamaui &c.] Circa primum, tria arguit in eis. Primo, itineris dispositionem, ponens propositum [vt faceretis cõsilium [te lam] prauam machinationem, & cõsequẽtem effectum [vt adderetis] 2. Paral. 28. Quare vultis addere peccata super peccata? Secundo, ponit consilij executionem, quantũ ad viæ incessum [qui ambulatis] qui incessus deformat per cõtemptum diuini consilij [habentes fiduciã, os meũ] Prophetã. Hier. 15. Si separaueris preciosum a vili, quasi os meum eris, quia quæ dixi facere noluistis. Et per fiduciam humani auxilij [habentes fiduciam] Hier. 17. Maledictus, qui confidit in homine, & ponit carnem brachiũ suum. Et ponit effectum [Et erit vobis] Osee 4. Gloriam eorum, in ignominiã commutabo. Vnde quantum ad viç terminum, erãt enim in Taphnis, quæ est tantum in alia parte Aegypti, quasi timentes in primis terminis remanere, Hiere. 2. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Et ostendit spei defectum. [Omnes confusi sunt.] psalm. 145. Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Tertio, describit rerum asportationem. [Onus iumentorum] cõminans primo destructionem Aegypti, uel onus filiorũ Iuda [iumentorum] propter soliditatem, vel quia sicut iumenta res suas deferebant [Austri] quia ad Austrũ fugerunt, vel quia in australi parte erat eorum habitatio [In terra tribulationis] in Aegypto, quæ Hebraice dicitur meyray, quod interpretatur tribulatio, vel angustia. Hier. 42. Gladius quem vos formidatis ibi, comprehendet vos in terra Aegypti, & fames, pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Secundo, ponit asportantium conditionem. [Leæna] propter ferocitatem [leo] propter audaciæ præsumptionem [vipera] propter crudelitatem [regulus volans] non quòd habeat pennas, sed quia insilit in faciem hominis, propter velocitatem ad male faciendum, Sopho. 3. Principes eius quasi leones. Tertio, rerum asportationem [portantes.] Quarto, laboris frustrationem [ad populum] psal. 59. Vana salus hominis. [Ideo clamaui &c.] Hic arguit in eis diuini præcepti contemptum, Et primo, ostẽdit, quomodo contempserint diuinum præceptum, In secunda, quomodo contempserint salubre consilium, ibi [quia hæc dicit dominus &c.] Circa primum, tria ponit, Primo, diuinum præceptum, Secundo, populi contemptũ, ibi [Populus.n. &c.] Tertio, comminatur contemnentibus, mortem, vel mortis intentum, ibi [Propterea hæc dicit &c.] Primo, præceptum, quia s. inutile est ire in Aegyptum [quiesce] in terra tua. Hiere. 14. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedem suum, & non quieuit, & domino non placuit. Secundo, ponit præcepti cõfirmationem. [Nunc ergo &c.] Tu Esaias [ingressus] per propheticam visionem, vel tu Hieremias [ingressus] in Aegyptum cum populo, sicut legitur Hiere. 43. Tertio, assignat confirmationis fructum. [Et erit in die illa.] Exo. 17. Scribe hoc, ob monumentum. [Populus &c.] Hic ponit populi contemptum, Et primo, secundum quòd contemnebant deũ

F [ad iracundiam] quantũ ad peccatum trãsgressionis. Ezech. 2. Noli esse exasperans, sicut domus Israel exasperatrix est [mendaces] quantum ad peccatum locutionis, quia promiserunt Hieremiæ obedientiam, quam seruare noluerunt, vt habetur Hiere. 42. psalm. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi [Nolentes] quantum ad peccatũ omissionis. Prouerb. 18. Qui obturat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Secundo, ponit contemptũ prophetarum [qui dicunt videntibus] secundum quòd interdicebant eis propriũ officiũ. Amos 7. Qui vides, gradere, fuge. inquãtum inducebant eos ad mendacium [loquimini. 3. Reg. vlt. Ecce sermones pphetarum ore vno, regi bona prædicunt [declinare] inquantum prohibebant diuinæ cognitionis verbũ. Iob. 21. Qui dixerunt Deo recede a nobis, scientiã viarum tuarum nolumus. [Propterea hæc dicit &c.] Hic comminatur eis interitum subitum, resumens culpam, vt iustior appareat pœna [pro eo, quòd reprobastis.] Pœnam autem adiungit, ibi [Propterea erit vobis] significans pœnam subitaneam p similitudinem ruinæ, quæ diu latet in pariete, qui tandem subito cadit [quoniam subito.] 1. Thes. 5. Cum enim dixerint pax, & securitas, tunc superueniet eis repentinus interitus. Et dicit ẽt pœnam validam. [Et cõminuetur] sub similitudine confractionis lagene, cuius nulla testa remanet integrã ad aliquid valens, scilicet ad ignem portãdum, & ad aquam hauriendam. supra 24. Confractione confringetur terra. Nota super illo verbo [Quiesce] quia quiescere debet homo, Primo, a peccati actu. supra 1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Secundo, a vagandi cursu. Hiere. 14. Hæc dices populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit. Tertio, ab immoderato appetitu. infra 47. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Quarto, a præsumptuoso intellectu. Eccles. 8. Cum consumauerit homo, tunc incipiet. [Quia hæc dicit dominus &c.] Hic arguit in eis diuini consilij cõtemptum. Et circa hoc tria ponit. Primo, consilium, [Si reuertamini] infra 45. Conuertimini ad me, & salui eritis. Secundo, contemptum, [Et dixistis. ideo fugietis] hoc est verbum domini. Deut. 38. Per vnam viam gradiemur. [Et super veloces ascendemus] Vox populi rebellis [ideo velociores] vox domini. Tren. 4. Velociores fuerunt persecutores nostri, aquilis cæli. Tertio, comminatur meritum [mille] Aegyptij [vnius] Chaldæi [fugietis] omnes vos Iudæi [quinque] Chaldæorum. Deut. 32. Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? [quasi malus] in signum euitãdi naufragij, supra 6. Erit in ostẽsione, sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos. [Propterea expectat &c.] Hic ponit consolationem. Et circa hoc duo facit. Primo, proponit miserendi propositum. Secundo, exequitur misericordiæ beneficium, ibi [Populus enim &c.] Circa primum, tria. Primo, miserendi propositum in deo [propterea expectat] non ex toto destruẽs vos. Osee 5. Dies multos expectabis me. Secundo, ingratorum iudicium [& ideo exultabitur] idest altus in iustitia apparebit, puniens vos ingratos, suis beneficiis. supra 5. Exaltabitur dominus exercituum in iudicio. Tertio, bonorum præmium. [Beati omnes] Luc. 12. Vos similes hominibus

vipera, & regulus volans, portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum, qui eis prodesse non poterit. Aegyptus enim, frustra, & vane auxiliabitur. Ideo clamaui super hoc, Superbia tantum est, quiesce. Nunc ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium, vsque in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, auferte a me viam, declinate a me semitam, cesset a facie nostra sanctus Israel. Propterea, hæc dicit sanctus Israel. Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia, & in tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso. Quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius, & comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & nõ inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea, quia hæc dicit dominus Deus Israel. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. In silentio, & in spe, erit fortitudo vestra. Et noluistis, & dixistis. Nequaquàm, sed ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et super veloces ascendemus. Ideo velociores erunt, qui persequentur vos. Mille homines a facie terroris vnius, & a facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. Propterea expectat dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicij dominus. Beati omnes, qui expectant eum. Populus enim Syon, habitabit in Hierusalem. Plorans nequaquàm plorabis, miserans miserebitur tui. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. Et dabit tibi dominus panẽ arctum, & aquã breuem, & non faciet auolare a te vltra doctorem tuum, & erũt oculi tui videntes præceptorem tuũ, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis. Hęc est uia, am-

minibus expectãtibus dominum suum. [Populus enim &c.] Hic exequitur misericordiæ beneficium. Et primo, in eorum exaltatione. Secundo, in hostium oppressione, ibi [Ecce nomen &c.] Circa primum, duo, Primo, sublationem malorum contra exilij captiuitatem. [Populus enim] tempore Zorobabel. Vel potius mistice totum. Ps. 124. Non commouebitur in æternum, q habitat in Hierusalem. Contra tristitiæ anxietatem [Plorans] ante [nequaquam plorabitis] semper, sed quandoque liberaberis. supra 25. Auferet lacrymã tuam, ab omni facie. Contra dei indignationem [miserans] Psal. 90. Inuocabit me, & ego exaudiam eum. Cõtra paupertatem [& dabit ei dominus] Et est sensus. Modico victu erunt contenti. Eccles. 29. Initiũ hominis panis, & aqua: vel quia in reditu de Babylone penuriam passi sunt. mistice secundum glo. Secundo, ponit collationem bonorum. Vnde [faciet] Et primo, spiritualium, quantum ad electam doctrinam describens doctorem [Auolare] idest recedere [doctorem] Esdram, cuius doctrina adhuc vtuntur: vel Christum [post tergum] sicut fugiens quãdo ab insequente reuocatur. Ioel 2. Dedit nobis dominus doctorem iustitiæ. Et ponit doctrinam [hæc via] Num. 20. Via regia gradiemur. Et etiam, quantum ad debitam dei culturam. [Et contaminabis] in vsus communes rediges. 4. Reg. 23. Contaminauit excelsa, & demolitus est ea [vestimentum] omnem ornatum idoli. Secundo, quantum ad temporalia bona. Vnde dicit [egredere] scilicet a spiritualibus ad temporalia. Et primo, promittit terræ fertilitatem, promittens causam [dabitur pluuia] Oseæ 2. Descendere faciet ad vos imbrem, & effectum, quantum ad cibos hominum [& panis frugum] Gen. vltimo. Aser panis pinguis, Psal. 47. Adipe frumenti satiat te; quãtum ad pascua armentorum. [Pascetur agnus] quantum ad oues [Tauri] quantum ad boues, & in vtrisque notat fœcunditatem, ponens filios. Et quantum ad annonam iumentorum [& pulli asinorum [migma] ordeum cum palea purgatum, quod prius commistum comedebant. Secundo, promittit aquarum vbertatem [Et erunt] Iudæi dicunt hæc ad literam esse complenda, in fine mundi [multorum] scilicet Romanorum, secundum eos, quod est fabulosum. Vel potest esse metaphorica locutio, vt per aquam significetur consolatio, quam post reditum de captiuitate, & Babyloniæ destructionem habuerunt. Vel mistice de doctrina Christi. infra 41. Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Tertio, cæli claritatem. [Et erit lux solis sicut lux septem dierum] tantum in vno, quantum modo septem, quasi septempliciter. Vel sicut fuit in primo septenario dierum. Hæc iudæi fabulose ad literã dicunt tempore aureæ Hierusalem. Sed melius est, quod ad futuram sanctorum gloriam referatur, post mundi innouationem. Vel metaphorice, & hiperbolice, ad statum populi referatur. Psal. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Nota super illo verbo, [Et panes frugum.] Quia verbum dei est panis. Primo, arctus, propter obseruandi difficultatem, Matth. 7. Arcta est via, quæ ducit ad vitam. Secundo, vberrimus, propter fructus vtilitatem. infra 55. Quomodo descendit imber de cælo, & illuc vltra non reuertitur, & inebriat terram, & germinare eam facit, sic erit verbum, quod egredietur de ore meo. Tertio, pinguis, propter delectationis suauitatem. Gen. vlt. Aser panis pinguis. [Ecce nomen domini &c.] Hic consolatur eos ex hostium punitione. Et circa hoc tria ponit. Primo, iudicis punientis aduentum. Secundo, pœnæ modum. [Et auditam faciet] Tertio, punitionis locum, ibi [Præparata est &c.] Circa primum tria. Primo, aduentum [venit]

A ad vniuersale iudicium [de longinquo] de alto potentiæ suæ. Vel ad destruendos Babilonios, per Medos a longe venientes. Hierem. 5. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo [nomen domini] filius, quantum ad primam expositionem. vel quia redundans est in gloriam ipsius, quantum ad secundam, & tertiam. Secundo, ostendit venientis zelum, ponens iram in corde, per antrapospatos [ardẽs furor] furor est ira accensa. Incenditur autẽ, vel quãtum ad vehementiam desiderij. Et quantum ad hoc dicit [ardens] Vel quãtum ad quãtitatem pœnæ. Et quantum hoc dicit [grauis] infra 65. Isti fumus erũt in furore meo, ignis ardens tota die. Ponit etiam irã in ore. [Labia eius repleta sunt indignatione] Improperans peccata [deuorans] comminãdo tormenta. supra 11. Spiritu labiorũ suorum interficiet impium: ponit etiã in opere. [Spiritus eius] idest indignatio [vsque ad mediũ colli] idest vsque ad extinctionem adducet. supra 8. Ibit per Iudam inundans furor. Tertio, ponit indignationis effectum. In malis destructionem gentium [ad perdendas gentes] Psal. 2. Domine in ciuitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et cessationem tyrannorum. [Et frenum erroris.] Iob. 30. Frenum posuit in os meũ. Ponit etiam effectum in bonis in laude oris. [Canticum erit solemnitatis] quia in tribus solemnitatibus ibant in Hierusalem cum lætitia. Leuit. 33. Ciuitatem solemnitatis nostræ, oculi tui videbunt. Et in iucunditate cordis. [In lætitia cordis] infra 51. Gaudium, & lætitiam obtinebũt, & fugiet ab eis dolor, & gemitus. Iudith vltimo. Erat autem populus domini iucundus. [Et auditam &c.] Hic describit pœnæ modum. Et circa hoc tria facit. Primo, describit pęnæ modum, quantum ad punientis actum [vocis suæ] per quam apparebit gloriosus [& terrorem brachij] per similitudinem irati, qui his modis comminatur. Iob 40. Si habes brachium sicut deus. Et quantum ad instrumentum [& flamma ignis] quia ad literam Assyrij combusti fuerunt [& in lapide grandinis] forte tẽpestas aliqua fuit. Vel significantur diuersæ pœnæ in die iudicij. Psalm. 10. Ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Secundo, ponit pœnæ inflictionem ostendens eius honorem. [A voce enim] & pœnæ durationem, [Et erit transitus fundatus] idest firmatus. Tertio, sanctorum exultationem [In citharis in bellis præcipuis] quæ sola diuina virtute geruntur. Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. [Præparata est &c.] Hic describit pœnæ locum. Et primo, ipsius dispositionem [Tophet] vallis filij Emon gehenna, quia conseruabatur ibi ignis ad sacrificia in lapidibus de Tophis. Eadem est vallis Gethsemanis, in qua destructus est exercitus Senacherib. Vel significatur per ipsam infernus. Vnde Iudæi coniiciunt ibi esse infernum, quia ex duabus palmis, quæ ibi sunt, semper emittitur fumus [ab heri] idest ab initio: vel a secundo die secundum Iudæos, quæ habuit tantum heri. Vnde nudius tertius De hac valle habetur Hiere. 7. & 19. [A rege] deo, supra 5. Dilatauit infernus animam suam. Secundo, pœnarum diuersitatem [nutriments eius, digna] impij, vel illi de exercitu Senacherib [flatus] idest voluntate metaphorice. Psalm. 10. Ignis sulphur spiritus procellarum, pars calicis eorum. Nota super illo verbo [Ecce nomẽ domini.] Quia filius dei est nomen patris. Primo, quo manifestatur. Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum hominibus. Secundo, quo honoratur. Matth. 6. Pater sanctificetur nomen tuum. Tertio, quo inuocatur. Ioan. 16. Quæcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Item super illo verbo [venit de longinquo] quòd venit de longinquo. Primo, propter diuturnam expectationem.

bulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiã menstruatæ, Egredere, dices ei. Et dabitur pluuia semini tuo, ubicumq; seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit uberrimus, & pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spaciose, & tauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migma comedent, sicut in area uentilatum est. Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnẽ collem eleuatum riui currentium aquarũ, in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres. Et erit lux lunæ, sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die, qua alligauerit dominus uulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Ecce nomen domini uenit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius uelut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. Canticum erit uobis, sicut uox sanctificatæ solemnitatis: & lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia ut intret in montem domini, ad fortem Israel. Et auditam faciet dominus gloriã uocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorãtis. Allidet in turbine, & in lapide grandinis. A uoce enim domini pauebit Assur uirga percussus, & erit transitus uirgæ fundatus, quam requiescere faciet dominus super eum, in

tionem.Hebr.11.Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non re ceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes. Secundo, propter meritorum nostrorum imperfectionem. Ephes.2. Veniens euangelizauit pacem, uobis qui longe fuistis. Tertio, ꝓpter temporis dilationem.Num.24. Videbo eum, sed non modo, intuebor illum, sed nõ prope. Quarto, propter maiestatis altitudinẽ. Ps.8. A sũmo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.Nota super illo verbo [Lingua eiꝰ quasi ignis] quia charitas dicit̃ ignis.Primo, quia illuminat. Ecclesi.2. Qui timetis deum diligite eum, & illuminabunt corda vestra. Secundo, quia exæstuat.Can.2.Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lãgueo.Tertio, quia ad se omnia cõuertit. Ro.8. Scimus quoniã diligentibus Deum, omnia cooperãtur in bonum.Quarto, quia expeditum facit.Ioan.14. Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit.Quinto, quia sursum trahit.Cant.3. In lectulo meo quæsiui quẽ diligit anima mea, quæsiui illum, & nõ inueni.

C A P. XXXI.

IN parte ista, comminatur vtrisque simul, scilicet Aegyptiis, & Iudæis. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit comminationem.Secũdo, consolationem, ibi [Quia hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo ponit. Primo, culpam ex confidentia humani auxilij [in equis sperantes]psal.32.Fallax equus ad salutem, in abundantia virtutis suæ non saluabitur.Et ex contemptu diuini auxilij, ibi [Et non sunt confusi] Contra in psal.19.Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine dei nostri speraũimꝰ. Secundo, cõminatur pœnã [Ipse aũt] Et primo, cõtra contẽptum diuini auxilij. Secũdo, ponit dei sapientiã, & sententiæ firmitatẽ [& verba nõ abstulit].i.nõ irrita fecit, q̃ per ꝓphetas cõminatus est.Num.23.Nõ est deus vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hoĩs vt mutetur. Et subiũgit pœnã.[Et contra auxiliũ operantiũ] Iob 4. Qui habitãt domos luteas, & terrenũ habẽt fũdamentũ. Et subiungit pœnã [& consurget.] Contra fiduciã humani auxilij, ponit eorũ debilitatem, [Aegyptus homo]Ezech.38.Cum sis homo, & non deus, in manũ odientium te, morte incirconcisorũ morieris. Et subiungit pœnã. [Et corrũet auxiliator] Iob 4. Qui habitãt domos, vt supra. [Quia hæc dicit dñs &c.] Hic ponit consolationẽ, promittẽs per deum liberationem ab hostibus, a quibus per Aegyptios liberari nõ potuerũt.Et circa hoc, tria facit.Primo, ponit Iudæorũ defensionẽ sub similitudine leonis defendentis, dicẽs. Vos, & Aegyptij peribitis, in quibus cõfidebatis me cõtẽpto [Quia hæc dicit dñs] qui solus saluat [vt plietur] tamq̃ defensor contra illos, qui impediebant ædificationẽ templi, post reditum de captiuitate, Vel contra Assyrios, Osee 13. Ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum.Et sub similitudine auis protegentis [sicut aues] Matth.23. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alis,& noluisti?Deut.32.Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos,& super eos volitans. Secundo, ponit hostiũ destrũctionem, promittens consilium ad hoc mœrendũ [Conuertimini sicut in profundum &c.]Prouer.18.Impius cum in profundum venerit peccatorum, cõtemnit. Ro.6.Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete membra vestra seruire mũditiẽ in sanctificationem.Et ponit complemẽtum [In die illa] supra 2. In die illa proiiciet homo idola sua. Et ponit fructum, scili cetipsam destructionem, quantum ad occisorum necẽ [in gladio.] Deut.32. Gladius meꝰ deuorabit carnes.Et quãtum ad residuorum deletionem, in fuga, timorem, & seruitutem,quia[vestigales] primos.Babyloniis.Tertio, ponit vtriusq; confirmationem [dixit dominus, cuius ignis]cõburens Assyrios. supra 10. Erit lumen Israel in igne,& sanctus eius in flãma. Vel ignis in altari thymiamatis[animus] in altari holocaustorum.Leuit.9. Ignis in altari meo, semper ardebit. Vel ignis charitatis in Ecclesia militante imperfecte, sed canimus in ecclesia triũphante perfecte. Item nota, quòd charitas dicit̃ ignis: Require in præcedẽti coll. ante hoc capitulum.

tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata est enim ab heri Tophet, & a rege præparata, profunda,& dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

C A P. XXXI.

VAe qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes,& habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus, quia præualidi nimis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & dñm non requisierunt. Ipse aũt sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit. Et consurget contra domum pessimorũ,& cõtra auxilium operantiũ iniquitatẽ. Aegyptus hõ & non Deus, & equi eorũ caro,& nõ spiritus. Et dñs inclinabit manum suã,& corruet auxiliator,& cadet,cui præstatur auxiliũ, simulq; oẽs cõsumentur,quia hæc dicit dñs ad me, Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis sup prędam suã,cum occurrerit ei multitudo pastorũ a voce eorum nõ formidabit, & a multitudine eorũ nõ pauebit, sic descendet dñs exercituũ, vt prełietur super mõte Syon, & super collem eius.Sicut aues volantes,sic proteget dominus exercituum Hierusalẽ, protegens,& liberans,transiens,& saluans. Conuertimini,sicut in profundũ recesseratis filij Israel.In die.n.illa abijciet vir idola argẽti sui,& idola auri sui,quæ fecerunt vobis manꝰ vestræ ĩ peccatũ,& cadet super Assũr in gladio nõ viri, & gladius nõ hominis vorabit eum, & fugiet nõ a facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt, & fortitudo eius a terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius.Dixit dominus, cuius ignis est in Syon,& caminus eius in Hierusalem.

C A P. XXXII.

ECce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt.Et erit vir, sicut qui absconditur a vẽto, & cęlat se in tempestate,sicut riui aquarum in siti, & vmbra petrę promnentis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium,& aures audientiũ diligenter auscultabunt,& cor stultorum intelliget sciẽtiam, & lingua balborũ velociter loquetur,& plane. Non vocabitur ultra is,qui insipiens est, princeps,neq; fraudulentus appellabitur,maior. Stultus.n.fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatẽ, vt perficiat simulationem,& loquatur ad dominum fraudulenter, & vacuũ faciat animam esurientis,& potũ sitienti auferat.Fraudulẽti, vasa pessima sunt. Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Princeps uero,ea,quæ digna sunt principe cogitabit,& ipse super duces stabit. Mulieres opulentæ surgite & audite uocem meam, filiæ cõfi-

C A P. XXXII.

HAec est tertia pars comminationis,in qua prosequitur liberationem ab hostibus,qui tunc eis imminebant. Et primo, prædicit eam per modum prophetiæ. Secundo, narrat ꝑ modum historiæ. 36. cap. [Et factum est &c.] prima in duas. In prima, prædicit Iudæorum prosperitatem. In secunda,hostium destructionem.33.cap. [Væ qui prædaris &c.] Circa primum, duo.Primo, prædicit liberatorũ statum, quantũ ad regis æquitatẽ, ibi [regnabit rex] s.Ezechias. Hier.23. Regnabit rex & sapiens erit,quantum ad populi prosperitatem: quãtum ad consolationem in tribulatione. [Et erit vir] supra 4.Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu:quantum ad emendationem in spiritualibus [non caligabunt]vt prius,propter peccata regis,& populi [videntium] s.prophetarum,sed apertas a dño visiones accipient [& aures] s.subditorum [auscultabũt] implentes præcepta dñi per prophetas [cor stultorũ]qui prius in idolis errabant [balborum] prophetarum,qui prius obscure, & in enigmate loquebantur. Sap.10. Sapientia aperuit os mutorũ,& linguas infantium fecit disertas. Et etiam quãtum ad cõsecutam libertatem.s.a tyrannis [Non vocabitur qui insipiens] s. Senacherib,cui prius tributa soluebant, sicut patet 4. Reg.18.Ezech.34. Eruam eos de manu regis Assyriorũ. Secundo, exequitur liberationis modum [stultus enim] Et ꝑsequi afflictionẽ, Secundo, liberationẽ, ibi [donec effundatur.] Circa quod

quod duo facit.Primo, describit hostem persequentem. Secundo, persecutionem, ibi [mulieres &c.] Circa primum tria. Primo, ipsius regis nequitiam, quantum ad blasphemiam oris [stultus] scilicet Senacherib [fatua] verba blasphemiæ, infra 37.Prouerb.15. Os fatuorum ebullit stultitiam: quantum ad duplicitatẽ cordis [cor eius faciet] ꝑmittens populo bonam terram [ad dominum fraudulenter] dicens se illius præcepto venisse. infra 36. Prou.12. Cogitationes iustorum consilia,quantum ad credulitatẽ operis [vacuã] spoliando eos rebus, quibus debebãt nutriri, contra illud. Prouer. 25. Si esurierit inimicus tuꝰ ciba illum. Secundo, principum eius malitiam [fraudulenti] scilicet Senacherib [vasa] idest nuntij,& principes eius. Prouerb. 29. Princeps, qui libenter audit verba mẽdacij, omnes ministros habet impios. Et malitię executionem [ipsæ enim cogitationes] scilicet Rapsaces, de quo infra 36. [concinnabit] idest componet. Cinnus, est genus potionis ex diuersis speciebus cõpositæ[pauper]iudæus. Psal.49. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua cõcinnabat dolos. Tertio regnantis Ezechiæ prudentiam [Principes,] quia præcepit,quod nõ illi aliquis responderet.supra 1. Restituam principes tuos,vt fuerunt prius. [Mulieres &c.]Hic describit persecutionem inflictam,quantum ad tria. Primo, quantum ad fructuum amissionem,excitans attentiones [Mulieres] quæ facile potestis plorare [opulentæ] quæ plorandi materiam habetis ex bonorum perditione. Vel [mulieres] idest vos iudæi imbecilles.Psalm.48. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Et ponit temporis determinationem [post dies] aliquot, [annum vnum] Psal.21. Quoniam tribulatio proxima est,& non est,qui adiuuet. Et ponit fructuum amissionem [consumata] destructa [collectio] frugum [non veniet] in domos nostras ab agris.Hiere.48.Ablata est lætitia de Charmelo,& de terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli. Secundo,quantum ad camporum vastationem, indicens planctum [obstupescite] Baruch 4. Exui me stola pacis.supra 22.Et vocauit dominus in die illa ad fletum.Et prædicit damnum [super humum] supra 5. Ascendẽt super eum vepres,& spinæ. Tertio,quantum ad desolationem [quanto magis] scilicet flendum est [ciuitatis exultantis][scilicet Hierusalem, cuius inferior pars fuit tradita Assyriis. supra 22.Vrbs frequens ciuitas exultans.Et desolationis magnitudinẽ,quantum ad domos,quia redactę in perpetuas tenebras, sicut accidit in ædificiis ruinosis [Et tenebræ] Iob.12. Palpabunt in tenebris,& non in luce. Et quantum ad agros [gaudium onagrorum] qui morantur in magnis solitudinibus.Hiere 2.Onager assuetus in solitudine. [Donec effundatur] Hic prosequitur liberationem. Et primo,ponit iũdæorum consolationem. Secundo,hostium destructionem,ibi [Grando autem &c.] Tertio,prophetæ congratulationem,ibi [Beati,qui seminant &c.] Circa primum tria.Primo, diuinam consolationem. Hæc dico contingent,vastante terram Senacherib [donec spiritus] diuina consolatio.Ezech.37.Scietis,quia ego dominus,quia intromittam in vos spiritum,& viuetis. Quarto,consolationis modum,& ordinem,quantum ad terræ fertilitatem[Et erit desertum] idest terra vestra prius deserta,erit ita fertilis,sicut Charmelus,cuius fertilitas reputabitur sterilitas comparatione terræ vestræ.supra 29.Idem habetur,quantum ad iustitiæ obseruationem. [Et habitabit] supra 1.Syon in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia.Et quantum ad pacis tranquillitatem [Et erit opus] idest effectus [silentium] quia sine tumultu cõtentionum,& bellorum.supra 26. Domine dabis pacem nobis.

dentes, percipite auribus eloquiũ meum.Post dies,& annos, & vos conturbemini confidentes. Consumata est enim vindemia, collectio vltra non ueniet Obstupescite opulentæ,conturbamini confidentes,exuite uos,& confundemini, accingite lumbos uestros. Super ubera plangite, super regione desiderabili,super uinea fertili.Super humum populi mei spinæ, & uepres ascendent, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ,& palpatio factæ sunt super speluncas, vsque in æternũ. Gaudium onagrorum pascua gregum, donec effundatur super nos spiritus de excelso. Et erit desertũ in Chermel,& Chermel in saltum reputabitur, & habitabit in solitudine iudicium,& iustitia in Chermel sedebit. Et erit opus iustitiæ pax,& cultus iustitię silentium, & securitas vsque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta. Grando autem in descensione saltus,& humilitate humiliabitur ciuitas. Beati, qui seminatis super omnes aquas,immittentes pedem bouis, & asini.

C A P. XXXIII.

VAe qui prædaris.Nonne & ipse prædaberis? Et q̃ spernis, nõnex ipse spneris? Cũ consumaueris deprędationẽ, deprędaberis,cum fatigatus desieris cõtemnere, cõtemneris.Dñe miserere nostri, te enim expectamus, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.A uoce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua bilem.Primo, firmitas diuinæ potentię.Psal.124. Qui confidũt in domino,sicut mons Syon,non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Secundo, puritas propriæ conscientiæ.Prouer.3.Ambulabis fiducialiter in via tua,& pes tuus nõ impinget.Tertio,remotio hostilis nequitiæ. Io.16. Confidite, ego vici mundum. Item nota super illo verbo, [Beati,qui seminant super aquas] Quia doctrina domini est aqua. Primo, quia abundat.Eccl.24.Ego sapientia effudi flumina. Secundo, quia refrigerat.Prouer.25.Aqua frigida animæ sitienti.Tertio, quia fœcundat.infra 55. Quomodo descendit imber de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram,& germinare eam facit,sic erit verbum,quod egredietur de ore meo. Quarto, quia velociter portat. Io.4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.Quinto, quia singulis se conformat.Pouerb.5. In plateis aquas tuas diuide.

C A P. XXXIII.

IN parte ista,incipit prædicere hostium destructionẽ. Et primo,ipsam destructionem. Secundo, destructionis effectum. 35.cap. [Lætabitur &c.] Prima in duas. In prima,prædicit destructionem hostium principalium,scilicet Assyriorum. In secunda,aliorum eis auxiliantium. 34.cap. [Accedit &c.] Circa primum duo.Primo,prędicit destructionem Assyriorum. In secunda,ingratitudinem iudæorum,ibi [Laxati sunt &c.] Circa primum,duo facit.Primo, prædicit Assyriorũm destructionem. Secundo, inuitat omnes ad tanti facti consideationem, ibi [Audite &c.] Circa primum,duo facit. Primo,prædicit pœnã, quam a deo percepit.Secundo,quam aliis ipse contulit,ibi[Ecce videntes &c.] Circa primum tria facit. Primo,comminatur Assyriis destructionem,ponens quæstionem. [Nonne] Et responsionem [cum consumaueris fatigatus] quasi dicat tædio affectus de multis victoriis.Matth.7.In qua mensura mẽsi fueritis,remetietur vobis.Apoc.13. Qui in gladio occiderit,oportet eum gladio occidi. Secundo,in persona populi, petit a deo comminationis confirmationẽ. [Domine miserere.] Eccl.36. Glorifica manum,& extende brachium.Psal.59.Da nobis domine auxilium de tribulatione.Tertio, ponit petitionis impletionem.Primo, ponens destructionem Assyriorum, quantum ad exercitus. [A voce angeli] multos interficientis [populi] [populi] Assyrij, qui residui fuerunt. supra 31. Et pauebunt principes eius fugientes,quantum ad spoliorum direptionẽ. [Et congregabuntur] a iudæis [vestra] o Assyrij.supra 10. Lætabuntur coram te,sicut qui lætantur capta præda, quando diuidunt spolia,Secundo, destructionis fructum, scilicet dei gloriam

A Tertio, ponit diuinæ consolationis iucundam fruitionem.[Et sedebit] Prouer.1. Qui autem me audierit, absq; terrore requiescet, & abundantia perfruetur [grando] scilicet tribulationis [in descensione saltus] idest descendẽt a domino super hostes vestros [ciuitas] Niniue. supra 25. Ciuitatem sublimem humiliabis. [Beati,qui seminant &c.] Hic ostenditur prophetæ cõgratulatio [super aquas] idest super loca fertilia ex abundantia aquarum [pedem bouis & asini] non simul, quia hoc prohibitũ est.Deuter.22.Non arabis in boue, & asino. Psal.127. Labores manuũ tuarum, quia manducabis:beatus es, & bene tibi erit. Nota super illo verbo [Erit opus iustitiæ pax] Quia pax sanctorũ in patria erit pulchra. Primo,qa non erit falsa. Sap. 15. Secundo, quia non interrupta.supra.8. Et pacis non erit finis.Tertio,qa plena.Psal.147. Posuit fines tuos pacem.Item, nota sũ per pacem futurã, tria faciunt appetibilem.Primo, firmitas diuinæ potentię.Psal.124. Qui confidũt in domino,sicut mons Syon,non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. Secundo, puritas propriæ conscientiæ.Prouer.3.Ambulabis fiducialiter in via tua,& pes tuus nõ impinget.Tertio,remotio hostilis nequitiæ. Io.16. Confidite, ego vici mundum. Item nota super illo verbo, [Beati,qui seminant super aquas] Quia doctrina domini est aqua. Primo, quia abundat.Eccl.24.Ego sapientia effudi flumina. Secundo, quia refrigerat.Prouer.25.Aqua frigida animæ sitienti.Tertio, quia fœcundat.infra 55. Quomodo descendit imber de cælo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram,& germinare eam facit,sic erit verbum,quod egredietur de ore meo. Quarto, quia velociter portat. Io.4. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.Quinto, quia singulis se conformat.Pouerb.5. In plateis aquas tuas diuide.

C A P. XXXIII.

IN parte ista,incipit prædicere hostium destructionẽ. Et primo,ipsam destructionem. Secundo, destructionis effectum. 35.cap. [Lætabitur &c.] Prima in duas. In prima,prædicit destructionem hostium principalium,scilicet Assyriorum. In secunda,aliorum eis auxiliantium. 34.cap. [Accedit &c.] Circa primum duo.Primo,prędicit destructionem Assyriorum. In secunda,ingratitudinem iudæorum,ibi [Laxati sunt &c.] Circa primum,duo facit.Primo, prædicit Assyriorũm destructionem. Secundo, inuitat omnes ad tanti facti consideationem, ibi [Audite &c.] Circa primum,duo facit. Primo,prædicit pœnã, quam a deo percepit.Secundo,quam aliis ipse contulit,ibi[Ecce videntes &c.] Circa primum tria facit. Primo,comminatur Assyriis destructionem,ponens quæstionem. [Nonne] Et responsionem [cum consumaueris fatigatus] quasi dicat tædio affectus de multis victoriis.Matth.7.In qua mensura mẽsi fueritis,remetietur vobis.Apoc.13. Qui in gladio occiderit,oportet eum gladio occidi. Secundo,in persona populi, petit a deo comminationis confirmationẽ. [Domine miserere.] Eccl.36. Glorifica manum,& extende brachium.Psal.59.Da nobis domine auxilium de tribulatione.Tertio, ponit petitionis impletionem.Primo, ponens destructionem Assyriorum, quantum ad exercitus. [A voce angeli] multos interficientis [populi] [populi] Assyrij, qui residui fuerunt. supra 31. Et pauebunt principes eius fugientes,quantum ad spoliorum direptionẽ. [Et congregabuntur] a iudæis [vestra] o Assyrij.supra 10. Lætabuntur coram te,sicut qui lætantur capta præda, quando diuidunt spolia,Secundo, destructionis fructum, scilicet dei gloriam

tiam [Magnificatus.] Psal. 56. Magnificata est vsque ad cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua. Et hominum gratiam in rectitudine actus [impleuit] scilicet dominus [iudicio] quod est executio iustitiæ [fides,] quæ est fundamentum iustitiæ. supra 1. Syon in iudicio redimetur, & reducēt eam in iustitia. Osee. 2. Spōsabo te mihi in iustitia, & fide: quantum ad perfectionē intellectus [diuitiæ salutis, sapientia] in diuinis [scientia] in humanis. Prouer. 3. Preciosior est, sapiētia. Quantum ad ordinationem affect⁹ [timor] Eccle. 1. Timor domini, delet peccatum. Nota super illo verbo [diuitiæ salutis] quia nos habemus diuitias. Primo, in Deo. Coll. 1. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ dei absconditi. Secūdo, in seipso. Prouerb. 30. Preciosior est cunctis opibus sapiētia. Tertio, in sanctorum collegio supra 13. Preciosior erit vir auro, & homo obrizo. Ecce videtes clamabunt &c.] Hic ponit pœnā, quā aliis intulit. Et primo, describit pœnam ab ipso inflictam, quantū ad perturbationem hominum [videtes] exercitus magnitudinem [foris] qui habitant in suburbanis [Angeli pacis] legati Ezechiæ ad Rapsacen. infra 36. Hier. 8. Ecce vox clamoris filiæ populi mei [de terra longinqua.] Quantum ad solitudinem viarum [dissipatæ.] Tren. 1. Viæ Syon lugent, eo quòd non est qui veniat ad solennitatem. Quantum ad inficitionem pactorum [irritum factum est pactum] scilicet quo Senacherib Ezechiam asseuerat. Et ideo [proiecit] quasi contemnens eorum amicitiam [nō reputauit] præsumptione cordis sui. Iob 39. Absorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Quantum ad destructionem regionum [luxit, & elanguit] Et ponit præcipue ferti les regiones. Secundo, ponit diuinam resistentiam conatibus eius [nunc consurgam] Et circa hoc, tria ponit. Ex parte dei resistentis propositum [nunc] scilicet post tanta mala, quæ fecit [cōsurgā] contra improbos psal. 11. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus. Secundo, ponit frustratum Assyriorum consilium [concipietis] idest cogitabitis alios ardere [parietis stipulam] idest hoc sequetur, q⁹ vos comburemini [spiritus vester] idest indignatio [vorabit] scilicet carnem sub corio. psal. 12. Lacum aperuit, & effodit eū, & incidit in foueam quam fecit. Tertio, ponit resistentiæ, siue pœnæ modum. [Et erunt populi] quia ad literam corpora eorum sunt in cinere redacta [spinæ] idest Assyrij, quia alios lacerabant. Malach. vlt. Calcabitis impios, cum fuerit cinis sub plãta pedum eorum [Audite &c.] Hic inuitat ad tanti facti considerationem. Et primo, ad considerandum liberantis diuinę potentiæ magnitudinem. Secundo, ad considerandum liberatæ ciuitatis dignitatem, ibi [Respice Syon &c.] Circa primū, duo, Primo, inuitat ad consideratuonem suæ potentiæ. [Audite] infra 49. Audite insulæ, & attendite populi de longe. Secundo, ostendit potentiæ signum [contriti sunt peccatores] Assyrij. s. Hier. 19. Conteram populum istum, & ciuitatē istam sicut conteritur vas figuli. [Quis poterit &c.] Hic inuitat ad considerandum idoneitatem eius, qui habitat cū deo, vt ab ipso semper protegatur illæsus. Et primo, inquirit idoneū. Secundo, excludit indignum, ibi [Vbi est literatus &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit quæstionem [cum igne deuorante] Deo. s. vt ab ipso non deuoretur sicut Assyrij, Deut. 4. Dominus deus tuus ignis consumens est. Secundo, ostendit idoneitatē remouens tria, ad quæ iudæi proni erant, scilicet auaritiam, quantū

dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligit brucus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est dominus, quoniam habitauit in excelso, implebit Syon iudicio, & iustitia, & erit fides in temporibus suis. Diuitiæ salutis, sapientia, & scientia, timor domini ipse est thesaurus eius. Ecce uidentes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt. Dissipatæ sunt uiæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit, & elanguit terra, confusus est libanus, & obsorduit. Et factus est Saron sicut desertum, & concussa est Basan, & Carmelus. Nūc consurgam dicit dominus, nunc exaltabor, & nunc sublimabor. Cōcipietis ardorem, & parietis stipulam, spiritus uester ut ignis uorabit uos. Et erūt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. Audite qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam.

Conterriti sunt in Syon peccatores, possedebit timor hypocritas. Quis poterit habitare de uobis cum igne deuorante? Aut quis habitabit ex uobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iustitia, & loquitur ueritatem, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decore uidebunt, oculi eius cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Vbi est literatus? ubi legis uerba ponderans? ubi est doctor paruulorum? Populum imprudentem non uidebis, populum alti sermonis, ita ut non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia. Respice Syon ciuitatem solennitatis nostræ. Oculi tui uidebunt Hierusalem habitationem opulen

ad iniuste ablata [ex calumnia] Et illiberalitatem, quantum ad accepta. [Et excutit.] Secundo, quantum ad crudelitatem in homicidiis. [Qui obturat.] Tertio, quantum ad luxuriam. [Et claudit oculos [iste in excelsis] scilicet cum deo. Tertio, ostēdit huius habitationis vtilitatem, quātum ad quatuor. Et primo, quantum ad altitudinem securā, quod tamen est contra cō suetudinem altitudinis [munimenta] Iob 39. In petris manet in præruptis silicibus commorat, atq; in accessis rupibus. Secundo, quantum ad satietatem plenam [panis] Genes. vlt. Asser panis piguis. Tertio, quātum ad dei visionē, [regem] idest deum. Can. 3. Egredimini filiæ Syon, & videte regem Salomonem in diademate, qua coronauit eum mater sua. Quarto, quātum ad affectionē sanctam. s. contemptum terrenorum [oculi eius, de lōge] quasi lōge sub se positam per indignationem. Et quantū ad diuinam subiectionem. [Cor tuū timorem] filialem: Eccl. 1. Timor domini delectabit cor. Et possunt hęc exponi quātum ad eos, qui habitāt cum deo in presenti ecclesia, vel etiam in triumphante. Vel aliter, [terram] scilicet viuentium. psalm. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium [de longe] quasi longe supra dignitatem naturæ, vel idoneitatem multorum, nūc in spe, in futuro in re, & sic tenet cū tertia. Nota super illo verbo [spiritus vester vt ignis] quia deus dicitur ignis. Primo, purgans. Matth. 3. Baptizabit vos spiritu sancto, & igne. Secundo, inflammans. Luc. 12. Ignē veni mittere in terram. Tertio, condemnans. Deuter. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Item, nota super illo verbo. [Iste in excelsis habitabit] q⁹ sancti habitant cum deo. Primo, propter puritatem actionis. psalm. 100. Oculi mei ad fideles terræ vt sedeant mecum. Secundo, per hęsionem amoris. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Tertio, per eminentiam cōtemplationis. Philip. 4. Nostra conuersatio in cælis est. Quarto, per gloriam fruitionis. psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua domine. [Vbi est literatus &c.] Hic excludit indignum quantum ad illos, qui præcipue digni videbantur. Et primo, eminentes in sapiētia [vbi est literatus] eruditus in philosophia. [vbi legis verba] eruditus in scientia diuina [doctor] instruens alios in erudimentis vtriusq; 1. Cor. 1. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi doctus? Secundo, eminentes in eloquentia, sed non sapientia [populū alti sermonis] Hier. 5. Ecce ego adducam super vos gentem, cuius ignorabitis linguam. [Respice &c.] Hic inducit ad considerandum liberatæ ciuitatis dignitatem. Et primo, quantum ad copiam bonorum ponens quatuor, quæ sunt in cælesti, vel vel militanti ecclesia, scilicet cordium lætitiam [ciuitatem solennitatis] supra 30. Sicut vox sanctificatæ solennitatis, & lætitia cordis. Rerū opulentiam. [Oculi tui videbunt] supra 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta: Immobilitatis gratiam [tabernaculum, clauij] loquitur secundum similitudinē tabernaculi, quod affigitur clauis, & funibus, qui dissoluuntur quando transferri debet, Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Et huius assignat rationem, quia [solūmodo dominus] est, qui valet transferre & alij non potuerunt. psalm. 47. Magnus dominus, & laudabilis nimis, Aquarum abundantiam [locus fluuiorum] idest diuinarum monitionum [riui] diuersi modi participationum. psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Hoc tamen,

Iudæi

Iudei totum fabulose referunt ad auream Hierusalem. Secūdo, quantum ad immunitatem malorum. [Non transibit remigiū] quorumlibet hostium, qui quandoque consueuerant per mare terram promissionis infestare. [trieris] nauis habens tres ordines remorum. Et assignat causam [Dominus. n. iudex] iudicās ab aduersariis. Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus. [Laxati &c.] Hic predicit ingratorum Iudeorū destructionem, primo a Romanis factam. Et ponit tria. Primo, impotentiam ad resistendum [laxati]. i. præparati [funiculi] vt te contra Romanos defendas. Loquitur ſm similitudinem nauis quæ paratur ad eundum [malus] arbor nauis. i. templum in quo pretiosa vasa & vela fuisse noscitur. Treñ. 1. Dedit me dominus in manus, de qua non potero fugere. Secūdo, direptionem spoliorum ab hostibus. [tunc diuidentur] a Romanis [claudi] q. d. nullus erit sic impotens inter eos, quin prædam vestram diripiat. Ioel. 3. Infirmus dicat, quia ego fortis sum. Tertio, remissionem peccatorum hostibus [populus]. s. Romanus iustificatus, comparatione malitiæ Iudæorum. Ezech. 16. Iustificasti sorores tuas, in omnibus abominationibus tuis quas opera es. Vel loquitur contra Idumæos, qui nō poterunt prævalere cōtra Iudæos, sed magis ab ipsis spoliabuntur tēpore Machabęorum, & populo Iudęorum remittetur iniquitas. infra. 40. Completa est malitia eius.

CAP. XXXIIII.

IN parte ista, comminatur his qui fuerunt Assyriis coadiutores. Et primo, omnibus. Secundo, specialiter Idumæis. ibi [Ecce super Idumæam &c.] Circa primum, duo. Primo, excitat attēionem, & attentionis ordinem, vt accedentes appropinquent, propinqui audiant, & audientes attendant. infra. 49. Audite insulæ & attendite populi de longe. Et ponit conuocatorum vniuersalitatem [audiat terra:] quantum ad mediocres: continens pro contento [plenitudo] quantum ad maiores [germen eius] quātum ad minores, omnibus est præparatum ad annuntiandū, vt q⁹ omnes possint audire ostendat. Psa. 23. Domini est terra & plenitudo eius. Secūdo, ponit comminationem populorum, ponens iudicis. s. Dei indignationem [quia indignatio.] super. 14. Hæc est manus extenta super omnes gentes. Hominum necem [interfecit eos.] per authoritatem [dedit]. q. d. aliis ad interficiēdum, sicut executoribus. Zach. 11. Ego tradam homines, vnū quemque in manu proximi sui. Cadauerum abiectionem [interfecti proicientur.] Hier. 22. Sepultura asini sepelietur. Ioel. 2. Ascendet fætor eius, & ascēdet putredo eius, quia superbe egit. Secundo, quantum ad tyrannorum cessationem [tabescent montes] i. tyranni [a sanguine]. i. propter culpā effusi sanguinis. infra 64. A facie tua montes defluxerunt. Tertio, quantum ad destructionem idolorum. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit cessaturum idolorum auxilium. [Tabescent, cęlorum] aereorum. i. dæmonū, vel ad literā, spiritus qui præsidebāt syderibus ſm opinionē gentiliū. supra 16. Mouebunt simulachra Aegypti. Et in cōsilis, inquātū. s. diuinabāt in astris. [Et cōplicabunt]. i. sicut in libro plicato non potest aliquid legi, ita nec in cœlo poterunt mala eis futura præuidere. Apoc. 6. Cęlum recessit sicut liber in uolutus. Secundo, ostendit cessaturū idolatriæ cultū. [Et omnis militia.] vel facilitate impletionis prædictorū. Apoc. 6. Stellæ de cœlo ceciderunt super terram. Tertio, ostendit vtriusq; effectū: [qm̃ gladius]. i. vltio [inebriatus est in cęlo]. i. abundāter in dęmonibus vltionem exercui, qui idolis præsidebāt. Deut. 32. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladi⁹ meus deuorabit carnes. Nota super illo verbo. [Accedite.] Quia hō accedit ad deū per susceptionē gratiæ. Ro. 5. Accessum habemus per ipsum ad Deum, Secundo, per cōtēplationē diuinæ sapiētiæ. Psal 33. Accedite ad Deū & illuminamini. Tertio, per ministerium obedientiæ. Ezec. 4. Filii Sadoch qui accedūt de filiis Leui ad dominū, vt ministrent ei. Quarto, per spiritū concordiæ Eph. 2 Per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrē. [Ecce super Idumęam &c.] Hic comminatur specialiter Idumæis, qui cū hostibus contra Hierusalem venerunt, sicut dicit in Abdia, qm̃ capiebant alieni exercitū. & circa hoc tria facit. Primo, cōminatur hominum interfectionē. Secundo, terræ destructionem. ibi [Conuertetur &c.] Tertio, ponit vtriusq; confirmationē. ibi [Respice &c.] Circa primū tria. Primo, describit pœnæ æquitatē. [Ecce super Idumęam] ad opprimendā [interfectionis]. i. digni a me interfici. Hier. 49. Perditionem Esau adduxi super eum. Secundo, describit interfectionem quantum ad mediocres, ponens interfectorum diuersitatem [gladius: agnorum] per quæ omnia intelliguntur diuersi gradus interfectorū Ezech. 21. Hic est gladius interfectionis magnæ, qui obstupescere eos facit. Et necis magnitudinem [victima] idest quasi sicut in conuiuio magni regis, in quo multa animalia interficiuntur. Ezech. 39. Ego immolo vobis victimam. Et quantum ad maiores, ponens eorum occisionem. [Et descendent] in mortem [vnicornes] animal est in quantitate, & tactu atrocissimum, habens cornu vnum. Vnde significat potentes monarchos. supra. 5. Descendent fortes eius, & sublimes eius gloriosique eius ad cum. Et occisionis magnitudinem. [inebriabitur.] Psal. 101. Interfecta est terra in sanguinibus. Tertio, ponit pœnæ rationē. [Dies iudicii Syon] vt. s. iudicetur Syon de Idumęis. infra 63. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Tamen secundum glo. [Syon] idest, contra Syon. Vnde omnia sequentia exponit de destructione Hierusalē facta per Romanos. [Et conuertentur &c.] Hic ponit comminationem, quantum ad terræ destructionem. Et circa hoc, tria facit. Primo, prædicit destructionem. Secundo, terræ destructæ solitudinē. ibi [Et desolabit &c.] Tertio, solitudinis horrorem. ibi [Et erit cubile &c.] Circa primum, duo ponit. Primo, destructionem [conuertentur]. i. ita tota terra comburetur ab hostibus, ac si aqua esset [pix] & terra [sulfur.] Psal 10. Ignis sulfur & spiritus procellarum. Secundo, ponit destructionis durationem [non extinguetur]. i, effectus illius incendii manebit semper. [fumus :] signum in memoriam præsentis incendii. Apoc. 19, Fumus eius ascendet in sæcula sęcūlorum. Et hoc intelligendum est, manente causa combustionis, scilicet peccato: sic enim conditionaliter exponendę sunt omnes hmōi. prophetiæ, secundum quòd ipsemet dominus exponit se. Hier. 18 Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eā, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui. [Desolabitur &c.] Hic ponit solitudinem. Et primo, prædicit rationem, vel solitudinem quantum ad habitatores. [Desolabitur.] Tren. 1. Posuit me desolatam tota die merore confectam, Quantum ad viatores [non erit transitus.] Hier. 49. Non manebit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Quantum ad bestiarum

tam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferetur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia solummodo ibi magnificus est dominus noster. Locus fluuiorum riui altissimi & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neq; trieris magna transgredietur eum. Dominus. n. iudex noster, dominus legifer noster, domin⁹ rex noster. Ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed non prevalebunt. Sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. Tunc diuident spolia prędarum multarum, claudi diripiēt rapinā, nec dicet vicinus, Elāgui. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

omnes gentes, & furor super vniuersam malitiam eorum. Interfecit eos, & dedit eos in occisionē. Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fetor. Tabescent montes a sanguine eorum, & tabescet omnis militia cęlorum, & complicabuntur sicut liber cœli, & omnis militia eorū defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu, quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. Ecce super Idumęam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudiciū. Gladius Domini repletus ē sanguine, ĩcrassatus est adipe de sanguine agnorū & hircorum, & de sanguine medullatorū arietū, Victima, n. domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium, quia dies vltionis domini, annus retributionis iudicij Syon. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulfur. Et erit terra

rum habitationem. [Et possidebit] quasi sine timore [onocrotalus] idem est, q̃ pellicanus. [Ibis] auis serpentibus inimica. Est ibex ibicis quadruples. Ibis ibicis, auis. Et inuidus, ibis, Psal. 103. Et rodij domus dux est eorum petra refugiũ erinaciis. Secundo, ponit solitudinis æquitatem. Et primo, æquitatis iudicium [Extendetur mensura] pœnæ contra mensurã culpæ [perpendiculus] regula cementarij. supra 27. In mensura contra mensurã cum adiecta fuerit, iudicabit eã. Secundo, ponit iudicij modum. [Nobiles eius] in quibus gloriabantur. Soph. 3. Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ. [Orientur in domib⁹] quas nimis ruinosas ædificabant. [Et paliurus] quædam herba multarum spinarũ, quæ palliis adhæret lata habens folia. Osee 9. Desiderabile argentum eorũ, vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum, vt sic, Quãtum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantũ haberet tormentũ. Apo. 19. [Et erit &c.] Hic ostendit horrorem solitudinis ex monstris, quæ ibi habitabunt [dæmonia] dę monũ monstra quę in desertis plurimũ apparent [onocentaurus] qui est medius asinus, & medius equus, vel illud est dæmonũ potius quàm naturale animal [Pilosus] simia vel homo syluester, vel dæmon incubus [lamia] habens cætera membra feminea, pedes equinos [alter ad alterum] clamabit. supra 13. Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domos eorum draconibus, & habitabũt ibi struthiones. [Requirite &c.] Hic cõfirmat oĩa, quę dicta sunt ex authoritate diuinæ inspirationis [Requirite] vos q̃ futuri estis in libro dñi. i. in hoc libro, quẽ ego a dño didici [vnũ ex eis non defuit]. i. oĩa monstra, quæ dixi erũt ibi, [alter ad alterũ [mas feminam] ea]. f. monstra marẽ, & feminã [sortem] distribuens singulis loca apta ad manẽdum. Luc. 21. Cælũ, & terra transibunt, verba aũt mea non præteribunt: vel si exponatur de Iudæa, intelligunt per hæc diuersa monstra, diuersi gẽtiliũ errores, q̃ ibi a colẽtib⁹ Romanis, Introducti sunt.

CAP. XXXV.

IN parte ista ponit effectum prosperitatis consequentis in Iudęis ex destructione hostium. Et diuiditur in partes duas. In prima, ponitur promissio consolans. In secunda, exhortatio confortans, ibi [Confortate manus &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit hominum iucunditatẽ, quam cõparat prato florenti, qui quidem habet pulchritudinem in floribus. Vnde dicit [deserta] idest terra Iudæorũ, quæ post vastantibus Assyriis erat huiusmodi, methonomice. i. ipsi homines [quasi lilium] quod est pulcherrimus flos, & diu durat. Eccl. 39. Florens, floreas quasi lilium: habet etiam pulchritudinẽ in germine. vnde dicit [Germinans] Psal. 91. Iustus germinabit sicut lilium. Sicut enim germen ex flore, ita exterior iucunditas ex cordis lętitia. Secundo, promittit terræ fertilitatem [Gloria Libani] idest fertilitas diuersarum rerum, quæ est gloria horum locorũ, erit in terra promissionis. Osee vi. Erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt libani. Tertio, vtriusq; propinquitatẽ. [Ipsi] idest non differetur ad tẽpora filiorũ. supra 33. Regẽ in decore suo videbunt. [Confortate manus &c.] Hic ponitur exhortatio cõfortans. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponitur officij exhortãdi iniunctio [Cõfortate manus] in quo debilitas ad operãdũ [genua debilia]. trementia, in quo debilitas ad sustinendũ. Heb. 12. Remissas manus, & soluta genua erigite. Secundo, ponitur ipsa confortatio. Dicite [pusillanimes.] Lucæ 12. Nolite timere pusill⁹ grex. Tertio, assignatur confortationis ratio. Et primo, quantum ad remunerationẽ malorum, liberando ab hostibus [Ecce de⁹] & sanãdo a languoribus [Tunc aperiẽtur.] Et sunt metaphorice locutiões, si referantur ad tempus post destructionem Assyriorum, vt intelligantur spirituales defectus, vt supra. Vel ad literã, si referãtur ad Christi aduentum, sicut Io. 11. Cæci vident, claudi ambulant. Secundo, quantum ad collationem bonorum, quadruplicitẽr. Primo, quantum ad abũdantiã aquarũ [quia scissæ sunt] meta; hora, q̃ pro cõsolationibus. Vel quia multum pluet, vt sit magna fertilitas. Psal. 106. Posuit desertum in stagna aquarum. Secundo, pulchritudinem caporum [in cubilibus] idest terra, quæ prius erat deserta, ita vt hæc aĩalia inhabitarẽt, erit culta [viror calami] quæ in locis virentibus oriũtur. Iob. 40. Sub vmbra dormit, in secreto calami. Tertio, quantum ad restaurationem viarum, ponens viæ sanctitatem [Et erit ibi semita] in terra Iuda [semita] ducens ad templum [pollutus] gentilis sicut ante, vel mistice, de ecclesia militante, vel triumphante. Apocal. 21. Non ingredietur in ea pollutus, & immundus. Ponit etiam rectitudinem. [Et hęc erit, stulti] idest quantumcumque simplices non errabunt, propter multitudinem transeuntium. Hierem. 31. Adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ. Ponit etiam viæ securitatem [Non erit ibi leo.] supra 11. Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo. Et ponit viarum frequentationem [& redempti] a præcedentibus periculis. Baruch. 3. Ecce enim venient filij tui, quos dimisisti dispersos. Quarto, promittit eis lætitiam cordium [lætitia sempiterna] supra 25. Auferet lachrimam tũam &c. Ostenditur etiam, communiter lætitia sanctorum in patria, quia [sempiterna] quia plena [obtinebunt] quia pura [Fugiet dolor, & gemitus] Apo. 20. Absteiget deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, sed nec vllus dolor. Nota super illo verbo [Florebit quasi lilium.] Quia sancti comparantur liliis. Primo, propter stipitis altitudinem, ex quo cõstantia in aduersis. Can. 1. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Secũdo, pp odoris suauitatẽ, ex quo bona fama. Eccl. 29. Florete flores quasi lilium, date odorẽ, & frondete in gratiam. Tertio, propter humoris virorem, ex quo virtus mentis. Eccl. 5. Quasi lilia in transitu aquæ. Quarto, propter connexionem, ex quo sanctorum charitas. Can. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis. Item nota, q̃ hęc lilia Christus vestit, quantum ad virtutum initia, Matth. 6. Considerate lilia agri, quoniam nõ texunt, neque nent, & pater vester vestit illa. Secundo, colligit ad æterna præmia. Can. 6. Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatum, vt ibi pascatur in ortis, & lilia colligat. Tertio, in eis requiescit per cõpacentiam. Cantic. 6. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Quarto, quia ipse est liliũ. Can. 2. Ego flos campi, & lilium conuallium.

CAP. XXXVI.

HIC narrat in modum historiæ destructionẽ Assyriorũ. Et primo, ponit historię gestæ Secundo, quædã ex historia occasionata. cap. 38. [In diebus &c.] Prima in duas. Primo, ponitur culpa, quam a deo sustinuit, ibi. [Egressis &c.] Offendit autem eos tripliciter. Primo, bellis. Secundo, nuntiis. ibi [Et misit rex &c.] Tertio, epistolis. c. 37. ibi [Quod cum audisset &c.] Abac. 1. Ecce ego suscitabo Chaldæos gentẽ amaram, & velocẽ, ambulantem super latitudinem terræ. [Et misit &c.] Hic ostẽdit, qualiter offendit iudæos comminando p nũtios. Et primo, ponitur nuntiorũ congregatio. Secũdo, ipsorũ collocutio, ibi [Et dixit &c.] Circa primũ duo facit. Primo, describitur nũtius Assyriorũ [Rapsacen] quẽ dicunt fuisse filium Esaiæ, alij Samaritanũ [i aquęductu] de hoc supra. 7. Secũdo, describuntur nuntij Iudæorũ, ibi [Et egressus ad eũ Eliachim &c.] Qui successit Sobne, qui tradidit inferiorem partem ciuitatis Assyriis, vt supra 22. [Sobna] non ille de quo supra [a cõmẽtariis] Cancellarius regis, q̃ gesta in scriptum redigebat, ad memorãdũ regi. Vnde cõmentor a comminiscor. [Et dixit &c.] Hic ponitur nuntiorum collocutio. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur prolocutio Rapsacis ad nuntios. Secundo, ad alios, ibi [Et stetit &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur ipsius Rapsacis allocutio, in qua intendit astruere Ezechiæ infirmitatem ad resistendum, excludendo defensionem Aegyptiorum. [Confidis in arundine] deriforie, quia in Aegypto multę arundines sunt. Vel hoc dicit, quia Aegyptij tales erãt. Ezech. 29. Fuisti baculus arundineus domui Israel. Sed falsum erat, quòd Ezechias confideret in eis, excludendo etiam auxilium diuinum. [Quia si responderit, quis abstulit.] Quod fecit pro religione, peruertit in sacrilegium. Deuter. 12. Caue ne offeras holocausta tua, in omni loco quem videris. Excludendo etiam robur proprium. [Et nũc trade] quasi dicat, nec equos habes, aut equites, vt vni principũ exercitus resistere possis. supra 33. Proiecit ciuitates. Offert etiam Senacherib potestatem ad pugnandum, ex præcepto domini] quia confidis] Secundo, ponitur alibrum responsio. [Et dixit Eliachim, in aurib⁹ populi,] ne perturbetur, sciẽtes quòd dicitur Prouerb. 11. In benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur. Tertio, ponitur responsionis irrisio [Et dixit ad eos, Vrinam] quæ fluit ad pedes. Tren. 4. Qui nutriebantur voluptuose, amplexati sunt stercora. [Et stetit Rapsaces &c.] Hic ponitur allocutio impij ad populum. Et primo, ponit stultum impij verbum, in quo terret minis [nõ potẽrit] Iudith. 5. Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere Nabuchodonosor? Secundo, allicit promissis. [Hæc dicit rex, benedictiones] idest pactum, quod vertetur in vestram benedictionem. Vel, benedicite me sicut dominum vestrum [veniamq; de Aegypto] ad terram scilicet Medorum. Genes. 27. Det tibi de⁹ de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam, frumenti, vini, & olei. Prouocat exemplo [nec cõturbet tios] Dan. 11. Elevabitur, & magnificabitur. Secundo, ponitur despecti populi silentium. [Et siluerunt.] Prouerbio. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi similis videaris [præceperat] ne verba blasphemiæ multiplicaret, aut populum deciperet. [Et ingressus &c.] Hic ponitur discessio nuntiorum abinuicem. Et primo, reditus Iudæorum ad Ezechiam. Secundo, reditus Rapsacis ad Senacherib. [Reuersus est autem.] Circa primum, duo. Primo, ponitur reditus nuntiorum, & blasphemiæ renuntiatio. Secundo, ponitur Ezechiæ oratio, ibi [Et factum est cum audisset, scidit vestimenta &c.] pro audita blasphemia, quod erat mos Iudæorum, vt patet Matthæi. 26. Princeps sacerdotum scidit vestimenta sua &c.

eius in picem ardentem nocte, & die, non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem, desolabitur in sæcula sæculorum. Non erit transiens per eam, & possidebunt eam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea. Et extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Nobiles eius non erunt ibi, regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent dæmonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius. Illic congregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro domini, & legite, vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit, quia quod ex ore meo procedit ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea, & ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensurã. Vsq; in æternum possidebunt eam, in generatione, & generationem habitabũt in ea.

CAP. XXXV.

ÆTABITVR deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lętabunda, & laudãs. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam domini, & decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite: Pusillanimes confortamini, & nolite timere. Ecce, Deus noster vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum, quia scissę sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine, et quæ erat arida in stagnum, et sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, et iunci, et erit ibi semita, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. Et ambulabunt, qui liberati fuerint, & redempti a domino, conuertentur, & venient in Syon cum laude, & lętitia sempiterna super caput eorum. Gaudiũ, & lætitiã obtinebũt, & fugiet dolor, & gemitus.

CAP. XXXVI.

ET factum est in quarto decimo anno regis Ezechiæ, ascendit Senacherib rex Assyriorũ super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rapsacen de Lachis in Hierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris, in via agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Sapha a commentariis. Et dixit ad eos Rapsaces. Dicite Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum. Quæ est ista fiducia, qua confidis? aut quo consilio, vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam, quia recessisti a me? Ecce cõfidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum, cui si innisus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam, sic pharao rex Aegypti, omnibus, qui cõfidũt in eo. Quòd si respõderis mihi, in domino Deo nostro confidimus, nonne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria, & dixit Iudæ, & Hierusalem, coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te, domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo milia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci, ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Aegypto, in quadriga, & in æquitibus: & nunc, numquid sine domino ascendi ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit ad me. Ascẽde super terram istam, & disperde eam. Et dixit Eliachim, & Sobna, & Ioahe, ad Rapsacen. Loquere ad seruos tuos Syra lin-

CAP. XXXVII.

IN parte ista, ostendit quomodo Ezechias contra blasphemias humilitate, & orationibus pugnauit. Et circa hoc, tria facit. Primo, recitat quomodo petiit orationis locum, assumẽs humilitatis habitũ. [Et obuolutus est sacco.] Ionę 3. Peruenit verbum ad regem, & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Secundo, non præsumens per se orationẽ deo effundere, petiit orationis suffragium per nuntios a prophęta: vbi recitat nuntiorum missionem [Et misit Eliachim] supra 8. Numquid non populus a deo suo requiret visionem? Exponunt nũtij tribulationem. Et debet sic legi. [Et venerũt, & dixerũt, dies tribulationis] idest quam patimur in exterioribus tribulationib⁹: [& angustiæ] quantum ad cordis dolorem [correctionis] diuinæ [& blasphemiæ] hostium [venerunt filij] idest conceptiones consiliorum [pariendi] explendi. Vel, ita dolemus sicut parturiẽtes. Sopho. j. Dies iræ dies illa, tribulationis, & angustiæ. Porrigunt petitionẽ, vt sic ordinetur. [Leua ergo si quomodo] Hiere. 42. Ora pro nobis ad dominum deum tuum pro vniuersis reliquiis istis. Tertio, ostendit prophętæ responsum. [Et dixit ad eos] In quo excludit regis timorem. [Ne timeas.] Hiere. 1. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum. Et prædicit regis Senacherib mortem [Ecce ego] Apo. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. [Reuersus est autem.] Hic ponit reditum Rapsacis ad Senacherib. Et planum est. [Et audiuit &c.] Hic recitat, quomodo offendit eos comminando per epistolas. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit superbam illius comminationem. [Et audiuit de Teracha] qui egressus in auxilium Aegyptiorum, obseruauit exitum. Quod cum audisset, occurrit ei obuiam, dimittens Iudæam, & ante quàm recederet, scripsit. Et Babyloniam postmodum vadens, & obsidens Pellusiũ in Aegypto, veniente rege Aethiopiæ, noluit cum eo pugnare, dicens eum esse sacerdotem Plutonis derisorie, propter nigredinem, vel quia mures cordas arcuum corrodentes per exercitum eius, illum immunem dimiserunt. supra 10. Quomodo inuenit manus mea regna idoli? Secundo, ponit Ezechiæ orationem præmittens receptionem epistolæ. In qua oratione confitetur dei potentiam, per subiectionem angelorum. [Domine deus exercituum] Iob 25. Nũquid est numerus militum eius? per cultum Iudæorum [Deus Israel, qui sedes super cherubim] quia propitiatoriũ quod erat quasi sedes dei, & etiam dabat responsa, erat super alas cherubim. Psal. 79. Qui sedes super cherubim, manifestare coram Effraim, Beniamin, & Manasse. Sed cum tabernaculum sit dispositum secundum exemplar cælestis curiæ, vt sumitur Exod. 25. videtur quòd male dicatur sedere super cherubim, sed magis super thronos. Et dicendum, quòd sedet super cherubim, & thronos, quia super seraphim; qui sunt vltra eos. Vel secundum Gregorium, & Dionysium possidetur ibi singulariter, sed quod est inferiorũ, attribuitur etiã superioribus eminenter. Vnde, proprietatem thronorum eminẽtius habent cherubim. Vel dicendum, quòd sedet super thronos, sicut super sedem iudicij, super cherubim, sicut super cathedram magistri, quia cherubim interpretatur fusio scientiæ. Et ob hoc, congrue inde dicebantur dari responsa. Etiam ostendit dei potẽtiam, per dispositionem regnorũ. [Tu es deus solus] Dan. 6. Donec cognoscatur, qui potestatem habet super omnia regna. Probat etiam per productionem creaturarum. [Tu fecisti] Psal. 145. Qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quę in eis sunt. Accusat etiam Senacherib blasphemiam [Inclina domine] Iudi. 6. Domine deus cæli, intuere superbiam eorum, & respice ad nostrã humilitatem, probans cum hoc blasphemiæ stultitiam. [Vere enim domine.] Psal. 114. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominũm. Petiit etiam tertio in hac oratione, salutis misericordiã. [Et nunc domine] Iudic. 9. Omnes gentes cognoscant, quia tu es Deus, & non est alius præter te. Tertio, propheta promittit orationis exauditionem per nuntios. [Et misit Esaias] Et circa hoc, duo facit. Primo, promittit hostium destructionem. Secundo, ciuitatis liberationem, ibi [Propterea hæc dicit &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit comminationem. Et primo, destructionis interitum. Secundo, ponit signum, ibi [Tibi autem hoc erit &c.] Tertio, ostendit destructionis fructum, ibi. [Et erit quod saluatum &c.] Circa primum, duo. Primo, cõminatur pœnam confusionis contra contemptum Iudæorum. [Despexit] quãdo tibi noluit respõdere [mouebit] in futuro, quando aliis occisis, cum paucis fugies. supra 33. Qui spernis, nonne & ipse sperneris? Iob 22. Videbunt iusti, & lætabuntur, & innocens subsannabit eos. Secundo, cõminatur interitũ destructionis contra culpam, quã in Deum commiserat. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit culpam. Secundo, assumit diuinam potentiam, ibi [Numquid nõ audisti &c.] Tertio, cõcludit pœnam, ibi [Ponam ergo &c.] Circa primũ, arguit ipsum de duobus peccatis. Primo, de blasphemia. [Cui exprobrasti] Verba Ezechiæ ad Senacherib, quasi dicat, non mihi, sed Deo,

CAP. XXXVII.

IT factum est cum audisset rex Ezechias scidit uestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domũ domini. Et misit Eliachim, qui erat super domum, & Sobnam scribã, & seniores de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiam filium Amos prophetam, & dixerunt ad eum. Hæc dicit Ezechias. Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc, quia uenerunt filij usque ad partum, & uirtus non est pariendi. Si quo modo audiat dominus Deus tuus uerba Rapsacis, quem misit rex Assyriorũ dñs suus ad blasphemãdum dñm Deum uiuentem, & exprobrandum sermonibus, quos audiuit dñs Deus tuⁿ. Leua ergo orationẽ pro reliquiis, quæ repertæ sunt. Et uenerunt serui regis Ezechiæ ad Esaiam, & dixit ad eos Esaias. Hæc dicetis domino uestro. Hæc dicit dominus. Ne timeas a facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suã, & corruere eum faciam gladio in terra sua. Reuersus est autem Rapsaces, & inuenit regem Assyriorũ prælianteṃ aduersus Lobnã. Audierat enim, quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Taracha rege Aethiopiæ dicentes, Egressus est vt pugnet cõtra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiã dicẽs. Hęc dicetis Ezechiæ regi Iudę, loquentes. Non te decipiat Deⁿ tuus, in quo tu confidis dicens, nõ dabitur Hierusalem in manu regis Assyriorũ. Ecce tu audisti omnia, quæ fecerunt reges Assyriorũ omnibus terris, quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Numquid eruerunt eos dii gentium, quos subuerterunt patres mei, Gozam, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? Vbi est rex Emath, & rex Arfad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana, & Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nũtiorum, & legit eos, & ascendit in domum domini, & expandit eos coram domino. Et orauit ad dominum dicens. Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus omnium regnorũ terræ, tu fecisti cęlum, & terrã. Inclina dñe aurem tuã, & audi, & aperi oculos tuos & vide, & audi omnia uerba Senacherib, quæ misit ad blasphemandũ Deum viuentẽ. Vere.n. domine desertas fecerunt reges Assyriorũ terras, & regiones earũ, & dederunt deos earum igni: Non.n. erant dii, sed opera manuum hominũ, lignũ, lapis, & cõminuerunt eos. Et nunc dñe deus noster salua nos de manu eiº, ut cognoscant omnia regna terræ, quia tu es dominus solus. Et misit Esaias filius Amos ad Ezechiã dicens. Hęc dicit dominus deº Israel. Pro quibus rogasti me de Senacherib rege Assyriorũ, hoc est uerbũ, quod locutus est dominus super eum. Despexit te, & subsannauit te uirgo filia Syon, post te caput mouit filia Hierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti uocem tuam, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad sanctum Israel. In manu seruorũ tuorũ, exprobasti domino, & dixisti. In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montiũ, iuga Libani, & succidã excelsa cedrorũ eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltũ Carmeli eiº. Ergo fodi & bibi aquã, & exiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei? Ex diebus antiquis ego plasmaui illud, & nunc adduxi, & factum est in eradicatione collium compugnantiũ, & ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequàm maturesceret. Habitationem tuam & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, & insaniam tuam contra me. Cum furereres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducã te in via p quam venisti. Tibi autem hoc erit signũ. Comede hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno secũdo pomis vescere. In anno aũt tertio, seminate & metite, & plãtate vineas, & comedite fructũ earum. Et mittet id quod saluatum fuerat de domo Iuda, & quod reliquũ est radicem deorsum, & faciet fructum sursum, qa de Hierusalẽ exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Syon, Zelus dñi exercituũ faciet istud. Propterea hæc dicit dominus de rege Assyriorum. Non intrabit ciuitatem hanc, & nõ iaciet ibi sagittã, & non occupabit eam clypeus, & nõ mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur dicit dominus. Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam ,ppter me & propter Dauid seruũ meũ. Egressus est aũt angelus domini, & percussit in castris Assyriorũ centum octogintaquinq; millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorũ. Et egressus est, & abiit. Et reuersus est Senacherib rex Assyriorũ, & habitauit in Niniue. Et factum est cum adoraret in templo Neroch deum suum, Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntque in terram Ararath, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

Infra. 57. Super quem lusisti, super quem dilatastis os, & eecistis linguam? Secundo, arguit ipsum de superbia, quam conceperat ex magnitudine rerum factarum. [Et dixisti. In multitudine] quasi mea & non Dei virtute. [iuga Libani] summitates mõtium idest potentum. Deut. 32. Manus nostra excelsa, & non dominus fecit hæc omnia. Ex magnitudine præpositorum. [Et succidam excelsa:] potentes in Iudæa [altitudinem] domum domini [saltum:] populum. Zachar. 11. Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuos. Ex multitudine pugnatorũ. [Ego fodi] quasi dicat, tm̃ habeo exercitum, quòd non sufficit mihi aqua quã inuenio, nisi puteos fodiã: vel metaphorice cõsolationes omnium gentium ego siccaui. Ioel. 2. Quasi ortus voluptatis, terra coram eo. Nota super illo verbo. [leua ergo orationem.] Quia leuatur oratio. Primo, p eminentiam contemplationis. Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Secundo, per feruorem affectus. Tren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælo. Tertio, propter lachrymas conpunctionis. Psal. 5. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Quarto, per studium bonæ operationis. Psal. 140. Eleuatio manuum mearum, sacrificium vespertinũ. [Numquid non audisti &c.] Hic assumit diuinam potentiam, loquens in persona ipsius dei. Et primo, quantum ad æternam præordinationem [quæ olim] ab æterno [fecerim] idest proposuerim facere. Et de exaltatione & de destructione [illud] malum pœnæ, quod per ipsum inferre præuidi & prædeterminaui. Secũdo, quantum ad æterni præpositi temporalem executionem. [Et nũc adduxi, collium] principum [compugnantium] adinuicem [breuiata] idest retracta [manu] mea ab auxilio eorum, vel diminuta manu ipsorum a sui auxilio. [Et herba tectorum.] Psal. 128. Fiãt sicut fœnum tectorum, quod prius q̃ euellatur exaruit. Tertio, quantũ ad omnium factorũ cognitionem [habitationẽ] idest sedem regni. [Introitum] in terram Iudæorum. Iob. 34. Oculi eius super vias hominũ, & omnes gressus eorũ considerat. [Ponam ergo &c.] Hic concludit pœnam [circulum] sicut bubalo [frenum] sicut equo, idest potentia diuinitatis refrenãdo Iob. 30. Pharetram suam aperuit & afflixit me, & frenum posuit in os meum. Nota super isto verbo. [Ponam frenum.] Quia est frenum. Primo, discretionis. Iacob. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Secundo, diuinæ gubernationis. infra 48. Laude mea infrenabo, te ne intereas. Tertio, diabolicæ deceptionis. supra 30. Frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. Quarto, æternæ damnationis. Psal. 31. In camo & freno maxillas eorum constringe. Quinto, temporalis afflictionis. Iob. 30. Pharetram suam aperuit & afflixit me, & frenum posuit in os meum. [Tibi autem hoc erit signum &c.] Hic ponit signum. Venerat enim exercitus Assyriorum imminẽte messe. Vnde fructus non potuerunt tunc colligere, & fuerunt in terra vsque post tempus seminationis. Vnde etiam seminare non potuerunt. Sic ergo eis dicitur, quòd illa anni parte residua, eunte Senacherib in Aegyptum comedant [quæ sponte nascuntur,] vt 4. Reg. 20. scilicet ex granis conculcatis vngulis equorum, & quadrigis. Vel quęcumque repereris in horreis, prius ante obsidionem congregara. Vel quæ seueras, secundum septuaginta, i. quæ remanserunt conculcata in agris. [In secudo anno] existente eo in Aegipto, quia p annũ steeit, qa nihil recolliges cũ nihil seminaueris [pomis.] Vel quæ sponte nascũtur, vt in libro. 4. Reg. 20. Et in isto secundo, anno, destruetur Assyrius & sic in tertio anno habebis potestatem seminandi & congregandi. Vel secundum Andream, hoc est cõsilium. [Et hoc erit signum] refertur ad præcedentia. [Et mitter.] Hic ponit destructionis fructum. Primo, ponens similitudinem arboris, quæ multos fructus affert, si in terra profundantur radices. Hierem. 17. Erit quasi liguum, quod ad humorem mittit radices. Secũdo, ponit expositionem [quia de Hierusalem] infra 46. Dabo in Syon salutem, & in Hierusalẽ gloriam meam Tertio, assignat rationẽ [zelus. Propterea &c.] Hic promittit liberationem. [Non introibit] sicut proposuit. supra. 8. Inite consilium & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet. Et assignat rationem. [Et protegam, propter me.] infra. 48. Propter me faciam, vt non blasphemer. [Et propter Dauid.] Psalm. 131. Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem Christi tui. [Egressus est autem & cæter.] Hic ponit pœnam, quam a deo sustinuit. Et primo, quatum ad exercitus occisionem. [Et percussit.] supra 33. A uoce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Secundo, quantum ad residuorum perturbationem, & fugam. [Et surrexerunt. supra. 33. Ecce turbatio. Tertio, quantum ad ipsius occisionem. [Et factum est cum adoraret] Adramelech, & Sarasar primogeniti eius inuidentes fratri minori, quem substituere volebat, qui erat ex alia matre natus. Et sic iustus de angustia liberatus est.

CAP. XXXVIII.

IN parte ista, ponit quædam ex prædicta historia occasionata, scilicet infirmitatem Ezechiæ, quam incurrit propter ingratitudinem, quia post tantam victoriam, canticum gratiarum actionis non composuit sicut moris erat. Et diuiditur in duas. In prima, ponit ipsius ægritudinem. Secundo, sanationem, trigesimonono capit. [In tempore illo &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit ægritudinem. Secundo, liberationem, ibi. [Et conuertit &c.] Tertio, liberationis odinem, ibi. [Et misit Esaias &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit morbum. [Egrotauit. Eccles. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam. Secundo, ponit mortis nuntium. [Et introiuit, dispone] ordinando quis tibi succedere debeat. Eccles. 33. In die consumationis vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Sed contra hoc obiicitur, quia post modum vixit, & non mortuus est. Ergo huic prophętiæ, morieris, subsuit

falsum, nec fuit immobili veritate denuntians rerum euentus. Et dicendum, quòd cum omnium quæ fiunt in toto decursu tēporis rationes ab æterno in deo fuerint, quædam fuerunt inditæ rebus, quæ explicantur per opus naturæ & voluntatis: quędam apud se tantum retinuit, vt ea quæ vellet in actum educeret. Videntes igitur prophetæ in speculo æternitatis, vidēt de vtrisque quātum deus vult reuelare. Fuerant igitur Esaiæ reuelatæ illæ rationes, quæ rebus inditæ erāt, quæ causæ secundæ inferiores faciunt, scilicet naturales & meritorias, secundū quas infirmitas Regis ad mortē ordinata erat. Et etiam quantum ad sensum, quem in verbis propheta habuit, verum dixit: quia secundum causas īferiores ita erat. Similiter etiam quātū ad alium sensum, quem spiritus sanctus intellexit, verū dixit, quia mortuus fuit illi ingratitudini, dum post modū Deo debitas gratias egit, sicut & Niniue subuersionē quantum ad statum iniquitatis, vt dicit August. [Et conuertit &c.] Hic ponit liberationem. Et circa hoc, tria ponit.

dominum, & dixit. Obsecro domine, memento quæso, quō ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & qd bonū est in oculis tuis, fecerim. Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factū est verbū dñi ad Esaiā dicens. Vade & dic Ezechiæ. Hæc dicit dominus deus
G Dauid patris tui. Audiui orationē tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruam te, & ciuitatē istā, & protegam eam. Hoc autem tibi erit signum a domino, quia faciet dominus verbū hoc, qd locutus est. Ecce ego reuerti faciā vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum, decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis, per gradus quos descenderat. Scriptura Ezechię re-
H gis Iuda, cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi, in dimidio dierum meorum, vadā ad portas inferi. Quæsiui residuū annorum meorum. Dixi, non videbo dominū deum in terra viuētiū, non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Generatio mea ablata est, & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me. De mane usque ad uesperam finies me. Sperabam usque ad mane. Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane usque ad uesperam finies me. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor, ut columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum. Domine uim patior, respon de pro me. Quid dicam, aut quid respōdebit mihi cum ipse fecerit? Recogitabo mihi omnes annos meos, in amaritudine animę meæ. Domine si sic uiuitur, & in talibus uita spiritus mei. Corripies me & uiuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, ut non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, non

F [ad portas inferi] idest limbum, vel mortem, vel sepulchrum. Eccles. vltimo. Vita mea, appropinquans erat in inferno deorsum. Secundo, plangit bonorum amissionem, quantum ad dei iussionem [quæsiui a domino, quòd suppleret [residuum] mihi ablatum, vel inquisiui apud me, quantum restaret mihi de vita [dixi] apud me [nō videbo] per speciem modo adhuc [in terra viuentium] in cælesti beatitudine. Ps. 26. Credo videre bona domini in terra viuentium, vel [non videbo] vlterius videndo templum & cultum eius [in terra viuentium] scilicet Iudæorum. Math. 22. Non est deus mortuorum, sed viuorum. Etiam, quantum ad hominū societatem [Non aspiciam hominem] in hac vita viuentem. Hierem. 49. Non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Vel hominem Christū nobis promissum. Etiam, quantum ad filiorum posteritatē. [Generatio] scilicet filiorum, quia nondum filios habebat [conuoluta] plicata ne ad posteros extēdatur. supra 22. Et figam illum paxillū in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui. Etiam, quantum ad vitæ breuitatem. [Præcisa est velut a texente, dum adhuc] texendo telam imperfectam [ordirer] in iuuentute. Iob. vndecimo. Dies mei velociores fuerunt cursore. Tertio, plangit cordis anxietatem. Et primo, quantum ad mortis continuam expectationem [de mane,] scilicet dicebam [vsque ad vesperam finies me,] morte. Et tunc etiam non metuens [sperabam] iterum [vsque mane] simul cum morte dolor ægritudinis finiet [quasi leo sic
I contriuit] languor, vel ipse deus per dolorem ęgritudinis. Iob. septimo. Si dormiero, dicam quando consurgam, & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. Secundo, quantum ad spei dilationem, vbi ponit triplicem sperantis conditionem [sicut pullus hirundinis] expectat matrem, quia non videt, [vt columba] Nahum. secundo. Ancillæ minabantur gementes, vt columbę. Ponit etiam spei dilationem. [Attenuati sunt] quasi fatigati [suspicientes] per spem. Prouerbiorum, decimotertio. Spes quæ differtur, affligit animam. Psalm. 123. Leuaui oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium mihi. Ponit etiam, quandam cum deo disceptationem. [Domine vim patior,] quasi dicat, violentia fit mihi, vltra merita affligor. [Responde] fide iubeas [pro me, quid dicam] quasi in se reuersus, quid possem contra deum proponere, aut quid respondebo] quando oportet ad interrogata respondere [cum ipse fecerit] me, vel pœnam meam? Iob. 7. Si voluetis contendere cum eo, non poteris respondere vnum pro mille.
K Tertio, quantum ad præteritorum recordationem. [Recogitabo tibi omnes annos] in quibus bona passus sum, vel in quibus tibi peccaui. Iob. 7. Loquar in tribulatione spiritus mei. Nota super illo verbo [attenuati sunt oculi.] Quia oculi attenuātur. Primo, per depressionem. supra. 2. Oculi sublimes hominum humiliati sunt. Secundo, per luminis oppressionem. Prouerb. 26. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Tertio, propter cogitationis prauitatem. Iob. 36. Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul, Item super illo [suspicientes in excelsum,] Quia sunt oculi excelsi. Primo, per cordis elationem. Psal. 130. Domine non est exaltatum cor meū, neq; elati sunt oculi mei. Secundo, per inquisitionis curiositatē. Iob. 18. Quasi magna cogitans, attonitos habes oculos. Tertio, p cōtemplationem. Infra 40. Leua in excelsum oculos, & vide iucunditatem, quę veniet tibi. [Domine si sic &c.] Hic commemorat

Primo, orationis præparationem [ad parietem] templi. Et circa hoc, duo. Primo, ponitur Ezechiæ oratio. Secundo, salutis promissio. ibi [Et factum est &c.] Tertio, gratiarum actiones. ibi [Scriptura regis &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, orationis præparationem. [Ad parietem] templi, vel domus suæ, vt deuotius & secretius oraret. Psal. 85. In die tribulationis meæ clamaui ad te, & exaudisti me. Secundo, ponit ipsam orationem. [Et orauit, memento,] vt pro bonis quæ feci vitam mihi concedas. Dicitur enim deus oblitus, quando non retribuit [in veritate] cultus tui [corde perfecto] quantum ad amorem. Sed contra. Prouer. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum? Et dicendum, quòd non dixit sibi esse cor perfectum simpliciter, sed quantum ad hoc, quòd proiecit idola vt dicitur. 4. Reg. 18. Eccl. 11. In die malorum ne immemor sis bonorum. Tertio, ponit orantis compunctionem [Et fleuit.] Mat. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Iudi. 10. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. [Et factū est &c.] Hic ponitur salutis promissio. Et primo, ponit orationis exauditionē. [factum est.] ante quàm exiret media partem atrii 4. Reg. 20.] Audiui orationem.] supra. 30. Secundo, ponit promissionē [Ecce ego adijciam,] Psalm. 60. Dies super dies regis adiicies. Tertio, ponit confirmationem per signū. [hoc autē erit in sole] idest per motū solis [ex lineis] quibus secundum motionē naturalē cōputabātur. 10. horæ [Et reuersus] scilicet subito, & sic ille dies artificialis habuit. 22 horas, sed reduplicatus secundum gloss. si autē successiue sic remeauit per 4. & rediit per 4. & iterū per 4. venit. Et sic dies ille habuit. 32. horas fere triplicatus secundū Diony. Hoc autem factum est, vel omnibus aliis cælestibus corporibus retroeuntibus, vel solem breuiorem viam, aut velociorē motum dicendum est habuisse, vt ad situm suum simul cum aliis peruenirent. Ecclesi. 46. An non in iracundia eius impeditus est Sol, & vna dies facta est quasi duo? Et hoc signum competit signato. Iob. 11. Cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. [Scriptura Ezechiæ]. Hic ponitur gratiarum actio, pro salute promissa. Et primo, ponit titulum, [scriptura] scilicet hæc est. Secundo, ponit canticum. [Ego dixi] in quo, tria facit. Primo, plangit periculum, quod euasit. Secundo, commemorat beneficium, quod percepit, ibi [Domine si sic &c.] Tertio, petit complementum, quod deus promisit ibi. [Dñe saluum.] Plāgit autem tria. Primo, mortis horrorem [in dimidio] idest in iuuentute mea

morat beneficium quod suscepit. Et primo, correptionem [si sic viuitur] idest si tam misera est vita hominum, vel si per tribulationem acquiritur vita. Prou. 6. Via vitæ increpatio disciplinæ: exponit. [Ecce in pace] quasi in populo habente eam ab Assyriis [amaritudo] mihi imminet. Prouer. 14. Risus dolore miscebitur. Secundo, commemorat liberationem a pęna. [Tu autem eruisti animam meam] a culpa [proiecisti post tergum tuum] vel meū, quasi obliuisceris [omnia peccata mea.] Sapien. 11. Misereris omnium domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Tertio, assignat liberationis rationem. Et primo, quantum ad mortis inutilitatem [quia non infernus] idest damnati, vel sepulti [mors] diximus, vel mortui [veritatem] promissorum, vel filium. Psalm. 5. Quoniam non est in morte q memor sit tui, ī inferno aūt quis confitebitur tibi? Secundo, quantum ad viuorum laudē. [Viuens viuens] ad maiorem affirmationē, vel propter duplicē vitā. Psal. 113. Nos qui viuimus benedicimus domino. Tertio, quantum ad diuinæ laudis propositionem [pater filiis. Psal. 77. Quāta mandauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera. [Domine saluum me fac &c.] Hic petit expleri promissum [saluum me fac] ab Assyris & a languore. Psal. 33. Benedicam dominum in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Et iussit Esaias &c.] Hic ponit sanationis ordinem, & hic transpositum est, & debet esse ante signi dationem, vt patet. 4. Reg. 20. Sed quia non intendit historiam, sed prophetiam, quæ ad prophetiam pertinet, primo posuit: & primo, ponit curationis modum [chataplasma] idest emplastrum [vulnus] a deo inflictum, vel vlcus ex humore corrupto carne aperta. Dicunt enim, quòd laborabat morbo regio qui dicitur lupus, cui nocent ficus & vua dulcis, vt curatio tota diuinæ potētiæ attribueretur. Alii dicunt, quòd erat apostema, quod est ex humoribus intus collectis nondum carne scissa, ad cuius maturationem ficus prosunt, vt ostendatur non esse semper superuacua necessaria medicina. Eccles. 38. Pigmentarius faciet pigmenta suauitatis, & medicinam conficiet sanitatis. Secundo, Ezechiæ ponitur signum. [Et dixit Ezechias. Quod erit signum] 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt.

expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viuens, viuens, ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie. Pater filiis notam faciet veritatem tuam. Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ, in domo domini. Et iussit Esaias, vt tollerent massam de ficis, & ca-
B thaplasmarent super vulnus & sanaretur. Et dixit Ezechias. Quod erit signum, quia ascendam in domum domini?

CAP. XXXIX.

IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam. Audierat enim, quòd egrotasset, & conualuisset. Lætatus est autem su-
C per eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuēta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei. Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias. De terra longinqua venerūt ad me, de Babylone. Et dixit. Quid viderūt in domo tua? Et dixit Ezechias. Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt. Non fuit res quam non ostenderim eis, in thesauris meis. Et dixit Esaias ad Ezechiam. Audi verbum domini exercituum. Ecce dies venient & auferent omnia, quę in domo tua sunt, & quę thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonē. Non relinquetur quicquam, dicit dominus. Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris tollent, & erūt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Exechias ad Esaiā. Bonum verbum domini, quod locutus est. Et dixit. Fiat tantū pax & veritas in diebus meis.

CAP. XL.

CONSOLAMINI, cōsolamini popule meus, dicit deus vester. Loquimini ad cor Hierusalem & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu do-

A cam] cellaria [verbum] res digna verbo [in omni potestate sua.] Quantum ad ea quæ erant in templo, quæ quidem erant in potestate Regis vsurpata. Eccles. 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam. Multæ enim sunt insidiæ dolosi. Tertio, ponit elationis reprehensionem. [Et introiuit.] Et primo, ponit culpæ inquisitionem, & inanimationem. [Non fuit res.] Prou. 20. Sic aqua profunda, sic consilium in corde viri. Secundo, cōminatur pœnam [& dixit Esaias] quantum ad amissionem rerum [omnia quæ in domo.] Hier. 27. Hæc dicit dominus ad vos. Ecce ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis: quantum ad filiorum seruitutem, [& de filiis] quod dicunt impletum in Daniele & sociis, non quia corpore, sed mente & officio tales fuerunt. Deut. 28. Filii tui & filiæ tuæ, tradentur alteri populo. Tertio, ponit pœnæ acceptationem. [Et dixit Ezechias.] supra 26. Domine dabis pacē, qa in te sperauimus.

CAP. XXXIX.

HIc ponit amicorum gratulationem, ostensam in missione nuntiorum, & munerum. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit nuntiorum missionem. [Rex Arabiæ] qui tunc suberat Assyriis [libros] idest epistolas [audierat] sed maxime propter signum, quod in solis reuersione viderat. Psalm. 71. Viuet & dabitur ei de auro Arabiæ. Secundo, ponit ipsius Ezechiæ elationem, inde conceptam, ponens elationis lætitiam. [Lætatus] contra hoc, quod habetur Iob. 31. Si lætatus sum super multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manus mea. Et elationē in opere, in ostentationem diuitiarum suarum [& ostendit cellam aromatum] quæ dicuntur species odoriferę. Etiam locum, vbi sepeliebantur Reges, vel inferiorem partem domus saltus, quæ erat ex alabastro, vbi optime huiusmodi conseruanī [apothe

CAP. XL.

HAEC est secūda pars principalis istius libri, in qua principaliter cōsolationē populi intendit, per multa beneficia repromissa.
D Diuitur autem, in duas. In prima, inducit eos ad pmissorum expectationem. In secunda, exequitur diuinorum beneficiorū promissionem infra 45. Hæc dicit dominus deus. In prima, confortat eos per promittentis potestatem. In secunda, per ipsius dilectionem. 41. cap. [Taceant &c.] In tertia, per idolorū quæ resistere credi possent, debilitatem. 44. cap. [Et nunc audi Iacob &c.] Circa primum, tria facit. Primo, inducit ad consolationem. Secundo, promittit consolatorem. ibi. [Vox clamantis &c] In tertia, ostendit dei consolātis potestatē ibi. [Quis mensus &c] Circa primum, tria. Primo, inducit populum in consolationem [Cōsolamini] in spiritualibus [consolamini] in bonis temporalibus concessis. Eccl. 48. Consolatus est lugentes in Syon, vsque in sempiternum. Secundo, inducit prophetis & sacerdotibus consolationis annuntiationem. [Loquimini ad cor] scilicet consolādo. [Aduocate] a tristitia, ab idolatria. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Tertio, assignat rationem q̄-
E tum ad culpæ dimissionem. [Quoniam completa] quantū ad pęnarum finitionem [suscepit] loquitur secundū tempus post captiuitatem. Hier. 17. Duplici contritione contere eos domine. Sed cōtra. Nahum. 1. Non surget duplex tribulatio. Et dicendum, q duplicia dicuntur, quantū ad pœnam corporis & animæ, sicut & culpa in vtrisque est. [Vox clamantis in deserto.] Hic promittit consolatorem. Et circa hoc, tria facit. Primo, præmittit præparationem. Secundo, ostendit prophetiæ firmitatem ibi. [Vox dicentis &c.] Tertio, prænuntiat consolatorem venientem, ibi. [super mōtē &c.] Circa primum, tria. Primo, inducit præparationē. [Vox clamantis in deserto] s. Ioannis Baptistæ, hæc erit [Parate] per conuersionem a malis in solitudine vitiorum. Amos. 4. Præparare in occursum dei tui. Secundo, prædicit expletionem [Omnis vallis] sequens metaphoram in valle, quæ si est mōtuosa, facit laborem. Vnde dicitur [vallis exaltabitur,] vt adæquetur montibus, & totum fiat planum: si est distorta, facit errorem. Et quantum ad hoc dicit [erunt praua] si est lapidosa, facit pedum dolorem, & quātum ad hoc dicit [aspera in vias] per

quod significatur ꝑ pusillanimitas vertet in securitatem, superbia in humilitatem, nequitia in rectitudinem, crudelitas, in mansuetudinem. Hierem. 31. Dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti. Tertio, ostendit præparationis vtilitatem. [Et reuelabitur gloria] idest filius. Hier. 33. Curabo eos & reuelabo eis deprecationē pacis [videbit] idest omnibus visibilem se præbebit, vel loquitur de die iudicii Apoc. 1. Videbit eū omnis oculus. Quidam sic exponunt. [Vox] dei [clamantis] hæc est [præparate in deserto] idest in terra Iuda olim deserti [viam domini] scilicet ad veniēdum ad templum, vel in deserto quod est inter Babylonē, & Iudam. [Omnis vallis.] Per hoc ostēduntur omnia impedimenta remoueri, vt libere populus reuertatur [gloria] In destructione Chaldeorum, per quam gloriosus apparebit. [Vox dicētis &c.] In parte ista, ostendit prophetiæ firmitatem, per comparationē ad hominum fragilitatem. Vnde dominus primo indicit clamorē, qui significat expressam & plenam annuntiationem [clama] infra 48. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Secundo, indicit culpandam humanā fragilitatem, interrogante propheta. [Et dixi, quid clamabo?] timens ne contra populū suum aliquid clamare præcipiatur, & domino respondente [Omnis caro] Iacobi. 1. Exortus est sol cum ardore & arefecit fœnum. Tertio, ostendit diuini verbi firmitatem. [Vere] Luc. 21. Cælum & terra transibunt, verba aūt mea nō transibunt. [Super montem &c.] Hic prædicit consolatorem venientem. Et circa hoc, tria facit. Primo, dominus indicit prophetæ annuntiationem. In secunda, determinat aduentus promissionem ibi. [Ecce dominus &c.] Circa primum determinat, quis, cui, qualiter annuntiet. Quis quia habet officium [qui euangelizas] Rom. 10. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Modum designat, per tria. Primo, per loci altitudinem, vt bona nuntians de longe audiatur [super montem] mistice Christum, vel cælestem conuersationem & contemplationem. supra 2. Venite ascendamus ad montem domini, infra 42 De vertice montium clamabunt. Secundo, per vocis clamorem [Exalta in fortitudine] vt multi audiant, plane constanter prædicando, infra 48 Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Tertio, per cordis securitatem [Exalta noli timere] Hieremiæ primo. Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum. Cui sit annuntiandum determinat, quantum ad tria: quantum ad regni prouinciam. [Dic ciuitatibus.] quantum ad prouinciæ metropolim [qui euangelizas Hierusalem] quantum ad ciuitatis rectores [Syon] vbi templum & domus Regia. infra 41. Primus ad Syon dicet, ecce adsum, & Hierusalem euāgelistam dabo. Act. 13. Vobis oportebat prædicari verbum dei, sed quia repellitis illud, ecce conuertimur ad gentes. [Ecce deus &c.] Hic ponit aduentus dei promissionem [ecce] in promptu [deus noster] veniet. supra 35. Deus noster ipse veniet & saluabit nos. [Ecce dominus &c.] Hic ostendit venientis conditionem. Et primo, ostendit quōd veniet fortis ad bellandum [in fortitudine brachium] fortitudo in die iudicii. Vel in primo aduentu in potestate miraculorum, vel in destructionem Babylonis. Iob. 31. Si habes brachium sicut deus. Secundo, quōd veniet iustus ad remunerandum. [Ecce merces, opus illius coram illo.] quia in facultate voluntatis. Sapien. 5. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum. Tertio, ostēdit quōd veniet pius ad consolandum [sicut pastor] ad pascendum efurientes gregem suum pascet. Ezech. 34. In pascuis vberrimis pascam eas. Hierem. 3. Dabo vobis pastores qui pascent vos. Ad congregandum dissentientes [in brachio.] Ioann. 10. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet

F me adducere, & fiet vnum ouile & vnus pastor. Ad portandum deficientes [infirmi] Luc. 15. Cum inuenerit eam, alleuat super humeros suos gaudens. [Quis mensus est &c.] Hic ostendit diuinam potestatem. Et primo, astruit eam contra idolatrū errores, qui diuinæ potentiæ derogabant creaturam creatori æquando. Rom. 1. Seruierunt creaturæ potius quàm creatori. Secundo, contra desperationē Iudæorum, qui diuine potentiæ derogabāt diffidendo ibi. [Leuate in excelsum oculos &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit dei potestatem. Secundo, excludit errorem ibi. [Cui ergo similē &c.] Circa primum, tria. Primo, ostendit diuinam potentiam, simul & sapientiam in commensuratione facili, & creatione omniū rerum. Facit enim omnia in numero, quantum ad multitudinem productorum, in mensura, quantum ad determinationem sub proprio esse, in pondere, quantum ad inclinationem in finē.

dominabitur. Ecce merces eius cū eo, & opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suū pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Quis appēdit tribus digitis molem terræ, G & librauit in pondere montes, & colles in statera? Quis adiuuit spiritum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo iniit consiliū & instruxit eum, & docuit eum semitā iustitiæ, & eruditiuit eū scientia, & viā prudentiæ ostendit illi? Ecce gētes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sūt. Ecce insulæ quasi puluis exiguus, & Libanus non sufficiet ad succedēdū, & animalia eius nō sufficiēt ad holocaustum. H Oēs gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilū & inane reputatæ sunt ei. Cui ergo similē fe

Sapien. 11. [Pugillo] idest faciliter, sicut quæ pugillo, qui est manus clausa, mensurantur: [palmo] idest faciliter, qui est manus extensa [Quis appendit &c] Iob 26. Qui extendit aquilonem superuacuum, & appendit terram super nihilum, quia nullo exteriori fulcitur, alias esset quies terræ violenta [super aquas] quantum ad situm, quia aquis circundatur. Psal 103. Super stabilitatem suam. Quantum ad propriam causam quietis, quæ est natura propria [tribus digitis] idest faciliter. vel tribus proprietatibus, grauitatis, siccitatis, & immobilitatis [librauit] libratos fecit proprio pondere. Secundo, ostendit sufficientiā, potentiæ, quia nō indicet adiuuāte. [Quis adiuuit.] Cōtra Philosophos ponentes mediantibus primis cātis, vltima creata esse, quia nō indiget consilio [aut quis cōsiliarius] vt sibi daret consilium [cū quo] vt ab ipso peteret instruxit eum formā operis [semiram iustitiæ] naturalis, quā omnibus rebus præfixit, vt nulla res suæ naturæ metas excederet [scientiā] de cognitione rerum creatarū, & vniuersaliū & particulariū, cōtra Philosophos [viam prudētiæ] quātū ad mundi gubernationē. Iob. 26. Cuius adiutores? nūquid imbellis? & fusletās brachiū &c. Tertio, ostēdit ipsius excellentiam: quia excedit omnem gentium multitudinē. [Ecce gentes quasi stilla] parua gutta [situla] cadens de situla quæ secundū nos est vas aquaticum sitientibus aptū, quæ pro nihilo reputatur [momentum] quod inter brachia stateræ est, quod de facili inter vtrūque inclinatur. Iob. 26. Cū vix paruā scintillā sermonis eius audiuerimus, quis poterit tonitruum magnitudinē illius sustinere? Ostendit etiam, quōd excedit omnē condignū honorē, & præcipue quantum ad oblationē [& Libanus] idest ligna Libani quibus abundat, quia nemorosus est [& animalia] quibus abūdat, quia pascuosus, Mich. 6. Quid dignū offerā domino? ostendit etiam quōd excedit omnē creaturæ perfectionē, & naturalē, quia esse ipsorum respectu dei, est non esse. Dicit enim Dionysius in li. de diuinis nominibus ca. 12. quōd quantū participantia excedunt non participantia, & quantum participationes participantia, tātum qui est principium participantiū, excedit & participationes & participantia. [Omnes gentes,] & quantum ad perfectiones superadditas, quę quodā modo sunt implentes, & quasi [nihilū.] Hier. 4. Aspexi terrā, & ecce vacua erat & nihil. [Cui ergo &c.] Hic excludit errorē. Et primo, irridet errorem, quantū ad operātis intentionē, quia volebant deum facere. Ergo ex quo deus potens est [cui similem] loquitur secūdū errorem illorum, qui ipsas similitudines deos putabāt. [Aut quā imaginē] quantū ad illos, qui putabāt ea deos, quorū sunt similitudines, vt solem, vel lunā. Exod. 15. Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? Et quantum ad stultā operationem, quia in vili materia nobilis-

nobilissimam formam inducere volebant. [Numquid sculptile.] Sap. 4. Incommutabile nomen dei, lignis & lapidibus im posuerunt. Secundo, conuincit errorem. Et primo, ex lege naturali dicēte. [Numquid non scietis.] naturali ratione idola non esse deos, & lege scripta prohibente. [Numquid non an-

A testas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. Scientiæ, in comprehensibilitatem. [Neque est inuestigatio.] Roman. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Secundo, per magna, quæ in aliis facit. Et primo,

cistis deū? aut quam imaginem ponetis ei? Numquid sculptile conflabit faber, aut artifex auro figurabit illud, & laminis argēteis argētari? Forte lignū & imputribile elegit artifex sapiēs, quęrit quō statuat simulachrū qđ nō moueat. Numquid nō scietis? Nūquid non audistis? Nūquid non annuntiatū est vobis ab initio? Numquid nō intellexistis fundamenta terræ? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locustę. Qui extendit velut nihilū cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandū. Qui dat secretorū scrutatores, quasi non sint, iudices terræ velut inanes fecit. Et quidem neque planato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum. Repente flauit in eos, & aruerūt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me, & adęquastis dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte qs creauit hæc. Qui educit in numero militiam eorū, & oēs ex nomine vocat. Præ multitudine fortitudinis & roboris virtutisq; eius, neque vnus reliquū fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, abscondita est vita mea a domino, & a deo meo iudicium

in illis quos confortat, pristinā debilitatem [qui dat lasso] quantum ad illum, qui prius fortis fuerat, & defecit [& his qui non sunt] quantum ad eos, qui non fuerunt fortes. Roman. 3. Vocat ea, q̄ non sunt, tamquàm ea, quæ sunt 1. Cor. 1. Quæ infirma mūdi sunt elegit deus, vt confundat fortia. Secundo, ostēdit fortitudinis magnitudinem per comparationem ad fortitudinem naturalem, quā ostendit in aliis deficientem [deficient pueri] qui sunt in statu proficiendi [iuuenes] qui videntur robusti. 1. Reg. 2. Nō in fortitudine sua roborabitur vir. Secundo, roboris a deo dati, indeficientem agilitatē. [Qui autem sperant in domino mutabunt] scilicet naturalem in diuinam, vt non fatigentur ascensu [assument pennas,] vt etiam veloci cursu. Prouer. 23. Facient sibi pēnas sicut aquilæ [current vt etiam continuo incessu,

meum transibit? Nūquid nescis, aut nō audisti? Deus sempiternus, dñs qui creauit terminos terræ, & nō deficiet neq; laborabit, nec est inuestigatio sapiētiæ eius. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, iuuenes in infirmitate cadēt. B Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinē, assumēt pēnas sicut aquilæ, currēt & non laborabūt, ambulabunt, & nō deficient.

CAP. XLI.

Taceant ad me insulæ, & gentes mutēt fortitudinē. Accedāt & tūc loquātur, simul ad iudicium ꝓpinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego dominus, primus, & nouissimus ego sum. Viderunt insulæ, & ti-

[ambulabunt] supra. 5. Non est deficiens, neq; laborans. Nota super illo verbo [assument pennas vt aquilæ.] Quia sancti comparantur aquilis. Primo, propter volatus altitudinem. Iob. 39. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? in quo eminentia contēplationis. supra. 37. Regem in decore suo videbunt. Secundo, propter odoris subtilitatem. Luc. 16. Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilę, in quo feruor dilectionis. Can. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Tertio, propter loci sublimitatem. Prou. 3. Tria sunt mihi difficillima, & quartum penitus ignoro. Via aquilę in cælo, in quo studium cælestis conuersationis. Philip. 3. Nostra autem conuersatio in cælis est. Quarto, propter motus velocitatem. Tre. 4. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, in quo promptitudo bonæ operationis. Prouerb 22. Vidisti hominem velocem in operibus suis? Quinto, propter renouationem. Psal. 102. Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua, in quo studium emendationis & profectus 2. Cor. 4 Licet is qui foris est vetus homo corrumpatur, is qui intus est renouatur de die in diē. Sexto, propter membrorum pulchritudinem. Ezech. 14. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate venit ad libanum, in quo decor virtu- E tum. Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Septimo, propter filiorum solicitudinem. Deuter. 32. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, in quo solicitudo sanctorum 1. Corint. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?

CAP. XLI.

HIC incipit eos confortare ad firmam expectationem ex dei promittentis dilectione. Et diuiditur in tres partes. In prima, ostendit diuinam dilectionem ex beneficiis, quæ patribus exhibuit. In secunda, ex filio quem eis promisit 42. capit. [Ecce seruus &c.] In tertia, consolationes quasi inter diuersas angustias prædicit 43. capit. [Et nunc hæc dicit dominus & cæt.]

Intendit autem per beneficia, primo præstita, confirmationem Iudæorum, & idolorum confutationem, qui talia suis cultoribus non exibuerunt. Et ideo diuiditur prima pars, in duas. In prima, disceptat contra idolorum cultores. In secunda, contra ipsa idola, ibi. [Prope facite, &c.] Prima, in duas, Primo enim, per beneficia Iudæis præstita conuincit aduersarios. In secunda, per eadem confortat Iudæos, ibi, [Et tu Israel &c.] Circa primũ, tria. Primo, conuocat gẽtes ad iudicium, prosequens iudicii ordinem vt tacentes audiant & sic respondeant [mutent fortitudinem] idest confortent se quasi renouati in fortitudinem ad disceptandũ mecum. Mich. 6. Audiant montes iudicium domini, & fortiora fundamẽta terræ. Secundo, narrat exhibitum beneficium [Quis vocauit] vbi narrat multitudinem beneficiorum, quantum ad diuinam electionem. [Ab oriente] scilicet Chaldea [iustũ] Abraham. Gen. 12. Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus Hier. 13. Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, sic aglutinaui mihi domum Israel: & quantum ad concessam potestatẽ [Dabit in conspectu eius] scilicet quando liberauit Loth, pugnãs cõtra quatuor reges. Gen. 14. Psal. 1. Non sic impii non sic, sed tanquàm pulois quem proiicit ventus a facie terræ: quantum ad exequendi facilitatem [transibit in pace] scilicet sine labore [semita] sicut qui leuiter incedit, quasi vestigium non derelinquit, vel quia in pedibus est signum viæ cum derelictus est supra. 40. Current, & non laborabunt. Quærit actorem. [Quis hæc operatus est] & quis [vocans æterna præscientia. infra 49. Dominus ab initio vocauit me. Et ponit responsionem. [Ego dominus.] Apocalypsi. 1. Ego sum Alpha, & O, principium & finis. Aliter, ad literam exponitur de Cyro, mistice de Christo. Tertio, ponit quasi gentilium responsum, in quo per idola se defendere credebant. Et primo, tangit, eorum ad allegata mirabilia visa, stupore. [Videbunt insulæ.] Psalm. 76 Viderunt te aquæ deus viderunt te aquæ, & timuerunt. [Accesserunt] ad resistendum. Secundo, ponit multam confortationem. [Vnusquisque.] Iob. 40. Vna vni adhærebit. Tertio, ponit idolorum fabricationem [confortabit percutiens] ferrum malleo [qui cudebat] formabit figuram idoli, [dicens glutino bonum est] ad consolidandum idolum. Sapient. 13. In pariete ponens illud, & confirmans ferro ne forte cadat. [Nota super illo verbo, transibit in pace. [Quia Christus transiuit in pace. Primo, in pace carnis ad spiritum, quem habuit. Iob. quinto. Sciens, quòd pacem habeat habitaculum tuum. Secundo, in pace hominis ad proximum, quem docuit. infra. 52. Quàm pulchri supra montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem. Tertio, in pace mundi ad dominum, qui fecit. Ephe. secundo. Faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore deo. [Et tu Israel & cætera.] In parte ista, confortat Iudæos ex eisdem beneficiis. Et primo, ponitur præteriti beneficii repetitio, in electione, patrũ Iacob, & Abraham, quibus, ab aliis distincti sunt vniuersaliter [Iacob.] Psalmus. 104. Semen Abraham serui eius, filii Iacob electi eius. Romanorum vndecimo. Vt secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi. Esau aũt odio habui. Secundo, ponitur futurorum promissio. Et primo, quantum ad immunitatem malorũ, excludens timorẽ, tũ, propter dei præsentiã [ne timeas] Hier. 1. Ne timeas a facie eorum quia ego tecũ sum. tum, propter patrum iustitiam [suscepi te] quasi semen repromissum [iusti mei] Abram vel [suscepi te] ad defendendum [iusti] Cyri. Psal. 90. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ. Et ponens etiam hostiũ amotionẽ, quãtum ad eorum confusionem. [Ecce confundentur] Hiere. 17. Confundantur qui me persequũtur & nõ cõfundar ego: quantum ad destructionẽ. [Erunt quasi nõ sint.] Iupra 30. Ad perdendas gentes in nihilum. Et reparationis impossibilitatem [quæres eos.] Psal. 35. Vidi impiũ superexaltatum. & infra. Transiui, & ecce non erat. Ostendens etiã destructionis rationem [quia ego dñs] Psal. 143. Emitte manũ tuam de alto, erue me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Secundo, quantum ad abundãtiam bonorum. Et primo, contra seruitutem, ponẽs ipsum seruitutis iugũ. [Noli timere vermis] q. d. qui vel haberis vel calcaris sicut vermis & pro mortuo computaris. Psalm. 21. Ego sicut vermis & non homo, opprobriũ hominum & abiectio plebis. Ponens etiam diuinum auxilium, infra. 50. Ego auxiliatus sum tui. Ponens etiam exaltationis beneficium, quantum ad hostium subiugationem. [Ego posui te.] supra 25. Et triturabitur Moab sub eo, sicut teruntur paleæ in plaustro. Quod factum fuit tempore Machabeorum. Et quantum ad eorum exaltationem. [Et tu exultabis.] Can. primo, Letabimur & exultabimus in te. Secundo, contra paupertatẽ, ponens primo, paupertatis incommodum. [Egeni & pauperes.] supra. 50. Erunt super montes riui fluentium aquarum, & in locis desertis [ponam desertum] idest terram vestram primo desertam. Psalm. 106. Posuit desertum in stagna aquarum. Et quantum ad pulchritudinem arborum [dabo in solitudinẽ.] Quarto, ponit beneficii fructum [vt videant.] Ecclesiast. 36. Vt cognoscant, quoniam non est deus nisi tu, vt enarrarent magnalia tua. Nota super illo verbo, suscepi te. Quia Christus suscepit nos. Primo, quia sicut victor captiuum ad liberandum. Gen. vltimo, Ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo & quasi leæna. Secundo, quasi medicus infirmum ad sanandum. Psalm. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tertio, quasi aduocatus ad reum excusandum. Primæ Ioan. 1. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Quarto, quasi fortis debilem ad defendendum. infra 63. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Quinto, quasi sponsus sponsam ad congaudendum. Oseæ. 2. Sponsabo te mihi in iustitia & fide. [Prope facite iudicium &c.] Hic ponit disputationem, contra ipsa idola. Et primo, ponit disputationem. Secundo, sententiæ determinationem ibi. [Et videamus &c.] Circa primum, duo facit. Primo, disputat contra idola rationibus naturalibus. Secundo, per rationem a quodam particulari facto sumptam ibi. [Suscitaui &c.] Circa primum, tria. Primo, conuocat ad iudicium [prope] idest appropinquate ad me vt simul iudicemur, vos idola: vel idolatræ [afferte] idest allegate [siquid habetis] vt probetis vos deo. Psal. 81. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos diiudicat. Secũdo, ponit argumentum duplicẽ. Vnũ, sumptum ex diuina scientia, quæ plene omnia nouit, præterita & futura, quã idola non habent [Priora quæ fuerunt] Eccle. 23. Domino enim deo antequàm creareentur, omnia sunt agnita. Aliud, est sumptum ex diuina potentia, quę pôt punire, & bene facere [bene quoque] Baruc. vlt. Neque siquid mali patiũr ab alio, neq; siquid boni, poterũt retribuere. Tertio, concludit eorum defectum, quantum ad causam materialem [Ecce vos idola] ex nihilo, ex materia creata, quantum ad formalem [opus]. i. artificialis forma, q̃ figurat in vobis diuinitatem, quę non est quantum ad efficientem [abominatio]. i. abominabilis, [& vos] artifices [opus vestrum] scilicet idola [qui elegit] cultores 1. Cor. 8. Scimus quia idolũ nihil est Hiere. 10. Cõfusus est omnis artifex [Suscitaui &c.] Hic sumit quoddam speciale factum [Ab aquilone] Chaldæum [ab oriente] Persam, qui subiugauerunt, primo, diuersas terras & principes [Plastes] figulus, vel [plasma] factura. Mistice, per eum qui ab aquilone, gentilem populum, per eum qui ab oriente, Christum. Psal. 17. Vt lutum platearum delebo eos. Secundo, ex hoc sub quæstione proponit argumẽtum, quòd qui hoc potest dicere, est iuste dicendus deus, & qui non, non [Quis annuntiauit] infra. 49. Congregamini & audite. Tertio, excludit ab idolis diuinitatis inditium [non est annuntians] aliquis ex nobis diis [neque] aliquis cultorum [audiens] Psal. 113. Oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient. Quatuor ostendit. In vero deo, diuinitatis signum [Primum,] idest singularis deus noster. [Ecce adsum] in auxilium [euangelistam] annuntiantem futura. Daniel. 2. Vere, deus vester deus deorum est. Vel [primus] primo genitus dei filius. Ephe. 4. Dedit quosdam quidem prophetas, quosdam autem apostolos, alios vero euangelistas. [Et vidi &c.] Hic ex suprapposita disputatione, cõcludit sententiæ determinationem. Et per se patet. [Nota super illo verbo, quis annuntiauit] Quia mouet ad annuntiandum & prædicandum. Primo, instinctus fidei. Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum. Secundo, stimulus zeli. Hierem. 20 Et factum est in corde meo verbum domini, quasi ignis æstuans. Tertio, magnitudo præmii. Matth. 5. Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

CAP. XLII.

HIc ostendit diuinam dilectionem ex filio quem promisit. Ioann. 3. Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et primo, ex tanto beneficio ostendit dei dilectionem. Secundo, Iudæorum peruersitatem, ibi. [Hæc verba &c.] Circa primum, tria facit. Primo, prædicit filii dei aduentum. Secundo, malorum casum, ibi. [Dominus sicut fortis &c.] Tertio, resurrectionem bonorum, ibi. [Et ducam &c.] Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Circa primum, tria. Primo, describit mittendi conditionem. Secundo, prædicit missionem, ibi. [Hæc dicit dominus &c.] Tertio, inuitat ad gratiarum actiones, ibi. [Cantate domino &c.] Circa primum, tria. Primo, ostendit gratiæ plenitudinem, quantum ad gratiam vnionis, ibi. [Suscipiam eum &c.] Suus secundum humanam naturam. Lucæ 1. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suę: quãtum ad gratiam capitis [electus] vt sit caput ecclesiæ. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Cant. 5. Psalm. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti [Complacuit] Matth. 9. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: quãtum ad gratiam habitualem, quæ fuit in ipso singularis, [dedi spiritũ meũ] supra. 11. Requiescet super eum spiritus domini. Secundo, ostendit iudicis æquitatem, quantum ad tria, scilicet iudicandi authoritatem. [Iudicium gentibus.] Psal. 71. Deus iudicium tuũ regi da. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, cui adiũgit mansuetudinem [non clamabit.] Secundo, ostendit iudicis æquitatem, [neque accipiet personam.] Act. 10. Nõ est personarum acceptio apud deũ. Cui adiungit pietatem in subueniendo [nec audietur foris] Iudęam [verbum] prædicationis eius, vt prius subueniret illis, ad quos missus erat. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Psalm. 94. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et in dissimulando [calamũ] scilicet regnum Iudæorum [linum] sacerdotium. Ezech. 34. Quod confractum fuerat, non alligastis. Tertio, ostendit iudicii veritatem [In veritate.] Psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Cui adiungit iucũditatem. [Nõ erit tristis] in corde [turbulentus] in facie. Semper enim hilaris iucundusque fuit, æqualitatem mentis seruans, & si quantum ad partem sensibilem fuerit propassio tristitiæ, non quidem necessitatis, sed voluntatis. Vnde Matth. 26. Tristis est anima mea, vsque ad mortem. Eccles. 30. Iucunditas cordis, sobriam facit animam. Quarto, ostendit dominii potestatem [donec ponat iudicium vltimum, vel præceptum suum, prædicantibus apostolis [legem] euangelium. Genes. vltimo. Ipse erit expectatio gentium infra. 60. Me enim insulæ expectabunt. Alii exponunt hæc de Dario rege Persarum, qui mansuetus, iustus, & quietus fuit, quem dominus elegit ad liberandum Iudæos. [Nota super illo verbo Non clamabit.] Quia est clamor, Primus deuotæ orationis. Hebræorum 5. Cum clamore valido, & lachrimis exauditus est pro sua reuerentia. Secundus, attentæ prædicationis. Ioann. 7. Vltimo festiuitatis die clamabat. Tertius, innixę intentionis. supra. 5. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. [Hæc dicit dominus &c.] Hic prædicit missionem. Et primo, ponit mittentis potestatem, quantum ad creationes cælestium [creans cælum] quantum ad dispositionem terrestrium [firmans terram] quantum ad animationem viuentium [dans flatum] naturalis vitæ [spiritum] gratuitæ. Zach. 12. Dominus extendens cęlum, & fundans terram, & creans spiritum hominis qui est in ipso. Secundo, prædicit missionem ponens missi eruditionem. [ego dominus vocaui te,] filium meum ab æterno prædestinando te ad vnitatem diuinæ personæ [in iustitia,] idest vt iustus sim, impleus promissa. Romanorum, primo. Qui prædestinatus est filius dei. [Apprehendi manum] quantum ad operationem. Ioa. 14.

Pater in me manens ipse facit opera[,& seruaui] ne morte de-
tinereris. Psalm. 15. Non dabis sanctum tuum videre corruptio
nem. [Dedi te]quasi mediatorem. Gen. 9. Arcum meum ponã
in nubibus, & recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum [in
lucem] quasi illuminatorem. supra. 11. Habitantibus in regio-
ne vmbræ mortis,
lux orta est eis. Io-
an. 1. Erat lux vera,
quę illuminat omnē
hominem veniente
in hunc mundum,
Ostendit etiam offi-
cii vtilitatem, cõtra
infidelitatē. [vt ape-
rires.]Ioan. 9, Ego in
iudiciũ in hunc mũ-
dum veni, vt qui
non vident videant,
& qui vident cæci
fiant. Contra pecca-
ti seruitutē [vt ędu-
ceres.] Zach. 9. Tu
aũt in sanguine tuo,
ęduxisti vinctos de
lacu. Tertio, ex mis-
sione contra diui-
næ maiestatis singu-
laritatem, quantum
ad potentiam. [Ego
dominus. Psal. 67.
Dñs nomen est illi.
Exo. 6 Nomē meum Adonay[gloriã]qua dñs dicor. Luc. 2. Glo
ria in excelsis deo. Et quantũ ad sciẽtiã [quæ prima fuerũt] in-
fra. 45. Ex tunc prædixi illud. [Hæc etiam referunt ad Darium.
[Cantate domino &c.] Hic inuitat ad gratiarum actiones. Et
primo, indicit laudem. supra. 24. Audiuimus gloriam iusti. vel
propter inclusionem maris[qui descendunt] scilicet nautæ[ple-
nitudo eius]scilicet maris, idest omne illud quod impletur lau-
det deum, Psalm. 106. Qui descendunt mare in nauibus, faciē-
tes operationem in aquis multis, Ipsi viderunt opera domini, &
mirabilia eius in profundo. Vel propter conuersationem in de-
sertis [leuet] vocem suam in laudem dei [desertam]idest habi-
tatores eius, maxime quantum ad Israælitas [in domibus]more
aliarum nationum, qui primo erãt vagi per desertum. Vel [eo-
dem] filius Ismaelis. supra. 35. Lætabitur deserta & inuia, &
exultabit solitudo. Vel propter habitationē in montanis [lau-
date habitatores petræ]illius ciuitatis in Palestina, quæ in petris
posita est. Vel cuiuslibet montis. infra. 55. Montes & omnes
colles cantabunt domino. Inuitat hos de quibus minus vide-
tur, quòd ad laudandum deum conuertantur. Secundo, præ-
dicit diuinæ laudis diuulgationem. [Ponent domino gloriam]
in aliis, non solum in seipsis. infra vltimo. Mittam ex eis qui
saluati fuerint ad gentes & ad Aphricam, & ad gentes quæ
non nouerunt me. Mistice, totum hoc de conuersione gentium
ad fidem. [Dominus sicut fortis &c.] Hic prædicit per Chri-
sti aduentum, futurum casum. Et circa hoc, quatuor ponit. Pri-
mo, potentiam [dominus sicut fortis] ad impugnandum Iu-
dæos per Romanos. Exod. 15. Dominus quasi vir pugnator,
omnipotens nomen eius [zelum] vltionis. Prouerb. 6. Zelus
& furor viri, non parcet in die vindictæ. Secundo, ponit iram
[Vociferabitur] per tribulationes quas eis immittet. Contra
id, quod supradictum est. supra eodem [non clamabit] Primo,
cum mansuetudine veniens. Et contemptoribus indignationē
ostendit. Iob. 36. Tonabit voce magnitudinis suæ, & non inue-
stigabitur cum audita fuerit vox eius. Tertio, ponit iustitiam
quia iustum est vt cum diu expectauerit impænitentes, omnes
simul absorbeat [Tacui semper silui.] Iob. 3. Nonne dissimula-
ui, nonne silui, nonne quieui? [Patiens fui.] infra 30. pro-
pterea expectat vos deus, vt misereatur vestri [sicut partu-
riens] proferam dissimulatum dolorem, sicut mulier concē-
ptum infantem. Vel sicut parturiens dolebo de tam graui pœ-
na. Quarto, ponit pœnam quantum ad homines. [Desertos
faciam mõtes] maiores [colles] mediocres [germen] popula-
res. Ezech. 35. Mõtem Seyr desertum & desolatum dabo, &
auferam de eo euntem & redeuntem. Et quantum ad subtractio
nem omnis doctrinæ vel consolationis. [Ponam flumina.] Psal.
106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Po
test etiam hoc referri ad destructionem hostium Iudæorum, per
Darium & Cyrum. [Et educam &c.] Hic ponit reparationem
bonorum, quantum ad tria. Primo, quantum ad reparationem
visus. [Educam cecos] scilicet gentiles [in viam] Christum, vel
legis præceptum, vel etiam Iudæos secundũ aliam expositionē.

bo simul, desertos faciam montes
& colles, & omne germen eorum
exiccabo. Ponam flumina in insu-
las, & stagna arefaciã. Et educã cę-
cos in viã quã nesciũt, & in semi-
tis quas ignorauerunt, ambulare
eos faciã. Ponã tenebras corã eis
lucē, & praua in recta. Hæc verba
feci eis, & non dereliqui eos. Con-
uersi sunt retrorsum. Cõfundãtur
cõfusione, qui cõfidũt in sculptili,
qui dicũt cõflatili vos Dii nr̃i. Sur-
di audite, & cæci intuemini ad vi-
dendũ. Quis cęcus nisi seruus me-
us, & surdus nisi ad quē nuntios
meos misi? Quis cęcus, nisi qui
venundatus est? Et quis cęcus, ni-
si seruus domini? Qui vides mul-
ta, nonne custodies? Qui apertas
habes aures, nonne audies? Et do
minus voluit vt sanctificaret eum,
& magnificaret legem & extolle-
ret, ipse autem populus direptus
& vastatus. Laqueus iuuenum om
nes, & in domibus carcerum ab-
sconditi sunt. Facti sunt in rapinã,
nec est qui eruat, in direptionem,
G nec est qui dicat, redde. Quis est in
vobis qui audiat hoc, attēdat, & au
scultet futura? Quis dedit in dire-
ptionē Iacob & Israel vastantibus?
Nonne dñs ipse, cui peccauimus?
Et noluerũt in viis eius ambulare,
& non audierũt legem eius. Et effu
dit super eum indignationem fu-
roris sui, & forte bellum, & com-
bussit eum in circuitu & nõ cogno
uit, & succēdit eũ & nõ intellexit.

F Prou. 11. Ducã te per semitã equitatis. Secundo, quantũ ad il-
luminationem intellectus Ponam te Lu. 1. Illuminare his qui
in tenebris & in umbra mortis sedent. Tertio, quantum ad di-
rectionem affectus[praua] scilicet supra. 40. Erunt praua indi-
recta, & aspra in vias planas. [Nota super illo verbo, ponam flu-
mina] Quia est mul
tiplex aqua. Prima
effusę lachrimę. Hie
rem. 10. Quis dabi
tis capiti meo aquã,
& oculis meis fontę
lachrimarum? Se-
cunda, baptismalis
munditiæ. Ioan. 3.
Nisi quis renatꝰ fue-
rit ex aqua & spiri-
tusancto, non potest
videre regnnm dei.
Tertio, spiritualis
gratiæ. Ioa. 7. Qui
in me credit, flumi-
na de vētre eiꝰ fluēt
aquę viuæ. Quarta,
diuinæ sapientiæ. Ec
clesi. 24. Ego sapien
tia, effudi flumina.
Quinto internæ læ-
titiæ. Prou. 5. Bibe
aquam de cisterna
tua, fluenta putei
tui [Nota super illo
verbo Dedi te in fœdus] Quia Christus dicitur datus in fœdus.
H Primo, conseruandæ salutis. Gen. 9. Arcum meum ponam in
nubibus, & erit signum fœderis mei. Secundo, explendæ pro-
missionis 2. Corin. 1. Quot quot promissiones dei sunt, omnes
in illo sunt. Tertio, diuinæ dilectionis. Ioan. 3. Sic deus dilexit
mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Quarto, cessaturæ
legis. Psalm. 36. Holocausta & pro peccato noluisti [venun-
datus] in seruum peccati pro dilectione temporalis boni 4. Re.
21. Venundatus es vt faceres malum contra deũ. Hæc verba &c.
Hic ostendit Iudæorum peruersitatem. Et primo, ponit eos in-
gratos ad beneficia. Secundo, duros ad præcepta ibi [Surdi au-
dite &c.] Tertio, obstinatos inter flagella ibi [Quis est in vo-
bis &c. [Circa primum duo. Primo, ostendit magnitudinem,
[hæc verba] scilicet prædicta beneficia [cõuersi sunt retrorsum]
a me. Hier. 3. Tu dereliquisti me dicit dominus, retrorsum abii-
sti. Secundo, imprecatur eis confusionem [confundantur] Psal.
118. Confundantur omnes iniqua agentes. [Surdi audite &c.]
I Hic ostendit eos duros, ab obediendum ad præcepta. Et primo,
ostendit eorum duritiam, vocans eos surdos & cæcos in mente.
Excæcauit eos malitia eorum. Sap. 2. quàmuis habeant oculos
& aures corporis apertas. [Qui apertas.] Hiere. 6. Aude popu
le stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis &
aures, & non auditis supra 6. Excæca cor eorum, ne intelligant,
& aures eorum aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat
oculis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuer
tatur & sane eum. Secundo, ostendit induratorum stulitiã pro
pter hoc, ꝙ in præceptis, eorum vtilitatem dominus intendebar.
Vnde ponit intentionem domini[& dominus voluit eum] popu
lum: & ipse populus [magnificaret legem] dei in corde suo, cu
stodiẽdo ipsam [& vt dominus extolleret] populũ 1. The. 4. Hęc
est uolũtas dei sanctificatio vestra. Secundo, ostendit eorum ani
mi conditionem, quia in seipsis peccabãt [ipse autem diereptus]
a dæmonibus per diuersa peccata. & ideo [vastatus] ab hostibus
K aliis etiam occasionem peccãdi præstabant [laqueus] idest occa
sio ad peccandum [iuuenum] insipientium Osee 3. Laqueus fa-
cti estis speculationi, & sicut rethe expansum super Tabor: &
quia peccata occultabant [in domibus carcerũ] idest in secreto
cordis. In corde & corde locuti sunt. Psal. 11. Tertio, ponit pœ
nam [facti sunt in rapinam nec est qui eruat] bellorum opera
[nec est qui dicat] orationis instantia. Eccl. vlti. Circundede-
runt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Vel incipit ibi. Pœ
nam [in domibus carceris] vt exponatur ad literam [Quis est
in vobis &c.] Hic ostendit eos in corrigibiles per flagella, quia
etiam causam flagellorum non recognoscunt. Et circa hoc, tria
facit. Primo, inquirit recte sentientem, innuens paucitatem [fu-
tura] quæ prænuntiat de futuris suppliciis. Osee vlt. Quis, sa-
piens & intelliget ista, intelligens & sciet hoc? Secundo, deter-
minat veritatem, quantum ad pœnæ actorem. [Qui sedebit.]
1. Regum 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad infe-
ros, & reducit, Secundo, quantum ad culpam [ipse est cui] Ba
ruch. 4. Iustitias ipsius nescierunt neque ambulauerunt per viã
man-

mandatorum dei. Et quantum ad pœnam. [Et effudit.] Psal. 68. A
Effunde supar eos iram tuam, & furor iræ tuæ compræhendat
eos. Effusio abundantiam sigñat. Tertio, excludit veritatis cogni
tionem [& combussit] scilicet materiali igne per hostium vasta-
tiouem[non cognouit] se adeo pro peccatis suis punitum. Psal.
81. Nescierũt, neque
intellexerunt in te-
nebris ambulant.

CAP. XLIII.

Hic ostendit
eis diuinam
dilectionem
per remedia,
quæ eis inter angu-
stias concessit. Et di-
uiditur ĩ partes tres.
In prima, promittit
futura remedia, ad
ostendendam dile
ctionem. In secũda,
commemorat præte
rita beneficia ad cõ-
firmandam promis-
sionem. ibi [Hæc di
cit dominus.] In ter
tia, excludit merita
ad tollendam præ-
sumptionē. ibi[Non
me inuocasti Iacob,
&c.] Circa primum,
tria facit, Primo, ostē
dit in eos diuinæ di-
lectionis priuilegiũ.
Secundo, ex promis-
sis remediis excludit
diuinæ potestatis cõ
sortium. ibi[Omnes
gentes, &c.] In ter-
tia, ponit dilectionis
significationem. ibi
[Hæc dicit dominus
redemptor, &c.] Cir
ca primum, promit-
tit eis tria remedia.
Primo, in pænis su-
stentationem exclu-
dens timorē ex diui
na pręsentia [creans
te] quantum ad sub-
stantiæ principium.
Deu. 32. Ipse est pa-
ter tuus, qui posse-
dit, & fecit, & crea-
uit te[faciens] quan
tum ad formã, quã
dedit. Gen. 1. For-
mauit deus hominē
de limo terræ[rede-
mi te]a malis. Osee.
13. De manu mortis
liberabo eos, & de morte redimam eos. [Et vocaui] ad gratiã.
Osee. 2. Vocabo nõ plebem meã, plebē meã. Ponit promissionē
[cũ transieris p aquas] Aegyptias, flumina, Chaldæi[igne] Græci E
[flãma.] Romani. Nõ. n. ex toto sunt consumpti. Psa. 65. Transiui
mus per ignē, & aquã, & eduxisti nos in refrigerium. Et assignat
huius rõnem[quia ego dñs] supra. 12. Vere ipse deus saluator no
ster. Secũdo, promittit pænarum commutationem, vt. s. alios lo-
co ipsius puniat. Et ponit cõmutationem[dedi propitiationē]. i.
vt propitientur, quasi pænis eos affligens, qui te ad præcandum
sui auxilii spe prouocabant[Saba] ciuitas Ethiopię. Prouer. 11.
Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Et as-
signat rationē. s. ipsam dilectionem. [Ex quo honorabilis]. i. feci,
& reputaui te honorabilem[pro te] pro liberatione tua. Hier. 31.
Si filius mihi honorabilis Ephraim, si puer delicatus. Tertio, pro
mittit eis a tribulationibus omnimodã liberationem. Et circa
hoc tria facit. Primo, promittit liberationis beneficiũ [Noli ti-
mere ab oriente] quia vndique dispersi erant. supra 11. Congre-
gabit profugos Israel. Secundo, adducit liberationis meritum
[& omnem qui inuocat nomen] adducam [in gloriam meam] vt
glorificet me, & vt ipse gloriosus appaream. Ioel. 2. Omnis qui-

CAP. XLIII.

ET nunc hæc dicit domi-
nus, creans te Iacob, &
formans te Israel. Noli
timere, qa redemi te, & vocaui te
nomine tuo. Meus es tu. Cum tran
sieris per aquas tecum ero, & flu-
mina non operient te. Cum am-
bulaueris in igne, non combure- B
ris, & flamma non ardebit in te,
quia ego dominus deus tuus san-
ctus Israel saluator tuus. Dedi pro
pitiationem tuam Aegyptum, &
Aethiopiam, & Saba pro te. Ex
quo honorabilis factus es in ocu-
lis meis, & gloriosus, ego dilexi te.
Et dabo homines pro te, & popu-
los pro anima tua. Noli timere,
quia ego tecum sum. Ab oriente
adducam semen tuum, & ab occi-
dente congregabo te. Dicam aqui-
loni da, & austro noli prohibere. C
Affer filios meos de longinquo, &
filias meas ab extremis terræ. Et
omnem qui inuocat nomen meũ,
in gloriam meam creaui eum, for-
maui eum, & feci eum. Educ foras
populum cęcum, & oculos haben
tem, surdum, & aures ei sunt. Om-
nes gentes congregatę sunt simul,
& collectę sunt tribus. Quis in vo
bis annuntiet istud, & quæ prima
sunt audire vos faciet? Dent testes
eorum, & iustificentur, & audiant D
& dicant. Vere vos testes mei, di-
cit dominus, & seruus meus, quē
elegi, vt sciatis, & credatis mihi, &
intelligatis, quia ego ipse sum. An-
te me non est formatus deus, &
post me nõ erit. Ego sum, ego sum
dominus, & non est absque me sal
uator. Ego annuntiaui, & saluaui,
auditum feci, & non fuit in vobis
alienus. Vos testes mei dicit do-
minus, & ego deus. Et ab initio
ego ipse, & non est qui de manu
mea eruat. Operabor, & quis auer
tet illud? Hæc dicit dominus re-
demptor vester, sanctus Israel. Pro
pter vos emisi Babylonem, & de-
traxi vectes vniuersos, & Chal-
dæos in nauibus suis gloriantes.
Ego dominus sanctus vester, &
creans Israel rex vester. Hæc dicit
dominus, qui dedit in mari viam,
& in aquis torrentibus semitam.
Qui eduxit quadrigam, & equum,
agmen, & robustum. Simul ob-
dormierunt, nec resurgent, & con
triti sunt quasi linum, & extincti
sunt. Ne memineritis priorum,
& antiqua ne intueamini. Ecce
ego facio noua, & nunc orientur,
vtique cognoscetis ea. Ponam in
deserto viam, & in inuio flumi-
na. Et glorificabit me bestia agri,
dracones, & strutiones, quia de-
di in deserto aquas, & flumina in
inuio, vt darem potum populo
meo, electo meo. Populum istum
formaui mihi, laudem meam nar-
rabit. Non me inuocasti Iacob,
nec laborasti in me Israel. Non
obtulisti mihi arietem holocau-
sti tui, & victimis tuis, non glo-
rificasti me. Non te seruire feci in
oblatione, nec laborem tibi præ-
bui in thure. Non emisti mihi ar-
gento calamum, & adipe victima
rum tuarum, non inebriasti me.
Verumtamen seruire me fecisti in
peccatis tuis, præbuisti mihi labo
rem in iniquitatibus tuis. Ego
sum, ego sum ipse, qui deleo ini-
quitates tuas propter me, & pec-
catorum tuorum nõ recordabor.
Reduc me in memoriam, & iudi-

cumq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Tertio, promulgat li
berationis præceptum. [Educ.] o Tyre [foras] extra terram capti
uitatis[populum, s. Iudæorum Hier. 5. Audi popule stulte, qui
nõ habes cor, qui habentes oculos non videtis, & aures & nõ au
ditis. [Omnes gentes, &c.] Hic excludit diuinitatis consortiũ.
Et primo, ostendit
aliorum deorũ falsi-
tatē per modũ iudi-
cii, ponens gentium
ad idola cõsensum.
[Congregate sunt]
in vnum errorem.
Psal. 13. Omnes de-
clinauerunt, simul
inutiles facti sũt, ꝑe
tēs diuinitatis signi
ficatum. [Quis ex
vobis]. i. quis deorũ
vestrorum? uel loqui
tur ad idola, & petit
testimonium.] Dent
testes, & iustificen-
tur] iuste dicantur
dii & testes[audiãt]
ab eis futura [& di-
cant] pro uobis[testi
monium] supra 41.
Non est annuntiãs,
neq; prędicens, neq;
audiens sermones
meos. Secundo, præ
dicat suę diuinitatis
veritatē. Et primo,
quantum ad scien-
tiam. Secundo, quan
tum ad potentiam.
ibi[Vos testes, &c.]
Circa primum, duo
facit. Primo, dat te-
stimonium. [Vere
vos testes mei] po-
pulꝰ Iacob, vel Chri
stus. Act. 1. Eritis mi
hi testes in omni Iu
dea, & Hierusalem.
Ponens cognoscen-
di modũ [vt sciatis]
quantũ ad ea, quæ ꝑ
naturales rõnes de
deo sciri possint, [&
credatis] quantũ ad
ea, quæ supra ratio-
nem sunt [& sic in-
telligetis] quia, Nisi
credideritis, nõ intel
ligetis. supra. 8. Sm
aliã literam ponens
etiã testiũ dictum, ꝙ
ipse sit solus deus:
[quia ego] solũ[sum]
deꝰ[formator. [Deu.
32. Videte, ꝙ ego
sim solus, & non sit alius deus præter me. Et ꝙ sit solus domi-
nus[ego sum]singulariter[ego sum]& excellenter. Act. 4. Salus
nõ est in aliquo alio. Secundo, dat diuinitatis significatum [ego
annũtiaui & nõ fuit] a quo scire posseris. Psal. 80. Israel si me au-
dieris nõ erit in te deus recens, nec adorabis deũ alienũ. Nota su
per illo verbo[cũ ambulaueris in igne, non cõbureris. Quia deus
liberat sanctos suos ab igne multiplici. Primo, carnalis tentatio-
nis. Iob. 30. Ignis est, vsque ad consumationē deuorans. Secũdo,
tēporalis tribulationis. Psal. 16. Igne me examinasti, & non est
inuenta in me iniquitas. Tertio, ęternæ damnationis. Mat. 25. Ite
maledicti ignē æternũ Quarto, diuinæ indignationis. Deut. 32.
Ignis succensus est in furore meo. [Primo igne, vtuntur lasciuiē-
tes. 1. Cor. 7. Melius est nubere, quàm uri. Secundo, ĩpatientes. su-
pra 13. Facies cõbustę, vultus eorũ. Tertio, impenitētes. Psa. 105.
Flãma cõbussit peccatores. Quarto. Superbientes. Psal. 17. Mon-
tiũ fundamenta cõburet. Itē super illo [cũ transieris per aquas
tecum ero. Quia deus liberat ab aquis. Primo, voluptatis. Prou.
10. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, in quibus suffocantur per luxu
riã. Secundo, cupiditatis. Exo. 15. Submersi sunt, quasi plumbum
in aquis vehementibus, in quibus suffocantur per auaritiã. Ter-
tio,

tio,aduerfitatis.Pfal.68. Intrauerunt aquæ , vfque ad animam meam,in quibus fuffocantur per impatientiam.Quarto,mundanæ poteftatis.Apoc.17. Aquæ fuper quas fedebat,in quibus fuffocantur per fuperbiam.[Vos teftes,&c.] Hic oftendit veritaté diuinitatis,quantum ad potentiam. Et primo,dat teftimonium, [Vos teftes]Ioan.8. Ego principium,qui & loquor vobis.Secundo,dat potentiæ fignum in puniendo [& nõ eft qui de manu mea]Deu.32 Nõ eft qui de manu mea poffit eruere. Et in operando. [Operabor.]fupra 14. Dominus exercituum decreuit,& quis poterit ifirmare?[Hæc dicit dominus,&c.] Hic ponit dilectionis fignum:quia pro eis Babylones in nauibus gloriãtes propter multitudinem aquarum, deftruxit [emifi]iram.f.[Hæc dicit dominus, qui dedit,&c.] Hic commemorat beneficia præterita, quando egreffi funt de Aegypto in eorum gubernatione[in mari]rubro.Exod 14. In aquis torrẽtibus Maron. Numeri 21.In Iordane.Iofue. tertio, & quantum ad hoftium deftructionem[qui eduxit quadrigam]currus Pharaonis.Exo.15. Electi principes eius fubmerfi funt in mari rubro[quafi linum.] in

cemur fimul, narra fi qd habes, ut iuftificeris.Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati funt in me. Et contaminaui principes fanctos, dedi ad internitionem Iacob, & Ifrael in blafphemiam.

Cap. XLIIII.

ET nunc audi Iacob ferue meus, & Ifrael quem elegi. Hæc dicit dominus faciens,& formans te, ab vtero auxiliator tuus. Noli timere ferue meus Iacob, & rectiffime quem elegi.Effundam enim aquas fuper fitientem, & fluẽta fuper aridam. Effundam fpiritum meum, fuper femen tuum, & benedictionem meam fuper ftirpem tuam,& germinabunt inter herbas, quafi falices iuxta præterfluentes aquas. Ifte dicet domini ego fum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic fcribet manu fua domino,& in nomine Ifrael affimilabitur. Hæc dicit dominus rex Ifrael, & redemptor eius dominus exercituum. Ego primus,& ego nouiffimus,& abfque me non eft deus. Quis fimi

momento fuccenfum.Secundo,promittit multo maiora. Et circa hoc,tria facit. Primo,oftendit futurorum beneficiorum magnitudinem,ex priorum comparatione. [Ne memineritis] q.d. non funt digna, vt in memoriã habeantur,in cõparatione futurorum,Ea quæ retro funt obliuifcantur,ex horum nouitate.[Ecce ego facio noua] inaudita. Apoc.21.Ecce noua facio omnia. Ex eorum deterioratione. [Ponam in deferto] i.in terram Iudæorum,quæ fuit prius deferta,viam euntium ad feftiuitates. [Flumina]confolationis.Pfalm.106. Pofuit defertum in ftagna aquarum,& terram fine aqua in exitus aquarum. Et fi exponantur hæc ad literam,de liberatione de captiuitate Babyloniæ dicuntur maiora,quàm liberare de Aegypto, non propter maiora miracula,fed quia Reges de quorum poteftate liberauit eos, potentiores Pharaone fuerunt, vel quia de loco magis diftanti uenerunt. Si autem referatur ad liberationem factam per Chriftum, conftat,ꝙ nihil ita admirabile præcefferat in fæculis præteritis. Secundo,oftendit beneficiorum vtilitatem in gentibus [Et glorificabit me beftia agri] ideft gentilis beftialiter viuens conuerfus ad Chriftum,vel videns, quomodo Iudæos liberat. Pfalm. 150. Beftiæ,& vniuerfa pecora,ferpentes & volucres pennatæ. Et in Iudæis[vt darem potum]doctrinæ,& confolationis. Tertio, affignat rationem[populum.f.mihi] in laudem meam.Prouerb.16. Vniuerfa propter femetipfum operatus eft dominus. [Non me inuocafti,&c.]Hic excludit merita Iudæorum,ad confequenda tanta beneficia.Et circa hoc,tria facit.Primo, excludit meritum.Secundo, dat refponfioni locum.ibi [Reduc me,&c.] Tertio, remouet quendã refpõdẽdi modũ:ibi [Pater tuus,&c.] Circa primum,tria facit.Primo,excludit meritũ,[Non me inuocafti[vt hæc omnia darem,vel quia non toto corde deo offerebãtur, fed partim deo partim idolis, uel quia deo non offerebant, vel quia fpe temporalis retributionis faciebant, vel quia poft aduentum Chrifti accepta non fuerunt. Mal.3. Quis eft in vobis qui claudat oftia,& incendat altare meum gratuito? Pfalm.49. Numquid manducabo carnes taurorum,aut fanguinem hyrcorum potabo?Secundo,oftendit ipforum reatum. [Verumtamen feruire]q.d.feruilem me oftendiftis, cum me offendentes nõ puniebam.fupra.1. Facta funt mihi molefta,laboraui fuftinens.Loquitur more humano.Tertio,oftendit datum gratis beneficium [ego fum.]Pfalm.24.Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo.[Reduc me,&c.]Hic refpõfioni dat locum [Reduc] q.d. Recogita,quæ tibi fecerim[narra fiquid habes]ad te excufandũ, vel me accufandum [vt iuftificeris].i. vt videaris iuftus [Pater tuus,&c.] Hic remouet, quandam viã refpondẽdi. Poffent .n. allegare patrum innocentiam, fed cõtra hoc dicit[Pater] Abraham petens fignum de promiffione dei, quafi dubitans. Gen. 5. [Interpretes.] Moyfes, & Aaron ad aquas contradictionis. Nume. 11. [Contaminaui.] ideft cõtaminari ꝓmifi [ad internitionem] quia omnes in deferto mortui funt excepto Caleph. & Iofue. Pfal.43.Peccauimus cum patribus noftris, iniufte egimus,iniquitatem fecimus. Nota fuper illo uerbo. [Reduc in memoriam. Quia reducere debemus deum in memoriã. Primo, quantum ad mirabilia quæ fecit, ad uenerandũ. Pfal. 104. Mementote mirabilium eius, quæ fecit. Secundo,quantũ ad beneficia, quæ dedit,ad regratiandum. Eccl vlt. Memoratus fum mifericordiæ tuæ,& cooperationis tuæ, quæ a fæculo funt, quoniam eruis fuftinẽtes te,& liberas eos de manu anguftiæ,domine deus nofter.Tertio,quantum ad tormenta, quæ fuftinuit,ad compatiendum. Tren 3. Recordare paupertatis meæ,abfinthii,& fellis. Quarto, quantum ad præcepta quę dedit, ad obferuandum. Pfalm. 102. Memores funt mandatorum ipfius ad faciendum ea.

lis mei ? Vocet & annunciet,& ordinem exponat mihi, ex quo conftitui mihi populum antiquũ, ventura & quæ futura funt annuntiet eis.Nolite timere,neque conturbemini. Ex tunc audire te feci,& annuntiaui.Vos eftis teftes mei.Nunquid eft deus,abfque me,& formator quem ego non nouerim ? Plaftę idoli omnes nihil funt,& amantiffima eorum non proderunt eis. Ipfi funt teftes eorum,quia non vident,neque intelligunt,ut confundantur. Quis formauit deum, & fculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius cõfundentur, fabri enim funt ex hominibus, conuenient enim omnes, ftabunt, & pauebunt, & confundentur fimul.Faber ferrarius lima operatus eft in prunis, & in malleis formauit illud,& operatus eft in brachio fortitudinis fuę. Efuriet,& deficiet, non bibet aquam, & laffefcet. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus,& in circino tornauit illud,& fecit imaginem viri, quafi fpeciofum hominem habitantem in domo.Succidit cedros, tulit ilicem,

CAP. XLIIII.

HIc,tertio confortat eos ex idolorum vilitate,ne forte crederent, ꝙ per ea poffent diuinas promiffiones impedire. Et diuiditur in duas. In prima, excludit timorem.In fecunda,oftendit idolorum vilitatem.ibi [Hæc dicit dominus, &c.] Circa primum tria.Primo excitat attentionem.[Audi Iacob quẽ elegi]reprobato Efau.Mal 1. Iacob dilexi,Efau autem odio habui.Secundo,excludit timorem. [Hæc dicit dominus formans te.]infra 49. Hæc dicit dominus,formans me,ex utero feruum fibi[Rectiffime.]quod fonat hoc nomen Ifrael,quantum ad nominis fignificationem,fed quafi per Ethimol. dicitur vir uidens [Is]vir[Ra]videns [Hel] deum. Tertio, ponit promiffionem [Effundam.]Et primo,promittit diuinum beneficium,quantum ad temporalia.[Effundam aquas] i.confolationes.Eze.36.Effundam fuper vos aquam mundam:quantum ad fpiritualia. [Effundam fpiritum] benedictionem,quantum ad bonorum multiplicationem.Ioel 2.Effundam de fpiritu meo fuper omnem carnẽ. Secundo, ponit beneficii fructum, quãtum ad bona temporalia. [Et germinabunt] i.multiplicabuntur ex abundantia profperitatis[ficut arbor ad multitudinem aquæ] fupra 35. Germinans germinabit,exultabit lætabunda,& laudans.Ponit etiam effectũ donorum fpiritualium. [Ifte dicit domini ego fum]quia quilibet fe deo fubiectum confitebitur[fcribet] antica]domino.i. ad honorem domini,uel [deus,ego fum]portans fcripturam, quod pertinet ad cultum dei. [Affimilabitur] alienigena in colendo deum,vel erit ftrenuus,ficut Iacob.Hier.3. Patrem vocabis me, & poft me ingredi nõ ceffabis.Hæc dicit dominus,&c. hic oftẽdit

dit idolorum vilitatem. Et circa hoc,tria facit. Primo,oftendit idolorum defectum.Secũdo, ex hoc reuocat eos ad fuum cultũ. ibi[Mementote,&c.]Tertio,promittit colentibus fe,liberationis beneficium.ibi[Hæc dicit dominus,&c.]Circa primum, duo facit.Primo,arguit contra idola ex diuina operatione.Secundo,ex idolorum formatione.ibi[Quis formauit,&c.] Circa primum,duo facit.Primo, proponit fuę deitatis fingularitatem[ego fum]Apoc. 1.Ego fum alpha,& o, principium & finis. Secundo,adhibet ꝓbationẽ [Quis fimilis.]Et circa hoc tria.Primo, ponit diuinum actum in annuntiãdo futura, & ordinem præteritorum [non nouerim] prædeftinando Ecc. 33.Domino deo noftro oĩa funt agnita, antequàm fiant. Secundo, affignat fuę deitatis fignum teftibus confirmatũ [Noli timere] q.d.ne folicitemini pro me, quafi deficiam probatione meæ diuinitatis.Tertio, concludit idolorum defectum.[Nũquid eft.] Et primo,ponit quæftionem[abfque me] Deu. 32 Videte,ꝙ ego fim folus,& non fit alius deus præter me.Secundo,oftẽdit teftium idoneitatẽ. [Plaftes idoli] i. factores eorũ [nec sũt]

et quercum quæ fteterat inter ligna faltus.Plantauit pinum quam pluuia nutriuit,& facta eft hominibus in focum. Sumpfit ex eis & calefactus eft & fuccendit et coxit panes,de reliquo autem operatus eft deum & adorauit,fecit fculptile & curuatus eft ante illud. Medium eiꝰ combuffit igni, & de medio eius carnes coxit.Comedit pulmentum & faturatus eft, & calefactus eft, & dixit. Vah,calefactus fum, vidi focum. Reliquum autẽ eius deum fecit, & fculptile fibi. Curuatur ante illud & adorat illud,& obfecrat,dicẽs, Libera me, quia deus meus es tu.Nefcierunt, neque intellexerunt. Obliti enim funt ne videant oculi eorum,& ne intelligant in corde fuo. Non recogitant in mente fua, neque cognofcũt neque fentiunt vt dicant, Medietatem eius combuffi igni & coxi fuper carbones eius panes, coxi carnes & comedi, & de reliquo eiꝰ idolum faciam, ante truncum ligni procidam. Pars eius cinis eft. Cor infipiens adorabit illud, & non liberabit animã fuam, neque dicet,Forte mendacium eft in dextera mea. Memento horum Iacob et Ifrael, quoniam feruus meꝰ es tu.Formaui te, feruꝰ meus es tu Ifrael,non obliuifcaris mei. Deleui vt nubẽ iniquitates tuas, et quafi nebulam peccata tua. Reuertere ad me,qm̃ redemi te. Laudate cęli,qm̃ mifericordiã fecit dominus, iubilate extrema terræ. Refonate mõtes laudationem, faltus et omne lignũ eius. Qm̃ redemit dñs Iacob, et Ifrael gloriabitur.Hæc dicit dñs redẽptor tuus, et formator tuꝰ ex vtero. Ego fum dñs faciens omnia,extendẽs cęlos folus,ftabiliens terrã et nullus mecũ.Irrita faciens figna diuinorũ,et ariolos in furorẽ vertẽs. Cõuertẽs fapientes retrorfum,et fcientiã eorũ ftultã faciens.Sufcitãs verbũ ferui fui, et cõfilium nunciorũ fuorũ complens.Qui dico Hierufalẽ habitaberis,& ciuitates Iudæ ædificabimini, & deferta eius fufcitabo. Qui dico profundo defolare,& flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro paftor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Hierufalem ædificaberis, & templo fundaberis.

ullius potentiæ,vel quia intentionem fuam non confequuntur, volentes fuis manibus deum fingere, uel etiã quia idolum nihil eft [amantiffima] idola,q̃ funt,uel magna & veneranda, vel ex precioſiori materia.Tertio,oftendit teftimonii falfitatem [Ipfi teftes] idolorum [quia non vident] & tamen dicunt ea effe deos. [Quis formauit,&c.] hic oftendit,quòd non funt dii ex eorum formatione.Et circa hoc,duo facit. Primo,proponit formationẽ ad excludendum diuinitatem. Secundo,formationis modum ad oftendendam vilitatem.[faber ferrarius.] Circa primum,duo facit Primo,proponit formationem intendens, hãc rationẽ.Quod factum eft ab homine,non eft deus,&c. [Quis] q.d.nullus [ad nihil]aliud[vtile]Baruch.ultimo. Ipfi qui ea faciunt, non funt multi temporis. Secundo, prædicit operantium confufionem. [Ecce omnes principes eius] idolorum cultores, cũ venerint ad iudicium [ftabunt]quafi iudicandi[Ex hominibus] ideft de numero hominum.Pfalm.96. Confundantur omnes qui adorant fculptilia [Faber ferrarius,lima &c.]Hic oftendit eorum vilitatem,ut non folum non fint dii,fed etiam quædam vilia. Et primo,proponit modum,quantum ad idola,quæ fiebant de metallis[in brachio fuo].i.fortes ictus percutiens[efuriet,& deficiet,] quafi diceret,deus quem facit non poteft fibi fuccurrere, qui tamen factori fuo maxime tenetur. fupra. 41. Confortabit faber ferrarius percutiens malleo.Secundo,quantũ ad ea quæ fiebant, [artifex lignarius.]Et primo,ponit idoli vilitatẽ,ponens caufam efficientem cum inftrumentis fuis[normam] regulam ad rectificandum ligna [in runcina] inftrumentũ recuruum ex latere ad curuandum ligna[angularibus] ideft in figura quadrangulata. vel eft inftrumentum ad huiufmodi figuras faciendas [circino.] ideft torno:quantum ad caufam formalem.[Et fecit imaginem] quantum ad materialem [fuccidit cedros] quas etiam ad viles vfus vtuntur.Hierem.10.Lignum de faltu præcidit, opus manũ artificis.Secundo,oftendit artificis cæcitatem. [Nefcierunt]pars eius]ligni de quo factum eft idolum [cinis]quia combuftum] forte in dextera mea.]ideft in operatione. Sap.13. Non erubefcet loqui cum illo, qui fine anima eft. Nota fuper illo uerbo [effundam fpiritum meum.]Quia datur fpiritus incipientibus. Primo,in principium viuificationis.Eze.37. Ingreffus eft in ea fpiritus,& reuixerunt.Secundo,in lauacro renouationis. Titum 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis, quem effudit in nos abunde.Tertio in priuilegium adoptionis.Rom.8 Non accepiftis fpiritũ feruitutis in timore,fed accepiftis fpiritum adoptionis filiorum dei. Secundo,datur proficientibus. Primo,ad inftruendum intellectũ.Ioan.14 Paraclitus autẽ fpiritusfanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Secundo,ad reficiendum affectum. Eccleſi. 24. fpiritus meus fuper mel dulcis.Tertio, ad adiuuãdũ actũ. Roma.8. Spiritus adiuuat infirmitatem. Tertio, datur perfectis. Primo,in beneficium libertatis. 1.Corin.3. Vbi fpiritus domini ibi libertas.Secũdo, in vinculum unitatis.Ephe.4. Soliciti feruare vnitatem fpiritus,in uinculo pacis.Tertio,in pignus hæreditatis.Ephe.1. Signati eftis fpiritu promiffionis fancto, qui eft pignus hæreditatis noftræ. [Memento horum,&c.] Hic reuocat eos ad fuũ cultũ.Et primo, affignat rationẽ proponens feruitutis debitum. [Memento] ideft recogita vilitatem idolorum [feruus.]Hiere.51.Non ficut hæc pars Iacob, quia qui fecit omnia ipfe eft, & Ifrael fceptrum hæreditatis eius,dominus exercituum nomen illi.Et quantum ad præfcitum beneficium, vel promiffum[deleui vt nubem]vt nebulam,ideft facile.Sap.2. Tranfiet vita veftra,tanquam veftigium nubis,& ficut nebula diffoluetur.Secundo,ponit reuocationem [reuertere.]Hiere.3.Reuertere aduerfatrix Ifrael ad me,ait dominus, & non auertam faciẽ meam a vobis.Secundo,pro reuerfione inuitat totam creaturam ad gratiarum actionem[iubilate extrema.Pfalm.68.Laudent illum cæli,& terra,mare & omnia,quæ in eis funt.[Hęc dicit dominus,&c.]Hic reuertentibus ad fe, promittit liberationis beneficium.Et circa hoc,duo facit.Primo,oftendit liberationis beneficiũ,quod eis cõtulit[redẽptor]a malis[& a formator] in bonis. infra 49.Hæc dicit dominus formans me ex vtero feruum fibi, quantum ad creaturas,quas fecit[ego fum dominus] Hiere.10. Fecit terram in fortitudine,quantum ad fapientes quos infatuauit,quorum quidam profitebantur fe fcire diuina[irrita faciens] Hier.50. Gladius ad diuinos eius,qui ftulti funt. Quidam de rebus mundanis[conuertens fapientes.]1.Cor.1.Non ne ftultam fecit deus fapientiam huius mundi?Etiam quantum ad promifforum impletionem[fufcitans]implens ferui prophetę, vel Moyfi,vel Chrifti.Secundo,promittit liberationem populi, quãtum ad vrbium reædificationem[qui dico Hierufalem.] Pfalm.69. Edificabuntur ciuitates Iudæ. Secundo, quantum ad hoftium deftructionem[qui dico profundo[ideft mari Babylonis. Vnde fupra.21. Onus deferti maris Tertio,quantum ad liberationis exaltationem[qui dico Cyro paftor] pafcens oues meas.Ezech.34.Et pafcet eas uentus viens. Quarto, quantum ad templi reintegrationem [qui dico Hierufalem fundaberis.] quia eius tempore, fola fundamenta iacta funt. Hierem. 30. Aedificabitur iterum Hierufalem.

Poftquam

CAP. XLV.

Postquam confortauit eos ad summam expectationẽ promissorum diuinorum, In parte ista incipit prosequi diuinas promissiones, ad eorum consolationem.

Et diuiditur i duas, In prima, promittit liberationẽ a malis. In secunda, promittit saluationẽ in bonis. Cap. 46. [Hæc dicit dñs, &c.] Prima in duas. In prima, ꝑmittit eis liberationis beneficiũ. In secũda, excludit omne liberationis impedimẽtũ. ca. 50. [Hęc dicit dñs. Quis ẽ, &c.] Prima in tres. In prima, præsignat eis liberatorẽ. In secũda, prædicit captiuantiũ, & detinentium destructionẽ. ca. 46. [Cõfractus est, &c.] In tertia, promittit etiam Iudæorum liberationem. cap. 48. [Audite hæc, &c.] Prima, in duas. In prima, prænunciat liberatorẽ. In secũda, ostendit consequentẽ utilitatẽ. ibi [Hæc dicit dñs, &c.] Prima in tres. In prima, prædicit liberatoris potestatem. In secũda, describit ipsius natiuitatem. ibi [Rorate cęli desup, &c.] In tertia, refellit incredulorum contradictionẽ. ibi [Væ qui cõtra dicit, &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit fastigium, ad quod exaltatus fuit, cõtra tria, quæ solent euadere manus regis: vel propter multitudinem, & quantum ad hoc dicit [Christo] i. Regi, non propter vnctionem, sed propter

CAP. XLV.

Hæc dicit dñs Chr͞o meo Cyro, cuius apprehẽdi dexterã, ut subiiciã ante faciẽ eius gentes, & dorsa regũ vertã. Et aperiã corã eo ianuas, & portæ nõ claudẽt. Ego anteibo, & gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas cõteram, & vectes ferreos cõfringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & archana secretorum, vt scias, quia ego dominus, qui voco nomen tuum deus Israel propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum. Et vocaui te nomine tuo, assimilaui te, & non cognouisti me. Ego dominus, & non est amplius. Extra me nõ est deus. Accinxi te, & non cognouisti me, vt sciãt hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente, qm̃ absq; me non est deus. Ego, dñs, & nõ est alter formãs lucem, & creans tenebras, faciens pacẽ, & creãs malũ. Ego Dñs faciẽs omnia hęc. Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Ego dominus creaui eum. Væ qui contradicit factori suo, testa de Samiis terræ. Nũquid dicit lutum figulo suo, quid facis, & opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri, quid generas, & mulieri quid parturis? Hæc dicit dominus sanctus Israel, plastes eius. Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi. Ego feci terram, & hominẽ super eam creaui. Ego & manus

regiã dignitatẽ, quia apud eos reges vngebant [apprehẽdi dexterã.] quasi auxiliator operũ ipsius [gentes] diuersas. Deu. 28. Dabit dñs inimicos vestros in manus vestras, vel ꝑp fortitudinẽ, & quantũ ad hoc dicit [annuntiabo] parans victoriæ tuæ locũ, immittẽdo terrorẽ tuũ aduersariis [gloriosos] potentes supra alios sicut Babylonios [portas æreas] potentissimas ciuitates. Psal. 106. Contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, vel ꝑp abscõsionẽ, & quantũ ad hoc dicit. [Et dabo tibi thesauros] diuersorũ regnorũ, quorũ ciuitates cepit. Iob. 12. Reuelat profunda de tenebris, & abscondita producit in lucẽ. Secundo, ponit beneficii fructũ. Et primo, in ipso. Secundo, in aliis. ibi [Sciant hi qui ab oriente, &c. Circa primum, duo. Primo, ponit potestatis fructum a deo requisitũ in Cyro. s. suæ cognitionis [vt scias, quia ego] Rom. 4. Vocat ea, quæ nõ sunt tanq̃ ea, quę sunt, & populi liberationis [ꝑp seruũ meũ] vt. s. liberes eũ de captiuitate. Secundo, ostendit istud beneficiũ. ex parte ipsius Cyri, ex parte frustratũ. [Et vocaui] prædicendo nomẽ tuum [assimilaui] hoc in aliis sanctis meis, quorum nomina prius a dño prædicta sunt [nõ cognouisti me] esse tantũ deũ verũ, permanens in idolis [Accinxi] fortitudine. Prouer. 1. Vocaui & renuistis accipere disciplinã. [Vt sciant, &c.] Hic ostendit fructũ in aliis. Et primo, ostẽdit ꝙ in aliis quærit suæ cognitionis fructũ. [Qui ab oriente] .i. habitantes ꝑ totũ mundũ. Quodcõpletũ fuit in hoc, ꝙ Cyrus epistolis suis laudẽ dei scripsit vbiq;, vel quia oẽs deũ collaudauerunt videntes Iudæorũ liberationẽ. Psal. 82. Sciant quia nomen tibi dñs, tu solus

F altissimus, super oẽm terrã. Secundo, proponit suæ diuinitatis argumentũ, qđ cognosci potest in hoc, ꝙ potest affligere & liberare [ego dñs. Lucẽ] dĩẽ in cõsolatione [malũ] pęnæ. Amos. 3. Nõ est malũ in ciuitate, quod dñs non fecerit. Eccl. 41. Oĩa fecit dñs duplicia, vnũ contra vnũ. [Rorate cæli, &c.] Hic describit natiuitatẽ Cyri sub metaphora fructus arboris, ad cuius generationẽ requiritur humor terræ, & pluuia & ros de cælo: ita in natiuitate Cyri concurrit diuina misericordia, intẽdẽs populũ suũ ꝑ eũ liberare, & inferior natura, q̃ significat in terra. vnde tria facit. Describit, n. ortũ. [Rorate] Natiuitatis fructũ. [Et iustitia oriatur.] Et primũ natiuitatis principium. [Ego dñs, pluant iustum] neutraliter, uel masculinæ, vel ꝑ cælũ, & nubes prophetę, & alii iusti q ipsum ꝑnunciãdo, & lachrimis adeo poscendo, quodã modo ipsum pluerunt. Psalm. 71. Descẽdet, sicut pluuia in vellus. Nota sup illo verbo. Israel electũ meũ. Quia sci sunt electi. Primo, ꝑ ꝑdestinationẽ. Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionẽ. Secundo, sunt formati ꝑ gratiæ infusionẽ. Ge. 1. Formauit dñs hoiem, & inspirauit in eo spiraculũ vitæ. Tertio, recti ꝑ dilectionẽ. Cã. 1. Recti diligunt te. Quarto, serui ꝑ debitũ operationis. Luc. 16. Serui inutiles sumus. [Vę q cõtra dicit, &c.] Hic excludit infideliũ cõtradictionẽ. Et primo, sub metaphora artificis lutũ fingentis, quia

meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet non in precio, neque in muneribus, dicit dominus deus exercituum. Hæc dicit dominus. Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim viri G sublimes, ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt teq; deprecabũtur. Tantũ in te est deus, & nõ Deus absq; te. Vere tu es Deus abscõditus Deus Israel saluator. Confusi sunt, & erubuerunt oẽs simul, abierunt in cõfusione fabricatores errorũ. Israel saluatus est in dño, salute æterna. Non cõfundemini, & nõ erubescetis, vsque in sæculũ sæculi, qa hęc dicit dñs creãs H cælos. Ipse deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius. Non in vanum creauit eam, vt habitaretur formauit eam. Ego dominus, & non est alius. Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob, frustra quęrit me. Ego dominus loquens iustitiam, annuntians recta. Congregamini, & uenite, & accedite simul, qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant signum sculpturæ suæ, & ro- I gant dominum non saluantem. Annuntiate, & uenite, & consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc, ab initio? Ex tunc prædixit illud. Numquid non ego dñs,

sicut lutũ non contradicit figulo, ita nec Iudæi deberent deo cõtradicere, nõ credentes posse consurgere qui Babylonios superarent [de Samiis] vasis fictilibus, quia huius ars, in Samos ciuitate inuenta est [absq; manibus] quasi absq; recta operatione manus, vel sicut lagenæ manus habent. Ro. 10. Numquid dicet figmentum ei, qui fecit illud? Sub metaphora patris generantis [væ qui dicit patri.] Quia ego sum pater creans Cyrum, & sicut mater concipiens ipsum, in proposito. Et ideo non debetis in hoc mihi contradicere, sicut nec matri generanti. infra 66. Numquid ego K qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? vel loquitur contra illos diuinos, qui ex ortu Cyri multa pronunciabant mala futura, dicentes melius esse si non nasceretur, vel contra illos de Iudæis, qui dicebãt, Ad quid generamus filios, vt in captiuitate nascantur? [Hæc dicit dominus, &c.] Hic ponit liberatoris utilitatem. Et primo, quantum ad liberationem Iudæorum. Secundo, quantum ad conuersionem gentium, ibi [Quia hæc dicit, &c.] Circa primum tria. Primo, ostendit suam ad prædicendum futura authoritatem. [ego] scilicet Cyro [plastes] factor [filios meos] Iudæos liberatos, vel alios quoscunque volo nascituros, & non idola. Secundo, prædicit liberationem, ostendens suam potestatem, qui promittit. [ego feci militiæ eorum,] scilicet cælorum [mandaui] præsignando suum officium, & naturam, supra 40. Qui educit in numero militiam eorũ: & exequentis directionem [ego suscitaui,] ad dignitatẽ [eum] Cyrũ, præteritũ pro fu-

futuro. [Ad iustitiam] faciendam de Caldęis. Prouer. 3. In omni- A bus vis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Et promittit liberationem [ipse.] scilicet Cyrus ædificabit promittens & dans expensas ad ædificium. infra. 52. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. [Hæc dicit dominus &c.] Hic 3. promittit liberatorum exaltationem, quantum ad tria. Primo, quantum ad alienorum adhæsionem, ponens adhęsionem. [Labor ægypti] diuitiæ ipsorum, & ipsi quantum ad multos qui eos sequuti fuerunt. vel loquitur de his qui adhęserunt. [Labor] in idolis cessabit. [negociatio,] terrena. Et adherentium subiectionem [post te ambulabũt] tibi subiecti [iunctis manibus.] idest vinculis manuum, qua si ita humiliati corã

& non est ultra Deus absque me? Deus iustus & saluans non est pręter me. Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terræ, quia ego Deus & nõ est alius. In memet ipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ uerbum, & nõ reuertetur, quia mihi curuabitur oẽ genu, & iurabit oĩs lingua. Ergo in domi- B no dicet, Meæ sunt iustitiæ & imperium. Ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei. In domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

te sicut hi qui taliter &c. vel vinculis præceptorum Christi. Ponens etiam veritatis confessionem. [Tantum in te.] scilicet hæc dicentes [absconditus.] non visibilis sicut dii vestri, [saluator] non imbecillis. psal. 17. Posuit tenebras latibulũ suum. Secundo, ostendit eorum exaltationem, quantum ad hostium confusionem. [confussi sunt.] Michææ vltimo. Videbũt gentes & confundentur super omni fortitudine sua. Tertio, quãtum ad Iudęo C rum perpetuam salutem [Israel saluatus est vsque in seculum.] Vbi sic canitur. vel de spirituali Israeli. Soph. 3. Rex israel dominus in medio tui, non timebis malum vltra. [Quia hæc dicit dominus &c] Hic ponit aliam vtilitatem, quantum ad conuersionem gentium. Et circa hoc, tria facit. Primo, inducit quinque rationes inducentes ad cõuersionem: quarum prima, sumitur ex rerum creatione. [ipse deus.] psal. 145. Qui fecit cœlum & terram mare, & omnia quæ in eis sunt. Secundo, ex hominum dilectione: quia dedit eis terram in habitaculum. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filiis hominum [non in vanum.] Tertio, ex veritatis prædicatæ manifestatione [non in abscondito.] quasi ea quæ ratio naturalis dictat facienda, vel de prædicatione fidei Christianę. Ioan. 18. Ego palam locutus sum mundo. Quarto, ex præceptorũ vtilitate. [Nõ dixi] psal. 118. In custodiẽdis illis retributio multa. Quinto, ex præceptorũ æquitate. [Ego dominus.] infra. Ego qui loquor iustitiam & propugnator sum ad saluandum. [Congregamini &c.] Hic secundo, iniungit iudęis gentium vocationem, commemorans eorum salutem. [con D gregamini.] q. ad audiendum præceptum meum [qui saluati.] liberati a captiuitate gentium. infra vltimo. Mittam ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare in Aphricam & Lidiã. ponens etiam vocandorum errorem, scilicet gentium [nescierunt.] Baruch. vltimo. Videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos &c. Iniungens sue laudis annuntiationem [annuntiate. [In qua iniungit officium. [Consiliamini.] qualiter debeatis alios conuertere. psal. 96. Annuntiate inter gẽtes gloriam eius. [Quis auditũ &c.] Hic ostẽdit, in quo docet eos suæ diuinitatis argumentum, ad alios conuertendum. scilicet ex præcognitione futurorum. Et ponit rationem & conclusionem. [Nunquid.] Ecel. 43. Annuntiãs quæ præterierunt. Tertio, inuitat gentes ad conuersionem. Et primo, ponitur inuitatio. [Conuertimini.] Zach. 1. Conuertimini ad me ait dominus exercituum, & ego conuertar ad vos. Secundo, prædicit conuersionem eorum, ponens signum adorationis. [in memetipso.] quia non habeo maiorem per quẽ iurem. [non reuertetur.] sine effectu. infra. 55. Sic erit verbum E meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, [curuabitur] a Christianis qui est modus adorandi redemptorem, secundum dictum. Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Ponẽs etiam signum iurationis. [Iurabit] quia vnusquisque iurat in deo suo. psal. 62. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Ponens etiam signum veræ confessionis. [Ergo in domino.] idest in persõna dñi. [Meæ.] scilicet ecclesiæ dei. Vel [meæ.] s. dei. Apoc. primo. Ipsi gloria in sæcula. [iustitiæ] nõ legis iudæorũ figuræ. Tertio, prædicit incredulorum confusionem. [Ad eum venient.] quasi iudicãdi. Quarto, credentium salutem [in domino iustificabitur omne semen] non solum secundum carnem, sed secundum fidem. psal. 108. Qui insurgũt in me cõfundãtur. Mistice. [Rorate cœli] de Christi natiuitate. In quo tria facit, scilicet natiuitatis prin-

A cipium, nascentis ortum, natiuitatis fructum. Principium est triplex. primum cœlum rorans quasi principium effectiuum, scilicet quia trium personarum. propter quod pluraliter dicitur [cœli.] Pater, filium mittendo. Gala. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Filius, carnem assumendo. Philip. 2. Humiliauit semetipsum factus obediens, vsque ad mortem. Spiritus sanctus, conceptionẽ faciendo. Matth. 1. Quod. n. in ea natũ est, de spiritusancto est. Secundum principiũ, ẽ nubes pluẽs; quod est principium præparatiuũ in quo accipitur annuntiantis angeli officium. Iob. 37. Nubes spargunt, lumen suum: quæ lustrant cũcta. Prophetarum vaticinium. Psal. 17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Rom. 1.

CAP. XLVI.

Confractus est Bel, contritus est Nabo, facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis. Onera vestra graui pondere, vsque ad lassitudinem cõtabuerunt, & contrita sunt simul. B Non potuerunt saluare portantẽ, & anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos

Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Iustorum desiderium. Psal. 103. Ponis nubem ascensum tuũ. Mal. 3. Statim veniet ad templum sanctum dominator quem vos quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Tertium principium, est terra germinans, quod est principium conceptiuum beata virgo de qua in Psal. 84. Terra nostra dabit fructum suum, Cuius aperiatur affectus, ad inueniẽdum gratiæ pri C uilegium. Luc. 1. Ne timeas Maria. Prouerb. vltimo. Multę filiæ cõgregauerunt diuitias, tu super gressa es vniuersas. Intellectus, ad credendum angeli verbum. Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniam perficiẽtur in te, quæ dicta sunt tibi. Vterus, ad concipiendum dei filium. Luc. 1. Ecce concipies in vtero, & paries filium, sed ortus comparatur rori, pluuiæ, & germini. Quia Christus est ros ad refrigerandum, supra 18. Sicut nubes roris in die messis. Pluuia ad fęcundandum. Psalm. 84. Descendet, sicut pluuia in vellus. Germen ad fructificandum. Hierem. 23. Suscitabo Dauid Germen iustum, Fructus est iustitia, quæ cum illo oritur tripliciter, quam opere impleuit. Matth. 3. Sic decet nos implere omnem iustitiam, quam sermone docuit. infra. 62. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum, quam pro munere dedit. 1. Corin. 1. Factus est nobis sapientia, & sanctificatio, & iustitia.

CAP. XLVI.

D Hic prædicit destructionem hostium eos captiuantium, scilicet Babyloniorum, quantum ad duo, in quibus gloriabantur. Primo, quantum ad idolorum destructionem. Secundo, quantum ad regni cessationem infra 47. Descẽde, sede in puluere virgo filia Babylon, &c. Prima, in duas. In prima, prædicit idolis Babylonis destructionem, quantum ad fractionem statuarum [confractus est] Ezech. 6. Demoliar aras vestras, & succidam lucos. Et quantum ad asportationem metallorum, quia Perse frusta auri, & argenti secum detulerunt. Ponens ex parte asportantium, lassitudinis incommodum [bestiis] & iumentis, scilicet equis, & camelis in quibus metalla grauia deferebant, vel cultoribus vestris, qui sunt bestiæ, imagines bestiarum adorantes. Hierem. 16. Seruietis diis alienis, ligno, & lapidi. Ponens subuentionis defectum ex parte idolorum [contabuerunt]. i. defecerunt. s. idola [portantem]. s. bestiam, vel colentem hominem se. Ponens etiam captiuitatis opprobrium. [Et anima eorum]. s. idolorum metaphorice. i. numen eorum, vel gentilium, quia idola sicut animam suam amabant. Osee. 10. Siquidẽ & ipse in Assur delatus est, munus Regi vltori. Secundo, reuocat Iudæos ad suam venerationem, relictis idolis [audite me.] Et primo, reuocat eos ad suum cultum. Secundo, reuertentibus promittit liberationis beneficiũ. ibi [annuntiãs ab exordio, &c.] Circa primum, tria. Primo, ostendit eis suam dilectionem ex affectuosa supportatione [A meo vtero.] idest, ita supportaui in mea misericordia affectuose, in deserto, & in aliis locis in quibus contra me peccastis, sicut mater filium. Prouer. 30. Quid dilecte vteri mei? Iob 38. De cuius vtero egressa est glacies, & de cęlo gelu, quis genuit? Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens. Ex supportationis continuitate [vsque ad senectam] vestram. id: st vsque ad finem mundi. Psal. 70. Vsq; ad senectam, & senium, deus ne derelinquas me. Ex supportationis

nis ratione.[Ego feci]dignum est,vt qui fecit conseruet.Deu.32. Expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis.Secundo,ostendit idolorum vilitatem, ostendens operantiũ idola fatuitatem,& quantum ad intentionem,quia volunt æqua re deo facturam[cui assimilastis.] Et quantum ad operationem, quia cõducebant artifices ad faciendum deum ex auro : quia sicut auari aurum in sacculis reposuerãt, [Qui cõfertis.]Hierẽ. 10.Opus manuũ artificis vniuersa hęc ostendens etiam operum.s.idolorum ipsorum imbecillitatẽ quia per se, nec moueri, nec stare possunt [portant illũ.] Baruch.vlt.Videbitis ĩ Babylone deos aureos, & argẽteos, & lapidros: ostẽdẽs etiam eorum vilitatẽ, [sed cum clamauerint.]Sap.13. Pro vita quidem rogat mortuum,& in adiutorium inutilem inuocat. Tertio, cõcludit reuocationẽ [Mementote.] Istud prædictum de dilectione mea, & vilitate idolorum[prioris sæculi.] In quo multa beneficia vobis contuli.Psal.76. Cogitaui dies antiquos', & annos æternos in mente habui. [Annuntians ab exordio,&c.]hic promittit conuersis ad ipsum,liberationem a captiuitate. Et circa hoc,duo facit.Primo promittit liberationem,ponens pronũciantis potestatẽ [annũtians nouissimũ.] quodcunque futurũ in nouissimis temporibus.Eccl.42. Annuntians, quæ præterierunt,& quæ superuentura sunt,reuelás vestigia occultorum : ponit etiam prænuntiationis firmitatem, dicens[stabit[implebitur[volũtas] huius placiti. Eccl.21.Consilium eius,sicut fons vitæ.Psalm.113.Omnia quæcunque voluit fecit dominus.Et ponit liberationis ordinem[vocans]ab oriente[auem]Cyrum,propter velocitatem victoriæ,vel Christum,supra 41.Quis suscitauit ab oriente iustum? Secũdo, ibi [audite me] promittit liberationis propinquitatem,ponens, Primo eorum indignitatem,ne suis meritis ascribantur[duri corde]ad bene operandum [longe] propter multitudinem peccatorum.Eccle.3.Cor durum male habebit in nouissimo. Secundo, prædicit propinquitatem[prope feci.] idest faciam, præteritum pro futuro[iustitiam]de Babylonia pro vobis per Cyrum, vel [iustitiã]Christi,infra 56.Iuxta est salus mea,vt veniat, & iustitia mea,vt reueletur.Tertio,ponit loci determinationem. [Dabo in Syon, gloriam.] beneficia,unde gloriosus apparebo, vel Christum qui est gloria patris.Aggei.2. Magna est gloria huius domus nouissimę,plusquàm primæ.Nota super illo verbo[onera vestra pondere graui,] Quia peccatum quemadmodum onus fatigat.Primo,propter solicitudinem in excogitando. Proverb.4. Non.n.dormiunt,nisi male fecerint. Secundo,propter laborem in exequẽdo.Sap.5.Lassati sumus in via iniquitatis.Tertio,pro-

ego portabo. Ego feci, & ego feram,ego portabo,& saluabo. Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similẽ? Qui cõfertis aurum de sacculo,& argentum statera ponderatis.Conducẽtes artificem, vt faciat deum, & procidunt & adorant. Portant illum in humeris gestantes,& ponentes in loco suo. Et stabit,ac de loco suo non mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eum non audiet, de tribulatione non saluabit eos.Mementote istud, & confundamini, redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum deus,& non est vlrra deus, nec est similis mei annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ nedum facta sunt dicens. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Vocans ab oriente iustum, & de terra lõginqua virum volũtatis meæ. Et locutus sum,& adducam illud, creaui, & faciam illud. Audite me duro corde, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meã, non elongabitur, & salus mea nõ morabitur.Dabo in Syon salutẽ,& in Israel gloriam meam.

CAP. XLVII.

Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra. Non est solium filię Chaldæorum : quia vltra non vocaberis mollis,& tenera. Tolle molam, & mole farinam, denuda turpitudinem tuam. Discooperi humerum,reuela crura,transi flumina.Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Vltionem capiam, & non resistet

mihi homo. Redemptor noster dominus exercituum,nomẽ illius sanctus Israel.Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, qa non vocaberis vltra domina regnorum.Iratus sum, super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugum tuum valde,& dixisti.In sempiternum ero domina.Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quę dicis in corde tuo, Ego sum,& non est prẽter me amplius. Non sedebo vidua,& ignorabo sterilitatem.Venient tibi duo hęc subito,in die vna,sterilitas, & viduitas.Vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua,& dixisti. Non est qui videat me.Sapientia tua, & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & præter me non est altera. Veniet super te malum, & nescies ortum eius, & irruet super te calamitas,quam nõ poteris expiare. Veniet super te repente miseria,quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorũ, in quibus laborasti ab adolescentia tua,si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Srent & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis com-

pter confusionem in recogitando.Rom.5.Quem ergo fructũ habuistis tunc in illis,in quibus nunc erubescitis? Quarto, propter frustrationem in expectando.Prouer.11.Expectatio solicitorum peribit. Nota super illo verbo.[Redite præuaricatores ad cor.] Quia debet homo redire ad cor.Primo, quasi ad iudicis solium, vt se discutiat. Psal. 76. Meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar,& scopebam spiritũ meũ. Secundo,quasi ad vitæ principium,vt se custodiat. Prouer.4. Omni custodia serua cor tuum,quoniã ex ipso vita ꝓcedit. Tertio, quasi ad diuinę locutionis auditorium,vt diligenter attendat.Osee.2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.Quarto, quasi ad diuinorum eloquiorum thesaurum, vt ipsum conseruet.Psal 118. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quinto, ad diuinæ pacis, & refectionis cænaculum, propter cuius oppositũ de quibusdam dicitur.Psa-27. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

CAP. XLVII.

Hic prædicit regni Babylonis destructionem. Et circa hoc,tria facit. Primo, comminatur deiectionis pœnam, Secũdo,ostendit culpam ibi [Iratus sum, &c.] Tertio,auert euasionis fiduciam, ibi[Stẽt,&c.] Circa primum,tria.Primo, prædicit eorum deiectionem, quantũ ad gloriam, quam amiserunt [Descende.] De altitudine tuæ potentiæ[sede.] Sicut vilis,& abiecta. [virgo]quia non ante vastata,vel propter teneritudinem delitiarum [solium]dignitas regia mollis,sicut reginą solent esse. Hester.ultimo.Præ teneritudine corpus suum sustentans. q. d. non eris vlterius regina. Luc.1.Deposuit potentes de sede,& exaltauit humiles. Secundo,quantum ad ignominiam,quam incurrit [tolle molam.] qd erat opus ancillarum,quasi in collo eius per significati actũ [denuda turpitudinem.] idest membra turpia,vel ad libidinem hostium,vel transiens pedibus tuis flumina.Osee 4. Gloriam eorũ in ignominiam dabo.Et ostendit huius ignominiæ actorem [vltionem capiam]quàmuis potens[redemptor noster.]Vox populi de eius seruitute liberati.supra 35. Dominus vltionem adducat retributionis.Tertio,quantum ad confusionis verecundiam [sede,tace]sicut ille qui erubescit non audet loqui,nec coram hominibus apparere.2.Reg.2.Impii in tenebris conticescent.[Iratus sum.]Hic ponit eorum culpam,quæ est causa talis pœnæ. Et ponit tres species, Primo,dominii crudelitatem contra Iudęos, ponens concessam potestatem. [Iratus sum] propter peccata eorum volens eos punire [Contaminaui]a te contaminari permisi[hæreditatem]populum Israel,supra 19.Hęreditas mea]Israel

Hierem.

Hier.12.Reliqui domum meam,dimisi hæreditatem meam. Et ponit potestatis abusionem [non posuisti super senem] qui est etiam hostibus miserendus.Tre.4.Facies senum non erubuerunt. Secundo, cordis elationem.[Et dixisti]ponendo superbam cogitationem[in sempiternum]Apoc.18.In corde suo dicit. Sedeo regina. Ponens etiã superborum fatuitatem, qui non excogitabant futura. [Non posuisti hæc] quæ tibi superueniẽt.Eccl. 11. In die bonorum, ne immemor sis malorum. Et Eccl.7.In omnib⁹ operib⁹ tuis memorare nouissima tua,& in æternũ non peccabis.Et ponit spei frustrationẽ. [Nunc audi vidua,] per priuationem regni[sterilis]in amissione populi,qui minus est [subito] ex insperato. supra 30. Subito dum non speratur.Osee.9.Da eis domine vuluam sine liberis, & vberã arẽtia.Tertio, maleficiorum multitudinem [vniuersũm.] Et ponit tria.Primo, maleficia quibus intendit[maleficiorum,] quia huiusmodi arte abundabant.Deute. 18. Non sit in te,qui diuinos consulat.Secundo,errorem, quẽ ex his incurrit.s. pœnæ immunitatem ab his,qui negabant diuinam prouidẽtiam [& fiduciam]vt secure peccantes[non est deus qui videat me] peccantẽ, vt puniat. Iob.24.Oculus adulteri obseruat caliginem. Et ponit ęternitatem a diuinis, qui hoc promittebãt [sapientia tua]quantum ad eos, qui de diuinis se intromittebant[sciant] quantũ ad illos,qui de humanis.Hierem.10.Stultus factus est omnis homo a scientia sua. Tertio,ponit pœnam,quam ex hoc promeruit [veniet super te ortum eius] loquitur more astrologorum, qui docent considerare ortus regnorum, secundum ortum planetarum.1.Thesa.5.Cum dixerint pax,& securitas, tũc superueniet eis repentinus interitus. [Statum incantatoribus,&c.] hic excludit euasionis fiduciam.Et circa hoc,duo facit. Primo, excludit spem de sapientibus excludens eorum auxilium, quantum ad maleficos. [Sta cum incantatoribus,ab adolescentia,]idest a quo condita fuit,artibus magicis plena fuit. Et quantum ad astrologos[stent]contra hostes si possunt. His enim artibus,etiam abundabant. Hierem.10. A signis cæli nolite metuere,quæ timent gentes.Et comminat sapientibus incendium. [Ecce facti sunt quasi] scilicet sapientes vobiscũ [non sunt prunæ, quibus calefiant.] Sed quibus tota ciuitas comburatur,vel quia tempore frigoris combusta fuit ciuitas,ut simul frigore, & igne punirẽtur. vel non sunt in te prunę diuinæ sapientiæ.Eccl.21. Stuppa collecta synagoga peccantium, & consumatio illorum flamma ignis. Secundo,excludit spem de negociationibus [negotiatio] quibus etiam abundabant,vel magi, qui sibi mendacia pro veritate vendebant,supra 13.Vnusquisque ad proximum suum stupebit,facies combustæ vultus eorum.

CAP. XLVIII.

Hic promittit populi liberationem. Et diuiditur in duas. In prima,promittit liberationẽ.In secunda, exequitur liberationis ordinem,infra.49. [Audite insulæ,&c.] Prima in duas.In prima,excitat attentionem,cõmemoranstria in quibus gloriabantur.s. Dignitatem generis, quia ex sanctis patribus [de aquis] .i.semine. Contra,quod Mat.3.Ne velitis dicere,patrem habem⁹ Abraam. Priuilegiũ diuinæ cognitionis, [qui iuratis]inuocãtes nomen eius] recordamini] quãtum ad cognitionẽ, pius non in veritate [cordis]neque in iustitia operis.supra.29.Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge est a me. Cultum sacræ religionis [de ciuitate sancta].i.Hierusalẽ, in qua cultus sacrificiorum[vocati]Hierusalem muri,secundi Machab.5. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit dominus.Secundo,promittit liberationem [Priora extunc.] Et circa hoc,tria facit. Primo, ostendit dei promittentis maiestatem,ex præmiatione futurorum.Secundo,ex creatione rerũ ibi [Audi me Iacob,&c.] Circa primum,tria.Primo,assignat prænunciationis quorundam futurorum rationem,ponens ipsam prænunciationem, [priora] quę.s. iam preterierunt[ex-tunc,quãdo adhuc erant futura [repente]quantum ad alios,quibus non sunt prænunciata. Eccl. 42. Annuntians quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt, reuelans uestigia occultorum. Ponens in huius rationem,quæ sumitur ex eorum conditione,quam primo ponit[sciui.n.]ab æterno. Durus ad resipiscendum a malis[ceruix].i.ceruicositas proprii sensus[neruus ferreus,]qui non potest flecti, [frons tua] propter inuerecundiam.Act.7.Dura ceruice,& incircuncisis cordibus,& auribus,vos semper spiritui sancto restitistis. Deute.31. Ego scio contentionem tuam,& ceruicem tuam durissimã. Hierem.2. Frons meretricis facta est ei, noluit erubescere. Et deinde ex hoc,elicit rationem [prædixi]quasi dicat.Quia pronus eras ad idolatriam [prędixi tibi] ne beneficia mea idolis ascriberes.Osee.2. Vadam post amatores meos,qui dant panes mihi. Ponens prænunciatorum manifestationem[quæ audisti]a me pdicta tibi[vide]impleta.Psal.47.Sicut audiuimus,sic vidimus in ciuitate domini virtutum.Secundo,assignat rationem absconsionis quorundam futurorum,ponens primo, ipsam absconsionem. Sicut dictum est,quædam futura prędixi. Sed quædam futura [conseruata sunt].i.in mea præscientia[quæ nescis]quia non tibi reuelaui[nũc].i.in tempore [creata sunt].i.in effectum producta [& non extunc] quando pręsciui ea [& ante diem]impletionis ipsorum [& non audisti]nec a me[nec ab idolis.4.Reg.4.Dominus cælauit a me,& non indicauit mihi.Assignauit etiam huius rationem[ne forte]q.d.Ideo non reuelaui,vt sentires defectũ tuum,& deorum tuorum in hoc,q; de futuris non potes sentire;

busit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammę, non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus,vt sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi, in quibuscunque laboraueras. Negociatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua erraverunt. Non est qui saluet te.

CAP. XLVIII.

Vdite hæc domus Iacob, qui vocamini noĩe Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine domini, & dei Israel recordamini,non in veritate,neque in iustitia. De ciuitate enim sancta uocati sunt, & super deum Israel constabiliti sunt. Dominus exercituum nomẽ eius. Priora extunc annũciaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea repente operatus sum,& venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua,& frons tua ærea.Prædixi tibi extunc, antequàm venirẽt indicaui tibi,ne forte diceres.Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mã dauerunt ista. Quæ audisti, uide omnia.Vos autem, non annunciastis. Audita tibi feci noua extunc, & conseruata sunt,quę nescis.Nũc creata sunt,& non extunc, & ante diem, & non audisti ea,ne forte dicas,ecce ego cognoui ea. Neque audisti,neque cognouisti, neq; extũc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis,

& transgressorem ex vtero vocaui te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te ne intereas. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum,elegi te in camino paupertatis. Propter me,propter me faciam vt non blasphemer, & gloriã meã alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. Ego ipse,ego primus,& ego nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cælos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite. Quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis. Ego,ego locutus sum,& uocaui eum, adduxi eum, & directa est via eius. Accedite ad me,& audite hoc. Non a principio in abscondito locutus sum. Ex tempore antequam fierent ibi eram, & nunc dominus deus misit me, & spiritus eius. Hæc dicit dominus deus redẽptor tuus, sanctus Israel. Ego dominus deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas.Vtinam attendisses mandata mea. Facta fuisset,sicut flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris. Et fuisset, quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui,vt lapilli eius. Nõ interisset, & non fuisset attritum nomẽ eius a facie mea. Egredimini de Babylone,fugite a Chaldæis. In voce exultationis annuntiate, auditum

uel præscire, nisi quæ tibi reuelabo [cognoui] propria industria, [nec audisti] ab idolis, aperta a me. Psal. 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Ponit etiam eorum conditionem, ex qua dicta ratio elicitur. [Scio.n. ex ventre] .i. a tempore quando portabam te per desertum, sicut in uentre. Exod. 32. Cerno, qꝑ populus, iste populus dure ceruicis, sit. supra. 34. Præuaricatorem ex vtero vocaui te. Tertio, excludit quandam obiectionē ibi. [Propter nomen] Posset.n. aliqs quęrere, ex quo tam duri sunt, quare ergo eis bona promittis, & fecisti? Et huius obiectionis, Primo, ponit responsionem, commemorans tria beneficia eis exhibita [propter nomen meum] non propter meritum tuum [longe faciam] vel feci liberādo a pœnis. Eze. 36. Nō propter vos faciam domus Israel, sed propter nomen meum, quod polluistis in gētibus ad quas intrastis [& laude] .i. obligaui te ad cæremonias, & laudes meas ne sacrificia idolis offerens, interires. Psal. 40. In camo, & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. [Ego excoxi] volens purgare per tribulationes [sed non quasi argētū] qđ purgatur, tu autem non correctꝰ es. Hiere. 6. Frustra conflauit conflator. [Elegi] purgans. s. te per paupertatem, puniens te spoliatione rerum. Greg. Quos infirmitas rerū vulnerat, medicina paupertatis sanat, & hoc paterne corrigēdo. Primo, ponit responsionis expositionem [propter me, ut non blasphemer] ne dicar impotens saluare populum, quem elegi mihi [& gloriam] ne scilicet idola, me fortiora iudicentur. supra 42. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. [Audi me, &c.] Hic ostēdit diuinam maiestatem ex creatione rerum: proprium opus [vocabo] imponens proprium nomen [stabunt] parati ad obediēdum. supra. 40. Quis appendit molē terræ tribus digitis. [Congregamini, &c.] Hic prædicit, ipsius prosperitatē. Et primo, ostendit huius facti aliis absconsionem [quis de eis] .s. idolis. q. d. nullus. supra 41. Quis annuntiabit ab exordio, vt sciamus. Secundo, ipse prędicit ipsius prosperitatem [dominus dilexit eum] .s. Cyrum promouens ipsum in regnum [in Babylone] capiens ipsam [brachium] .i. per virtutem meam interficiens eos. Tertio, ostendit prosperitatis rationem ex diuino auxilio. [Ego, directa] non simpliciter, sed ad hoc, qꝑ Babylonem destrueret, alias non posset exponi de Cyro, sed tantum de Christo, nec de Hierusalem, quia ille idolatra fuit. Psalm. 106. Deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. [Accedite ad me, &c.] Hic promittit liberationem. Et circa hoc, tria facit. Primo, excitat attentionem ponens diuinam authoritatem [non in abscondito] sed tunc cum populus audiebat voces. Exod. 20. A principio] legis datæ. [Ex tempore] præterito [antequàm fierent] quæ prædicta sunt [ibi eram] præsens, illis futuris, per idē nunc æternitatis manens in tota successione temporis, vel in persona filii, [ibi eram] scilicet in tempore, secundum diuinitatem. Po-

facite hoc, & efferte illud, vsq; ad extrema terræ. Dicite. Redemit dñs seruū suū Iacob. Non sitierunt in deserto cū educeret eos. Aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerūt aquæ. Nō est pax impiis, dicit dominus.

CAP. XLIX.

Audite insulæ, & attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est noīs mei. Et posuit os meū, quasi gladiū acutum, in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me, sicut sagittā electā. In pharetra sua abscōdit me & dixit mihi. Seruus meus es tu Israel, qa in te glorificabor. Et ego dixi. In vacuum laboraui, sine causa, & vane fortitudinē meam consumpsi. Ergo iudicium meū cum dño, & opus meum cū deo meo. Et nunc, hæc dicit dñs formās me ex utero seruū sibi, ut reducā Iacob ad eum, & Israel nō cōgregabitur. Et glorificatꝰ sum in oculis dñi, et deꝰ meus factus est fortitudo mea. Et dixit. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, et fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucē gentium, vt sis salus mea, vsq; ad extremum terræ. Hæc dicit dñs redemptor Israel, sanctus eius ad contemptibilē animā, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum. Reges uidebunt, & consurgent principes, & adorabunt propter dñm, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit dominus. In tpe placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, et possideres hęreditates dissipatas, vt diceres his, qui vincti sunt, Exite, & his qui sunt in tenebris, Reuelamini Super vias pascentur, & in omnibus planis pascuæ eorum. Non esurient, neq; sitient, & non percutiet eos æstus & sol, quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. Et ponā oēs montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab aquilone, & mari, & isti de terra Australi. Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudē, quia consolatus est dominus populū suum, & pauperum suorū miserebitur. Et dixit Syon. Dereliquit me dñs, & oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantē suum, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tñ nō obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui coram oculis meis semper. Venerunt structores tui destruentes te, & dissipantes a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos & vide, oēs isti congregati sunt venerunt tibi. Viuo ego dicit dñs, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circūdabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuę, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur, qui

nens prophetæ veritatem, quia scilicet a deo missus [& nunc mē] Esaiam, vel [me] Christum hominem factum [deus] pater. Vnde tres personæ designantur [meminit] infra 61. Spiritus domini super me, & cæt. [& spiritus eius] euāgelizare pauperibus misit me. Secundo, ibi. [Hæc dicit dominus.] Ponit captiuitatis rationem, ostendens ex parte dei paratū auxilium [docens] contra ignorantiam [& gubernans te in via] operum, contra infirmitatem operādi. Psalm. 31. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua ingredieris. Ostendēs etiam ex culpa, Iudæorum dānum. [Vtinam attēdisses mādata mea] seruans ea [sicut flumen] abundans [sicut gurgites] Psalm. 80. Si populus meus audisset me, & Israel si in viis meis ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eorū humiliassem, & super tribulātes eos misissem manū meā. Tertio, ibi [Egredimini, &c.] Prædicit liberationem. Et circa hoc, tria facit. Primo, indicit eis a captiuitate exitū, ita certus de liberatione, ac si esset pꝛsens. [Egredimini.] Apo. 18. Egredimini de illa omnes, qui habitatis in illa. Et indicit, quòd annuntiēt dei beneficium. [Annunciate. Hierem. 50. Vox fugientiū, & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, ut annuntient in Syon ultionē dei nostri. Secundo, designat libertatis, & consolationis præstitum beneficium [nō sitierunt] idest ita in omnibus eis dominus prouidit, vel prouidebit, sicut quando egressi sunt de Aegypto. Psalm. 104. Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Tertio, aufert impiis pacis solatium [Non est pax] 4. reg. 9. Quid tibi, & paci respondit Iehu? Nota super illo uerbo. [Elegi te in camino paupertatis.] Quia paupertas confert multa. Primo, peccatorum recognitionem. Secundo, virtutum conseruationem. Eccle. 10. Pauper gloriatur per disciplinam, & timorem suū. Tertio, cordis quietem. Tob. 5. Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filium nostrū. Quarto, desiderii impletionem. Psalm. 9. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Quinto, diuinæ dulcedinis participationem. Psalm 63. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Sexto, exaltationem. 1. reg. 2. Suscitans de puluere egenum. Septimo, cælestem hæreditatem. Mat 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum.

CAP. XLIX.

In parte ista, exequitur magis in speciali liberationis ordinem. Et circa hoc, duo facit. Primo, populus cōfitetur accepta beneficia. Secundo, accipit promissionē de futuris ibi. [Ego dixi, &c.] Circa primum, quatuor beneficia confitetur. Primo, priuilegium diuinæ electionis. Et cōtinuatur ad id, quod dixerat, supra propheta populo, ut annuntiaret. Vnde statim subiungitur vox populi annunciantis, & dicentis.

dicentis. [Audite ab vtero] eligens me in ipsis patribus. Psal. 21. De ventre matris meæ deus meus es tu, ne discesseris a me. Secūdo, efficaciā orationis [Et posuit os meū] orationē, quasi gladium] penetrantem vsque ad aures dei & viscera misericordiæ. Ephe. vltimo. Et gladium spiritus, quod est verbum dei. Tertio, auxilium diuinæ protectionis [in vmbra] idest, sub protectione potentiæ suæ [sicut sagittam electā] sagittarius ad conseruandum. Psalm. 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Psal. 26. Abscondit me in tabernaculo suo, protexit me in abscondito tabernaculi sui. Quarto, gloriam diuinę virtutis. [Et dixit mihi, in te glorificabor] idest, per magnalia in te ostensa gloriosus apparebo supra. 43. Omnis qui inuocat nomen meum, in gloriam meum creaui eum. Secundum alios, hæc est vox Cyri, cuius nomen prænuntiatū est ab Esa. antequam nasceretur, supra. 45. cuius verba cominatoria quasi gladius erant, & protectus est ne auus suus eum interficeret, & seruatus quasi electa sagitta ad tempus statutum, cui & annuntiatū est populum Israel dei seruum esse. Aliter, exponitur de Christo: cuius nomen ab angelo prænuntiatum, verbum prædicationis gladius penetrans corda, protectus secundum infirmitatem carnis a potentia diuinitatis, & electus inter omnes ad salutem generis humani implendā. Et dicitur Israel, quia ex populo Israel secundum carnem natus est. [Et ego dixi &c.] Hic dominus promittit futura beneficia. Et primo, promittit prophetæ Esaiæ exaltationem. Secundo, populo liberationem, ibi. [Hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur prophetæ allegatio proponentis laborem suum in prædicando, quàmuis ex culpa audientium non sit fructus secutus, & concludit. [Ergo iudicium meum] pro me [cum domino] coram ipso [& opus meum] quasi gratum ipsi. Hier. 6. Frustra conflauit conflator. Secundo, ponit dei responsionem. [Et nunc hæc dicit dominus.] Et primo, significatur allegationis attestatio [& reducā] quasi dicat. Ex hoc me ex ventre matris eligens, vt reuocem populum suū ad ipsum. [Et congregabitur] ad ipsum per meam prędicationem. [Et tamē glorificatus sum.] Abac 3. Dominus deus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Secundo, ponitur ipsa responsio [Et dixit] quasi dicat. In tantum ministerium tuum honorificabo, vt non solum in Iudæis, sed in omnibus gentibus per te salus mea annuntietur. Rom. 3. An Iudæorum tantum deus? immo & gentium. Hoc etiam plane de Christo exponitur. Qui sua prædicatione & mortis consumatione non solum fructum in Iudæis fecit, sed gentes etiam illuminauit & saluauit. Similiter etiam de Cyro, licet magis exorte, quia per beneficia secundum intentionem domini populum ad dei cultum reuocauit, cui a deo datum est dominium super multas agentes. [Nota super illo verbo] Audite.] Quia verba dei sunt audienda, quia sunt vtilia. Primo, ad intellectus illustrationem. Prouer. 6. Mandatum lucerna, & lex, lux. Secundo, ad affectus dulcedinē. Psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Tertio, ad amoris accensionem. Hier. 20. Factum est verbum domini in corde meo sicut ignis. Psal. 9. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatū. Quarto, ad operis rectitudinē. Psal. 34. Dirige me in veritate tua. Quinto, ad gloriæ adeptionē. Prouer. 3. Custodi legē atq; consiliū. Sexto, ad aliorum instructionē. Primæ, ad Thi. 3. Omnis doctrina diuinitus inspirata, vtilis est ad docendū. [Hæc dicit dominus redemptor &c.] Hic promittit liberationem. Et circa hoc, duo facit. Primo, promittit liberationem. Secundo, excludit eorum dubitationem, ibi. [Et dixit Syon.] Circa primum, tria. Primo, ponit liberationem præcedentia, scilicet Iudæorū veneratio, quæ fuit causa liberationis, & commemorat pristinam despectionem [contēptibilem] propter populi imbecillitatē [abominatam] propter cultus singularitatem [seruum,] propter subiectionem diuersis gentibus. supra 18. Ad gentem diuulsam mittā te: & ponit ipsam venerationem. [Reges videbūt] magnalia mea quæ per te ostendam, [& adorabunt] sicut ad literā, Nabuchodonosor Danielem, & Cyrus & alii principes eius honorauerunt Esdram. Aliud præambulum est regis liberantis exaltatio, scilicet Cyri. [In tempore placito] quando placuit mihi saluare populum meum [exaudiui] exaltans te in regnum secundum desiderium tuum. Et exaltationis fructum [& seruaui in fœdus] implendum populi mei [reuelamini] idest illuminamini. Vel de

absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis, filii sterilitatis tuæ. Angustus est mihi locus, fac spatiū mihi vt habitem. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutriuit? Ego destituta & sola, & isti vbi hic erant? Hæc dicit dominus deus. Ecce leuabo ad gentes manuū meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios suos in vlnis, & filias suas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuę. Vultu in terra dimisso adorabunt te, & puluerem pedū tuorum lingent. Et scies quia ego dominus, super quo nō confundētur qui expectāt eū. Nūquid tolletur a forti præda, aut quod captū fuerit a robusto saluū esse poterit? Quia hæc dicit dñs. Equidē & captiuitas a forti tolletur, & qđ ablatū fue-

Christo, qui fuit in passione contēptus, & quasi seruus iudicatus. infra. 53. Vidimus eū & nō erat aspectus, & desiderauimus eum, despectū & nouissimū virorū. sed postmodū a regibus adoratus. Psal. 71. Adorabunt eū omnes reges terræ, omnes gentes seruiēt ei [in tēpore placito] .s. tēpore gratiæ. 2. Cor. 6. Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Secūdo, ponit liberationē cōsequētia, promittens liberatis bonorū copiā [super vias pascētur] idest, ita abundāter cōsolationibus ꝑfruentur, sicut oues in pascuis, quando etiam in via præter solitum inuenirentur. Ezech. 39. Requiescent in hærbis virentibus: quātum ad malorum carentiam, & defectus [nō esurient] & nocumenti illati [æstus] tribulationis [& sol] tyranni faciens ipsam. Psal. 120. Per diem sol non vret te, neque Luna per noctem. Et assignat vtriusque causam [quia miserator, aquarum] consolationum. Psalm. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Tertio, promittit ipsam liberationem, ponens tria, scilicet aliorum præparationē. [Et ponam omnes montes] idest, principes auxiliabuntur vobis ad reuertendum. supra. 40. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Ponens etiam captiuorum reuersionem. [Ecce isti de longe] idest ab oriente, mari, occidente. Hierem. 31. Adducam eos ab aquilone. Ponit etiam gratiarum actionem [laudate cæli. Psalm. 68. Laudent illum cæli & terra, mare & omnia reptilia in eis. [Et dixit Syon &c.] Hic excludit eorum dubitationem. Et primo, illam quæ oriebatur ex diuina indignatione. Secundo, illam quæ ex eorum detectione, ibi. [Et dices.] Tertio, illā, quæ oriebatur ex hostium potestate, ibi. [Nūquid &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit dubitationem [dereliquit] sine auxilio, & ideo non possum sperare liberationem. Baruch. 4. Derelicta sum sola. Secundo, excludit eam per similitudinem matris. [Numquid potest.] Tertio, adhibet promissionem de ciuitatis instauratione. Et Primo, quantum ad reædificationē murorum, ponens diuinum propositum. [Ecce in manibus] quasi dicat ita teneo te in memoria, sicut qui scribit aut facit aliud signum in manu sua, vt sit ei memoria alicuius rei [muri tui] quasi iam video reædificationem murorum tuorum. Psalm. 89. Mille anni ante oculos tuos, tamquàm dies hesterna quæ præteriit. Et expletionis modum [venerunt structores] idest reædificatores, scilicet Zorobobel, & Iesus & alii, iam in oculis meis [dissipantes] Chaldæi. Zachariæ 4. Manus Zorobobel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam, & scietis quia & cæt. Secundo, quantum ad habitationem virorum. Et circa hoc, tria facit. Primo, prædicit ciuium adunationem [leua in circuitu.] Baruch. 4. Circumspice Hierusalem ad orientem, & vide iucunditatem quæ veniet tibi. Secundo, ciuitatis rehabitationē, ostendēs quòd habitabitur. [Viuo ego,] modus iuramenti [velut ornamento] sicut sponsa vestibus, sic vrbs ornatur ciuibus. infra. 51. Indue te vestimento salutis, ostendens quòd habitatoribus implebitur, [quia deserta] quantum ad habitatores [solitudo] quantū ad cultores, [ruinæ] quantum ad muros destructos. Zach. 2. Absque muro habitabitur. Tertio, etiam ostendit quòd ab hostibus vacuabitur [longe.] Tertio, prædicit habitatorem multitudinem. [Ad hæc dicent filii sterilitatis] idest, qui nati sunt quando te sterilem credebas, vacuata habitatoribus. infra. 54. Dilata locum tentorii tui. [Et dices in corde &c.] Hic excludit secundam dubitationem. Et primo, ponit admirationem [& dices] præ admiratione [sterilis] quia non erāt in me viri, qui filios generarent [destituta] diuino auxilio. infra. 56. Quis audiuit vmquàm tale? Secundo, excludit dubitationem, ponens modum multitudinis habitatorum. [Hæc dicit dominus] quantum ad quatuor. Primo, quantum ad diuinam inspirationem [Ecce leuabo manum] quasi in signum [& ad populos exaltabo signum meum.] supra. 11. Leuabit signum in nationibus. Secundo, quantum ad honorificam reductionem [& afferent filios in vlnis] in quo significatur auxilium, quod a gentibus habuerunt. [Reges nutritii] prouidentes tibi in necessariis. Baruch. 6. Adducet dominus illo. Quarto, assignat huius rationem. [Et scies quia ego.] Psal. 30. In te domine speraui non cōfundar in æternum. [Numquid tolletur &c.] Hic excludit tertiam dubitationem. Et primo, ponit ipsam [a forti] Nabuchodonosor. Secundo, excludit eam [quia hęc dicit dominus. Primo,

ponēs liberationis beneficium]& captiuitas]scilicet Iudæorum. Iob. 29. Conterebam molas iniqui. Secundo, liberationis modum, ponens hostium destructionem [eos] scilicet Chaldæos [iudicauerunt] iniuste. Soph. 3. Ego interficiam oēs qui afflixerunt te. Et ponit pœnę determinationem. [Et cibabo]vel propter dissensionem, sicut supra. 10. Vnusquisque carnem brachii sui vocabit. Vel propter mortuorū multitudinē, quia vnus cadebat super sanguinem alterius ac si vellet bibere. Vel propter famem. Tertio ponit liberationis fructum. [Et sciet omnis caro.] supra. 40. Videbit omnis caro salutare dei nostri.

rit a robusto, saluabitur. Eos vero, qui iudicauerūt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto sanguine suo inebriabuntur, & sciet omnis caro quia ego dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

CAP. L.

Haec dicit dominus. Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eā? Aut quis est creditor meus, cui vēdidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestrā, quia veni & non erat vir, vocaui & nō erat qui audiret. Numquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberādū? Ecce in increpatione mea desertū faciam mare, ponam flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti. Induā cęlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditā, vt sciam sustētare eum qui lapsus est, verbo. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, & audiam quasi magistrū. Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciem meam nō auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniā non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis cōtradicet mihi? Stemus simul. Quis est aduersarius me⁹? Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus. Quis est qui cōdēnet me? Ecce oēs quasi vestimētū cōterent, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominū, audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & nō est lumē ei? Speret in nomine dñi, & innitatur super deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis. In doloribus dormietis.

CAP. L.

Hic incipit remouere impedimenta liberationis. Et primo, remouet impedimenta. Secūdo, apponit remedia. cap. 53. [Quis credidit &c.] Circa primum, remouet tria impedimenta. Primo, diuinorum beneficiorum. Secundo, abiectionem personarū cap. 51. [Audire me &c.]Tertio, copiam rerum. cap. 52. Consurge &c.] Circa primum, tria. Primo, excludit impedimentum. Secundo, ponit seipsum in exemplum. [dominus dedit &c.] Tertio, concludit salubre consilium, ibi. [Quis ex vobis &c.] Circa primum, duo. Primo, excludit defectum diuinorum beneficiorum ex parte diuinæ voluntatis. Secundo, ex parte diuinæ potestatis. [Numquid abbreuiata &c.] Circa primum, tria. Primo, excludit diuinæ voluntatis defectū, quasi non vellet ex seipso deus benefacere, excludens duplicem modum alienationis: scilicet modum alienandi vxorem, qui erat per libellum repudii, sicut dicitur Deut. 24. Quod quidē deis permissum est, ad duritiā cordis ipsorum. Matth. 19. ibi. [Quis est hic &c.] Sed contra Hierem. 3. Pro eo quòd mœchata esset Israel dimisissem eam. Et dicendum, quòd dominus quantum est in se non repudiauit eos, sed ipsi per peccata sua deum dimiserunt. Excludit etiam modum alienandi possessioné [aut quis est]quasi dicat, vos qui estis mea hæreditas. supra. 19. Hæreditas mea Israel. [Vendidi]quoniam potius saluaui. Vnde patet ex quo non alienaui vos a dominio meo, quòd paratus sum benefacere quantum ex me est. Secundo, ostendit humanæ voluntatis peccatum. Psalm. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me matre mea. Rom. 7. Ego enim homo carnalis sum, venum datus sub peccato. Tertio, ponit argumētū[quia veni]per inspirationem [vocaui] per prophetas. Prouerb. 1. Vocaui & renuistis accipere disciplinam. [Numquid abbreuiata.] Hic excludit defectum, ex parte diuinæ potestatis. Excludens, Primo, potestatis defectum [abbreuiata] vt etiam longinquos non subiicere mihi possim?[paruula,] contra potestates. infra. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini. Secundo, ponit diuinæ potentiæ signum. [Ecce.] Primo, in aquis [increpatione] idest iussione [faciā]si voluero sicut feci in exitu Israel de Aegypto. Exod. 14. de mari rubro. Psalm. 105. Increpuit mare rubrum & exiccatum est. [ponam flumina] sicut Arnon. Numeri. 21. & Iordanem. Iosue. 4. [Computrescent] sicut. Exod. 7. quādo aquæ versæ sunt in sanguinem. Psal. 105. Conuertit aquas eorum in sanguinem & occidit pisces eorum. Secundo, ostendit signa suæ potentiæ in cælis [induam cælos] aereos [tenebris] sicut in Aegypto factum est, vt habetur Exod. 10. psalm. 146. Qui operit cęlum nubibus. [Dominus dedit &c.] Hic ponit seipsum in exemplum. Et primo, quantum ad beneficii percepti gratiam. Tum, quantum ad eloquentiam. [linguam eruditam sustentare] confortationibus, Iob. 4. Vacillantes confirmauerunt manus tuæ, & genua debilia roborasti. Tum etiam, quantum ad sapiētiam [erigit] ad attendendum [mane] a principio prædicationis meæ, vel a principio ætatis. Vel quia tunc solitus erat orare. Psal. 62. In matutinis meditabor in te. [Aperuit] ad intelligendum. Psalm. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Matth. 2. Magister vester vnus est Christus. Secundo, ponit seipsum in exemplum, quantum ad obedientiam[ego autem non contradico] sed recipio & accepto ipsius inspirationem [retrorsum nō abii] a bono proposito. supra. 45. Væ qui cōtradicit factori suo. Ponit etiam obediendi conscientiam, quia obedientiam pro nullo periculo dimisit [corpus meum dedi]idest, exposui me vt talia paterer. Vel forte ad literā hæc passus est. sed in Christo plenæ implerū est. Mat. 26. & 27. Hierem. 12. Dedi dilectam animā in manus inimicorum. Tertio, ponit seipsum in exēplum, quantum ad fiduciam, quam in deo habebat. Primo, ponens paratā defensionem. [Dominus deus auxiliator]. Hier. 20. Dominus mecum est, tamquàm bellator fortis. Secundo, fiduciæ securitatem [& posuit] vt timore vel rubore mouerer. Ezech. 3. Vt adamantem & silicem dedi te. Tertio, assignat securitatis rationem, ex potestate adiuuantis [iuxta est qui iustificat me] scilicet deus. [Quis contradicet] verbis [stemus simul] Iob. 18. Pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. [Aduersarius] factis [condemnet] falsis iudiciis. Roman. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Iterum ex infirmitate impugnantis. [Ecce omnes quasi vestimentum]vetustate, in quo naturalis defectus [tinea,] in quo violentus. Iob. 32. Qui quasi putredo consūmendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Ac si diceret. Ex omnibus his sicut ego post accepta beneficia deo obedio & in ipso confido, ita & vos. [Quis ex vobis &c.] Hic concludit ex exemplo suo, salubre consilium. Et primo, ponit consilium. Secundo, ponit consilii contemptum, ibi. [Ecce omnes vos &c.] Consilium autem dat vt in deo confidant. Vnde, tria facit. Primo, requirit confidentium idoneitatem, quæ est ex timore & obedientia [serui] Esaiæ, vel cuiuscumque alterius. Psal. 26. Quis est homo qui timet dominum? Secundo, ostendit confidentię necessitatem. [Qui ambulauit in tenebris] erroris. Vel aduersitatis. Iob. 11. Qui ambulat in nocte offendit. Tertio, ponit ipsum consilium[sperent in nominæ. [Ecce omnes &c.] Hic ponit consilii contemptum, ponens tria. Primo, culpam[accēdentes] peccatis vestris[ignē]vobis merentes[accincti]quasi ligati in peccatis vestris. Vel, expediti ad peccādū. supra. 1. Erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ. Secundo, ponit pœnā[ambulate] q.d. recipitę pęnā. Psal. 72. In laboribus manuū suarū cōprehēsus est peccator. Tertio, ponit punientis potētiā [de manu] .s. potētiæ dei, [dormietis]somno mortis. Nota super illo verbo. [iniquitatibus vēditi estis.]Quia hō pro peccato vēdit multa. Primo, animi virtutē. Tre. 1. Dederunt præciosa queque pro vili. Secundo, cælestē hæreditatē. 3. Reg. 21. Propitius sit mihi dñs, ne vēdā hęreditatē patrū eorū. Tertio, aīæ libertatē. Ecclesi. 10. Nihil est iniquius q̄ amare pecuniā. Quarto, diuini amoris honorē. Osee. 3. Diligit dominus filios Israel, & ipsi respectāt ad deos alienos, & diligūt vinacia vuarū. Itē super illo verbo. [Ego aūt non cōtradico] nota q̄ deo cōtradicunt. Primo, infideles, diuinæ veritati. Eccl. 1. Ne cōtradicas verbo veritatis. Secūdo, impatiētes, diuinæ correctioni. Iob. 11. Quis cōtradixit ei, & pacē habuit? Tertio, impęnitētes, diuinæ bonitati. Osee. 11. Populus meus pendebit ad reditum meum.

meum. Nota super illo verbo. [In doloribus dormietis.] Quia peccatores dolent in morte. Primo, propter corporalium amissionem. Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum afferet. Secūdo, propter conscientiæ contradictioné. Sap. 5. Pænitentiam agētes, & præ angustia spiritus gemētes. Tertio, propter futuræ glorię desperationē. Tre. vlt. Cecidit corona capitis nostri. Væ nobis quia peccauim⁹. Quarto, propter pœnæ timorem. Psa. 47. Ibi dolores vt parturientis &c.

CAP. LI.

Audite me qui sequimini quod iustū est, & quęritis dominum. Attendite ad petrā vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum & ad Sarā quæ peperit vos. Quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Consolabitur ergo dominus Syon, & cōsolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertū eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini. Gaudium & letitia inuenietur in ea, gratiarū actio & vox laudis. Attendite ad me populus me⁹, & trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Leuatæ in cælū oculos vestros & videte sub terra deorsum, quia cæli sicut fumus liquescēt, & terra sicut vestimētum atteretur, & habitatores eius sicut hęc interibunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea nō deficiet. Audite me qui scitis iustū, populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis, & sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autē mea in sempiternū erit, & iustitia mea in generationes generationum. Consurge, consurge, induere fortitudinē brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationib⁹ sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? Qui posuisti profundū maris viā, vt transirent liberati. Et nunc qui redempti sunt a domino, reuertentur, & venient in Syon laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego, ego ipse consolabor vos. Quis tu vt timeas ab hoīe mortali, et a filio hominis, qui quasi fęnū ita arescet, & oblitus es dñi factoris tui, qui tetendit cælos & fundauit terrā, & formidasti iugiter tota die a facie furoris ei⁹ qui te tribulabat, & parauerat ad perdēdū? Vbi nūc est furor tribulātis? Cito veniet gradiēs ad operiendū, & nō interficiet vsque ad internitionē, nec deficiet panis eius. Ego autē sum dominus deus tuus, qui conturbo mare & intumescūt fluctus eius, dñs exercituū nomē meum. Posui verba mea in ore tuo,

CAP. LI.

Hic excludit secundum impedimentum, quod posset credi ex ipsa oppressione & humiliatione Iudæorum. Et diuiditur in tres partes. In prima, excluditur impedimentū deiectionis, ex eorū paucitate. In secunda, ex opprimentiū potestate, ibi. [Audite me &c.] In tertia, ex pœnarum grauitate ibi. [Ego sum qui conturbo &c.] Circa primum, tria. Primo, excitat attentionem, ponens eorum idoneitatem. [Qui sequimini.] Bonis operibus [& quæritis] recta intentione. Psa. 33. Diuites eguerūt & esurierunt, inquirentes autem dominum non minuētur omni bono. Secūdo, excludit paucitatis timoré, ibi. [Quia vnum &c.] Tertio, ponit promissionis firmitatem ibi [Leuatæ in cælum &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit exemplum. [Attendite ad patrē] .s. Abraham propter eius senectutem [excisi]. q. violenter, non secundum cursum naturæ. [cauernam] scilicet Saram, cui desierant fieri muliebria. Gen. 18. Rom. 10. Non considerauit corpus suum, cum esset emortuum. In quo ostenditur, quòd deus potens est fœcundare[quia vnum vocaui] Gen. 12. & concludit diuinæ consolationis beneficium[consolabitur]quātum ad reædificationé ciuitatū[omnes ruinas]Ezec. 14. Consolamini super malo, quod induxit in Hierusalē in omnibus: quātum ad culturam agrorū[& ponet desertum] idest terrā vestrā, quæ prius erat deserta. Et quantum ad lætitiā hominū[gaudiū.] supra. 30. Cāticum erit vobis. Tertio, executionis modū. [Attendite ad me. Et primo, ponit diuinam intentioné [lex] præceptū Cyri de liberatione populi[iudiciū]ex iustitia domini promulgata[in lucē]consolationem. supra. 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Secundo, ponit iudicii propinquitaté [prope est iustus] scilicet Cyrus, vel Christus. [Egressus]iā in præscientia mea. supra. 46. Prope feci iustitiam meā & non elongabitur, & salus mea & non morabitur. Tertio, ponit iudicii vtilitaté [brachia]potentes[mea]virtute. Cyrus & Darius[insulę]Diuersæ gentes in me sperabunt, vidētes populi liberationé supra. 42. Ponet in terra iudicium. [Leuate in cælū &c.] Hic ostendit diuinæ promissionis firmitatem, per cōparationē ad creaturarū mutationé. Vnde, Primo, ponit creaturæ mutabilitaté[languescēt] quantum ad figurā, & quantū ad substantiam. Et similiter dicendū de aliis. Ps. 101. Initio tu domine terrā fundasti, & opera manuū tuarū sunt cæli. Secundo, diuinæ promissionis firmitaté[salus]quā promitto, vel quia hoc ex me nūquā deerit, quin sim paratus saluare & iustitiā facere Luc. 21. Cælum & terra trāsibūt, verba autē mea nō transibunt. [Audite me &c.]Hic excludit impedimentū, quod timeri poterat ex oppressione, quantū pertinet ad potestaté opprimentiū. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponitur domini cōfortatio. Secundo, prophetæ disceptatio ibi. [Cōsurge &c]Circa primū, Primo, excitat attentioné. [Qui scitis iustum] idest iustitiā, quam in iudiciis meis vobis reuelaui. Psal. 147. Nō fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis[in corde] in cognitione. Prou. 4. Ne recedāt ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui. Secundo, excludit timoré [nolite timere] timoré[hominū] qui vos contēptui habent, de sua potētia gloriantes. Ps. 21. Ego sum vermis & nō hō, opprobriū hominū & abiectio plebis. Tertio, ostendit eorū fragilitatem[sicut enim vēstimētū.]Iob. 18. Qui quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Quarto, diuini auxilii firmitaté [Salus autem] supra. 45. Israel saluatus est in domino salute æterna. [Nota super illo verbo]ponet desertū ei⁹ q̄si delitias. Quia sancti, hñt duplices delitias. Primas gřię, q̄ cōsistūt, Primo, in plena dei visiōe. Iob. 22. Tūc, super oī potētē delitiis affluēs. Secūdo, in pfecta dilectiōe Tertio, i copiosa refectione. Quarto, in eminēti authoritate. Secūdas gratię, q̄ consistunt, Primo, in perceptione diuini luminis. Psal. 148. Nox illuminatio mea, in delitiis meis. Secundo, in proposito vel solicitudine boni operis. Eccl. 5. Non recordabor dierum. Tertio, in ornatu virtutum. Cant. 7. Quàm pulcha es & q̄ decora in delitiis. Quarto, in quiete cordis. infra. 58. Vocabeiis sabbatum delicatum. [Consurge &c.]Hic proponit prophetæ ad deū disceptatio, qua conqueritur quòd hostes populi, aliter quàm diuina fortitudine cōsumantur. Vnde primo, ponitur prophetæ petitio. Secundo, domini in responsio, ibi. [Ego ego &c]Circa primum, duo. Primo, ponit suam petitioné, in qua inuocat diuinæ potentiæ brachium [& brachium domini]idest virtus dei [consurge]quasi a somno. Psal. 43. Exurge quare obdormis domine[induere]sicut miles arma bellica, ad hostes nostros impugnandū Psal. 92. Induit dominus fortitudinē & præcinxit se virtute. Iob. 39. Si habes brachiū sicut deus? Allegat etiam diuinæ fortitudinis signum, in occisione Pharaonis. [Numquid non tu percussisti superbum, draconē] Pharaonem, in diuisione maris. [Numquid.] Secundo, annuntiat populo suæ petitionis exauditionem[nunc]sicut fuit in exitu de Aegypto. [qui redempti] de captiuitate Babylonis. [Ego ego &c] Hic ponitur domini responsio, ad populum colloquentis. Et primo, promittit consolationem [consolabor. Secundæ, Corin. primæ. Benedictus deus & pater domini nostri. Et infra. Et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Secundo, excludit hostiū timoré ponēs eorū fragilitatem. [Quis es tu, quasi fœnū.]supra. 40. Omnis caro fœnum, &

omnis gloria eius, quasi flos agri. Tertio, dei protegentis potestatem. [Et oblitus &c] Deut. 32. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui? Quarto, hostis insultationem. [Vbi est, tribulantis] Nabuchodonosor vel Senacherib. Iob. 20. Si ascenderit in cælum superbia tua, inde detraham te. Tertio, ostendit cõsolationis ordinẽ [cito veniet] scilicet Cyrus [ad aperiẽdũ] carcerẽ captiuis [nõ interficiet] vos, sicut alii reges Chaldęorum [nec deficiet vobis panis sustentationis ipsius. supra. 33. Panis ei datus est. supra. 42. Dedi te in fœdus populi mei. [Ego autẽ &c.] Hic excludit impedimẽtum quod posset putari ex eorum deiectione, quantum pertinet ad pœnarum magnitudinem. Et primo, ponit dei cõfortãtis potestatem. [Ego sum qui conturbaui mare] contra peccatores diuersas tribulationes immittens. Psalmus. 10. Quoniam iustus dominus & iustitias dilexit. Secundo, prophetæ concessam authoritatem [posui verba] o, Esaias [cælos] .i. ut plãtandos prædicas, maiores de populo, [terram] minores, vel [plantes] tui doctrinis. Tertio, promittit a penis liberationem [eleuare.] Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit præteritam afflictionem. Secundo, promittit liberationem, ibi. [Ecce tuli &c.] Circa primum, tria. Primo, ostendit pœnæ cumulum [Vsque ad fundum] quasi ad vltimum pœnarum perpessa [soporis] idest mortis. Psalm. 74. Calix in manu domini vini meri, plenus misto. Secundo, excludit omne humanum remedium, scilicet defensionis. [Non est qui sustentet] liberationis [non est qui apprehendat [compassionis [duo] in rebus. [vastitas] cuius effectus est fames, in personis [contritio] cuius vltimum est gladius occidens. Hierem. 15. Qui ad gladiũ ad gladium. Et consolationis. [Quis consolabitur] Tren. 1. Non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Tertio, ostendit huius rationem [filii tui proiecti] a terra sua [in capite viarum] quasi existentes in via, quãdo ducebãtur in captiuitatem [oryx] animal immundum, idest mus aquaticus, vel animal multum dormiens, scilicet glis, vel quædam auis quæ est in Aphrica, vel Oryx onigis animal mũdũ, simile capreo, de quo Deut. 14. & 70. Al. l. Beta quæ est quædã herba cito Solis ardore deficiẽs, uel genus olerũ uilissimũ. [Iccirco &c.] Hic promittit liberationẽ. Et circa hoc, duo facit. Primo, eorũ liberationẽ [inebriamini & nõ a vino] sed amaritudine penarum. Tren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absintio [qui pugnauit] in exitu de Aegypto. Exod. 14. Dominus enim pugnauit pro uobis. Secundo, hostium punitionem [& ponam illum [dixerunt animæ tuæ incuruare] sub potestate nostra, adeo te vilem tractantes, sicut lutum quod conculca-tur. Psalm. 93. Populum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam vexauerunt.

Al. Beta

& in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos & fundes terram, & dicas ad Syon, Populus meus es tu. Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius. Vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius, ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo sunt quæ occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te? Vastitas & contritio, & fames & gladius. Quis consolabitur te? Filii tui proiecti sunt, dormierunt ĩ capite omniũ viarum sicut* oryx illaqueatus, pleni indignatione domini, increpatione dei tui. Iccirco audi hæc paupercula, & ebria, non a uino. Hæc dicit dominator tuus, dominus, & deus tuus, qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adijciam, vt bibas illum vltra. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, Incuruare vt transeamus, & posuisti vt terrã corpus tuũ, & quasi viam transeuntibus.

CAP. LII.

Hic excludit tertium impedimentum liberationis, quod poterat dubitari, & ex inopia rerum promittens eis gratuitam liberationem. Et diuiditur in duas partes. Primo enim, prædicit liberationem Iudęorum a Babylonijs. Secundo, liberationem gentium a peccatis ibi. [Ecce intelliget &c.] Circa primum, duo. Primo, prædicit liberationem. Secundo, liberationis ordinem ibi. [Parauit dominus &c.] Circa primum, tria. Primo, promittit liberationem gratuitam. Secundo, assignat liberationis causam, ibi. [Quia hæc dicit dominus deus &c.] Tertio, indicit liberatis lętitiam ibi. [Quàm pulchri &c.] Promittitur autem eis liberatio, tribus modis. Primo, ab oppressione hostium quantũ ad bona quæ recuperauerunt [consurge] a debilitate, qua hostibus resistere non poteras. Et ideo dicit [induere fortitudine] sicut armis militarib9 [Syon] in qua erat arx ad defensionem ciuitatis [consurge] a miseria quam incurristi, spoliantibus hostibus. Et ideo dicit [induere vestimentis gloriæ tuæ] gloria ciuitatis est, frequentia ciuium, pulchritudo viarũ, opulentia rerũ. Baruch. 5. Exue te Hierusalem stola luctus & vexationis tuæ, & indue te decorem & honorem, quæ a deo est tibi sempiternam gloriam. Et quantum ad hostes quos euaserũt] quia non adiiciet vt transeat] quasi vastãs ac dominãs [incircuncisus] quantum ad hostes gentiles [immũdus] quantũ ad proditores ex eodem populo. Apocalipsis 20. Non intrabit in eã aliquid coinquinatum. Secundo, promittit liberationem a vilitate inhabitantium, quia derelicti sunt de pauperibus terrę sicut dicitur. 4. Reg. vlt. & Hier. vlt. [Excutere de puluere] vilitatis [consurge] resistens aduersariis tuis, & tũc deinde [sede] quieta. 1. Reg. 2. Suscitans de puluere egenum. Tertio, promittit liberationem a detentione captiuorum, præcedens liberationis beneficium. [Solue vincula] idest exi de captiuitate. Leui. 26. Confregi catenas ceruicũ vestrarum, vt ambularetis erecti. Et ostendit liberationis modũ [quia hæc dicit dominus. Gratis venundati estis]. q.d. nulla beneficia vobis pręstiterãt, qui vos captiuauerunt [redimemini] a captiuitate Babylonis per Cyrũ. Psal. 44. Vendidisti populũ tuũ sine pretio. [Quia hæc dicit &c.] Hic assignat liberationis duas causas, scilicet calumniã populi, & blasphemiã dei. Et primo, allegat calumniã [in Aegypto, in principio] in patribus. Gen. 46. & 47. [vt colonus] & ita aliquod ius habebant opprimendi eos ex beneficiis impensis. [Et assur] sub quibus etiam Chaldæi includuntur [absque vlla causa] nulla beneficia eis præstans. Si ergo liberationem abegit [quid mihi est] idest, quid impedit quòd mõ non liberem Hierusalem? Secundo, sententiam pronunciat [quia ablatus est] de terra sua] dominatores] qui sibi dominiũ usurpauerunt, scilicet Chaldæi. [Et] quoniam [iugiter blasphematur] quasi non possim populũ meũ liberare. Ezec. 36. Sanctificabo nomen meũ magnũ, quod pollutũ est inter gentes [propter hoc in die illa] liberationis [qui loquebar] promittens [adsum] ad explendũ. Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cũ hominibus cõuersatus est. Heb. 1. Multipharia multisque modis, olim deus loquẽs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, si exponatur mistice de aduentu Christi. [Quàm pulchri &c.] Hic indicit liberatis lætitiam. Et primo, describit letitiam, quantum ad receptionẽ nuntiorum qui venientes de Chadæa eã nuntiauerunt [pulchri] quia pulchrum & delectabile erat populo, talia annuntiantes audire [super montem] vt multi audiant [prædicantis] publice [pacem] a Cyro restitutam [bonum] subsidii promissi [salutẽ] a captiuitate [regnabit] quia vltra tantum deus in te regnabit, quia ipsum coles

CAP. LII.

Consvrge consurge, induere fortitudine tua Syon. Induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti, quia non adijciet vltra vt pertranseat per te incircuncisus & immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia Syon, quia hęc dicit dominus. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit dominus deus. In Aegyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi, & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit dominus? Quoniã ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt dicit dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc, sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis

coles in templo reparato. Secundo, describit letitiam quantum ad inspectionem speculatorum, qui inde redeuntes videbant, ponens exultationis vocem. [Vox] letitiæ resonabit Act. 4. Vnanimiter eleuauerunt vocem ad deũ Et lætitiæ rationẽ [quia oculo], quasi oculis suis videbũt captiuos venientes. supra. 33. Oculi tui videbunt Hierusalem, præceptorem tuum. Tertio, quantum ad aduentum captiuorum [gaudete] supra. 35. Letabitur deserta & exultabit solitudo. Nota super illo verbo. [Induere vestimentis.] Quia sancti habent vestimenta virtutũ de quibus gloriantur. Et ista, Primo, sunt ad protegendũ. infra. 61. Induit me dominus vestimentis salutis & indumento iustitiæ circundedit me. Secundo, ad calefaciẽdum. Prouer. vltim. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti duplicibus. Tertio, ad ornandum. Apoc. 3. Vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Hæc vestimenta, Primo, debent esse candida in honestate operis. Eccl. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Secundo, munda in rectitudine intentionis. supra. 9. Vestimentum mistum sanguine, erit in combustionẽ & cibus ignis. Tertio, odorifera per famæ diuulgationem. Can. 4. Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. [Item, super illo verbo. [Solue vincula.] Nota, quòd sunt vincula a quibus soluit deus. Primo, mundanæ solicitudinis. Iob. 39. Quis dimisit onagrum liberum & vincula eius quis soluit? Secundo, carnalis amoris. Eccles. 7. Inueni amariorem morte mulierem, & vincula eius plena sunt dolo. Tertio, peruersæ actionis. Psalm. 106. Eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum disrupit. Quarto, prauæ consuetudinis. supra. 5. Væ qui trahitis iniquitatem ad iniquitatem, & quasi vinculum plaustri peccatum. Item, sunt uincula a quibus deus non soluit. Primo, charitatis. Osee. 11. In funiculis charitatis thraxi eos. Secundo, diuinæ legis. Hierem. 2. A sæculo confregisti iugum. Tertio, diuinæ instructionis. Eccles. 6. Subiice humerum tuum & porta illam, & ne accederis in vinculis eius. [Parauit dominus &c.] Hic exequitur liberationis ordinem. Et primo, ponit manifestum dei auxilium [brachium] scilicet virtutem suam, quam omnes in hoc facto aduertere potuerunt. Psalm. 97. Viderunt omnes fines terræ, salutare dei nostri. Secundo, indicit captiuis egressum [recedite] scilicet de Babylonia [pollutum] nolite inter eos pollutos conuersari. Apoc. 18. Exite de illa populus meus. Tertio, docet egrediendi modum, quantum ad puritatem. [Mundamini] sacerdotes, quantum ad securitatem [in tumultu exibitis] scilicet belli, sicut de Aegypto, quantum ad aductorem [præcedet] quasi dux [& congregabit] quasi pastor. Ezech. 36. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & reducam vos in terram vestram. [Ecce intelliget &c.] Hic prædicit liberationem gentium a seruitute peccati, per filium dei factam. Et primo, describit liberatorem, quantum ad gratiæ eminentiam [intelliget] quantum ad sapientiæ plenitudinem [seruus] secundum naturam assumptã, Christus. Philip. 2. Formã serui accipiens. Prou. 4. Acceptus est regi minister intelligens [exaltabitur] quantum ad virtutum operationem. Psalm. 20. Exaltare domine in uirtute tua [eleuabitur] quantum ad ascensionem. Psalm. 8. Quoniam eleuata est magnificentia tua, super cælos. Ephe. 4. Qui descendit ipse est, & qui ascendit. [Et sublimis] sedens ad dexteram patris. supra. 4. Erit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis. Et quantum ad passionis ignominiam [sicut enim obstupuerunt] exemplis, miraculis, & doctrinis. Matth. 12. Stupebant omnes turbæ super doctrina eius & miraculis, quæ faciebat [inglorius erit] in passione [& forma] spiritus sui decor. Psalm. 21. Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Secundo, prædicit liberationem, quantum ad peccatorum remissionem [iste asperget] aspersione sanguinis, & aqua baptismi: quantum ad ipsius venerationem] super ipsum tacentes] ad auscultandum [non præsumentes] ad secreta ipsius tractandum. Iob. 39. Principes cessabant loqui. Et quantum ad veritatis cognitionem [quia quibus] scilicet gentibus [nõ erat] per prophetas [videbunt] corde [audierunt] ipsum personaliter prædicantem. infra. 65. Ecce ego ad gentes quæ nesciebant me, & quæ non inuocabant nomẽ meum.

salutem, dicentis. Syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Leuauerunt vocem simul laudabunt: quia oculo ad oculũ videbunt, cum conuerterit dominus Syon. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem: quia consolatus est dominus populum suum, redemit Hierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suũ in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Recedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet .n. vos dominus, & congregabit vos deus Israel. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & leuabitur & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominũ. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suũ. Quia quibus non est narratum de eo viderunt, & qui nõ audierunt contemplati sunt.

CAP. LIII.

Hic incipit ponere remedia, contra dicta impedimenta. Et primo, cõtra peccatum promittit Christi passionem. Secundo, contra depræssionem promittit exaltationem. cap. 54. [Lauda sterilis &c.] Tertio, contra paupertatem, gratuitam rerum fruitionem ibi [Oẽs sitientes &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit altitudinem mysterii, quia nec auditui facile creditur [auditui] de his, quæ de Christo a te audiuimus. Abachuc. 2. Domine audiui auditum tuum & timui. Nec facile videtur. [Et brachium] scilicet filius dei, dei virtus. Iob. 39. Si habes brachium sicut deus? Secundo, prosequitur ordinem facti. Et primo, proponens similitudinem, quantum ad ipsius exaltationem. [Et ascendet] ex ventre matris nascendo, ex morte resurgendo, de mundo in cælum ascendendo, & in fidem gentium [sicut uirgultum] quod in altum crescit, & in altum multiplicatur. supra 11. Egredietur virga de radice iesse, & flos de radice eius ascendet. Et quantum ad ipsius humanitatem [& sicut radix de terra sitienti.] idest, de terra sine humore, quæ præ siccitate indecora videtur, sic etiam ipse ortus est de matre absque virili humore. Apocalip. vltimo. Ego sum genus & radix Dauid. Secundo, ponit similitudinis expositionem. ibi [Non est &c.] Et primo, quantum ad humiliationem. Secundo, quantum ad exaltationem. ibi [de angustia &c.] Circa primum, duo. Primo, describit Christi humilitatem. Secundo, humiliati mansuetudinem. ibi [Oblatus est &c.] Circa primũ, tria. Primo, describit humilitatis officium. Secundo, humiliati contemptum. ibi. Et quasi absconditus &c.] Tertio, humiliationis fructum. ibi [Ipse autem vulneratus &c.] Circa primum, duo. Primo, ostenditur eius humilitas, quantum ad absconsionem maiestatis [non est ei spẽs] quantum ad affluentiam interiorum bonorum [neque decor] quantum ad affluẽtiam exteriorum. Species enim proprie respicit pulchritudinem, quantum ad commensurationem membrorum, sed decor, quantum ad conuenientiam coloris & aliorum circumadiacentium. Habebat siquidem speciem, Quia speciosus forma præ filiis hominum, sed latebat propter infirmitatem assumptã. Habebat decorem, quia, Fortitudo & decor indumentum eius. Prouerb. vltimo. Sed latebat propter paupertatem seruatam. vnde Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies tuas decora. Et ideo, nos qui tunc increduli, & postea conuersi, in quorum persona loquitur [uidimus eum] corporaliter. [& non erat aspectus] magnificus, secundum quòd dicitur, quòd species Priami digna est imperio. Secundo, ostẽditur eius humilitas, quantum ad ostensionem infirmitatis [& desiderauimus eum] cum desiderio expectantes quasi magnum redemptorem. Aggei, secundo, Ecce veniet desideratus cunctis gentibus. Et in dignitate contra quod [uidimus, eum despectum] inglorium [nouissimum virorum] propter turpissimum genus mortis. Sapien. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Magnum etiam in prosperitate, contra quod inuenimus eum [virum dolorum,] quasi miserum & doloribus plenum. Tren. 1. O uos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Magnum etiam in potestate, contra quod, inuenimus

CAP. LIII.

Qvis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor. Et vidimus eũ & non erat aspectus,

eum [scientem infirmitatem] per experimentum. 2. Corinthiorum. vltimo. Nam & si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. [Et quasi absconditus,&c.] Hic ostendit humiliati contemptum. Et primo,quantum ad maiestatem absconsam in subtractione honoris[quasi absconditus] latens maiestas sub infirmitate carnis.[Vnde nec reputauimus eum] debitum honorem non impendendo. supra. quadragesimoquinto. Vere tu es deus absconditus.Secundo, quantum ad infirmitatem ostensam , ponens infirmitatis signum [vere] sicut verus homo [languores infirmitates, sicut famem,sitim, [tulit] sustinuit [dolores] sensibiles in passione , & tristiciam [vel languores] peccata abstulit a nobis , vel loco nostri,pænas sustinuit. primæ Petri,secundo.Peccata nostra pertulit,super lignum . Ponens etiam contemptum . [Et nos reputauimus eum , quasi leprosum] immundum , & peccatorem , & ideo [percussum a deo] pro peccatis suis , quantum ad pænas [& humiliatum] quantum ad ignominias. Iob. vigesimosecundo.Propter malitiam tuam plurimam , & infinitas iniquitates tuas . Item,nota super illo verbo , [brachium domini cui reuelatum est.] Quia Christus est brachium . Primo , ad flagellandum dæmones . Psalmus 88.In brachio virtutis tuæ, dispersisti inimicos tuos . Secundo , ad supportandum debiles . supra 40 . In brachio suo leuabit agnos . Tertio , ad defendendum fideles. Sapientiæ, quinto. Dextera sua teget eos. Item,super illo verbo [virgultum .] Quia Christus est virga'. Primo, ad percutiendum. Numeri.23. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel &c. Secundo , ad sustentandum. Psal. vigesimosecundo.Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolatasunt . Tertio , ad dirigendum. Psalmus 44. Virga directionis , virga regni tui . Item,super illo verbo[radix de terra.] Quia Christus est radix . Primo, propter absconsionem . Ecclesiastici 1.Radix sapientiæ cui reuelata est ? Secundo, propter nutrimenti ministrationem. Hierem.17.Erit tanquam lignum, quod ad humorem mittit radices. Tertio, propter totius arboris sustentationem . Roman.11. Non tu radicem portas . [Ipse autem vulneratus,&c.] Hic ponit humiliationis,siue passionis fructum. Et primo,assignat rationem mouentem [ipse autem] non sicut putauimus[sed vulneratus]spinis , clauis , lancea [propter iniquitates nostras] tollendas. [Attritus]Flagellis,alapis. Vel[vulneratus] quantum ad id, quod dicit percussum [attritus] quantum ad id,quod dixit,humiliatum . Tren. 4. Spiritus oris nostri Christus dominus,captus est in peccatis nostris . Secundo, ostendit vtilitatem consequentem in reconciliatione pacis [disciplina pacis] idest,ipse pro nobis disciplinam correctionis sustinuit:per quam pacem,habemus accessum ad Deum. Roman.5. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius,multo magis reconciliati , salui erimus in vita , &c. Et in restitutione perditæ sanitatis [liuore] quem ex virgis habuit . primæ Petri 2. Cuius liuore sanati estis. Psalmus . 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis,qui sanat omnes infirmitates tuas . Tertio, ostendit necessitatem imminentem ex parte nostra : quia omnes infirmi . Vnde omnes medico indigent , & nullus alius sufficiens remedium præbere poterat.Romanorum 3.Non enim est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. [Omnes nos , quasi oues] primę Petri secundo. Eratis aliquando , sicut oues non habentes pastorem . [Oblatus est , &c.] Hic ostendit , patientis mansuetudinem . Et primo , proponit ipsam mansuetudinem . Et primo , quantum ad voluntariam sui oblationem [oblatus est] Deo , scilicet patri pro nobis hostia [quoniam ipse voluit . Psalmus. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Ioannis 10. Ego pono animam meam , & iterum sumam eam . Nemo tollit eam a me , sed ego pono eam a me ipso . Secundo, quantum ad patientem passionem [& non apperuit os suum] quasi contradicens , & contendens , vnde etiam coram Herode nihil respondit. Luc. 22. Secundo , ponit similitudinem [sicut ouis ad occisionem] quia sine resistentia occisus [& quasi agnus] sine contradictione iniuriam passus . Hieremiæ. 12. Ego quasi agnus , qui portatur ad vi-

& desiderauimus eum , despectũ, nouissimum virorum, uirum dolorum,& scientem infirmitatẽ. Et quasi absconditus vultus eius , & despectus, vnde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit,& dolores nostros ipse portauit.Et nos putauimus eum , quasi leprosum,& percussum a deo , & humiliatũ.Ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras,attritꝰ est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus . Omnes nos, quasi oues erauimus, vnusquisque in viam suam declinauit,& posuit dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suũ. Sicut ouis ad occisionem ducetur , & quasi agnus coram tondente se obmutescet , & non aperiet os suum. De angustia,& de iudicio sublatus est . Generationem eius , quis enarrabit ? Quia abscisus est de terra viuentium.

ctimam . Item , notandum super illo verbo [nouissimum .] Quia Christus fuit nouissimus . Primo , propter doloris acerbitatem.Trenorum 3.O vos omnes qui transitis per viam , attendite & videre , si est dolor , sicut dolor meus . Secundo , propter mortis turpitudinem.Sapientiæ,secundo. Morte turpissima condemnemus eum . Tertio , propter impositi criminis magnitudinem. Prouerb. 30. Stultissimus sum virorum , & sapientia hominum non est mecum . Item,super illo verbo [virum dolorum]quòd Christus fuit plenus doloribus. Primo , propter morbi acerbitatem. supra,primo. A planta pedis , vsque ad verticem non est in eo sanitas . Secundo , propter gratiarum effusionem . Ioannis 1. De plenitudine eius nos oẽs accepimus,gratiam,pro gra &c .Tertio,propter nostram obligationem . 2. Corinth. 5 . In hoc Christus mortuus est, ut iustificati per gratiam ipsius , &c. [De angustia , &c.] Posita humilitate passionis,hic incipit ponere exaltationis gloriam,quæ est passionis præmium,sicut dicitur. Phil.2. Propter quod,deus exaltauit illum . Et primo , quantum ad enasionem periculorum.Secundo,quantum ad vltionem hostium . ibi [Et dabit impios,&c.] Tertio , quantum ad iustificationem hominum.ibi[Si posuerit,&c.]Quarto,quantum ad victoriam rebellium.ibi[Ideo dispertiam,&c.] Circa primum,duo ponit . Primo,ponit pręmiũ.[De angustia]passionis. [De iudicio]iniusto, quo ab aliis iudicatus est[sublatus est]in resurrectione. Prouerb. 11.Iustus de angustia liberatus est.Secundo,ponit meritum,ponens patientis dignitatem , vt ex cõditione pœnę meritum passionis pensetur.[Generationem]æternam qua de patre, sine matre , vel temporalem qua de matre , sine patre [quis]quasi dicat,nullus naturali ratione , & si aliqualiter inspiratione diuina.Eccl. 43. Quis vidit eum , & enarrabit ? ponens etiam illatam passionem[quia abscisus est]per mortem a Iudæis [de terra viuentium]de hac vita. Hierem. 12 .Venite mittamus lignum in panem eius,& eradamus eum de terra viuentium . Ponens etiam ex parte dei patris,passionis acceptionem. [Propter scelus percussi]idest percuti permisi. [Et dabit impios , &c.] Hic ponit secundum,scilicet vindictam persequentium . Et primo, ponit pręmium. [Et dabit impios]Iudæos in manus Romanorum[pro sepultura,]quia ipsum in sepulchro custoditi fecerunt. Secundo , ponit meritum , quantum ad vitæ innocentiam [eo quòd iniquitatem non fecit]quantum ad peccatum operis [neque dolus in ore]quantum ad peccatum oris. 1.Petr.2.Qui peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius Et quantum ad mortis obedientiam.[Et dominus]pater[voluit.]Et ipse obediens fuit patri,vsque ad mortem. Philip. 2. Factus obediens, vsque ad mortem.1.Corinth.1. Quod infirmum est dei,fortius est hominibus. [Si posuerit , &c.] Hic ponit tertium, scilicet quòd per ipsum completa est hominum iustificatio. Et primo, ponit.præmium contra mortis dolorem[si posuerit] propria voluntate. Ioann. 10 . Ego pono animam meam . [Videbit semen longæuum [vsque ad finem mundi filios sibi regenerari,ex virtute mortis eius. Ioann. 12. Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit,ipsum solum maner. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert [& voluntas dirigetur] implebitur [in manu] in opere eius: primæ Thesalonicen. 4. Hæc est voluntas dei,sanctificatio vestra . Et contra doctrinæ laborem. [Pro eo quòd laborauit] prædicando,& discurrendo. [Videbit] gentes ad se conuersas [& saturabitur.] quasi habens,quod intendit. Ioann. 4. Cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Secundo , ponit meritum , quantum ad exercitium prædicationis [in scientia.] idest doctrina . Roman. 5 . Iustificati gratis ex fide . Ioannis 6 . Domine ad quem ibimus ? Verba vitæ æternæ habes. Et quantum ad tormentum mortis [iniquitates .] idest pænas pro iniquitatibus . supra 45. Ego feci,ego feram. [Ideo dispertiam , &c.] Hic ponit quartum, scilicet victoriam de hostibus. Et primo, ponit hostium subiectionem , [ideo dispertiam] quasi partem suam ei dabo. [Plurimos] qui credent in ipsum [& spolia fortium ,] idest captiuatos a dæmonibus [diuidet] discipulis suis,diuersos diuersis gentibus præponens . Osee . 13.

Ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Psalm. 67. Rex virtutum dilecti dilecti , & speciei domus diuidere spolia . Secundo , ponit subiectionis rationem,quantum ad mortẽ [pro eo quòd tradidit] & quantum ad genus mortis [& cum sceleratis.] Luc. 23. Et crucifixi sunt cum eo duo nequam. Psal.97. Extimatus sum cum descendentibus in lacum . Tertio, subiectorum saluationẽ . Non enim quasi tyrãnus sibi subdit ad vexandum , sed ad saluandum. [Et ipse peccata multorũ] efficienter, quàmuis omnium sufficienter [tulit] abstulit , & [pro transgressoribus orauit .] Luc. 23. Pater ignosce illis,quia nesciũt quid faciunt.

CAP. LIIII.

HIc contra rerũ deiectionẽ,promittit exaltationis remedium . Et primo, promittit multitudinem contra paucitatem . Secundo , honoris restitutionẽ, contra confusionem. ibi[Noli timere &c.] Tertio,prosperitatẽ, contra pristinam aduersitatem. ibi [Paupercula &c.] Circa primum, tria . Primo , prædicit filiorum multitudinem indicens gratiarum actionis laudem.[O sterilis] Hierusalem [q̃ non paris]quiade relicta &deserta[laudа]deum pro concessis beneficiis . Laudantium iucunditatem[decanta laudẽ.] Est enim canticum, mentis exultatio in vocem prorupta, ex iucunditatis magnitudine [hinni]in modum equi præ magnitudine vocem ad exprimendum formare non potens. Hierem. 31. Exulta in letitia Iacob. Psalm. 146. Deo nostro sit iucunda,decoraque laudatio . Et promittens filiorum multitudinem. [quoniam multi] quasi magis multiplicabuntur filii tui quàmuis sis deserta,quàm illarum ciuitatum, quæ viros habent ad generandum. 1. Reg. 2. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est . Secundo , exhortatur ad loci ampliationem sub metaphora tentorii. [Dilata] locum, quantum ad solum quo extenditur [pelles] quibus tegitur . [Funiculos] quibus paxilli ligantur [clauos] quibus tabulæ coniunguntur,vel ipsos paxillos . Et hæc leguntur fuisse in tabernaculo fæderis.Exod. 26. & 36. Ac præ multitudine hominum oportet maiorem habitationem quærere,quàm sit terra pro missionis. Tertio , Prædicit exortationis implctionem[ad dexteram enim] quasi vndique te dilatabis: quod implctum fuit tempore Machabæorum,quando appositæ fuerunt quædam ciuitates de regione Samariæ & de aliis,regno Iudæorum. Gen. 24. Possideat semen tuum portas inimicorum suorum. [Noli timere &c.] Hic promittit pristini honoris restitutionem, contra cõfusionem,quam prius sustinuerant. Secundo , promissionis firmitatem [sicut in diebus Noæ.] Circa primum,duo facit. Primo , promittit pristinæ confusionis obliuionem [non confunderis] interius [non erubesces] exterius [pudebit] ex consideratione tuæ turpitudinis [obliuisceris] præ abundantia gloriæ [adolescentiæ] quando peccasti in deserto [viduitatis]

Propter scelus populi mei, percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua , eo quòd iniquitatem non fecerit,neque dolus fuerit in ore eius, & dominus voluit cõtere eum in infirmitate . Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum,& volũtas domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos,& iniquitates eorum ipse portabit . Ideo dispertiã ei plurimos , & fortium diuidet spolia , pro eo quòd tradidit in mortem animã suam , & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

CAP. LIIII.

AVDA sterilis quæ nõ paris, decanta laudẽ & hinni, quæ nõ pariebas,quoniã multi filij desertæ magis quàm eius , quæ habebat virum,dicit dominus . Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos , & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad leuam penetrabis , & semen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit . Noli timere, quia non confunderis neque erubesces . Non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris , & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius . Quia dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius , & redemptor tuus sanctus Israel , deus omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierẽ derelictam & mærentem spiritu vocaui te dominus,& vxorem ab adolescẽtia abiectã.Dixit deus tuꝰ. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cõgregabo te.In momento indignationis abscondi faciẽ meã parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui. Dixit redẽptor tuꝰ dominus . Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui iurauì ne inducerẽ aquas diluuij vltra supra terram , sic iurauì vt non irascar tibi & non increpem te.Montes enim commouebuntur & colles cõtremiscẽt, misericordia autẽ mea nõ recedet a te , & fædus pacis meæ non mouebitur . Dixit miserator tuus dominus. Paupercula tempestate conuulsa absque vlla consolatione,ecce ego sternam per ordinẽ lapides tuos , & fundabo te in sapphiris.Et ponam iaspidem pro pugnacula tua , & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vniuersos filios tuos doctos a domino & multitudinem pacis filijs tuis , & in iustitia fundaberis .

Recede procul a calumnia , quia non timebis a pauore : quia non appropinquabit tibi . Ecce accola veniet , qui non erat mecum , Babylonis . supra 45. Non confundemini neque erubescetis . Sopho. 3. In die illa,non confunderis super omnibus adinuentionibus tuis. Secundo , promittit pristini honoris restitutionem . Et primo,ponit restitutionem,quantum ad dominium [quia dominabitur.] Et quantum ad cõiugium [mulierem derelictam. Hierem. 3. Si dimiserit vir vxorem suam & aliã duxerit , & recedens duxerit virum alterum , numquid reuertetur ad eum vltra ? Secundo ; promittit honoris ampliationem , quantum ad honorũ multitudinem . [Dixit deus,in modico]passa es respectu eorum quæ tibi miserando tribuam . 2. Corin. 4. Id enim quod in præsenti est,momentaneum est. Et quãtum ad dei timorem [in momento]quasi dicat, breui tempore iram meam sensisti respectu eius quo tui miserabor. [Hæc autem omnia quæ dicta sunt,mistice exponuntur de vocatione gentium, quia gentilitas prius sterilis postmodũ multos filios congregauit secundum Glos. [Sicut in diebꝰ &c.] Hic ostendit promissionis similitudinẽ. [Iurauì] idest firmiter statui , si tamen in præceptis meis permãseris Genesis. 9. Statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos. Secundo, ex creaturarum stabilium operatione. [Montes enim].q.d. facilиꝰ ẽ mõtes & colles immutari, quàm verba mea cessare: vel per montes & colles,mundi potentes. Psalm. 45. Non timebimus dum turbabitur terra. Nota super illo verbo [lauda sterilis.] Quia est sterilitas , Primo , peruersæ actionis. Iob. 15. Congregatio hypocricæ sterilis. Secundo , sacræ contemplationis. Gen. 29. Rachel erat sterilis. Tertio , Temporalis tribulationis supra. 49. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis . Item,nota super illo verbo[dilata tentorium.] Quia dilatandũ est cor. Primo, propter hospitis magnitudinem. Hierem. 23. Numquid non cælum & terram ego impleo,dicit dominus? Secundo , propter munerum multitudinem. infra. 60. Videbis & afflues & dilatabitur cor tuum. Tertio, Propter viæ expletionẽ. Psal.118. Viam mandatorum tuorũ cucurri.Itẽ,nota super illo verbo[in miserationibus magnis] Quia misericordię futuræ magnæ sunt.Primo,quia strinsecæ.Rom.8.Existimo, quòd nõ sunt cõdignæ passiones huius tẽporis,ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Secundo,quia æternæ.2.Corin.4. Quæ enim videntur tẽporalia sunt,quæ aũt nõ videtur æterna.Tertio,quia perfectæ.Luc.1.Ecce.n.ex hoc beatã me dicẽt oẽs generationes.Quarto,quia in plures extensæ. Luc.14. Homo quidã fecit cænã magnam,& vocauit multos.Quinto,quia integræ.Apoc.20.Abstget deus omnẽ lachrimam ab oculis sanctorũ.[Paupercula &c.] Hic promittit prosperitatem,contra aduersitatem.Et commemorat aduersitatem pristinam [paupercula] Hierusalem spoliata bonis [tempestate] aduersitate . supra. 18. Ad gentem conuulsam & dilaceratã mittã te.Secũdo,promittit prosperitatẽ futurã

& quantum ad affluentiam bonorum proponens metaphoram, [Ecce ego sternam] quasi in pauimento lapides preciosos, significans homines virtutibus eminentes[per ordinem]vnumquemque in ordine suo.Et explanans ipsum,quantum ad scientiæ diuinæ doctrinam[vniuersos doctos.] Hiere.31.Dabo legem meã in visceribus eorũ, & in corde eorũ scribam eam. Quantũ ad pacis abundantiã [multitudinẽ] Psal. 118.Pax multa diligentibus legẽ tuam. Et quantum ad opera iustitiam[& in iustitia]supra.1.Syõ in iudicio redimet, & reducent eam in iustitiam. Secundo, quantum ad carentiam malorum promittens, Primo periculorum euasionem [recede] .i. recedes, quia calumniam nõ patieris. Psal.71.Humiliabit calumniatorem. Secundo, Extraneorum occasionem. [Ecce accola.] quia multi adhæserunt de gentibus exeuntibus de captiuitate.infra 56. Nõ dicat filius aduenæ, q adhæret domino dicens, separatione diuidet me dominus a populo suo. Tertio. Promittens hostiũ destructionem.[Ecce ego.]Et primo ostendit promittentis potestatem proponens similitudinem [fabrum] persecutorem qui sufflat in ignem tribulationis vasa contrarias, secundum voluntatem suam. Iob. 41. Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Et exponens ipsam. [Ego creaui]1.Reg.2.Dominus mortificat,& viuificat. Secundo,ponit promissionem. [Omne vas] idest omnem filium dissipabit, quantum ad impugnantes verbis. supra.49. Et erunt, quasi non sint.

aduena quondam tuus adiũgetur tibi.Ecce ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentẽ vas in opus suum,& ego creaui interfectorem ad disperdendũ. Omne vas quando fictum est, cõtra te non dirigetur,& omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis.

CAP. LV.

HAec est hæreditas seruorum dñi, & iustitia eorũ, apud me dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac. Quare appenditis argentum nõ in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audiẽtes me, & comedite bonum,& delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurẽ vestrã, & venite ad me, audite & viuet aĩa vestra, & feriam vobiscũ pactũ sempiternum, misericordias Dauid fidelis. Ecce testẽ populus dedi eum, ducem ac præceptorẽ gentibus.Ecce gentem quam nesciebas vocabis,& gentes quæ non cognouerunt te,ad te current propter dominum deum tuũ & sanctum Israel,quia glorificauit te. Querite dominum dum inueniri potest, inuocate eũ dum prope est. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius, & ad deũ nostrum,quoniã multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ uestræ dicit dominus. Quia sicut exaltantur cæli a terra,sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cælo,& illuc vltra non reuertitur,sed inebriat terram, & infundit eã, & germinare eã facit, & dat semen serenti,& panem comedenti,sic erit verbum meũ, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuũ,sed faciet quæcunq; volui, & prosperabit in his ad quæ misi illud. Quia ĩ lætitia egrediemini,& in pace deducemini. Montes, &

CAP. LV.

HIc adhibet, tertium remedium, promittens eorum abundãtiam contra pristinam penuriam. Et diuiditur in duas partes. In prima,ponit promissionem. In secunda,ostendit promissionis firmitatem.ibi[Et quomodo descendit,&c.] Circa primũ, tria facit. Primo,ostendit eorum,quibus promittitur conditionẽ [hæc est hæreditas].i.hæc quę sequuntur, debentur seruis domini,qui ei filii sunt,quasi hæreditario iure,[& iustitia]quasi iusta merces. Secundo,proponit promissionem,promittens fructuum copiam in necessariis.[Omnes sitientes]idest,vos ex Iudæis,qui prius præ inopia sitientes eratis[emite]sine precio[comedite] panem,& alia necessaria.Ioann.17.Si quis sitit veniat ad me, & bibat,& de ventre eius fluent aquæ viuæ.Et in delitiis[venite emite]quasi ac si emeretis accipite [absque argento]idest minus, q̃ iusto precio[vinum,& lac.] Can.5.Bibi vinum meum cum lacte meo.Et commemorans pristinam inopiam[Quare appenditis]quasi dicat,quare hactenus argentum dabatis[& panẽ]emere non poteratis? Aggei.1. Seminastis multum,& intulistis parum.Hæc autem mistice exponuntur de aqua diuinæ sapientiæ, quæ gratis sitientibus dantur, ſm glo. Tertio indicit præparationem ad consequendum dictam promissionem,[Audite audientes.]Et primo,excitat attentionem. Secundo, ponit exhortationem.[Quęrite dominum.] Excitat autem attentionem,triplici promissione.Primo,promittens attendentibus bonorum copiosam fruitionem[comedite]idest reficiam uos diuersis bonis, si me audiatis[in crassitudine]quantum ad copiam,supra,primo. Si volueritis,& audieritis me bona terræ comedetis. Secundo, promittens mortis euasionem [inclinate.] Psalm.118.In æternum non obliuiscar iustificationes tuas; quia in ipsis viuificastis me.Tertio, promittens potestatem. Et primo,ponit similitudinem.[Et feriam pactum sempiternum] sicut Dauid veras promissiones feci, vt in sempiternum semen suum permaneret, sic & vobiscum faciam. Secundo, explicat ipsam, ostendens quid Dauid fecerit. [Ecce testem populis. Ducem ac præceptorem gentibus.]Psal.17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi,in auditu auris obediuit mihi. Et q̃d eis factũ sit, subdit [Ecce gentes vocabis] ad pceptũ tuum implendũ nõ tuis viribus[sed propter dominum] supra.49. Adorabunt propter dominum, quia fidelis, & sanctum Israel qui elegit te. [Quærite dominum,&c.] Hic indicit eis præparationem,ad consequendam dictam promissionem. Et primo, dat temporis cõgruitatem,quærendi diuinum consilium. [Quærite dominũ dũ inueniri potest] antequàm aduersitas,vel mors veniat. Secũdo, docet quærendi modum.[Derelinquat impius] peccans in deũ[iniquus]peccans in p̄ximum.supra.1.Auferte malum cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Tertio, ponit reuersionis fructum,scilicet misericordiam[& reuertatur, quoniam multus]idest multiplicis misericordię ad ignoscendũ. Ioel.2.Conuertimini ad dominum deum vestrũ, quia benignus & misericors est,patiens,& multæ misericordiæ,& præstabilis sit per malitia. Quis scit si conuertatur, & ignoscat,& relinquat post se benedictionem? Quarto,excludit misericordiæ impedimentum,[non enim cogitationes] q. d. vos impii, ego pius, uos vltionem cogitatis,ego misericordiam.Ezech.18. Numquid viæ meæ non sunt equæ domus Israel, & non magis vię vestræ prauæ sunt?[Ecce quomodo, &c.] Hic ostendit promissionis firmitatem.Et primo,ponit diuini uerbi efficaciam[ad me vacuum] idest sine fructu. Osee. 6. Veniet, quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Secundo, ponit continentiam quantum ad lætam remissionem de Babilo.[quia in lætitia.] Psalm. 104.Eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.Quantum ad aliorum congratulationem [montes & colles]potentes,& populares,laudantes in vobis dominum, vel est hyperbole[terra vestra]vestræ reuersioni congratulans. Quantum ad bonorum multiplicatam restitutionem [pro saliuncula] idest, priora pauca erant respectu futurorum. Aggei.2.Erit gloria domus huius nouissimæ, plus quàm primæ[saliuncula] a saliendo dicta, quę cardus leporinus dicitur. Tertio, ponit consequentẽ dei gloriam. [Et erit Deus nominatus] vndique, & semper gloriosus pro liberatione vestra [in signum ęternum] ad quem confugient,sicut ad signum salutis.supra.49. Ecce ego leuabo ad gentes signum meum.Item,nota super illo verbo[omnes sitientes venite ad aquas]quòd diuina doctrina, Primo,dicitur aqua.Et hoc primo,quia infirmos sanat.Eccl.15. Aqua sapientiæ,potabit illum. Secundo,quia inquinatos mundificat. Eze.36.Effundam super vos aquam mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Tertio,quia sitientes satiat. Io.4. Siquis biberit ex aqua quã ego dabo ei, non sitiet in æternum.Secundo,dicitur vinũ.Et hoc primo, quia pungit arguendo.supra.1.Vinũ tuum mistũ est aqua. Secundo,quia incendit exhortando.Psal.104.Eloquiũ dñi inflammauit eũ. Tertio,quia inebriat cõsolando.infra vlt.Inebriamini ab vberibus cõsolationis vestrę.Tertio,dicitur lac.Et hoc primo, pp pulchritudinem. Gen.

Gen. penultimo. Neptalim ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. Secundo, propter dulcedinem. Can. 2. Sonet uox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis. Tertio, propter sumendi facilitatem.1.Petri 1. Quasi modo geniti infantes lac concupiscite.

CAP. LVI.

HIc postquam promiserat liberationẽ a malis, incipit promittere salutem in collatione bonorum. Et diuiditur in partes tres. In prima, ponitur salutis præparatio. In Secunda, salutis promissio, c.60.[Surge illuminare &c. In tertia, salutis collatæ multa discretio, cap.63. [Quis est iste &c.] Prima,in duas. In prima,ponitur præparatio ex parte salutem suscipientis. In secunda,ex parte ipsius saluantis. ca. 59.[Ecce non est abbreuiata, &c.] Prima,in duas. In prima dat præparationis salubre consilium. In secunda,excludit inane remedium. ibi. [Clama ne cesses, &c.] Prima,in duas. In prima,ponit consilii recipientium diuersitatem, quantum ad constitutionem præmiorum. In secunda, quantum ad euasionem periculorum ca. 57.[Iustus perit &c.] Prima,in tres. In prima, ponit consilium. In secunda,in recipiẽtibus consilii fructum.ibi[Beatus vir qui facit &c. In tertia, in contemnentibus,salutis defectum.ibi. [Omnes bestiæ &c.] Circa primum,duo. Primo,consulit debitam præparationem. [Custodite iudicium.]uos prælati, quorum est iudicare [facite iustitiam] vos subditi,idest omnem uirtutem,secundum quòd ad alterum conformatur præceptis legis.Michæę.6. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium,& diligere misericordiam,& solicitum ambulare cum deo tuo. Secundo, promittit salutis propinquitatem [q̃a iuxta.] idest prope est [salus mea:] quia a me saluabimini post captiuitatem, [& iustitia mea] quantum ad hostes de quibus vos vindicabo. supra.46. Prope feci iustitiam meam,& non elongabitur. [Beatus uir &c.] Hic ponit fructum consilii in his,qui suscipiunt. Et primo,ponit vtilitatem,ponens impletionis fructum. [Beatus vir qui facit.] opere explens, [apprehendit] strenuus aggrediens.Psal.111.Beatus vir qui timet dominũ, in mandatis eius volet nimis. Et implendi modum,quantum ad cæremonialia[custodiens sabbatum] sabbati namque obseruatio erat moralis quantum ad hoc, q̃ quies in deo ponatur, & q̃ aliquando diuinis rebus vacetur ab aliis abstinendo,sed cæremonialis quãtum ad temporis determinationem. Fuit autem determinatus eis dies septimus, propter opus creationis quo adhuc nullum dignius præcesserat. Nobis dies primus siue octauus,propter mysterium resurrectionis,quo natura condita in melius reperatur.Exo.20.Memento vt diem sabbati sanctifices. Et quantum ad moralia[custodiens manus.] Psal.25.Lauabo inter innocentes manus meas. Secundo,ponit vtilitatis vniuersalitatẽ. [Et non dicat.] Et primo,excludit quorundam,qui videbantur indigni,desperationem,vel propter defectum generis, quia non erant de genere israel [qui adhæret] seruans præcepta eius [separatione] non faciens me participem salutis eis promissæ. Rom.10.Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem dominus omnium: uel propter defectum uirtutis generandi [& non dicat eunuchus [lignum aridum] impotens ad generandũ, sicut lignum aridũ ad germinandũ. Pro.11. Iusti quasi uirẽs folium germinabunt. Secundo,ponit promissionem. [Quia hæc dicit dominus,] Et primo,ipsis specialiter quantum ad eunuchos.[Qui custodierint] quantum ad cultum religionis [elegerint] quantum ad obedientiam legis [tenuerint] quantum ad obseruantiam promissionis abstinendi a malis [muris] habitationem in muris ciuitatis meæ [nomen melius] q̃ serui mei, & sancti uocabuntur [a filiis] idest quasi multos filios generassent. Et quantũ ad extraneos. [Et filios] idest dabo priuilegia in quibꝰ Iudæi gloriantur [ut colant] quantũ ad spiritualem cultum [& diligant] quasi filii, [ut sint ei in seruos, & gloriẽtur in ipsius dominio. Et hęc quidem fuerunt impleta in reuersione populi de captiuitatem, pleniꝰ in conuersione gentium ad fidẽ Christi, sicut exponi gl. Secundo, quantum ad omnes generaliter. [Omnem custodientem, &c.] Et circa hoc,duo facit. Primo .n. ponit promissionem,qua promittit sacri loci restitutionem [in mõtem sanctũ] supr.1. Venite ascendamus ad montem domini. Et quantum ad sacrificiorum acceptationem[holocausta.] Mal.3. Placebit deo sacrificiũ Iudæ,& Hierusalem. Secũdo, ponit expletionis ordinem. Et primo, quantum ad templi venerationem. [Quia domus mea.] Ioan. secundo, & Matt.21. Domus mea domus orationis uocabitur. Secundo, quantum ad populi congregationem [ait dominus] Deus Israel [congregat] gentes ei adhærentes.Psal.146.Aedificans Hierusalem dominus,dispersiones Israelis congregabit. Nota super illo uerbo[& dabo eis nomen melius] quòd sancti habent nomen. Primo, ex prædestinatione,supra.49. Dominus ab utero uocauit me,de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. Secundo,ex diuina adoptione. Primæ. Io. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater,vt filii dei nominemur,& simus.Tertio, ex gratiæ infusione. Apoc.2.Tenes nomen meum,& non negasti fidẽ meã. Quarto, ex mentis renouatione, Apoc.2.Vincenti dabo manna absconditum,& dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum,quod nemo scit, nisi qui accipit. Nota q̃ nomen dei est diligendum. Primo,quia magnum ad timendum. Mal.31. Magnum est nomen meum in gentibus,dicit dominus. Secundo, quia sanctum ad uenerandum. Lucæ. 1. Fecit mihi magna, quia potens est, & sanctum nomen eius. Tertio, quia dulce ad meditandum, supra. 26. Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. Quarto, quia copiosum ad miserandum. Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Quinto,quia efficax ad impetrandum. Ioan.15.Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,dabit uobis. Sexto,quia uirtuosum ad saluandum. Act. 4. Nõ est aliud nomen sub cælo,in quo oporteat nos saluos fieri. Septimo, quia occultum ad sciendum.Prou.30.Quod est nomen eius, & quod est nomen filii eius si nosti? [Omnes bestiæ agri &c.] Hic comminatur contemnentibus salutis defectũ. Et primo,designat occisionis pœnam. [Omnes bestiæ ad deuorandum.] eorum cadauera. Secundo,ponit culpam. Et primo, p̄latorũ quãtũ ad defectũ in regimine, & prouisionẽ periculorũ. [Speculatores.] Positi sunt enim prælati ad cauendũ populo a periculis,sicut speculator ab hostibus [nescierunt.] pericula præuidere. Matt.15. Sinite illos: cęci sunt, & duces cęcorum. In correptione vitiorum [uniuersi canes,latrare] contra vitia.Psa.37. Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. In admonitione agendorum [videntes uana] promittentes eis prospera,cum imminerent aduersa. Et ita in peccatis nutrientes. Ezech.22.Prophetæ eius liniebant eos absque temperamento. In spoliatione rerum, [& canes impudentissimi.]

colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliuncula ascendet abies, et pro vrtica crescet myrtus. Et erit dominus nominatus in signum æternum: quod nõ auferetur.

CAP. LVI.

HAec dicit dominus. Custodite iudicium, et facite iustitiã, quia iuxta est salus mea vt veniat, et iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, et filius hominis qui apprehendet istud. Custodiens sabbatũ ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ qui adhæret domino, dicens, Separatione diuidet me dominus a populo suo. Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit dominus Eunuchis. Qui custodierint sabbata mea, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis, et filiabus. Nomen sempiternum dabo eis, quod nõ peribit. Et filios aduenæ qui adhærent domino vt colant eum, et diligant nomen eius vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, et tenentem fœdus meum adducam eos in mõtem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocausta eorum, et victimę eorũ placebũt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis: ait dominꝰ deus qui congregat dispersos Israel. Adhuc congregabo ad eum cõgregatos eius. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. Speculatoras eius cæci omnes nescierunt vniuersi, canes muti non ualentes latrare videntes vana, dormientes, et amantes somnia, et canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiã. Omnes in uiam suã declinauerũt, vnusquisque ad auaritiam suam

tissimi] quasi sine aliquo pudoris freno subditos bonis suis spoliantes, & numquàm satiantur. Psal. 58. Famen patientur, vt canes. Et quantum ad defectum, in scientiæ perfectione. [Ipsi pastores intelligentiam] legis & prophetarum. Prov. 1. Intelligens gubernacula possidebit. Psal. 81. Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant. Secundo, culpam subditorum vel communiter omnium. Et primo, q̃tum ad propriã voluntatem, quod pertinet ad superbiam [omnes in viam suã] Hier. 16. Vnusquisque ambulat in prauitate cordis sui mali, vt me non audiat. Secundo, quantum ad eorum cupiditatem, quod pertinet ad auaritiam [Vnusquisque, & erit] idest si hodie lætamur in talibus, cras multo amplius. Hier. 6. A minore vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student. Tertio, quantum ad voluptatem, quod pertinet ad carnis concupiscentiam [Venite, & erit] idest si hodie lætamur in talibus, cras multo amplius. supra 22. Et ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.

a summo vsque ad nouissimum. Venite sumamus vinum & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multo amplius.

CAP. LVII.

IVstus perit & non est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malitiæ, collectus est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua. Vos autẽ accedite huc filij auguratricis, semẽ adulteri & fornicariæ. Super quem lusisti, Super quem dilatasti os, & eiecisti linguam? Numquid non vos filij scelesti, semen mendax? Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua. Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Numquid super his, non indignabor? Super montem excelsum, & sublimen posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. Et post ostium & retro postem, posuisti memoriale tuum, q̃a

CAP. LVII.

HIc ostendit diuersitatem obedientium diuinis consiliis ab illis, qui non obediunt, quãtum ad euasionem periculorum. Et primo, assignat diuersitatem. Secũdo, ponit vtriusque partis confirmationem, ibi [Qui autem fiduciam &c.] Circa primum, duo. Primo, promittit iustis a periculis quietem. Secundo, aufert impiis euasionis spem, ibi. [Vos autem accedite &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit iustorum tribulationem, quia sine aliqua reputatione occiduntur [colliguntur] a præsenti vita & a terra sua captiui ac si non essent iusti [a facie malitiæ] idest a præsentia malorũ. Abacuh. 1. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? vel [a facie malitiæ] idest ne in malitiam mutarentur. Sap. 4. Raptus est, ne malitia immutaret cor eius. Secundo, promittit eis quietem [Veniet pax in cubili] idest in domo sua securus erit, vel quiete cordis sui. Iob. 5. Scies quoniam pacem habeat habitaculum tuum. [Vos autẽ accedite &c.] Hic aufert iniustis euasionis spem. Et primo, arguit ipsorum culpã. Secũdo, aufert euasionis fiduciam, ibi [Ego aũt annuntiabo &c.] Circa primum, duo. Primo, arguit peccati peruersitatẽ. Secundo, in peccato obstinationem, ibi [In multitudine &c.] Circa primum, duo. Primo, arguit in eis blaphemiam, ponens peccati consuetudinem, inquantum in hoc patres suos, imitabantur [filii auguratricis] quæ contra meum præceptum auguriis intendebat [adulteræ] inquantum me derelicto adherebat alienis. Osee. 2. Iudicate matrem vestram iudicate. Ponens etiam peccati speciem. [Super quem lusisti] quasi dicat, super deum blasphemantes ipsum. Secundo, arguit in eis idolatriam. Et primo, ponit consuetudinem. [Numquid non] supra 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Secundo, ponit peccati speciem [Qui consolamini] Aggrauat autem in eis peccatum idolatriæ, ex tribus. Primo, ex locorum diuersitate. Secundo, ex diuini fœderis violatione, quia [iuxta me] Tertio, ex peccandi auiditate [Dilexisti stratum.] Diuersitas autem locorum in quibus sacrificabaut, ostenditur tripliciter. Primo, quantum ad loca amena. Secundo, quantum ad loca sublimia [super montem.] Tertio, quantum ad loca familiaria

F [Et post hostium.] Circa primum, quatuor. Primo, desi. hic locorum amenitatem, vel ex vmbris arborum [qui consolamini] Hier. 2. Sub omni ligno frondoso tu prosternabaris meretrix: vel ex vbertate aquarũ [immolantes paruulos] idest filios tuos, Ezech. 16. Tulisti filios tuos & filias tuas, quas generasti mihi, & imolasti eis ad deuorandum. Secundo, peccati dilectionem. [In partibus torrentis pars] quasi dicat, hoc sortẽ tuã reputasti. Sapiẽ. 20. Vbique relinquamus signa lętitię nostræ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Tertio, sacrificii oblationem [& ipsis effudistis libamen] q̃tũ ad humida [sacrificium] quantum ad sicca. supra 1. Cõfundimini ab idolis vestris. Iustam dei indignationem [nũquid.] Hier. 5. Nũquid non super his visitabo dicit dominus? [Super montẽ] hic ponit loca sublimia, in quibus immolabant [cubile] loquitur ad similitudinẽ meretricis, quæ se amatoribus prostituit 4. Re. 17. Fecerũt sibi statuas & fornicati sunt in eis. [Et post ostium &c.] hic designat loca familiaria, quia iuxta introitum domorum idola ponebant, vt in magna memoria haberent. Ezech. 8

iuxta me discooperuisti & suscepisti adulterũ. Dilatasti cubilem tuũ, & pepigisti cum eis fœdus. Dilexisti stratum eorum manu aperta, & ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos. In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, Quie-
G scam. Vitam manus tuæ inuenisti, Propterea non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens & quasi non videns, & mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam tuã, & opera tua non proderunt tibi. Cum clamaueris, liberent te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terrã, & possidebit montẽ sanctum meũ,
H & dicam, Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. Quia hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium & viuificet cor contritorum. Nõ enim in sempiternum litigabo,

Adduxit me in Hierusalem in visione iuxta ostium interius, q̃d respiciebat ad aquilonẽ, vbi erat statutũ idolum cæli &c. [Quia iuxta me &c.] Hic aggrauat peccatum, ex diuini fœderis viola-
I tione, quo deo quasi sponsa coniuncta erat. Et sibi loquitur sub similitudine adulteræ, quæ ampliat lectum, vt iuxta virum, adulterum suscipiat, & cum eo facit pactum de contrahendo dimisso viro, in quo significatur, quòd in templo idola coluit. Ezec. 16. Facta es quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. [Dilexisti &c.] Hic aggrauat peccatum, ex peccandi solicitudine. Et primo, quantum ad pronitatem peccandi [manu apta] idest sine aliquo impedimento. Hierem. 3. Frons meretricis facta est ei, noluit erubescere. Secundo, quantum ad studium placendi, quia ornabat se [& ornasti te] idest, thymiama meum proponens in eorum cultum. Prouerb. 8. Asperi cubile meum myrra, & aloe, & cinamomo. Tertio, quantum ad solicitudinem inuitandi [Misisti legatos] quia etiam a longinquis terris diuersa idola congregabat, & sic [humiliata es vsque ad inferos] idest vsque ad profundundum peccatorum. Ezech. 23. Insaniuit in amatores suos. [In multitudine &c.] Hic ostendit
K in peccatis, obstinationem. Primo, quia non reuocabantur peccati labore [in multitudine] idest in multiplici cultu idolorum Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. Secundo, quia non reuocabantur temporali prosperitate. [Vitam manus] idest, ad manum habebas vnde posses viuere, & ideo non rogasti me, sed solicita pro diuitiis tuis idola [timuisti] mei oblita. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Tertio, quia non es reuocata diuina expectatione [& mei non es, tacens] dissimulans expectans te ad misericordiam. Sap. 11. Dissimulas peccata hominum, propter pœnitentiam supra. 42. Tacui, semper silui, patiens fui. [Ego autem annuntiabo iustitiam tuam] quam facis, vel quam suscipere debes. [opera] idola [congregati] ex diuersis gentibus. Deut. 32. Surgant & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. [Qui autem &c.] Hic confirmat diuersitatem. Et primo, quãtum ad iustos. Secundo, quantum ad iniustos. [Impii autem.] Eua-

Euasionem autem bonorum a periculis, confirmat ex tribus. Primo, ex diuina mansuetudine promittens euasionem, quantum ad patriæ restitutionem. Qui confidunt in idolis, opera eorum non proderunt eis. [Qui autem terram] promissionis. Psal. 36. Mansueti autem hæreditabunt terram. Et quantum ad viæ expeditionem [& dicam] scilicet principibus Medorum [viã facite] liberãdo [pręb ete] dando licentiã repatriandi [declinate] vt nos non impediatis [auferte] vt nec alii. Hiere. 50. Tollite de via lapides, [& in sancto habitãs.] Psalm. 21. Tu autem in sancto habitãs laus Israel. Et quantum ad diuinam pietatem. Et cum contrito] Psal. 50. Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Et assignat rationẽ, ex culpæ purgatiõe ꝓmittens remissionẽ. [Non enim in sempiternum.] Psalm. 102. Non imperpetuum irascetur, neque in æternum cõminabitur. Et subiungit rationem ponens expletã in puniendo iustitiam. [Propter iniquitatem. Abscondi,] vt non adiuarem [abiit vagus [quasi ouis sine pastore. Iob. 22

nec vsque ad finem irascar, quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus sum, & pcussi eũ. Abscõdi a te faciẽ meã & idignatus sum. Et abijt vagus in via cordis sui. Vias eius vidi, & sanaui eũ, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugẽtibus eius. Crea-
B ui fructum labiorũ pacẽ, pacẽ ei, q̃ longe est, & qui prope dixit dominus, & sanaui eum. Impij autem quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redũdant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Non est pax impiis dicit dominus deus.

CAP. LVIII.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, &
C annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diẽ quærunt, & scire vias meas volũt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimus & non aspexisti, humiliauimus animas nostras & nescisti? Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium quod elegi, per diẽ affligere hominem animam suam. Numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Numquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, & carnem tuã ne despexeris. Tunc

Numquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, & nõ propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Promittens in saluando misericordiam. [Vias eius vidi] oculo misericordiæ [ipsi] quantum ad principes [lugentibus] quantum ad Iudæos, aut quantum ad aduenas adiutores, vel quantum ad terram & habitatores. Psal. 103. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Tertio, cõfirmat ex prophetarum prænuntiatione. [Creaui] quasi ex nihilo eos restituens [labiorum] prophetarum, qui hæc prædixe-
D runt [qui longe] in captiuitate dispersi sunt. Ephes. 20. Et veniens euangelizauit pacem his qui prope, & his qui longe. [Impii autem &c.] Hic confirmat quod dixerat de malis, per quandam similitudinem. Et primo, ponit ipsam [feruens] idest semper fluctuans [redundat] ad litus ubi lutum faciunt, & conculculantur. Et concludit propositum. [Non est pax] vt scilicet cantur. [Nota super illo verbo &c. Iustus perit, & non est qui recogitet.] Quia in passione Christi homo debet recogitare. Primo, dilectionem ad reamandum. Can. 8. Pone me, vt signaculum super cor tuum. Secundo, amaritudinem ad compatiendum. Tren. 3. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthii & fellis. Tertio, fortitudinem ad fortiter patiendũ. Heb. 12. Recogitate eum, qui talem pro vobis sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem, vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes. Quarto, vtilitatem ad gratias agendum. Can. 7. Ascendam in palmam, & accipiam fructus eius.

CAP. LVIII.

HIc excludit inutile remedium, quo se præparare ad salutem volebant. Et primo, indicit denuntiationis officium, ponens denuntiandi modũ, vt alte & sine timore deprimente [clama] supra 40. Exalta in fortitudinne vocem tuã, qui euangelizas Syon. Vt continue [ne cesses] infra. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt. vt clare & aperte [quasi tuba] Osee. 8. In gutture tuo sit tuba. Et denuntiationis verbum [Annuntia, scelera] quantum ad maiora [peccata,] quantum ad communia. supra 16. His qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Secundo, propheta exludit in persona domini inutile remedium. [Me etenim.] Et circa hoc, duo facit. Primo, excludit remedium in quo confi-

A debant. Secundo, hortatur ad ea, in quibus deficiebant. ibi [Nõne hoc est &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit confidentiæ eorum præsumptionem, quantum ad tria in quibus confidebant, scilicet in sacræ scientiæ inquisitionæ. [Me ætenim quærunt] in scripturis [vias] præcepta & voluntates meas [quasi gens.] idest ac si essent parati ad faciẽdum. Iterũ, in oratione [rogant me iudicia.] idest vt iudicem pro eis contra aduersarios [appropinquare] ore. supra. 29. Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me. Iterum, confidebant in ieiuniorũ obseruatione [quare ieiunauimus & non aspexisti.] quasi gratum [humiliauimus] quantũ ad circũstantia ieiunium, exteriori humiliatione [nescisti.] scientia approbationis. Mal. 3. Vanus est qui seruit deo, & quod emolumentum quia custodiuimus pręcepta eius? Secundo, ostendit bonorum dictorum, reprobationem. Et primo, reprobationis causam, quæ ẽ culpa voluptatis. [Ecce in die, voluntas] in his quæ carni placent. Eccl. 18. Post cõcupiscentias tuas, non eas. Item, culpa crudelitatis [& omnes debitores] ad literã, vt diu possent insistere causis agendis, vel ad eius consequutiuum. Et cum culpa vanitatis. [Nolite ieiunare vt audiatur] propter laudem hominum. Matth. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum, vel [vt audiatur. [idest, si vultis quòd oratio vestra adeo exaudiatur. Psalm. 101. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Secundo, ostendit bonorum insufficientiam. [Numquid tale.] quia deus non eligit per se pænam vestram, neque ad afflictionem carnis, quod tangit in hoc, quod dicit [per diem] totam [affligere.] Neque quantum ad abiectionem exterioris humilitatis, quod tãgit in hoc, quod dicit [quasi circulum.] scilicet caput ad pedes inclinare. vel circunducere sicut monachi faciunt, non inquantum ordinatur ad virtutem mentis. Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri sicut Hipocritæ tristes. Ioel. 2. Scindite corda vestra & non vestimenta vestra. [Nonne hoc est &c.] hic adhibet vtile consilium. Et primo, quantum ad studium pietatis, in proximum. Secundo, quantum ad cultum religionis, in deum. ibi [Si auerteris &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit pietatis consilium vt cedant calumniæ [colligationes] falsas causas, quibus astute pauperes obligabant sicut vsurarii [fasciculos] idem [deprimentes.] quantum ad penas ad quas obligabant [qui confracti] longa seruitute [onus] seruitutis. Matth. 23. Alligant onera grauia & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere. Et vt intendant misericordiæ, exortans ad misericordiam
E quantum ad famelicos [frange.] idest si modicum habeas, quantum ad vagos [& egenos.] quantum ad nudos [cum videris.] Et ponit exhortationis causam] & carnem.] quia scilicet est eiusdẽ speciei tecum. Iob. 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Secundo, ostendit consilii fructum. [Et erumpet.] Et primo, quantum ad efficaciam meritorum Tum, quantum ad opera virtutũ [quasi mane lumen tuum.] scilicet merita tua clare parebunt in primis, quæ modo à domino non aspecta conquereris [colliget] de captiuitate, vel in misericordiæ protectione. Psalm. 36. Educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquàm meridiem. Tum, quãtum ad suffragia [tunc inuocabis.] supra. 30. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. Secundo, quantum ad consecutionem bonorum. Et primo, resumit meritũ. [Si abstuleris catenam.] qua pauperes opprimis. [digitum extendere.] detrahendo & comminando. [Cum effuderis

deris] per compassionem [repleueris] per necessariorum subuentionem. Secundo, promittit præmium [Orietur in tenebris] idest, aduersitas in lucē prosperitatis, ignorantia in lucem scientiæ mutabuntur, quantum ad spiritualia [& requiem] quantum ad mala temporalia. Multiplicationē vero bonorum interiorum spiritualiū [implebit splēdoribus] scilicet virtutibus, vel consolationibus [& ossa tua] quantū ad corporalia. Et bonorum exteriorum [& eris quasi ortus] propter psperitatē, vel omnium bonorū indeficienciam. Nu, 24. Quām pulchra tabernacula tua Iacob. Secūdo, quātūad patriæ reædificationem, [Et ædificabūtur] post reditum de captiuitate [sæculorum] idest, ciuitates scilicet, desertæ ī pristinis sæculis [suscitabis] superædificando antiquis fundamēris. supra 44. Qui dico Hierusalem habitaberis, ciuitatibus Iudæ, ædificamini. Tertio, quantū ad famæ restitutionem. [Et vocaberis ædificator sepiū, auertens semitas in quietem. Si auertere ris a sabbato pedem tuum, facere volūtatē tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, vt loquaris sermonem, Tūc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudines terræ, erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et ante ibit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis &c. dicet, Ecce adsum. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest, Cum effuderis esurienti animā tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit dominus deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ædificabunt in te deserta sæculorum, fundamenta generationis & generationis suscitabis. Et vocaberis ædificator sepiū, auertens semitas in quietem. Si auertere ris a sabbato pedem tuum, facere volūtatē tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, vt loquaris sermonem, Tūc delectaberis super domino, & sustollam te super altitudines terræ,

F Circa primum, duo facit. Primo, ostendit miseriæ causam. Secundo, ipsam miseriam. ibi. [Vastitas & contritio &c.] Circa primum, duo. Primo, excludit causam falsam, vel ex defectu virtutis dei, vel ex defectu cognitionis ipsius, quia præceps nō audiret [neque aggrauata] supra 50. Numquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Secundo, astruit causam veram, scilicet ipsorum culpā. Primo, tangens ipsam in generali [sed iniquitates] quantum ad maiora [diuiserunt] quasi murus, vel nubes sint positæ [peccata] quantū ad cōmunia. Deut. 32. Ait abscondam faciem meā ab eis. Secundo, prosequitur in speciali [Manus enim vestrę.] Et tāgit specialiter peccata in proximum. Peccata enim in deū tetigerat. supra 57. Et peccata in seipsū supra 56. Tangit autem, Primo, iustitiā per quam alios opprimebant, quantum ad operationē [manus vestræ sanguine innocentum, quos occidistis [digiti] quātum ad minores iniustitias, vel quantum ad diligentiam operationis. supra 1. Manus enim vestræ, sanguine plenæ sunt. Quantum ad locutionem [labia vestra locuta, iniquitatem] vt addatur iustitiæ deformitas. Iob. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et quantum ad iustitiæ omissionem [non est qui inuocet] quantum ad prælatos quorum est iudicare. Hier. 5. Quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium. Secundo, tangit astutiam p quam decipiebant. Et primo, tangit ipsam, inquantum per astutiam intendebant sui promotionem [sed confidunt in nihili] in vanis consiliis, vel in idolis [& loquuntur] vanitatem cordis, verbis exprimentes. Amos 6. Qui lætamini in nihili. Et inquantum per ipsam intendebant aliorum oppressionem [conceperūt laborem] idest cum labore excogitauerunt vias nocendi, vel aliis laborem induxerunt [pepererunt] expletione operis. Psa. 12. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Secundo, adaptat quandam metaphoram. Et primo, ponit ipsam, quantum ad ipsam astutiam. Et quantum ad aliorum depressionem [oua aspidum] idest consilia venenosa [ruperunt] in publico, opera scilicet producentes. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Et quantum ad suam promotionē [& telas] idest cogitationes inutiles ad sui promotionem. Osee. 8. Quoniam in aranearum tela erit vitulus Samariæ. Ponit ierum metaphoram quantum ad effectum astutiæ, quantum ad primum [qui comederit] consentiens factis [de ouis] consiliis [cōforum] diu præparatum solicite [in regulum] quasi a longinquis etiam interficiet, quodammodo volantem. Et quātum ad secundum [telæ eorum] idest, sicut telæ aranearum non valent ad vestimentum, ita eorum consilia ad nihil valent eis, nisi promoueantur. supra, decimonono Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes, subtilia. Secundo, exponit. Et primo, quantum ad operationem. [Opera eorum inutilia] quātum ad vnam partem [opus iniquitatis] quantum ad aliam. supra 57. Opera eorum non proderunt eis. Secundo, quantum ad cogitationes. [Pedes eorum] idest affectiones, quantum ad vnā partem, Prouer. 1. Pedes eorum ad malum currunt [cogitationes] quantum ad aliam. Michæa. 2. Væ qui cogitatis inutile. [Vastitas &c.] Hic ostendit eis, eorum miseriam. Et primo, ponit

& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os. n. domini locutum est.

CAP. LIX.

Ecce nō est abbreuiata manus domini, vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius vt non exaudiat: sed iniquitates vestrę diuiserūt inter vos, & deum vestrum, & peccata vestra abscōderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet vere, sed cōfidunt in nihili, & loquuntur vanitates. Conceperunt laborē, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt. Qui comederit de ouis eorum morietur, & quod confotum est erumpet in regulum. Telę eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem innocentē.

CAP. LIX.

Hic ponit præparationem ad salutem percipiēdam, ex parte ipsius saluantis. Et primo, ponit salutis necessitatem. Secundo, preparationem, ibi. [Et vidit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo in persona domini necessitatem salutis ostendit, miseriam populi ostendens. In secunda, respondet populus miseriam suam recognoscens, ibi. [Propter hoc elongatū &c.]

nit miseriæ magnitudinem [vastitas] quantum ad damnum rerum [& contritio] quantum ad damnum personarum [in viis eorum] idest, pro viis malis suis ab hostibus imminet eis. Secundo, miseriæ æquitatem, vt scilicet talia patiantur, qualia aliis faciunt [viam pacis] qua alios in pace ponerent [non est iudiciū] rectum & ideo [semitæ eorum] idest ea quæ cogitauerūt [icuruatæ] idest curuæ eis factæ sunt, quia quod aliis præparabant, ipsi patiēntur [omnis qui calcat], p sequēdo [ignorar] scientia experimenti. Psal. 13. Cōtricio & infelicitas in viis eorum, & viā pacis non cognouerunt. [Propter hoc elongatum est] Hic populus confitetur. Et primo, confitetur miseriam, quantum ad hostiū opprimentium iniustitiā [elongatum est iudicium] quia deus non iudicat nos de nostris aduersariis: contrariū. supra 46. Prope feci iustitiam meā, quantum ad tribulationū angustiam, sub metaphora tenebrarū ponens ipsam tribulationis obscuritatem [expectauimus lucem] diuinam consolationē [tenebræ] tribulationis. Et cōsiliorum difficultatem [palpauimus] quasi nescientes q d facere. supra 42. Quis cæcus nisi seruus meus? Et periculorum læsionem] impegimus meridie] & his in quibus erat clara via ad euadendum [in caliginosis] in dubiis. Iob. 5. Per diem incurrent tenebras. Confitentur etiam miseriā, quantum ad cordis tristitiam [rugiemus] quasi vrsi, propter crudelitatem [quasi columbæ] propter lasciuiam. Nahū. 2. Gementes vt columbæ: & quantum ad salutis absentiam. [Expectauimus iudicium] pro vobis. Secundo, confitetur culpam. Et primo, culpæ manifestationem, quantum ad deum [multiplicatæ, coram te] in euidentia tua. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et quantum ad ipsum [& peccata nostra respondeunt] in pœnis [nobiscum] quia non satisfecimus, nec correximus: Secundo, peccatorum diuersitatem contra deum [peccare] opere [mentiri] locutione [auersi] omissione. Et contra proximum locutione [vt loqueremur calumniam] contra proximū. Et contra legem [transgressionem] Matth. 15. De corde exeūt cogitationes malæ. Et quantum ad operationem [conuersum, iudicium] dei ad saluandum nos [in platea] in publico iniustitias faciebant [qui recessit] Non enim solum faciebant mala, sed nolentes facere deprædabantur. Sap. 2 Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostri [Et vidit dominus &c.] Hic ponit salutis præparationem, ex parte saluantis. Et primo, ponit præparationis diem, loquens de deo secundum humanum modum, ponens ipsius compassionem. [Et vidit dominus] oculo misericordiæ [iudicium] alicuius saluantis [vir] saluans Iudæos [aporiatus] contristatus, vel angustiatus. Ponens etiam armorum assumptionem [& saluauit sibi brachium] idest virtus, vt nihil contra patiatur, vel populum ad cultum suum [iustitia, confirmauit] vt vltionem constanter exequatur [inductus est iustitia] sicut enim miles confirmatur armis, ita opus suum confirmatur iustitia & proposito saluandi. Sap. 5. Induet pro thorace iustitiam. Ponens etiam vindictæ executionem [insulis] diuersis gentibus [vicem] pro malis quæ Iudæis fecerunt Dan. 6.

Cogitationes eorum, cogitationes inutiles. Vastitas & cōtritio in viis eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitæ eorū incuruatæ sunt eis, omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Propter hoc elongatū est iudicium a nobis, & non apprehendet nos iustitia. Expectauimus lucem & ecce tenebrę, splendorem & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut ceci parietē, & quasi absque oculis attrectauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbę meditantes gememus. Expectauimus iudicium & non est, salutem, & elongata est a nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis. Quia scelera nostra nobiscum, iniquitates nostras cognouimus, Peccare, & mentiri cōtra dominum, & auersi sumus ne iremus post tergum dei nostri vt loqueremur calumniam, & trasgressionem. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij, & conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit. Quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionē, & qui recessit a malo, præde patuit. Et vidit dominus, & malum apparuit

A Timeant & paueāt oēs deum Daniel. Secūdo ponit saluationis vel vltionis mysterium [cum venerit quasi fluuius] propter magnitudinem virtutis & fortitudinis, vel Christus minister. Psa. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Tertio, firmitatis pactum [hoc fœdus meū] spiritus prophetiæ [seminis tui] quātum ad alios prophetas, & apostolos in quibus est spiritus, quasi hæreditas per successionē seminis vadēs. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ. [Nota sup illo verbo] Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deū. Quia peccatum diuidit. Primo, a proximo per dissensionē. Luc. 11. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Secundo, a seipso per contrariam affectionem Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Tertio, a deo per auersionē, Hierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas. Quarto, a sanctorum collegio per dissimilitudinē, supra 56. Separatione diuidet me dominus a populo suo. Nota super illo verbo. [Semitæ eorum incuruatæ] quòd est curuitas. Primo, culpæ, supra 51. Incuruate, vt transeamus. Secundo, miseriæ. Psal. 37. Miser factus sum ego, & incuruatus sum. Tertio, tristitiæ. Baruch. 2. Anima quæ est tristis super magnitudinem mali, & incedit curua Quarto, fradulentiæ. Eccl. 12. Humiliatus vadat curuus, adhæc animum tuum & custodi te ab illo. Quinto, institiæ. Iob. 9. Deus cui resistere nemo potest, sub quo curuant qui portant orbem. Nota super illo verbo. [Quasi fluuius violentus] quòd Christus est fluuius violentus. Primo, propter aquarum multitudinem. Psal 64. Flumen dei repletū est aquis. Secundo, propter amoris feruorem. Daniel. 7. Fluuius igneus rapidusque, egrediebatur a facie eius. Tertio, propter cursus velocitatem. Psalm. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Quarto, propter originis altitudinem. Apocaly. 22. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tamquam chrystallum, procedentem de sede dei & agni.

in oculis eius, quia non est iudicium. Et vidit deus, quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat. Et saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capitę eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictam quasi retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis. Insulis vicem reddet. Et timebunt qui ab occidēte, nomen domini, & qui ab ortu solis, gloriā eius. Cum venerit quasi fluuius violentus quem spiritus domini cogit, & venerit Syon redemptor, & eis quis redeūt ab iniquitate ī Iacob dicit dns. Hoc fœdus meum cum eis, dicit dominus. Spiritus meus qui est in te & verba mea quæ posui in ore tuo, nō recedēt de ore tuo, & de ore seminis tui dicit dns, amodo, & vsque in sempiternum.

CAP. LX.

Vrge illuminare Hierusalē quia venit lumen tuū, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operiēt terram, & caligo populos, super te autem orietur dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & re-

CAP. LX.

Hic ponit salutis promissionem. Et primo, quantum ad iucunditatem cap. 61 [Spiritus dominus &c.] Tertio, quātum ad gloriæ honorem. cap. 62. [propter syon &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit cōsolationem in generali sub metaphora luminis, ponens ipsius luminis ortum. [Surge] de pristina miseria [illuminare] idest lumine consolationis eius resplendē [Gloria domini] beneficia, in quibus apparet gloriosus. Baruch. 2. Ambula per viam ad splendorem eius contra lumen eius, vel Hierusalem, ecclesia, lumen, dei filius ponēs discretionis in percipiendo lumine, iudicium [quia ecce tenebræ] tribulationes [populos] Babylonis & alios hostes [super te autem orietur] quasi sol illuminans te. Sap. 17. Solis illis supposita erat grauis nox & imago tenebrarum, vel [tenebræ] infideliratis, & peccatorum [populos] infideles. [Orietur] quasi sol iustitiæ, vel ad literam

eius

eius [gloria] miracula eius. Ponit etiam luminis effectum. [Et ambulabunt gentes] ad cognitionem & deuotionem dei, videntes beneficia tibi a deo data [in splendore ortus tui]quasi oriens, rutilans sicut stella. Vel [in lumine] idest in fide Christi. Secundo, exequitur consolationem per partes. Et primo, promittit multiplicem prosperitatem. Secundo, iustitiæ obseruationem, ibi. [Et ponam &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit prosperitatis statum. Secundo, restitutionis modum, quo scilicet in prosperitatem restaurabunt ibi [Qui sunt isti &c.] Circa primum, tria. Primo, promittit prosperitatem, quantum ad cõgregationẽ filiorũ, qui primo, in diuersas partes per captiuitate dispersi erant [Leua in circuitu, de latere] de regionibus propinquis latibus. Baruch. 5. Surge Hierusalem, & sta in excelso, & circunspice ad orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente sole vsque ad occidentem. Vel referendũ est, ad cõgregationem diuersarum gentium, sub vnitate ecclesiæ [filii] in fide fortiores [filiæ]debiliores[de latere] Christi in cruce aperto, vñ sacramẽta salutis emanauerunt, vel lac [sugent] rudioris doctrinæ. Secundo, quantum ad seruitium populorum. [Tunc videbis, quando conuersa] seruiens tibi in mercimonis [multitudo maris] scilicet negociatores maris [fortitudo] reges & principes tibi pacem ministrãtes & munera, vel de conuersione gentium ad ecclesiam. Iob. 22 Tunc super omnipotentem deliteris afflues. Tertio, quantum ad copiam diuitiarum. Et primo, quantum ad mercimonia ponens iumenta[in undatio]idest abundantia ad similitudinem inundãtis aquæ [camelorum] quibus mercimonia ferebantur. In quib⁹ mistice diuites ad fidẽ cõuersi, q̃ onus diuitiarũ, proiecerũt gibbũ peccati [dromedarii] animal camelo minus, sed velocius. In quo gentes ad fidem velociter conuersæ, [Madian & Epha]regiones vltra mare talibus abundantes. Ponit etiã præciosa mercimonia [omnes de Saba] ciuitas in extremis Aethiopiæ. Quod etiam impletum est tempore Christi. Matth. 2. Psalm. 71. Reges Tharsis & insulæ munera offerẽt, reges Arabum & Saba dona adducent. Secundo, quantum ad munda animalia, secundum quòd cedebãt in vsum ciborum. [Omne pecus Cedar] filius Ismaelis, vnde terra nomen habet, pecoribus abundans, [Nabaioth] alius filius [ministrabunt]cedentes in vsum tuum, venditi populo qui est in te. Et secundũ quòd cedebant in vsum sacrificiorum. [Offerentur super placabili] in quo ego placer. Per altare significatur fides, per arietes duces gregis, apostoli & ecclesiarum prælati, per pecus, simplices. Aggei. 2. Implebo domum istam gloria, Nota super illo verbo. [Illuminare Hierusalem.] Quia ecclesia illuminatur lumine. Primo, sacræ doctrinæ. Prouerb. 6. Mandatum lucerna est, & lex, lux Secundo, spiritualis intelligentiæ 2. Cor. 4. Deus qui dixit lumen de tenebris splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei, in faciem Iesu Christi. Tertio, gratiæ 1. Pet. 1. Si autem in luce ambulamus sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicem, Quarto, gloriæ. Psalm, 35. In lumine tuo videbimus lumen. Quinto, lætitiæ, Tobiæ. 5, Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo & lumen cæli nõ video? Sexto, diuine substantiæ 1. Tim. vlt. Qui solus habet immortalitatem, & lucẽ habitat inaccessibilem. [Qui sunt isti &c.] Hic ostendit modum veniendi in dictam prosperitatem. Et primo, quantum ad ciuitatis restaurationem. Secundo, quantum ad populorum extraneorũ subiectionẽ, ibi [Et venient ad te &c.] Tertio, quantum ad diuitiarum multiplicationem. [Pro ære afferam aurum.] Circa primum, duo ponit. Primo, restaurationem ciuitatis, quantum ad adunationem habitatorum, ponens venientium modum sub admiratione [vt nubes] quia velociter sine impedimẽto [& quasi columbæ ad fenestras] idest ad foramina sua, p.p idem. Vel referendum est ad gentes, quæ ad fidem velociter conuersæ sunt. Psal. 54. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ, & volabo & requiescam? ponens etiam ad inueniendum auxilium, quod a gentibus habuerũt [Me enim insulæ] gentes diuersę iuxta mare, & etiam remote [expectabunt] quasi subditæ meæ voluntatis arbitrio [principio] loci in quo capiui detinentur, quæ forte aliqui per mare redierunt, vel dominus sic eos reducere poterat. Vel mistice [insulæ] diuersę gentes [naues] ecclesiæ [in principio] fidei. Ponens etiam venientis thesaurũ, quem secum deculerun [argentum, nominis] idest ad gloriã, & seruitium nominis. Psa. 104. Eduxit eos cum argento, & auro. Mistice [argentum] eloquentia [aurum] sapientia conuersorum ad fidem. Secundo, ponit restaurationem ciuitatis, quantum ad ædificationem murorum [& ædificabunt.] Et primo, quantum ad ædificia ciuitatis. Secundo, quantum ad ædificiũ templi [gloria Libani.] Circa primũ, duo. Primo, ponit ciuitatis reædificationem. [Et ædificabunt] præbendo auxilium [reges] Cyrus & Darius præbendo impensas, & licentiam ædificandi. Mistice, gentiles ecclesias dei ædificant, & reges ecclesiæ seruiunt. Et adiungit rationẽ ex diuina miseratione [In indignatione percussi] captiuati [misertus] liberando. Mistice, percussi per excęcationem Iudæorum, vel tribulationibus [misertus] per conuersionem gentium. Vel in pace ecclesias restitutas. supra 54. In momento indignationis abscondi paruiper faciem meam. Secundo, ostendit ciuitatis reædificatæ securitatem. [Et aperientur] cessante timore hostiũ, & propter necessitatem venientium ad adorandum in Hierusalem, & hoc est [vt auferatur] Mistice [portæ] ministri qui alios in fidem & ecclesiam introducunt. parati in prosperis & aduersis ad recipiendum conuersos ad fidem. Apoc. 20. Portæ eius non claudentur. Et assignat rationem. [Gens enim] hoc non videtur impletum ad literam, nisi intelligatur illos Iudæos fuisse qui eius dominium recognoscebant, & propterea a populo dei venerabantur. Sed mistice, sensus patet. [Gloria Libani &c.] Hic ponit reædificationem ædificiorum templi. [Gloria Libani] quæ est [abies, locum] scilicet templum [pedum] in quo adoror sicut reges, ad pedes. Mistice, per locum ecclesia, per diuersas arbores, diuersi fideles conuersi ad fidem. [Et venient &c.] Hic ostendit modum consequendi dictam prosperitatem, quantum ad subiectionem populorum. Et primo, ponit ipsam subiectionem. [Et venient ad te.] Quod impletum est temporibus Machabæorum, qui multos de vicinis hostibus subiugauerunt. Mistice, filii tyrannorum quondam ecclesiam persequentium, ecclesiæ famulantur. Psal 109. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Secundo, ponit subiectionis rationem. [Pro eo quòd fuisti] iustum est vt post angustias consoleris [in superbiam] altitudinem [sæculorum] per multa sęcula. Quod etiã mistice ecclesiæ conuenit. Tob. 2. Post tempestatem tranquillũ facit

facit. Tertio, ponit subiectionis vtilitatem. [Et suges] idest, pinguedo terræ ad te in mercimoniis deferetur, & oblationibus, [mamilla]defensione in auxilio[regum Tyri]per lac mistice simpliciũ doctrina, per reges apostoli. supra 49. Erunt reges nutritii tui. [Et pro ære &c.] Hic ponit modum restaurationis, quantum ad restaurationem diuitiarum, qa multo maiora a regibus templo offerentur, quàm per Nabuchodonosor ablata sint. Mistice, qui prius erant viles in ecclesia efficiuntur præciosi. supra 55. Pro faliuncula ascẽdet abies, & pro vrtica crescet myrtus. [Et ponam &c.] Hic promittit iustitiæ obseruationem. Et primo, in prælatis. Secundo, in subditis, [& complebuntur.] Circa primum, duo. Primo, consolatur eos ex prælatorũ rectitudine tangens iustitiam prælatorum [visitationem] visitatores & correptores. Mistice, de Christo & apostolis. Hieren. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos sciẽtia & doctrina. Ponens etiam iustitiæ effectum, quantum ad absentiam malitiæ. [Non audietur iniquitas] quia per aliquod tempus leges optime obseruabantur. 2. Mach. 3. Vel [iniquitas] idolorum. Mistice. ad statũ futuræ beatitudinis. Ps. 102. Quantũ distat ort⁹ ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Et quantum ad absentiam miseriæ [vastitas] quantum ad agros [contritio] q̃tũ ad hoies ab hostibus sic collisos [portas] in quib⁹ populus cõueniebat ad iudicia. Hoc etiam mistice pertinet ad statum futuræ beatitudinis, quãdo Sol multo clarior futurus est q̃ sit modo, & Luna, licet non sanctis, quia eorum splendore nõ egebũt. Apoc. 21. Et ciuitas non eget Sole, neque Luna vt luceat in ea, quia claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Ponit etiam gubernantis æternitatem [non occidet Sol] qui est deus Psal. 100. Tu autẽ idem es, & anni tui non deficient. [Et complebunt &c.] Hoc quantum ad statum subditorum. Et primo, ponit tristitiæ cessationem [& complebuntur luctus] captiuitas. Mistice, in futura beatitudine. Apoc. 20. Absterget deus omnẽ lachrymam ab oculis sanctorum. Secundo, ponit iustitiæ obseruationem [populus autem] ad glorificandum me. supra 43. Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum [in perpetuũ] quandiu iniustitia permanent. Sed mistice planũ est, de sanctis beatis. Tertio, seminis multiplicationem. [Minimus] idest, ex vno tot per successionem nascentur, sicut ex Abrahã vna gens. Mistice, vnus de ecclesia vnigeniti, præcietur in prælatum. Sapien. 3. Iudicabunt sancti nationes [in tempore eius] idest Christi, vel præfinito tempore [subito] quasi nõ præuisum, istud totum quod dictum est. Nota super illo verbo. [Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ.] Quia Apostoli dicuntur nubes. Primo, propter terræ fertilitatem, scilicet ex pluuia. Iob. 37. Frumentum desiderat nubes. Secundo, propter luminis diffusionem. eodem. Quæ lustrant cuncta per circuitu. Tertio, propter diuinæ voluntatis implectionem. eodem. Quocumque voluntas gubernatis duxerit. Item, dicuntur [columbæ] Primo, propter cordis compunctionẽ. Nahum. 2. Gementes vt columbæ. Secundo, propter uitæ simplicitatem. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Tertio, propter contemplationis altitudinem, vel velocitatem. Psalm. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ & volabo, & requiescam? Quarto, propter conscientiæ puritatem. Can. 5. Oculi tui sicut columbæ. Cantic. 4. Oculi tui columbarum.

CAP. LXI.

HIC promittit populo iucunditatem. Et diuiditur in duas partes. In prima, gaudium promittit. In secunda, populus promissionem suscipit, & gratias agit, ibi. [Gaudens gaudebo in domino &c.] Circa primum, duo. Primo, officium ad annunciãdum guadium accipit. Secundo, gaudii rationem, seu materiam prædicit. [Et vocabitur.] Circa primum, duo. Primo, tãgitur prophetiæ donum. [Spiritus domini super me] Etiam [vnxerit] replens munere prophetiæ. 1. Per. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Vel de Christo, de quo supra 11. Requiescet super eũ spiritus domini. Et in psal. 44. Vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ cõsortibus tuis. Secundo, tangitur prophetæ vel Christi actus qui est duplex. Ibonis prædicere præmia. [Ad annuntiãdum] Iacobi 1. In mansuetudine suscipite insitum verbũ, quod potest saluare animas vestras: & miseris conferre remedia. Quantum ad illos qui sunt pusillanimitate dejecti [vt mederer cõtritis corde] consolando, vel peccata remittendo, si de Christo. Psal. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Et quantum ad illos, qui erant in capitiuitate detenti, quibus annuntiat liberationis beneficium. [Et prædicare captiuis] ad literam, vel sub diabolo & propriis erroribus. supra 49. Vt diceres his qui vincti sunt, Exite. Et liberationis tempus [& prædicarem annum placabilẽ] quantum ad liberationẽ Iudæorum [vltionis] quantũ ad Chaldæos. Vel tempus gratiæ, in quo de diabolo vltionem accepit, eius potestatem reprimens. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius, eiicietur foras. Et quantum ad eos qui sunt tristitia absorti, quibus annuntiat gaudium [vt consolarer omnes] generaliter [vt ponerem Syon] specialiter. Eccl. 48. Spiritu magno vidit vltima: & gaudii signum dum signa tristitiæ vertuntur in signa lætitiæ, & hæc est. [Et darem eis] supra 28. In illa die erit dominus corona gloriæ. [Et vocabuntur &c.] Hic prædicit gaudii materiam. Et primo, quantum ad ædificiorum reparationem, ponens reædificantium conditionem [vocabunt in ea] scilicet Hierusalem præcepto, & permissione Cyri [fortes iustitiæ] ad faciendum iustitiam constantes, non commoti comminationibus aduersariorum, vel Apostoli. Et ædificiorum reparationem [& ædificabunt] prædicti viri, vel Apostoli. supra 58. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum. Secundo, quantum ad possessionum conseruationem. [Et stabunt alieni] hoc ad literam potuit impleri, vt aliqui aduenæ in his vilibus seruitiis occuparentur, sicut de Gabaonitis: vel mistice gentiles, uel prædicatores sancti ecclesiæ, qui custodiunt & excolunt ipsam ecclesiam meritis & doctrinis. Nota super illo verbo. [Vnxerit me.] Quia Christum vngit deus pater. Primo, oleo sacerdotalis dignitatis, quasi sacerdotem ad sacrificia offerendum. Eccl. 45. Vnxit eum oleo sancto. Secundo, regalis potestatis, quasi regem ad gubernandum. 2. Reg. 12. Ego te vnxi regem & principem populi mei. Tertio, immensæ fortitudinis, quasi pugilem ad pugnandum 2. Reg. 1. Quomodo abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, & Ionathæ quasi non sit vnctus oleo? Quarto, eminentis iucunditatis, quasi liberalem ad miserendum. Psal. 101. Iucundus homo qui miseretur & cõmodat. Psal. 44 Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Item Christum vngit seruus deuotus. Primo, lachrymis compunctionis. Matth. 6. Vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Secundo, vnguento deuotionis. Luc. 7. Hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Tertio, oleo puræ intentionis. Eccl. 9. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleũ de capite tuo non deficiat. Quarto, oleo laudis & gratiarum actionis. Gen. 19. Surgens Iacob mane sumpsit lapidem & erexit in titulum, fundẽsque oleum desuper &c. [Vos autem sacerdotes

dores .] Hic prædicit materiam gaudii, quantum ad hominum gloriam . Et circa hoc, tria facit. Primo, ostendit gloriæ perfectionem , quia gloriosi in spiritualibus [Sacerdotes] quasi vitam sanctam, sacerdotio dignam ducentes . Sap. 5. Quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. [gloriosi] etiam in temporalibus [fortitudinem] idest , reficiemini ac fulcietabimini fortitudine Persarum , & Medorum [superbitis] exaltabimini . supra 60. Quando cõuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ venerit tibi . Mistice , Apostoli sacerdotes, quasi gentiũ magistri, & fortitudine martirium delectati. Et assignat perfectionis rationem [p cõfusione] ex detectu spiritualium & temporalium, confusionem habuistis. [Laudabunt] vicini videntes [partem] recompensationem duplicium bonorũ a deo eis factam . Zach. 9. Hodie quoq; annũtians, duplicta reddam tibi. Mistice, ecclesia præmia in bonis animæ & corporis recipit pro duplici confusione, de gentium & Iudæorum infidelitate. Secundo, tangit gloriæ diurationem . [Lætitia sempiterna] Verum est quandiu iniustitia permanserint, sicut exponitur Hierem. 18. supra 35. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Et assignat rõnem [quia ego dominus.] Et est sensus: per hoc quòd dominus diligit iustitiam, dabit vobis vt sitis iusti vt sic placeatis sibi, & faciet vobiscũ pactum sempiternæ lætitiæ [A die] Eccl. 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis , quasi qui victimat filiũ suum in conspectu patris sui . [fœdus perpetuum] Hier. 31. Et feriam domui Israel & domui Iuda, fœdus nouum. Tertio, gloriæ diuulgationem. [Et scietur] quòd est referendum , vel ad Iudæos qui fuerunt famosi de cultu religionis , vel ad semen spirituale Apostolorum . [Gaudens gaudebo &c.] Hic populus promissionem suscipit , & gratias agit . Et circa hoc , duo facit . Primo , exprimit in persona populi, vel ecclesiæ cordis gaudium [gaudentes] Abacuch. 3. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo . Secundo, confitetur diuinum beneficium . Et primo, sub similitudine vestimentorum, inquantum diuina beneficia protegũt [quia induit me, salutis] a miseriis. supra. 52. Induere vestimentis iucũditatis tuę. Secundo, sub similitudine ornamentorum, inquantũ ornãt [quasi sponsum] mistice, quantũ ad perfectos in ecclesia vicem Christi agentes [sponsam] quantum ad imperfectos. Tertio, sub similitudinẽ germinũ, quantũ ad fructũ [sicut.n.terra] supra 35. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans .

CAP. LXII.

Hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis . Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habẽs rapinam in holocaustum . Et dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis . Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum : Omnes qui viderint eos cognoscent illos , quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Gaudẽs gaudebo in domino , & exultabit anima mea ĩ deo meo. Quia induit me vestimentis salutis , & indumento iustitiæ circundedit me , quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut ortus semen suum germinat, sic dñs deus germinabit iustitiam, & laudem corã vniuersis gẽtibus .

Propter Syon nõ tacebo , & propter Hierusalẽ non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius , & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum , & cuncti reges inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum, qd os domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desola ta , Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Quia cõ placuit domino in te, & terra tua inhabitabitur . Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabũt in te filij tui . Et gaudebit sponsus super sponsam , & gaudebit super te deus tuus . Super muros tuos Hierusalem cõstitui custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt . Qui reminiscimini domini, ne taceatis , & ne detis silentiũ ei , donec stabiliat & donec ponat Hierusalem laudem in terra . Iurauit dñs in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ . Si dedero triticũ tuũ vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinũ tuũ in quo laborasti . Quia qui congregabunt illud, comedẽt & laudabunt dñm , & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Transite, transite p portas, præparate viã populo . Planũ facite iter , & eligite lapides & eleuate signũ ad populos . Ecce dñs auditũ fecit in extremis terræ . Dicite filiæ Syon. Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus, redẽpti a domino . Tu autem uocaberis quęsita ciuitas , & non derelicta.

CAP. LXII.

Hic promittit populo gloriæ honorem. Et primo, ponitur prophetæ petitio. Secundo , domini promissio [iurauit dominus.] Circa primum, duo. Primo, ipse petit. Secundo, alios ad petendum inducit ibi. [Qui reminiscimini &c.] Circa primum, duo . Primo, ipse petit ad hoc saluatoris ortum [propter Syon] scilicet vtilitatem, vel amorem, [non tacebo] a præcibus apud dominum [saluator] Cyrus [vt splendor] in gloria regni. Mistice [non tacebo] a prædicatione Christi p contradictionẽ [Syõ] regis [Hierusalem] sacerdotum , saluator, Christus . Secundo, ostendit aduentus fructum. Primo, quantum ad ciuitatis gloriã, promittens ipsam gloriam in tribus . In dignitate regis [& videbunt] admirantes & venerantes [iustum] Christum, vel Cyrũ. Psal. 93. Viderũt omnes termini terræ salutare dei nostri . In nouitate nominis. [Et vocabitur] more antiquorum , qui ex nouis euentibus, noua nomina imponebant. Et hoc nomen postea exprimet. Mistice. Ecclesia, quæ prius Synagoga . In munimine diuinæ protectionis [eris corona gloriæ] quia gloriabitur in te deus tuus , sicut rex in corona [in manu] idest in protectione sua. Sap. 5. Accipient regnũ de coris, & diadema speciei de manu domini . Mistice. Ecclesia quasi corona filii Dei, a patre coronatur. Et excludit igniminiam, in quo etiã nomen nouum exprimit [non vocaberis] Secundo, quantum ad habitantiũ lætitiam Et quantũ ad pueros [Habitabit iuuenis] Et quãtum ad viros perfectos [& habitabunt] Et quantum ad coniugatos [Et gaudebit] Mistice [Iuuenis cum virgine] caste, sicut Maria cũ Ioseph [sponsus] Christus [sponsam] ecclesiam . Tertio, quantum ad ædificiorum diligentem custodiam, quæ exprimit 2. Esdræ 4. Vna manu ædificabant, & alia pugnabant [Super muros, non tacebunt] loquitur secundum similitudinem vigilum, qui custodiũt ciuitatem . Vel per metaphoram designat diligentiam principum , qui populum gubernauerunt, vel prædicatores in Eccle. Apoc. 4. Requiem non habebant clamantia sanctus , sanctus. [Qui reminiscimini &c.] Hic alios ad similem petitionem inducit. [Ne taceatis] alia ratione [ei] deo 1. Thess. 6. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. [Iurauit &c.] Hic dominus promittit implere petitionem. Et primo, quantum ad hostium propulsionem . [Si dedero] sup. non credatis mihi. Prouer. 28. Qui operatur terram, satiabitur panibus. Secundo , q̃tum ad captiuorum liberationem. Quantum ad præparationem uiæ. [Transite] vos nuntii Cyri & Darii [lapides] impedimenta. Hiere. 50. Tollite de via lapides . Vel, vos custodes murorum prædicatores. Quantum ad concessionem lætitię [eleuate signũ] crucis. supra 11. Leuauit signum in nationibus. Et quantum ad retributionem iustitiæ. [Dicite filiæ] plebi Iudæorum [saluator] deus, vel Cyrus [merces] vt vobis bona , & hostibus mala reddantur. Mistice. De aduentu Christi ad iudicium. Tertio, ibi [Et vocabunt] ponit liberatorum honorem, qui in magna fama sanctitatis habebantur , propter beneficia eis præstita . Mistice, de ecclesia & populo Christiano . Nota super illo verbo. [Propter Syon non tacebo .] Quia sancti non tacent. Primo, propter accensum desiderium. Hier. 20. Et factũ est in corde meo verbum dñi, quasi ignis exæstuans . Secundo , propter euidens verum . Act. 5. Non enim possumus quæ vidimus, non loqui . Tertio , propter iniunctum officium. 1. Cor. 9. Necessitas mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero . Quarto , propter expectatum præmium Gal. vlt. Bonũ facientes non deficiamus, tempore.n. suo metemus non deficientes. Item nota super illo. [Donec

[Donec egrediatur, vt splẽdor &c.] Quia Christus splendet. Primo, patris imagine. Heb. 1. Cũ sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Secundo, sanctorũ lumine. Psal. 109. In splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferũ genui te. Tertio, gloriæ plenitudine. Mat. 17. Resplendiuit facies eius sicut Sol. Quarto, doctrinæ rectitudine . supra 60. Ambulabũt gẽtes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui .

CAP. LXIII.

Hic incipit tãgere discretionẽ malorũ a bonis , in cõsecutione promissæ salutis. Et diuidit in partes tres . In prima , introducit iudicẽ , quasi ad discernendũ. In secũda, proponit petitionem, ibi [Miserationum &c.] In tertia, iudex pronũciat sententialiter discretionem 65. ca. [Quę fecerunt me &c.] Circa primũ, duo . Primo , mouet quæstio de psona iudicis. Secundo, de qualitate habitus, ibi. [Quare ergo rubrum &c.] Circa primum, duo. Primo , ponitquæstionẽ. Secũdo, rñsionẽ, ibi. [Ego qui loquor &c.] Sciendũ aũt, q̃ omnes sancti cõmuniter hęc exponunt de Christo. Et quæstio ista est angelorũ, qui quidem ad plenũ mysteria incarnationis Christi nõ intelligebant. Et ideo, quasi ignorantes quæsierũt, s̃m quòd ostẽdit Hieron. Cuius contrariũ videtur dicere Aug. super Gen. vbi dicit q̃ angeli a principio creationis suæ cognouerũt oia, quæ ipse erat facturus, siue rerũ rõnes seminales rebus indiderit, siue apud se rẽ retinuerit vt fieret, q̃uis rebus inesset vt fieri possent. Et sic videtur, q̃ hmõi mysteria cognouerunt. Ad qd rndet glo. Eph. 3. super illud. Mihi aũt omnium sanctorũ &c. Et dicit, q̃ maiores cognouerunt, sed minores quorũ est vox ista, ignorauerunt . Dion. tã aliter vt dicere 7. cap. cæle. hier. Vult.n. q̃ hæc quæstio sit supremorum angelorũ, qui a deo immediate illuminatiões recipiunt. Vnde eis immediate respondetur a deo , [Ego qui loquor] quàmuis ipsi propter reuerentiam Christi, a se inuicẽ quærerent, sicut discipuli expectãtes magistri responsionẽ. Quàmuis aũt supremi angeli sciuerint hmõi mysteria quantũ ad substantiam facti, tã quantum ad particulares circunstantias, non perfecte sciebant. Vnde quia melius videntur a superiori & perfectiori itellectu, s. diuino q̃ angelico, ideo super hoc magis illuminari quærebant, vt perfectius intelligerẽt. Mirãtur aũt tria. Primo, victoriosum aduentum [qui venit] in cælum [de Edom] mundo, interpretatur enim sanguineus vel terrenus [de Bosra] inferno . prius munito custodia dæmonum [Bosra] quandoq; est nomen proprium cuiusdam ciuitatis in terra Moab, quandoque nomen appellatiuum, & est idem, quòd terra vel vrbs munita. Vnde frequenter ponitur pro terra Idumæa munita montibus. Hic autẽ pro Hierusalem, vel inferno [vestibus] idest membris corporeis [cinctis] sanguine passionis. supra. 34. Ecce super Idumeam descẽdet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium . Secũdo, mirantur, in ipso decorum aspectum. [Iste formosus] a forma, & sic dicitur formosus, propter figurã, idest debitã commensurationẽ membrorũ [in stola] habitu humanitatis 1. Pet. 1. In quẽ desiderant angeli prospicere. Tertio, cunctantur virtuosum incessum [gradiens] in cælum non auxilio angelico, sed sua virtute, quod hactenus fuit inauditũ. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ . [Ego &c.] Hic ponit responsionem, & ostendit se iudicem [qui loquor iustitiam] idest, qui habeo authoritatẽ iudicium gentibus proferendi. supra 54. Ego dominus loquens iustitiam; & saluatorem. [Et propugnator] contra dæmones [ad saluandum] genus humanum. Exod. 15. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Eodem. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Nota super illo verbo. [Iste formosus] Quia Christus est formosus. Primo, quia rutilans splendore diuinitatis. Heb. 1. Cum sit spendor gloriæ & figura substantiæ eius. Secundo , quia figuratus conformitate vnionis. Psal. 44. Speciosus forma præ filiis hominum . Tertio , qa distinctus diuerso colore virtutis . Cantic. 5. Dilectus meus cãdidus & rubicundus, inter vbera mea commorabitur. Quarto, quia vestitus honestate conuersationis. Iob. 40. Esto gloriosus , & speciosis induere vestibus . [Quare ergo rubrũ &c.] Hic ponit secũdam quæstionem, de habitu . Et primo, ponit quæstionem [Quare ergo] ac si diceret: huius sanguinis in signia non iusti , sed iniqui deferre consueuerunt, non saluatores , sed potius occisores [Quasi calcantium] Est enim vinum rubrũ in partibus illis, quod tingit in modum sanguinis . Secundo, ponit responsionẽ [Torculari] & primo, assignat ruboris rationem. Secundo, p rosequitur totum rei ordinem , ibi. [Dies vltionis &c.] Circa primum, tria . Primo , narrat singularem victoriam . [Torcular] scilicet crucem , qua pondera passionis præssus, hostes [calcaui solus] patiens & vincens . [Et de gentibus non est vir mecum] in auxiliũ, quia eo relicto oẽs fugerũt, & dicit tãquanter [vir] pp beatã Virginẽ, in qua fides nunquã defecit. Can. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Secũdo, tangit hostiũ vindictã [calcaui eos] dæmones, vel Iudæos [in furore] ira accensa. Psal. 90. Super aspidẽ & basiliscũ ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconẽ. Tertio, quasi cõcludit ruboris cãm [& asperfus est sanguis] meus, qa de corpore meo exiens] eorũ] quia eorũ potestati concessus ad effundendũ. Loquitur s̃m similitudinẽ victoriis, cui vestes cæde inquinant. supra. 10. Vestimentũ millũ sanguine [inquinaui] eorũ reputatione. [Dies vltionis &c.] Hic ipse quiẽ totũ rei ordine. Et primo, ponit tẽporis cõgruitatẽ [vltionis] tũ ad dæmones [retributionis] q̃ tũ ad iustos, quorũ merces vsq; tũc dilata erat. supra 34. Dies vltionis dño. Secũdo, p ponit salutis necessitatẽ [circũspexi & nõ erat auxiliator] mihi in cruce. Iob. 19. Fratres mei elõgauerũt a me, & noti mei recesserũt a me. Psal. 141. Cõsiderabã ad dexteram & videbã, & nõ erat qui cognosceret me Tertio, salutis impletionẽ. [Et saluauit], i. salutẽ resurrectiõis fecit mihi, vel humani gñis [brachiũ] virtutis. Psal. 97. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctũ eius. Quarto, vindictæ expositionẽ. [Et cõculcaui populos] Iudæos p Romanos [inebriaui] repleui afflictiõe [eorũ] Iudæorũ & dæmonũ. supra. 23. Dñs exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret superbiã oĩs glorię, & ad ignominiã deduceret vniuersos inclytos terræ. Posset aũt exponi totum ad literã, vt induceretur dñs metaphorice, quasi veniens ad delendos diuersos populos hostes iudæorum & præcipue Idumæos, secundum modum metaphoricum, qui habitus est supra 59. Indutus est iustitia vt lorica . [Miserationum domini &c.] Hic propheta, iudici qui iustitiam locuturus & impleturus venit, petitionem porrigit. Et primo, inclinat ipsum ad pietatem commemorans pristina beneficio, quæ defecerunt . Secundo, pericula quæ incurrerunt, ibi. [Quare errare &c.] Circa primum, duo. Primo, proponit intentum [quæ reddidit] pro nostris meritis, tã in bonis quàm in malis pœnæ [bonorũ] quæ gratis dedit. Eccl. 51. Memoratus sum misericordiæ tuæ dñe, & co-

Vis est iste q̃ venit de Edõ, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluãdũ. Quare ego rubrũ est indumentum tuũ, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari ? Torcular calcaui solus , & de gẽtibus non est vir mecũ. Calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sãguis eorũ super vestimenta mea, & oĩa indumẽta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Circũspexi, & non erat auxiliator , quæsiui & non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meũ, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi . Et cõculcaui populos in furore meo , & inebriaui eos indignatiõe mea , & detraxi in terram virtutẽ eorũ. Miserationum dñi recordabor, laudẽ domini super omnib̃ quæ reddidit nobis dñs, & super multitudinem bonorũ domus Israel, quæ largitus est eis s̃m indulgentiã suam , secundũ multitudinem misericordiarum suarũ. Et dixit. Veruntamẽ populus meus est, filij nõ negãtes . Et facto est eis saluator, in omni tribulatione eorũ. Non est tribulatus & angelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua & indulgẽtia sua ipse redemit eos, & portauit eos , eleuauit eos cunctis diebus sæculi. Ipsi aũt ad iracundiam prouocauerũt, & afflixerũt spiritũ sancti eius , Et conuersus est eis in inimicũ , & ipse debellauit eos . Et recordatus est dierum sæculi, Moysi & populi sui. Vbi est qui eduxit eos de mari, cum pastoribus gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius, spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suę, qui scidit aquas ante eos, vt facerent sibi nomen sempiternum. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impigentem, quasi animal in campo . Descendens spiritus domini, ductor eius fuit . Sic adduxisti populum tuum , vt faceres tibi nomen gloriæ . Attende de cælo, & vide de habitaculo san-

cto tuo, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? Super me continuerunt se. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dñe pater noster, redēptor noster, a sęculo nomē tuū. Quare errare nos fecisti domine de vijs tuis, indurasti cor nostrū ne timeremus te? Conuertere pp seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. Quasi nihilū possederūt populū sanctū tuū hostes nostri, cōculcauerūt sanctificationē tuā. Facti sumus quasi in principio cū nō dominareris nostri, neque inuocaret nomē tuum super nos.

operationis tuæ quæ a sæculo sunt. Secundo, prosequitur propositū. Et primo, cōmemorat beneficia, quantū ad euasionē periculorū cōmemorans singularē electionē. [Et dixit] scilicet deus [verūtamē] quāmuis ipsi cōtra me essent [nō negantes]. s. Abraham, vel non negātes, quia saltē fidē meā tenent. Exod. 15. Fortitudo mea dominus & laus mea dominus. Et quantū ad diligentē protectionē [in omni tribulatione,] Et ipse est tribulatus] tibi per cōpassionē, vel [non est] statim, sed distulit ēt nunc, vt quasi videret si corrigerentur [& angelus faciei] idest faciē meā videns [saluauit] quasi dux eorū per desertū. Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Et quantū ad paternam dilectionē. [In dilectione redemit] ab Aegypto [portauit] in deserto [læuauit] idest, exaltauit super alios in terra promissionis. Secundo, tāgit beneficia quantū ad remissionē culparū. Et primo, ponit culpā. [Ipsi autē afflixerunt spiritū eius] scilicet dei, vel [sancti] Moysi, per diuersa iurgia. Psal. 105. Et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritū eius. Secundo, ponit pœnam. [Et conuersus est in inimicū] scilicet deus. Tren. 2. Factus est dominus velut inimicus. Tertio, ponit indulgentiā [Et recordatus] tandē [Moysi] qui pro eis orauit. Exod. 32. Aut dimitte eis, aut dele me de libro in quo me scripsisti. Psal. 104. Memor fuit in sæculum testamenti eius, verbi quod mandauit in mille generationes. [Nota super illo verbo. [Torcular calcaui.] Quia ex torculari crucis fluxit. Primo, sanguis ad redimendū. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, sed precioso sanguine Iesu Christi. Secundo, aqua ad emundandum. Psal. 77. Eduxit aquam de petra. Ezechi. 36. Effundam super vos aquam mundam. Tertio, oleum ad sanandum. Iob. 29. Petra fundebat mihi riuos olei. Quarto, mel ad solidandum. Deut. 32. Vt sugeret mel de petra. Quinto, vinum ad confortandum. Prou. 3. Vino torcularia redundabunt. [Vbi est qui eduxit.] Hic plangit eadem beneficia eis subtracta. Et primo, plangit beneficiorum defectum. [Vbi est qui eduxit] Moyses, vel deus [cum pastoribus] Maria & Aaron [Vbi est, spiritum sancti sui] Moysi, quod legitur Nume. 11. [Ad dexterā] prospere [Qui scidit] vbi est spiritus. Psalm. 135. Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Et vbi est qui eduxit [quasi equum] scilicet sine impedimento [descendens] in offenso curru [eius] populi. Sapien. 19. Et in mari rubro, via sine impedimento. Secundo, inclinat iudicis affectum. Et primo, petit audientiam. [Attende de cælo] 3. Reg. 8. Tu exaudies de cælo sancto tuo. Secundo, prouocat ad misericordiam [Vbi est zelus] quo dilexisti nos. Psa. 88. Vbi sunt misericordiæ tuę antiquę domine. *Tertio, proponit miserendi causam* [Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos] adhuc viuus, quia nec nos tunc eramus. Vel etiam modo, nolens orare pro nobis, quia non inuocamus ipsum: vel secundum. August. quia mortui, etiam sancti, nesciunt quid agatur erga viuos. Sed hoc intelligendum est, quantum ad virtutem cognitionis humanæ, non quantum ad irradiationem diuini luminis. Deut. 32. Ipse enim est pater tuus qui possedit, & fecit & creauit te. [Quare errare &c.] Hic proponit mala culpæ [errare de viis] mandatis [fecisti] permittendo non immittens gratiam, & non corrigens [indurasti] permisisti. Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Secundo, proponit mala pœnæ. Et primo, petit misericordiam [conuertere] de ira ad misericordiam [propter seruos] patres nostros Psal. 79. Conuertere domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos. Tren. vlt. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, innoua dies nostros sicut a principio. Secundo, ponit miseriam quantum ad seruitutem [quasi nihilum] idest sine resistentia. supra. 26. Dñe deus noster possederunt nos domini absque te: quantū ad sanctorum prophanationem [& hostes nostri] quantū ad honoris pristini amissionem [facti sumus] sine rege, sine templo [in principio] in Aegypto, vel etiam ante vocationem Abrahæ, Hierem. 13. Tu autem in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos domine.

CAP. LXIIII.

VTINAM dirumperes cęlos & descenderes. A facie tua montes defluerēt, sicut exustio ignis tabescerēt, aquę arderent igni, vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia, non sustinebim⁹. Descēdisti, & a facie tua mōtes defluxerūt. A sæculo nō audierūt, neque aurib⁹ perceperūt. Oculus nō vidit de⁹ absq; te, q̄ pręparasti expectantibus. Occurristi lætanti et facienti iustitiam, in uijs tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es, & peccauim⁹, in ipsis fuimus semper, & saluabimur. Et facti sumus, vt immundi oēs nos, & quasi pannus mēstruatę vniuersæ iustitiæ nostrę. Et cecidim⁹ quasi foliū vniuersi, & iniquitates nostræ quasi vētus abstulerūt nos. Non est q inuocet nomen tuū, qui cōsurgat & teneat te. Abscondisti faciē tuā a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostrę. Et nūc domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum oēs nos. Ne irascaris dñe satis, & ne vltra memineris iniquitatis nostræ. Ecce, respice, populus tuus omnes nos. Ciuitas sancti tui facta est deserta, Syon deserta facta est, Hierusalem desolata. Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionē ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Numquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer?

CAP. LXIIII.

HIc porrigit petitionem. Et primo, petit iudicis præsentiā. Secundo, petit misericordiam, ibi [Ecce tu iratus &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit petitionem. Secundo, petitionis impletionem, ibi [Descendisti &c.] Circa primum, duo. Primo, petit iudicis aduentum [dirumperes,] figuratiue loquitur, quasi super cælos habitanti, vel exinanires temetipsum deponens maiestatem, & carnem assumeres. Psal. 143. Inclina cęlos tuos & descende. Secundo, ponit aduentus effectū in creaturis sensibilibus, scilicet in montibus. [A facie tua montes] quasi dicat non sustinentes præsentiam tuam si tibi placeret. Vel mōtes, potentes & superbi. supra. 34. Tabescent montes in fortitudine sua. In aquis, [aquæ arderent] quia totus igneus es, si velles. Sapien. 16. Quodam tempore, aqua super virtutem ignis exardebat. Vel per aquas, populi. Apoc. decimosexto. Aquæ multæ, populi multi. Secundo, effectum in hominibus. Et primo, in gentibus [a facie tua.] Psalmus 64. Turbabuntur gentes & timebunt. Ad literam, [commouebuntur.] Vel referendum ad conuersionem gentium post Christi aduentum. Secundo, in Iudæis [cum feceris, non sustinebimus] idest nos qui secuti sumus, videre & audire præ stupore, sicut territi fuerunt, Exod. 20. [Vel non sustinebimus] aduentum, credentes etiam in visis miraculis. [Descendisti & cæt.] Hic ponit petitionis impletionem. Et primo, quo ad aduentum. [descendisti.] ad iudicandum nos, præteritum pro futuro. Vel in vterum virginis. Vel melius, secundum literalem sensum ponit effectus probationem, quasi dicat. Si modo descenderes, hæc contingerent quæ etiam contigerunt, quando descendisti, vt liberares populum tuum de Aegypto. Exod. quarto. Psalmus. 17. Inclinauit cælos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Secundo, quantum ad effectum. Primo, in miraculis [a facie tua montes defluxerunt] scopuli Arnon. Numeri. 21. Mistice Iudæi. vel dæmones. Secundo, in beneficiis. Et primo, ponit beneficiorum magnitudinem. [A sæculo non audierunt,] quia numquām similia visa sunt, vel audita, qualia Deus Iudæis fecit, & sanctis in gloria faciet 1. Corinthiorum. 2. Oculus non vidit, auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Secundo, quantum ad benefaciendi promptitudinem. [Occurristi lætanti] in auxilium, dum adhuc erat in petendo vel veniendo ad te [lætanti] in te. Mistice, Symeoni. Luc. 2. [Ecce tu iratus &c.] Hic ponit misericordiam. Et primo, ostendit petendi necessitatem. Secundo, porrigit petitionem, ibi [Et nunc domine &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit necessitatem ex imminentia mali, quātum ad culpam, Tum, ex malorum perpetratione. [Ecce tu iratus, & peccauimus] præposterus ordo, ideo iratus, quia peccauimus, & omnes [saluabimur,] tua misericordia. Et quantum ad bonorum imperfectionem, [& facti sumus, vniuersæ iustitiæ.] quia aliis peccatis inuoluti. Iob. 9. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fuerint velut mundissimæ manus meæ, tamen in sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Et quantum ad pœnam. [Et cecidimus, [interfecti, vel a statu dignitatis, [abstulerunt] a terra nostra. Iob. 13. Contra folium quod a vento rapitur, ostendis potentiam tuam. Secundo, ostendit necessitatem quantum ad effectum auxilii. Et primo, humani. [Non est qui inuocet, & teneat te] precibus. Canti. 3. Tenui eum nec dimittam. Secundo, diuini. [Abscondisti faciem tuam] misericordiæ tuæ [in manus,] idest in opere, iuxta illud. Mors & vita in manu domini. Prouerbiorum. 18. Deuter, 32. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. [Et nunc domine &c.] Hic ponit misericordiam. Et circa hoc, duo facit. Primo, petit misericordiam, assignans rationem [Pater noster es tu.] Hierem. decimoctauo. Sicut lutum in manu figuli, sic nos in manu dei. Iob. 10. Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me. Et porrigit

porrigit petitionem. [Ne irascaris, satis] idest nimis, vel secundum quòd merita nostra exigunt. Psal. 43. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ. Secundo, proponit miseriam. [Ecce] domine omnes nos [sumus [sancti] idest, sanctuarii templi, scilicet Hierusalem. Tren. 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia. Et miratur patientiam. [Nū quid super] Abac. 1. Quare respicis super iniquitates nostras? Nota super illo verbo. [Quæ pręparasti diligentibus te.] Quia deus præparat sanctis. Primo, locum æternæ quietis. Ioan. 14. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Secundo, regnum æternæ dignitatis. Mat. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnū, quod vobis paratum est ab origene mundi. Tertio, mensam diuinæ refectionis. Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam. Quarto, lucernam æterni luminis. Psa. 131. Paraui lucernam Christo meo. Item, nota sup illo verbo, [quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.] Quia opus iustitiæ immundatur inquinamento. Primo, mortalis maculæ. Eccle. 47. Dedisti maculā in gloria tua. Secundo, cōmissæ negligentiæ. Hierem. 48. Maledictus homo qui facit opus domini negligenter. Tertio, intentionis peruersæ. Matth. 6. Si oculus tuus scandalizat te, abscide eū, & proiice abs te. Quarto, insurgētis superbię. supra 57. Omnes eos auferet ventus.

CAP. LXV.

QVæsierūt me, qui ante nō interogabāt, inuenerunt, qui non quæsierunt me. Dixi. Ecce ego, ecce ego ad gētes, q̄ nō inuocabant nomen meū. Expandi manus meas tota die ad populū incredulum, qui gradit' in via non bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiā prouocat me, ante faciem meam semper, qui immolant in hortis & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt, qui comedunt carnem suillā, & ius prophanum in vasis eorū, Qui dicūt, recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scriptū est coram me. Non tacebo, Sed reddam & retribuam in sinu eorū iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul dicit dominus, qui sacrificauerūt super montes, & super colles exprobrauerūt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum. Hæc dicit dominus. Q̄uo si inueniatur granum in botro, & dicatur ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos vt non disperdam totum. Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidētem montes meos. Et hæreditabunt eā electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mēsam, & libatis super eam, numerabo vos in gladio, & omnes in cęde corruetis, pro eo quòd vocaui & non respondistis, locutus sum & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis. Propter hoc, hæc dicit dominus deus. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce serui mei lætabuntur, præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spirit⁹ vlulabitis, & dimittetis nomen uestrum in iuramentum electis meis, & interficiet te dominus deus, & seruos suos uocabit nomine alio. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in deo, Amen. Et qui iurat in terra iurabit ī deo, Amē, quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & q̄a abscōditæ sunt ab oculis nostris. Ecce. n. ego creo cęlos nouos & terrā nouā, & nō erūt in memoria priora & nō

CAP. LXV.

HIc iudex scilicet deus, dat sententiam de discretione malorū a bonis, in perceptione salutis promissæ. Et diuidit in partes duas. In prima, pronuntiat sententiam discretionis. In secunda, determinat modum executionis. cap. 66. [Hæc dicit dñs &c] Circa primum, duo. Primo, promittit responsionē, ostendens rñdendi opportunitatē. [Quæsierunt] q.d. hactenus vos Iudęi nō quęrebatis a me, sed ab idolis. Ex quo quęritis, respondebo. Mistice de cōuersione gentiū. Ro. 10. Inuentus sum a non quærentibus. Et ponit promissionē. [Dixi, ecce ego ad gentem.] Respondebo. s. Iudęis, vel ad gentes conuersas conuertar. Can. 8. Ego dilecto meo & dilectus meus mihi. Secundo, sententiat discretionē. [Expandi manus.] Et primo, sententiat discretionē malorū a bonis, pp peccata transgressionis. Secundo, propter peccata omissionis [atque dereliquistis.] Prima, in duas. In prima, cōminatur malis supplicia. In secunda, promittit bonis præmia, ibi [Hęc dicit dñs &c.] Circa primū, duo. Primo, arguit transgressionis culpā. Secūdo, cōminatur pœnā. [Isti fumus erūt. Culpā ipsorū arguit ex tribus. Primo, ex beneficiorū magnitudine. [Expandi] dando multa beneficia [tota die] toto tempore ex quo eos mihi assumpsi. Mistice in cruce Hier. 16. Vnusquisque ambulat viam non bonā. Secundo, ex peccādi continuitate. [populus, ante faciem,] quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr. 4. Vel quia in templo idolū ponebāt. Deuter. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo q nō est deus. Tertio, ex peccatorū diuersitate, vel grauitate q̄tum ad quatuor. Primo, quantum ad cultū idolorū [Qui imolant] idolis [in hortis] quia in locis voluptuosis idola colebāt [super lateres] super altaria ex lateribus constructa, vt ignem sacrificiis sustinere possent. supra 1. Confundentur ab idolis suis. Secundo, quo ad studium diuinationum [qui ambulant in sepulchris] vt habeāt responsiones a mortuis [& delubris] tēplis idolorū, a diluēdo dictis, quia putabāt oīa ablui. Vel ppter fontes qui ibi erant ad abluendas hostias Et sacerdotes [dormiūt] super pelles hostiarū ad diuinādū. Eze. 6. Conterentur delubra vestra. Tertio, q̄tū ad immunditiā ciborū [qui comedūt, & ius prophanum] porcinum. infra vlt. Qui comedebāt carnem suillam & abominationem & murē, simul consumentur. Quarto, quantum ad contemptum iustorum [qui dicunt] siue adorātibus idola, vel qui dicūt deo [recede.] Iob. 21. Qui dicunt deo. Recede a nobis, scientiam viarum tuarū nolum⁹. [Isti fumus erunt &c.] Hic cōminatur pœnam. Et primo, pœnæ diuturnitatem [fumus] idest sicut fumus igne consumentur, & incendentur ira mea. Deut. 32 Ignis succēsus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. Secūdo, punitionis certitudinē. [Ecce scriptū est] quia firmiter in memoria pctm̄, & in præfinitione pœna. [Non tacebo] dissimulans. Hier. 17. Peccatū Iuda scriptum est stilo ferreo, in vngue adamantino. supra 42. Tacui, semper silui. Tertio, pœnarū multitudinem, quia pro omnibus peccatis patrum [sed reddam] Exo. 20. Ego sum deus zelotes, visitans peccata patrum in filios. [exprobrauerunt] adorando in excelsis. Et pro peccatis etiā idola iuuentutis ipsorum [& remetiar] quasi commensurabo pœnā culpæ. supra. 40. Recepit de manu domini duplicia. [Hæc

dicit dominus &c.] Hic promittit bonis præmia. Et primo, quantum ad conseruationem a malis [granum] vua [benedictio] idest, placet deo vt pro benedictione reseruetur [propter seruos] patres nostros [totum] genus Iudæorum. supra 17. Erit sicut congregans racemos in vindemia. Secundo, quantum ad promotionem in bonis. Et primo, quãtum ad seminis multiplicationem. [Et adducam de Iacob] supra 50. Nisi dominus exercituũ reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Secundo, quantum ad hæreditatis paternæ restitutionem. [Et hæreditabũt] Eze 36. Hęreditate possidebũt te, & eris hæreditas eorum. Tertio, quantũ ad pascuorum vbertatem. [Et erũt cãpestria, & vallis Achor] ab illo denominata, quia ibi lapidat⁹, Iosue. 7. Osee. 2. Dabo eis vallem Achor ad aperiẽdam spem. [Et vos dereliquistis] Hic discernit malos a consolatione bonorum, propter peccata omissionis. Et primo, cõminatur malis supplicia. Secũdo, bonis pręmia, [quia obliuioni] Circa primum, duo. Primo, cõminatur eis, quia deũ dereliquerunt, ponens culpam [Et vos] Iudæi [Fortunæ] deo Aegyptiorum, [mensam] tangit ritum quo celebratur, quia in fine anni parabatur sibi mensa, omnibus cibis referta. Deut. 32. Dereliquerũt deum factorem suum, & recesserunt a deo salutari suo. Ponẽs etiã pœnam [numerabo] quasi dicat, vt nullus remaneat, quin opprimatur. Hier. 44.

ascendens super cor, sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his, quæ ego creo. Quia ecce ego creo Hierl̃m exultationẽ, & populum eius gaudium, & exultabo in Hierusalem & gaudebo in populo meo, & non audietur in ea vltra vox fletus & vox clamoris. G Non erit ibi amplius infans dierũ, & senex qui nõ impleat dies suos, quoniã puer centum annorum morietur, & peccator centum annorũ maledictus erit. Et ędificabunt domos & habitabunt, & plantabunt vineas & comedent fructus earũ, non ædificabunt, & alius habitabit, non plantabunt, & alius comedet. Secundum.n. dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuũ eorũ inueterabunt. Electi mei nõ laborabunt frustra, neq; generabũt in cõturbatione, quia semen benedictorũ domini est, & nepotes eorum cum eis. H Eritq; antequàm clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego audiam. Lupus & agnus pascẽtur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpẽti puluis panis eius, Nõ nocebũt, neq; occident in omni monte sancto meo, dicit dominus.

CAP. LXVI.

HÆc dicit dominus. Cælum sedes mea, terra autẽ scabellũ pedum meorũ. I Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, & quis iste loc⁹ requietionis meæ? Omnia hæc man⁹ mea fecit, & facta sunt vniuersa ista di-

Cadent in gladio & famæ. Secũdo, quia reuocati non obedierũt. Ponens culpam [pro eo quòd vocaui.] Prouer. 1. Vocaui & renuistis accipere disciplinam. Et cominatur discretionis pœnam. Primo, in satietate corporis. [Propter hoc hæc dicit dominus.] Psa. 33. Diuites eguerunt, & esurierũt, inquirẽtes aũt dñm nõ minuentur omni bono. Secundo, in lætitia cordis [Ecce serui mei lætabuntur. Tertio, in diuersitate nominis. Et primo, ponit quale fructum sit nomen impiorum [Et dimittetis, in iuramentum] vt confirment dicta sua, si non est ita, ita vt accidat mihi sicut illis. Hier. 44. In gladio & famæ morientur, & erunt in iusiurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobriũ. Et deinde ponit quale sit futurum nomen bonorum. [Et seruos, nomine] scilicet nomine Iesus, est nomen [Amẽ] fideliter supra. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os dñi nominauit. [Quia obliuioni &c.] Hic promittit visa præmia. Et primo, in gñali quantũ ad amotionem malorũ [quia obliuioni] non defectu cognitionis, sed successione bonorum supra 54. Confusionis adolescentiæ tuæ, obliuisceris. Et quantũ ad restaurationem bonorum [Ecce.n. ego creo cælos nouos] noua de cælo auxilia [terrã nouã] noua de terra beneficia. Vel ad diem iudicii, quando mundus ad gloriam sanctorum innouabitur. Apoc. 21. Prima abierunt. Secundo, in speciali [quia ego creo Hierl̃em] Et primo, quantum ad cordium iucunditatẽ [Hierusalem] terrestrem, sed magis cælestẽ [exultationẽ] emphatice, vt tota gaudio sit absorta supra 35

F Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet ab eis dolor & gemitus. Secundo, quantum ad vitæ diuturnitatem [non erit amplius qui nõ impleat] ante tẽpus nõ morieris, sed puer [morietur centum annorum] idest quando peruenerit ad talem ætatem [&] si sit [peccator] quàmuis tantum vixerit, maledictioni subiacebit.

cit dominus. Ad quem aũt respiciam, nisi ad pauperculum & contritũ spiritu & trementem sermones meos? Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virũ, Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, Qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat, Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde, & ego eligam illusiones eorũ, & quæ timebant adducam eis, quia vocaui, & non erat qui responderet, locutus sum, & non audierũt. Feceruntq; malum in oculis meis, & quæ nolui elegerũt. Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos, & abiicientes propter nomẽ meum, Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequàm parturiret, peperit, antequam ueniret partus eius, peperit masculũ. Quis audiuit vnquàm tale, & quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Syon filios suos? Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero, ait dominus deus tuus? Letamini cum Hierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaude te cum ea gaudio vniuersi, qui lu-

Gene. 25. Mortuus est Abraham in senectute bona. Mistice, in cælesti Hierusalem oẽs dies suos implebunt quia nullus morietur. [Puer centum annorum] idest, qui vsq; ad ętatem senectutis pueriliter vixit [morietur] morte æterna. Sap. 4. Senectus.n. venerabilis est, non diuturna, neque numero annorũ cõputata. Tertio, quantũ ad bonorum prosperitatem. Tũ, quantũ ad securitatem possessionum. [Et ædificabunt] Amos, vlt. Plantabunt vineas, & ædificabunt domos. Et assignat rationem. [Secundũ enim dies] idest, ga diu viuẽt sicut diu durat lignum arboris [Inueterabunt] idest, vsque ad vetustatem in vsum eorũ remanebunt. Psa. 1. Erit tãquàm lignũ quod plantatum est secus decursus aquarũ. Tum, quantum ad pacem filiorum. [Neque generabunt in cõturbatiõe] quasi generãtes filios in seruitutem hostiũ. Eccl. 44. Cum semine ipsorum perseuerant bona. Quarto, quantum ad precũ exauditionẽ. [Eritq; anteq̃ clamet] ore. supra 30. Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. Quinto, quantũ ad pacis trã-

quillitatem. [Lupus & agnus] quia qui prius tyranni & malefactores, pacifice cum aliis morabuntur &c.

CAP. LXVI.

HIc determinat modũ executionis dictæ sentẽtiæ, Et primo, specialiter q̃tũ ad Iudæos. Secũdo, vniuersaliter quantũ ad oẽs, ibi [Ego aũt opera eorũ & cogitationes &c.] Prima, diuidit ĩ duas. In prima, excludit falsã cõfidẽtiã. In secũda, pponit & determinat datã sñiam, q̃tũ ad modum executionis, ibi [Audite verbũ dñi &c.] K Circa primũ, duo. Primo, excludit falsã fiduciã a tẽpli sanctitate, ostẽdens tẽplũ non esse dei locũ: tũ, ex dei magnitudine qui oĩa implet [cęlũ, sedes [dr̃ quia multũ participat de bonitatibus ipsius, sicut sedes magnã partẽ sedẽtis habet [terra scabellũ] q a terra minimũ participat de bonitatib⁹ ipsius, sicut extrema pars ad scabellũ puenit, vel per cęlũ sanctos, per terrã terrenos. 3. Reg. 8. Si cælũ & cæli cælorũ nõ te capiũt. Hier. 23. Cęlũ, & terrã ego impleo. tũ, ex quiete, Quia in loco quiescit vnũquodque, cuius est locus, deus aũt nõ quiescit in aliquo, sed oĩa in ipso sicut ab ipso facta [Et quis est locus] Et dat vtile remediũ. [Ad quem autem, pauperculum] idest humilem qui se parũ reputat, quantum ad præsentia [contritum] de peccatis præteritis [trementem] quantum ad propositum de futuris faciendis. Eccl. 15. Oculi eius ad timentes eum. Secundo, excludit confidentiam quàm conceperant, ex ritu sacrificiorum. Et primo, ponit ipsorũ reprobationem. [Qui immolat bouem] ac si diceret ita sunt abomina-

minabilia ipsorum sacrificia, ac si aliquid contra legem facerent, A quia eadem idolis offerebant [qui benedicat] laudat & veneratur, supra. 1. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Secundo, ostẽdit reprobationis rationem. Primo, ponens culpam. [Hęc omnia elegerunt] scilicet sacrificia ambulantes [in viis suis] malis. Prouerb. 2. Letantur cũ male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Secundo, cõminatur pœnam. [Vnde & ego.] Prouer. 3. Illusores ipse deludet. Iob. 3. Timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. Tertio, arguit peccantiũ duritiam. [Quia vocaui.] Prouer. 1. Vocaui & renuistis. [Audite verbum domini &c.] Hic exequitur modum executionis, dictæ sententiæ. Et primo, quantum ad præmia bonorũ. Secundo, quantum ad supplicia malorum, ibi [Et cognoscetur &c.] Prima, in duas. Primo, excitat attentionem. [Audite qui tremitis] ex reuerentia verborum ipsius. Eccl. 2. Qui timetis dominum credite illi. Secundo, prosequitur promissionem. Et primo, quantum ad vindictã de irrisoribus, ponẽs eorũ irrisionẽ [dixerunt fratres vestri [glorificetur].q.d, nũquàm apparebit. supra. 5. Festinus velociter veniet, & nõ est deficiens, neque laborans in eo. Et prædicens eorũ confusionem. [Ipsi autẽ cõfundentur] hoc modo [vox populi] timentis [vox domini] quantum ad hostium tumultus. Soph. 1. Vox diei domini amara. Secundo, exequitur promissionem quantum ad bonorum abundãtiam. Et primo, ad populi readunationem ponens promissionẽ. D [Antequàm parturiret] idest subito, & simul filii Hierusalem congregabuntur ad ipsam, sicut si mulier subito filium pareret, non præcedente partu. supra. 37. Venerunt filii vsque ad partũ, & virtus non est pariendi. Mistice, exponitur de partu beatæ Virginis, & de partu ecclsiæ in conuersione fidelium, & de parturitione æternæ generationis. Et inducit admiratiuam quæstionẽ. [Quis audiuit vnquàm tale &c.] Et primo, ponit responsionem ex persona domini. [Numquid ego, non pariam] congregans Iudæos, vel fideles conuertens, vel filium ab æterno generans? Simile. Psalm. 93. Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat? Et hæc argumenta tenent, si illud, quod est perfectionis in creaturis attribuat deo, remoto omni eo quod imperfectionis est. Secundo, promittit congregatis immensam consolationem. Et primo, inuitat alios ad congratulationem. [Letamini cum Hierusalem, mea,] sicut in obiecto gaudii, ponẽs conditionem congratulantium, quantum ad affectum [qui diligitis] Can. 5. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. E Quantum ad affectus signum [qui lugetis.] Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et congratulationis fructum. Quantum ad participationes letitiæ, vel pacis, [vt sugatis.] Can. 1. Meliora sunt vbera tua vino. Quantum ad participationem gloriæ [vt mulgeatis] quasi mulgentes lac. Iob. 22. Tunc super omnipotentem delitiis afflues. Secundo, promittit copiosam collationem pacis. [Quia hæc dicit dominus, declinabo inundantem.] Et vocatur redundantia, sicut fluuius descendens cum magno impetu venit, nec redundat. Et gloriæ [& quasi torrentem.] Tertio, promittit consolationis plenam perceptionem. Primo, quantum ad gentium administrationẽ quam sugetis in [gloriam gentium,] quia ipsi reges gentium consolabuntur, & sustentabunt vos. Vnde sequitur. [ad vbera.] Mistice, loquitur de Apostolis qui in gloriam gentium velo-

getis super eam, vt sugatis, & repleamini ab vbere consolationis eius, vt mulgeatis & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hæc dicit dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundãtem, gloriam gentium quam sugetis. B Ad vbera portabimini, & super genua blandiẽtur vobis. Quõ si cui mater blandiatur, ita ego cõsolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi hærba germinabunt. Et cognoscetur manus domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationẽ suã in flãma ignis. C Quia in igne domin⁹ dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnẽ, & multiplicabũtur interfecti a domino. Qui sanctificabũtur & mũdos se putabãt ĩ hortis post ianuã intrinsecus, qui comedebãt carnẽ suillã, & abominationẽ & murẽ, simul consumentur dicit dominus. Ego autem opera eorum &

A citer conuersarum delectati sunt, & eas quasi ad vbera blandis admonitionibus portauerunt. Secundo, quantum ad diuinam protectionem. [Quomodo sicui mater.] Hebræ. 12. Obliti estis consolationis, quæ vobis tamquàm filiis loquitur dicens, Fili mi noli negligere disciplinam domini, neque fatigeris cum ab eo argueris. Tertio, quantum ad bonorum fruitionem. [videbitis.] bona a deo vobis data, [ossa] vos qui in aduersitate sicut ossa arida eratis. Ezech. 37. Ossa arida, audite verbũ domini. Vel videbitis diuinam essentiam. Eccl. 11. Dulce lumen & delectabile oculis Solem videre, [ossa] quasi hærba germinabunt in resurrectionem. [Et cognoscetur &c.] Hic promittit malis supplicia. Et primo, comminatur pœnam, Ponens iudicis indignationem [manus] affligens impios in seruis, vel [manus] consolationis, [in seruis] per effectum. supra. 28. Indignatio non est mihi. Ponit etiam pœnæ magnitudinem [quia ecce domin⁹ in igne] quo ciuitas comburenda erat, vel quo mundus purgandus. Psa. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius [quadrigæ] exercitus Chaldæorum, in quo, quasi venit deus, vel angeli qui cum ipso ad iudicium venient. Ponit etiam punitorum multitudinem [multiplicabuntur.] supra. 34. Victima enim domini in Bosra & interfectio magna in terra Edom. Secundo, improperat culpam [qui sacrificabantur] putantes se mundare ab immundis aquis, vel etiam sacrificiis idolorũ [in hortis] in quibus idola colebant, vel voluptati se exercebant, vna cum mulieribus more pecudum coeuntes. Vel [post ianuam] ad literam [murem] glirem, contra legem. Leuit. 11. supra. 65. Comedent carnem suillam, & ius prophanum. [Ego autem &c.] Hic prosequitur modũ descriptionis, quantum ad omnes communiter. Et primo, indicit vniuersale iudiciũ [opera & cogitationes] pro vtrisque iudicans [venio] in die iudicii. Vel diuersa regna hostium vestrorum & in vobis malos destruens [venient] Hierusalem post vestrum reditum, vel ad iudicium, vel ad fidem. Ioel. 3. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vẽdidisti eos. Secundo, ponit citationem. [Et ponam in eis] idest Iudæis qui erunt cum Zorobobel & aliis ducibus. [signum] ædictum Cyri [ad gentes] ad quas dispersi erãt Iudæi, [Lidiã, tenẽtes sagittã] quia sunt boni sagittarii [gloriã meã] quæ apparebit in vestra liberatione. supra. 11. Leuabit signũ in nationibus. Vel [signũ] crucis ponit in apostolis vt oẽs ad deũ conuertant, quasi ad iudiciũ præparãtes. Tertio, ponit iudicandorum præparationem. Et primo, quantum ad bonos. Secundo, quantum ad malos. [Et egredientur & videbunt.] Prima, in duas. Primo, quantum ad Iudæos ponens honorificam reuersionem. [Adducent in equis] per quæ significãtur subsidia, quæ a gentibus reuertentes habuerunt. Baruch. 5. Adducet hos dominus ad te. Vel significantur diuersæ conditiones eorum, qui conuertuntur ad fidem, sicut exponit Gloss. Secundo, reuersionis exaltationem. Primo, quantum ad dignitatem. [Et assumam] quod ad literam impletum est in Iudæis, & etiam in apostolis. supra. 61. Vos sacerdotes domini vocabimini, ministri dei nostri dicetur vobis. Secundo, quantum ad seminis conseruationem. [quia sicut cæli noui, sic stabit] in perpetuũ. Hierem. 31. Si defecerint leges istæ coram me dicit dominus, tunc & semen Israel deficiet. Vel sancti stabunt in æternum innouati sicut cælum & terra. Tertio, quantũ ad gloriæ

cogitationes eorum venio vt congregem, cum omnibus gẽtibus & linguis, & venient & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signũ, & mittam eis qui saluati fuerint ad gẽtes in mare, in Aphricã, in Lydiam, tenẽtes sagittam in Italiam, & Greciã, ad insulas longe, ad eos qui nõ audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donũ domino, in equis & in quadrigis & in lecticis & in mulis & in carrucis, ad montem sanctum meum Hierusalem dicit dominus, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo, in domum domini. Et assumam ex eis in sacerdotes & leuitas dicit domin⁹. Quia sicut cæli noui & terra noua quæ ego facio stare coram me dicit dominus deus, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, & sabbathum ex sabbatho. Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur & videbunt cadauera virorum, qui præuari-

riæ durationem. [Et erit mensis] quasi mensis mensi, & festum festo in vestra prosperitate succedet. supra.29. Additus est annus ad annum, & solennitates euolutæ sunt. Mistice, ecclesia post finem, & qui est spiritualis, post carnalem. Secundo, quantum ad gentiles. [Et venient omnis,] quia de diuersis nationibus veniebant Hierusalé ad dominum adorãdum. Psalm.65. Omnes gentes venient & adorabunt coram te domine. vel in die iudicii. [Et egredietur &c.] Hic ponit secundum iudicium, quantum ad malos. Et primo, pœnæ emanationem. [Et egredientur] venientes Hierusalem. [Et videbunt] in monumentis antiquis & in campis, ossa mortuorum patrum. supra. 34. Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor. Vel sancti videbunt dãnatos in damnationem cadentes. Secundo, ponit pœnæ durationem. [Vermis eorum] conscientiæ, qua etiam mortui torquebuntur. Et [ignis] inferni. Iudith. 16. Dabit ignes & vermes, in carnes eorũ. Tertio, de pœnis delectationẽ, quantũ ad videntes. [Et erunt, vsque ad satietatem omni carni] idest sanctis.

cati sunt in me. Vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Psal. 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. A quibus pœnis nos liberet, qui incipere & consumare dedit, Iesus Christus dominus noster. Cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G.

Omnes sunt Quaterniones, præter G, qui est Duernio.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M.D.LXX.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN HIEREMIAM PROPHETAM EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

HIc est fratrum amator & populi Israel. Hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta dei. 2.Machabęo. vltim. Verba ista sunt Oniæ summi sacerdotis ad Iudam Machabæum, in visione Hieremiam commendantis. Ex quibus quatuor possunt accipi circa præsens opus quod præ manibus habetur, scilicet author, materia, modꝰ, & vtilitas. Circa authorem, tria designat præsens authoritas, scilicet officium, affectum, & actũ. In officio ostenditur prophetalis dignitas. Vnde dicit Hieremias propheta domini. In affectu, fraterna charitas. Vnde dicit. Hic est fratrum amator. In actu, compassionis pietas. Vnde dicit. Hic est qui multum &c. Dicitur autem propheta dei ad differentiam aliorũ, qui non sunt prophetæ dei. Sunt enim quidam prophetæ cæli, quidam prophetæ diaboli, quidam prophetæ dei. Prophetæ cæli sunt, qui ex figuris cæli in moribus siderum futura coniicere student. Et de istis dicitur. Esa. 47. Stent & saluent te augures cæli &c. Et ad hunc modum prophetiæ reducitur omnis diuinatio, quæ fit per aliquas causas vel signa in rebus naturalibus inuenta. Prophetæ diaboli sunt, qui ex reuelatione dæmonum aliqua futura cognoscunt, quæ quidem vt dicit Augustinus, ipsi dæmones cognoscunt experientia longi temporis, vel perspicacitate naturæ, vel reuelatione supernorum spirituum. Et de istis dicitur. infra. 2. Prophetæ prophetauerunt in Baal &c. prophetæ autem dei sunt qui mediantibus angelis, vt dicit Dion. de futuris a deo illuminationem accipiunt. Vnde Cassio. dicit. quòd prophetia est diuina inspiratio rerum euentus, immobili veritate denuntians. Et ideo dicitur. Luc. 1. Tu puer propheta altissimi vocaberis &c. Prima prophetia contemnenda est, quia vana: nõ enim habet immobilem veritatem. Effectus enim recipiunt contingentiam a causis proximis, non necessitatem a causis primis. Et ideo dicitur. Hierem. 10. A signis cæli nolite metuere. Secunda, est fugienda omnino, quia deceptoria & pernitiosa. Zach. 13. Pseudo prophetas & spiritum immundum auferam de terra. Tertia, est sequenda & tenenda, quia illuminatiua. 1. Petr. 1. Habemus firmorem propheticũ sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Dicuntur autem isti sancti prophetæ, prophetæ dei, propter tria. Primo, quia a Deo inspirati. Ioel. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Econtrario de falsis prophetis, qui per spiritum suũ loquuntur dicitur, Ezec. 13. Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suũ &c. Secundo, quia a deo missi. Matth. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes &c. Esa. 29. Et nunc misit me dñs &c. Econtrario de falsis prophetis. infra. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant &c. Tertio, quia deũ testificati. Huic omnes prophete testimonium perhibent &c. Esa. 44. Vos estis testes mei. Affectus autem ostenditur feruens fraterna charitate. Vnde dicit, hic est fratrum amator. Affectus autem prophetarum, tripliciter variatur. Quidam enim sunt amatores lucri. Esa. 56. Dormientes & amantes somnia & canes impudentissimi, nescierunt saturitatem &c. Quidam amatores fauoris humani, de quibus Mat. 23. Amant primos recubitus in cœnis, sed tertii sunt amatores populi, implentes illud Apostoli ad Heb. vlti. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Primi, spoliabant diuitiis. Michæe. 3. Hæc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus, & prædicant pacem. Ezech. 13. Violabant me ad populum meũ propter pugillum ordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. Secundi, decipiebant blanditiis. Ezech. 22. Prophetæ eius liniebant eos absque temperamento videntes vana, & diuinantes ei mendacium. Sed tertii instruebant veris doctrinis. infra. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. In actu autem ipsius, ostenditur pia cõpassio eius ad populum suum, ibi [Hic est qui multum.] Est oratio eius multa siue magna, tripliciter. Primo, altitudine contemplationis. infra. 18. Recordare quòd steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuã ab eis. In conspectu eius astare est per contemplationem præsto esse. Secundo, fuit magna ex magnitudine compassionis. Tren. 2. Conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meũ. Tertio, fuit magna assiduitate temporis, quia ante captionẽ & post. Vnde Iac. vlt. Multum valet deprecatio iusti assidua. Et hæc tria, scilicet prophetalis dignitas, fraternalis charitas, & compassionis pietas, necessaria sunt prophetę. Cum ergo propheta constituatur quasi medius inter deum, & populum, sicut dicitur Deut. 5. Ego sequester & medius fui, inter deum & vos, oportet quòd per donum prophetiæ coniũgatur deo, sicut dicitur Sapien. 7. Per nationes, in animas sanctas se transferet. & per charitatis vinculum iungatur populo. Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis. Et sic orando, causam populi referant ad deum, & prædicando causam dei ad populum. Ex his autem tribus, statim apparent alia tria. Ex officio enim patet modus, procedit enim per similitudines & figuras, qui proprius modus prophetarum est. Numeri. 13. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, & per somnium loquar ad illum. Ex affectu patet vtilitas. Sicut enim dicitur Ecclesi. 6. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Est enim finis bene viuere, & ad immortalitatis gloriam peruenire. Sed materia apparet ex actu. Est enim materia secundum sensum historicum captiuitas populi, quæ compassionis orationem excitabat. Vnde dicitur Baruch. 2. Anima in angustiis & spiritus anxius clamant ad te.

HIc est fratrũ amator & populi Israel. Hic ẽ qui multũ orat, ꝓ populo & vniuersa sãcta ciuitate, Hieremias ꝓpheta dei.

EIVSDEM DIVI THOMAE IN PROLOGVM BEATI HIERONYMI EXPOSITIO.

VIC autem libro Hieremiæ, qui librum de hæbræo in latinum transtulit, præmitit prohæmium in quo more rhetorico tria facit. Primo, reddit attentos. Secundo, dociles facit, ibi [Hic vaticinari &c.] Tertio, beneuolos, ibi [Quod nos mensuræ &c.] Reddit autem attentos, dupliciter. Primo, ex scripturæ profunditate. Secundo, ex scribentis authoritate, ibi [Sacerdos ex sacerdotibus.] Circa primum, duo facit. Primo, comendat profunditatem mysterii, ī quo ęquat ipsum aliis prophetis, ibi [Sed sensibus par.] Et causam ostendit, vnitatem spiritus inspirantis, ibi [Quippe qui eodem spiritu prophetauerit.] 1. Corin. 14. Spiritus est, qui loquitur mysteria. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Secūdo, excusat rusticitatem eloquii, ibi [Porro &c.] Et ideo ipse dicit. infra. 1. Nescio loqui, quia puer ego sum. Authoritatem autē scribentis, ostendit ex tribus. Primo, ex genere simul & dignitate, ibi [Sacerdos ex sacerdotibus.] unde suum erat docere legem. Malach 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Secundo, ex priuilegiata sanctitate. [Et in matris vtero &c.] Vnde dicitur. cap. 1. Antequàm exires de vulua sanctificaui te. Tertio, ex carnis integritate [virginitate] quæ probabatur ex hoc quod dicitur. infra. 16. Non accipies vxorē in loco isto, & non erunt tibi filii. [Hic vaticinari &c.] Hic reddit dociles determinans tempus [capriuitatem vrbis, non solum spiritu futuram sed & oculis carnis,] præsentem: & determinans materiam, quia scilicet nō decem tribubus, sed tantum duabus prophetauit. [Iam enim &c.] 4. enim Reg. 17. patet, quòd decem tribus captiuatæ sunt a rege Assyriorū tpe Achaz regis Iuda [coloniæ] idest alienigenæ ad incolendum terram adducti [planxit] in Trenis. [Quod nos mensuræ &c.] Hic reddit beneuolos ex persona sua, tribus locis. Primo, de bonis a se factis sine arrogantia dicens [quod nos mensuræ] singulis scilicet verbibus, literas ordinatim prescribentes, quantum ad Trenos, per ordinem, quātum ad ipsum librum Hieremiæ. Secundo, crimen illarum diluit, excusans se de Baruch, quē prętermisit. [Librum autem &c.] Tertio, ostendit quę sibi difficultates instent, ex cōtradictione æmulorū. Vñ primo, ponit eorum inuidiam [pro his omnibus] Secundo, ponit assumpti laboris cām [Et hæc patior &c.] Ceterum]. q. d. nisi essent preces vestræ, poteram eorū rabiem nihil transferendo, euadere.

PROLOGVS S. HIERONYMI Præsbyteri in Hieremiam Prophetam.

HIERE'MIAS propheta cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Esaiæ & Osee & quibusdā aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquii, de loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie viculus tribus ab Hierosolymis distans millibus sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus, uirginitate sua Euāgelicum virum Christi ecclesiæ dedicans. Hic uaticina ri exorsus est puer, & captiuitatē vrbis atque Iudææ non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est. Iā decē trib⁹ Israel, Assyrii in Medos transtulerant, iam terras earū coloniæ gentium possidebant. Vnde in Iuda tantum & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suæ ruinas, quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensuræ metri, versibusque reddidimus. Præterea ordinem visionum, qui apud Gręcos & Latinos omnino cōfusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarii eius, qui apud hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus, pro his omnibus maledicta ab ęmulis pręstolātes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos cogitis. Ceterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorū, silentio meo ponere, quàm quotidiæ noui aliquid scripritātem, inuidorum insaniam prouocare.

INCIPIT



INCIPIT EXPOSITIO DIVI THOMAE IN HIEREMIAM PROPHETAM.

HIST liber more aliorū prophetarū, in duas partes diuiditur, scilicet in titulum & tractatum, qui incipit, ibi [Et factum est &c.] In titulo, duo facit. Primo, describit authorem. Secundo, prophetiæ tempus, ibi [Quod factum est.] Describitur autem author, tripliciter. Primo, ex nomine [Verba Hieremiæ] supple hęc sūt. Et interpretatur excelsus domino, quod competit eminentiæ contemplationis. Secundo, ex genere prophetali [filii Helchię] secundum regulam enim Hieronymi, vbicumque ꝓphetæ pater in titulo ponitur, ipse etiā propheta fuit. Et sacerdotali [de sacerdotib⁹] quorū erat scire legē. Aggei. 2. Interroga sacerdotē legē. Tertio, describitur ex habitatione propria. Qui fuerūt in Anathot.] Acceperunt enim leuitæ in singulis tribubus aliquas villas in quibus morarentur, sicut dicitur Num. vlt. De istis verbis dicitur Esaiæ 59. Verba mea nō deficient. Sciendū est autē, quòd quidā prophetæ intitulātur ab actu interiori. Vnde dicitur. Visio Esaiæ, Vel visio. Abdiæ. Quidam ab actu exteriori, & isti intitulantur per verbū, sicut hic. Quidam a materia comminationis, & sic intituantur per Onus, sicut Abacuch & Nahum.

b ¶Hic describit prophetiæ tempus, quia sub tribus regibus prophetauit, de quibus habetur. 4. Reg. 20. & deinceps. Sed cum supra dixerit, verba, quare hic singulariter dicit, verbum? Ad quod, dicendum, quòd verba prophetalia suntquidē multa in se, sed sunt vnū in sua origine, quia a verbo increato originantur. Sed cum illud verbum sit æternum vt dicitur Ioan. 1. quo modo dicitur factum? Et dicendum, quòd non dicitur factum simpliciter, sed ad aliquem, non quidem mutatione facta in verbo, sed in eo cui per verbum fit reuelatio: secundum quem modum, dicitur deus factus refugium nostrum. Item quæritur, quare non fit mentio de aliis duobus regibus, scilicet Ioatham filio Iosiæ, & de Ioachim filio Ioathim, qui & alio nomine Iecōnias dictus est. Et dicendū, quòd vterque istorū regnauit tantū tribus mensibus, vt dicitur. 4. Reg. 24. Et quia sacra scriptura non curat minutias, cōputātur cū temporibus aliorū regūm [mēse quinto] quo fuit destructa, licet mense quarto capta, vt dicitur. infra. 39.

c ¶Hic incipit tractatus ipius libri. Et primo, iniungitur Hieremiæ prophetandi officium. Secundo, ponitur prophetæ iam cōstituti, vaticinium, ibi [Et factum est] ca. 2. Prima, in duas. In prima, iniungit officium. In secunda, ostendit executionis modum, ibi [Tu ergo accinge.] Prima, in duas. In prima, constituitur in prophetali officio. In secunda, designatur sibi prophetiæ suæ materia, ibi [Et factum est verbum &c.] Prima, in duas. In prima, narratur prophetiæ præparatio. In secunda, doni prophetalis collatio, ibi [Et misit &c.] Prima, in tres. In prima, ponitur præparatio ex parte domini. In secunda, ponitur contradictio prophetæ, ibi [Et dixi. A, a, a.] In tertia, contradictionis repulsio, ibi [Et dixit dominus.] Circa primum, tria. Primo, ponitur prophetæ prę paratio [factum est verbum] vel exterius per subiectam creaturam, vel interius per inspirationem. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus deus. [te formarē] in ipsa enim natura formatē, deus operatur formam, scilicet sicut causa prima in secunda. Iob. 10. Pelle & carnibus vestisti me [noui] notitia approbationis. Esa. 49. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Secundo, ponitur priuilegiata sanctificatio [& antequàm] Eccl. 49. Male tractauerunt illum, qui a ventre matris consecratus est propheta &c. Tertio, ponitur officii præordinatio [Et prophetam, dedi] scilicet in mea ordinatione. Esa. 44. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Circa sanctificationem in vtero, quatuor videamus. Primo, tempus. Et videtur quòd ante infusionē animæ possit esse huiusmodi sanctificatio, per illud quod dicit glo. Ambrosii Luc. 1. Nondum inerat spiritus vitæ, & iam inerat spiritus gratiæ. Præterea hic dicitur. Priusq; te formarem in vtero noui, & intelligitur de spirituali notitia, quæ est approbationis. ergo ante formationem, gratiam habuit. Ecōtra, videtur quòd nō antequàm ex vtero nascatur, quia dicit Aug. Non potest renasci nisi iam natus: nullus autem habet gratiā nisi renatus, quia per gratiā fit qs filius dei. ergo nec gratiam sanctificationis. Ad hoc dicendū, quòd sanctificatio de qua loquimur fit per gratiam, cuius subiectum est anima. Et ideo ante infusionē animę nō potest esse, sed post infusionem ante natiuitatem ex vtero, fit ex speciali priuilegio. Ad primum dicendum, quòd spiritus vitæ dicitur, ibi aer exterius, libere respiratus, vel dicitur inesse spiritus vitæ si de anima accipiatur, quando innotescit. Ad aliud dicendū, quòd intelligitur de notitia approbationis, quæ est secundum prædestinationem ad gratiam, & non dicitur secundū præsentem iustitiam. Ad aliud dicendum, quòd nullus potest renasci lege cōmuni, regeneratione quæ est per sacramenta antequàm sit natus, quia nō dū subiacere potest operationibus ministrorū ecclesiæ, per quos huiusmodi gratia dispensatur. Sed deus potentiam suā non alligauit sacramētis, & ideo ipse potest speciali priuilegio aliquē in vtero sanctificare. Secundo queritur, quibus conueniat sanctificatio ista. Et videtur quòd Christo, de quo dicitur hic in glo. ꝙ anteq̄ de vulua exiret, sanctificatus est in vtero. Sed contra. Sāctificari est de non sancto fieri sanctū. Sed ipse nūquàm fuit non sanctus. ergo &c. Item, videtur, quòd conueniat rebus inanimatis per id, quod dicitur in Psal. 45. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. In cōtrariū est, quòd huiusmodi nō sunt susceptiua gratiæ. Et dicendum ad primum, quòd non sanctum dicitur dupliciter. Vel priuatiue, & tūc requiritur existētia subiecti, & sic Christo nō cōuenit: aut negatiue, & sic cōuenit Chto de nō sancto fieri sanctū, quia anteq̄ esset hō, non erat sanctus sanctitate creata. Ad aliud dicendū, quòd sanctū dicitur, vno modo, cultui diuino dicatū, & sic res animatæ & inanimatæ sanctificari possūt. Alī quando autem sanctū dicitur, firmū, vel mūdū, vel a peccato, vel a carnali actu. Et talis sanctificatio est per gratiā, & tantū in hominibus possibilis. Cū aūt oīs sanctificatio ordinetur ad illā sanctissimā filii dei conceptionē, conuenienter mater in cuius vtero celebrata est illa conceptio, sanctificata fuit, & Ioan. baptista qui adhuc clausus vtero, clausum in vtero ostendit; & Hieremias qui inter alios expressius modum illius sanctissimæ conceptionis distinxit, infra. 21. Creauit dominus nouum super terram, femina circundabit virum. Quæritur tertio, de effectu sanctificationis. Et sciendum est, quòd sanctificatio ordinatur contra immunditiam peccati originalis, in quo est considerare reatum carentiæ diuinæ visionis ex carentia debitæ iustitiæ, & hunc totaliter amouit, quantum pertinet ad impedimentum personæ, licet nondum esset solutum pretium, quo amoueretur impedimentū naturæ. Est etiā considerare fomitē, qui est pronitas ad omne malū, & hic quidē manet, sicut habitus impeditus non inclinās ad id ad quod est, sed in aliis inclinabat ad veniale, quāuis nō ad mortale: in beata aūt virgine, ad neutrū horū. Quarto, quæritur de comparatione gratię sanctificationis ad gratiam sacramentalem. Et dicendum, quòd simpliciter præualet gratia sanctificatio-

Incipit Hieremias prophetas. Cap. I.

A VERBA Hieremiæ prophetæ, filij Helchiæ de sacerdotibus qui fuerunt in Anathot, in terra Beniamin.

b ¶Quod factum est verbum domini ad eum, in diebus Iosiæ filii Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioachim filii Iosiæ regis Iuda, vsque ad consumationem vndecimi anni Sedechiæ filii Iosię regis Iuda, vsque ad transmigrationē Hierusalem, in mense quinto.

c ¶Et factum est verbum domini ad me, dicens. Priusquàm te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A, a, a, domine deus. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dominus ad me. Noli dicere quia puer sum, quoniam ad omnia quæ mittam te ibis, & vniuersa quæcumque mandauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia tecum ego sum vt eruam te, dicit dominus. Et misit dominus manum suā & tetigit os meum, & dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo, Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

nis, quia post gratiam sacramentalem manet inclinatio ad peccatum mortale. Sed secundum quid prævalet gratia sacramentalis, scilicet quo ad impressionem characteris, & huiusmodi. [Et dixi.] Hic ponitur prophetæ contradictio. Et primo, ponit suum stuporem, A, propter defectum vitæ, A, propter defectum scientiæ, A, propter defectū eloquētiæ. Ezec. 4. Et dixi, A, A, A. Secundo, ponit stuporis rationem. Et allegat defectum eloquentiæ. [Ecce nescio loqui.] Exo. 4. Non sum eloquens ab heri & nudius tertius. Et ætatem pueritiæ [quia puer ego sum] vnde non conuenit ætas mea prædicationis officio. Iob. 32. Sperabam quòd ætas prolixior loqueretur, & annorū multitudo doceret sapientiā. Eze. 32. Loquere maior natu, decet enim te. Quare autem hic recusauit officium prędicationis, ad quod Esaias se obtulit, Esa. 6 ostendit Gregorius in glos. illa. Officiū inq̄t, p̄dicationis alii laudabiliter appetunt, ad qd̄ alii laudabiliter coguntur &c. quia hic ex amore quo ferebatur in deum, dāna contemplationis timebat, & ille per dilectionem proximi, salutem proximorū cupiebat. Nec tamen ille ante purgationem se obtulit, nec iste pertinaciter recusauit. [Et dixit dominus] Repellit hanc contradictionē. Et quia ille allegabat pueritiam, promittit tria, contra tres defectus puerorum. Pueri enim sunt inconstantes. Et contra hoc promittit constantiam [noli dicere] te excusando [ad omnia] exequendum. infra 10. Non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Prouer. 3. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Item, promittit eloquentiam contra hoc, quòd pueri sunt elingues. [Et vniuersa.] Sapient. 10. Sapientia aperuit os mutorum & linguas infantium fecit dissertas. Promittit audaciam contra timiditatem puerorum. [Ne timeas, vt eruam te.] Non quòd angustiis careas, sed quòd omnia patienter feras. Psalm. 22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es [Et misit dominus] Hic offert prophetiæ donum per modum sacramenti. Vnde primo, ponit factio. [Misit dominus] imaginaria visione, vt humana membra videns puer non expauesceret, per quam signatur liberalitas diuinæ bonitatis. Psal. 103. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Non autem purgatur ante ignito calculo, vt Esaias, quia propter pueritiā, & sanctificationis gratiam, peccata nulla habebat. Secundo, ponuntur verba. [Et dixi &c.] Quæ tria continet. Primo, exprimit donum. [Ecce dedi.] Psalm. 67. Dominus dabit uerbum euangelizantibus, virtute multa. Secundo, ostendit gradum. [Ecce constitui te super gentes] diuersas quibus prædicauit, quasi mediator inter ipsas & deum. Exo. 7. Ecce constitui te deum Pharaonis. Psalm. 17. Constitues me in caput gentium. Tertio, exponit officium [vt euellas] mala, quantum ad radicem [destruas] quantum ad malæ ordinationis machinationem [disperdas] malorum adunationem [dissipes] mali defensionem [ædifices] bona, quantum ad ordinem [plantes] quantum ad radicem. Non enim indigent exteriori munimine quasi sepe. Eccl. 49. Consecratus est propheta, euertere, eruere, & perdere, & iterum ædificare & renouare.

d ¶ Hic determinat materiam ad quam specialiter prophetandam constituitur, scilicet destructionem Hierusalem & captiuitatem populi. Et primo, ostendit prophetiæ certitudinem. Secundo, ostendit ipsam captiuitatem, ibi. [Et factum est.] capit. 2. Circa primum, tria. Primo, ponitur prophetæ excitatio ad videndum. [Quid tu vides] quasi dicat, ex quo propheta es, tuum est videre 1. Regum. 9. Qui nunc dicitur propheta, olim dicebatur videns. Secundo, ponitur visio. [Et dixi. Virgam] quasi virgam in manu domini paratam ad percutiendum [video] imaginaria visione. Tren. 1. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ sunt & impositæ collo meo. Quidam intelligunt virgam vigilantem, virgam latronum ad attrahenda spolia de domibus per fenestras,

d ¶ Et factum est verbum domini ad me, dicens. Quid tu vides Hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud.

e ¶ Et factum est verbum domini secundo ad me, dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie aquilonis. Et dixit dominus ad me. Ab aquilone pandetur omne malum, super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorū aquilonis ait dominus, & uenient, & ponent unusquisque solium suū in introitu portarum Hierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super uniuersas urbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me & libauerūt diis alienis & adorauerūt opus manuū suarū. Tu ergo accinge lūbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam uultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā, & in colūnam ferreā, & in murum æreū super oēm terrā, regibus Iuda principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terræ, & bellabūt aduersum te & non præualebunt, quia ego tecum sum ait dominus, ut liberem te.

F dum ipsi vigilant aliis dormientibus, sed primum melius. Tertio, ponitur expositio. [Et dixit, bene] quasi dicat, congruunt veritati. [Vigilabo] solicitus ero. Esa. 55. Verbum quod egredietur de ore meo.

e ¶ Hic ponit ipsam destructionem ciuitatis. Et primo, ponitur excitatio ad videndum [Quid tu vides] ut supra. Secundo, visio. [Et dixi. Ollam succensam.] Quod signat combustionem ciuitatis [& faciem] fundum [aquilonis] vnde ignis accendebatur. Ezech. 24. Pone ollam super prunas vacuam, vt incalescat, & liquefiat æs eius, & confle ctur in medio eius inquinamentū eius & consumatur rubigo eius. Tertio, ponitur expositio [Et dixit dominus.] Et primo, exponitur in generali [Ab aquilone] idest a rege Babylonis, qui ad aquilonem erat respectu terræ sanctæ [habitatores terræ] Hierusalem, vel aliarum adiacentium quæ per ipsum vastatæ sunt. infra 10. Ecce venit commotio magna de terra aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda solitudines & habitacula draconum. Secundo, prosequitur totum rei ordinem. Et primo, ponitur exercitus conuocatio, [quia ecce ego conuocabo] inspirando [Regnorum] subiectorum Nabuchodonosor. Esa. 5. Leuabit signum in nationibus procul. Secundo, ponitur ciuitatis obsidio. [Et venient, soliū] tentorium [in introitu portarum] quasi vsque ad muros obsidebunt. Esa. 22. Equites ponent sedes suas in porta, & reuelabitur operimentum Iudæ. Vel ponit ipsam captiuationem vrbis. Et tangitur id, quod habetur, infra 39. Ingressi sunt omnes principes regis Babylonis. & sederūt in porta media Tertio, ponitur habitantium punitio [& loquar iudicia] non verbis, sed pœnis. Ezech. 16. Iudicabunt te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem. [Tu ergo accinge.] Hic docet exercendi modum. Et primo, vt prompte exequatur [accinge lumbos tuos] quasi qui parat se ad velociter eundum. Iob. 40. Accinge sicut vir lumbos tuos. Secundo, quòd secure Et circa hoc, Primo, excludit timorem. [Ne formides.] Ezech. 3. Ne timeas eos neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est. Esai. 51. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnū ita arescet & oblitus est domini factoris sui, qui tetendit cælos & fundauit terram, & formidasti tota die a facie furoris eius, qui te tribulabat & parauerat ad perdendum? Vbi est nunc furor tribulantis &c. Secundo, promittit fortitudinem ad resistendum. [Ego quippe &c. in ciuitatem] ad alios sustentandum [in columnā. Esa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam sustentarem eum qui lapsus est, verbo. & vt in se non deficiat [& in murum æreum.] Ezec. 3. Vt adamantem & ut silicem dedi faciem tuā. Tertio, promittit hostiū frustrationem [& bellabunt, & non præualebunt] non poterūt te a ueritate auertere. infra 15. Dabo te populo huic in murum æneum, fortem, & bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te, dicit dn̄s. Circa prædicta sciēdum, primo, q̄ aliquis deus potest habere notitiā, Approbationis ut dictum est, Præuisionis. Eccl. 23. Dn̄o deo antequàm crearentur omnia sunt agnita, sic & post perfectum respicit oīa. Prædestinationis. Tim. 2. Nouit dominus qui sunt eius, Gratiæ infusionis. Io. 10. Cognosco meas & cognoscunt me meę. Specialis familiaritatis. Exo. 33. Et teipsum noui ex noīe: Glorificationis. Eccl. 44. Cognouit illum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem. Item notandum, q̄ aliquos tangit dominus corripiendo. Iob. 19. Miseremini mei, miseremini mei saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me, A peccatis mūdando. Matth. 8. Et Iesus tetigit eum dicens, volo mundare. Gratiam infundendo. Cantic. 5. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactū eius. In gratia cofortando. Danielis decimo. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, Feruorem excitando. Psalmus 143. Tange montes

montes & fumigabunt. [Item notandū, quòd anima peccatrix dicitur olla, propter concupiscentiæ feruorem. Iob. 40. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris, & ponet quasi cum vnguenta bulliunt: propter operis carnalitatem. Mich. 3. Ossa eorum confregerunt & conciderunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ: propter maculæ nigredinem. Nahū. 3. Facies omniū sicut nigredo ollæ. [Item notandū, quòd prædicta olla succēditur, Igne inordinati amoris. Psal. 79. Incensa igne & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. Iræ & contentionis. Esa. 50. Ecce omnes vos accendentes ignem, accīcti flāmis. Aeternæ dānationis. Deu. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. [Itē notādū, quòd diabolus dicitur Aquilo, propter tētatiōis impetum. Ecclesiast. 43. Vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas aquilonis & cōgregatio spiritus: quia impedit boni operis fructum. Can. 4. Surge aquilo & veni auster, perfla hortū meū & fluent aromata illius. quia siccat lachrymarum fluuium. Prouer. 25. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Item notandū, quòd munitur ecclesia vel anima, Diuino auxilio. Zach. 2. Ego ero eis ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius. Angelorum præsidio. Esa. 33. Munimenta saxorum sublimitas eius. Sanctorum patrum exemplo. Cant. 4. Turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Fratrū subsidio. Prou. 18. Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Sacramentorū remedio. Cant. 8. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum corā eo quasi pacē reperiens.

a CAP. II.

Et factum est verbum domini ad me, dicens. Vade & clama in auribus Hierusalem, dicens. Hæc dicit dominus. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatē desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. Sanctus Israel domino, primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorant eos, delinquent, mala uenient super eos, dicit dn̄s.

b ¶ Audite verbum domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel. Hæc dicit dominus. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerūt a me & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Et non dixerunt, Vbi est dominus qui ascēdere nos fecit de terra Aegypti, qui transduxit nos per desertū, per terrā inhabitabilē & inuiam, per terrā sitis, & imaginē mortis, & p terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo. Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius & bona illius. Et ingressi contaminastis terrā meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt, Vbi est dominus, & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Et prophetæ prophetauerunt in Baal, & idola secuti sunt.

c ¶ Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait dominus, & cum filiis uestris disceptabo. Transite ad insulas Cethim & uidete, & in Cedar mittite & considerate uehementer, & uidete si factum est huiusmodi, si mutauit gens deos suos. Et certe ipsi non sunt dii. Populus uero meus mutauit gloriam suam, in idolū. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini uehementer, dicit dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas.

a CAP. II.

Hic incipit vaticinium ipsius Hieremiæ, iam in prophetali officio constituti. Et diuiditur in partes tres. In prima, prædicit captiuitatem futuram. In secunda, plangit iam factā in Trenis. In tertia, inducit iam captiuatos ad pœnā in lib. Baruch. Prima, in duas. In prima, prædicit captiuitatem per modū prophetiæ. In secunda, narrat eam per modum historiæ. In cap. 53. Filius vnius anni. Prima, in duas. In prima, prophetat ad populū Iudæorum. In secunda, ad diuersos populos gentiū, quia illis et propheta constitutus est, vt patet ex præcedenti parte. Et hoc ca. 46. [Quod factum est verbū &c.] Prima, in duas. In prima, ponitur prophetia ad populū captiuandū, ante captiuitatē. In secūda, ad reliquias captiuitatis, post captiuitatē. ca. 39 [Anno. 39. &c.] Prima, in duas. In prima, ponitur Hieremiæ prædicatio. In secunda, audientium contradictio. ca. 34. [Verbum quod factum est &c.] Prima, in duas. Primo, ponit comminationem. Secundo, consolationem. ca. 30. [Hoc verbum quod factum est &c.] Prima, in duas. In prima, ponit veram comminationem. Secundo, excludit falsam consolationem. in cap. 27. [In principio regni &c.] Prima, in duas. In prima, ponitur comminatio ad populū vniuersaliter In. secunda, ad maiores specialiter. 20. c. [Et audiuit Phassur &c.] Prima, in duas. In prima, ponit comminationem. In secunda, propheta quasi compatiens interponit suam orationē. ca. 14. [Quod factum est verbū &c.] Prima, in duas. In prima, per iudicium conuincit culpam. In secunda, reuocat ad pœnitentiam. ca. 3. [Vulgo dicitur &c.] Prima, in duas. In prima, assignat tantæ dignationis rationē, eo scilicet quòd non statim post culpam, vindictam inferat, sed iudicio contendat vt reuocet. In secunda, prosequitur iudicii ordinem, ibi [Audite verbum &c.] Circa primum, duo. Primo, sumit rationem ex dei pietate [clama] aperte pronuncia [Hierusalem] habitatorum ipsius. Et ponit tria, quæ mouent ad pietatem. Primum, est puritas ætatis [adolescentiam tuam] in qua sponsæ vehementius amantur, quæ fuit quando egrediebantur de Aegypto. Osee. 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti. Secundum, est memoria pristini amoris [& charitatis] qua scilicet desponsaui te mihi in legislatione. infra. 21. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Tertium, est obedientia operis [Quando secuta &c. quæ seri non potest] Vnde nec difficultate itineris retrahebaris, quàmuis quidā murmurantes dixerint. Num. 20. Adduxsti nos in locum istum pessimum, qui seri non potest &c. Secundo, sumit rationem ex populi dignitate. Vnde primo, ponit dignitatē populi [sanctus] quasi dicatus ad cultum domini, & dn̄o consecratus [primitiæ] quia te elegit dn̄s de cunctis populi, quasi primitias de frugibus. Deut. 7. & 32. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Osee. 9. Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius, vidi patres eorum. Secundo, excludit comminationem hostis [omnes qui deuorant eos] secundum legē quę habet Leu. 22. q̄ primitias solis sacerdotibus comedere licebat. Psal. 13. Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.

b ¶ Hic prosequitur iudicii ordinem. Et primo, ponit accusationē. Secundo, repellit excusationē, ibi [Ego te plātaui &c.] Prima, in tres. Primo, exaggerat culpas eorū, ex beneficiorū ingratitudine. Secūdo, ex facti enormitate, ibi [Propterea adhuc &c.] Tertio, ex mētis obstinatione, ibi [Nūquid seruus &c.] Circa primū, tria. Primo, purgat à se culpam, ne in ipsa videatur ingratitudinis cā. [Quid inuenerunt &c.] mali scilicet, quia nihil [elongauerūt] lōgo tempore recesserunt [vanitatē] idola, quæ non prosunt cultoribus. Michææ. 6. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Secundo, ponit beneficiorum abundantiam, præcipue tangens eductionem de Aegypto. Et tangit hoc beneficium, tripliciter Quantum ad locum vnde eduxit [& non dixerunt vbi est] quærentes me toto desiderio [ascendere] propter sitū terræ. infra. 11. Eduxi eos de terra Aegypti. Quātum ad viā per quam duxit [qui transduxit per desertum] imaginē mortis] quia ipso aspectu, mortem comminabatur. Deut. 8. Ductor tuus fuit in solitudinem. Et quantum ad terram in quam induxit [& induxi vos in terram Carmeli] propter similitudinem fertilitatis, non quòd mons iste sit in terra promissionis. Num. 14. Terra quam circuiuimus valde bona est. Tertio, ponit ingratitudinis culpam. Et primo, quo ad omnes communiter [Et ingressi contaminastis] idolis. Ps. 105. Interfecta est terra in sanguinibus, & cōtaminata est in operibus eorum. Secundo, quo ad prælatos specialiter [sacerdotes] quorum est ducere in deum [tenentes] doctores [pastores] principes, quorum est ab idolatria reuocare. Esa. 56. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam.

c ¶ Hic exaggerat culpā eorū, ex facti enormitate. Et primo, proponit quod intēdit, scilicet iudiciū [Adhuc cōtēdā] super enormitate, sicut p̄ ingratitudine [cū filiis] qui malitiā patrū imitātur. Michææ. 6. Iudiciū dn̄i cū populo suo, & cū Israel diiudicabitur. Secūdo, exequitur propositū, ostendēs in iudicio peccati enormitatē. Et primo, ex cōparatione cultorū [trāsite] per cōsiderationē [Cethim] occidentales vltra Cyprum, vel ciuitas nominis Cedar, vbi habitant Ismaelitę [si mutauit gens] quasi dicat, non mutauit, unde constat quòd comparatione aliorum damnati sunt.

Ezech. 6. Contempsit iudicia mea, vt plus esset impia q̃ gentes, & præcepta mea vltra quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. Secundo, ex comparatione deorum prorumpens in stuporem [Obstupescite] quasi dicat, si esset possibile cæli obstupescerent, vel angeli qui in cælis sunt, sicut ciuitas regis sui [Portæ

d ¶Numquid seruus est Israel, aut vernaculus? Quare ergo factus est in præda? Super eum rugierunt leones & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem. Ciuitates eius exustæ sunt, & nõ est q habitet in eis. Filii quoque Mempheos & Taphneos constuprauerunt te, vsque ad verticẽ.
G Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti dominum deum tuum, eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide quia malum & amarũ est reliquisse te dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum.
H e ¶A sęculo confregisti iugũ meũ, rupisti vincula mea & dixisti. Nõ seruiam. In omni enim colle sublimi & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris merettix.
f ¶Ego autem plantaui te vineam electam, omne semen verũ. Quomõ ergo conuersa es mihi in prauum, vinca aliena? Si laueris te ni-

eius] principaliores in angelis qui sunt quasi principes & iudices aliorum. Simile Esa. 1. Audite cæli & auribus percipe terra, quoniam dominus locut⁹ est. Secundo, subiungit stuporis rõnem [Duo enim] contra duas partes præcepti. Exo divigesimo. Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Non habebis deos alienos coram me &c. Et iterum. Non facietis deos argenteos nec deos aureos facietis vobis [fontem aquæ] qui veram consolationem eis dare possum. Psal. 35. Apud te est fons vitæ [cisternas] idola, quæ saluare non possunt [foderunt] quia ipsi ea fecerunt. Ps. 113. Simulacra gentium argẽtum & aurum, opera manuum hominum.
d ¶ Hic exaggerat culpam, ex mẽtis obstinatione. Et primo, quia peccatum non recognoscebant. Secundo, quia multiplicabant, ibi [A sæculo] Circa primum, tria. Primo, sumit ex pœnis culpæ argumentum. Excludens seruilem conditionem, ne propter hoc videatur iuste in seruitutẽ adducta [Vernaculus] qui nascitur in
I domo domini: quasi dicat, non. Ioan. 8. Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnq̃. Proponens pœnarum diuersitatem, quantum ad hominum captiuitatem. [Quare ergo factus, leones] principes Chaldæorum [vocem] præcepta, vel belli. Quantum ad regionis vastationem [posuerunt] Esa. 1. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ destructæ sunt. Quantum ad mulierum violationem [filii quoque] ciuitates Aegypti [vsque ad verticem] contra naturam abutentes, nulli parcentes membro. Vel spiritualiter, per idolatriam vsque ad firmos contaminantes. Tren. vltimo. Mulieres in Syon humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Et concludens veram rationem [Numquid, ducebat] prospere. Non enim te dereliquit, sed tu ipsum. Dan. 9. Quia recessimus a te & non audiuimus vocem domini dei nostri, vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas &c. Secundo, ponitur inutile remedium, quod contra huius pœnas adhibe-
K bant. Ex quo patet, quòd peccatum non recognoscebant sperantes in auxilio gentium: vnde ponit auxilii inquisitionem [Et nunc quid] quasi dicat, non sic deberes pœnas vitare, sed deum placando [in via Aegypti] mittens pro auxilio [aquam] Nili [fluminis] Euphratis qui est Assyriorum. Esa. 30. Ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis. contra prædictę culpæ recognitionem [arguet] malitia] quando pro ea pœnas sustinebis. Esa. 3. Agnitio vltus eorum respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. Tertio, adhibet vtile consilium vt peccatum recognoscant [Scito, malum] inhonestum [amarum] pęnosum. Sophon. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis.
e ¶ Hic ostendit, quòd peccatum obstinata mente multiplicabant. Et primo, quantum ad diuturnitatem temporis [A sæculo] quasi dicat, a principio legis datę. Esa. 48. Transgressorem ex vtero vocaui te. Iob. 21. Quid est opus vt seruiamus ei, & quid nobis proderit si orauerimus illum? Secundo, quan-

F tum ad multitudinem operis [in omni colle] in locis altis & amenis, idolis immolabant. Esa. 65. Sacrificauerunt super mõtes, & super colles exprobrauerunt mihi. Amena enim & excelsa, semper idolis dedicantur.
f ¶ Hic tollit excusationem. Et primo, quam possent

tro, & multiplicaueris tibi herbã borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit dominus de⁹. Quomodo dicis, Nõ sum polluta, post Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Cursor leuis explicans vias suas, onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui. Nullus auertet eam. Omnes qui quærunt eam non deficient, in menstruis eius inuenient eam. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti. Et dixisti. Desperaui, nequaquam faciam. Adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & reges eorum, principes & sacerdotes & prophetæ eorum, dicentes ligno, Pater meus es tu, & lapidi, Tu me genuisti. Verterunt ad me tergum & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent, Surge & libera nos. Vbi sunt dii tui, quos fecisti tibi? Surgant & liberent te, in tempore afflictionis tuæ. Secundum numerum quippe ciuitatum tuarum, erant dii tui Iuda.

habere, proponendo cultoris negligentiam. Contra quod [Ego te elegi] electam] ex electis patribus. Esa. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei &c. Secundo, quam possent habere negando culpam, ibi [Si laueris.] Et primo, conuincit eos de culpa in deũ. Secundo, de culpa in proximum, ibi [Quid niteris &c.] Circa primum, duo. Primo, conuincit de culpa, ostendens negandi possibilitatem [nitro] quod calore solis condensatũ, sicut sal sordes lauat [berith] quædã herba ad lauandum sordes, & est modus loquendi, quasi dicat. Tota aqua fluminis non faceret te mundam: idest, nulla ẽ tibi excusatio vel purgatio. Prouerb. 30. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota a sordibus suis [Quomodo dicis] Prou. 20 Quis põt dicere mũdum est cor meum, purus sum a pecca-
to? Et ponit culpæ purgationem, proponens duas circunstantias. Primo locum [vide vias] opera [in conualle] filiorum Ennon, vbi idola colebãt. hic locus Syloe fontibus irrigatur, & ibi erat delubrum Baal, secundum Gloss. infra. 31. Dirige cor tuum in viam rectam in qua ambulasti. Et proponit peccati modum, quantum ad peccãdi solicitudinem [Cursor leuis] quasi expeditus ad peccandum. Prouer. 1. Pędes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundat sanguinem. Quantum ad concupiscientiæ feruorem [onager, in desiderio] scilicet coitus [attraxit ventum] quo percipit odorem feminæ suæ [amoris] rei amatæ. infra. 14. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones. Quantum ad fortem adhæsionem [Nullus auertet] amouendo. Et quantum ad peccandi promptitudinem [omnes qui quærunt] quasi de meretrice loquitur, quæ etiam tempore menstruorum amasiis se exhibet. Ezech. 16. Diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. Secundo, conuincit eos de mentis duritia. Et primo, quia non reuocantur monitis. Secundo, quia non corriguntur flagellis, ibi [Quid vultis.] Tertio, quia non flectuntur beneficiis, ibi [Videte verbũ] Circa primum, tria. Primo ponit admonitionem [prohibe] quasi dicat, cessa a peccatis, pro quibus nudis pedibus & sitiens duceris in captiuitatem, sicut. Esa. 20. Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus & discalceatus, sic minabitur rex Assyriorum captiuitatem Aegypti &c. nudã & discalceatã discoopertis natibus ad ignominiã Aegypti. Secundo, ostẽdit populi rebellionem [Et dixisti, alienos] idola. infra. 18. Dixerũt. Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Tertio, comminatur confusionem: & primo ponit confusionis similitudinem [Quomodo confunditur, confusi sunt] depræhensi in pœnis [ligno] idolo ligneo [pater] deus. Psalmus 96. Confundãtur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis. Esa. 1. Confundentur ab idolis suis. Secundo, exponit confusionis ordinem. Primo, ponens diuini auxilii destitutionem [verterunt] quasi inobedientes. Zach. 7. Auerterunt scapulam recedentes &c. ne audirent legem &c. [in tempore afflictionis] O. ee. 6. In tribulatione sua mane consurgent

surgent ad me. Venite & reuertamur ad dominum &c. Secun-
A do, ponit idolorum inutilitatem [Vbi sunt dii] Deut. 32. Vbi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? Tertio, idolorum multitudinem [Secundum numerum] Esa. 2. Repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrige eius.

g ¶Quid vultis mecũ iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit dominus. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra.
h ¶Videte verbũ dñi. Nũquid solitudo fact⁹ sũ Israeli, aut terra se-
B rotina? Quare ergo dixit populus me⁹, Recessimus, nõ veniem⁹ vltra ad te? Nũquid obliuiscetur virgo ornamẽti sui, aut sponsa fascię pectoralis suæ? Popul⁹ vero me⁹ oblitus est mei, diebus innumeris.
i ¶Quid niteris bonã ostẽdere viã tuã, ad quærẽdã dilectionẽ quæ insup & malitias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis iuẽt⁹ ẽ sanguis aĩarũ pauperũ, & innocẽtũ? Nõ in
C fossis inueni eos, sed in oĩbus q̃ supra memoraui. Et dixisti. Absque pctõ & innocẽs ego sum, & ppea auertatur furor tu⁹ a me. Ecce ego iudicio cõtendã tecũ, eo quòd nõ dixeris, Nõ peccaui. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.
k ¶Et ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nã & ab ista egredieris, & manus tuæ erũt super caput tuum, quoniam obtriuit dominus confidentiam tuã

g ¶Hic ostendit duritiã, qa nõ corrigũtur flagellis. Et primo, miratur excusatiõẽ [Quid vultis mecũ] Iob. 9. Si voluerit cõtẽdere cum eo. Secundo, ostẽdit eorũ incorrigibilitatẽ, quantũ ad flagella minorũ [frustra pcussi] & maiorũ [deuorauit, vester] ab hostib⁹, vestris meritis, in occisionem missus [prophetas vros] falsos. s. Baal, & ariolos: & quãtũ ad oẽs cõiter [quasi leo] vastat, sic [vastat] vel quasi leo] vastatur, sic vastat: cõtra leonẽ. n. oẽs insurgunt, sic & contra lupũ. infra. 6. Frustra cõflauit conflator, malitiæ. n. eorũ nõ sunt cõsũptæ. Argẽtũ reprobũ vocate eos, quia dominus proiecit illos.
h Hic ostẽdit duritiã, quia nõ flectunt bñficiis. Et primo, p ponit beneficia quæ pertinẽt ad vite vsũ [videte] intelligite [Nũquid solitudo] quinnimo sũ vobis pro ciuitate & terra vberrima, quia vos defendo, & fructus terræ tribuo. Osee. 6. Veniet nobis quasi imber temporaneus & serotinus terræ. Secundo, ea quæ pertinent ad ornatum. [Numquid obliuiscetur] Esa. 61. Indumento iustitiæ circundedit me.
i ¶Hic cõuincit eos de culpa in proximũ. Et primo, probat culpã. Secũdo, cõminat cõfusionis pęnã, ibi] Et ab Aegypto &c.] Circa primũ, tria. Primo, ponit proximorũ occisionẽ admirãs excusationẽ [ad quærẽdã] quasi per hæc me possis placare, ponẽs occisionẽ spiritualẽ [quæ insuper, docuisti, malis exẽplis. infra. 13. Tu docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuũ. Et ponẽs occisionẽ corporalẽ [in alis] idest in auibus: loquitur ad similitudinẽ auis rapacis [pauperũ] quos idolis immolasti. Zach. 5. Vidi & ecce duæ mulieres egredientes & spũs in alis earũ, & habebãt alas quasi alas milui. Secũdo, culpæ manifestationẽ [nõ in fossis] quasi occulte a latronibus occisus [in oĩbus]. s. collib⁹ & locis amenis. Esa. 59. Corruit in platea veritas, & æquitas nõ potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuione, & qui recessit a malo, prædæ patuit. Et miratur excusationẽ. [Et dixisti] Iob. 11. Dixisti, purus ẽ sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo. Tertio, ostendit culpæ iterationem præmittens excusationis admirationem [Ecce ego.] Quàm vilis [vias] peccata. Tre. 1. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis.
k Hic cõminatur eis cõfusionis pœnã [Et ab Aegypto] de cuius auxilio speras [ab Assur] quorũ auxiliũ cõtra decẽ tribus & Assyrios quæsisti. 4. Reg. 16. [Manus tuę] in signũ doloris. Esa. 30. Erit vobis fortitudo Pharaonis in cõfusionẽ, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiã. [Notandũ, quòd peccatũ dicitur vanitas, Quia phãtasticũ in eligẽdo. Psal. 39. Beatus vir cuius est nomẽ domini spes eius, & nõ respexit in vanitates & insanias falsas. Quia trãsitoriũ in permanẽdo. Psal. 77. Defecerunt in vanitate dies eorũ, & anni eorũ cũ festinatione. Quia fallax in expectando. Eccl. 34. Vana spes & mendaciũ viro insensato, & somnia extollũt imprudẽtes. Quia infructuosum in cõsequendo. Esa. 49. In vacuũ laboraui, sine cã & vane fortitudinẽ meã cõsumpsi. [Itẽ notandũ, q est fons, Aquę sacramẽtalis mũditiæ. Ezech. 47. Postquã venerint illuc aquæ istæ, sanabũtur & viuent oĩa ad quæ venerit torrens

aquæ reficiẽtis doctrinæ. Esa. 56. Oẽs sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentũ properate, emite & comedite, Aquæ refrigerantis gratiæ. Io. 4. Fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternã, Aquę nitentis gloriæ. Apoc. vlt. Ostendit mihi fluuiũ aquæ viuæ splẽdidũ tãquã crystallũ, procedententẽ de sede dei & agni.

& nihil habebis prosperum.

a CAP. III.

VVLGO dicit. Si dimiserit vir vxorẽ suã, & recedens ab eo duxerit virũ alterũ, nũquid reuertetur ad eũ vltra? Nũquid nõ polluta erit & cõtamina-
B ta, mulier illa? Tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis, tñ reuertere ad me dicit dñs, & ego suscipiã te. Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi nũc prostrata sis. In viis sedebas ex pectans eos quasi latro insidians in solitudine, & polluisti terrã in fornicationibus tuis & in malitiis tuis. Quamobrẽ prohibitæ sunt stillæ pluuiarũ, & serotinus imber nõ fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti
C erubescere. Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Numquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem?
b ¶Ecce locuta es & fecisti mala, & potuisti. Et dixit dominus ad me, in diebus Iosiæ regis. Nũquid uidisti quę fecerit auersatrix Israel? Abiit sibimet super oẽm montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.

a CAP. III.

HIc reuocat eos ad penitẽtiam. Et primo, ponit reuocationẽ. Secundo, reuocatorũ obstinationẽ. ca. 8. [Et dices ad eos &c.] Prima, ĩ duas. In prima, ponit reuocationis monita. In Secunda, reuocationis argumenta. ca. 4. [Si reuerteris &c.] Prima, in duas. In prima, reuocat populũ. In secunda, ponit respõsionis fructũ, ibi [Sed quomodo si cõtemnat &c.] Prima, in duas. In prima, reuocat a culpa. In secunda, a pęna, ibi [Vade & clama &c.] Prima, in duas. In prima, reuocat monitis. In Secũda, exemplis, ibi [Et dixit dominus &c.] Circa primũ, duo facit. Primo, reuocat eos ex dei clementia ad quã probandã p ponit vulgare prouerbiũ [Si dimiserit] quod ortũ habet Deuter. 23. Si dimiserit vir vxorẽ. Et loquitur secundũ permissionem factam de libello repudii, pp duritiam cordis ipsorũ. Matth. 19. & interdicebatur reditus, vel vt non proni essent ad dimittendum, uel ne dolo postmodum reci-
D pientes, interficerent. Et ex hoc prouerbio sumit diuinæ clementiæ argumentũ [tu autem, amatoribus] idolis. Esa. 65. Reuertatur ad dñm & miserebit eius, & ad deũ nostrũ, qm multus ẽ ad ignoscẽdũ. Secũdo, reuocat eos ex eorũ culpa. Primo, proponẽs culpã, determinãs locũ [leua oculos in directũ] recta cõsideratione, vel vndique [vbi nũc]. q. vbique [prostrata] sicut meretrix, idolatrię. Ezech. 16. Fecisti postribulũ in cũctis plateis. Et peccandi desideriũ [In viis sedebas] sicut meretrix expectans amasios & [latro] expectãs quos spoliet. Prou. 7. Et ecce occurrit mulier cũ ornatu meretricio præparata ad decipiẽdas animas. Osee. 6 Galaad ciuitas operãtiũ idolũ, supplantata sanguine, & quasi fauces virorũ latronũ. Et determinãs peccati effectũ, [& polluisti terrã] supra secundo. Cõtaminastis terrã meã, & hęreditatẽ meã posuistis in abominationẽ. Et deinde pro culpa ponit pęnã [Quamobrẽ, stillæ pluuiarũ] quarũ virtute generat pluuia, vel [stillæ.] Esa. 5. Mã dabo nubibus ne pluãt super vineã meã imbrẽ. Et ostendit pec-
E cantiũ inuerecundiã [frõs] infra. 4. Quinimmo cõfusione nõ estis confusi. Secundo, cõminatur pęnitẽtiã. Et primo, hortatur ad recognoscẽdũ beneficia [Ergo]. q. d. sufficit pręteritũ tẽpus &c. [pr] per creationẽ [dux]. q. d. qñ ducebas me p desertũ, tñ virgo eram. Prou. 2. Reliquit ducẽ pubertatis suæ. Esa. 63. Spiritus dñi ductor eius fuit. Secũdo, hortatur vt petãt misericordiam, & dicant hæc [Nũquid irasceris] Psal. 84. Nũquid in perpetuũ irasceris nobis, aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
b Hic ostendit eorum contemptum, quantũ ad peccatũ oris [Ecce locuta] quod exponitur pro verbis superbiæ &c. quantum ad peccatum operis [& fecisti] cui respondet illud [implesti mala] quantum ad peccatum cordis [& posuisti] cui illud [& ostendisti] quasi potentiam tuã in peccato iactasti. Verũ, hoc non est in hæbræo [Et pro verbis &c.] nec in libris antiquis. Sed videtur expositio Hieronymi. Iob. 24. Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiã. Esa. 5. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

c ¶Hic reuocat eos exēplo decē tribuū.Et circa hoc, tria facit. Primo,ponit exemplū ad culpā idolatriæ [Abiit ſibimet] ſequēs motus ſuos,non præcepta mea & inobedientiæ[Et dixit]4 Reg. 17.Fecerunt ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſublimi, & ſubter omne lignū nemoroſum. Et adolebant ibi incēſum ſuper aras in morē gentiū.Et quā tū ad pęnā,quæ eis innotuit[Et vidit p̄uaricatrix ſoror]qa ex eiſdē patribus ortę[dediſſem ei libellū]ſeruat ſimitudinē meretricis,in qua fœditas inuenitur, Sed cōtra,Eſa.50.Quis ē hic libellus repudii? Et dicēdū,quòd de⁹ nō dimittit aliquē, quātū ad ſe pertinet, ſed hō peccās ipſum dimittit.vnde ibidē. In iniquitatibus veſtris vēditi eſtis,& in ſceleribus veſtris dimiſi matrē veſtrā.Secūdo, ponit cōtēptū [& nō timuit]cū lapide].i. idolo lapideo. 4.Reg.17,Sed nec ipſe Iudas cuſtodiuit mādata dñi dei ſui, verūtamē errauit & ambulauit in erroribus Iſrael quos operatus fuerat. Tertio, aggrauat reatū[Et dixit,Iuſtificauit]cōparatiue,quia decē tribus pęnā aliarū non viderāt, nec corrigebātur.Ezec.16.Iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis,quas operata es.

d ¶Hic reuocat eos a pęna captiuitatis. Et primo,reuocat.Secundo, oſtēdit reuocatiōis cām,ibi[Ego autē &c.] Circa primū,duo. Primo,ponit reuocationē. Secundo,reuocatorū reſpōſionē,ibi[Et aſſumā &c.]Circa primum, duo. Primo,reuocat illos de decē tribubus,vocās ad reuertēdum cōtra aquilonē]vbi captiui tenētur in terra Aſſyriorū.Pſ.102.Nō in perpetuū iraſcetur,neque in æternū cōminabitur.Et ad peccata recognoſcēdū[Verūtamē ſcito]diſperſiſti] quaſi multis idolis, ſupra.2.Vide vias tuas in cōualle,ſcito qd feceris.Secūdo,illos de duabus tribubus[Conuertimini]pęnitēdo reuertētes ad me. Vel reuertentes a captiuitate. Oſee.2. Et erit in die illa dicit dominus, vocabit me vir meus,& non vocabit vltra Baalim.

e ¶Hic ponit reuocatorum reſponſionē. Et primo, duarum tribuum,promittens eis reſtitutionem patriæ[vnū de ciuitate]quia diſperſi erant,vel quia nō omnes reuerſi. Ezech. 36. Tollā quippe vos de gentibus,& congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram: & reintegrationē iuſtitiæ in emendatione prælatorum[& dabo vobis[ſcientia] quantum ad fidem [doctrina]quantum ad mores.Eſa.1.Reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius,& conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Tertio,quantum ad augumentationem gloriæ,quam ſignat ex præteritorum obliuione[Cumque multiplicati,non dicent]quaſi pro nihilo cōputabunt illud in quo modo gloriamini,quia arca abſconſa fuit, nec inuenta,ſicut dicitur.2. Mach.1. Ex futurorum promiſſione [in tempore illo Hieruſalem[totam,quod conpletum fuit in fama ſanctitatis in qua habebatur,ſicut dicitur.1.Mach.3.Ezec.43. Locus ſolii mei & locus veſtigiorum pedum meorum,vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum.Et quantum ad cultus ampliationē[Et congregabuntur,omnes gentes]ex omnibus aliqui. Vndique enim veniebant orare in Hieruſalē.Vel intelligitur de cōuerſione gentiū ad fidē Chriſti.Pſal.65.Oēs gentes quaſcūque feciſti venient,& adorabūt corā te dñe.Secūdo,ponit cōuerſionē

c ¶Et dixi cū feciſſet hęc oīa: Ad me reuertere,& nō eſt reuerſa.Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda, qa pro eo q̄ mœchata eſſet auerſatrix Iſrael dimiſiſsē eā, & dediſsē ei libellū repudij,& nō timuit præuaricatrix Iuda ſoror ei⁹, ſed abiit & fornicata ē ēt ipſa, & facilitate fornicationis ſuæ cōtaminauit terrā, & mœchata eſt cū lapide & ligno. Et in oībus his,nō ē reuerſa ad me pręuaricatrix ſoror ei⁹Iuda in toto corde ſuo,ſed in mēdacio,ait dñs. Et dixit dñs ad me. Iuſtificauit animā ſuā auerſatrix Iſrael cōparatione præuaricatricis Iudæ.

d ¶Vade & clama ſermones iſtos cōtra aquilonē,& dices.Reuertere auerſatrix Iſrael ait dñs,& nō auertam faciem meā a vobis,quia ſanctus ego ſum dicit dñs, & non iraſcar in perpetuum. Veruntamen ſcito iniquitatem tuā,quia in dñm deū præuaricata es. Et diſperſiſti vias tuas alienis ſub oī ligno frondoſo,& vocē meā nō audiſti,ait dominus. Conuertimini filii reuertētes dicit dñs,quia ego vir veſter.

e ¶Et aſſumā vos, vnū de ciuitate & duos de cognatione,& introducā vos in Syō.Et dabo vobis paſtores iuxta cor meū,& paſcēt vos ſciētia & doctrina.Cūque multiplicati fueritis & creueritis in terra in diebus illis ait dñs, nō dicēt vltra, Arca teſtamēti dñi,neq;aſcēdet ſuper cor, neq; recordabūtur illius,

F decē tribuū[In diebus illis]quia & ex illis qui redierūt, duabus tribubus adiūcti ſunt,Quod notat in hoc,quod dicit [Veniēt ſimul]infra.50.In diebus illis & in tēpore illo ait dñs,veniēt filii Iſrael,ipſi & filii Iuda ſimul, ambulantes & flētes properabunt, & dominū deū ſuū quærēt.Quidā tamen exponūt totū hoc,de vltimis temporibus.

nec viſitabit, nec fiet vltra. In tēpe illo vocabūt Hieruſalē ſoliū dñi, & cōgregabūtur ad eā oēs gentes in nomine dñi in Hieruſalē, & nō ambulabūt poſt prauitatē cordis ſui peſſimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domū Iſrael,et veniēt
G ſimul de terra aquilonis ad terrā quam dedi patribus veſtris.

f ¶Ego aūt dixi. Qūo ponā te in filios,& tribuā tibi terrā deſiderabilem,hæreditatem præclaram,exercitum gentium? Et dixi. Patrem vocabis me,& poſt me ingredi nō ceſſabis.

g ¶Sed quomodo ſi contēnat mulier amatorē ſuum, ſic contempſit me domus Iſrael,dicit dñs. Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael, quoniā iniquā
H fecerunt viam ſuam,& obliti ſunt domini dei ſui. Conuertimini filii reuertentes,& ſanabo auerſiones veſtras. Ecce nos venimus ad te. Tu enim es dominus deus noſter. Vere mēdaces erant colles & multitudo montium.Vere in domino deo noſtro ſalus Iſrael. Cōfuſio comedit laborē patrum noſtrorū ab adoleſcētia noſtra, greges eorū & armēta eorū,filios eorū & filias eorū. Dormiemus in cōfuſione nrā, & operiet nos ignominia noſtra,
I quoniam domino deo noſtro peccauimus,nos & patres nři ab adoleſcētia nrā vſque ad diē hāc,& nō audiuimus vocē dñi dei noſtri.

f ¶Hic aſſignat cauſam reuocationis.Et primo, ponit qōnē. [Qūo]ideſt,quid poteſt mouere qd tot bona tibi cōferā, cū in tot peccatis ſis [in filiis] ideſt in multitudine filiorū [exercitum gentium] .i. vbi ab antiquo exercitus cōgregabantur ſicut vſq; hodie, p̄p ei⁹ delitias, Pſa.105. Pro nihilo habuerūt terram deſiderabilē. Itē.Pſa.15.Funes ceciderunt mihi in pręclaris, etenim hæreditas mea præclara ē mihi. Secūdo, ponit reſpōſionē [Et dixi] ideſt præuidēs bona quæ facies, hæc tibi promitto.Pſal.88.Ipſe inuocabit me pater meus es tu, deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ.

g ¶Hic ponit reuerſionis fructus.Et primo, dicit neceſſitatē reuocādi,quantū ad ipſorū culpā [amatorē]non virū Oſee.3. Vade & dilige mulierē dilectā ab amico & adulterā. Quātum ad pęnā[vox in viis.]infra.31.Vox ī excelſo audita ē, lamētationis,luctus,& fletus, Rachel plorātis filios ſuos. Secundo,ponit cōuerſionis vtilitatē. [Cōuertimini]vt ſupra [auerſiones]quibus a deo auerſi eſtis.Pſ.102.Qui ſanat omnes contritiones tuas.Eſa.48.Cōuertimini ad me & ſalui eritis. Tertio,ponit eorū reuerſionē.Et primo,profitētur obediētiā [Ecce venim⁹] ſicut tu præcepiſti.Oſee.6.Venite reuertamur ad dñm, quia ipſe cepit & ſanabit nos,percutiet & curabit nos.Secūdo, cōfitent dei magnificētiā,cōfitentes ipſius diuinitatē [Tu.n.es.]Exod.15. Iſte deus meus & glorificabo eū. Idolorū falſitatē. [Vere mēdaces,]quia nō cōferebāt idola quæ ibi colebamus, auxiliū qd ſperabamus,nec habebāt diuinitatē,quā prætendebāt. Eſa.28. Poſuimus mendaciū ſpē noſtrā,& mendacio protecti ſumus.Et di-
K uini cultus vtilitatē.[vere in dño]Pſal.61.In deo ſalutare meū, deus auxilii mei,& ſpes mea in deo eſt.Tertio,cōfitētur culpā & pęnā ipſorū & patrū.[Cōfuſio]infra.17.Dñe,oēs qui te derelinquūt, cōfundēt,recedentes a te in terra ſcribētur, qm̄ dereliqrūt fontem aquarū viuētiū:dñm.[Nota,q̄ deus dr pater.Creatione. Mat.11.Cōfiteor tibi pater dñe cæli & terræ. Adoptione.Ro.8. Accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorū dei,in quo clamamus,Abba pater.Inſtructione.Eſa.39.Pater filiis notā faciet veritatē tuam. Correctione.Prou.3.Quē enim diligit dñs corripit, & quaſi pater in filio cōplacet ſibi.[Nota,quòd hæreditas patriæ cæleſtis eſt præclara.Splendore diuinæ viſionis,Sap.6. Clara eſt & q̄ nūquā marceſcit ſapiētia,& facile videtur ab his qui diligunt eā. Dulcedine,diuini amoris.Pſ.22. Calix meus inebriās q̄ præclarus eſt. Familiaritate,diuinæ allocutionis.Sap.8. Præclaritas in communicatione ſermonum ipſius. Magnificentia, operationis. Eccle. 43. Illic præclara opera,& mirabilia. Magnitudine exultationis. Mach. 8. Erit domus Iuda & domus Iſrael,benedictio. Solatio, ſocietatis. Ezech. 30. Omnia ligna voluptatis quæ erant in paradiſo dei &c.

CAP.

a CAP. IIII.

HIc ponit argumenta reuerſionis. Et primo, ſumpta ex beneficiis quæ promittuntur reuertentibus. Secundo, ex penis quas comminatur contemnentibus,ibi [Hæc enim dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, docet reuertendi modum[ſi reuerteris]ab idolis[ad me conuertere]Vel ſi reuerti diſponis,toto corde cōuertaris.Vel ſi reuerti vis a captiuitate, cōuertere pænitēdo. Eſaiæ.21.Si queritis quærite, conuertimini & venite.Secūdo, oſtendit cōuerſionis fructum triplicem. Primo,ſecuritatis [ſi abſtuleris offendicula] ideſt idola in quibus & tu procedens offendis,& me ad irā prouocas[non cōmoueberis] vel a patria. Pſal.124.Qui confidūt in domino ſicut mons Syon,non cōmouebitur in æternum qui habitat in Hieruſalem. Secundo, fructum ſanctitatis in ipſis [iurabis, viuit dominus] per deum ſcilicet viuum & nō per idola mortua [in veritate] ex parte iurantis, vt vere & nō ſimulate, vel ad deceptionem iurent [in iudicio] quantum ad cauſam pro qua iuratur, vt non temere,ſed præcedēte debita diſcuſſione iuretur.[in iuſtitia] quantū ad rē de qua iuratur, vt ſit iuſta & licita. Eſai. 65. Qui iurat in terra,iurabit in deo,amen. Tertio,ampliationem religionis in gentibus.[Et benedicent gentes] dominum, videntes beneficia ipſius in te. Pſalm.85.Benedicite gentes deum noſtrum.

b ¶Hic ſumit argumentum reuerſionis a penis. Et primo, cōminatur pęnas ſi reuerti noluerint. Secundo,excludit falſa remedia,ca.5.[Circuite vias &c.]Circa primum,duo. Primo,docet reuerſionis modum, quātum ad boni operis fructum[nouale]terra de nouo culta.[nouate]ideſt auferte ſpinas vitiorum,vt munda ſemina ſuſcipiant arua munda.Matth.13.Aliud cecidit ſuper ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Et quantum ad diuinæ religionis cultum.[Circuncidimini]vt ſcilicet de corde veſtro ritum gentilium amoueatis.Deut.10.Circuncidite præputium cordis veſtris. Secundo, oſtendit imminere periculum. Et primo,in generali[ne forte &c.]Eſa.1. Succēdetur vtrumque ſimul,& non erit qui extinguat. Secundo, in ſpeciali[annuntiate &c.]Et circa hoc,tria facit.Primo,prædicit hoſtiū aduentū. Secundo,obſidionis incommodum,ibi[Vox annuntiantis.]Tertio,deſtructionis damnū,ibi[Ventrem meum doleo.] Circa primum,duo.Primo,deſcribit præparationem ciuiū. Secundo, aduentū hoſtium,ibi[Aſcēdit leo &c.]Circa primum,tria. Primo, ponitur annuntiandi præparationem,iuſſio.[Annuntiate]ponēs locū.[in Iuda]ideſt in tribu illa[Hieruſalē]quę eſt regni metropolis,modū aperte.[Canite tuba] vt omnes audiant, & cōſtater [fortiter.]Eſa.58.Clama ne ceſſes. Exalta in fortitudine vocem tuam. Secundo,indicitur præparatio. [Congregamini.] infra.6. Cōfortamini filii Beniamin in medio Hieruſalem,& in Thecua clangite buccina. Tertio, aſſignatur ratio [quia malum.] ſupra. 1. Ab aquilonæ pandetur omne malum.

c ¶Hic ponit aduentum hoſtium. Et primo,quantum ad exitū de terra ſua.Secundo,quantū ad vię progreſſum,ibi[In tēpore illo.]Tertio,quātum ad viæ terminum,ibi[Ecce quaſi nubes &c.] Circa primum,duo. Primo, deſcribit hoſtiū venientiū conditio-

a CAP. IIII.

SI reuerteris ad me Iſrael, ait dominus,ad me cōuertere. Si abſtuleris offendicula tua a facie mea,non commoueberis.Et iurabis,Viuit dominus in veritate & in iudicio & in iuſtitia, & benedicent eum gētes ipſumque laudabunt.

b ¶Hæc enim dicit dominus viro Iuda,& habitatori Hieruſalē.Nouate vobis noual e, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Circūcidimini dño, & auferte præputia cordiū veſtrorū viri Iuda & habitatores Hieruſalē,ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea & ſuccēdatur & nō ſit qui extinguat. Omnia aūt hæc mala,venient p̄p malitiā cogitationū veſtrarū. Annūtiate in Iuda, & in Hieruſalē auditū facite, loquimini,& canite tuba in terra,clamate fortiter & dicite. Cōgregamini & ĩgrediamur ciuitates munitas, leuatæ ſignū in Syō. Cōfortamini nolite ſtare,quia malū ego adduco ab aquilone & cōtritionē magnā.

c ¶Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gentium ſe leuauit. Egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terrā tuam in ſolitudinē. Ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſque habitatore. Super hoc accingite vos cilicijs,plāgite & vlulate,quia nō eſt auerſa ira furoris domini a vobis.Et erit in die illa dicit dominus,peribit cor regis & cor principum,& obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur. Et dixi.Heu,heu,heu, domine deus.
B Ergo ne decepiſti populū iſtum & Hieruſalem dicēs, Pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius vſque ad animam.

d ¶In tēpore illo,dicetur populo huic & Hieruſalē. Vēt⁹ vrēs in viis quæ ſunt in deſerto, viæ filię populi mei nō ad ventilandū & ad purgandū. Spiritus plenus ex his veniet mihi.Et nunc ego, ſed loquar iudicia mea cum eis.

e ¶Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius.Velo-
C ciores aquilis equi illius. Væ nobis,quoniam vaſtati ſumus. Laua a malitia cor tuum Hieruſalem,vt ſalua fias. Vſquequo morabuntur in te cogitationes noxie?

f ¶Vox enim annunciantis a Dan, & notū facientis idolum de monte Ephraim. Dicite gētib⁹.Ecce auditum eſt in Hieruſalem, cuſtodes venire de terra longinqua,& dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorū facti ſunt

A nē,quantū ad fortitudinē.[leo]ſcilicet Nabuchodonoſor[de cubili]de Babylone.Prou 30. Leo fortiſſimus beſtiarū, ad nullius pauebit occurſum.infra.50. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtā. Quātū ad crudelitatē[prædo gentiū]Nahū.2.Leo ſufficienter cepit catulis ſuis,& necauit leænis ſuis. Quantū ad intētionē[vt ponat.] Eſa.10.Ad cōterēdū erit cor eius,& ad internitionē gētiū non paucarū: & quātum ad intētionis executionē[ciuitates tuę.] Eſa.1.Terra veſtra deſerta,ciuitates veſtrę deſtructę ſunt.Secūdo,ponit Iudæorum ſtuporē.Et primo,cōmuniter omniū. [Super hoc accingite.] infra.6.Accingere cilicio & cōſpergere cinere. Secundo, ſpāl'r principū. [Et erit,peribit]vt.ſ.nō poſſint conueniens cōſilium reſiſtendi inuenire. Eſa.19.Cor Aegypti tabeſcet ĩ medio ei⁹. Tertio, ſpecialiter ſtuporē ſuū.[Et dixi heu,dicens,pax.]ſupra.3. In tēpore illo vocabunt Hieruſalē ſolium domini,& cōgregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Hieruſalem: non attendēs hoc in proximū tēpus dici, illud in longe poſt futurū. infra.8. Expectauimus pacē, & nō erat bonū,tēpus medelæ,& ecce formido.

d ¶Hic deſcribit aduētū quātū ad vię p̄greſſū[dicetur]aduē-
D tus[vētus vrēs].ſ.exercitus Chaldæorū qui totā terrā cōburet,iā ē[in viis quæ ſunt in deſerto]quod eſt intra Chaldæā & Iudæā: quaſi dicat:iā exercitus ad locū illū peruenit [nō ad vētilādū]vt ſcilicet quidam captiuentur, ſicut quando purgatur granū e palea,ſed omnes captiuabimini[ſpiritus plen⁹]ideſt indignatio perfecta ſuper vos[ex his]ſcilicet hoſtibus [mihi] ideſt ad honorem meum. Eſa. 30. Spiritus eius velut torrens inundās vſque ad medium colli,ad perdendas gentes in nihilum &c. Et comminatur per eos executurum ſe iudicium.[Et nunc ego]quaſi non poſſum me plus tenere. [Sed loquar &c.] vel [nunc ego] conſolatoria loquar. ſupra 1. Loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum,qui dereliquerunt me &c.

e ¶Hic deſcribit aduentum quantum ad vie terminum. Et circa hoc, tria facit. Primo, deſcribit conditionem hoſtium,quantum ad multitudinem[quaſi nubes]quæ totam terrā operit[aſcē-
E det]propter ſitum terræ.Quantum ad impetuoſitatem [& quaſi tempeſtas] cum magno tumultu.Eſa.5.Rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis. Et quantum ad velocitatem[velociores.] Secundo, ponit aduentus effectum [Væ nobis] ex perſona populi. Eſai.1. Sicut ciuitas quæ vaſtatur. Tertio, concludit pænitentiæ conſilium[laua a malitia.]Eſai. 1. Lauamini mūdi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis.

f ¶ Hic prædicit obſidionem. Et primo, obſidionis nuntium. [a Dan.]cuius terra, primo occurrebat Chaldæis venientibus Hieruſalē[de monte Ephraim] quem poſtmodum inueniebant, [idolum] ideſt hoſtes,quos pro idolatria patiebantur, In quo deſignatur ordo nuntiorū ſibi ſuccedentium.Et determinat quid nuntiatum eſt [concitate gentes] ſcilicet ciues in medio Hieruſalem, præparantes vos ad reſiſtendum, vel gentes in circuitu,vt ex veſtris pęnis territi corrigantur. [Ecce auditum] frequenter per multos nuntios, & primū per prophetas [cuſtodes] ſcilicet hoſtes ad obſidendum[vocem]vlulatus exercitus.ſupra.2.Super eum rugierunt leones,dederunt vocem ſuam.Secundo,determi-

nat

nat obsidendi modum [quasi custodes] sine aliqua resistentia vndique obsidences. Luc. 19. Circundabunt te inimici tui vallo, circundabunt te, & coangustabunt te vndique. Tertio, ponit obsidionis meritum, [Viæ tuæ] idest actiones [os] vsque ad interiora ossa peruenit. Iob 22. Propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas &c.

g ¶ Hic prædicit terræ destructionē. Et primo, prædicit ipsam destructionē. Secundo, destructionis effectū, ibi. [Aspexi.] Circa primum, tria. Primo, prophetā ostendit suam cōpassionē, [Ventrē] quantum ad afflictionē affectus [sensus cordis] quantum ad perturbationem intellectus [non tacebo] etiā exterius plorans. Tren. 2. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Secundo, prosequitur destructionis ordinem, ponens prælii congressionē [quoniam vocem.] Sopho. 1. Dies tubæ & clangoris. Regionis vastationem. Contritio super contritionem] quia vastatio super obsidionē, vel vastatio vna super aliam. Iob 16 Concidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. Ipsius vrbis destructionē, quantum ad domos. [Repente. tabernacula] per quæ significantur domus [pelles] quibus tentoria cooperiebantur. infra 10. Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei diruti sunt. Et quantum ad ciuium fugam [Vsque quo fugientem] Chaldeorū exercitum. Tren. 1. Abierunt absque fortitudine, ante faciem subsequentis. Tertio, assignat vastationis rationem, scilicet priuationem debitæ scientiæ [quia stultus] quantum ad cognitionem diuinorum [insipientes] quantū ad experientiam dulcedinis ipsorū [Vecordes] quia sine corde, quātum ad electionē agibiliū. Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit scientiam. Et quantū ad sagacitatē fraudulentiæ [sapientes sunt] cōtra. qd Ro. 16. Volo vos sapiētes i bono, & simplices in malo.

h ¶ Hic ostendit effectum destructionis. Et primo, in regione. Secundo, in gente, ibi. [A voce equitis &c.] Circa primum, duo. Primo, prædicit futuram desolationem communiter, quantum ad campestria [vacua] habitatore [nihil] priuata fructibus & ædificiis [non erat lux] vt videbatur afflictis, quibus omnia videntur tenebrosa. Esa. 6. Et terra relinquetur deserta, & longe faciet dominus homines. Et quantum ad montuosa. [Vidi montes, mouebantur] hiperbolice, quòd si possibile foret, etiam mōtes in tāta tribulatione commouerentur. Vel per montes, habitantes in montibus. Psal. 45. Conturbati sunt montes in fortitudine eius. Et quantum ad animata. [Intuitus sum, volatile] quod scilicet cū habitatore recedit. Esa. 50. Veni, & nō erat vir, uocaui, & nō erat qui audiret. Et specialiter quantum ad fertiles regiones, quē minus vacuari debebāt. [Aspexi & ecce Carmelus] Esa. 1. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ destructæ sunt. Secundo, confirmat per domini sententiam. Et primo, ponit misericordiæ admistionem. [Hæc dicit dominus, consumationem non faciam] vt scilicet oēs moriantur, sicut dixerat de decem tribubus. Esa. 9 Consumationem & abbreuiationem dominus deus exercituū, faciet in medio omnis terræ. Secundo, ponit sententiæ dominationem [lugebit terra] quasi dicat, sterilis erit, sicut florens dicitur ridere, vel quasi compassione, hiperbolice. Esa. 24. Luxit & defluxit terra & infirmata est, defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ. Tertio, diuinæ sententiæ firmitatem. [Cogitaui] Esa. 15. Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc manus extenta super vniuersas gentes. Dominus exercituum decreuit, & quis poterit infirmare?

super eam in gyro, quia me ad iracundiam prouocauit dicit dominus. Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

g ¶ Ventrem meum, ventrem meū doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Non tacebo, quoniam vocē buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra. Repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Vsque quo videbo fugiētem, audiam voce buccinæ? Quia stultus populus meus me non cognouit. Filij insipientes sunt, & vecordes. Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autē facere nescierunt.

h ¶ Aspexi terram & ecce vacua erat & nihil, & cælos & non erat lux in eis. Vidi montes & ecce mouebantur, & omnes colles cōtur bati sunt. Intuitus sum & non erat homo, & omne volatile cæli recessit. Aspexi & ecce Carmelus desertus, & omnes vrbes eius destructæ sunt a facie domini & a facie iræ furoris eius. Hæc enim dicit dominus. Deserta erit omnis terra, sed tamen consumationem non faciā. Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper, eo quòd locutus sum. Cogitaui, & non penituit me, nec auersus sum ab eo.

i ¶ A uoce equitis & mittentis sagittam, fugit omnis ciuitas. Ingressi sunt ardua, & asenderunt rupes. Vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo. Tu autē vastata quid facies? Cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris. Contēpserunt te amatores tui, animam tuam quærēt. Vocē enim quasi parturiētis audiui, angustias, vt puerperę. Vox filiæ Syon inter morientes, expandentesque manus suas. Væ mihi, quia væ fecit anima mea, propter interfectos.

a C A P. V.

Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis

F i ¶ Hic ostendit effectum destructionis in plebe Iudæorum. Et primo, ponit timorē, qui significatur ex desertione vrbiū [equitis] scilicet Chaldæi. Esa. 21. A facie gladiorum fugerunt, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prælii. Et quantum ad inhabitationem montiū [ingressi sunt ardua] Hier. 48. Reliquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Secundo, ponit spei frustrationē ab idolis. [Tu autem vastata, cum vestieris] ad similitudinē meretricis quæ parat se vt placeat amatoribus, ita ornabāt aras idolorum vt eis placerent [stibio] idest vnguento crocei coloris, quo mulieres superciliā tingunt, sicut dicitur 4. Re. 9 Quia Iezabel depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum &c. Prou. 5. Occurrit illi mulier in ornatu meretricio &c. Et ab amicis præcipue Aegyptiis, in quibus confidebant [contēpserunt] Tren. 1. Omnes amici eius spreuerunt eam. Tertio, ponit dolorem sicut in partu [vocem puerperæ] quæ primo, filiū parit & grauius dolet. Et sicut in morte filii [inter moriētes. Psal. 47. Ibi dolores, ut parturientis &c. Notandum, quòd multiplex est circuncisio, scilicet mentis, a prauis cogitationibus. Leuit. 26. Donec erubescat incircuncisa mens eorum. Cordis, a prauis affectionibus. Roman. 2. Circuncisio cordis in spiritu non litera. Oris, a prauis locutionibus. Exod. 6 Incircuncisus labiis ego sum. Auris, a detractionibus & prauis verbis. infra 6. Incircuncisæ aures eorum & audire non possunt. Carnis, significans circuncisionem a carnalibus concupiscentiis. Gen. 17. Circuncidetis carnem præputii vestri, vt sit signum fœderis inter me & vos. Item, notādum q̃ lauatur cor, Aqua baptismatis. Ezech. 16 Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te, Lachrymis compunctionis. Psa. 4. Lauabo per singulas noctes lectum meū, lachrymis meis stratum meum rigabo, Vino diuini amoris. Gen. 49. Lauabit in vino stolā suā, & in sanguine vuæ pallium suum, Lacte diuini sermonis. Cantic. 5. Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ. Ardore correctionis. Esai. 4. Si abluerit dominus sordem filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii & in spiritu ardoris. Sanguine dominicæ passionis. Apoc. 7. Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni.

a C A P. V.

Hic excludit remedia, in quibus confidere poterant. Et primo, hominum sanctitatem. Secundo, regiæ vrbis fortitudinem. cap. 6. [Confortamini.] Tertio, diuini cultus religionē ca. 7. [Verbum &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit eorum malitiam in generali. Secundo, prosequitur vitia in specialī, ibi. [Super quo tibi propitius] Circa primum, duo. Primo, odendit culpam. Secundo, comminatur pœnam, ibi. [Idcirco percussi &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit malitiam prælatorum. Secundo, subditorum, ibi [Ego autem dixi &c.] Circa primum, duo. Primo, proponit dominus vniuersalem populi malitiam, quantum ad prauitatem actionis [virum] etiam vnum] sciente iudicium] idest, iuste se habentem ad proximū suum, secundum regulam iusti iudicii [querentem fidem] idest fideliter agere [propitius] non tantum propter decem, sicut dixit Abraham de sodomitis. Gen. 18. sed poterat dici, Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, Psal. 13. Et quantum ad

ad peruersitatem actionis in his, si qua bona exterius videbantur. [Quia si etiam, falso] quia in corde dominum non venerabātur sicut ore ostendebant, vel quia ad literam periurabant. supra 4. Iurabit viuit dominus in veritate, & in iudicio, & in iustitia. Esa. 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sed prophetā confirmat dñi sentētiam. Et primo, ponit sententiæ veritatem. [Domine, fidē] idest quod rectū est, quasi dicat, recte iudicasti. Prouer. 16. Omnes viæ hominū parēt oculis eius, spirituum ponderator est dominus. Abac. 1. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Secundo adiūgit populi incorrigibilitatem, quia nec emendatur percussione [percussisti] leuib⁹ flagellis [non doluerunt] de peccatis suis [Attriuisti] morte & captiuitate. supra 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Aggei 2. Percussi vos vento vrente, & erugine & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuistis in uobis qui reuerteretur ad me, dicit dominus. Nec confusione. [Indurauerūt] quasi dicat, non immutantur verecundia. Ezec. 3. Omnis quippe dom⁹ Israel attrita frōte est, & duro corde.

b ¶ Hic ostendit malitiam prælatorum contra æstimationem prophetæ. Et primo, proponit populi ignorantiam, quasi in excusationem ipsorum. [Forsitan pauperes] illi quos malos in plateis reperi [viam] per quam incederent [iudicium] quod timeant 1. Cor. 8. Non in omnibus est scientia. Secundo, proponit prælatorum scientiam, quæ auferebat opinionem culpæ. Ibo ergo [viam] per quam incedant [iudicium] quo inter alios etiam iudicent. Sap. 6. Ad vos reges sunt hi sermones, vt discatis sapientiam, ne excidatis. Tertio proponit culpam. [Et ecce magis] quàm populus, quia audacius, minus timentes [simul] cum populo. Psa. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dñm. [Iugū legis] vincula præceptorum. Psal. 2. Dirumpamus vincula eorū, & proiiciamus a nobis iugū ipsorū.

c ¶ Hic comminatur pœnam. Et primo, determinat pœnam, quantum ad interfectionem virorum [leo de silua] quasi ferox. Nabuchodonosor propter ferocitatem, in quo regnum Caldæorum: quantum ad vastationem regionum [lupus ad vesperam] idest propter uelocitatem. Sunt enim hora vespertina lupi velociores vacuati cibo, & aspirant ad prædam nocturnam. Vel in lupo regnum Persarum: quantum ad obsidionē vrbis [pardus vigilans] idest Nabuchodonosor propter fraudulentiam, vel regnum Græcorū propter varietatem regnorum, quæ sibi subiecerat. De regno autem Romanorum tacet, quia adhuc in longum imminebat, vel etiam ipsum significat p hoc quòd dicit. [Omnis qui egressus] idest, euasetit manus præcedentium [capietur] Tren. 3. Vrsus insidians factus est mihi leo in absconditō. Abac. 1. Leuiores sunt pardis equi eorum & velociores lupis vespertinis. Secundo, resumit causam [multæ sunt] quātum ad numerū. [Confortatæ] quantum ad vsum [auersiones] a deo. Esa. 59. Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis.

d ¶ Hic prosequitur peccata eorum, in speciali. Et primo, peccata subditorum. Secundo, peccata prælatorum, ibi. Quia inuēti &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit populi culpā. Secundo, peccantium stultitiam, ibi. [Annuntiate] Circa primum, tria. Primo, arguit in populo culpam idolatriæ [super quo] idest quam rationabilem causam potero inuenire vobis parcendi? [iurāt] eis diuinam reuerentiam impendentes. Deut. 32. Ipsi prouocauerunt me in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis, & ego prouocabo eos in eo, qui nō est populus. Secundo, arguit culpam luxuriæ, ponens peccati perpetrationem siue peccādi occasionem [saturaui] affluentiā temporaliū bonorum conferens. Vnde glo. Sine cerere & baccho friget venus. Amici enim sunt venter & gentalia [mœchati] adulterati [in domo meretricis.] Ex ipso loco, turpitudo peccati augetur. Ezec. 16 Hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę, superbia, & saturitas panis, & abundātia & ocium ipsius, & filiarum eius, & manū egeno & pauperi non porrigebāt. Et abstuli eas sicut vidisti. Ponens etiā concupiscentiæ feruorem. [Et qui amatores] quando scilicet sunt in tempore luxuriæ suæ [emissarii] quia ad hoc opus iumenta specialiter emittuntur. [Hinniebat] quasi libidine insaniens. Psal. 37. Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Ponens etiam pœnæ recompensationem. vbi comminatur vindictam [Numquid superhis] corrigens peccata eorum pœnis [anima] affectus. Sopho. 1 Visitabo super viros defixos in fæcibus suis. Et determinat pœnam, quantum ad destructionem murorum. [Ascendite] o Chaldæi. Et quantum ad destructionem hominum [auferte propagines] idest filios qui ex his propagantur, sicut ex propagine vites. Deut. 28. Destruentur muri tui firmi atque sublimes in quibus habebas fiduciam, in omni terra tua. Et resumit pœnæ causam [quia non sunt] ab alienati in ipso per peccatum. Esa. 24. Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorū præuaricati sunt. Tertio, aguit in eis peccatum blasphemiæ. Et primo, ponit culpam quantum ad blasphemiam in deum. [Negauerunt dominum] negantes prouidentiam ipsius, super res inferiores. [Non est ipse] cuius nutu omnia fiunt. Neque veniet] quāmuis contra ipsum peccauerimus. Tre. 3. Quis est iste qui dixit vt fieret, domino nō iubente? Et Ezec. 9. dixerunt. Dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Et quantum ad blasphemiam in prophetas [in ventu] idest in vanum. [Responsum] diuinum. Iob. 6. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & inuentum verba profertis. Secundo, comminatur pœnam. Et primo, ponit pœnam contra blasphemiam in prophetas [Hæc ergo.] quæ sequuntur [in ignem] idest dabo verbis tuis efficaciā, vt ipsa verba tua quasi ignes comburant. infra. 23. Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens dicit dominus? Et contra blasphemiam in deum, determinans hostium conditionē, quia potentem. [Ecce ego de longinquo] scilicet Chaldæa [robustā] viribus [antiquam] quia ipsis præfuit Nembroth gigas. Vnde, exercitata ab antiquo in armis. Item, ostendit gentem inexorabilem

eius, an inueniatis virum facientē iudicium, & quærentem fidem & propitius ero ei. Quòd si etiam, Viuit dominus dixerint, & hoc falso iurabunt. Domine oculi tui respiciunt fidem. Percussisti eos & non doluerunt, attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Indura uerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti.

b ¶ Ego autem dixi. Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viā domini & iudicium dei sui. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam domini, & iudicium dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt uincula.

c ¶ Idcirco percussit eos leo de silua, lupus ad uesperā vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis capietur, quia multæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum.

d ¶ Super quo propitius tibi esse potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his, qui non sunt dii. Saturaui eos & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in seminas, & emissarii facti sunt, vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Numquid super his non visitabo dicit dominus, & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ascendite mu ros eius, & dissipate, consumationem autem nolite facere. Auferte propagines eius, quia non sunt domini. Præuaricatione enim præuaricata est, in me domus Israel, & domus Iuda, ait dominus. Negauerunt dominum, & dixerūt. Non est ipse, neque veniet super nos malum, gladium, & fāmem nō videbimus. Prophetæ fuerunt in ventum locuti & responsum non fuit in eis. Hæc ergo euenient illis. Hæc dicit domin⁹ deus exercituū. Quia locuti estis verbum istud, Ecce ego do verba meaī ore tuo in ignē, & populū istū in ligna, & vorabit eos. Ecce ego adducam super vos gentem de longiquo domus Israel, ait dominus, gentem robustam, gentem antiquam, gentē cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuum deuorabit, filios tuos & filias tuas, comedet gregē tuum, & armenta tua, & comedet vineam tuam, & ficum tuam, cōteret vrbes munitas tuas in quibus tu habes fiduciam, gladio. Veruntamen in diebus illis ait dominus, non faciam vos in consumationem. Quòd si dixeritis, quare fecit dominus deus noster nobis hæc omnia? dices ad eos. Sicut dereliquistis me & seruistis deo alieno

bilem [gentem cuius ignorabis linguam.] Item, armis munitam [pharetra] quia prompte inde sagittas emittunt. Et quia ibi apparent sanguinolentæ, sicut cadauera in sepulchris. infra 50. Ecce populus veniet ab aquilone, & gens magna & reges multi consurgent a finibus terræ &c. Et ponit pœnæ inflictionem. [Etiā comedet] Deut. 28. Adducet super te dominus gentem de lōginquo, & de extremis terræ finibus in similitudinē aquilæ volantis in impetu, cuius linguā intelligere non possis, tamen cum misericordiȩ admistione. [Verumtamen] supra 4. Consummationem autem non faciam. Secundo, resumit pœnæ causam. [Quia si dixeritis] infra 16. Eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos & patres vestri.

e ¶ Hic ostendit populi peccantis stultitiam. Et primo, proponit ipsam [Audi popule, oculus.] exteriores [nō videtis] corde. Esaiæ. 6. Excæca cor populi huius. Secundo, probat. Et primo, ex cōparatione insensibilium creaturarum, proponens earū obedientiā. Me ergo. [Arenam] litus [cōmouebuntur] fluctus scilicet, idest quāuis commoueātur. Iob. 38. Circundedi illud terminis meis. Et populi inobedientiam. [Populo autem.] Ezech. 2. Noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est. Secundo, probat ingratitudinem beneficiorum, ponens ingratitudinem [recesserunt, temporaneā] in principio post seminationē [serotinam] tēpore maturationis fructuum [dn̄m] scilicet [custodientem.] Et beneficiorum cessationem. [Iniquitates vestræ] Esa. 59. Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum uestrum.

in terra vestra, sic seruietis diis alienis in terra non vestra.

e ¶ Annuntiate hæc domui Iacob, & auditum facite Iuda, dicentes. Audi popule stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis. Me ergo non timebitis ait dominus, & a facie mea non dolebitis? Qui G posui arenam terminum mari, pręceptum sempiternum, quod non præteribit, & commouebuntur, & non poterunt, & intumescēt fluctus eius & non transibunt illud. Populo autem huic, factum est cor incredulum & exasperans. Recesserunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo, Metuamus dominum deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneā & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem H nobis. Iniquitates nostræ declinauerunt hæc, & peccata nostra prohibuerunt bonum a nobis.

f ¶ Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, & laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ideo magnificati sunt & ditati, incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.

g ¶ Numquid super his non visitabo dicit dn̄s, aut super gentē huiuscemodi nō vlciscetur aīa mea?

h ¶ Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetę prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimo eius?

a CAP. VI.

Confortamini filij Beniamin in medio Hierusalē, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacaren leuate vexillū, quia malū visum est ab aquilone & contritio magna. Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Syon, Ad eam venient pastores & greges eorum. Fixerunt in ea tentoria in circuitu, & pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

f ¶ Hic prosequitur culpam prælatorum, quæ est frequenter causa culpæ subditorum. Et ideo dicit. [Quia inuenti &c.] Et circa hoc, duo facit. Primo, arguit ipsorum culpam, quantum ad violationem iustitiæ. Secundo, quantum ad peruersitatem doctrinæ, ibi. [Stupor.] Circa primum, duo. Primo, ostendit eorum iniustitiam, quantū ad iniustam & fraudulentam oppressionem pauperum, ponens dolum: [Insidiantes.] Psal. 9. Insidiatur vt rapiat pauperem [plenæ dolo] diuitiis quas dolo conquisierunt. Et doli effectum in multiplicatione diuitiarum. [Ideo magnificati] in honoribus [ditati] in diuitiis. infra. 17. Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, sed non in iudicio. Et in multiplicatione peccatorum. [Et pręterierunt] Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, Secundo, ostendit eorum iniustitiam, quantum ad iusti iudicii omissionem [causam viduæ.] Esa. 1. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos.

g ¶ Hic comminatur pœnam. Deut. 32. Reddam vltionē hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

h ¶ Hic arguit peruersitatem doctrinȩ. Et primo, ponit admirabilem culpam [stupor] idest stupenda res [prophetæ prophetabant mendacium] quorum erat veritatem docere. Ezech. 22. Prophetæ eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & diuinantes eis mendacium. [Applaudebant] consentientes mendaciis, quorum erat prophetas corrigere. infra 29. Dedit te dominus sacerdotem pro Ioiade sacerdote, vt sis dux in domo domini &c. Et nunc, quare non increpasti Hieremiam Anathotitem qui prophetat vobis &c. [Et populus meus] Eccl. 10. Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Secundo, innuit admirabilem pœnam. [Quid igitur] in nouissimo] scilicet captiuitatis, vel mortis. Esa. 27. In mensura contra mensuram

F cum adiecta fuerit, iudicabit eam &c. Notandum, quòd est multiplex paupertas, scilicet, Terrenæ possessionis. Iacobi 2. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromisit deus diligentibus se. Humilitatis. Mat 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Afflictionis. Ps. 21. Ego sum pauper & dolens, salus tua domine suscepit me. Cognitionis. Apoc. 3. Nescis quia tu es pauper. Imperfectionis. Tren. 3. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Itē notandum, ꝙ multiplex est visitatio, scilicet Consolationis. Lucæ. 1. Visitauit nos oriens ex alto. Correptionis. Psal. 88. Visitabo in uirga iniquitates eorum. Damnationis. infra 8. In tempore visitationis suæ corruent, dicit dominus. Congregans congregabo eos ait dominus. Itē notādum, quòd verbum dei dicit ignis, Quia illuminat. Ps. 118. Lucerna pedib9 meis verbum tuum. Quia inflamat. Psa. 104. Eloquiū domini inflāmauit eum. Quia intima penetrat. infra. 20. Et factus est sermo domini in corde meo quasi ignis æstuans, claususq; in ossib9 meis. Hebr. 4. Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Quia liquefacit Ps. 147. Emittet verbum suum & liquefaciet ea, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Quia consumit inobedientes. Esa. 30. Labia eius repleta sunt indignatione, & I lingua eius quasi ignis deuorans. Ioan. 15. Si non venissem & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

a CAP. VI.

Hic excludit secundum remedium in quo confidere poterant, scilicet in fortitudine vrbis regię, cuius destructionē prophetat in hoc cap. Et circa hoc facit duo. Primo, ponitur ciuium præparatio. s. ad resistendū [Confortamini] vt designet qūo seinuicem aduenientibus hostibus exortabuntur Vel irrisorie dicit. [filii Beniamin] quia Hierusalem in sorte illius tribus erat q̄tum ad superiorem partem, sed quantū ad inferiorē, in tribu Iuda. Iosue. 15. Ascenditque per cōuallem filii Enon ex latere Iebusei ad meridiem. Hæc est Hierusalem. [Et in Theuca clangite Bethacaren] loca munita prope Hierusalē. supra 4. Leuate signū. K Secundo, ponit ipsius ciuitatis destructionem. ibi [Speciosæ &c.] Et primo, ponit conditio hostium vastantium, sub quibusdam metaphoris, Secundo, describuntur aperte & expresse, ibi [Hæc dicit dn̄s.] Circa primū duo. Primo, describit vrbis obsidionem. Secundo, congressionem, ibi, [Sanctificate.] Circa primum, tria. Primo, describitur ciuitatis pulchritudo. [Speciosæ] q̄tum ad decora ædificia & multitudinem habitantium. [delicatæ] quantū ad fertilitatem terrȩ. Ezec. 16. Similam & mel, & oleū comedisti, & decora facta es uehementer nimis. Secundo, describit obsidio [ad eam uenient pastores] metaphorice, principes Caldæorum quasi ubertate pascuorum illecti. infra. 12. Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam [Fixerunt] ad obsidionem urbis. Tertio, describit exercitus debita ordinatio. [pascet] idest gubernabit [sub manu] potestate. Diuersis enim turmis, diuersi principes erant.

a ¶Hic

b ¶ Hic ponitur congressio ad capiendum vrbem. Et circa hoc, A tria ponit. Primo, congrediendi præceptum [sanctificate] idest formate, vel sanctum ostendite & iustum, quasi dei voluntate assumptum. Et est vox principum ad milites. Michææ. 3. Si quis non dederit in ore quippiam, sanctificant super eum prælium. Secundo, ponitur cō gredientium desiderium, quod ostendit in tribus. In mutua exhortatiōe [surgite] vox militum adinuicem [ascendamus] ad impugnandum quāuis in monte sitam: & quia nō retrahuntur temporis importunitate, neque calore diei [in meridie] neque horrore noctis [in nocte] Et quia conqueruntur de temporis breuitate. [Væ nobis] dies in qua erat tempus aptum ad bellādum. [Longiores] quāto enim Sol magis appropinquat ad zenit capitis, tanto fit longior vmbra in parte opposite Esa. 10. Confortamini, adhuc dies est vt in Nobe stetur. sed secundum glos. [Væ nobis] dicitur ex persona populi timētis noctis insidias, quia etiam in meridie resistere vix valebat. Tertio, ostēdit egrediendi modum [quia hæc dicit dominus] quasi secure possumus pugnare, quia domini præceptum est [cædite lignum] ad faciendas machinas [fundite, aggerem] quem fecerāt ad defensionem murorum suorū destruentes ipsum, vel [fundite] erigentes terrā in aceruū ad ponendas munitiones contra ciuitatem. Abac. 1. Ipse super omnem munitionem ridebit, & cōportabit aggerē, & capiet eā.

b ¶ Sanctificate super eam bellū, consurgite & ascendamus in meridie. Væ nobis quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius, quia hæc dicit dominus exercituū. Cædite lignum eius, & fundite circa Hierusalem aggerem.

c ¶ Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius, Sicut frigidam facit cisterna aquam suā, sic frigidam fecit malitiam suam, Iniquitas & vastitas audietur in ea corā me semp, infirmitas & plaga.

d ¶ Erudire Hierusalem ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terrā inhabitabilem. Hæc dicit dominus exercituum. Vsque ad racemum colligēt, quasi in vinea reliquias Israel, Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad carthallum.

e ¶ Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? Ecce incircuncisę aures eorum, & audire non possunt. Ecce verbum domini factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.

f ¶ Idcirco furore domini plenus sum, laboraui sustinens. Effunde super paruulum furorem, & super concilium iuuenum simul. Vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter, quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit dominus.

g ¶ A minore quippe vsque ad maiorem, omnes auaritiæ student, & B a propheta vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filię populi mei cum ignominia dicentes, Pax, pax, & non erat pax. Confusi sunt quia abominationes fecerunt, quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quamobrē cadēt inter ruentes, in tēpore visitationis suæ corruēt, dicit dn̄s.

h ¶ Hæc dicit dominus, State super vias & videte, & interogate de semitis antiquis quæ sit via bona, ambulate in ea, & inuenietis refri C gerium animabus vestris. Et dixerunt, Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. Ideo audite gentes & cognoscitę congregatio, quāta ego faciam eis. Audi terra. Ecce ego adduco mala super populū istum, fructum cogitationū eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt.

c ¶ Hic ponit obsidionis causam, ex culpa. Et circa hoc, tria. Primo, ponit malitiæ vniuersalitatem. [visitationis] quasi correctione digna [omnis calumnia] omnis calumniandi modus. Psal. 54. Non defecit de plateis eius vsura & dolus. Secundo, cordis obdurationem, [sicut frigidam.] & ita conseruat quasi illesam a calore. supra 3. Foderūt sibi cisternas dissipatas, quæ cōtinere nō valēt aquas. Tertio, peccati cōtinuitatem [iniquitas] Esa. 59. Vastitas & contritio in viis eorum, viā pacis nescierunt &c. [Infirmitas] quasi pœna respondens prædictis duabus culpis.

d ¶ Hic ostendit destructionem. Et circa hoc, tria. Primo, ponit consilium ad euitandam destructionem. Secundo, ponit cōsilii contemptum, ibi. [Cui loquar &c.] Tertio, comminatur destructionis iudicium, ibi. [Idcirco &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit consilium [erudire] scilicet flagellis præcedentibus castigata. Esa. 28. Sola vexatio intellectum dabit auditui. Secundo, ponit imminens periculum, in amissione diuini amoris. [Ne E forte] Ezechielis 16. Auferetur zelus meus in vastatione regionis. Psal. 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in siti. Et in captiuitate gentis. [Hæc dicit dominus, vsque ad racemum] inclusiue, quia nec racemus relinquetur. Metaphorice, per vineam Iudæos. Esai. 5. Vinea domini sabbaoth, domus Israel est. Per racemos homines, per vindemiam captiuitatem significans. O Chaldȩe [conuerte] seruat metaphoram [quasi vindemiator] collectos racemos in vase, quod carthallū dicit, ponit vt ad torcular portet, ita Iudæos in carcere concludas, & in Babylonem ducas. Abdie. Si vindemiatores introissent adte, numquid saltem racemum reliquissent tibi? Vel vsque ad racemum exclusiue, quia reliquias populi scilicet rusticos & viles, ibi dimittent. [Conuerte] & significat reuersionem ipsorum ad terram suam, quæ ostenditur iuxta hoc per carthalli signum.

e ¶ Hic ostendit consilii dati contemptum. Et primo, propheta quærit idoneum consilii auditorem. [Cui loquar] fructuosa verba domini. [Contestabor] adiurabo, in quo significat charitatem. Esa. 28 Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Secundo, ostendit inidoneitatem, quia audire noluerunt. [Ecce incircuncisæ,] quasi gentilib9 fabulis plenæ. Act. 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus. Et quia etiam audita contemnunt. Ecce verbum.] infra. 20. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium, & in derisum tota die.

f ¶ Hic comminatur eis destructionis flagellum. Et primo, ostendit illis iustitiæ zelum [furore domini] igne scilicet zeli, pro domini iustitia. Num. 25. Zelo meo commotus est cōtra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Secundo, dat hostibus destructionis pceptū. [Effūde] O Chaldæe, [iram] scilicet tuam abundantē [foris in plateis & agris. Ecc. 36. Excita furorem & effunde irā. [Paruulum] nulli parcatur ætati. Tertio, ponit præcepti complementum, & quantū ad personas, & quantum ad possessiones. [Vir enim cum muliere] vxore. Trenorum vltimo. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.

g ¶ Hic ponit causam destructionis. Primo, auaritiā. Secundo, D inobedientiam, ibi [Hæc dicit dominus, State &c.] Tertio, sacrorum abusum, ibi. [Vt quid mihi thus &c. Circa primum, tria. Primo, ponit culpam, ponens auaritiæ studium in desiderando [omnes auaritiæ student.] Esa. 56. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsque ad nouissimum. Dolum in consequendo [& a propheta] Psal. 37. Dolos tota die meditabantur. Et dolositatis modum, quia adulando [& curabant] scilicet verbis excusando culpas & excludendo pœnas. Ezech. 13. Prophetæ Israel qui prophetant ad Hierusalem, & vident ei visionem pacis, & non est pax ait dominus deus. Secundo, ponit inuerecundiam etiam inter pœnas [confusi sunt] penis [confusione] salubri, quæ pœnitentiam prouocet. Eccl. 4. Est confusio adducens peccatum & est confusio adducens gloriam & gratiam. Tertio, comminatur pœnam. [Quamobrem cadent] ipsi prophetæ [inter ruentes] plebeos [corruent] morte, vel captiuitate, ipsis sociati in pœnis, a quibus non sunt diuisi in culpis.

h ¶ Hic ponitur ipsorum inobedientia. Et primo, ponit culpā, scilicet inobedientiam præcepti de imitatione sanctorum, ponēs præceptum [state super vias] considerate diuersas operationes bonorum & malorum, vt vtrorumque progressum & exitum videatis [antiquis] quæ sanctorum vestigiis sunt tritæ. Tren. 3. Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad dominū. Vel [super vias] prophetas: præcepti fructum [& inuenietis refrigerium] Psal. Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Matth. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Et præcepti contemptum. [Et dixerunt &c.] Et etiam quantum ad inobedientiam præcepti, de obedientia prælatorum. [Et constitui speculatores] prophetas & principes [vocem tubæ] prædicationem ipsorum. Ezech. 3. Fili hominis speculatorē dedi te domui Israel & audies de ore meo verbū & annuntiabis eis ex me. Secundo,

cundo, comminaẽur pœnam. Primo, excitans audientiam [ideo audite, congregatio] omnium nationum. Esa. 1. Audite cæli & auribus percipe terra. Secundo, comminatur pœnam. [Ecce ego] Esa. 3. Fructum adinuentionum suarum comedet.

i ¶ Hic ponit sacrorũ abusum, inquantum peccatis polluti, deo sacrificia offerre præsumebant, quæ propter hoc accepta nõ erant. Et circa hoc, duo. Primo, ex hoc quòd non sunt accepta, designat ipsorũ culpam. Et quantũ ad ea quę offerebantur in altare thimiamatis. [Vt quid mihi thus de Saba] regio vbi nascit thus, [calamum] cinnamomum quod ponebatur in thimiamate, cuius composito habetur. Exod. 30. [Longinqua] scilicet India. Esa. vlt. Qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Et quantum ad altare holocaustorum. [Holocaustomata.] Esa. 1. Holocausta arietum & adipem pinguiũ, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui. Secundo, ponit pœnam. [Propterea hęc dicit dominus.] Esa. 3. Corruet populus vir ad virũ, & vnusquisque ad populum suum.

k ¶ Hic describit aperte hostes veniẽtes. Et primo, describit hostium conditionẽ. Secũdo, populi incorrigibilitatẽ, ibi. [Probatorẽ &c.] Circa primum, tria. Primo, describit hostes gentem fortem, multitudine [gens magna] & armis [sagittam] crudelem [crudelis est, quasi mare] & vt voce terreat: & intentione, [& super equos.] infra. 50. Ecce populus veniet ab aquilone, gens magna & reges multi consurgẽt a finibus terræ. Arcum & scutũ apprehendent, crudeles sunt, & immisericordes. Secundo, ponit ex fama, Iudæorum timorem [audiuimus famam, dissolutæ] præ timore nihil facere possumus. Psalm. 47. Ibi dolores vt parturiẽtis. Et timoris effectum. [Nolite exire.] Deut. 32. Foris vastabunt eos gladius, & intus pauor. Tertio, hortatur ad pœnitentiæ dolorem [filia populi] accingere] supra 4. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & vlulate, quia non est auersa ira furoris domini a vobis.

l ¶ Hic ostendit populi incorrigibilitatem. Et primo, inducit prophetæ testimonium [probatorem] vt quasi experimento discas eorum duritiam, dum eos flectere ad bonum non uales. Prouerb. 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Secundo, ponit vniuersale peccatum omnes isti principes [Aes & ferrum] quasi dicat, non solum sunt immundi, sed tecti sunt immunditia, sicut ferrum & æs est immunditia argenti. Vel ferrum propter duritiam, æs propter impatientiam, quia tremulũ est. Iob. 40. Ossa eius velut fistulæ æris &c. Psa. 13. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Tertio, ponit incorrigibilitatis exemplum. [Defecit sufflatorium.] Argentum enim admistum plumbo in fornace ponitur, & sufflante argentario faces consumuntur & argentum melioratur, sed plumbum minuitur. Isti autem positi in fornace tribulationis, consumpti malis quasi plumbo, non sunt correcti [frustra] verbum dei [conflauit conflator] deus, vel prædicator. Eccl. 2.

i ¶ Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentẽ de terra longinqua? Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Propterea, hæc dicit dominus. Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & proximus peribũt.

k ¶ Hæc dicit dominus. Ecce populus venit de terra aquilonis, & gens magna consurget a finibus terræ. Sagittã & scutum arripiet, crudelis est & nõ miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit, & super equos ascẽdẽt, præparati quasi vir ad prælium aduersum te, filia Syon. Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ. Tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturiẽtem. Nolite exire ad agros, & in vineam ne ambuletis, quoniã gladius inimici pauor in circuitu. Filia populi mei accĩgere cilicio, & conspergere cinere. Luctum vnigeniti fac tibi, planctũ amarum, quia repente veniet vastator super vos.

l ¶ Probatorem dedi te in populo meo robustum, scies, & probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter. Aes & ferrum, vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatoriũ in igne, consumptum est plumbũ. Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum nõ sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia dns proiecit illos.

F In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Quarto, concludit reprobationis argumentum. [Argentum reprobum.] Tren. vlt. Sed proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. Notandum, q̃ peccatum dicitur frigus. Quia extinguit calorem dilectionis. Matth 24. Quoniã abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Quia cõgelat humorem deuotionis. Eccl. 43. Frigidus ventꝰ aquilo flauit, & gelauit chrystallus ab aqua. Quia retardat motũ bonæ operationis. Prou. 20. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo ęgestate, & nõ dabitur illi. Item nota, quòd quædã sunt viæ Præceptorum. Psa. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Actionũ. Tren. 3. Scrutemur vias nostras, & ꝗramus, & reuertamur ad dominum. Virtutum. Prouer. 4. Viã sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis. Doctorum. Viæ eius viæ pulchræ & omnes semitæ eius pacificæ. Ipse Christus. Io. 14. Ego sum via, veritas, & vita.

a CAP. VII.

Erbum quod factum est ad Hieremiam a domino, dicens. Sta in porta domꝰ domini, & prædica ibi verbũ istud, & dic. Audite verbũ domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has, vt adoretis dominum. Hęc dicit dominus exercituum, deus Israel. Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini est. Quoniam si benedixeritis vias vestras, & studia vestra, si feceritis iudicium inter virum & proximum eius, aduenæ & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malũ vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto in terra quam dedi patribus vestris, a sæculo vsque in sęculum. Ecce vos cõfiditis vobis in sermonibus mẽdacij, qui non proderunt vobis, Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatũ est nomen meum, & dixistis, Liberati sumus, eo quòd fecerimus oẽs abominationes istas. Numquid ergo spelũca latronum facta est domus

a CAP. VII.

Hic excludit tertium remedũ, in quo poterant confidere, scilicet de cultu diuinę religionis. Et primo, quantum ad templi sanctitatem Secundo, quãtum ad orationis deuotionem, ibi. [Tu ergo noli &c.] Tertio, quantum ad sacrificiorum oblationem, ibi [Hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit quasi salubre consilium, ostendens veram fiduciam. [Sta in porta] vt saltem religione loci cogantur audire: quasi dicat, aliàs audire contemnunt [bonas facite vias] actiones [studia] cogitationes quibus deliberatis de agendis. Esa. 40. Dirigite viam, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Et primo, ponit fructum [& inhabitabo.] Apoc. 20. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et excludit spẽm vanam, [Nolite confidere, mendacij] inquantum scilicet dicebant se propter sanctitatem templi omnes pœnas posse vitare, sine emendatione vitæ [templum domini] sanctum [templum domini] pretiosum [templũ domini] a cunctis venerarum. 2. Macha. 5. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum, deus elegit. Secundo, exponit ipsum: & primo, quantum ad primam partem, ostendens quid sit bonas vias facere, resumens consilium, eos ordinando, & ad seipsos in actione [quoniam si benedixeris] quasi in mẽte determinaueritis, vel direxeritis. Et in cogitatione [studia vestra.] Et ad proximum, quantum ad operationem boni [si feceritis] Et in comparatione ad deum. [Et post deos.] resumit consilii fructum. [Habitabo vobiscum] si volueritis & audieritis &c. Ps. 14. Domine quis habitat in tabernaculo tuo &c. Qui ingrediẽ sine macula, & operatur iustitiã &c Secundo, exponit quantum ad secundam partem. Et primo, ostendit falsam fiduciam, ponens defectum ex parte culpæ. [Ecce vos, mendacij] dum dicitis vos posse hæc quæ sequuntur impune committere [furari] contra rem proximi [occidere] contra personam [adulterari]

terari] cõtra id q̃d est quasi res & quasi persona [iurare.] Hic ponit peccata contra deũ. Esa. 28. Posuimus mendaciũ spẽ nostrã, & mendacio protecti sumus. Et ponit apparentiam ex parte insufficientis emendæ. [Et venistis & stetistis] quasi per ingressum templi tantum, satisfacere credentes, decepti fortassis per orationẽ Salomonis quæ habetur. 2. Paralipome. 6. & 3. Reg. 8. Et ipse intelligit cũ perfecta morum emendatione, domum domini ingrediendam [eo quòd fecimus]. i. ab eo. Secundo, excludit eam. Primo, argumento ostendẽs emendam insufficiẽtem pro culpis [Num quid.] quasi dicat. Si non purgati, domũ meam intratis, speluncam latronum eã facitis. Mat. 22. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronũ. Et ostendit culpam patentem. [Ego ego] singulariter [sum] vbique omnia vides [vidi] peccata vestra. Prouer. 16. Omnes viæ hominum patẽt oculis eius, spirituum põderator est dominus. Secũdo, excludit exemplo. Et primo, ponit exemplum de Sylo, vbi prius tabernaculum positum fuit. [Ite ad locum.] Psal. 77. Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus. Secundo, adaptat ad propositum, assumens similẽ culpam. [Et nunc &c. mane consurgens] ad modum hominis solliciti, qui summo mane surgit ad expléda opera sua, vel quia tempus illud congruum est ad contemplandum, & suscipiendum verba sapientiæ, pro corpore iam quietato [vocaui.] Prouer. 1. Quia vocaui & renuistis, inuocaui, & non fuit qui aspiceret &c. Et concludit similem pœnam, quantum ad destructionem loci [faciam domui.] infra. 26. Dabo domum istam sicut Sylo, & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. Et quãtum ad captiuationem populi [proiiciam vos] infra. 23. Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos.

b ¶ [Hic excludit remedium orationis. Et primo, profertur sententia [vt assumas] etiam ab eis rogatus & non obsistas, quia oratio sanctorum, quodãmodo detinet & excludit dei scientiã. Sapien. 18. Propetans homo sine quærela depræcari pro populi, proferens seruituti suæ scutum, orationem, & per incẽsum depræcationem allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Esa. 64. Non est qui inuocet nomen tuum, qui consurgat & teneat te. Sed contra. Iob. 9. Deus cuius iræ resistere nemo potest. Respondetur, quòd verum est, virtutis robore, sed oratione & humilitate [quia non exaudiam] more cutialis domini, qui non vult faciem serui rogantis confundere. 4. Reg. 14. Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo &c. Secundo, ponit causam ex culpa. Primo, proponens culpam, ostendens eam patentem, quia publice factam [nonne vides] Ezech. 16. Fili hominis, notas fac Hierusalem abominationes suas: & communem, quantum ad omnem sexum & ætatem [filii colligunt, reginæ cæli] idest Lunæ, vel militiæ & omnibus astris. infra. 44. Vt sacrificemus reginæ cæli & libemus ei libamina sicut &c. Secundo, ostendit peccantium stultitiam, quia non deum, sed seipsos offenderunt ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego ego sum, ego vidi dicit dominus. Ite ad locum meum in Sylo, vbi habitauit nomen meum a principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit dominus, & locutus sum ad vos, mane consurgens & loquens, & non audistis, & vocaui vos & non respondistis, faciã domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quẽ dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Sylo, & proiiciam vos a facie mea sicut proiecimus omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.

b ¶ Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudẽ & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalẽ? Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placẽtas reginæ cęli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. Numquid me ad iracundiã prouocant, dicit dominus? Nõne semetipsos, in confusionẽ vultus sui? Ideo hęc dicit dominus deus. Ecce furor meus & indignatio mea cõflatur super locum istũ, super viros & super iumenta, & super lignum regionis & super fruges terræ, & succendetur & non extinguetur.

c ¶ Hæc dicit dominus exercituũ, deus Israel. Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbũ præcepi eis dicens. Audite vocem meã & ero vobis deꝰ, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. Et nõ audierunt nec inclinauerunt aurem suam, sed abierunt in uoluptatibus & in prauitate cordis sui mali, factique sunt retrorsum & non in ante, a die qua ingressi sunt patres eorum de terra Aegypti, vsque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quàm patres eorum. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Et dices ad eos. Hæc est gens quæ non audiuit vocẽ domini dei sui, nec recepit disciplinam. Periit fides, & ablata est de ore eorum.

d ¶ Tonde capillum tuum & su-

A [Numquid me] Iob. 26. Si peccaueris, quid nocebis ei? Psalm. 12. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius descendet. Tertio, comminatur pœnam [ideo hæc dicit dominus] supra, 4. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

c ¶ Hic excludit sacrificiorũ fiduciã. Et primo, excludit sacrificiorũ curã, ponẽs scientiam [Holocaustomata] quasi dicat, sicut victimarum maior pars cedit in vsus vestros, ita holocausta vobis ex toto comedite, quia carniũ consumptione nõ delector. Psal. 49, Num quid manducabo carnes taurorũ, aut sanguinem hircorũ potabo? Et ponit causam [quia non sum locutus] Non enim dominus hoc propter se volebat, sed vt propter hoc, ab idolatria reuocaret. Vnde, ante adorationem vituli, de quo Exod. 33. nulla præcepta de sacrificiis data sunt. Psal. 50. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti, Tunc dixi ecce venio. Secundo, arguit moralũ inobedientiam. Et primo, ostendit culpã. Secundo, comminatur pœnam, ibi [Tõde capillum &c.] Circa primum, duo. Primo, probat inobediẽtiam quasi per inductionem, ostendens eos inobedientes legi, ponẽdo legis præcepta [Sed hoc verbum præcepi] a principio, quasi principaliter intentum [vocẽ meam] de præceptis moralibus. Ezech. 36. Eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum. Et præcepti contẽptum [Et non audierunt, retrorsum] semper peccata postea addentes. Esa. 56. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, a summo vsque ad nouissimum. Ostendit etiam eos inobedientes præcedentibus prophetis [Et misi ad eos. 4. Reg. 17. Testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarum & videntium, dicens. Reuertimini a viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea, & cæremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris, & sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicẽ patrum suorum, qui noluerunt obedire domino deo suo. Prædicit etiam, eos non obedituros sibi [Et loqueris] Ezech. 3. Domus Israel, nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Esa. 65. Vocaui & non respondistis, locutus sum & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis. Secundo, infert confusionem [Et dices ad eos] supra. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt [fides] domini. Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel fidelitas ad proximum. Prouerbiorum 20. Virum fidelem quis inueniet?

d ¶ Hic comminatur eis pœnam. Et primo, præsignat eam facto [Tonde capillum] simile, Ezech. 5. Tertiam partem pilorum igni cõbures in medio ciuitatis, iuxta completionẽ dierum obsidionis, & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius. Tertiam vero aliam, disperges in ventum [generationem

tionem furoris] Eſa. 10. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra propulum furoris mei, mandabo illi. Secundo, determinat verba. Et primo, præſumit idolatriæ culpam, aggrauans eã ex loco ſacro; quia fecerunt [offendicula] idola [in domo] ſcilicet in templo, & in loco publico & aperto [& ædificauerunt quę non præcepi] quaſi dicat, non tam grauia præcepi eis. Vnde patet, quòd etiam a me receſſerũt. Pſa. 105. Immolauerũt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis, carnes filiorum ſuorũ & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaã. Secũdo, cõminatur pęnam: & primo, quantum ad interfectionem virorum. Secundo, quantum ad effoſſionem cadauerum, ibi [In tempore illo &c.] cap. 8. Tertio, quo ad eiectionem remanentium, ibi. [Et eligent magis &c.] Circa primum, tria. Primo, oſtendit interfectionis locum. [Ideo ecce dies] vt vbi peccauerunt, ibi puniãtur, infra 19. Ecce dies veniẽt dicit dominus, & non vocabitur amplius locus iſte Tophet & vallis filii Ennon, ſed vallis occiſionis. Secundo, excludit ſepulturæ officium. [Et erit morticinium] ſepelientur tamen aliqui vel a reliquiis vel ab hoſtibus non ualentibus ſuſtinere fætorem. Pſal. 78. Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. Tertio, excludit vniuerſale gaudium. [Et requieſcere] Tren. vlt. Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter: quæ omnia atteſtantur magnitudinem occiſionis. Nota, quòd deus habitat nobiſcum, Per fidei conſtantiam. Ephe. 3. Habitare Chriſtũ per fidē in cordibus veſtris &c. Per fraternæ dilectionis cõcordiã. Mat. 18. Vbi fuerit duo, vel tres congregati in noīe meo, ibi ſum in medio eorũ. Per præceptorum obedientiã. Io. 18. Si quis diligit me ſemonē meũ ſeruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſionē apud eum faciem⁹. Per deuotæ contemplationis eminētiam Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſiquis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad eum, & cænabo cum illo & ipſe mecum. Item nota, quòd quoddam eſt templum hiſtoricum. Pſal. 137. Adorabo ad tēplum ſanctũ tuum, & cõfitebor nomini tuo. Allegoricũ, ipſa eccleſia 1. Cor. 3. Templũ dei ſanctũ eſt, qđ eſtis vos. Tipicũ, ipſe iuſtus. Cor. 6. Neſcitis qm̃ mēbra veſtra tēplũ ſunt Spiritusſancti? Anagogicũ, ipſe deus. Apoc. 20. Dñs deus omnipotēs tēplum illius eſt &c. Item nota, ꝙ vocē dñi debemus audire, Illum diligendo charitatis amore, quia bonũ noſtrũ. Deut. 6. Diliges dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Ei ſeruiendo cultus religione, quia dominus. Deut. 10. Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Pſal. 2. Seruite domino in timore. Poſt eũ eundo præcepti obſeruatione, quia pater. ſupra 3. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi nõ ceſſabis. Illũ quærendo recta intentione, quia finis. Sopho. 2. Quærite dñm omnes manſueti terræ, quia iudicium eius eſtis operati. Eum adorãdo debito honore, quia factor noſter eſt & deus. Matth. 5. Dominum deum tuum adorabis.

me in directum planctum, quia ꝓiecit dominus & reliquit generationem furoris ſui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit dominus. Poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatum eſt nomen meum vt pollueret eã, & ædificauerũt excelſa Tophet, quę eſt in valle filij Ennon, vt incēderent filios ſuos & filias ſuas igni, quæ non recepi, nec cogitaui in corde meo. Ideo ecce dies venient dicit dominus, & nõ dicetur ampli⁹ Tophet, & vallis filij Ennon, ſed vallis interfectionis, & ſepelientur in Tophet, eo quòd non ſit locus. Et erit morticiniũ populi huius in cibos volucribus cæli & beſtiis terrę, & non erit qui abigat. Et requieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Hieruſalem vocē gaudij & vocem letitiæ, vocem ſponſi & uocem ſponſæ. In deſolatione enim erit terra.

a CAP. VIII.

IN tempore illo ait dominus, eiicient oſſa regis Iuda, & oſſa principũ eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa eorum qui habitauerunt Hieruſalem de ſepulchris ſuis, & expandēt ea ad ſolem & lunam & omnem militiam cæli quę dilexerunt, & quibus ſeruierunt, poſt quæ ambulauerunt, & q̃ quæſierunt & adorauerunt. Non colligentur, & non ſepelientur, in ſterquilinium, ſuperfaciem terræ erunt.

G b ¶ Et eligent magis mortem q̃ vitam, omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac peſſima in uniuerſis locis quæ derelicta ſunt, ad quæ eieci eos, dicit dñs exercituũ.

c ¶ Et dices ad eos. Hæc dicit dominus. Numquid qui cadit non reſurget, & qui auerſus eſt non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Hieruſalem, auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auſcultaui, nemo H quod bonum eſt, loquitur. Nullus eſt qui agat pænitentiam ſuper peccato ſuo, dicens. Quid feci? Omnes cõuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu uadens in prælium. Miluus in cælo cognouit tēpus ſuum, turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui, populus autem meus non cognouit iudicium domini.

a CAP. VIII.

HIc comminatur cadauerum effoſſionem. Et primo, ponit ipſam effoſſionem. [Eiicient oſſa] credentes aurum,

F vel aliquid talium inuenire Eſa. 18. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his, qui interfecti ſunt gladio &c. Secundo, effoſſorum diſperſionem [& expandent ea] 4. Reg. 17. Adorauerunt vniuerſam militiã cæli. Sap. 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Tertio eorundem vilitatem [non colligentur. [Eſai. 5. Facta ſunt morticinia eorum, quaſi ſtercus in medio platearum.

b ¶ Hic oſtendit oppreſſionem remanētiũ ſignificatam ex ipſa mortis electione, quæ quidem in ſe non eſt eligibilis, ſed inquantum malorum terminus eſt. Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem & non inuenient eam, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

c ¶ Hic oſtendit eorum obſtinationem & duritiam in peccatum, vnde diuiditur contra totũ præcedens. Et primo, oſtendit obſtinationem in peccata quæ cõmittũtur in deũ, vel in ſeipſum, & in proximum. Deinde de illis quæ committuntur directe in ꝓximum, ca. 9. [Quis dabit &c.] Circa primum, duo. Primo, arguit duritiam. Secundo, comminatur pęnam, ibi [Congregans congregabo &c.] Circa primum, quatuor. Primo, oſtendit eorum duritiam, quantum ad idolatriam. Secundo, quantum ad ſuperbiam, ibi. [Quo modo dicitis &c.] Tertio, quantum ad auaritiam, ibi. [Propterea dabo &c.] Quarto, quantum ad inuerecundiam, ibi. [Confuſi ſunt &c.] Circa primum, oſtendit eorum duritiam admirabilem ex tribus. I Primo, ex communi conſuetudine, proponens conſuetudinem. [Numquid qui cadit] ſpiritualiter, vel etiam corporaliter, quãtum ad conuerſionem peccati [qui auerſus eſt] quantũ ad auerſionem, quaſi dicat, hęc eſt conſuetudo. Pſal. 40. Numquid qui dormit, non adiiciet vt reſurgat. Amos. 5. Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam. Et concludit admirationem. [Quare ergo auerſus] quantum ad peccatum [contentioſa] quaſi contendentes contra dominum, vel contemnentes ipſum. Deut. 31. Ego ſcio contentionem tuam & ceruicem tuam duriſſimam. [Apprehenderunt] quantum ad conuerſionem [mendacium] dolum. Eſa. 28. Poſuimus mendacium ſpem noſtram, & mendacio protecti ſumus. Secundo, peccatorũ vniuerſalitatem, oſtendens vniuerſalem negligentiam quantũ ad bona agenda [attēdi, loquitur]& multo minus agit. Pſ. 13. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Et vniuerſalem impænitentiam de malis commiſſis. [Nullus eſt] Romanorum 2. K Tu autem ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ. Et irrefrenatam concupiſcentiam [omnes conuerſi ſunt.] Eccl. 30. Equus indomitus euadet durus, & filius remiſſus euadet pręceps. Iob. 25. Cucurrit aduerſus deum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt, &c. & 40. Abſorbebit fluuium & non mirabitur &c. Tertio, ex irrationabilium comparatione, ponens eorum cognitionem. [Miluus in cælo] ideſt in aere [tempus] aptum operibus ſuis [aduentus] quia tranſeunt in hyeme ad loca calida, & redeunt in vere, & hoc inſtinctu naturalis æſtimationis. Iob. 12. Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli & indicabunt tibi. Et ponit populi ignorantiam [populus, iudicium] ſibi ſuperuenturę propitiationis. Eſaiæ. primo. Iſrael autem me non cognouit.

d ¶ Hic

d ¶ Hic oſtendit eorum ſuperbiam, ex iactantia ſapientiæ. Et circa hoc, tria. Primo, ponit iactantiam [ſapientes nos ſumus] Eſa. 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Secundo, oſtendit iniuſtitiam [Vere mendacium] vel, male ſcripturas exponedo, vel iniquas leges condendo. Eſa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes, iniuſtitiam ſcripſerunt &c. Tertio, ponit pœnã [Cõfuſi ſunt] præteritũ pro futuro. Iob. 12. Adducit cõſiliarios in ſtultum finem & iudices in ſtuporem. & reſumit cauſam [Verbum domini] Eccl. 1. Fons ſapientiæ verbum dei in excelſis. Eſa. 5. Propterea captiuus duct⁹ eſt populus meus, quia non habuit ſciētiam. Oſee. 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, ergo te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi.

e Hic oſtendit auaritiam. Et primo, ponit pœnam[hæredibus] ideſt qui fortiter, & ſecure quaſi hæreditatem propiã tenent. Deuter. 28. Vxorem accipies, & alius dormiet cũ ea. Secundo, ponit culpam. Et primo, auaritiæ deſiderium, quia [a minimo, ſequuntur] quaſi finē. Eſa. 1. Omne caput languidum & omne cor męrens, a planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas. Secundo, ponit dolum in conſequendo [A propheta.] Tertio, doli modum. [Et ſanabant] Ezec. 13. Viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum propter pugillum ordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

f ¶ Hic oſtendit inuerecundiam. Et primo, verecundiæ cauſam [confuſi ſunt] q.d. pœnas patiuntur quibus confundi deberent. Eccl. 4. Eſt confuſio adducens peccatum. Secundo, oſtendit inuerecundiam[a minimo]ſupra 2. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Tertio, pœnam [idcirco] vt ſupra 6. Tren. 1. Cum caderet populus eius in manu. &c.

g ¶ Hic ponit pœnam ſupra pœnam prædictam ſimul. Et primo, ponit domini ſententiam, quantum ad hominum afflictionē [congregabo]in Hieruſalem obſidendo. infra 12. Congrega eos quaſi gregē ad victimã, & ſanctifica eos in die occiſionis. & quantum ad fructuum direptionem] nõ eſt vua] vobis, ſed hoſtibus q; veſtra vobis videntibus, comedũt [prætergreſſa] ab eis in manus hoſtium. Abach. 3. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Secundo, ponit populi miſeriam [quare ſedemus.] Vel ponit eorum præparationem, ponens mutuam exhortationē [quare ſedemus] in locis vrbium quaſi quieti [ſileamus] quaſi ſtupentes, vel a tumultu belli. ſupra 4. Congregamini & ingrediamur. Et exhortantium rationē, dum præuident pęnam [quia dominus deus noſter ſilere] ſtupore. Tren. 3. Repleuit me in amaritudine, inebriauit me abſinthio. Et confitentur culpam [peccauimus] Pſa. 43. Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatē fecimus: & recognoſcunt expectationis ſtultitiam. [Et expectauimus] ſecundum dicta pſeudo prophetarum [bonum] meritum pacis. Prou. 10. Expectatio iuſtorum lætitia, ſpes autem impiorum peribit. ponit etiam hoſtium perſecutionem & famam [A Dan] ſupra 4. Vox annuntiãtis. ponit etiam effectum famæ [A voce omnis terræ] hiperbolice vel methanomice. Pſalm. 17. Commota eſt & contremuit terra. Et etiã inflictam per eos pœnam. [Et venerunt &c.] plenitudinem ſci-

d ¶ Quomodo dicitis, ſapiētes nos ſumus, & lex domini nobiſcũ eſt? Vere mendacium operatus eſt, ſtilus mendax ſcribarũ. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt. Verbum enim domini proiecerũt, & ſapientia nulla eſt in eis.

e ¶ Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, Quia a minimo vſque ad maximum omnes auaritiam ſequunt, a propheta vſq; ad ſacerdotem, cuncti faciunt mendacium. Et ſanabãt cõtritiones filiæ populi mei & ad ignominiam dicentes, Pax, pax cum non eſſet pax.

f ¶ Confuſi ſunt quia abominationem fecerunt, quinimo cõfuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. Idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit dominus.

g ¶ Congregans congregabo eos, ait dominus. Nõ eſt vua in vitib⁹, & non ſunt ficus in ficulnea, foliũ defluxit & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi, quia dominus deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim domino. Expectauimus pacem, & nõ erat bonũ, tempus medelæ, & ecce formido. A Dan auditus eſt fremitus equorũ eius, a uoce hinnituum pugnatorum eius, cõmota eſt omnis terra. Et venerunt & deuorauerũt terrã, & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius. Quia ecce ego B mittam vobis ſerpentes regulos quibus non eſt incantatio, & mordebũt vos, ait dñs. Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meũ męrēs. Ecce vox clamoris filię populi mei, de terra longinqua. Numquid dñs non eſt in Syon, aut rex eius nõ eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiã concitauerũt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis? Tranſiit meſſis, finita eſt æſtas, & nos ſaluati non ſumus. Super cõtritione C filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus, ſtupor obtinuit me. Numquid reſina nõ eſt in Galaad, aut medic⁹ nõ eſt ibi? Quare igit̃ nõ ē obducta cicatrix filię populi mei?

a CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte, interfectos filiæ ppl̄i mei? Quis dabit me in ſolitu-

A licet fructus. Pſalm. 78. Comederunt Iacob & locum eius deſolauerunt. Et excludit medicinam [quia ecce ego, ſerpentes] Chaldæos [quibus non eſt incantatio] quia nullo modo placari poterunt. Pſal. 57. Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Apoc. 9. Cruciatus eorum vt cruaciatus ſcorpii, cũ percutit hominem. Tertio, ponit compatientis miſericordiam: & primo ſuper populi afflictionem ponens compaſſionem [dolor] ex perſona domini, & eſt antropoſpatos. Vel ex perſona ꝓphetæ. Tren. 1. O vos omnes qui trãſitis per viam, attendite & videte ſi ē dolor ſimilis ſicut dolor me⁹. Et ppl̄i afflictionē[Ecce vox] hoſtiũ [de terra longiqua] vel ppl̄i contra eoſdē hoſtes. vel de terra captiuitatis ſupra. Vocem quaſi parturiētis audiui. Et afflictionis rationem. Numquid dominus] immo ipſe deus poſſet dare, & cõſilia & auxilia & reſponſa. vnde nullam cauſam habetis alios deos quærēdi. 4. Reg. 1. Nũquid non eſt deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendũ Beelzebub deum Accaron? Secundo, compaſſionē ſuper diuturnitatē, ponens afflictionis diuturnitatem. [Trãſiit meſſis, ſaluati non ſumus] a famis periculo, quia fructum non recollegimus, ex perſona populi. Sic 4. Reg. 6. Vnde ſaluare te poſſum? D Tertio, compaſſionem [ſuper contritione] ex perſona domini, vt ſupra. Eſai. 63. Factus eſt eis ſaluator in omni tribulatione eorum. Vel ex perſona prophetæ. Tren. 2. Conturbata ſunt viſcera mea. Quarto, aſſignat diuturnitatis rationem, quia ſcilicet a peccato curari noluerunt [Numquid reſina] per quam medicina pœnitentiæ contra culpam, vel diuinæ ſapientiæ[medicus] propheta, vel ſacerdos [in Galaad] vbi vigebat medicinæ ſtudium. infra. 45. Aſcende in Galaad & tolle reſinam, virgo filia Aegypti [Quare igitur, obducta] curata [cicatrix] peccati. Eſa. 1. Vulnus & liuor & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Nota quòd multiplex eſt ſilentium, ſcilicet, Stuporis. Amos 8. In omni loco proiicietur ſilentium. Securitatis. Eſaiæ. 32. Eritque opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitię ſilentium, & ſecuritatis vſque in ſempiternum. Longanimitatis. Tren. 3. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare domini. Et quietis cordis. Eccl. 8. Verba ſapientium E ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. Item nota, quòd fugiēda eſt ſocietas malorum, quia, Alliciunt verbis 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Trahunt exemplis. Pſa. cum viro innocente innocens eris, & cum peruerſo peruerteris. Afficiunt, quantum ad famam. Eccleſ. 13. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Inuoluunt, quantum ad pœnam. Numer. 16. Recedite a tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.

a CAP. IX.

HIc oſtendit obſtinationem ipſorum in peccatis, quæ ſunt directe in proximum. Et primo, ponitur ipſius compaſſio, quantum ad pœnam [Quis dabit] quaſi dicat, triſtitiæ & compaſſioni non ſufficit humor, qui eſt materia lachrimarum [aquã] quantũ ad abundantiã [fontē] quantũ ad indeficientiam Tren. 3. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ

populi mei. Et quantum ad culpam [Quis dabit] q.d. mallem in solitudine habitare, quàm peccata ipsorũ videre [diuersorum viatorum] idest, in qua quàmuis nullus habitet, diuersi tamen trãseunt, vel in solitudine de diuersis viatoribus, per quam scilicet, vel nullus, vel rarus transit. infra 12. Reliqui domum meã, dimisi hæreditatem meam. Secundo, describitur populi conditio [quia omnes.] Et primo, quantum ad culpã. Secundo, quantũ ad pœnã, ibi. [Propter hoc &c.] Circa primũ, duo. Primo ponit peccatum quod est ex violatione alieni thori. [Adulteri sunt] supra 5. Vnusquisque ad vxorem ꝓximi sui hinniebat. Ex trangressione pacti humani, vel diuini [cætus præuaricatorum] q.d. ad hoc cõiurauerunt. Esa. 24. Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatiõe transgressorũ ꝓuaricati sunt. Ex locutione mendacii [extenderunt linguam suam quasi arcum] ex quo sagitta dolosi verbi. Osee, 7. Reuersi sũt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Secũdo, exaggerat ipsum & primo, ex augmẽto culparum [Confortati, in terra] idest in terrenis peccatis, vel in terrenis bonis priuati cælestibus. Ps. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns [de malo] peccatum peccato addentes. Osee 4. Maledictum & mendaciũ, homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Secundo, ex conditione peccantium, quia etiam inter coniunctos ad quos magis tenentur opera charitatis extendere. Et primo, consulit cautelam [vnusquisq; se a proximo] qui coniungit aliqua ciuili, vel spirituali cõmunicatione [fratre qui coniungitur naturali fœdere Michæe. 7. Nolite credere amico, nolite confidere in duce. De secundo, assignat cãm ex parte fraudulentiæ: & primo, ponit fraudis peccatum, [quia omnis frater supplantãs] alienam rem iniuste surripiẽs. Gen. 27. Supplantauit me en altera vice &c. in modo faciendi, quia [omnis amicus.] Esa. 32. Fraudulenti, vasa pessima sunt. Et in verbo [& vir fratrem] Iob. 12. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum & exaudiet eum: futurum tempus vocat perseuerantiam. Secundo, assignat rationẽ, quia assueti ad mendacia [docuerunt] per consuetudinẽ, & studio si ad mala opera [laborauerunt] Prou. 4. Non enim dormiunt nisi malefecerint, & non capitur somnus ab eis nisi supplantauerint. Sap. 5. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Tertio, inducit conclusionem [Habitatio tua] o Hieremia, vel o Hierusalem [doli] idest dolosi populi. Ezec. 2. Increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.

b ¶ Hic ponitur conditio populi miseranda, quantum ad pœnã. Et primo, ponit sententiã. Secundo, determinat pœnam, ibi [Super montem &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponit sententiam [cõflabo] sicut aurum in igne, vel sic, vt saltem mundentur. Eccl. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos, tentatio tribulationis. Secundo, ostendit sententiæ iustitiam. Primo, excludens misericordiæ viam [Quid enim] q.d. nõ restat aliud nisi vt puniã, omnibus aliis viis expertis. Esa. 5. Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci ei? Secundo, proponit culpam [Sagitta quæ a longe percutit, & vsque ad intima penetrat. Prouer. 26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis, &, 25. Iaculum & gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Psa. 63. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorũ, & infirmatatæ sunt contra eos linguę eorum. Psa. 27. Qui loquũtur pacem cũ ꝓximo suo, mala autẽ in cordibus eorum. Tertio concludit pœnam. [Numquid super] vt supra 5.

c ¶ Hic determinat pœnam in speciali. Et primo, determinat pœnã. Secũdo, excludit falsam euadendi fiduciam, ibi. [Hæc dicit dominus, non glorietur &c.] Circa primũ, tria. Prio, ponit vastationẽ terrarũ. Secũdo, afflictionem hominum hominum, ibi. [Idcirco hęc dicit dominus &c.] Tertio, abiectionem cadauerum, ibi. [Loquere hæc dicit dũs &c.] Circa primum, duo. Primo, determinat destructioũẽ terræ, quantum ad possessiones designans cõbustionem [quoniã incensa] Ioel 1. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succẽdit omnia ligna regiõis [eo quòd non] supra 4. Intuitus sum & ecce non erat homo, & omne volatile cæli recessit [possidẽtis] quia iam non ibat illuc. Et quantum ad ciuitates [Et dabo Hierusalem] Esaiæ, 17. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Secundo, assignat rationem. Et primo, ponitur, quæstio. [Quis est vir qui intelligat] per se [ad quem verbum] vt per reuelationem cognoscat. Esaiæ, 42. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura? Secundo, ponitur responsio [Et dixit dominus] quantum ad auersionem [quia dereliquerunt] quasi non assidui ad meditandum [non audierunt] quasi prompti ad obediendum [non ambulauerunt] quasi efficaces ad implendum 1. Mach. 1. Multi de populo Israel diffinierunt apud se vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori quàm cibis coinquinari immundis, & noluerunt infringere legem dei sanctã, & trucidati sunt. Et quantum ad conuersionem [noluerunt] idest secuti sunt praua desideria sua [Baalim] pluralis & masculini generis. Eccles. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere.

d ¶ Hic comminatur pœnam, quantum ad ipsos homines. Et primo, determinat pœnam, quantum ad afflictionem [cibabo absinthio] angustiis quas a Chaldæis perpessi sunt [potum] quia auxilium Aegyptiorum vertetur eis in amaritudinem, quo tribulationes se euadere credebant, sicut potu cibus facile traducitur. Tren. tertio. Repleuit me amaritudine, inebriauit me absinthio. Et quantum ad captiuitatem [dispergam] & quantum ad occisionem [& mittam] prius. Ezech. quinto. Tertiam partem disperges in uentum, & gladium nudabis post eos. Secundo, inuitat ad plãctus tristitiam [hæc dicit dominus.] Et primo, inuitat lamentatrices secundum consuetudinem Iudæorum, vt ad fletum prouocent [uocate lamentatrices] qui mos tangitur, infra 22. Non concrepabunt ei, væ domine, & væ inclyte. Luc. 22. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete & super filios vros. Secũdo, ponit præceptũ flẽdi. Primo, ad populũ indicens præsentem luctum [deducãt.] Tren. 2. Deduc quasi torrentẽ lachrymas per diem & noctem & non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Et prædicens futurũ q. est quasi materia præsentis [quia vox audita est] spiritu prophetiæ, vel ponit præteritũ pro futuro. infra 31. Vox in excelso audita est. Et assignat cãm [quõ] vox plangentiũ in Syon [vastati] quantũ ad vastationẽ regionis [cõfusi] quantũ ad seruitutem] dereliquimus] quantũ ad captiuitatem. supra 4. Væ nobis quoniam vastati sumus. Secũdo, ad ipsas lamentatrices indicens luctũ [audite] Esa. 32. Mulieres opulentæ surgite & audite vocem meã &c. Et determinãs cãm, quia [ascendit mors] idest Chaldęus mortẽ inferẽs, in quo designatur velocitas ipsorũ, & fortitudo, qui nõ contenti intrare per ostia, per tecta & fenestras confcẽdebãt. Ioel. 2. Domos conscendent, ꝓ fenestras intrabunt quasi fur.

e ¶ Hic ponit pœnam quantũ ad ipsa cadauera, quæ remãserunt inhumata, [q̃si fœnũ] qd' a mẽte q. vile q. ddã negligit Esa. 5. Facta sunt morticina eorũ, quasi stercus in medio platearũ.

f ¶ Hic excludit euãsionis falsam fiduciam. [Non glorietur:] quia per hoc credens se liberari [in sapientia] quæ præcipua est inter humana bona animæ [fortitudine] præcipua inter humana bona corporis [diuitiis] quæ præcipua sunt in bonis exterioribus. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes. Et ostendit veram fiduciam. [Sed in hoc, scire] per cognitionẽ in intellectu [& nosse] per experientiam dulcedini in affectu. Psa. 61. In deo salutare meum, gloria mea & spes mea in deo est 2. Cor. 10. Qui gloriatur in domino glorietur. Et assignat causam [quia ego, misericordiam] vt vos liberem [iudicium] vt hostes opprimam [iustitiam] vt sit æqualitas [placent] in vobis. Michææ. 6. Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a te. Vtique facere iudicium & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum deo tuo. Secundo, excludit fiduciam legalium cæremoniarum, & circuncisionis specialiter quæ præcipua est, quæ etiam ex patribus est, quia est imperfecta, ex carne tantum & non in corde. Vnde simul cum incircuncisis puniũtur. [Ecce dies veniẽt.] Act. 7. Dura ceruice & incircũcisis auribus & cordibus &c. Nota ꝓ homo nõ debet gloriari in sapiẽtia. Quia transitoria. Esa. 29. Peribit sapiẽtia a sapiẽtibus eius & intellectus prudẽtiũ eius abscõdetur. Quia imperfecta. Ezec. 8. Intellexi quòd omnium operũ dei, nullã possit inuenire rõnẽ eorum quæ fiunt sub sole. Quia nociua. 1. Cor. 8. Scientia inflat, charitas vero ædificat. Quia laboriosa. Eccl. 1. In multa sapientia multa indignatio. Et qui addit scientiã, addit & laborem. Item, non debet gloriari in fortitudine. Quia fragilis. Iob. 6. Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Quia frequenter inutilis. Eccl. 10. Vidi sub Sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, secundum tempus casumque in omnibus. Quia non domino acceptabilis. Ps. 142. Non in fortitudine equi voluntatem habebit, neque in tibiis viri beneplacitum erit ei. Quia peccati occasio. Sap. 2. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitię. Quod enim infirmũ est, inutile inuenitur. Item non debet gloriari in diuitiis. Quia transitoriæ. Iacob. 15. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Quia insufficientes. Prouerbiorum, 16. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiã emere nõ possit? Quia verbum dei impedientes. Matth. 6. Fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Quia nociuæ. Eccl. 2. Diuitiæ congregatæ in malum domini sui.

2 CAP. X.

Hic ostendit populi dignitatem, vt ex hoc appareat eorũ culpa grauior, & pœna iustior. Et diuiditur in tres partes. In prima, ostendit eorum dignitatem, ex diuina maiestate. In secunda, ex diuino fœdere. ca. 11. [Verbum quod factum &c.] In tertia, ex dimissa adhæsione vel protectione ca. 13. [Hęc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. In prima, ostẽdit dignitatem eorum in cõparatione ad alios populos, ex hoc ipso ꝓ verbum dũi colebant. In secunda, cõminatur pœnam, quia cultũ dei repulerũt ꝓ idolatria, ibi. [Cõgrega &c.] Circa primum, duo. Primo, ostendit differentiã deorum. Secundo, ex hoc concludit destructionem cultorũ, ibi. [Stultę &c.] Circa primũ, tria. Primo, discernit deum verũ a falsis diis, q̃tũ ad dominii maiestatẽ. Secũdo, q̃tũ ad durationis ęternitatẽ, ibi [Doctrina &c.] Tertio, quantũ ad diuinitatis veritatẽ, ibi, [Sic ergo dicetis &c. Circa primum, duo.

a CAP. X.

Audite verbũ qd' locutus ẽ dominus super vos, domꝰ Israel. Hæc dicit dũs. Iuxta vias gentiũ nolite discere, & a signis cæli nolite metuere q̃ timẽt gentes, quia leges populorũ vanæ sunt. Quia lignũ de saltu, præcidit opus manus artificis in ascia. Argẽto & auro decorauit illud, clauis & malleis cõpegit, vt nõ dissoluatur. In similitudinem plasmę fabricatæ sunt, non loquentur, portata tollent, quia incedere non valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene.

b ¶ Nõ est similis tui dñe, magnꝰ es tu & magnũ nomẽ tuũ in fortitudine. Quis nõ timebit te, o Rex gẽtiũ? Tuũ est. n. decus. Inter cũctos sapiẽtes gentium, & in vniuersis regnis eorũ, nullꝰ est similis tui. Pariter insipientes & fatui probabuntur.

Primo, ostendit idolorum vanitatem & infirmitatẽ. Secundo, diuinã maiestatem, ibi [Non est similis &c.] Circa primũ, duo. Primo, ꝓponit præceptũ vt nõ flectantur ad idolatriã, neque gentiũ imitatione [iuxta vias] neque cælestiũ magnitudine [a signis cæli] ita. s. quòd in eis diuinitatẽ credatis, vel ꝓ necessitatem habeant super ea quæ dependent ex libero arbitrio. Deut. 4. Ne forte eleuatis oculis ad cælum, videas Solem & Lunam & omnia astra cæli, & error deceptus adores ea, & colas quæ creauit dominus deus in ministerium cunctis gẽtibus, quæ sub cælo sunt. Secũdo, ꝓbat propositum, proponens idolorum vanitatem [leges populorũ] quibus ad idolatriam se obligant [vanę] q.a inutiles & sine veritate diuinæ scientiæ. Sap. 13. Vani sunt oẽs homines, in quibus non subest scia dei. Et hanc vanitatem probat, ex substantiæ vilitate. Quantũ ad materiam, quia lignũ. Esa. 44. Succidit cedros, tulit ilicẽ & quercum quæ fleterat inter ligna saltus. Quantum ad causam efficientẽ principalẽ [opus manus] & instrumentalem [in ascia] Sap. 13. Infelices sunt & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuũ hoium &c. Esa. 44. Fecit illud in angularibus, & idcirco tornauit illud, & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Quantum ad formam decoris [argento] Baruch. vltimo. Ligna eorum polita a fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata, falsa sunt & non possunt loqui: & compositionis [clauis & malleis.] Esa. 41. Confortauit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens glutino bonum est, & cõfortauit cũ clauis vt non moueretur: probat etiam ex operis infirmitate, q.a non habent operationem sensitiuam neque intellectiuam [In similitudinem plasmę] quæ neque intelligit quàmuis decora sit [& nõ loquẽtur] quãtũ ad actum rõnis [portata]. s. ab aliis [incedere] Quãtũ ad operationẽ sẽsitiuæ aiæ. Ps. 113. Os habẽt & nõ loquẽtur, oculos habẽt & nõ videbunt. Aures habẽt & nõ audient, nares habent & non odorabunt. Manus habent & nõ palpabunt, pedes habent & nõ ambulabunt, nõ clamabũt in gutture suo. Tertio, concludit intentum. [Nolite, ergo timere] quædam. n. colebantur vt benefacerẽt, quædam ne male. Esa. 41. Bene quoque aut male si potestis facire, & loquemur, & videamus simul.

b ¶ Hic ostendit diuinæ dominationis maiestatẽ. Et primo, ostẽdit singularem potentiam [magnus] in seipso [& magnum nomen] in hominum opinione. Et ex hoc concludit timorẽ. [Quis non timebit] supra 5. Me ergo non timebitis ait dominus, & a facie mea nõ dolebitis? Secundo, ostendit suam singularẽ sciam. Et primo, excludens sapientiæ æqualitatem [tuum est. n. Apoc. 7. Tium, omnis autem domus Israel in circuncisi sunt corde.

Benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor virtus & fortitudo deo nostro in sæcula sæculorum, Amen. Secundo, ostendens eorum fatuitatem in comparatione ad diuinam sapientiam [& in vniuersis, pariter insipientes] in diuinis [fatui] in humanis 1. ad Cor. 3. Sapiẽtia huius mũdi stultitia est apud deũ.

c ¶Hic ostendit differentiam quantum ad æternitatem. Et primo, ostẽdit idolorum inceptionẽ q̃tum ad eorũ substantiam quę de ligno facta sunt [eorũ] sapiẽtum in gentibus [lignum] idest idolum de ligno factum. Ab hoc enim sapientia vana ipsorum cernitur. Et quantum ad argentea [Argẽtum] & quantum ad aurea [aurum, opus]. s. hæc sunt [artificis] & opus [manus] quasi etiã vile opus. Ps. 113. Simulachra gẽtium argentũ & aurum, opera manuũ hominũ. Et quantũ ad eorum ornamẽta [Hyacintus] constat .n. illud quod factũ est, icæpisse Baruch vlt. Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerẽ domus, qui est plurimus inter eos. Secundo, proponit ei ęternitatem adiũgens veritatẽ & maiestatem, quia [deus verus, & sempiternus] Esa. 40. Deus sempiternus dñs qui creauit terminos terræ &c. Et ex his concludit timorem [ab indignatione] q.d. etiam insensibilia ipsius iram sentiunt [non sustinebunt] præ timoris magnitudine. Psalm. 17. Commota est & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt.

c ¶ Doctrina vanitatis eorũ, lignũ est. Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurũ de Ophir, opus artificis & manus ærarij, hyacint⁹, & purpura indumẽtũ eorũ. Opus artificum vniuersa hæc, dominus autem deus verus est. Ipse deus viuens, & rex sempiternus. Ab indignatiõe ei⁹ cõmouebit terra, & nõ sustinebũt gẽtes cõminationẽ ei⁹.
d ¶ Sic ergo dicetis eis. Dij qui cęlos & terram nõ fecerunt pereant de terra, & de his, quæ sub cælo sunt. Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cęlos. Ad uocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ. Fulgura in pluuiã facit, & educit ventum de thesauris suis.
e ¶Stultus factus est omnis homo a scientia sua, confusus est artifex oĩs insculptili, quoniã falsum est qđ cõflauit, & nõ est spiritus in eis. Vana sunt, & opus risu dignũ. In tempore visitationis suæ peribunt. Non est his similis, pars Iacob. Qui enim formauit omnia, ipse est, & Israel virga hæreditatis eius, dominus exercituum nomen illi.

d ¶ Hic ostẽdit dñiã, quantũ ad diuinitatis veritatẽ: quã Primo, excludit ab idolis, ostẽdens in eis nõ eẽ diuinã operationẽ [eis] cultorib⁹ idolorũ. Vnde in Hebræo, Chaldæo sermone scriptum est [pereãt]. i. cultus eorũ cesset. Psal. 18. Cæli enarrãt gloriã dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamẽtũ. Secũdo, oñdit in deo eẽ diuinã operationẽ. Et primo, quãtũ ad creationẽ essentialiũ partiũ mũdi [Qui facit terrã] quãtũ ad infima [p̃parat orbẽ] q̃tũ ad sũma. Prou. 2. Dñs sapiẽtia fundauit terrã, stabiliuit cælos prudẽtia Ps. 103. Extẽdens cælũ sicut pellẽ, qui tegis aquis superiora eius. Secũdo, quãtũ ad passiones aeris, vt non solũ priora a primis esse credant, sicut q.dã Philos. dicũt, sed ẽt omniũ author q. operãs in oĩbus. Et primo, quãtũ ad ea q̃ fiũt ex materia humida, sicut nubes & pluuiæ [ad vocẽ] ad p̃ceptũ [ab extremitatibus] pp abũdãtiã aquarũ ĩ circuitu terræ. Scđo, quantũ ad ea q̃ fiũt ex materia humida & sicca [fulgura] imutat ordinẽ, q.a post fulgura frequẽter sequit̃ pluuia Tertio, q̃tũ ad ea q̃ fiũt ex sicca materia [& educit de thesauris] de occultis causis & locis in quib⁹ gñant̃. Ps. 134. Educẽs nubes ab extremis terræ, fulgura in pluuiam fecit.
e ¶ Hic cõcludit destructionẽ cultorũ. Et primo, ponit idolatrarũ ignominiã, quãtũ ad stultitia [Stult⁹ factus] apparuit [a sciẽtia sua] qua idolũ finxit 1. Cor. 1. Stultã de⁹ fecit sapiẽtiã huius mũdi. Et quãtũ ad cõfusionis pœnã [confusus est] Ps. 96. Cõfundãtur oẽs qui adorãt sculptilia, & qui gloriãtur in simulachris suis. Et assignat cãm ex idolorũ falsitate [qm̃ falsum ẽ] vanitate [vana] & fictione in tẽpore. Sap. 14. Qđ factũ est, cũ illo qui fecit tormẽta patiet̃. Scđo, excludit Iudæorũ gloriã [nõ est his] Ps. 15. Dñs pars hæreditatis meæ & calicis mei; tu es q. restitues hæreditatẽ meã mihi. q.a felicitas cuiuslibet ẽ sua pars. Tre. 3. Pars mea dñs dixit aĩa mea, p.pea expectabo eũ [virga hæreditatis] q. sceptrũ ipsius; quia hæreditariũ regnũ ipsius ẽ. Vel [virga] quasi sors. Deut. 32. Pars aũt domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.
f ¶ Hic cõminatur eis pęnã, quia hãc dignitatẽ nõ seruauerũt.

F Et primo, comminatur pęnã. Secũdo, propheta petit misericordiã [Scio &c.] Circa primũ, tria Primo, cõminatur pœnã. Scđo, pęnæ cãm, ibi. Quia stulte &c. Tertio, pęnæ ordinẽ, ibi [Vox &c. Circa primũ, duo. Primo, dñs p̃signat pœnã obsidionis [Cõgrega] in vrbe [de terra] de agris [cõfusionẽ]. i. fruct⁹ tuos qui sunt cõfusiõe digni. supra 8. Cõgregans cõgregabo eos ait dñs. Et pœnã captiuitatis [quia hæc dicit dñs [i hacvice] q.d. vlteri⁹ nõ parcã [ita vt nõ inueniantur] ĩ vrbe. Vel quia maior pars mortua ẽ. Tre. vlt. Proiiciẽs repulisti nos. Scđo, popul⁹ ex hoc territus plangit futuram pęnã [Væ mihi. infra 30. Insanabilis fractura tua. q.a pro peccatis. Et promittit patiẽtiã. [Ego ãt, infirmitas mea [q. p pctis mihi debita [& portabo] patienter. Michææ. 7. Iram dñi portabo, quoniã peccaui ei. Scđo, in speciali quãtum ad destructiõnẽ domorũ [tabernaculũ] quia domus ita facile sicut tentoria destructa sunt [funiculi] q bus tentoria extenduntur. supra 4. Repẽte vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Et q̃tũ ad afflictiõnẽ habitatorũ [filii mei] Baruch. 5. Exierũt abs te pedib⁹ ducti ab inimicis [q extẽdat] q. qui reędificet.

f ¶ Congrega de terra confusionẽ tuam quę habitas in obsidione, q.a hæc dicit dñs. Ecce ego longe proiiciam habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos ita vt non inueniantur. Væ mihi super contritiõe mea, pessima plaga mea. Ego autẽ dixi. Plane hæc infirmitas mea est, & portabo illã. Tabernaculũ meũ
G vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sũt. Filij mei exierũt a me & nõ subsistũt. Nõ est q̃ extẽdat vltra tẽtoriũ meũ, & erigat pelles meas.
g ¶ Quia stulte egerunt pastores, & dominum non quæsierunt, propterea nõ intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.
h ¶ Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitacula draconum.
i ¶ Scio domine quia non est hominis via eius, nec viri est vt am-
H bulet, & dirigat gressus suos. Corripe me domine, verũtamen in iudicio & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam super gentes quæ nõn cognouerunt te, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerũt, quia comederũt

g ¶ Hic assignat cõem pęnã p ordinẽ, quia pctã prælatorũ sũt cã cæcitatis ipsorũ. Sap. 3. Excæcauit eos malitia eorũ. Et hæc cã destructiõis pp̃li. Mat. 15. Si cęc⁹ cęco ducatũ p̃stet, ambo ĩ fuoeã cadũt. Eze. 34 Dispersæ sunt oues meæ eo q nõ esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omniũ bestiarũ agri & dispersæ sunt.
I h ¶ Hic determinat ordinẽ pęnę p̃signãs hostẽ ab aq.lone veniẽtẽ supra 1. Ab aq.lone pãdetur oẽ malũ, super oẽs cognatiões terrę.
i ¶ Hic petit mĩam. Et primo, oñdit petẽdi necessitatẽ [nõ ẽ hominis via] q̃tũ ad electiõnẽ [vt ambulet] quãtũ ad executionẽ [dirigat [q̃tũ ad ordinationẽ in finẽ, & ita nec in ptãte nr̃a resistere, nec Chaldæi ĩpugnare, sed totũ depẽdet ex tua dispõc. Ps. 36. Apud dñm gressus hoĩs diriget̃, & viã ei⁹ volet. Pro. 16. Cor hoĩs sponit viã suã, sed dñi est dirigere gressus ei⁹. Scđo, ponit petitionẽ qua petit pp̃ls mĩam [corripe me ĩ iudicio] cõsuetæ miæ, non cõdẽnationis de quo in. Ps. 142. Nõ intres in iudicio cũ seruo tuo dñe, q.a nõ iustificabit̃ in cõspectu tuo oĩs viuẽs [& nõ ĩ furore] s̃m debitæ vindictæ mẽsurã [ne forte] iustũ. n. eẽt vt peccãs ĩ deũ ab ipso relinquerẽt, & sic in nihilũ tẽderet. Et sic nõ facit contra p̃ceptũ dñi. sup. 8. Tu ergo noli orare p pp̃lo isto &c. q.a nõ petit, vt nõ puniãtur, sed ne oĩno deleãtur. Psa. 6. Dñe ne ĩ furore tuo arguas me, neq; ĩ ira tua corripias me. Et petit hostib⁹ irã. [Effunde indignationẽ] & assignat cãm [q.a comederũt] Ps. 78. Effunde
K irã tuã in gẽtes q̃ te nõ nouerunt, & in regna q̃ nomẽ tuũ nõ inuocauerũt: q.a comederũt Iacob, & locũ eius desolauerunt. Nota q stultus est hõ a scĩa dei: pp cordis elationẽ. Ro. 1. Dicentes se eẽ sapientes stulti facti sunt: pp inquirẽdi curiositatẽ. Act. 26. Multæ literæ ad insaniam tẽ deduxerũt: pp sciæ incertitudinẽ. Esa. 47. Hæc scĩa tua & sapiẽtia tua decepit te: pp operis peruersitatẽ. Sap. 12. Excæcauit. n. eos malitia eorũ. Itẽ nota, q debet portari diuina percussio patienter: pp affectũ percutiẽtis. Pro. 1. Disciplinã dñi fili mi ne abiicias, nec deficias cũ ab eo corriperis: propter cõscientiã criminis. Michææ 4. Irã dñi portabo qm̃ peccaui ei: pp.ter expectationẽ muneris. Iac. 1. Btũs vir q. suffert tentationẽ, qm̃ cũ probatus fuerit accipiet coronã vitæ, quã repromisit deus diligentibus se. propter inutilitatem murmuris. Tre. 3. Quid murmurauerit homo viuens, vir pro peccatis suis?

a CAP. XI.

HIc ostendit populi dignitatem ex hoc, quòd cum deo pacto inito fœderati erant. Et primo, ponit pacẽ, & trangredientibus cõminatur pœnã. Secundo, disputat de punientis iustitia cap. 12. [Iustus quidem &c.] Circa primũ, duo. Primo, proponit confœderationem. Secundo, fœderis transgressionem, ibi. [Quia contestãs &c.] Circa primum, duo. Primo, inducit propheta ad annuntiandũ [Audite] tu & qui tecum sunt, boni sunt, & ita quasi priuilegiati [dicẽs &c.] De hoc pacto. Ezec. 16. Operui ignominiam tuã & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum ait dominus deus, & facta es mihi. Secundo, inducitur populus ad obseruandum. Et primo, proponit rõnes duas, quarum primã sumit a pœna transgredientium [Maledictus vir] Deut. 27. Maledictus vir, qui non permanserit in sermonibus legis huius, nec eos opere p.fecerit. Et assignat iustitiã [in die qua] q.d. iustũ est puniri illos qui post tot beneficia ingrati sunt [fornace] pp afflictionẽ [ferrea] propter durã dominationẽ. Deu. 4. Vos ãt tulit dñs, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populũ hæreditariũ sicut in ẽ præsẽti die.

Iacob & deuorauerũt eũ, cõsumpserũt illũ, & decus eius dissipauerũt.

a CAP. XI.

Verbum qđ factũ est a dño ad Hieremiã dicens. Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Hierusalẽ, & dices ad eos.
B Hæc dicit Dominus de⁹ Israel. Maledictus vir qui nõ audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti de fornace ferrea dicens. Audite uocẽ meã & facite omnia quæ p̃cepi vobis, & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis ĩ deum, vt suscitẽ iuramentũ qđ iuraui patribus vestris daturũ me eis terrã fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et rñdi & dixi. Amen
C dñe. Et dixit dñs ad me. Vociferare omnia verba hæc in ciuitatib⁹ Iuda & foris Hierusalem, dicẽs. Audite verba pacti hui⁹, & facite illa.
b ¶ Quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Aegypti vsq; ad diẽ hãc. Mane cõsurgẽs cõtestat⁹ sum, & dixi. Audite vocẽ meã, & non audierunt nec inclinauerũt aurẽ suã, sed abierũt vnusquisquã in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos oĩa verba pacti huius, qđ præ-
D cepi vt facerẽt & nõ fecerũt. Et dixit dominus ad me. Inuenta est cõiuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Hierl̃em. Reuersi sunt ad iniquitates patrũ suorũ priores, qui noluerũt audire verba mea. Et hi ergo abierũt post deos alienos, vt seruirent eis. Irritũ fecerunt dom⁹ Israel & domus Iuda pactũ meum, quod pepigi cum patribus eorum.
B c ¶ Quamobrẽ hæc dicit dñs. Ecce ego inducã super eos mala de q̃bus exire nõ poterũt, & clamabũt ad me, & nõ exaudiã eos. Et ibũt ciuitates Iuda & habitatores Hierusalẽ, & clamabũt ad eos quib⁹ libãt, & non saluabũt eos in tẽpore afflictiõis eorũ. Secundũ numerũ. n. ciuitatũ tuarũ, erant dij tui Iuda, & s̃m numerũ uiarum tuarũ Hierusalẽ posuisti aras confusionis, aras ad libandũ Baalim. Tu ergo noli ora-
C re p populo hoc, & ne assumas p eis laudẽ & orationẽ, quia nõ exaudiã in tẽpore clamoris eorũ ad me, in tẽpore afflictiõis eorũ. Quid est q dilectus meus, in domo mea fecit scelera multa? Nũquid carnes sanctę auferẽt a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuã vberẽ, pulchrã, fructiferã, speciosam vocauit dñs nomen tuũ. Ad uocẽ loquelæ grãdis exarsit ignis in ea, & combusta sint fructeta ei⁹. Et dñs exercituũ q. plãtauit te, locut⁹ est super
D te malũ pro malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

Et, ponit pacti formam [dicens] in quo aliquid petit, scilicet obediẽtiã. [Audite] & aliquid promittit, s. diuinæ familiaritatis gloriam [& eritis &c.] supra 7. Hoc verbum præcepi eis dicens, Audite uocẽ meã, & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus &c. secundam rationem sumit ex præmio obseruantium [vt suscitẽ] quia iam quasi periit captiuitate imminente [lacte] propter abundantiam animalium [melle] propter abundantiã terrę nascentiũ. Vel hiperbolice, in his duobus abundãtia omniũ bonorũ designatur. Deut. 6. Multipliceris amplius, sicut pollicitus est domin⁹ de⁹ patrum tuorum tibi terrã lacte & melle manantẽ. Secundo, ponitur prophetę assensio. [Et respõdi, Amen] idest vere fecisti qđ promisisti, vel fiat hoc quod promittis. Deut. 27. Et dicet omnis populus, Amen. Tertio, inducitur conclusio, vt scilicet obseruent. [Et dixit dominus.] Esa. 40. Exalta in fortitudine.
b ¶ Hic ostendit quomodo pacem transgressi sunt. Et primo, peccando in deum. Secundo, peccando in prophetam, ibi. Tu autem domine &c. Circa primum duo. Primo, proponit culpam. Secundo, cõminatur pœnam, ibi. [Quamobrẽ &c.] Circa primũ, tria. Primo, ostendit diligens admonitio, tum, ex iuratione] contestans] quasi adiurãs, tum, ex temporis continuitate [in die qua eduxi] tum, ex temporis opportunitate [mane consurgens] qñ homo magis paratus est ad intelligendum. supra 7. Et locutus sum ad vos mane consurgens & loquens. Secũdo, ponitur inobedientis populi transgressio [& non audierunt] Esai. 56. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suã, a summo vsque ad nouissimum. Tertio, ponitur culpæ aggrauatio ex obstinatione. [Et induxi super eos] quia nec per pœnas, nec per beneficia quæ in pacto legis continebantur eis indicto, correcti sunt. Prou. 1. Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, &

A increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cũ vobis id quod timebatis aduenerit &c. Ex coniuratione [inuenta est coniuratio] q.d. omnes cõmuniter peccant, ac si ad hoc coniurassent. Est. n. coniuratio, consensus iuramento firmatus ad aliquid faciendum. Esa. 8. Omnia quæ loquitur populus iste. Et ex consuetudine [reuersi sunt] Osee. 7. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Quarto, inducitur conclusio. [Irritũ fecerũt.] Osee. 6. Ipsi aũt sicut Adã transgressi sunt pactũ, ipsi præuaricati sunt in me. Prou. 2. Reliquit ducem pubertatis suę, & pacti dei sui oblita est.
c ¶ Hic contra incorrigibilem culpam cõminatur inuasibilẽ pœnam. Et primo, ponitur pęna [Ecce ego] Esa. 24. Qui explicuerit se de fouea, tenebit̃ laqueo. Secundo, excludit euasiõis remedia. Et primo, q non iuuabũtur orõnibus propriis fusis ad deum [clamabunt &c.] Prou. 1. Inuocabunt me, & nõ exaudiã. Et fusis ad idola. [Et ibunt ciuitates.] Esa. 45. Nescierunt qui leuant signũ sculpturæ suæ, & rogant dñm non saluantẽ. Et adiungit idolorũ multitudinem [s̃m numerum.] Eze. 16 Fecisti postribulum in cũctis plateis, ad omne caput viæ ędificasti signum prostitutionis tuæ. supra 2. Neq; ẽt orõnibus alienis. [Tu ergo &c. Laudẽ] vt me quasi misericordẽ laudãs ad misericordiã prouoces 1. Reg. 16. Vsquequo tu luges Saul cũ ego proiecerim eũ, ne regnet super Israel? supra. 7. idẽ. Secũdo, q non iuuabuntur sacrificiorũ oblationib⁹, assignans reprobatiõis rõnẽ. [Quid est q dilectus] s. populus Iuda [in domo] in tẽplo colẽs ibi idola. Ezec. 8 Fili hominis putas ne vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedãt a sanctuario meo? Et ponit sacrificiorũ reprobationẽ [nũquid carnes], s. animaliũ immolatorũ. Heb. 10. Impossibile est sanguine hircorũ & taurorũ auferri pctã. Tertio, oñdit q nõ iuuabũtur propriis viribus. Et circa hoc, duo. Primo, cõmemorat pristinã gloriã [oliuã
E vberem] q̃tum ad abundantiã ramorũ, in quo significatur multitudo populi [pulchrũ] q̃tum ad virorem coloris, in quo prosperitas florens, & virtus animi virens [fructiferam] quantum ad copiã fructuum, in quo abundantia bonorũ operũ, & magnorũ [speciosa] quantum ad compositionẽ partium, in quo designatur ordinatio debita populi. [Vocauit] vt talis fama vndiq; de te exiret. Osee. 14. Erit quasi oliua gloria ei⁹, & odor eius vt Libani. Secũdo, prædicit futuram pœnã. Primo, proponẽs ipsam pęnã [ad uocẽ loquelæ]. i. ad ĩperiũ Nabuchodonosor [vinea]. i. domus Israel [exarsit in ea ignis] ad literã [fructeta], s. homines & ea, q̃ ad eos pertinebãt. Vel [loquelæ grãdis] quia ex tali vocatiõe grãdia de te sensisti, & ideo pœnã meruisti. Esa. 27. In prælio gradiar super eã, succendam eam pariter. Secũdo, punientis potentiã. [Dñs exercituum] 1. Reg. 2. Dñs mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit &c. Tertio, ponit causam [pro malis] Deut. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos.

d ¶ Hic ostendit quo transgressi sunt peccando in Ipsum prophetã. Et hoc quidem quod dr, ad literam conuenit Hieremiæ, q in odiũ populi venit, pp mala quæ prædicebat. Sed persecutio Hieremiæ figurabat passionẽ Chri sicut dicit illa gl. [Videt aũt hoc superiori sentẽtiæ cõtraire, in qua quæ dicta sunt, personæ Christi aptamus nõ Hieremiæ &c. Sed oẽs prophetæ in typum saluatoris pleraque gesserunt, & qd in p senti in Hieremia cõpletũ est, hoc in futurum de domino prophetauit. Circa hoc ergo, tria. Primo .n. propheta proponit culpam aduersariorum. Et primo, communis culpæ reuelationem [demonstrasti] interiori reuelatione [ostẽdisti] exterioribus signis [studia] machinationes eorũ cõtra me. Esa. 8. In forti manu sua erudiuit me, ne iremĩ via populi huius &c. Et proponit reuelationis necessitatem, quia per se cogitationem scire non poterat, nec suspicari propter suam innocentiam, quæ talia non merebatur. [Et ego quasi agnus, & non cognoui] Christus etiam secundum hominem in via cognitionem illam accepit a deo, qua omnia sciuit per grãm vnionis, sicut alii accipiunt ea quæ sciũt per gratiã reuelationis. Esa. 53. Quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suum 1. Cor. 9. Quis.n. scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Psal. 93. Dñs scit cogitationes hominũ, qñ vanæ sunt. [Mittamus lignũ] idest taxum, vt sic venenatus moriatur [eradamus,] ita q̃ nulla memoria ipsius remaneat, sicut in tabula rata præcedentes scripturæ. Mistice [mittamus lignum] idest corpus Christi in lignum crucis, vel lignum in panem. i. per lignum crucis scandalũ doctrinæ eius suscitemus, quæ panis est. Esa. 53. Quia abscisus est de terra. Secundo, propheta petit vindictam allegans authoritatem & potentiã p quam potest. [Tu autem dñe sabbaoht]. i. exercituum, Iustitiã per quam vult [qui iudicas iuste] Scientiã per quã scit [& probas renes] idest affectiones [corda] idest cogitationes [ex eis] ex persona Christi, qui. s. obstinati sunt, pro aliis enim orat. Luc. 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. Tren. 3. Vidisti domine iniquitatem illorũ aduersum me, iudica iudicium meum. Et assignat causam [tibi enim reuelaui] nõ quasi nescienti, sed totam causam meam in te ponens. Psal. 23. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Tertio, dominus comminatur pœnam. Et primo, resumit malitiam. [Propterea hæc dicit dominus, qui quærunt animam] ad interficiendũ. Psal. 37. Vim faciebant qui quærebant animã meã. Et addit causam huius malitiæ [& dicunt non prophetabis] quasi, sic solum mortẽ euadere poteris, si prophetare cesses. Esa. 30. Qui dicunt videntibus, nolite videre. Secundo, cõminatur pœnã. Primo, prædicens visitationem. [Propterea hæc dicit dñs.] Psl. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Secundo, pœnæ determinationẽ. [Iuuenes eorũ] infra 15. Qui ad gladium ad gladium, qui ad famem ad famem &c. Tertio, punientis potestatem [inducam. n.] ego scilicet qui possum. infra 17. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione cõtere eos. Mistice per viros Anathot, qui interpretatur obedientia, significãtur viri Hierusalem, qui quondam domino obedientes, Christũ postea persecuti sunt. Nota quòd sanctus dicitur oliua. Propter pinguedinem, in quo deuotio. Rom. 11. Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es. Propter olei nitorem, in quo contemplatio. Zach. 4. Isti sunt duo filii olei, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. 3. Reg. 6. Fecit in oraculo duos Cherub de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. Propter toliorum virorem, in quo virtus mentis. Gen. 8. Reuersa est columba ad ve speram, portans ramũ oliuæ virentibus foliis in ore suo. Propter fertilitatem, in quo abundantia bonorum operum. Psal. 51. Ego autem sicut oliua fructiferã in domo dei, sperui in misericordia dei in æternum, & in sæculum sæculi. Propter pulchritudinem, in quo sanctorum gloria. Ezec. 24. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exalta sum iuxta aquas. Osee 14. Erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani.

F a CAP. XII.

HIc propheta disputat de punientis iustitiã. Et primo, ponitur prophetæ disputatio. Secundo, domini responsio, ibi. [Reliqui domum &c.] Circa primum, tria. Primo, capta beneuolentiam ex persona iudicis, iustus quidem.] Psa. 118. Iust es domine & rectum iudicium tuum. Et ex honestate causæ. [Verumtamen &c.] Iob. 13. Ad omnipotentem loquar, & disputare cum deo cupio. Et sic vterque eorũ tenet locum opponentis. Sed Abacuch tenet locum respondentis, capit. 2. Super custodiã meã stabo, & figam gradum super munitionem. Secundo, proponit causam quantum ad aduersarios, proponens eorum prosperitatem, quantum ad temporaliũ abundantiam [quare via] processus, [impiorum] per infidelitatem [qui præuaricantur] contra legem agendo [& inique agunt] contra proximum. Iob. duodecimo. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. Psal. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Et quantum ad prosperitatis augumentum [plantasti] in bonis temporalibus. & per similitudinem arboris [& radicem miserunt] confirmatis prosperitatibus [proficiunt,] sicut arbor crescit per augmentum prosperitatis. [Et faciunt fructum] implentes opere, quod mente disponunt Iob. vigesimo primo. Quare impii viuunt, sublimati sunt conforatique diuitiis? Et proponit eorum iniquitatem. [Prope es tu, a renibus] affectibus, quæ duo simul videntur aduersari diuinæ iustitiæ. Esa. vigesimonono. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: in quo datur intelligi, quòd imperfectis bonis, imperfectam retributionem recipiunt. Ex parte autem sua dat intelligere iustitiam. [Et tu domine, nosti] ab æterno [vidisti,] quomodo recte ambulo coram te. Et si enim hæc loquar, non tamen in his scandalum patior. supra 1. Priusquàm te formarem in vtero noui te. Et dat intelligere correctionem. [Probasti] a pœnis probatus, inuentus sum tecum ambulans. Psal. 16. Probasti cor meum & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Tertio, ostendit pœnam per modum imprecationis. Et primo, imprecatur pœnæ inflictionem. [Congrega eos] quasi dicat, quia iustus es non potest esse, quòd impios non punias. Ideo ergo ita eos in prosperitatibus exaltas, sicut qui impinguat gregem ad occisionem. Ergo, ex quo impinguati sunt & iniusti sunt, [congrega eos] in quo significatur, quòd paschali tempore, quãdo ad festum conuenerant in vrbe, obsessi sunt [sanctifica eos.] Loquitur per similitudinem animalium, quæ occidebantur ad imolandum. Esa. 34. Victima domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edon. Et excludit pœnæ dilationem, quia tempus est vt puniantur in propriis personis, non in possessionibus, neque in terræ nascentibus. [Vsque quo lugebit.] Psalm. 103. Posuit flumina in desertum & exitus aquarum in sitim, Terram fructiferam in sanguinem a malitia inhabitantium in ea, in animalibus. [consumptum est animal. Ezech. 9. Dixerunt, dereliquit dominus terram, & dominus non videt. Secundo, quasi exauditus, contra puniendos ponit insultationem. Et primo, ex parte hostium, quantum ad potentiam. [Si cum peditibus] quasi dicat, Si vicinæ gentes quæ pedites pugnant, tibi multum laborem fecerunt, quomodo poteris resistere Chaldæis & Aegyptiis, qui equis potẽtes sunt? Iob. 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix. Et quantum ad captiuitatis terram [cum autem] idest, etsi etiã in terra tua semper pacem habuisses, quid facies quando eris trans Iordanem, cuius gurgites sunt tumentes, quia scilicet superbi sunt? Eccli. 10. Qui gloriatur in substantia, pauper tatẽ vereatur. Secundo, quantũ ad sanguine junctos, cõmemoras pristinã iniuriam [nam & fratres]. s. Idumæi [& domus]. s. Moabitæ & Amonitæ. Cãtic. 1. Filii matris meæ pugnauerunt contra me. Et indicit cautelã. [Ne credas, cum locuti] quasi volẽtes tibi fœderari ad resistendum Chaldæis. infra 27. Fac tibi vincula & chatenas & pones eas in collo tuo, & mittes eas ad regem Edõ, & ad regem Moab &c. supra 10. Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur.

d ¶ Tu autem domine demonstrasti mihi & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignum in panẽ eius, & eradamus eum de terra viuentiũ, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine sabbaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam vltionẽ tuã ex eis. Tibi enim reuelaui causam meam. Propterea, hæc dicit dominus ad viros Anathot, qui quærunt animam tuam, & dicunt, Nõ prophetabis in nomine domini, & non morieris in manibus nostris.

Propterea hæc dicit dominus exercituum. Ecce ego visitabo super eos. Iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorum morientur in fame, & reliquiæ non erunt ex eis. Inducam enim malum super viros Anathot, annum visitationis eorum.

G a CAP. XII.

Vstus quidem tu es domine si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorũ prosperatur, bene est oĩbus qui præuaricantur & inique agunt. Plantasti eos & radicẽ miserunt, proficiunt & faciũt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum. Et tu domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum. Congrega eos quasi gregẽ ad victimã, & sanctifica eos in die occisionis. Vsquequo lugebit terra, & herba oĩs regionis siccabitur? Propter malitiam habitantium in ea, consumptum est animal & volucre, quoniam dixerunt, non videbit nouissima nostra. Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? Cum aũt in terra pacis secura nõ fueris, quid facies in superbia Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce. Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.

b ¶ Reliqui domum eam, dimisi hæreditatem meam. Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silua. Dedit contra me vocem, ideo odiui eam. Numquid auis discolor hæreditas mea, mihi? Numquid auis tincta per totum?

c ¶ Venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationẽ, luxitque super me. Desolatione desolata est omnis terra, qa nullus est qui recogitet corde. Super omnes vias deserti venerunt omnes vastatores terræ, quia gladius domini deuorauit ab extremo terræ vsq; ad extremũ eius. Non est pax vniuersæ carni.

d ¶ Seminauerunt triticum & spinas messuerunt, hæreditatẽ accepe runt, & non eis proderit. Confundemini a fructibus vestris, propter iram furoris domini.

e ¶ Hæc dicit dominus aduersum oẽs vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatẽ, quã distribui populo meo Israel. Ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellã de medio eorũ, & cũ euulsero eos conuertar & miserebor eorũ, & reducam eos virum ad hæreditatẽ suam, & virum in terrã suã. Et erit si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurẽt in nomine meo, Viuit dominus, sicut docuerũt populi meum iurare in Baal, ædificabunt ĩ medio populi mei. Quòd si non audierũt, euellam gentẽ illam euulsione & perditione, ait dñs.

b ¶ Hic ponit domini responsio. Et primo, ponit pœnæ comminationem. Secundo, pœnæ consolationem, ibi. [Hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, comminatur pœnam, quã cum ad diuini auxilii destitutionẽ [domum,] scilicet templum, vt non defendam [hæreditatem] populum Israel. Esa. 19. Hæreditas autem mea Israel. Supra 9. De reliquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt, cætus præuaricatorũ &c. Et quantum ad hostium oppressionem [dedi dilectam] idest Iudæos, quos quasi animam meam diligebam. Secundo, ponit culpam. Primo, significãs culpæ magnitudinem [facta est mihi hæreditas] scilicet populꝰ [qua si leo] ferox ad impugnandum me [vocem] blasphemiæ. Psalm. 9. Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Secundo, miratur animi instabilitatem. [Numquid auis discolor] quasi dicat, quandoque mihi, quandoque idolis adherens [tincta] sordibus peccatorum [per totum] quia omnes mali sunt. 3. Reg. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? Si dominus ipse est deus, sequimini eum &c. Vel potest esse sensus. Numquid eam ita charam teneo, sicut huiusmodi aues pulchras, vt tandem non abiiciam? vt discoloritas ad decorem referatur. Ezech. decimosexto. Vestiui te discoloribus, & calciaui te hyacinto. Vel hoc quod dicit, reliqui domum &c. possunt esse verba prophetæ, qui vt annuntiaret verbum dei, mortis periculo se exposuit, & domum, & patriam reliquit, & ea a compatriotibus suis quasi leonibus, & variis dolositate, & plenis malitia, insidias perpessus fuit. Mistice, sunt verba Christi, qui domum & patriam reliquere dicitur in mũdum veniens, quia ad modum relinquentis se habuit, quando in infirmitate abscondit maiestatem [hæreditatem] cælestem patriam. Prosperantur impii, Propter hæreditatis amissionem. Genes. vigesimoquinto. Dedit Abraham Isaac filio suo cuncta quę possederat, filiis autem concubinarum largitus est munera. Propter imperfectam remunerationem. Matth. 6. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suã. Quia non sunt digni diuina correctione. Ezech. decimosexto. Requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te. Osee. 10. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulterauerint. Hebræorum 12. Si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes. ergo adulteri, & non filii estis. Propter morbi desperationem. Tren. 2. Magna est velut mare contritio tua. Quis medebitur tui? infra 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Propter eorum deiectionem. Psal. 72. Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Rom. 1. Propter quod tradidit eos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt &c.

b ¶ Hic comminatur pœnam in speciali. Et primo, pœnam capitiuitatis. Secundo, pœnam sterilitatis terræ, ibi. [Seminauerunt &c.] Circa primũ, tria. Primo, determinat pœnam, designans occisionis magnitudinem [ad deuorandum] cadauerum multitudinem. Ezech 39. Hæc dicit dominus deus. Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cuntisque bestiis agri. Conuenite & properate concurrite vndique ad victimã meam, quam ego imolo vobis, victimam grandem super montes Israel, vt comedatis carnes, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis &c. Hostium afflictionem, quantum ad interfectos [pastores multi] idest principes Chaldæorum. supra. 6. Ad eam venẽt pastores & greges eorum [vineam] domum Israel. Esa. 5. Vinea enim domini, domꝰ Israel est. Vel [pastores] principes populi [demoliti sunt] per occisionem. Et quantum ad oppressos seruitute, & captiuitate [conculcauerunt] Esa. 5. Auferam sepem eius, & erit in direptionem. Et terræ desolationẽ [dederunt portionẽ, luxitque super me] quãuis tarde. Osee. 2. Et dicet, vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Secundo, ponit pœnæ causam [desolatione, recogitet] dei mandata & beneficia. Esa. 5. Propter hoc captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Tertio, ponit pœnæ mensuram. Primo, ostendens multitudinem hostium [super omnes vias] quasi dicat omnes vias implent [deserti] quod est inter Hierusalem & Babyloniam. supra 4. Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto viæ iliæ populi mei, non ad vẽtilandum & ad purgandum &c. Secundo, multitudinem interfectorum, [quia gladius, vel pestilentiæ, vel etiam Chaldæorum. Deut. 32. Gladius meus deuorabit carnes. Tertio, consolationis defectum. [Non est pax] quasi dicat, nullus immunis erit. Esa. 57. Non est pax impiis, dicit dominus deus.

c ¶ Hic comminatur pœnam sterilitatis. Et primo, seminis frustrationem [seminauerunt] quasi dicat, semina corrumpentur. Matth. 13. Nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Esa. 4. Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. Secundo, hæreditatis amissionem. [Hæreditatem] non proderit, quia ab hostibus surripietur. Tren. vltimo. Hæreditas nostra versa est ad alienos. Tertio, concludit confusionem. [Confundemini] scilicet propter defectum fructuum. Esa. 24. Luxit vindemia infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

d ¶ Hic ponit consolationem ex hostium pœna. Et circa hoc, tria. Primo, ponit eorum transmigrationem [qui tangunt hæreditatem] lædendo eam. Zach. 2. Qui tangit vos, quasi qui tãgit pupillam oculi mei. supra 1. Ecce constitui te hodie super gẽtes & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes &c. Secundo, eorum eductionem [& cũ euulsero] tollã uos de gentibus. Ezec. 36. Tertio, ponit eorũ instructionem ex promissione bonorum, si beneficerit. [Et erit si eruditi, ædificabunt] quasi dicat, cõputabuntur inter populum meum, quod proprie ad conuersionem & comminutionẽ pœnarũ [Quòd si non audieritis, perditione] perpetua. Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Nota, quòd prælati destruũt populum, pp operis peruersitatem. supra. 10. Quia stulte

a CAP. XIII.

Hæc dicit dominus ad me. Vade & possíde tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquā non inferes illud. Et possedi lumbare iuxta verbum domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo domini ad me secūdo, dicens. Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgēs vade ad Euphratē, & abscon de ibi illud in foramine petræ. Et abij & abscōdi illud in Euphratē, sicut præceperat mihi dominus. Et factum est post dies plurimos, dixit dominus ad me, Surge & vade ad Euphraten, & tolle inde lumbare quod præcepi tibi vt abscōderes illud ibi. Et abij ad Euphratē, & fodi, & tuli lūbare de loco vbi absconderam illud, & ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptum esset.

b ¶ Et factum est verbum domini ad me, dicens. Hæc dicit dominus. Sic putrescere faciam superbiā Iuda & superbiam Hierusalem multam, populum istū pessimum, qui nolunt audire uerba mea & ambulāt in prauitate cordis sui, abierūtque post deos alienos vt seruirent eis, & adorarent eos, & erunt sicut lūbare istud, quod nulli vsui aptū est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda dicit dominus, vt essent mihi in populum, & in nomē, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum. Hæc dicit dominus deus tuus Israel. Omnis laguncula implebitur vino. Et dicēt ad te. Numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino? Et di- G ces ad eos. Hæc dicit dominus. Ecce ego implebo oēs habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Hierusalem ebrietate & dispergam eos virum a fratre suo, & patres, & filios pariter, ait dominus. Non parcam & non concedam, neque miserebor vt nō dispergam eos. Audite & auribus percipite, nolite eleuari, quia dominus locutus est. Date domino deo H vestro gloriam antequàm contenebrescat, & antequàm offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Expectabitis lucem, & ponet eā in vmbrā mortis, & ī caliginē. Quòd si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea a facie superbiæ. Plorans plorabit & deducet oculus meus lachymam, quia captus est grex domini. Dic regi, & dominatrici. Humiliamini, sedete in terra, quoniā descendet de capi- I te vestro corona gloriæ vestræ. Ciuitates austri clausæ sunt, & nō est qui aperiat. Translata est omnis Iuda, transmigratione perfecta. Leua

stulte egerunt pastores, & dominum non quæsierunt, propterea nō intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. Propter doctrinæ falsitatem. infra 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorū seduxerūt eos, fecerūtq; vagari in mōtibus &c. Propter timoris pusillanimitatē. Zach. 11. O pastor & idolū derelinquēs gregē &c. Propter domini austeritatem. Ezec. 34. Cū austeritate imperabatis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ &c. Propter curæ remissionem. Zach. 11. Suscitabo pastorem in terram qui derelictū non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit. Id quod stat nō enutriet, & carnes pinguium comedet, vngulas eorum dissoluet.

a CAP. XIII.

Hic ostendit populi dignitatē ex diuina adhęsiōe. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponit similitudinē. In secunda, similitudinis adaptationē, ibi. [Et factum est verbum domini &c.] Circa primum, tria. Primo, significatur populi assumptio ad diuinam familiaritatem, vbi ponitur domini iussio. [Vade] ad literam, ad locum vbi talia vēduntur, quia ipse deus prior ad populum venit 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deū, sed qm̄ ipse prior dilexit nos [possíde] a me, s. vt proprio iure possideas, sicut dominus hæreditatē. Esa. 19. Hæreditas autem mea Israel [tibi] in vsum tuū, sicut populus in gloriā dei. Esa 43. Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. [lumbare] quod lumbis adhæret, in quibus concupiscentia amoris: sic est populus in amorem diuinum assumptus. Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. [lineum] qd̄ rude de terra tollitur, sed cultu humano decoratur, sic ille populus cultu diuino. Ezec. 16. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo &c. [Et in aquam] Iob. 38. Accinge sicut vir lumbos tuos, interogabo te, responde mihi. Vbi eras qn̄ ponebam fundamenta terræ &c. Et quia per facta prophetarum & non solum per uerba, diuina mistice exprimuntur, vnde dicitur Osee. In manibus prophetarum assimilatus sum: ponitur etiam præcepti impletio [possedi] in quo notatur prophetæ obedientia. Gen. 6. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis, cū deo ambulauit &c. Secūdo, significat populi repulsio [Et factus est, tolle] a te, sic abiiciam populum a me. [vade ad Euphratem] per quē significatur potētia Assyriorū & Chaldæorū per quos captiuatus est populus. Esa. 8. Adducet super eos dn̄s aquas fluminis fortes & multas, Regem Assyriorum & omnem gloriam eius Et ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam inundās, & transiēs vsq; ad collum veniet. [Abscōde] sic populus, quasi aquis absconsus absorbebitur. infra 51. Absorbuit me, quasi draco repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me [in foramine] ne cū aqua defluat, in quo significatur, quòd de populo reliquiæ futuræ essent, & non totus periret. supra 5. Consumationem autem non faciam. Tertio, significatur populi reductio, vbi primo signi-

F ficatur ipsa reductio. [Et factum est post dies plurimos] ad significandum quòd multis annis in captiuitate erunt. Infra 29. Cū ceperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super uos uerbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. [Tolle inde.] Sic ego reducam populum. Ezech. 16. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Secundo, significatur populi dispositio. [Et ecce computruerat] sic populi potentia, & pulchritudo consumpta erat. Ezec. 15. Numquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus, quanto magis cum illud ignis deuorauerit & cōbusserit, nihil ex eo fiet operis?

b ¶ Hic ponitur similitudinis adaptatio. Et circa hoc, duo facit. Primo, adaptat similitudinem quantū ad pœnam. [Sic putrescere] vt omnis vigor & decor pertranseat. Ioel. 1. Computrescēt iumenta in stercore suo. Et quantū ad pęnæ causam. s. inobedientiam [populum istum. [Exo. 33. Dixit dominus ad Moysen Loquere filiis Israel, populus duræ ceruicis es &c. [Et erunt sicut lumbare] Esai. 30. Cōminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione per ualida Et quantum ad diuinæ familiaritatis gratiam, [sicut enim adhæret.] Deuter. 10. En domini dei tui cælum est, & cælum cæli, terra & omnia quæ in ea sunt, tamen patribus tuis conglutinatus est dominus & amauit eos, elegitque semen eorum post eos, idest vos de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur. Secundo, prosequitur specialiter pęnæ ordinem. [Dices ergo.] Et circa hoc, duo. Primo, ostēdit imminēs periculum ponēs exemplū [oīs laguncula] idest qui libet de populo [viro] tribulatiōis. Esa. 41. Triturabis montes, & cōminues, & quasi puluerē tolles. Exēpli contēptum [& dicēt] K Iob. 12. Quis. n. hæc quæ nostis ignorat? Et ipsius expositione [Et dices ad eos.] Quantū ad cordis cęcitatem [ebrietates] vt ąd agant, ignorent. Esa. 29. Fluctuamini & vacillate, inebriamini & non a vino &c. Et quantum ad captiuitatem [& dispergam] ne se mutuo consolentur. Osee. 13. Cansolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Quantū ad sententiæ seueritatem [non parcam, & non concedam] quasi ad mouendum eos, quia obstinati, vel conuincendum, quia aperte mali. Prou. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec aquiescet cuiusq̄ precibus, nec suscipiet ꝑ redēptione dona plurima. Secūdo, dat eis vtile cōsiliū ad euadēdū, vt. s. humilient [Audite] Et primo, ad totā plebē proponens consiliū contra superbię vitiū. [Nolite eleuari] ꝑ superbiā. [locutus est] hoc consiliū, vel penas quas prædixi. Ps. 63. Nolite extollere ī altū cornu vestrū, nolite loqui aduersus eum iniquitatē. Et cōtra dei præceptū, q̄ sunt initia oīs peccati. [Date dn̄o.] Deu. 32. Date magnificentiā deo nostro, dei perfecta sunt opera, & oēs viæ eius iudicia: resumēs imminēs periculū cæcitatis cordis [antequàm tenebræ] idest ante quàm superueniant vobis tribulationes, in quibus nesciatis quid facere.

A te oculos vestros & uidete, qui venitis ab aquilone. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuū? Quid dices, cū visitauerit te? Tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum. Numquid non dolores apprehendent te, qua si mulierem parturientem? Quòd si dixeris in corde tuo, Quare ve- B nerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas & vos poteritis benefacere cum dídiceritis malum. Et disseminabo eos quasi stipulā, quæ vēto raptatur in deserto. Hęc sors tua parsque mēsuræ tuæ a me dicit dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ. Super colles in agro, vidi abominationes tuas. Væ tibi Hierusalem. Non mundaberis post me, Vsquequo adhuc?

a CAP. XIIII

Quod factum est uerbum domini ad Hieremiam, de sermonibus siccitatis. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerūt & obscuratæ sunt in terra, & clamor Hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos, aquam venerunt ad hauriendum. Non inuenerunt aquam, reportauerunt uasa sua uacua. Confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua propter uastitatem terræ, quia non venit pluuia in terram. C Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit & reliquit, quia non

facere. Ioann. 12: Ambulate dum lucem habetis, vt non tenebrę vos comprehendāt. Captiuitatis [antequàm offendat] ducti in captiuitatem [ad montes caliginosos] scilicet Babyloniæ propter altitudinem vel ex defectu visus, vel ex multitudine vaporum. Esa. 13. Super montem caliginosum leuate signū, exaltate vocem &c. Et sententiæ seueritatis [expectabitis lucē] idest diuinam consolationem, & non habetis. supra. 8. Expectauimus pacem, & non erat bonum, sps medelæ, & ecce formido. Et designās pœnam, contra consilii contemptum, ponens prophetæ compassionem. [Quia si non audieritis, in abscondito] quasi ne offendātur victores. Esa. 22. Recedite a me, amare flebo. Nolite incumbere vt cōsolemini me. Ezech. 24. Nō plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestri. Et compassionis rationem [plorans,] infra 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorū seduxerunt eos, fecerūtque vagari in montibus. Secundo, dat idem consilium ad regem, inuitans ad humilitatem [Dic regi] scilicet Leconiæ [& dominatrici] scilicet matri eius, quia cum matre se tradidit Nabuchodonosor. 4. Reg. pen. [sedete in terra] in signum humilitatis. Esa. 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra. Et assignat rationem ex regni amissione [quoniam de capite. Tren. vltim. Cecidit corona capitis nostri. Ex vrbium obsidione [Ciuitates austri,] quia sors Iudæ ad austrum erat. Iosue. 15. [Qui aperiat] obsidionē soluens scilicet Aegyptius. Et ex populi captiuitate [trāslata est.] Tren. 1. Migrauit Iudas, propter afflictionem & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Tertio, ponit idem consilium ad regiam ciuitatem. Et primo, inducit ad humilitatem. Secundo, miratur obstinatio- D nem, ibi [Væ tibi Hierusalem.] Inducit autem ad humilitatem ex quatuor. Primo, ex hostium potestate, proponens hostium potentiā. [leuate] per considerationem [qui] contra fortes. supra. 6. Ecce populus venit de terra aquilonis, gens magna cōsurget a finibus terræ &c. [Ab aquilone] Et excludēs subditorū fiduciā [vbi est grex] quasi multitudo populi q̄ tibi erat subiecta? quasi dicat. Ciuitas regalis & sacerdotalis non poterit tibi prodesse. Ezech. 34. Ecce ego ipse super pastores. Requiram grægem meū de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltra non pascant grægem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos, & liberabo grægem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam. Et assignans causam, quare in manus hostium tradatur, tollens excusationem [quid dices] ad excusationem tui. Iob. 9. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei. Et assignās rationem. [Tu enim docuisti] dum eos in auxilium tuum vocās, conditiones tuas eos scire fecisti. supra. 2. Insuper malitias tuas docuisti vias tuas. Vel tangit ostensionem thesauri ab Ezechia factam nuntiis Regis Babilonis. Esa. 39. Secundo, ex dolorum E afflictione, comminans dolorem. [Numquid non.] supra. 4. Vocem quasi parturientis audiui, angustias, vt puerperæ. Et assignans rationem ex peccatorum multitudine. [Quia si dixeris, venerunt] in pęnam [verecundiora] turpissima peccata [plantæ] affectiones. Iob. 22. Propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas. Vel tangit hic, quòd ducti sunt in captiuitatem pedites, & etiā in transitu fluuiorum oportebat eos membra turpia denudare, & nudi pedes. Et ideo plantæ eorum polluebantur luto & puluere. Esa. 47. Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina, reuelabitur ignominia tua, & videbitur oprobrium tuum. [Et expectantium] obstinatione, [si immutare] quasi dicat difficiliter potestis cōuerti. [Aethiops] propter naturalem infectionem peccati [pardus] propter dolositatem vel diuersitatem peccatorum.

[Cum didiceritis] propter consuetudinem. Prouer. 23. Prouerbium est. Adolescens iuxta viam suam, & cum senuerit, non recedet ab ea. Tertio, inducit ad humilitatem ex futura captiuatione, comminans captiuitatis dispersionē. [Et disseminabo.] Psal. 82. Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti &c. Disperge illos in virtute tua. Et assignat rationē [hæc sors tuas tibi pro peccatis tui] debita [in mēdacio] Esa. 27. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit iudicabit eam &c. Quarto, ex peccatorum reuelatione. Et primo, ponit cōminationem. [Et nudaui] turpitudinem peccatorum tuorum contra faciem, vt temetipsum recognosceres. [Et apparuit] etiam aliis. Ezech. 16. Nudabo ignominiam tuam corā eis, & videbunt omnes turpitudinē tuā &c. Et assignat rationem [super colles] quasi dicāt, quia publice peccasti, publice punieris. supra. 2. In omni colle sublimi & sub oī ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Vltimo admiratur obstinationem [Væ tibi, vsquequo post me] venias, vel post me ambulare te iactas. Psalm. 4. Filii hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Nota, quòd vinum mistice aliud bonum, aliud malum. Est enim bonum vinum, Sapientiæ contemplationis. Prouerb. 9. Bibite vinum quod misui vobis. Diuini amoris. Cant. 8. Dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Compunctionis. Psalm. 59. Potasti nos vinō compunctionis. Est autem vinum malum fraudulentæ deceptionis. Deut. 32. Fel draconum vinum eorum, venenum aspidum insanabile. Carnalis delectationis. Apoc. 18. De vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt. Diuinæ indignationis. Apoc. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, hic bibet de vino iræ dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Item notandum, quòd Spiritussanctus dicitur auster, Propter calorem. Iob. 37. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro? Propter splendorem. Abacuch. 3. Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharā. Operuit cælo gloria eius &c. Propter volatus eleuationem. Iob. 39. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Propter pluuiarum multiplicationem. Ps. 125. Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro. Propter arborum fructificationem. Cant. 4. Veni auster, persla in hortum meum, & fluent aromata illius.

a CAP. XIIII.

Hic incipit propheta interponere orationem suam, pro eis ad deum, vt in aliquo misericordiam consequantur, saltem post aliqua flagella. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponitur quædam disceptatio prophetæ cum domino, ad impetrandum post modum. In secunda, ponitur finalis determinatio. ca. 15. [Et dixit dominus ad me &c.] Circa primum, duo. In prima, ponitur populi afflictio, quæ est orationis occasio. In secunda, ponitur prophetæ cum deo disceptatio, ibi [Si iniquitates.] Circa primum, duo. Primo, ponit prophetę titulum. Hoc est [verbum] interioris reuelationis [quod factum est, de sermonibus] exterius annuntiandis. [Siccitatis] quæ imminente captiuitate eis superuenit. Vel de sermonibus siccitatis, idest de siccitate sermonibus digna. Secundo, prosequitur siccitatis incōmodum. Et primo, quantum ad afflictionem hominum, quātum ad potus penuriam, ponens tristitiam. [luxit Iudæa] afflicta siti. Esa. 24. Luxit vindemia & infirmata est vitis, & ingemuerunt

muerſit omnes qui lætabantur corde. [portæ] Iudices qui in portis ſedebant corruerunt a priſtina lætitia [obſcuratæ ſunt] ideſt inuolutæ tenebris tribulationis. Tre. 2. Defixæ ſunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius. Vel quia præ nimia ſiccitate muri diſſoluebantur, & ita cadētibus portis, propter aquæ defectū reparari nō poterant [clamor] conqueſtionis & planctus. Eſa. 24. Clamor erit ſuper vino in plateis, deſerta ē omnis lætitia, tranſlatum eſt gaudiū terræ. Et aſſignat triſtitiæ cauſam [Maiores.] Eſa. 41. Egeni & pauperes quærunt aquas & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit. Et quantum ad ſterilitatē terræ, plagam in poſſeſſioninibus [confuſi, operuerunt] in ſignum cōfuſionis. ſupra. 12. Confundemini a fructibꝰ veſtris, propter iram furoris domini. Et in cultoribꝰ [quia non venit.] Ioel. 1. Confuſi ſunt agricolæ, vlulauerunt vinitores, ſuper frumento & ordeo quia periit meſſis agri, vinea confuſa eſt & ficus elanguit. Secundo, ponit afflictionē ſilueſtriū animaliū, quantum ad ceruos. [Nam & cerua] quæ multum circa cuſtodiam filiorum ſolicitatur, Iob. 39. Numquid noſti tēpus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſeruaſti? Et quantum ad onagros. [Et onagri] qui tamen diu ſitim ſuſtinent. Pſal. 103. Expectabunt onagri in ſiti ſua. [in rupibus] in quibus magis flat ventus [traxerunt] in ſitis refrigerium [quaſi dracones] qui propter ſitim, ventum trahunt. ſupra. 2. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui.

b ¶ Hic incipit orare ad deum pro populo Et primo, inducit argumentum miſericordiæ, ex diuina conditione. Secundo, ex prophetarum prænunciatione. ibi [Et dixi A, a, a. Tertio, ex priſtina populi dilectione, ibi. [Numquid proiiciens &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit prophetæ oratio in qua proponit tria, miſericordiam confitens [ſi iniquitates noſtræ reſponderint] in pœnam. Eſa. 59. Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis. Et enarrans clementiam [tibi peccauimus.] Pſal. 45. Adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Deinde proponit conſtantiam, [Quare quaſi colonus] ac ſi dicat. Indignum conſtantiæ tuæ eſt, vt vineam tuam relinquas, quaſi colonus alienum agrum. [Quaſi viator] domum tuam, quaſi viator nocturnum hoſpitium. [Quare futurus] hæreditatem tuam quaſi homo vagus & indeterminatæ mãſionis, proprium habitaculum. ſupra. 12. Reliqui domum meam, K dimiſi hæreditatem meam. Proponit etiam potentiā. [Et vt vir] quaſi dicat indecens eſt potentiæ tuæ, vt non ſalues quos ſemel in protectionem ſuſcepiſti. Num. 14. Dicent Aegyptii. Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in ſolitudine &c. Et proponit ei debitam eſſe illorum curam. Tu autem in nobis] quaſi in hæreditate [& nomen tuum,] ſicut ſub nominæ regis, ſubditi defenduntur. 2. Corinth. 6. Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipſi erunt mihi populus. Et concludit [ne derelinquas nos, ne tua conſtantia & potentia blaſphemetur. Pſalm. 26. Ne derelinquas me domine, neque deſpicias me deus ſalutaris meus. Secundo, ponitur domini reſponſio. [Hæc dicit dominus.] Et primo, proponit culpam [qui dilexit mouere pedes] affectus, propter inconſtantiam in bono, & de malo in malum. Prouer. 7.

erat herba. Et onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat hærba.

b ¶ Si iniquitates noſtræ reſponderint nobis, domine fac propter nomen tuum, quoniā multæ ſunt auerſiones noſtræ. Tibi peccauimus expectatio Iſrael, ſaluator noſter in tempore tribulationis. G Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinās ad manendum? Quare futurus es uelut uir uagus & fortis, qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos. Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos & non quieuit, & domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & viſitabit peccata eorum. H Et dixit dominus ad me. Noli orare pro populo iſto in bonū. Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorum, & ſi obtulerint holocauſtomata & victimas non ſuſcipiam ea, quoniam gladio, & fame, & peſte ego coſumam eos.

c ¶ Et dixi, A, a, a, domine deus. Prophetę dicunt eis. Non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, ſed pacem veram dabit uobis in loco iſto. Et dixit dominus ad me. Falſo, prophetæ vaticinantur in nomine meo. Nō miſit eos, & non præcepi eis, neque locutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentā, & ſeductionē cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit dominus de prophetis qui prophetāt in nomine meo, quos ego non miſi dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame conſumentur prophetæ illi, & populi, quibus prophetāt, erunt proiecti in viis Hieruſalem præ famæ & gladio, & non erit qui ſepeliat eos, ipſi & vxores eorum, filii & filiæ eorum, & effundā ſuper eos malum ſuum. Et dices ad eos uerbum iſtud. Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & nō taceant, quoniā cōtritione magna contrita eſt uirgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio, & ſi introiero ī ciuitatē, ecce attenuati fame. Propheta quoque & ſacerdos, abierunt in terrā quam ignorabant.

d ¶ Numquid proiiciens abieciſti Iudā, aut Syon abominata eſt animam tuam? Quare ergo pcuſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem & non eſt bonum, & tēpus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus domine impietates noſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomē tuum, neque facias nobis contu-B meliam, Solii gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum. Numquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant, aut cęli poſſunt dare imbres niſi tu volueris? Nonne tu es dominus deus noſter, quem expectauimus? Tu enim feciſti omnia hæc.

F Mulier vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Vel mittens in Aegyptum pro auxilio. Eſa. 30. Aegyptus fruſtra & vane auxiliabitur. Ideo clamaui ſuper hoc, ſuperbia tm̄ eſt, quieſce Secūdo, cōminatur pœnā. [Nūc recordabit pęnā inſerēs. Pſ. 88. Viſitabo ī virga iniquitates eorū, & ī verberibꝰ peccata eorū. Tertio, excludit remedia. Et primo, orationum [Et dixit dominus.] ſupra. 7. Tu ergo noli orare pro populo hoc, ne aſſumas pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Secundo, ieiunii [cum ieiunauerint.] Eſa. 56. Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti, humiliauimus animas noſtras & neſciſti? Tertio, ſacrificii. Si obtulerint.] Malach. 1. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dn̄s exercituum, & munus nō ſuſcipiam de manu veſtra.

c ¶ Hic ſumit argumētum, a prophetarum prænuntiatione. Et primo, ponitur prophetæ allegatio [A, a, a] Pro tri plici pęnā, quam immediate tetigerat [prophetæ] falſi [pacem veram] diuturnam & non ſimulatam ab hoſtibus. ſupra. 4. Ergo ne decepiſti populum iſtum & Hieruſalē dicens, pax erit vobis? & ecce peruenit gladius vſque ad animam. Secundo, ponitur domini reſponſio. [Et dixit dominus.] Et primo, oſtendit prophetarum falſitatem, quantum ad actionem quam aſſumunt. [Non miſi] ad exequendum. I [Non præcepi] iniungendo officium [neque locutus ſum] inſpirando prophetiæ donum. Infra. 23. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos & ipſi prophetabant. Et quantum ad pacem quam prædicabant. [viſionē mendacem, ſeductionem cordis] ideſt verba excogitata ad ſeducendum. Ezec. 13. Vident vana, & diuinant mendacium dicentes, ait dominus, cum dominus non miſerit eos. Secundo, comminatur pœnam tā prophetis prædicantibus, quàm populo credenti. [Ideo hæc dicit dominus.] Eſa. 9. Erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur præcipitati. Tertio, annunciatur populo prophetæ compaſſio. [Et dices ad eos, mei] vel veſtri. Et ſic indicitur planctus pęnitentiæ. Tren. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas. Cuius ratio aſſignatur [quoniam contritione] propter moltitudinem occiſorum [peſſima] propter incorrigibilitatem [vehementer] propter continuitatem. Eſa. 30. Comminuam eos ſicut conteritur lagena figuli, contritione perualida. Et aſſignat contritionis modum, quantum ad pęnam occiſionis [ſi egreſſus] foris. [Et ſi introiero] per conſiderationē. Tren. 1. Foris interficiet eos gladius, & intus pauor, iuuenem ſimul & virginem, lactentem cum homine ſene. Quantum ad captiuitatē [propheta quoque.] ſupra. 9. Diſperdam eos in gentibus, quas non nouerunt ipſi & patres eorum.

d ¶ Hic ſumit argumentum, ex priſtina populi dilectione. Et circa hoc, tria. Primo, miratur dilecti populi repulſionem admirans odium. [Numquid proiiciens] quaſi dicat, mirum videtur. Tren. vlt. Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehemēter. [vt nulla ſit ſanitas.] Eſa. 14. Plaga inſanabili ſubiicientem in furore gentes. Secundo, ponit recognitionē pœnæ. [Expectauimus.] ſupra. 8. Expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus medelæ, & ecce formido. Et culpæ [cognouimus.] Pſalm. 50. Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tertio, ponitur petitio. [Ne nos des.]

des.] Pſalm. 43. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſa-A nationem & deriſum his, qui in circuitu noſtro ſunt. Quarto, petitionis ratio ex templi ſanctitate. [Solii gloriæ] ſcilicet propitiatorii & archæ, in quibus glorioſum te miraculis & reuelationibus oſtendiſti. Infra. 17. Solium gloriæ altitudinis a principio, locus ſanctificationis noſtræ expectatio Iſrael. Ex idolorum debilitate. [Numquid, aut cæli] per ſe quaſi cauſę primariæ. Iob. 33. Quis eſt pluuiæ pater, autqs genuit ſtillas roris? Ex dei poteſtate [Nōne tu es? feciſti] hæc, pluuias & omnia hmōi. ſupra. 10. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibꝰ terræ. Notādum quòd quædam eſt pax falſa, Sap. 14. In magno viuentes inſcientiæ bello, tot & tā magna mala, pacem appellant. Quædam fraudulenta, Pſa. 23. Qui loquuntur pacē cum proximo, mala autē in cordibus eorum. Quædam tranſitoria. 1. Theſſ. vlt. Cum enim dixerint pax & ſecuritas, tūc repentinus eis ſuper ueniet interitus &c. Item notandum, ꝙ miſtice triplex eſt ſolium. Quoddam eſt ſoliū gloriæ, & hoc quadrupliciter, ſcilicet, Naturæ ſublimitate. Eſa. 6. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat omnis terra maieſtate eius. Pacis tranquilitate. ſupra. 3. Vocabunt Hieruſalem ſolium domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Hieruſalem &c. Scientiæ profunditate. Ezech. 10. Et vidi & ecce in firmamento quod erat ſuper caput Cherubin quaſi lapis Zaphi-D rus, & quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolii apparuit ſuper eum. Durationis æternitatæ. Tren. vlt. Tu autem domine in æternū permanebis, ſolium tuum in generationē & generationem. Aliud eſt ſolium clementiæ, præparantis ad dei obedientiam. Eſa. 22. Figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domui patris ſui, & ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam patris ſui. Ad iuſtitiæ ſententiam. Prouer. 16. Iuſtitia firmatur ſolium regis. Ad proximorum miſericordiā. Eſa. 16. Et pręparabitur in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid. Ad humilitatis gratiam. Ezech. 43. Locus ſolii mei, & locus veſtigiorum meorū, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternum. Quoddam vero eſt ſolium iuſtitiæ, præparantis ad diſceptandum. Iob. 23. Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illum, & veniam vſque ad ſoliū eius? Ad malum corrigendum. Prouer. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Ad incorrigibiles condē-E nandum. 2. Reg. vlt. Vidi dominum ſedentem ſuper ſoliū ſuū, & omnem exercitum cæli aſſiſtentem ei a dextris & a ſiniſtris. Ad bonos defendendum. Eſa. 9. Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodo & vſque in ſempiternum.

a CAP. XV.

Et dixit dominus ad me. C Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Eiice illos a facie mea & egrediantur. Quòd ſi dixerint ad te, quo egrediemur? dices ad eos. Hæc dicit dominus. Qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatē. Et viſitabo ſuper eos quatuor canes ad lacerandum, & volatilia cæli & beſtias terræ ad deuorandum & diſſipandum, & dabo eos in feruorem vniuerſis regnis terræ, propter Manaſſem filiū B Ezechiæ regis Iuda ſuper omnibꝰ, quæ fecit in Hieruſalem.

b ¶ Quis enim miſerebitur tui Hieruſalem? Aut quis contriſtabitur pro te? Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu dereliquiſti me dicit dominus, retrorſum abiiſti. Et extendam manū meam ſuper te, & interficiam te. Laboraui rogans. Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ. Interfeci & perdidi populum meū, C & tamen a viis ſuis non ſunt reuerſi. Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius, ſuper arenam maris. Induxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorem meridie, miſi ſuper ciuitates repente terrorem. Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima eis. Occidit ei ſol cū adhuc eſſet dies, confuſa eſt & re-

a CAP. XV.

Hic ponit finalis & ſetēriālis repulſio orationis prophetę, pro populo. Et primo, ponit orationis depulſio. Secūdo, oſtendit populi obſtinatio, quæ eſt cauſa huius. cap. 17. [Peccatum Iuda &c.] Circa primum, duo. Primo, interdicit prophetæ, ne pro populo oret. Secundo, præcipit vt eorum, quaſi excommunicatorum, conſortium vitet. ca. 16. [Et factum eſt &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit repulſio orationis prophetæ pro populo orantis. Secundo, quaſi deſperans de ſalute populi, pro A ſeipſo orationem fundit, ibi [Væ mihi mater &c.] Circa primum, duo. Primo, repellitur oratio. Secundo, ponitur repulſionis ratio, ibi [Quis enim miſerebitur.] Circa primum, duo. Primo, ponitur repulſio orationis. [Si ſteterint Moyſes & Samuel] qui efficaces fuerunt in orando, eo quòd de populo ſoliciti & pro inimicis exorauerunt. De Moyſe habeř. Exo. 22. De Samuele. 1. Reg. 12. [anima] affectus, ac ſi dicat, nō eſt ex defectu orātis quòd oratio non exauditur, ſed ex defectu populi pro quo oratur. Ezech. 14. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius Noæ, Daniel, & Iob, ipſi in iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. Et infra. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, non liberabunt filios, neque filias, ſed ipſi ſoli liberabuntur. Secundo, repulſio gentis pro qua orabatur. Et primo, quantum ad terminū a quo. [Eiice oſtende eiectos eſſe [a facie] vt me nō videant, & mea præſentia non defendantur. Gene. 4 Ecce eiicis me hodie a faciæ terræ, & a facie tua abſcondar &c. Secundo, quantum ad terminū ad quē, ponens quadruplex periculum. [Quòd ſi dixerint, ad mortem] peſtilentiæ, quaſi dicat, diuerſi, his diuerſis penis ſubiacebūt. Ezech. 5. Tertia pars tui peſte morietur, & famæ conſumetur in medio tui. Et tertia pars tui, in gladio cadet in circuitu tuo. Tertiam vero partem tui in omnem ventū diſpergam, & gladium euaginabo poſt eos. Et excludit conſolationis remedium, ſepulturæ contra mortuos [& viſitabo, quatuor] ſpecies dictas, ſcilicet gladium &c. Et ſuperaddam [canes.] Supra. 7. Erit morticinium populi huius in cibū volucribus cæli & beſtiis terræ, non erit qui abigat. Et miſericordiæ, quantū ad captiuos. [Et dabo eos in feruorem] ideſt in feruens odium. [propter Manaſſem] qui multa mala fecit. 4. Reg. 21. Vnde, eodem. 23. Veruntamen nō eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudam, propter irritatationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. Punitur autem populus pro peccatis Regis, tum, quia malus pro peccatis populi regnare permittitur. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocrytam propter peccata populi: tum, quia populus ſequitur peccata Regis. Eccl. 10. Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Prouer. 29. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros ſuos habet impios.

b ¶ Hic aſſignatur repulſionis ratio. Et primo, ponitur quæſtio admirationis, & excluditur. Primo, miſericordia iudicis. [Quis miſerebitur.] Secundo, ſatisfactio alicuius compatientis, [aut quis contriſtabitur.] Tertio, oratio mediatoris alicuius. [aut quis ibit] ex quo deus repulit, & in tot peccatis es. Oſææ. 1. Voca nomen eius abſque miſericordia, quia non addam vltra miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum. Secundo, aſſignat rationem repulſionis. Et primo, ex ingratitudine, ponens culpam. [Tu dereliquiſti.] Eſa. primo, Dereliquerunt dominū, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. Et pœnā [& extendam.] Eſa. 9. In omnibus his non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Secundo, ex obſtinatione. Et primo, quia non flectuntur precibus, ponens culpam [laboraui] quaſi dicat, toties rogaui vt conuerteremini: quaſi dicat, laboraſſem ſi poſſibile fuiſſet. Eſa. 43. Seruire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatatibus tuis. Et pœnam. [Et diſperdam, ventilabro] exercitu Chaldæorum quaſi paleas de area [in portis terræ] ideſt vſque ad extrema terræ: porta enim eſt extrema pars domus vel ciuitatis. Luc. 3. Cuius

ius vĕtilabrũ in manu eius, & purgabit areã suã, & cõgregabit triticũ ĩ horreũ suũ, paleas aũt cõburet igni ĩ extinguibili. Secũdo, quia non corriguntur flagellis. Et primo ponit duritiam, ponens flagella in generali [Interfect & perdidi] captiuando. supra. 2. Fruſtra perçuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. Et in ſpeciali quantũ ad mulieres, quæ ſunt magis miſerabiles & flebiles in amiſſione virorum. [Multiplicatæ ſuper arenam.] hiperbolice, quaſi dicat, innumerabiles. Eſa. 9. Pupillorum eius & viduarum, non miſerebitur. Et in amiſſione filiorum: vnigeniti. [Et induxi vaſtatorẽ] interfectorem filii [meridie] in quo potentia hoſtiũ, qui non ex inſidiis, ſed aperte pugnant [repente] in quo impotentia ad reſiſtendũ, quia non præcauerunt. Eſa. 30. Subito dum nõ ſperatur veniet contritio eius &c. Et etiam quantum ad mortem plurium filiorũ ſimul, ponens mortem prõlis [infirmata] filiis orbata, qui fortitudo ſũt matris. 1. Reg. 2. Donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt. Et triſtitiam matris. [defecit anima] propter mentis ſtuporem. [Occidit ei ſol] lætitiæ, propter triſtitiæ dolorem, quæ obſcurum facit cor [conturſa] intus. [Erubuit] extra, deficiente hoc in quo gloriabatur. Amos. 8. Occidet ſol meridie, & tenebreſcere faciã terrã in die luminis. Secundo, cõminatur pœnam. [Et reſiduum] ſcilicet a prædictis flagellis. Deut. 28. Tradet te dominus corruentem ante hoſtes tuos, & per vnam viam egredieris contra eos, & per ſeptem fugies, & diſpergeris per omnia regna terræ.

c ¶ Hic propheta quaſi deſperans de populo, orat pro ſeipſo. Et primo, ponitur ipſius conqueſtio, proponens aduerſariorum diſcordiam. [Væ mihi] ſi imminet ex hoc q̃ natus ſum [rixæ] ideſt propter quem rixa fit, eo quòd vitia & mala prænuntio [diſcordiæ] aliis me impugnantibus, & aliis defendentibus. Hoc etiam in Chriſto completum eſt. Ioh. 10. Quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem ne oculos me viderei? Excludit diſcordiæ cauſam, quæ maxime ſolet ex contractibus oriri. Non fæneraui, omnes maledicunt. Pſalm. 28. Maledicent illi & tu benedices, qui inſurgunt in me confundantur, ſeruus autem tuus lætabitur. Secundo, ponitur domini conſolatio [dicit dominus.] Et primo, quantũ ad ſalutem propriã in promotione ſui & ſuorũ in bonis [ſi non reliquiæ] ideſt q̃ adhærent tibi, non enim habuit filios, vt infra. 16. in bonum erunt. Apoſiopeſis, ſupplendum, non mihi credatur. Et quantum ad liberationem a malis [ſi non occurri] paratus ad auxilium. 2. Corinth. 1. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarũ, & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Secundo, quantum ad aduerſariorum afflictionẽ, cominans hoſtem implacabilem. Et primo, excludit hoſtium concordiam, quia cum propheta concordare voluerunt [Numquid] Iudæorum populus qui eſt [ferrum] propter duritiam [& æs] propter impatientiam [fœderabitur, ferro ab aquilone] Ideſt a Chaldæis, quaſi dicat, non. ſupra. 6. Aes & ferrum vniuerſi corrupti ſunt. Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum. Vel tu ferrum, dura prædicans illis qui ſunt ferrum & æs, fæderari non potes. Ioan. 15. Nolite mirari ſi odit vos mundus, ſcitote quoniam me priorem vobis odio habuit. Secundo, excludit confæderationis fiduciam, tum ex muneribus [diuitias, gratis] quaſi dicat, nihil tibi proderunt [in omnibus] ideſt pro omnibus. Nahum. 2. Diripite argentum, diripite aurum; & non eſt finis diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus, tum etiam ex precibus [Et adducam] quaſi dicat, non poteritis eos rogare, quia nõ intelligent. Eſa. 5. Leuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eũ de finib⁹ terræ. Tertio, aſſignat cauſam [quia ignis] Deut. 32. Inis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima, deuorabitque terram cum germine ſuo, & mõtium fundamenta comburet.

d ¶ Hic ponitur prophetæ petitio. Et primo, ponitur ipſius oratio. Secundo, domini reſponſio, ibi [pp hoc dicit &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit diuinæ cõſolationis ſolatium, proponens diuiñam cognitionẽ [Tu ſcis] quid patior & quid feci [Recordare] per effectum miſericordiæ. Tren. 3. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meę, abſinthii & fellis: petit conſolationem [& viſita me] conſolando. Iob. 10. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. Et excludit dilationẽ. Noli in patientia. Eccl. 5. Altiſſimus enim eſt patiens redditor. Secundo, allegat meritum, proponens opprobriu m quod pro deo ſuſtinuit patienter, ponens illatã iniuriam. [Scito] effectu te ſcire oſtende [propter te] dum mãdatis tuis obediens, dura populo nuntiabam. Pſalm. 21. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium, operuit confuſio faciem meam. Et ſpiritualem patientis lætitiam [inuenti ſunt] quaſi opere expleti [& comedi] delectatus in eis. Pſal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo: ponens etiam cauſam [quoniam inuocatum] dum ſcilicet dicor propheta domini. ſupra. 14. Nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos: proponit etiam conſortium quod vitauit prudenter, ponens ſolitudinem [non ſedi, ludentium] multo minus iniquorum, ne grauitatem cordis deponerem, & vt mandatis tuis vacarẽ. Thobiæ. 3. Numquã cum ludentibus miſcui me, nec cũ his qui in leuitate ambulant participem me præbui. Ponens interiorẽ exaltationem [Et gloriatus, manus] corrigentis. 2. Corinth. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Vel manus conſolantis ſpiritualibus donis: ponens etiam ſolitudinis rationem [ſolus ſedebam] quaſi dicat, tot amaritudinibus opprimebar quòd non vacabat mihi ludere. Tren. 3. Repleuit me amaritudine. Tertio, miratur inflicti doloris aculeum, ponens dolorem [Quare factus eſt] quaſi dicat, Vnde eſt quòd poſt tantas preces, poſt tot merita, tribulatio non recedit? infra. 30. Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Secundum Iudæos, loquitur in perſona Hieruſalem. Et adiungit conſolationem [facta eſt mihi] quaſi dicat, in hoc tamen conſolabor, quòd cito tranſituræ ſunt huiuſmodi anguſtiæ, ſicut aquæ inideles quę ex pluuiis congregãtur. Pſalm. 68. Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Vel hoc dicit, propter dolum aduerſariorum.

e ¶ Hic ponitur domini exaudientis reſponſio. Et primo, promittit promotionem in beatis, quantum ad vitæ rectitudinẽ [Si conuerteris] alios ad me a peccatis [conuertam te] ab anguſtiis [Stabis] per vitæ rectitudinem, vel contemplationis eminentiã. 3. Reg. 18. Viuit dominus in cuius cõſpectu ſto. Iac. vltim. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, liberabit animã eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Et quantum ad prædicationis authoritatem [Et ſi ſeparaueris] diſtinguendo ſcilicet opera mala a bonis [os meum] quia per te loquar. Mat. 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Secundo, quantum ad liberationẽ a malis. Et primo, a malis culpæ. [Et conuertentur] quaſi dicat, ipſi imitabuntur te, & non tu eos. 2. Corinth. 4. Rogo vos, imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Secundo, a malis pœnæ. Et primo, promittit fortitudinem [Et dabo te.] ſupra. 1. Dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murũ æneũ, ſuper omnem terrã, regibus Iuda & principibus eius & ſacerdotibus & populo terræ, & bellabunt aduerſum te & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, ait dominus vt liberem te. Secundo, promittit defenſionem [& bellabunt] Pſalmus. 21. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Tertio, promittit liberationem [& liberabo] Eſa. 43. Noli timere quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Notandũ, quòd ſancti glorian tur in bono virtutis. In tribulationũ paſſione. Rom. 5. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus. In proximorum conuerſatione. 2. Corin. 7. Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa gloriatio pro vobis. In conſcientiæ puritate. 2. Corin. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Item gloriãtur ſancti in deo. In diuina dilectione oſtenſa per paſſionẽ. Gal. vlt. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. In diuina cognitione. ſupra. 9. In hoc glorierur qui gloriatur, ſcire & noſſe me. In diuina imitatione. Eccl. 23. Magna gloria eſt ſequi dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

a CAP. XVI.

HIc interdicit dominus prophetæ, damnati populi conſortium. Et primo, ponit ſententiam. Secundo, aſſignat cauſam, ibi [Et cũ annũtiaueris &c.] Circa primum, duo. Primo, interdicit ſibi conſortium matrimonialis coniugii, ponens iuſſionem. [Non accipies vxorem] 1. Corinth. 7. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Et aſſignans rationem [quia hæc dicit] ex vniuerſitate punitorum, quia mulli ætati, nulli parcetur ſexui [ſuper filios & filias] infra. 51. Collidam in te virum & mulierem, & collidam in te ſenem & puerum, & collidam in te iuuenem & virginẽ. Ex diuerſitate pœnarum, comminans mortem. Ex cauſa interiori [mortibus ægrotationum] peſtilentia ſcilicet & diuturnis lãguoribus. Et adiungit congruã ſepulturam [Nõ plangẽtur] 1. Corin. 11. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. infra. 32. Non plangentur & non colligentur, neque ſepelientur, in ſterquilinum ſuper faciem terræ iacebunt. Ex cauſa exteriori [& gladio] ex inſultu hoſtium [fame] ex defectu neceſſariorum. Et adiungit congruam ſepulturam [Et erit cadauer] ſupra. 14. Erunt proiecti in viis præ fame & gladio, & non erit qui ſepeliat eos, ipſi vxores eorum, filii & filiæ eorum. Secundo, interdicit conſortium ſocialis conuiuii [Hæc enim dicit dominus] Et primo, interdicit conuiuium triſtitiæ, quod in conſolatione pro mortuis fieri ſolet: vbi ponitur prohibitio [ne ingrediaris] neque ſicut plangẽs, neque ſicut conſolans. Secundo, aſſignatur ratio ex ablatione pacis [quia abſtuli pacem meã] quam ſcilicet ad eos habebam, indignatus eis. Vel, quam me authore adinuicem, & ad alios habebant. Eſa. 57. Non eſt pax impiis, dicit dominus. Ex comminatione mortis [moriẽtur] Iob. 3. Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber a domino ſuo. Ex ceſſatione officioſi funeris, quia carebunt obſequio ſepulturæ [non ſepelientur] ſupra. 8. Non colligentur & nõ ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt. Planctũ etiam familiæ [neque plangentur, neque ſe incident] vulnerantes, quod Iudæis prohibitum eſt. Deut. 14. Non vos incidetis, nec facietis caluitium ſuper mortuum. Sed Iob tonſo capite cadens in terrã &c. Iob. 1. Non peccauit quia gentilis erat. Carebunt etiam conuiuio parentelæ, quod a cõſanguineis lugentibus fieri ſolet [Et nõ frangent.] Prouer. vltim. Date ſiceram mærentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo. Bibant & obliuiſcãtur ægeſtatis ſuę, & doloris ſui non recordentur amplius. Secundo, interdicit conuiuium lætitiæ. Et primo, ponitur prohibitio. [Et domum conuiuii] neq; propter ſocietatem, neque propter communionem. 1. Corin. 5. Si is qui frater nominatur inter vos eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, ebrioſus, aut rapax, cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Secundo, ponitur ratio [quia hæc dicit dominus] Tren. vltim. Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctũ chorus noſter. infra. 25. idem.

b ¶ Hic aſſignatur cauſa prędictę pęnę. Et primo, ponitur quæſtio [Quare locutus eſt] Prou. 30. Talis eſt via mulieris adulteræ quæ comedit, & tergens os ſuum dicit, Nõ ſum operata malum. Secundo, ponitur domini reſponſio [Dices ad eos] Et primo, ponit culpã in trãſgreſſione patrũ [quia dereliquerũt] ſupra. ſecundo. Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibiciſternas diſſipatas, quæ cõtinere nõ valent aquas. In imitatione filiorum, ne poſſent ſe excuſare per id quod dicitur. Ezech. 18. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. [Sed & vos] Matth. 23. Implete menſuram patrum veſtrorum. Secundo, comminatur pœnam. Et primo, ponit pęnæ comminationem, quantum ad captiuitatem [Et eiiciam vos] & quantum ad ſeruitutem [Et ſeruietis diis] ſeruiendo eorum cultoribus. Tren. 1. Migrauit Iudas propter afflitionem & multitudine ſeruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Deut. 28. In gentibus quoque illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis tui. Secundo, promittit conſolationem ponens iuramentum quaſi ſignum. [Propterea ecce dies] quaſi dicat, hoc maius beneficium reputabitis, quàm quòd liberati eſtis de Aegypto. Et illius quaſi obliti, hoc ſemper in memoriã habebitis. Eſa. 43. Ne meminerit is prior rum & antiqua ne intueamini infra. 23. idem. Et explicans beneficium [Et reducam] Ezech. 36. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & reducam vos in terram veſtram. Tertio, ponit captiuitatis conditionem [Ecce ego] Et primo, deſcribit captiuitatem Babylonioriũ [piſcatores] ſcilicet Chaldæos, qui quaſi in mari proſperitatis & voluptatis viuentes, eos ceperunt. Abach. 1. Facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem. Et Romanoriũ [Et poſt hæc mittam, venatores] ſcilicet Romanos, qui eos quaſi beſtias, pro crudelitate homicidii venati ſunt. Tren. 3. Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis. Secundo, aſſignat captiuitatis rationem, ponens cognitionem culpæ [quia oculi mei] Prouerb. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius, ſpirituum ponderator eſt dominus. Et comminationem pœnæ [Et reddam primum] ideſt ante dictam conſolationem [duplices] ſcilicet quantum ad cultum idolorum, propter quod ſequitur [quia contami-

contaminauerunt] Et quantum ad peruersitatem morũ [& abominatio] Psal 105. Interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum. Tertio, ponit captiuitatis vtilitatẽ, scilicet conuersionem gentium, vel eorum qui cum Iudæis sub Zorobabel in Hierusalem reuersi sunt, vel eorum qui ad fidem Christi sunt cõuersi, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Ro. 11. Circa quod, tria facit. Primo, ponitur prophetæ exultatio, designata in confessione diuinæ laudis [Domine fortitudo] ad alios debellãdum [robur] ad perseuerandum [refugium] si deficiam. Psal. 17. Diligã te domine fortitudine mea, dominus firmamentum meum & refugium meum. Secundo, ponitur gentium conuersio [ad te gentes. Esa. 42. Cãtate domino canticũ nouum, laus eius ab extremis terræ: peccati confusio [Vere mendacium] scilicet idolum, quod diuinitatem & auxiliũ mentitur. supra. 3. Vere mendaces erãt colles, & multitudo montium. Et pristini erroris confutatio [Numquid faciet, & ipsi] scilicet homines facientes. Sap. 15. Quomodo enim sibi similem homo poterit deũ fingere? Tertio, assignat conuersionis bonum [Idcirco] idest vt gentes conuertantur [eis] Iudæis [per vicem hanc] quasi dicat, vlterius non parcam [manum] correctionis, vel [eis] gentibus [manum] Christũ Psalm. 9. Cognoscetur dominus iudicia faciẽs, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Item. Psal. 143. Emitte manum tuam de alto &c. Notandũ quòd quædã est manus, Diuinæ dispositionis. Sap. 7. In manu eius, & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina. Diuinæ liberalitatis. Psalm. 103. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Diuinæ protectionis. Esa. 49. Sub tegumento manus suæ protexit me. Diuinæ correctionis. Psal. 38. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Diuinæ liberationis. Iob. 5. Percutit & manus eius sanabunt. Diuinæ operationis. Eccl. 36. Glorifica manũ & brachiũ dextrum. Et diuinæ condemnationis. Ad Hebræos. 10. Horrẽdum est incidere in manus dei viuentis.

ris ad quas eieci eos, & reducam eos in terram suam, quã dedi patribus eorum. Ecce ego mittam piscatores multos dicit dominus, & piscabuntur eos. Et post hæc, mittam eis multos venatores & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum, quia oculi mei super omnes vias eorum. Non sunt abscõditæ a facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorũ, quia contaminauerunt terram meã in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam. Domine fortitudo mea & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent. Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit. Numquid faciet sibi homo deos? Et ipsi non sunt dii. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam & virtutem meam, & scient quia nomẽ mihi dominus.

a CAP. XVII.

HIC ostenditur explicite populi obstinatio, quæ est reprobationis causa. Vnde primo, ostendit eorũ obstinatam maliciam. Secundo, consumatam pœnam. 19. cap. [Hæc dicit dominus &c.] In prima, duo. In prima, ponitur obstinationis causæ. Secundo, probatur ipsa obstinatio per experimẽtum. 18. ca. [Verbum quod factum est &c.] Prima, in duas. In prima, ponit causas obstinationis. In secunda, reuocat eos ad cultum pristinæ religionis, ibi [Hæc dicit dominus &c.] Circa primũ, duo. Primo, tangit vnam causam scilicet affectum iniquitatis, ponens culpam, in qua ponit exemplum [peccatum Iuda] duarum tribuum [scriptum est] idest affectui eorum, ita profunditus impressum, præcipue idolatriæ, sicut scriptura quæ fit ferreo stilo [in vngue] idest in adamante, qui est lapis politus ad modum vnguis. Zach. 7. Cor suum posuerunt vt adamantẽ, vt non audirent legem & verba quæ misit dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum prophetarum priorum. Vel peccatum, idest sententia pro peccato. Et exponit peccati affectum [exaratum] idest profundatum [super latitudinem] idest super cor dilatatum in affectione peccati. Vnde cor sic dilatatum, est loco adamantis [& cornua] ararum, idest idolorum sunt loco stili ferrei. Præceperat .n. deus vt ex altari procederẽt quatuor cornua, in quibus penderet craticula: Exod. 27. Et simile fecerant in aris idolorum. Osee. 8. Multiplicauit sibi Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum. Ponit & affectus signum in successione prolis [Cum recordati] in affectu retinentes, in diuersitate loci [ararũ] quæ in ciuitatibus construebantur. supra. 2. Sub oĩ ligno frõdoso, tu prosternebaris meretrix. Et adiũgens pœnam, scilicet bonorum direptionem quæ pertinent ad necessitatem vitæ [fortitudinem] idest bona in quibus putabas te fortem esse, sicut arena & castra. supra. 15. Diuitias tuas & thesauros in direptionẽ dabo gratis in oĩbus peccatis tuis, & terminis tuis .i. cũ malitia tua ita cõsumata fuerit vt filii patres imitenẽ in omnibus locis idola colentes, tunc [fortitudinem] & bonorũ quę pertinẽt ad cultum idolatriæ [excelsa tua] in quibus idola colebant. Ezech. 6. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra, & deiiciam interfectos vestros ante idola vestra. Comminatur etiam captiuitatem [relinqueris] o Hierusalem [ab hæreditate] a populo tibi subiecto. Vel, o gens a terra dum in captiuitatem ibis. Tren 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, principes prouinciarum facta est sub tributo. Comminatur & seruitutem [Et seruire] Deut. 28. Serui es inimico tuo quem imminet tibi dominus, in fame & siti & nuditate & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. Et tangens proximam pęnæ causam, scilicet diuinam iram, quæ est voluntas puniendi [quoniam ignẽ] Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Secundo, tangit aliã causam .s. fiduciam impunitatis. [Maledictus] Promittebãt autem sibi impunitatem, ex tribus. Primo, ex potentia amicorũ, scilicet Aegyptiorum. Et hanc. Primo, tollit. Secundo, ex multitudine diuitiarum. Et hanc, ibi [Perdix fouit quæ non &c.]. Tertio, ex incredulitate diuinarum comminationum Et hanc, ibi [Ecce ipsi dicunt &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit discretionem eorum qui confidunt in domino, & in hominibus. Secundo, inducit discretionis authorem, ibi [Prælium est &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur maledictio eorum qui cõfidunt in auxilio humano, vbi ponit maledictionem [Maledictus] quasi malo addictus [Et ponit carnem brachium] idest fortitudinem, in quo ponitur spei irrationabilitas, quia per carnẽ signatur humana fragilitas [Et a domino recedit] in quo ostenditur ratio maledictionis. Licet .n. confidere in homine sub deo, non tamen vt relinquatur deus. Et hoc dicitur propter Iudæos, qui deo contempto, in Aegyptiis spem ponebant. Esa. 31. Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus quia pręualidi sunt, & nõ sunt confisi super sanctum Israel, & dominũ non requisierunt. Psalm. 145. Nolite confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non est salus. Et ponit maledictionis similitudinem [Erit enim quasi myrice] quæ viles habentur. Simachus. quasi lignum infructuosum in solitudine [Non videbit] quia ante liberationem de captiuitate, fere omnes mortui sunt [Sed habitabit] in quo ostenditur horror loci captiuitatis, non quòd in se malus esset, sed eis qui in seruitute opprimebantur [in siccitate in deserto] quod non colligitur, sed est sicci aeris qui facit arbores infructuosas [salsuginis] quantũ ad siccitatẽ terræ, ex adustione humoris a sole. Psal. 105. Posuit

a CAP. XVII.

PECCATVM Iuda scriptum est stilo ferreo, in vnge adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumque frondentium in montibus excelsis, sacrificantes in agro, Fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Et relĩqueris sola ab hæreditate tua quam dedi tibi, & seruire faciã te inimicis tuis in terra quã ignoras. Quoniam ignẽ succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. Hæc dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachiũ suum, & a domino recedit cor ei⁹. Erit enim quasi myricæ ĩ deserto, & non videbit cum venerit bonũ, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. Benedictus vir qui cõfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum.

b ¶Perdix fouit, quæ non peperit. Fecit diuitias & non in iudicio. In dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Soliũ gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ, expectatio Israel. Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium, dominum. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluum ero, quoniam laus mea tu es.

c ¶Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbum dñi? Veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequẽs, & diem hominis non desideraui, tu scis, Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. Non sis mihi tu formidini, spes mea tu, in die afflictionis. Cõfundantur qui me persequuntur & nõ confundar ego, paueant illi & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc dicit dominus ad me. Vade & sta in porta filiorũ populi mei, per quã ingrediuntur reges Iuda & egrediuntur, & in cunctis portis Hierusalem, & dices ad eos. Audite verbum domini reges Iuda, & omnis Iuda, cunctique habitatores Hierusalem, qui egredimini per portas istas.

d ¶Hæc dicit dominus. Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi, nec inferatis per portas Hierusalem, & nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbathi, & omne opus non facietis. Sanctificate diẽ sabbathi, sicut præcepi patribus vestris. Et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. Et erit si audieritis me dicit dominus, vt nõ inferatis one-

Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Secundo, ponitur benedictio eorum, qui confidunt in diuino auxilio. Et primo, ponit benedictionem [Benedictus vir, fiducia] vt scilicet in quocũque cõfidit, cõfidẽdi rõ. sit deus. Psal. 2. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo. Esa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Secundo, ponit similitudinem sumptam ex arbore. Primo, quantum ad radicum firmitatẽ. [Et erit quasi lignum] in quo figuratur firmitas diuinæ protectionis. Psalm. 1. Et erit tãquàm lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tẽpore suo. Secundo, quantum ad foliorum viriditatẽ [Et erit folium] in quo significatur prosperitas temporalis, & viror spiritualis. Prou. 11. Iusti quasi virens folium germinabunt. Tertio, quantum ad fructuũ vbertatem: in quo significat copia bonorum operum [nec aliquãdo desinet] Apocal. 21. Per menses singulos reddẽs fructum suum. Et quia Iudæi possẽt dicere, non posse fieri discretionem præmiorum pro diuersitate cogitationum, ideo consequẽter inducit huius discretionis authorem. Et primo, ponit quæstionem. [Prauum est] idest multis malitiis inuolutum. Prouer. 20. Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud. Secundo, ponit responsionem. Et ponit duo, quæ sufficientem faciunt discretionem iudicii, scilicet scientiam [Ego dominus, corda] quantum ad cogitationes [renes] quantum ad affectiones. Rom. 8. Qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Et iustitiam [Qui do vnicuique, viam] quantum ad cordis dispositionem [fructum] quantum ad opus exterius. Esa. 3. Dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.

b ¶Hic tangit secundum, vnde scilicet spes impunitatis proueniebat, scilicet diuitiarum abundantiam. Et primo, tangit fiduciam malorum quæ est in diuitiis, sub similitudine perdicis, quæ oua aliena furatur, & super ea incubat, et tandem a pullis deseritur, tangens iniustam congregationem [perdix fouit] Et exponit [feci diuitias] Abach. 2. Væ ei qui multiplicat non sua. [Vsquequo] & aggrauat contra se densum lutũ. Et ipsarũ amissionem [in dimidio] quia in iuuentute morietur. Vel quia adhuc ipso viuente eas amittet, diripientibus Chaldæis [In nouissimo] idest in diuino iudicio, vel in morte, quando inuenientur ei diuitiæ nihil profuisse [erit] idest apparebit. Psalm. 48. Et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternũ. Iob. 12. Ipse nouit decipientem & eum qui decipitur. Secundo, ponit spem iustorum, quæ est in cultu diuino [solium gloriæ] idest, expectatio & fiducia populi Israel, est tempus & arca & propitiatorium, in quibus intelligitur cultus diuinus, quod dicitur [solium gloriæ altitudinis] ibi enim gloria domini in reuelationibus apparebat a principio legis datæ [locus sanctificationis] idest in quo sanctificamur, vel quem sanctificasti coram nobis & pro nobis. supra. 14. Solii gloriæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Et adiungit pœnam discedentium ab hac fiducia, ponens pœnam. [Domine omnes, in terra] captiuitatis [scribentur] quasi ciues perpetuo ibi manentes, vel cum illis qui terrena sapiunt, vel in terrenam corruptionem descenderunt, de quibus. Psalm. 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Et assignat causam [quia dereliquerunt] supra. 2. Me dereliquerunt. Tertio, porrigit petitionem suã ad eum, qui est sua expectatio [sana me] a lãguorib⁹ peccati & angustiæ quibus inuoluor [saluum me] conseruando in bonis [laus mea] quẽ laudo, vel in quo laudor. Psal. 40. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi.

c ¶Hoc est tertiũ, vnde eis fiducia impunitatis proueniebat, quia diuinis cõminationibus non credebant. Et circa hoc, tria. Primo, ponitur incredulorum insultatio [Vbi est verbum] quasi dicat, non veniet. Esa. 5. Qui dicitis festinet, cito veniat opus ei⁹ vt videamus, & appropiet et veniat cõsilium sancti Israel, & sciemus illud? Amos. 5. Væ desiderantibus diem domini. Ad quid enim vobis? Secundo, ponitur prophetæ excusatio, quantum ad constantiam mentis [Et ego nõ sum turbatus] propter eorũ contradictionem [sequẽs] implens quod mihi præcepisti [diem] præsentem vitã, quin ẽt paratus mori, vel prospitatẽ & gloriam præsentem. 2. Corinth. 4. Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer, vel a humano die. Et quantum ad veritatem prædicationis [Tu scis, in conspectu tuo] quàmuis non eorum. Iob. 16. In cælo est testis meus. Tertio, ponitur ipsius petitio. Et primo, petit salutem [Non sis tu mihi] quasi dicat, solum indignationem tuam timeo. Iob. 9. Auferat a me virgam suam, & pauor eius non me terreat. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Secundo, petit incredulis afflictionem in corde, ex confusionẽ de culpa [Confundãtur.] Psal. 39. Confundantur & reuereantur, qui quærunt animam meam ut auferant eã. Et timorẽ pœnæ [paueant] Prou. 4. Pauor his qui operantur malum. Sapien. 17. Cum enim sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Et in corpore [induc super eos, afflictionis] in vita [contere] per mortem [duplici] gladio & famæ, vel anima & corpore.

d ¶Hic reuocat eos ad cultum pristinæ religionis, quantum ad mandatum de obseruatione sabbathi, quod leuissimũ est, vt magis eorum obstinatio ostendatur. Et circa hoc, duo facit. Primo, determinat prædicationis locum [in porta] vt quasi inuiti cogantur audire. 2. Thim. vltim. Insta opportune, importune. Argue, obsecra, increpa [filiorum] ipsi enim sunt populus meus, sed filii populorum sunt [per quam ingrediuntur] ipsa enim specialis porta erat iuxta domum regiam, per quam reges vrbem ingrediebantur. supra 7. Sta in porta domus domini, & prædica ibi verbum istud &c. Secundo, proponens prædicationis verbum [Et dices ad eos] Et circa hoc, tria. Primo, ponit pręceptum, petens auditum [Audite] Psalm. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Promulgans præceptum [Hæc dicit dominus. Custodite] a peccato [portare] extra ciuitatem [pondera] mercium [Et opus] seruile, pertinens vel

ad

ad seruitutem culpæ, vel ad seruitutem pœnæ, quia etiam ab illis quæ peccata non erant, tenebanẽ abstinere, a quibus omnibus nos non tenemur abstinere, sed secundum præceptum ecclesiæ ordinantis de hoc [,sanctificate] vt bonis operibus vacetis. Exod. 20. Memento vt diem sabbathi sanctifices Nehemiæ vlt. Vidi in Iuda calcantes in sabbatho, portantes acerros, & onerantes super asinos vinum & vuas, & ficus & oẽ onus, & inferentes in Hierusalem die sabbathi. Et contestatus sum &c. Et ponit præcepti contempnũ [Et non audierunt] supra. 7. Non audierunt nec inclinauerunt aurem suã, sed abierunt in voluptatibus & prauitate cordis sui mali &c. Secundo, promittit obediẽtibus præmiũ [Et erit si audieritis] quantum ad tria, in quibus ciuitas gloriosa erat, scilicet in dignitate regni. Etquãtum ad hoc [ingredientur] Esai. 1. Restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. In mulcitudine populi. Et quantum ad hoc [& habitabitur] Esa. 62. Non vocaberis vlrra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata. Et quantum ad religionem templi. [Et venient de ciuitatibus, ab austro] etiam ab Aegypto. Esa. 60. Offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Tertio, comminatur contemnentibus incendium [Si autem non audieritis, in portis] quia portas intrãtes Chaldæi, ignem miserunt in ciuitatem. Esa. 1. Succendetur vtrũque simul, & non erit qui extinguat. Nota quòd sancti fructificant. Per sapientiæ contemplationem. Eccl. 6. Quasi is qui arat & qui seminat, accede ad eã, & sustine bonos fructus illius. Per charitatis feruorem. Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortũ suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Per laudis confessionem, Heb. 13. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Per meritoriam operationem. Psalm. 84. Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Per proximorum cõuersionem. Ioan. 15. Vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Item notãdum, quòd sequitur aliquis Christum. Per carnis integritatem. Apoc. 18. Virgines enim sunt, & sequũtur agnum quocumque ierit. Per cordis intentionem. Philip. 3. Sequor si quo modo comprehendam. Per tribulationis passionẽ. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Per mandatorum obseruationem. Iob. 23. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui & nõ declinaui ex ea. Per gloriæ receptionẽ. Eccl. 23. Magna gloria est sequi dũm, longitudo enim dierũ assumetur ab eo.

a CAP. XVIII.

HIc ostendit obstinationem ipsius populi, quasi per experimentum. Et primo, quia contemnunt prædicationem. Secundo, quia persequuntur prædicatorem, ibi [Et dixerunt &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponitur prædicatio reuocans eos ad pœnitentiam. Secundo, ponitur contemnentiũ desperatio, ibi [Qui dixerunt. Desperauimus &c.] Circa primum, duo. Primo, designat dominus propheræ reuelationis locum [in domum figuli] vt ex ipsius operis similitudine, prophetia sumeretur. In quo significatur ꝙ descendenti in considerationem suę infirmitatis, verba domini reuelantur. Sap. 1. Cũ simplicibus sermocinatio eius [Descendi] accessi in inferiorem partem ciuitatis, vbi huiusmo-

ra per portas ciuitatis huiꝰ in die sabbathi, & si sanctificaueritis diẽ sabbathi ne faciatis in eo oẽ opus, ingredientur per portas ciuitatis huius, reges et principes sedentes sup soliũ Dauid, & ascẽdẽtes in curribus & equis, ipsi & principes eorũ, viri Iuda & habitatores Hierusalẽ, & habitabitur ciuitas hæc, in sempiternũ. Et venient de ciuitatibus Iuda in circuitu Hierusalẽ, & de terra Beniamin, & de cãpestribus, & de mõtuosis, & ab austro, portãtes holocaustũ & victimã & sacrificiũ & thus, & inferẽt oblationẽ in domũ dñi. Si aũt non audieritis me vt sanctificetis diẽ sabbathi, & ne portetis onus & ne inferatis per portas Hierusalẽ in die sabbathi, succẽdã ignẽ ĩ portis eiꝰ, & deuorabit domos Hierusalem, & non extinguetur.

a CAP. XVIII.

VErbũ qd factũ est ad Hieremiam a dño, dicẽs. Surge & descẽde in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domũ figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas quod ipse faciebat e luto, in manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret. Et factum est verbum domini ad me, dicens. Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domꝰ Israel, ait dominus? Ecce sicut lutũ in manu figuli, sic vos domus Israel in manu mea.

b ¶ Repente loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdã illud. Si pænitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Et subito loquar de gente & regno, vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malũ in oculis meis vt non audiat vocẽ meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerẽ ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatori Hierusalem, dicens. Hæc dicit dominus. Ecce ego fingo cõtra vos malũ, & cogito contra vos cogitationẽ. Reuertatur vnusquisque a via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra.

suum, & conuertẽs pedibus suis rotam qui in solicitudine positus est semper ꝓpter opus suum, & innumera est omnis operatio eius. Et destructi vasis restaurationem [conuersusque] Sapien. 19. Figulus mollẽ terram præmens, laboriose fingit ad vsus nostros vnumquodque vas, & de eodẽ luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter quæ his sunt contraria. Secũdo, ponit similitudinis adaptationẽ [& factum est] Et primo, ponit quæstio. [Numquid] Esa. 64. Et nunc domine, pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarũ omnes nos. Secundo, responsio [Ecce sicut lutum] Sapiẽ. 7. In manu ipsius & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientiæ disciplina.

b ¶ Hic sumit rationẽ ex prædicta similitudine. Sed obiicit contra id quod dicitur hic, illud quod habetur Numeri. 23. Non est deus vt homo vt mẽtiatur, neque vt filius hominis, vt mutet. Sed hoc non potest esse sine mendacio, quòd aliquis dicat futurũ, quod non eueniat, neque sine mutatione, si pœnitentiam agat, ergo &c. Ad quod dicendum, quòd est duplex prophetia secundum Hieron. in glo. super Mat. ca. 1. scilicet prædestinationis, in his quæ non dependent ex libero arbitrio, sed tantũ ex dei dispositione quæ immutabilis est, & ideo hanc necesse est omnibus modis euenire. Alia est præsciẽtiæ, de his etiã quæ libero arbitrio nõ subiacent, sed procedunt a deo, secundum quòd deus præscit finaliter euentum vniuscuiusque rei. Et sic etiam sententia diuina non mutatur, facta mutatione in homine, sed non in deo. Et ideo pœnitentia accipitur non secundũ mutationem diuine dispositionis, sed diuinæ sententiæ prolatæ, secundum causas inferiores. Et ideo dicit [repente] & subito loquens de deo ad similitudinem hominis. Dicitur enim aliquis repente loqui, quando sine præmeditatione loquitur. Hoc autem cõuenit quando tantũ ad præsens, amissa futuri cõsideratione, respicit. Circa hoc ergo, duo facit. Primo, ponit diuinæ sentẽtiæ reuocabilitatem, in malis, ponens sentẽtiæ pronunciationẽ [vt eradicẽ] auferendo oẽm firmitatẽ. supra. 1. Constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas & destruas & disperdas & dissipes & ædifices & plantes. Et sententiæ reuocationem [si pœnitentiã] Osee. 11. Conuersũ est in me cor meũ, pariter conturbata est plenitudo mea. Et in bonis, ponens sententiæ promulgationẽ [Et subito] Iob. 22. Si reuersus fueris ad omnipotentẽ, ædificaberis, & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Et reuocationem si fecerit malũ. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem iuxta omnes abominationes quas operari solet impius. Numquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat, nõ recordabũtur, in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Secundo, inducit cognitionẽ. Et primo, proponit excogitatam pœnam [Nunc ergo, fingo] sicut figulus [malum] pœnæ. Esa. 45. Ego dominus faciens pacem & creans malum. Secundo, concludit pœnitentiam [reuertatur, vias] opera [studia] cogitationes [dirigite] recta facite. Ezech. 33. Conuertimini a viis vestris pessimis.

c ¶ Hic

c ¶ Hic ponitur cõtemnentiũ desperatio. Et primo, ponitur desperatio [desperauimus] supra. 2. Dixisti, desperaui nequaquã faciã, adamaui quippe alienos & post eos ambulabo. Secũdo, ponitur desperãtiũ cõdẽnatio [ideo hæc dicit] Et primo, arguit in eis horribilẽ culpã in cõparatione gẽtiũ [Interroga gentes] supra. 2. Transite ad insulas Cethym & videte, & in Cẽdar mittite, & considerate vehemẽter, & videte si factũ est hmõi, si mutauit gẽs deos suos. Et certe ipsi non sunt dii. Ezec. 5. Cõtẽpsit iudicia mea vt plus esset impia q̃ gẽtes & pręcepta mea vltra q̃ terræ, q̃ in circuitu eiꝰ sunt. Ex similitudine in sensibiliũ quæ ordinẽ sibi a deo præfixũ tenent [Nũquid de petra] Et notãdũ ꝙ Libanꝰ est mõs magnus, & hẽt in sũmitate magnã latitudinem, in qua sunt agri & spelũcę petrarũ, in quas quia radius solis nõ peruenit, cõseruãtur niues perpetuo [euellit] vt nõ fluãt de Libano, & aliis altis mõtibꝰ, quasi dicat, non. Eccle. 3. Didici quòd omnia opera quæ fecit deus perseuerẽt in perpetuũ. Non possumus eis quicq̃ addere nec auferre, quæ fecit dominus vt timeatur. Ex conditione operum, Quia inutilia [frustra libantes] scilicet idolis. Roman. 6. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Quia nociua, & impingentes] idest offendentes. Esa. 60. Impegimus in meridie quasi in tenebris ĩ caliginosis quasi mortui, Quia turpia [in semitis sæculi] scilicet idolatriæ post quas sæculum totum vadit. Iob. 22. Numquid semitam sæculorum custodire cupis quam calcauerunt viri iniqui, qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamẽtum eorum, qui dicebãt deo, recede a nobis &c. Et difficilia [vt ambularent, non trito] a sanctis patribus. Vel quia vana peccata excogitabant. Sapien. 5. Ambulauimus vias difficiles, viam autem domini ignorauimus. Numeri. 20. Via trita gradiemur. Secundo, comminatur stupendam pœnam. Primo, quantum ad terræ desolationem [vt fieret] vt consecutiue. Tren. 1. O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Secundo, quantum ad gentis destructionem [sicut ventus] qui omnes fruges de siccat [inimico] Babylonico. supra. 4. Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum & ad purgandum. Tertio, diuini auxilii cessionem [dorsum] ad modum hominis irati. Deut. 32. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Psalm. 33. Vt quid domine repulisti in finem, iratus est furor tuus super oues pasue tuæ?

d Hic ostenditur eorum obstinatio, ex eo quòd persequebantur prædicatores eorum in figuram persecutionis Christi. Et primo, ponitur aduersariorum persecutio, ponens persequendi consiliũ [Venite] Sapien. 2. Dixerunt impii cogitantes apud se non recte. Et infra. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris &c. Persecutionis argumẽtum [Non enim peribit lex] legis dispositio [sermo] diuinæ reuelationis, quasi falso hoc futurum prædixit. Econtra Ezech. 7. Peribit lex a sacerdote, & consilium a senioribus. Et persequendi modum [lingua] detrahendo & accusando [Non attendamus] quasi timentes comminationes ipsius. Psalm. 63. Exacuerunt vt gladium linguas suas, firmauerunt sibi sermonem nequam. Eccles. 28. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Secundo, ponitur prophetæ oratio. Et primo, petit audientiam [attende, ad me] idest ad mea merita. Tren. 3. Audisti opprobrium eorum domine, omnes cogitationes aduersum me. Secundo, proponit ingratitudinis culpam, ponens ingratitudinem [Numquid redditur] quasi dicat,

c ¶ Qui dixerũt. Desperauimꝰ. Post cogitationes. n. nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatem cordis sui mali, faciemus. Ideo hęc dicit dñs. Interrogate gẽtes. Quis audiuit talia horribilia, quę fecit nimis virgo Israel? Nũquid deficiet de petra agri nix Libani, aut euelli pñt aquę erũpẽtes frigidę & defluẽtes? Quia oblitus est mei populus meꝰ, frustra libãtes & impingẽtes in viis suis & in semitis sæculi, vt ambularẽt per eas in itinere nõ trito, vt fieret terra eorũ in desolationẽ, & insibilũ sempiternũ. Oĩs qui præteriet rit per eã, obstupescet, & mouebit caput suũ. Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico, dorsum & non faciem ostendã eis, in die perditionis eorum.

c ¶ Et dixerũt. Venite & cogitemꝰ cõtra Hieremiã, cogitationes. Nõ enim peribit lex a sacerdote, neq; cõsiliũ a sapiẽte, nec sermo a ꝓphęta. Venite & percutiamus eũ lingua, & nõ attẽdamus ad vniuersos sermones eius. Attẽde dñe ad me, & audi vocẽ aduersariorũ meorũ. Nũquid reddetur pro bono malũ, quia foderũt foueã animę meę? Recordare, ꝙ steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auertẽrẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ, et deduc eos in manu gladii. Fiãt vxores eorũ absque liberis & viduę, et viri earũ interficiãtur morte. Iuuenes eorũ cõfodiãtur gladio in prẽlio, audiatur clamor de domibꝰ eorũ. Adduces. n. super eos latronem repẽte, quia foderũt foueã vt caperẽt me, & laqueos abscõderũt pedibus meis. Tu aũt dñe scis omne cõsiliũ eorũ aduersum me, in mortẽ. Ne propitieris iniquitati eorũ, & pctm eorũ a facie tua nõ deleat. Fiãt corruentes in conspectu tuo, in tẽpore furoris tui, abutere eis.

a CAP. XIX.

HÆc dicit dñs. Vade & accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi, & a senioribus sacerdotum, & audi vocẽ aduersariorũ meorũ. Nũquid reddetur pro bono malũ, quia foderũt foueã animę meę? Recordare, ꝙ steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auertẽrẽ indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eorũ in famẽ, et deduc eos in manu gladii. Fiãt vxores eorũ absque liberis & viduę, et viri earũ interficiãtur morte. Iuuenes eorũ cõfodiãtur gladio in prẽlio, audiatur clamor de domibꝰ eorũ. Adduces. n. super eos latronem repẽte, quia foderũt foueã vt caperẽt me, & laqueos abscõderũt pedibus meis. Tu aũt dñe scis omne cõsiliũ eorũ aduersum me, in mortẽ. Ne propitieris iniquitati eorũ, & pctm eorũ a facie tua nõ deleat. Fiãt corruentes in conspectu tuo, in tẽpore furoris tui, abutere eis.

a CAP. XIX.

HÆc dicit dñs. Vade & accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi, & a senioribus sacerdotum, & sancta ciuitate, Hieremias prophęta dei. Tertio, imprecat pœnam. Et primo, pœnæ inflictionem, quãtum ad pueros [propterea da filios] supra. 15. Quia ad gladium ad gladium, & q̃ ad famẽ ad famẽ, & q̃ ad captiuitatẽ ad captiuitatem. Quantum ad matrimonio vtentes [fiant vxores.] Osee. 9. Da eis vuluam sine liberis & vbera arentia. Et quantum ad viros bellicosos [iuuenes, clamor] planctus. Esa. 15. Clamorem cõtritionis leuabũt. Secundo, pœnæ occultationem, vt præcauere non possint [Adduces, latronẽ] Nabuchodonosor, qui subito super eos veniat. Abdias. Si fures intrassent ad te, si latrones ꝑ noctẽ, quomodo conticuisses? Et assignat rationem [quia foderunt] quasi dicat, iustum est vt decipiantur qui me decipere voluerunt. Psalm. 56. Laqueũ parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animã meam. Et inducit probationem [Tu autem] Tren. 3. Vidisti domine iniquitatem illorũ aduersum me, iudica iudicium meum. Secundo, excludit sententie reuocationem, excludens misericordiam [Ne propitieris] mũdando a culpa [Non deleatur] liberando a pœna. Psalm. 108. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Et impræcatur pœnã [fiãt coruentes, abutere] idest in malum vtere, vel contra consuetudinem clementiæ tuæ. Esa. 3. Ruit Hierusalem & Iudas concidit quia lingua eorum, & adinuẽtiones eorum contra dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Notandum, quòd est quidã sibilus bonus, Diuinæ inspirationis. Zach. 10. Sibilabo eis & cõgregabo illos, quia redemi eos. Humilis confirmationis. 3. Reg. 19. Post ignem sibilus auræ tenuis. Compassionis. infra. 49. Omnis qui transibit per eam stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius. Item est sibilus malus, Iniquæ persuasionis. Sapien. 17. Serpentum sibilatione commoti, tremebundi peribant. Insultationis. Tren. 2. Omnes transeuntes per viam sibilauerunt, & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs dicentes perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Et stuporis. infra. 25. Ponam eos in stuporem & sibilum & in solitudines sempiternas. Item super illud verbum [vt loquerer pro eis bonum] nota quòd Christus loquitur pro nobis bonum, Ad impetrandum veniam. Luc. 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ad excusandam culpam. 1. Ioan. 2. Aduocatũ habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Ad Heb. 12. Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quàm Abel. Et ad impetrandam gloriam. Io. 17. Volo vt vbi ego sum & illi sint mecum, vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.

a CAP. XIX.

HIc comminatur consumatam pœnam. Et primo, designat prædicationis locum [ad vallẽ, portæ fictilis] vbi figuli habitabant [Et prædicabis ibi verba] Ezech. 3. Audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Secundo, ponit prædicationis verbum. Et primo, in loco a deo præfinito. Secundo, in templo, ibi [Venit autem &c.] Circa primum, duo.

Primo, prædicit eam verbo. Secundo, præsignat eam facto, ibi [Et conteres &c.] Circa primum, Primo, comminatur pœnam in generali, petens audientiam [Dices. Audite] Psalm. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Prædicens pœnam [Hæc dicit dominus, tinnient] quasi ex cõmotione cordis præ stupore, sicut ex commotione magni soni. 1. Reg. 4. Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicumque audierit tinnient ambę aures eiꝰ. 4. Reg. 21. Ecce ego inducã mala super Hierusalem & Iudam, vt quicũque audierit, tinniant ambę aures eius. Et assignans cãm, culpam populi [eo quòd dereliquerint] Esa. 1. Dereliquerunt dominum, blasphemauerũt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Et culpam regis, quãtum ad simplex homicidium [& reges Iuda] 4. Reg. 21. Sãguinẽ innoxium fudit Manasses multũ nimis, donec impleret Hierusalem vsque ad os. Et quantũ ad homicidiũ iunctũ sacrilegio [Et ꝓdificauerũt] Psal. 105. Effuderunt sanguinẽ innocentẽ sanguinẽ filiorũ suorũ & filiarũ suarũ, q̃s sacrificauerũt sculptilib⁹ Chanaã. Secũdo, ponit pœnã in speciali. Et primo, quantum ad mala, quæ passi sunt in vrbis captione, ponens interfectionẽ hominũ [Propterea ecce dies venient] vbi designat occisorum multudinem [& non vocabitur] supra. 7. idẽ. Cõsilii dissipationẽ [Et dissipabo] quo debellare Nabuchodonosor cogitauerat [in loco isto] quia ibi occisi sunt. Iob. 5. Apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat. Et occisionis speciem [Et subuertam] Ezech. 21. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos fecit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. Et ponens abiectionem cadauerum [Et dabo cadauera] Psalm. 78. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ. Et ponens destructionem vrbium [Et ponam] supra. 18. idem. Secundo, pœnam quam passi sunt in obsidione [Et cibabo eos] Deut. 28. Comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus deus tuus in angustia & vastitate, qua opprimet te hostis tuus. Tren. 4. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.

b ¶ Hic designat prædicta pœnam, facto. Et primo, ponit factum [Conteres lagunculam] Esa. 10. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Secundo, facti significatum [Et dices ad eos] Primo, quantum ad populi occisionem [Sic conteram] Esa. 30. Comminuetur sicut conteritur lagena figuli, cõtritione perualida. Secundo, quantum ad sepulturæ locum [& in Tophet] vel occisionis multitudinem. supra. 7. idem. Tertio, quantum ad vrbis destructionem [sic faciam] sicut Tophet immundam & sine domibus [in quarum domatibus] idest, in summitatibus domorum, quæ planæ erant, & in eis idola colebant. Esa. 22. Ascendisti & tu omnis in tecta, clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans.

c ¶ Postquàm dixerat prædicta in valle Tophet ad populum, reuertitur ad templum, vt annuntiaret ea populo, qui ipsum sequi noluit. Et planum est. Act. 7. Dura ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis, sicut & patres vestri, ita & vos.

a CAP. XX.

FINITA comminatione cõtra populum, incipit cõminatio contra principes. Et primo, ponitur comminatio prophetę, cõtra principes. Secundo, cõspiratio principum contra prophetam. infra. 26. cap. [In principio regni &c.] Circa primum, duo. Primo, comminatur contra principes Iudaici populi. Secundo, contra illos & alios. infra. 25. capite. [Verbũ quod factum est &c.] Prima, in duas. In prima, comminatur contra principes in summo dignitatis gradũ constitutos. In secunda, contra omnes comminatur. infra. 23. cap. [Væ pastoribus &c.] Circa primum, duo. Primo, comminatur contra summum in dignitate spirituali, scilicet contra summum sacerdotem. Secundo, cõtra summum in dignitate tẽporali, scilicet cõtra regem. infra. 21. ca. [Verbum quod factum est &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur comminatio, contra summum sacerdotem. Secundo, propter pericula quæ ex hoc prophetæ imminebant, ponitur ipsius conquestio, ibi [Seduxisti me domine &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur comminationis occasio, ex prophetæ persecutione: vbi ponitur persecutionis ratio [prophetantem sermones istos] contra ciuitatem, hoc enim erat officium summi sacerdotis, vt scilicet falsò prophetantes corriperet. infra. 29. Dedit te dominus sacerdotem pro Ioiade sacerdote vt sis dux in domo domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum & in carcerem &c. Prophetæ persecutio [& percussit, in neruum] in carcerem, genus tormenti ad detinendum captiuos [Beniamin] quæ ducebat in tribum Beniamin, erat enim ciuitas sita in confinio duarum tribuum [superiori] quia forte plures erant portę ducentes in terra illa [in domo domini] vnde in illa porta exercebatur iudicium de prophetis, & de ministris templi, & ibi claudebantur in carcere. Tren. 3. Circumedificauit aduersum me vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Et prophetæ liberatio [cumque] simile. Act. 4. Factum est autem in crastinum &c. Psalm. 67. Qui educit vinctos in fortitudine. Secundo, ponitur comminatio. Et primo, ponitur pœnæ designatio ex imitatione nominis. [Et dixit ad eũ.] loquitur ad modum hominis timidi, qui vndique circunspicit. Prouerb. 10. Pauor his qui operãtur malum. Secundo, ponitur pœnæ comminatio. [Quia hæc dicit dominus.] Et primo, quantũ ad ipsius amicos [te, & omnes amicos.] Psal. 77. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt. Secundo, quantum ad subditos, ponẽs captiuitatem hominũ. [Et omnem Iuda.] Tren. 1. Migrauit Iudas propter afflictionẽ & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Et diteptionem bonorũ. [Et dabo vniuersam. [Esa. 39. Auferentur omnia quęin domo tua sunt, & quæ thesaurizauerũt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem. Non relinquetur quicq̃ dicit dominus. Tertio, quantũ ad ipsius domesticos. [Tu aũt Phassur, mendaciũ] promitiẽs prospera. Esa. 22. Quasi pilam mittet te dominꝰ in terram latam & spatiosam. Ibi morieris &c. Amos. 7. Filii tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humꝰ tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

b ¶ Hic ponit prophetæ cõquæstio. Et primo, plangit iniũctum officium. Secũdo, natiuitatis ortũ. Circa primum, duo. Primo, plangit iniũctum officium, propter consecutam irrisionem. Secundo, propter persecutionem, ibi [Audiui enim &c.] Circa primum, tria. Primo, quasi conquerendo notificat iniũctionis modum. [Seduxisti] idest occasionẽ deceptionis, ex verbis tuis accepi. Credebam enim me prophetaturũ contra gentes, & non contra Iudæos a quibus persecutionem patior. Non autem vult imponere crimen deceptionis in deum, quia blasphemaret [inualuisti] imponens officium mihi renitenti, vt supra primo. Et hoc præcipue, quia fructũ prædicationis suæ non vidit. Esa. 49. In vacuum laboraui, sine causa & vane fortitudinem meam consumpsi. Secundo, proponit prædicationis euentum, ponens irrisionem [factus sum in derisum, subsannabant] rugatione nasi, irrisionem propalantes. Tren. 3. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. Et assignat rationem, ponens prædicationis verbum, quo arguebat aperte culpas, & comminabatur penas [quia iam olim, vastitatem] quæ tamen nondum venit. Esa. 16. His qui lætantur super murum cocti lateris, loquimini plagas suas. Et consequens opprobrium.] Et factus est, in opprobrium] idest opprobrii causa. Act. 26. Festus Paulo dixit, multæ literæ ad insaniam te deduxerunt. Tertio, resignat iniunctum officium. [Et dixi.] Et primo, abiicit officium. [Non recordabor] idest, non cogitabo vltetius loqui ad populũ. Nolebat enim margaritas ante porcos spargere. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Secundo, officium abiectum resumit. [Et factus est, quasi ignis.] Quanto enim magis quis exterius a verbis abstinet, magis intus seruorem amoris sentit. Psal. 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis [in ossibus.] in intimis mentis [defeci] a proposito [ferre non sustinens] interius incendium. [Hic conqueritur de officio assumpto eo, quòd persecutiones sustinebat. Et primo, ponitur aduersariorũ persecutio. Et primo, persequentium multitudinem [multorũ] quibus resistit non potest [persequimini] in quo notatur ipsorum coniuratio. Ponit etiam familiaritatem [ab omnibus, pacifici] in quo notatur imminens periculum. Abdias. Omnes viri fœderis tui &c. illuserunt tibi, inualuerunt contra te viri pacis tuæ. Secundo, ponitur prophetæ confortatio, ponens diuinum auxilium. [Dominus autem mecum] ad defendendum. Esa. 50. Dominus deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Et ipsius officium. Et idcirco cadent, quia persequuntur. Esa. 40. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. [Cõfundentur] quia opprobria dixerunt [quia non intellexerunt] idest, intelligere noluerunt [opprobrium] æternæ damnationis, vel futuræ captiuitatis. Psalm. 39. Confundantur & reuereantur, qui quærunt animã meã vt auferãt eã. Tertio, ponit petitio: vbi captat beneuolentiam, commendans iustitiam [probator] .i. approbator, vel inquisitor & discussor: scientiam [qui vides renes,] quantum ad affectiones, [& corda] quantum ad cogitationes supra. 17. Ego dominus scrutans cor, probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam &c. Petit vindictam [videã quæso] assignat causam [tibi enim reuelaui] nõ hoc ignoranti, sed totam causam meam in te ponens. supra. 11. Tibi enim reuelaui causam meam. Quarto, ponitur gratiarum actio [Cãtate.] Psal. 71. Quia liberauit pauperem a potente, pauperẽ cui non erat adiutor.

c ¶ Hic plangit natiuitatis suæ ortum. Sanctorum enim est gloriari in tribulationibus, vt dicitur ad Ro. 5. Ergo videtur quòd Hieremias non debuerit pro tribulationibus in maledictionem prorumpere. Præterea. Dies, creatura dei est: maledicere autem creaturæ dei, est peccatum. Ergo &c. Præterea dies transitorium quid est, & huic pœnam maledictionis aptare stultum est. Ergo &c. Præterea. Nullus debet innocenti maledicere: sed ille homo in hoc quòd Hieremiam non interfecit, innocẽs fuit: ergo peccauit ipsi maledicendo. Ad primum dicendum, quòd tribulationes in se consideratæ, malæ sunt, in quantum contrariãtur naturæ bonæ, vt dicit August. Et sic eas abhorrere naturali odio, peccatum non est. Si tamen propter eas ratio a sua rectitudine deduceretur, hoc esset peccatum. Consideratæ autem secundum quòd promouent in bonum, sic sancti in ipsis gloriantur, sicut infirmus in sectione per quam sanatur. Ad secundum, dicendum, & ad tertium, quòd dici in sua natura consideratæ non maledicit, quia hoc esset stultum, & peccatum, sed in quantum mala est, prout scilicet aliquid mali in ipsa accidit. sicut econtra dies festus agitur ꝓp aliquod bonũ, qd̃ die illo accidit, & hoc significat illa maledictio. Greg. tamen respiciens ad naturam ipsius dici dicit, quòd ad literam non potest intelligi. Et similiter dicendũ ad vltimũ, quòd non maledicit illis hominibus nisi in quantũ relationem habent ad suũ actum. Vnde, per hoc dat intelligere horrorẽ suum, hiperbolice loquens, & tædiũ vitæ suæ propter angustias quas patiebatur. Circa hoc ergo, duo facit. Primo, ponit maledictionem, contra natiuitatis tẽpus. [Maledicta dies.] Iob. 3. Pereat dies in qua dictum est, conceptus est homo. Cõtra natiuitatis nuntium. [Maledictus vir, gaudium.] Gen. 21. Gaudiũ fecit mihi dominus, & quicũque audierit, corridebit mihi. Et explicat maledictionis modum. [sit homo, ciuitates.] Esa. 25. Posuisti ciuitatem in tumultum, vrbem fortem in ruinam. Et

egredere ad uallem filiorum Ennon, quæ est iuxta introitum portæ fictilis, & prędicabis ibi uerba, quæ ego loquor ad te, & dices. Audite uerbum domini reges Iuda, & habitatores Hierusalẽ, Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Ecce ego inducã afflictionẽ super locũ istũ, ita ut omnis qui audierit illã, tinniãt aures eius, eo q̃ dereliquerint me, & alienũ fecerint locũ istum, & libauerũt in eo diis alienis, quos nescierũt ipsi & patres eorũ & reges Iuda, & repleuerũt locum istum sanguine innocentum, & ædificauerunt excelsa Baalim ad cõburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum. Propterea, ecce dies uenient dicit dominus, & non uocabitur amplius locus iste Tophet & uallis filii Ennõ, sed uallis occisionis. Et dissipabo consilium Iuda & Hierusalem in loco isto, & subuertam eos gladio in cõspectu inimicorum suorum, & in manu quærentiũ animas eorum, & dabo cadauera eorũ escã uolatilibus cæli & bestiis terræ, & ponam ciuitatem hanc in stuporẽ & in sibilum. Omnis qui præteriet per eam obstupescet, & sibilabit super uniuersa plaga eius. Et cibabo eos carnib⁹ filiorũ suorũ, & carnibus filiarum suarũ, & unusquisque carnes amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

b ¶ Et conteres lagunculã in oculis uirorũ, qui ibunt tecũ, & dices ad eos. Hęc dicit dns exercituũ Sic conterã populũ istum & ciuitatẽ istã, sicut cõteritur uas figuli, quod non potest ultra instaurari. Et in Tophet sepeliẽtur, eo quòd nõ sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic ait dominus, & habitatoribus eius, & ponã ciuitatẽ istam sicut Tophet. Et erunt domus Hierusalem & domus regũ Iuda, sicut locus Tophet, immũdæ omnes domus in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.

c ¶ Venit autem Hieremias de Tophet, quo miserat eũ dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus domini, & dixit ad omnẽ populũ. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Ecce ego inducam super ciuitatem hãc, & super omnes urbes eius, uniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam, quoniam indurauerunt ceruicem suam, ut non audirent sermones meos.

a CAP. XX.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, qui cõstitutus erat princeps in domo domini Hieremiã prophetantem sermones istos. Et percussit Phassur Hieremiam prophetam, & misit eum in neruũ, quod erat in porta Beniamin superiori

b ¶ Hic designat prædicta pœnam, facto. Et primo, ponit factum [Conteres lagunculam] Esa. 10. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Secundo, facti significatum [Et dices ad eos] Primo, quantum ad populi occisionem [Sic conteram] Esa. 30. Comminuetur sicut conteritur lagena figuli, cõtritione perualida. Secundo, quantum ad sepulturæ locum [& in Tophet] vel occisionis multitudinem. supra. 7. idem. Tertio, quantum ad vrbis destructionem [sic faciam] sicut Tophet immundam & sine domibus [in quarum domo domini. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Hieremiam de neruo, & dixit ad eum Hieremias. Non Phassur vocauit dominus nomen tuũ sed Pauorem vndique, quia hæc dicit dominus. Ecce ego dabo te in pauorem & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt. Et omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem & percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneque precium, & cũctos thesauros regum Iuda, dabo in manu inimicorum eorum & diripient eos & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phassur & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendaciũ.

b ¶ Seduxisti me domine & seductus sum, fortior me fuisti, & inualuisti. Factus sum in derisum tota die. Omnes subsannabãt me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatẽ clamito. Et factus est mihi sermo domini in opprobrium & in derisum, tota die. Et dixi. Non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine illius. Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, clausque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum & terrorem in circuitu, Persequimini & persequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei & custodientes latus meum, si quomodo decipiatur & præualeamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. Dominus autem mecum est tamquàm bellator fortis, idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt & confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquàm delebitur. Et tu domine exercituum probator iusti, qui vides renes & cor, videam quæso vltionẽ tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meã. Cantate domino, laudate dominum, quia liberauit animam pauperis de manu malorum.

c ¶ Maledicta dies in qua natꝰ sũ, dies, ĩ qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annuntiauit patri meo dicẽs, Natꝰ ẽ tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eũ. Sit hõ ille vt sũt ciuitates, quas subuertit dns. & nõ pęnituit eũ. Audiat clamorẽ mane, & vlulatũ in tẽpore meridiano, q̃a non me interfecit a vulua vt

Sed obiicitur contra hoc, quod hic dicitur. Sanctorum enim est gloriari in tribulationibus, vt dicitur ad Ro. 5. Ergo videtur quòd Hieremias non debuerit pro tribulationibus in maledictionem prorumpere. Præterea. Dies, creatura dei est: maledicere autem creaturæ dei, est peccatum. Ergo &c. Præterea dies transitorium quid est, & huic pœnam maledictionis aptare stultum est. Ergo &c. Præterea. Nullus debet innocenti maledicere: sed ille homo in hoc quòd Hieremiam non interfecit, innocẽs fuit: ergo peccauit ipsi maledicendo. Ad primum dicendum, quòd tribulationes in se consideratæ, malæ sunt, in quantum contrariãtur naturæ bonæ, vt dicit August. Et sic eas abhorrere naturali odio, peccatum non est. Si tamen propter eas ratio a sua rectitudine deduceretur, hoc esset peccatum. Consideratæ autem secundum quòd promouent in bonum, sic sancti in ipsis gloriantur, sicut infirmus in sectione per quam sanatur. Ad secundum, dicendum, & ad tertium, quòd dici in sua natura consideratæ non maledicit, quia hoc esset stultum, & peccatum, sed in quantum mala est, prout scilicet aliquid mali in ipsa accidit. sicut econtra dies festus agitur ꝓp aliquod bonũ, qd̃ die illo accidit, & hoc significat illa maledictio. Greg. tamen respiciens ad naturam ipsius dici dicit, quòd ad literam non potest intelligi. Et similiter dicendũ ad vltimũ, quòd non maledicit illis hominibus nisi in quantũ relationem habent ad suũ actum. Vnde, per hoc dat intelligere horrorẽ suum, hiperbolice loquens, & tædiũ vitæ suæ propter angustias quas patiebatur. Circa hoc ergo, duo facit. Primo, ponit maledictionem, contra natiuitatis tẽpus. [Maledicta dies.] Iob. 3. Pereat dies in qua dictum est, conceptus est homo. Cõtra natiuitatis nuntium. [Maledictus vir, gaudium.] Gen. 21. Gaudiũ fecit mihi dominus, & quicũque audierit, corridebit mihi. Et explicat maledictionis modum. [sit homo, ciuitates.] Esa. 25. Posuisti ciuitatem in tumultum, vrbem fortem in ruinam. Et

contra vitæ ministrum, qui scilicet vitã conseruauit, [audiat clamorem] scilicet mortis [vt fieret, sepulchrum] quasi non computatus esset inter homines [Conceptus æternus] qui scilicet num quãm ad debitum partũ peruenisset. Iob. 3. Quare nõ in vulua mortuus sum, egressus ex vtero, non statim perii? Secundo, ponitur maledictionis ratio. [Quare de vulua.] supra. 15. Vę mihi mater mea, quare genuisti me virũ rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? 1. Mach. 2. Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & cõtritionem ciuitatis sanctæ & sedere illic cũ datur in manibus inimicorũ? Nota super illud verbum, Seduxisti me domine &c. Et inualuisti &c. Quia dominus seduxit, Trahẽdo persuasionib⁹. 1. Corin. vlt. Cum essem astutus, dolo vos cepi. Alliciendo consolationibus. Apoc. 10. Cum dauorassem eũ, amaricatus est vẽter me⁹. Confortãdo promissionibus. supra. 4. Ergo ne decepisti populum istum & Hierusalem, dicẽs pax erit vobis? Et ecce peruenit gladius vsque ad animam. Inualescit autẽ dominus, Corrigendo. Esa. 8. In forti manu sua erudiuit me, ne irẽ in via populi huius. A noxiis retrahendo. Osee. 2. Sepiam viã tuã spinis, & sepiam eã maceria. Amore alligando. Osee. 11. In funiculis Adã trahã eos, ĩ vinculis charitatis.

a CAP. XXI.

Hic ponitur cõminatio contra reges, qui obtinẽt summũ gradũ in potestate sæculari. Et primo, secundum quòd reges puniuntur per pœnam populi. Secundo, secũdũ quòd puniuntur in propria persona. 22. ca. [Hæc dicit dominus &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponitur regis interrogatio, vel petitio. [Interroga] quasi dicat, quæras diuinũ responsũ [& ora pro nobis] Hic Phasur nõ est idẽ qui supra, quia ex alio prẽnatus. Esa. 37. Dies tribulationis & correctionis & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filii vsque ad partũ, & virtus non est pariẽdi, & infra. Leua ergo orationẽ ꝓ reliquiis quæ repertæ sunt. Secundo, ponitur prophetæ respõsio [Et dixit Hieremias] Et primo, cõminatur pœnam quã ũ ad tẽpus, ante ciuitatis captionem contra tria in quibus confidebant, scilicet in armorũ munitione. [Ecce conuertã] quasi dicat, arma quæ contra hostes assumpsistis, in vosipsos conuertẽtur, quia contra vos inuicẽ pugnabitis. Psal. 72. Conuerterur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet. Vel conuertentur quasi sine fructu. Confidebant etiã in murorum fortitudine, contra quod dicit [& Chaldæos] quasi dicat, nõ impedientibus muris. Tren. 4. Nõ crediderũt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimici per portas Hierusalem. Confidebant etiam in diuina protectione: contra quod dicit. [Et debellabo, manu extẽta] idest potentia mea ad vindictam parata [forti] cui resisti non potest [furore] quantum ad pessimos [indignatione] quantũ ad minus peccantes [in ira grandi] contra mediocres

b ¶ Hic tangit modum impugnationis. Ezech. 20. In manu valida & in brachio extẽto & in furore effuso, regnabo super vos, & adducam vos in desertum populorũ, & iudicabor vobiscũ ibi, facie ad faciem. Et quantũ ad tempus, post vrbis captionem. [Et post hoc] cominans pœnam [dabo Sedechiam.] Tren. 1. Dedit me dominus in manu & cæt. Et excludit misericordiã. [Et nõ flectet precibus vel muneribus [neq; parcet.] propter pristinã amicitiã [neque miserebitur] ex compassione miseriæ. Prou. 6. Zelꝰ & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusque precibus, nec suscipiet pro redẽptione dona plurima. Et hoc quia pactum non seruauit. Ezech. 17. Qui dissoluit pactũ, numquid effugiet? Secũdo, proponit eis salutis viã ad populũ. [Et ad populũ.] [Et primo, dat eis eligẽdi libertatẽ. [Ecce ego do.] Eccl. 15. Ante hominẽ vita & mors, bonũ & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi. Ponit diffũctionẽ [quia hitat.] Esa. 51. Egredimini de medio eiꝰ populus meus, vt saluet vnusquisque animã suã ab ira furoris dñi. Et assignat rõnẽ [posui enim] supra. 1. Ollã succẽtam ego video. Et ad regem. [Et domui] .s. dices, ponens consiliũ [Iudicate mane.] Psa. 81. Eripite pauperẽ, & egenũ de manu peccatoris liberate. Et ponit imminens periculum. [Ne forte.] Deut. 32. Ignis succensus ẽ in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Tertio, excludit falsam fiduciã, ponens cõfidentię cãm. [Ecce ego ad te] idest arcem Hierusalem [habitatricem vallis solidæ atque campestris.] Erat enim Hierusalem in latere montis versus vallẽ Arnon. Ergo pars erat in valle. Vel dicitur despectiue, sicut. Esa. 22. Onus vallis visionis &c. Et etiam ex monte habebat soliditatem, fortitudinem, & firmitatem. Et ex fructiferis vallibus habebat fertilitatem. Et superbam audaciam. [Qui dicitis] Abdiæ. Qui dicis in corde tuo, quis detrahet me in terram? Et comminatur pœnã. [Et visitabo, saltus] infructuosum populũ. Ioelis. 1. Ignis comedit speciosa deserti, & flãma succẽdit oia ligna regionis.

a CAP. XXII.

Hic ponitur comminatio contra reges, secundũ quòd in persona propria puniuntur. Et circa hoc, tria facit. Primo, enim ponitur annuntiandi præceptum, & designat prædicationis locum [descende] quia templum vbi propheta stabat adorandum, in eminentiori situm erat. Act. 10. Descende & vade cum his nihil dubitans, quia ego misi illos. Secundo, dat salutis consilium, petens auditum, [Audite.] Psal. 2. Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, proponens consilium vt faciat bonũ, seruiens iustitiam. [Hæc dicit dominus, iudiciũ] executionẽ iustitiæ, quod proprie regis & iudicis est. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Et impediendo calũniam. [Et liberate.] Psalm. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Et vt vitet malum quantum ad iniustitiam, ablationem rerum. [Et aduenam.] Exod. 22. Aduenã non contristabis, neque affliges eum. Et quantum ad occisionem innocentum. [Et sanguinem innocentem. Exod. 23. Insontem & iustum non occides, quia aduersor impium. Et ponit cõsilii fructũ, proponens præmiũ seruantibus.] Si enim facietes.] supra. 17. idẽ. Et pœnam contẽnentibus. [Quòd si, in memetipso.] Quia maiorẽ non habeo. Hebr. 6. Habrahæ nãque promittẽs deus, quoniã neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. [in solitudinem.] Esa. 1. Desolabitur sicut in vastitate hostili [domus] regia, vel templum. Tertio, prædicit imminens periculum. Et primo, in regiam vrbem, tangens gloriam. [Quia hæc dicit dominus, super solium] scilicet Hierusalem. [Tu mihi caput] idest, tu fuisti mihi caput in toto regno, sicut Galaad caput in planitie quę ẽ insumitate Libani, vbi Labã inuenit Iacob. Gen. 31. Ps. 86. Diligit dominus portas Syon, super oĩa tabernacula Iacob. Prædicit futurã pœnam, ponẽs pœnæ inflictionem, quantum ad desolationem vrbium. Si non propo sueró] quasi dicat, nõ credaẽ mihi [vrbes] tibi subditas. Ioelis. 2. Quasi hortus voluptatis terra corã eo, & post eum solitudo deserti. Et quãtũ ad occisionẽ hominum, ponẽs interficiẽtem. [Et sanctificabo] quasi dicat, ad meũ præceptũ implẽdũ deputabo. Simile. Esa. 13. Ego mãdaui sanctificatis meis, & vocabo fortes meos in ira mea &c. Et interfectionẽ, [& succident cedros] .i. maiores de populo, vt seruetur metaphora. Zach. 11. Aperi Libane portas, & comedet ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt, ponens etiam pœnæ inflictæ stuporem. [Et pertransibunt gentes] vbi ponit interrogationem stupentium. [Quare fecit] & responsionem audientiũ. [Et respondebunt. [Deut. 29. Et dicent oẽs gentes, Quare sic fecit dominus terræ huic? Quæ est ira furoris eius immensã? Et respõdebũt. Quia dereliquerunt pactũ domini quod pepigit cum patribus eorũ &c. Secundo, ponitur cõminatio contra regiã stirpem. Et primo, contra Ioachim filium Iosiæ, ibi [Quia hæc dicit &c.] Secundo, contra Ioatham filium Iosię, ibi [Væ qui ædificat &c.] Tertio, contra Ieconiam filiũ Ioachim, ibi [Viuo ego &c.] Et de his habetur. 4. Reg. 24. Circa primũ, duo. Primo, ponitur commiratio, vbi interdicit luctum pro Iosia occiso [mortuum] [scilicet Iosiam. Eccl. 22. Modicum plora super mortuum, quoniam requiescit. Et indicit planctum pro Ioathã a Pharaone captiuato [plangite eum.] Iob. 20. Oculus qui eum viderat non videbit, neque vltra intuebitur eũ locus suus. Fletus autem dicitur cum emissione lachrimarum, luctus addit quandam solennitatem, sed plãctus adhuc addit conquestionem per verba. Secundo, ponitur cõminationis confirmatio per sententiam diuinam. [Quia hæc dicit dominus, Sellũ] Ioachim, quia omnes filii Iosię dicti sunt Sellum, idest consumatio, eo quòd in ipsis regnum finitum sit. Esa. 22. Quasi pilam mittet te dominus in terrã latam & spatiosam. Et secundò hoc, tota propheria istius capituli facta est tẽpotibus Ioachim: & dicit captiuitatẽ Ioathã quasi præceritã, & prædicit aliorũ captiuitatẽ quasi futurã: sed Hieron vult quòd istud quod dictũ est, exponatur de Sedechia, & ꝗ hucusque prophetia facta fuit tẽporib⁹ Sedechię a principio. 2. ca, & deinceps sup Ioachim.

¶ Hic ponitur comminatio contra Ioachim. Et primo, arguit culpã iniustæ ædificationis, ponens iniustum ædificium. [Væ] ei [qui ædificat] scilicet Ioachim filio Iosiæ [cænacula] cameras, & proprie illas ad quas ascẽditur scalis vel gradibus a cænando dictas. Eccl. 21. Qui ædificat domum suam impensis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyemæ. [Amicum suũ] petens, scilicet auxilium ad ædificãdum. Leuit. 19. Non remaneat merces mercenarii tui apud te vsque mane. ponens etiam ædificii ornatum. [Qui dicit, ædificabo, laqueatis] quæ cameris eleuatis in solarium obseruatione succẽdũt [synopide] colore rubeo dicto a Synope ciuitate Persarũ Secundo, excludit falsam fiduciã, qua promittebat sibi prosperitatem, quam pater suus Iosias habuerat, ponens stultam cõparationem [Nũquid regnabis, te cẽdro] patri tuo. Psal. 36 Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedrus Libani. Et ostendens eorũ discretionem, proponens patris iustitiã [pater tuus comedit.] Et tamẽ propter abundantiam non deseruit iustitiã, & ideo prospere sibi successit. Iob. 29. Cũ quę sederem quasi ex circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator. Et proponens filii iniustitiam [tui vero oculi] quantum ad cogitationem [& cor] quantum ad affectionem cordis [ad auaritiam] quantum ad iniustam rerum ablationem. [calumniam] falsam criminis impositionem, vt tali occasione opprimeret [ad cursum mali] quasi dicat, quod corde conceperas, opere explebas. Gen. 6. Cuncta cogitatio humani cordis, intenta est ad malum omni tempore. Tertio, comminatur pœnam [propter hoc dicit dominus.] Et primo, quantum ad ipsum regem, priuatione planctus [non plangent] consanguinei [non concrepabunt] simul concordantes subditi. supra. 16. Non plangentur, & nõ sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Et priuatione sepulturæ. [sepultura asini] quia proiectus bestiis deuorandus. Esa. 14 Omnes reges gentium, vniuersi dormiẽtunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulcho tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cũ his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci. De illo autem Ioachim, diuersa in diuersis inueniuntur. 4. enim. Reg. 24. dicitur, quòd immisit dominus latrunculos vicinarum gentium contra ipsum, qui interfecerunt ipsum, & dormiuit cum patribus suis. 2. vero Paral. 36. dicitur, quòd ascendit contra eum Rex Babyloniæ, & duxit eum in Babyloniam quasi captiuum. Iosephus autem dicit, quòd cum ingressus esset ciuitatem Nabuchodonosor vel Nabuzardam, fregit pactum, & interfecit multos iuuenes, cum quibus & Ioachim. Hic autem dicitur, quòd fuit insepultus. Et ideo ad concordiam omnium horum, sciendum est, quòd iste Ioachim substitutus fuit a phataone Ioatham fratri suo, & regnauit post eum rege Aegypti. Tandem, 8. anno regni eius, venit Nabuchonosor contra eum, & tradidit se sibi. Et factus est ei tributarius duobus annis. In decimo autem anno rebellauit. Vnde Nabuchodonosor venit contra eum, & captiuum ducebat in Babyloniam, cui in via confœderatus est, & reuersus est in Hierusalem. Sed Nabuzardam

7 ardam congregatis latrunculis vicinarum gentium intrauit F Hierusalem, & frangens pactum, interfecit eum. Quo sepulto in sepulchris Regiis a populo terræ, Nábuzardam indignatus fecit eum effodi, & proiici bestiis deuorandũ. Secundo, contra principes ipsius ponens eorum contritionẽ. [Ascende Libanum] montem tẽpli [in Basan] quæ subiacet monti Hierusalem. Esa. 40. Super montẽ excelsum ascende tu, qui euangelizas Syon. [amatores] principes & defensores, ponẽs etiam huius rationẽ ex inobedientia. [Locutus sum, in abundantia] idest, quando bonis a me traditis abundabas. supra 6. Audite vocem tubæ. Et dixerunt non audiem⁹. Et exantiqua consuetudine [hęc ẽ via] scilicet inobediẽtia [ab adolescentia] scilicet a tẽpore quo egressa es de Aegypto. Esa. 48. Trãsgressorem ex ventre vocaui te. supra 2. A seculo confregisti iugũ meũ, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. Et ponit cõtritionis modum & ordinẽ [omnes pastores]. i. principes [ventus] dispersionis in captiuitatẽ. [amatores Aegyptii. Osee. 12. Ephraim pascit vẽtum, & sequitur æstum. Tertio, comminatur contra ipsam ciuitatem regalem, confusionem. [Et tu qui sedes] in quo designatur superbia. Roman. 6. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Et dolorem. [Quomodo congemuisti] præterium pro futuro [parturientis. [Psalm. 47. Ibi dolores vt parturientis.

c ¶ Hic ponitur comminatio contra Ieconiam. Et primo, comminatur captiuitatem. Secundo, sterilitatem, ibi [Terra &c.] I Circa primum, duo. Primo, ponitur captiuitatis cõminatio, quia comminatur dignitatis amissionem, & diuini auxilii destitutionem. [Si fuerit] quantumcũque in loco murato sit, quàm uis rex populi mei [euellam] priuando ipsum dignitate sua, & auxilio meo. Apoc. 2. Amouebo candelabrum tuum de loco suo nisi pœnitentiam egeris. Comminatur etiam hostium seruitutem [& dabo &c.] Tren. 1. Dedit me dominus in manu de qua non potero effugere. Comminatur etiam captiuitatem [& mittam.] Baruch. 3. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena. Secundo, ponitur comminationis admiratio, [numquid] quasi nullam soliditatem virtutis, vel potentiæ habens [voluptate] quia dominus in ipso non delectatur. Eccl. 21. Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.

d ¶ Hic comminatur sterilitatem, quia nec tenebit fructum præsentis prosperitatis. [Terra] quasi dicat, ex quo homines non audiunt, saltem insensibilia obediant. Vel est methonomia, continens pro contento. Et dicit ad maiorem expressionem. Vel propter tres partes terræ. Deut. 22. Audiat terra verba oris mei. [Scribe] quasi sententiam, quæ scripto traditur vt in memoria conseruetur. supra 17. Pctm̃ Iuda scriptũ est stilo ferreo in vngue adamantino. [sterilem,] quia mente non concipiet ea quæ sibi forent vtilia. [non prosperabitur] in operibus suis. Erit etiam sterilis, quantũ ad fructum successionis in dignitate regali. [Nec enim erit vir,] qui sit purus homo. Christus enim de semine eius fuit, sed fuit deus & homo. Matth. 1. Nec illo regnandi modo rex fuit, sed regnat æternaliter ad dexteram dei patris [potestatem habeat] quasi regiam. Quia Zorobabel nepos eius, rex populi non fuit. infra. 36. Non erit ex eo qui sedeat super soliũ Dauid &c. Nota super illud, Nolite flere super mortuũ, quòd non multum plorandum est super mortuum, Propter planctus inutilitatem. Ecclesi. 38. Ne dederis in tristitia cor tuum, sed repelle eam a te. Propter mortis communitatem. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quę non

lescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt. Et tunc cõfunderis & erubesces ab omni malitia tua, quæ sedes in Libano & nidificas in cedris. Quomodo congemuisti cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?

c ¶ Viuo ego dicit dominus, quia G si fuerit Ieconias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animã tuã, & in manu quorũ tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. Et mittã te & matrẽ tuã quæ genuit te, in terrã alienã in qua nati nõ estis, ibique moriemini. Et in terrã ad quam ipsi leuant animam suã ut reuertãtur illuc, & non reuertentur. Nũquid vas fi- H ctile atque contritum, vir iste Ieconias? Numquid vas absque omni voluptate? Quare abiecti sunt ipsi & semen eius, & proiecti sunt in terram quam ignorauerunt.

d ¶ Terra, terra, terra, audi sermonem domini. Hæc dicit dominus. Scribe virũ istũ sterilem, virũ, qui in diebus suis non prosperabitur. Nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super soliũ Dauid, et potestatem habeat vltra in Iuda.

a C A P. X X I I I.

Væ pastoribus qui dispergũt & dilacerãt gregem pascuæ meæ dicit, dominus. Ideo hæc dicit dominus deus Israel ad pastores, qui pascunt populum meũ. Vos dispersistis gregem meum & eiecistis eos & non visitastis eos.

b ¶ Ecce ego visitabo sup vos malitiam studiorum vestrorũ, ait dominus. Et ego cõgregabo reliquias gregis mei de oib⁹ terris ad quas eiecero eos illuc, & cõuertã eos ad rura sua, & crescẽt & multiplicabũtur, & suscitabo sup eos pastores, & pascent eos. Nõ formidabũt vltra, & non pauebunt & null⁹ q̃ret

reuertuntur. Propter culpæ immunitatem. Sapien. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius, aut ne fictio deciperet animam illius. Propter laboris quietem. Apoc. 14. Amodo iam *dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis.* Propter gloriæ consecutionem. 2. Corinth. 5. Scimus enim, quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationẽ ex deo habemus, domum non manu factam, sed æternã in cælis. Item super illud. Omnes pastores tuos pascet ventus, Nota quòd pastores ecclesię quã domus pascit, Vẽtus elationis. Esai. 57. Omnes eos auferet ventus, tollet aura. Ventus nimiæ expectationis. Eccle. 34. Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mẽdacia. Ventus captiuitatis. Ezech. 5. Tertiam partem disperges in vẽtum, & gladium nudabis post eos. Et futuræ damnationis. supra. decimoseptimo. Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico, dorsum & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

a C A P. X X I I I.

Hic ponitur cõminatio, cõtra oẽs principes in generali. Et primo, ponitur comminatio contra malos principes. Secundo, ponitur discretio bonorum a malis, ibi [Ostendit mihi dominus, cap. 24. Prima, diuiditur in duas. Primo, ponitur cõminatio contra præeminentes in populo ex authoritate regiminis, scilicet prælatos. Secundo, contra præeminentes in populo ex priuilegio diuinæ reuelationis, scilicet prophetas, ibi [Ad prophetas &c] Circa primum, duo. Primo, arguit culpam. Secundo, comminatur pœnam, ibi [Ecce ego &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur populi dispersio [dispergunt] expellendo de terra sua [dilacerant] occidendo vel spoliando, vel propter tyrannidem quam in eos exercebant, vel quia fuerunt occasio, vt, populus hæc ab hostibus pateretur, dum in peccatis viuentes, populum a peccatis non retrahebant. infra. 50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus. Secundo, ponitur pastorum increpatio [ideo hæc dicit dominus, eiecistis] occasionaliter, vel propter tyrannidẽ. Ezech. 34. Cornibus vestris ventilabatis, oĩa infirma pecora, donec dispergerẽtur foras.

b ¶ Hic comminatur pœnam. Et primo, ponit contra pastores K cõminatio. [Visitabo] supra. 21. Visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. Secundo, ponitur consolatio dispersi gregis] ego cõgregabo] vbi, Primo, ponit congregationẽ. Ezech. 34. Educam eas de populis, & congregabo eas de terris &c. Et status prosperitatem. [& crescere.] Genes. 1. Crescite & multiplicamini & replete terram. Secundo, promittit eis prælatorum emendationem. Et primo, promittit eis solicitos principes, ponens pastorum solicitudinem.] Et suscitabo, quando iam in nihilum decideritis [pastores.] Esdram & alios secundum quosdam. Sed melius Apostolos. supra. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Et solicitudinis vtilitatem, scilicet securitatem [non formidabunt] quantum ad signa timoris exterius [& non pauebunt] interius. [& nullus quæretur ex numero] quasi dicat, nullus de numero ecclesiæ timebit, vel deficiet ex negligentia Apostolorum. Vel refertur ad numerum prædestinatorum. Ioan. 17. Nemo ex eis periit nisi filius perditionis. Ista tamen securitas nõ perficitur ĩ vita ista, sed perficietur quoniã Perfecta charitas foras mittit timorẽ. 1. Io. 4. Consumabitur autem in futuro.

turo. Secundo, promittit eis optimum regem, ostendens temporis congruitatem. [Ecce] p̃opter certitudinem [dies] gratiæ. 2. Corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Venientis regis conditionem, quantum ad nobilitatem generis. [Et suscitabo.] infra. 33. Germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Quãtum ad authoritatẽ dignitatis. [Et regnabit rex] non solũ super Iudæos, sed etiã super omnes reges. Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Dan. 7. Cuius regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges seruiẽt ei & obediẽt. Et quãtum ad sapientiam cordis. [Et sapiens erit] immo ipsa sapiẽtia. 1. Corin. 1. Christum dei virtutẽ & dei sapientiã. Et quãtum ad executionẽ iuris. [Et faciet iudicium.] In primo aduentu contra diabolum, qui dicebatur princeps mundi. Io. 12. Nunc iudiciũ est mũdi, nunc princeps mundi huius eiciẽtur. ſi tenebras exteriores. In secũdo vero, contra omnes puniendo per generalẽ sententiam. Ioan. 5. Pater nõ iudicat quẽquam, sed omne iudicium dedit filio [& iustitiã] quã docuit seruandam. Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ scribarum & pharisęorum, non intrabitis in regnum cælorum. Et ad implendũ auxilium gratiæ. Vnde ponit aduentus vtilitatem, quantum ad salutem a pœnalitate. [In diebus illis saluabitur.] In primo aduentu, particuliariter. In secũdo aduentu, vniuersaliter, quando Oĩs Israel saluus fiet. Ro. 11. Esa. 10. Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Et quãtum ad securitatẽ [& Israel] & hoc exponendum est, vt supra. Esa 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis iustitiæ, & in requie opulenta. Iuda dicit, quantum ad duas tribus, Israel, quantũ ad decem, ad significandũ quòd in fide Christi concordes erunt. Osee. 1. Et ponent sibimet caput vnum &c.

c ¶ Hic ostendit beneficii magnitudinẽ, ex hoc quòd ob hoc beneficium, obliuioni tradetur pristinum beneficium. Et potest referri ad liberationem factam per Titum. Vel melius ad liberationem factam per Christum. Esa. 43. Ne meminẽritis priorum, & antiqua ne intueamini &c.

d ¶ Hic ponit cõminatio cõtra prophetas, sicut titulus ipse declarat. Et primo, ponitur cõminatio cõtra prophetas. Secũdo, cõtra prophetarũ irrisiones, ibi. [Si igit] Circa primũ, duo. Primo ponit prophetarũ deceptionẽ. Secũdo, ponit deceptionũ diuersitatẽ, ibi [Hæc dicit dominus &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponit effectum deceptionis in populo. Secundo, ponit decipientium prophetarũ peccatũ, ibi [Propheta &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponitur prophetæ compassio super futura cõtritione, quã designat per contritionẽ cordis [contritũ] per tremorẽ corporis [cõtremuerunt] sicut solet turbatis accidere. Per impedimentũ cognitionis [factus sum ebrius] qui nõ habet vsum rationis, & hoc ex magnitudine stuporis [Madidus a vino.] qui habet quidẽ rationis vsũ, sed impeditum propter multã potationẽ, [a facie domini] a præsentia reuelationis ipsius, qui mihi se iratum contra Iudæos dicit [verborũ sanctorum eius] quibus mihi culpam ipsorum notificauit & pœnam prædixit. Psal. 21. Dispersa sunt omnia ossa mea,

A factũ est cor meũ tãquam cera liquescens, in medio ventris mei. Esa. 29. Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini & non a vino, mouemini, & non in ebrietate &c. Secundo, ponitur populi dissipatio. Et primo, quantum ad culpæ magnitudinẽ [adulteriis.] idolatria scilicet & aliis peccatis [terra] Iudæorũ. Eliã. 2. Repleta est terra eĩ⁹ idolis &c. Secundo, quantum ad pœnæ iflictionẽ, quia [a facie maledictionis] .ſ. diuinæ [luxit] sterilis facta. Esa. 24. Luxit & defluxit terra, & infirmata est &c. Tertio, quantũ ad obstinationem. [factus ẽ,] quia ad malum parati sunt pro peccatis. Prou. 1. Pedes eorũ ad malum currunt. [dissimilis] fortitudini sanctorũ patrum, qui in seruitio dei se ipsos exercebãt. Prouer. 15. Cor stultorũ dissimile erit.

e ¶ Hic ponitur malitia prophetarũ quasi causa malitiæ populi. Et primo, in generali ponẽs culpã. [polluti] diuersis criminibus [in domo mea] scilicet tẽplo vel populo. supra. 11. Quid est quòd dilectus meus in domo meafecit scelera multa? Et subiungens pœnã [idcirco via, lubricum] idest corruent in peccatis suis sicut in tali via. Psa. 34. Fiant viæ illorũ sicut tenebra & lubricũ. Et exponẽs ipsã [quã afferã mala pœnæ. supra. 11. Inducã super viros Anathot annũ visitationis eorũ. Secundo, in speciali. Et primo, ponit culpã quãtũ ad prophetas, 10 tribuũ. [Et in prophetis Samariæ, fatuitatẽ] quia excelsa idola colebant, sicut illi quos occidit Helias. 4. Reg. 19. Esa. 9. Propheta docens mendaciũ, ipse est cauda. Et prophetarũ duarũ tribuũ. [& in prophetis Hierusalẽ, similitudinẽ] quia indirecte populũ ad idolatriã prouocabant, cũ mẽdaciter prospera idolatris promittebant. Ezech. 13. Violabant me ad populũ meũ propter pugillũ ordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt. Secundo, ponitur diuinam [facti sunt, vt Sodoma] scilicet prophetæ, in tantas abominationes eos habeo [eius] scilicet Hierusalem. Esa. 1. Audite verbũ domini principes Sodomorũ percipite auribus legẽ dei vestri populus Gomorrhæ. Tertio, comminatur pœnã. [Propterea hæc dicit dominus, ecce ego.] supra. 9. Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Et assignat causam, quare specialiter prophetis comminatur [a prophetis enim Hierusalem.] Dan. 13. Egressa est iniquitas de Babylone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

f ¶ Hic ponit diuersos modos deceptionis. Et primo, exponit ipsos. Secundo, summatim eos colligit, ibi [Propterea ecce ego ad prophetas. Circa primum, duo. Primo, ponit modũ decipiendi per verba ficta, quando scilicet nihil videbant, sed fingebant se visionem a domino accepisse. Secundo, ponit modũ decipiendi per somnia vana, dum somniis phantasticis quasi diuinis reuelationibus æ, dhærebant, ibi [Putas ne &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur prohibitio ad populum ne tales pseudo prophetas audiant, eis obediendo & credendo. [nolite audire.] Deut. decimotertio. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos quos igno-

ait dominus. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem, & prophetabant in Baal & decipiebãt populũ meum Israel. Et in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacii. Et cõfortauerunt manus pessimorũ, vt non conuerteretur vnusquisque a B malitia sua. Facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eĩ⁹ quasi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dñs exercituum ad prophetas. Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. A ꝓphetis enim Hierusalem, egressa est pollutio super omnem terram.

f ¶ Hæc dicit dominus exercituũ. Nolite audire verba prophetarũ q̃ prophetant vobis, & decipiũt vos. Visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore domini. Dicunt his qui bla C sphemãt me, Locutus est domin⁹, Pax erit vobis, & omnibus qui ambulant in prauitate cordis sui dixerunt, Non veniet super vos malũ. Quis enim affuit in consilio domini, & vidit & audiuit sermonẽ eĩ⁹? Quis consideraui verbũ illius, & audiuit? Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non reuertetur furor domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitatio- D nem cordis sui. In nouissimis

ex numero, dicit dominus. Ecce dies veniunt dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eũ, dominus iustus noster.

c ¶ Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus, & nõ dicent vltra, Viuit domin⁹ qui eduxit filios Israel de terra Aegypti, sed viuit dominus qui eduxit & adduxit semẽ domus Israel de terra aquilonis, & de cũctis terris ad quas eiecerã eos illuc, & habitabunt in terra sua.

d ¶ Ad prophetas. Cõtritũ est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea. Factus sum quasi vir ebrius, & quasi hõ madidus a vino, a facie domini & a facie verborum sanctorũ eius, quia adulteriis repleta ẽ terra, quia a facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti. Factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis.

e ¶ Propheta namque & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum, ait dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellũt enim, & corruẽt in ea. Afferã enim super eos mala, annum visitationis eorũ,

ras, & seruiamus eis, non audies verba prophetæ illius aut somniatoris &c. Secundo, inducitur pro causa prophetarum deceptio, quantum ad præsumptam authoritatem, quia se nuntios dei mentiebanť [visionem cordis] Ezecli. 13. Væ prophetis insipientibus qui sequũtur spiritũ suum & nihil vident &c. Quantum ad falsam promissionem [dicunt his q blasphemãt.] supra. 6. Curabant contritionẽ filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax, pax, & nõ erat pax. Et quantum ad erroneam probationem. [Quis enim affuit] quia enim. Esa. 40. dicitur, Quis consiliarius eius fuit, volebant debilitare cõminationes prophetarum, ne eis crederetur quasi diuina consilia ignorantib⁹: peruerse intelligentes, quia per verbum illud nõ excluditur cognitio diuini consilii per reuelationẽ, sed per humani ingenii comprehensionẽ. [Et vidi.[quasi præsens [consideauit] quasi absens. Matt. 22. Erratis nescientes scripturas. Secũdo, ostendit eorum falsitatem. Et primo, quantum ad falsam promissionẽ, ponens pœnã. [Ecce turbo] dispergens captiuatos tempore grauis afflictionis[impiorũ] quibus pacẽ promittebant. Vnde cõstat eos nõ esse bonos prophetas. Deut. 18. Qd in nomine dñi propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus. Psal. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Et excludit misericordiam. [non reuertentur.] Esa. 55. Sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Et inducit pœnæ effectum [in nouissimis] quando penas sustinueritis [intellige] per experimentũ. Psalm. 9. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Secundo quantum ad præsumptam authoritatem [non mittebam.] supra. 14. Non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Tertio, quantum ad falsam probationem. [Si steritsent, sicut vere prophetæ [auertissem] populum, vel ipsos prophetas. supra. 15. Si conuerteris, conuertam te.

g ¶Hic ponit alium modum deceptionis per somnia. Et circa hoc, tria. Primo, inducit probant diuinum testimoniũ, ostendens testem idoneum, quia habet scientiam remotorum [e vicino] vt tantum quæ in cælis sunt cognoscã, vbi sedes mea dicitur, vel ẽt bona & non mala quæ a me longinqua sunt. Sap 8. Attingit a fine vsque ad finẽ fortiter & disponit omnia suauiter. Et quia habet scientiam occultorũ. [Et si occultabitur vir in abscõditis] cogitationũ, vel locorũ. Eccl. 16. Nõ dicas, a deo abscõdar, & ex tanto, quis mei memorabitur? Et probat vtrũque. [Nũquid nõ, cẽlum & terrã] & ita nõ est a mea cognitione remotũ [impleo] quasi interius penetrans, & ita nõ est mihi occultũ Esa. vlt. Cẽlũ mihi sedes est, terra aũt scabellũ pedũ meorũ [Audiui] Eccl. 34. Vana spes & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes Secundo, increpat deceptionis viriũ, quantũ ad culpæ continuitatẽ [vsquequo ſtud] Psal. 4. Filii hominũ. vsquequo graui corde, vt qd diligitis vanitatẽ & quæritis mẽdaciũ? Et quantũ ad intentionem operis vel operantis [qui volunt facere.] Ezech. 13. Violabant me ad populũ meũ propter pugillũ ordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ nõ moriuntur, & viuificarent animas quę nõ viuũt, mẽtientes populo meo &c. Tertio,

F induci veræ doctrinę pcepta. [Propheta q hẽt somniũ narre.] q. dicat, quicũque gradus prophetalis visionis. Ro. 12. Vnicuique sicut deus diuisit mẽsurã fidei &c. Et ponit rationẽ [quid paleis ad triticum] quasi dicat, verba mea sunt triticum ad reficiẽdum, supra. 14 Inuenti sunt sermones tui & comedi eos, & factum est mihi verbum tuũ in gaudium & lætitiã cordis mei. Psa. 118. Quàm dulcia fauci.b⁹ meis eloquia tua, super mel ori meo. Et [ignis] ad accendẽdũ. Psal. 118. Ignitũ eloquium tuũ vehemẽter. Et iterũ 104. Eloquiũ domini inflãmauit eum. [malleus] ad emolliendũ dura corda. Osee. 6. Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei. Et ideo nõ sunt miscenda spinis. 2. Corin. 6. Quæ societas luci ad tenebras, aut quæ conuentio Christi ad belial?

h ¶ Hic recolligit tres modos deceptionis. Et primus est, ex scripturæ depratatione. [Qui furãtur] quasi ad aliũ sensum quàm prophetæ veri voluerint. Ioan. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouiũ ille fur ẽ & latro. Secũdus, est ex verborũ fictione [ad, prophetas] idest contra eos. [assumunt] fingẽtes verba. sup. 9. Docuerũt linguas suas loqui mendacium, vt inique agerent laborauerunt. Tertius, est ex somniorum

G h ¶Propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus qui furantur uerba mea, unusquisq; a ꝓximo suo. Ecce ego ad prophetas ait dñs qui assumũt linguas suas, & aiunt, Dicit dñs. Ecce ego ad prophetas sõniãtes mendaciũ dicit dñs, qui narrauerũt ea & seduxerũt populum meũ in mẽdacio suo, & in miraculis suis cũ ego nõ misissẽ eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerũt populo huic, dicit dominus.

i ¶Si igitur interrogauerit te populus iste, uel propheta aut sacerdos dicẽs, quod est onus dñi? dices ad eos. Vos estis onus. Proiiciam quippe vos, dicit dominus. Et propheta & sacerdos & populus qui dicit, Onus dñi, uisitabo supervirũ illum & super domũ eius. Hæc dicetis unusquisque ad proximũ, & H ad fratrem suum. Quid respondit dñs, & quid locut⁹ est dñs? Et on⁹ domini ultra nõ memorabitur, ga onus erit unicuique sermo suus. Et peruertistis verba dei uiuentis, dñi exercituum dei nostri. Hæc dices ad prophetam. Quid respõdit tibi dominus, & quid locutus est dñs? Si autem onus domini dixeritis, ꝓpter hoc, hæc dicit dñs. Quia dixistis sermonẽ istum, On⁹ domini, & misi ad vos dicens, Nolite di

h ¶Propterea ecce ego ad prophetas, ait dominus qui furantur uerba mea, unusquisq; a ꝓximo suo. Ecce ego ad prophetas ait dñs qui assumũt linguas suas, & aiunt, Dicit dñs. Ecce ego ad prophetas sõniãtes mendaciũ dicit dñs, qui narrauerũt ea & seduxerũt populum meũ in mẽdacio suo, & in miraculis suis cũ ego nõ misissẽ eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerũt populo huic, dicit dominus.

i ¶Si igitur interrogauerit te populus iste, uel propheta aut sacerdos dicẽs, quod est onus dñi? dices ad eos. Vos estis onus. Proiiciam quippe vos, dicit dominus. Et propheta & sacerdos & populus qui dicit, Onus dñi, uisitabo supervirũ illum & super domũ eius. Hæc dicetis unusquisque ad proximũ, & H ad fratrem suum. Quid respondit dñs, & quid locut⁹ est dñs? Et on⁹ domini ultra nõ memorabitur, ga onus erit unicuique sermo suus. Et peruertistis verba dei uiuentis, dñi exercituum dei nostri. Hæc dices ad prophetam. Quid respõdit tibi dominus, & quid locutus est dñs? Si autem onus domini dixeritis, ꝓpter hoc, hæc dicit dñs. Quia dixistis sermonẽ istum, On⁹ domini, & misi ad vos dicens, Nolite di

I

adhęsione. [ecce ego, miraculis.] ampullosis verbis. Esa. 69. Videntes vana, dormientes, & amantes somnia.

i ¶Hic comminatur contra prophetarum irrisiones. Sicut enim Esaiæ temporibus irridebant, Manda, remanda, expecta, re expecta &c. Esa. 28. ita modo verbum quod Esaias adinuenerat quasi ad deligandum pœnæ grauitatem, scilicet onus domini, irridebant. Vnde circa hoc, tria facit. Primo, increpat irridentem populum comminans pœnam quãtũ ad interrogantes [interrogauerit] irrisorie [vos estis onus.] Vt per quæ quis peccat per hæc & torqueatur. Sapien. 11. Esai. 1. Facta sunt mihi molesta, laborauí sustinens &c. Et quantum ad colloquẽtes. [Et propheta.] Psalm. 88. Visitabo in virga iniquitates illorũ, & in verberibus peccata eorũ. Secundo, prohibet irrisiones verborũ. Et primo, ponitur pręceptũ, in quo ostẽditur modus loquendi [Hæc dicetis.] Et prohibetur irrisio, [quia onus domini, onus erit] idest pro verbis suis graui pœnæ obligatur. Matth. 11. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis cõdẽnaberis. Et assignatur irrisionis ratio [& peruertistis] quasi dicat, ideo prohibeo, quia in derisum peruertistis, & cõcludit. [Hæc dices.] Ezech. 31. Audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in cantico oris sui vertunt illos. Tertio, cõminatur pœnam. Et primo, pœnã captiuitatis. [Ecce ego] loquitur ad similitudinem eius, qui graue pondus in altum tollit, vt fortius cadere faciat. Apoc. 18. Sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare dicens, hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra non inuenietur. Secundo, pœnam confusionis [& dabo vos.] Et potest referri ad penam succensionis. Vel ad ignominiam qua in captiuitate deleti sunt. Et ignominia dicitur peccatum, vel opprobrium non dignum nominari. supra. 20. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquàm delebitur. Nota super illud, Ecce dies veniunt &c. Quòd tempus gratiæ dicitur dies. Propter luminis apparitionem. Rom. 13. Nox præcessit, dies autem

autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & A induamur arma lucis. Propter solis calorem 2. Reg. 11. Cras erit vobis salus. Propter itineris securitatem. Ioan. 11. Siquis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Propter vigilantiã, & sobrietatẽ 1. Thes sa. 5. Qui enim dormiũt nocte dormiũt & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

a CAP. XXIIIII.

HIc ponitur distinctio malorum principũ a bonis, sub quadã similitudine. Et primo, ponitur similitudinis ostensio, ponens visionem. [Ostẽdit] imaginaria visione, vel argumentali, vt de ficubus quæ ante templum vendebantur, prophetia sumetur. Simile supra. 18. de argumento figuli. Nume. 12. Si quis fuerit inter vos propheta, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum [Postquã trãstulit, inclusorem] argentarium, qui lapides argẽto vel auro includit. Et hoc habetur, secundum historiã 4. Reg. 23. Esa. 3. Ecce dominator dominus exercituum auferet a Hierusalem & ab Iuda validum & fortem, omne robur panis, oẽ robur aquæ &c. Et visorũ distinctionem, ponens bonas ficus. [Et vnus calathus] per quas boni significãtur. Osee. 9 Quasi prima poma ficulneæ in cacumine ei⁹ vidi patres eorum. Michęę. 7. Ficus præcoquas desiderauit anima mea. Et ponẽs malas. [Et calathus] per quas significantur mali de populo. supra 2. Quomodo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? Secundo, ponitur visionis expositio, vbi ponitur domini interrogatio, quæ est excitatio ad videndum. [Et dixit] supra 1. idem. Et prophetæ responsio [Et dixi, ficus] E sic Gen. 41. de spicis & vaccis in somnio Pharaonis. Tertio, ponitur visionis expositio. [Et factum est verbum] Et primo, quantum ad bonos, adaptans similitudinem in promissione prosperitatis in generali. [Sicut ficus, cognoscam] notitia approbationis 1. Tim. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Et prosequitur in speciali, quantum ad bona corporis, vt reducat ad locum proprium. [Et ponam oculos.] Ezech. 36. Tollam quippe vos de gentibus & congregabo vos de vniuersis terris, & reducã vos in terram vestram. Et vt restituat in prosperitatis statum. [Et re ducam, & ædificabo] in altum eleuans, sicut fit in ædificio. [Et non destruam] vbi peccauerint, sicut infra 42. Ædificabo uos, & non destruam, plantabo & non euellam. [Et plantabo] in bonis confirmando, infra. 31. Vigilabo super vos vt ædificem, & plantem, ait dominus. Et quantum ad bona, promittens dei cognitionem. [Et dabo eis.] Ezec. 36. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri, Et obedientiæ subiectionem. [Et erunt mihi,] Apoc. 20. Ipsi populus eius erunt,

cere, Onus domini, Propterea ecce ego tollam uos portans, & derelinquam uos & ciuitatẽ quam dedi uobis & patribus uestris a facie mea, & dabo uos in opprobrium sempiternũ, & in ignominiã æternã, q numquàm obliuione delebit.

a CAP. XXIIII.

STendit mihi dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positi ante templũ domini, postquam trãstulit Nabucho donosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim regẽ Iuda, & principes eius & fabrum & inclusorẽ de Hierusalẽ, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent ficus esse primi temporis. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterãt, eo quòd essent malæ. Et dixit dominus ad me. Quid tu vides Hieremia? Et dixi. Ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ. Et factum est uerbũ domini ad me dicens. Hæc dicit dominus deus Israel. Sicut ficus hę bonæ, sic cognoscam trãsmigrationem Iuda quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum, & ponam oculos meos super eos ad placandum. Et reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos & non destruam, & plantabo eos & nõ euellam, & dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum dominus. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in deũ, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ quæ co-

medi nõ possunt, eo quòd sint malæ, hæc dicit dominus, sic dabo Sedechiam regem Iuda & principes eius & reliquos de Hierusalem, q remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in vexationẽ afflictionemque omnibus regnis terræ, in opprobrium & in parabolam & in prouerbium & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eieci eos, & mittam in eis gladium, & famem, & pestẽ, donec cõsumãtur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.

a CAP. XXV.

VErbum qd factum est ad Hieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosię regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Et locutus est Hieremias propheta ad omnẽ populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Hierusalem, dicens. A tertiodecimo anno Iosiæ filij Amon regis Iuda, vsque ad diem hanc, ipse est tertius & vigesimus annus, factum est uerbum domini ad me, & locutus sum ad uos de nocte consurgẽs, & loquens, & nõ audistis. Et misit dominus ad uos oẽs seruos suos prophetas consurgens diluculo, mittẽsque & non audistis, neque inclinastis aures vestras, vt audiretis cum diceret, Reuertimini vnusquisque a uia sua mala & a pessimis cogitationib⁹ vestris, & habitabitis in terra quam dedit dominus uobis & patribus uestris, a sæculo & vsque in sæculum. Et nolite ire post deos alienos, vt ser-

& ipse deus cum eis erit eorum deus. Secundo, quantum ad ficus malas. [Et sicut ficus.] Et primo, comminatur eis afflictionem in terra sua. [Sic dabo Sedechiam,] supra 15. Dabo eos in seruorem vniuersis regnis terræ, propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ fecit in Hierusalem. Secundo, cõfusionem in terra captiuitatis [in opprobrium] quantum ad peccatum culpæ [in parabolam] in similitudinariam locutionem, vestra pœna in exemplum recitabitur [in prouerbiũ] quia ex his quæ vobis acciderint sumetur prouerbium ad instructionem aliorum [in maledictionẽ] quãtũ ad imprecationẽ pœnæ pœnitentiałr. Vel quia dicet qlibet alteri maledicens, sic faciat tibi deus, sicut fecit illis Psal. 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsanatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt. Tertio, pœnam occisionis. [Et mittam] supra 15. Qui ad mortem ad mortem, & qui ad gladium ad gladium, & qui ad famem ad, famẽ &c.

a CAP. XXV.

HIc ponit cõminatio vniuersalis, contra omnium gentium principes. Et diuiditur in duas partes. In prima, ponitur comminatio. In secunda, comminationis reuelatio, ibi. [Quia sic dicit dominus &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponit prophetiæ titulum. [Verbum qd factum est,] Ex quo colligitur, quòd prophetia, pręcedentem visionem tẽpore pręcedit. Secundo, ponitur cõminationis

prophetia, ibi. [A tertio decimo &c.] Et primo, assignat comminationis causam Secundo, comminatur pœnam, ibi. [Propterea hæc dicit &c.] Causam autem assignat ex inobedientia, propter quam ipsi aliis gentibus in pęna connumerati sunt: quã aggrauat ex tribus. Primo, ex parte ipsius prophetæ prædicantis, quia in prædicatione continuus [a tertiodecimo anno Iosię] a quo vsque ad finem vitæ & regni sui, cum regnauerit 31. annis sunt 18. anni, quibus additis quatuor annis Ioachim & tribus mensibus quibus regnauit Ioachan, inuenitur annus prædicationis Hieremiæ quo hæc gesta sunt 23. [de nocte consurgens] ad modum eius qui solicitus est ad explendum quodlibet opus. Prouerbiorũ. 6. Discurre, festina, suscita amicum tuum &c. Secundo, ex parte ipsius mittentis, qui ex multitudine nuntiorum inuenitur solicitus. [Et misit dominus] supra 7. Misi ad vos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo & mittens, & non audierunt me &c. Ad designandam autem diuinam solicitudinem, nominat diluculum, nominat & noctem, quia deus luxit in tenebris. Hæ sunt illæ tenebræ, de quibus Io. 3. dicitur, quòd Nichodemus venit ad Idesum nocte &c. Ex parte admonitionis, quæ honesta in se, vtilis quantum ad promissam veniam. Vnde primo, indicit pœnam de malis præteritis, ponens

nens præceptum.[Reuertimini &c.] Esa. 53. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum & miserebitur eis, & ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Et promissum. [Et habitabitis] Esa. 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Secundo, indicit cautelam malis futuris, pouēs præceptum [. Nolite ire] quantum ad idolatriam [Neque me ad iracundiam] quantum ad peccata moris. Exod. 20. Non habebis deos alienos coram me &c. Et p̄cepti contemptum. [Et non audistis.] Deut. 32. Ipsi me p̄ uocauerūt in eo qui non erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis &c.

b ¶ Hic comminatur pœnam. Et primo, quam Babylonii inflixerunt, describens hostem. [Ecce ego mittam & assumam, seruum] inquātū ministeriū diuinæ uolūtatis exercebat. ℣. 6. Ecce populus venit de terra aquilonis, gens magna consurgit a finibus terræ. Et describens pœnam imminentem, quantum ad interfectionē hominum [& interficiam, in solitudines sempiternas.] Et p̄ numquām reparent, sed quasi ad similitudinem sempiternarum solitudinum redigantur. supra 19. Ponam vrbem hanc in stuporem & in sibilum. Omnis qui præterit per eam obstupescet & sibilabit super vniuersa plagas eius. Et quantum ad cessationem humanorum officiorū, in gaudiis [perdamque] & in vitæ commodis [vocem molæ] supra 16. Auferam de loco isto in oculis vestris & in diebus vestris, vocem gaudii & uocem lætitiæ vocem sponsi, & vocem sponsę. Et describens etiam pœnam duriorem. [Et seruient 70. annis] Tantum enim regnum Caldæorum duauit. Esa. 57. Non in perpetuum irascar, quia spiritus a facie mea egredietur &c. Secundo, ponit pœnam quam Chaldæi sustinuerunt [Cūq; impleti.] Et primo, ponit comminationem [Visitabo] Apoc. 4. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem ibit, & qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Secundo, comminationis certitudinem. [Et adducam omnia quæ locutus sum contra eā] Esa. 13. 21. 46. & 47. [prophetauit Hieremias] infra 50. 51. [quia seruierunt] tamen ipsi in superbiam abusi sunt Dei beneficio. Tertio, ostendit pœnæ æquitatem. [Et reddam eis. Psa. 27. Secundum opera manuum eorum tribue illis, redde retributionem eorum ipsis, Quoniam non intellexerunt opera dñi, & in opera manuum eorum destrues illos, & non ædificabis eos.

c ¶ Hic ponit prædictæ comminationis reuelatio sub imaginaria vtione. Et primo, ponit visionem. Secundo, exponit, ibi. [Et tu prophetabis &c.] Circa primum, duo. Primo, mittit eum ad propinandum. Secundo, inuitātur illi quibus propinabatur ad bibendum, ibi. Et dices eos &c. Circa primum, duo. Primo dominus porrigit poculum secundum quòd sibi videbatur visione imaginaria [sume calicem vini] Videbatur sibi quòd dominus extensa manu calicem sibi porrigeret: per vinum signatur diuina indignatio, per calicem potestas tyrannorum, per quos hæc indignatio in gentes diffundenda erat [propinabis] non quasi pœnā infligens, sed quasi denuntians. Psa. 74. Calix in manu domini vini meri plenus misto. infra 51. Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnē terram, de vino eius biberunt gentes, & iō commotę sunt. Secūdo, ponit potationis effectum. [Et bibēt] sustinendo afflictionem [turbabuntur] interius timore, & dolore [insanient] exterius adinuicem pugnādo more ebrii Esa. 24. Amara erit potio bibentibus illam. Tertio, prophęta exequitur iniuctū officium [Et accepi] Et primo, propinat Iudæis [Hierusalē] Ezech. 9. A sanctuario meo incipite 1. Pet. 4. Tempus est vt iudicium incipiat a domo dei. Secūdo, amicis aduentitiis, incipiens ab Aegyptiis de quibus confidebant [Pharaoni, Austidis] q̄ alio nomine dicitur terra Hus in confinio Idumęæ, & Arabiæ [& reliquiis] hoc dicit pro Geth quę est quinta ciuitas Philistinorum [& omnibus regnis] Esa. 14. Hoc est consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extēta super vniuersas gentes. Tertio, ipsis Babyloniis [& rex Sesach] idest Babylonię, quæ hebraice dicitur Babel. Vnde ad occultandum nomen, transposuit vocales, & immutauit consonantes in eis coniūctas, secundum consuetudinem Hebræorum, qui docent pueros primam literam cum vltima retrogradando dicere, & secundam cum penultima, & sic deinceps. Vnde pro duplici Beth, quæ est secunda litera apud Hebræos, posuit Sin, bis, quæ est penultima. Et pro Lamech, posuit Caph, quæ ei secundum primam computationem coniungitur 1. Cor. 15. Nouissime inimica destruetur mors.

d ¶ Hic inuitatur ad bibendum. Et circa hoc, tria. Primo, ponitur inuitatio [bibite] sustinendo pœnas [inebriamini] præ abundantia quasi ammittentes rationis vsum, vt nesciatis quid faciatis [uomite] diuitias amittite [cadite] in mortem captiuitatem. Et loquitur ad similitudinem ebrii. Iob. 20. Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas deus. Esa. 29. Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini, & non a vino, mouemini & non ab ebrietate &c. Secundo, ponitur coactio [cumque noluerint, bibentes bibetis] idest velitis, nolitis. Apoc. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua, hic bibet de vino iræ dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Tertio, assignatur coactionis ratio. Primo, ex exemplo [quia

uiatis eis adoretisque eos, neq; me ad iracundiam prouocetis in operibus manuū vestrarum, & non affligam uos. Et non audistis me dicit dominus, ut me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuū vestrarum, in malum uestrum.

b ¶ Propterea hæc dicit dominus exercituum. Pro eo quòd non audistis uerba mea, Ecce ego mittam & assumam vniuersas cognatiōes aquilonis ait dominus, & Nabuchodosor regem Babylonis seruū meum, & adducam eos super terram istam & super habitatores eius & super oēs nationes quę in circuitu illius sunt, & interficiā eos, ponam eos in stuporem & in sibilū, & in solitudines sempiternas. Perdamque ex eis uocem gaudii, & uocem lætitiæ, uocem sponsi & uocem sponsę, uocem molæ, & lumen lucernæ. Et erit vniuersa terra eius in solitudinem & in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis, septuaginta annis. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis & super gentem illam dicit dominus iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorū, & ponam illam in solitudines sempiternas. Et adducam super terram illam omnia uerba mea quę locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcumque prophetaui Hieremias aduersum omnes gentes, quia seruierunt eis cum essent gentes multæ & reges magni. Et reddam eis, secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum.

c ¶ Quia sic dicit dominus exercituum, deus Israel. Sume calicem uini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabuntur & insanient a facie gladij, quem ego mittam inter eos. Et accepi calicem de manu domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me dominus, Hierusalem & ciuitatibus Iuda & regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in solitudinem, & in stuporem & in sibilum & in maledictionem, sicut est dies ista. Pharaoni regi Aegypti, & seruis eius & principibus eius & in omni populo eius, & vniuersis generaliter cunctis regibus terræ Austidis, & cunctis regibus terræ Philistiim & Ascalonis & Gazę & Accarōi Azoti & reliquiis Idumęæ & Moab & filiis Amon, & cunctis regibus Tyri & vniuersis regibus Sidonis, & regibus terræ insularū qui sunt transmare, & Dedan & Themā & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam & cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus occidētis qui habitāt in deserto, & cunctis regibus Zābri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum, cūctis quoq; regibus aquilōnis de prope & de longe vnicuique cōtra fratrē suum, & in omnibus regnis terræ quæ super faciem eius sunt. Et Rex Sesach bibet post eos.

d ¶ Et dices ad eos. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Bibite & inebriamini & uomite & cadite, neque surgatis a facie gladij, quem ego mittam inter vos. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos. Hæc dicit dominus exercituum. Bibentes, bibetis. Quia ecce

[quia ecce in ciuitate] scilicet Hierusalem 1. Pet. 4. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt dei euangelio? infra 49. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicē, bibentes, bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens, bibes. Secundo, ex dominio dicto [gladium] q̄ est idem quòd potio Ezech. 21. Eiiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium.

e ¶ Hic ponitur expositio visionis. Et primo, contra gentes. Secundo, contra gentiū principes ibi. [Vlulate &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit comminationem, ponens diuinam indignationem [Dominus de excelso] .i. de altitudine sui iudicii [rugiet] terribiliter quasi leo iratus. Amos. 3. Leo rugiet. Quis non timebit? Pœnæ vniuersalitatem [super decorem] idest templū, quasi dicat. Incipiet a templo & p̄cedet ira ipsius in omnem terram [Cæleusma calcantium] cantus vindemiatorum, per quem significatur gaudium victorum in depopulatione terrarum, qui significātur p̄ calcatores, quia effundunt sanguinem humanū sicut illi sanguinem vuæ. Vnde Esa. 63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. infra 48. Nequaquām calcator vuæ, solitum celeusma cantabit. Et ponit pœnæ æquitatem, ponens iudicium [quia in domino] Mich. 6. Iudicium domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. Et iudicii modum [impios tradidi.] Esa. 1. Quia si me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os domini locutum est. Secundo, ponit pœnæ præceptum & ordinem [Hęc dicit dominus] Et primo, ponit pœnæ processum. [Ecce egredietur] q̄ a vna gens aliam inpugnabit, & ipsa ab alia impugnabitur, & sic deinceps [a summitatibus] a maxime potentibus, sicut Chaldæis Græcis &c. Eccl. 10. Regnum a gente in gentē transfertur, propter iniustitias & iniurias & contumelias, ac diuersos dolos. infra 30. Ecce turbo domini, furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. Secundo, ponit tribulationis effectum, quia priuabuntur vita. [Et eruut interfecti domini] idest a domino. supra 12. Gladius domini deuorabit ab extremo terræ, vsque ad extremum eius. Et carebunt sepultura [non plangetur] supra 16. idem.

f ¶ Hic comminatur, contra principes gentium. Et primo, quātum ad personas, præsignas pœnam [Vlulate] quasi non valentes dolorem verbis exprimere, sed eleuatione vocis. Esa. 34. Gladius domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum & de sanguine medullatorum arietum &c. [optimates] qui sunt diuites & principes in populo.

in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum ego incipio affligere, & uos quasi innocētes & immunes eritis? Non eritis immunes. Gladium. n. ego uoco super oēs habitatores terræ, dicit dñs exercituū.

e ¶ Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos. Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suā. Rugiens rugiet, super decorē suū. Celeusma quasi calcantium, concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Peruenit sonitus vsque ad extrema terræ, quia iudicium domino cum gentibus. Iudicatur ipse cū omni carne. Impios tradidi gladio, dicit dominus. Hæc dicit dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem, & turbo magnus egredietur a summitatibus terræ, & erunt interfecti domini in die illa a summo terræ vsque ad summum eius. Non plāgētur, & non colligetur neque sepelientur, in sterquiliniū super faciem terræ iacebunt.

f ¶ Vlulate pastores & clamate, & aspergite vos ciner e optimates gregis, quia completi sunt dies vestri vt interficiamini, & dissipatiōes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. Et peribit fuga a pastoribus, & salutatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorū & vlulatus optimatum gregis, quia vastauit dominus pascua eorum, & cōticuerunt arua pacis a facie iræ furoris domini. Dereliquit quasi leo tabernaculum suum, facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris domini.

A Et excludit salutis viam. [Et peribit fuga.] Trén. 1. Abierunt absque fortitudine, ante faciem subsequentis. Secundo, quantū ad subiectas terras [vox clamoris.] Et primo, ponit p̄ similitudinem deuastationem vibium [quia vastauit dominus pascua eorum] idest ciuitates & villas: seruans metaphoram gregis [cōticuerunt] quasi dicat, in nihilum redacti sunt vt de eis sermo non fiat [pacis] quæ tempore pacis p̄clarę erant, Ioel. 1. Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Et quantum ad destructionem templi [dereliquit, tabernaculum] templum, scilicet deus [quasi leo] quo custodiente nullus audebat accedere. supra 12. Reliqui domum meā. Secundo, ponit expositionem [quia facta est, iræ columbæ] scilicet dei, qui sine cōmotione punit, vel Hierusalē, quæ pro amissione dei irascit. Vel Nabuchodonosor, propter superbiæ stultitiam. Osee. 7. Ephraim quasi colūba deducta non habens cor. Vel quia habebat columbā in aruis. Vel quia sicut mansuetus, præceptum domini executus est. Vel per antifrasim, quia crudelis erat.

a CAP. XXVI.

N principio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud a domino, dicens.

b ¶ Hæc dicit dominus. Sta in atrio domus domini, & loqueris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniūt vt adorent in domo domini, vniuersos sermones, quos ego mādaui tibi vt loquaris ad eos. Noli subtrahere verbum, si forte audiāt & cōuertantur vnusquisque a via sua mala, & peniteat me mali quod cogitaui facere eis, propter malitiā studiorum eorum. Et dices ad eos. Hæc dicit dominus. Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea quam dedi uobis, vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad uos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis, Dabo domum istam sicut Sylo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrę.

c ¶ Et audierūt sacerdotes & prophetę & omnis populus Hieremiā loquentē verba hęc, in domo domini. Cumque complesset Hieremias loquens omnia, quæ præceperat ei dominus vt loqueretur ad vniuersum populum, aprehenderunt eū sacerdotes, & prophetæ & omnis populus, dicens. Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine domini dicens, Sicut Sylo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur, eo q̄ non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Hieremiam, in domo domini.

a CAP. XXVI.

Hic ponitur cōspiratio principum, contra prophetam. Et diuiditur in tria. Primo, ponit titulum. Secundo, prophetiā, ibi [Hæc dicit dñs &c.] Tertio, epilogat, ibi. [In principio regni &c.] Titulus p̄ se patet.

b ¶ Hic ponitur prophetia. Et diuitur in tres partes. In prima, ponitur, persecutionis occasio. In secunda, ponitur persecutio, ibi. [Et audierunt sacerdotes &c.] In tertia, ponitur liberatio, ibi. [Et audierunt principes &c.] Occasio autem fuit, ex prædicatione. Vnde, Primo, designat prædicationis locū. [Sta in atrio] supra 7. Sta in porta domus domini, & prædica ibi [vniuersos &cæt.] Secundo, quantum ad prædicationis fructum. [Noli subtrahere] quantum ad emendationem culpæ [& conuertatur] & quantum ad remissionem pœnæ [& pęniteat] supra 18. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo propter quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pænitentiam super malo, quod cogitaui vt facerē ei. Tertio, ponit prædicationis verbum [& dices] supra 7. Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meū, in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Sylo, & proiiciam vos a facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros, vniuersum semen Ephraim.

c ¶ Hic ponitur persecutio. Et circa hoc, quatuor ponit. Primo, prædicationis auditum. [Et audierunt] Ezec. 33. Audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertūt illos. Secundo, iniquum consilium [cumque] Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Tertiò,

tio, suæ nequitiæ argumentum [quia prophetauit] quasi dicat, vi detur falsum dicere, cum dominus locum istum elegerit 3. Re. vlt. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Quarto, populi concursum. [Et congregatus] Eccl. 10. Qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Eccl. 7. Nõ te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata.

d ¶ Hic ponitur liberatio. Circa hoc, duo. Primo, ponitur principũ iudicium, pro liberatione Hieremiæ. Secundo, popularis furoris sedatio per verba seniorum, ibi [Surrexerũt ergo &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit principum ꝓuisionem [Et ascenderũt in domum domini] seditionem cõprimere [nouæ] quia de nouo facta erat ad tenẽdum iudicia sacerdotum, & eorũ quæ ad cultum religionis pertinebant. Deut. 16. Iudices, & magistros constitues in omnib⁹ portis tuis, quas dominus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio nec in alterã partem declinẽt &c. Secundo, ponit partium disceptationẽ: quantum ad accusationem. [Et locuti sunt sacerdotes.] Et nituntur imponere, quasi crimen blasphemiæ vt occidatur. Similiter. Act. 6. Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum & legem. Et quantum ad defensionem [Et ait Hieremias] Respondet autem prudenter, quia excusat culpam [dominus misit me] vnde non sum culpandus de his quæ dixi. Eccl. 3. Ne reuereris proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Esa. 48. Et nunc misit me dominꝰ & spiritus eiꝰ. Et mitigat irã, ostendens remediũ [Nũc ergo] supra 18. Reuertatur vnusquisque a via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Respondet humiliter, quia confitetur potentiam [Ego autem] Prou. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Respondet etiã constanter, quia prohibet iniuriam [Veruntamen] Gen. 4. Vox sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Et quia cõfirmat sententiã [In veritate n.] Act. 4. Si iustum est in conspectu dei vos potius audire quàm deum, iudicate. Tertio, ponitur sententiæ promulgatio [Et dixerunt] Et primo, sentẽtia promulgatur per principes. [Nõ est iudiciũ] Lu. 23. Ecce nihil dignũ morte actum est ei. Secundo, sentẽtia confirmatur per seniores, quorum est antiqua facta scire. Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.

d ¶ Et audierunt principes Iuda verba hæc, & ascẽderunt de domo regis in domũ domini, & sederunt in introitu portæ domus domini nouæ. Et locuti sunt sacerdotes & prophetę ad principes & ad omnẽ populum, dicentes. Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam sicut audistis auribus uestris. Et ait Hieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens. Dominus misit me ut prophetarem ad domum istam, & ad ciuitatem hãc, omnia verba quæ audistis. Nunc ergo bonas facite vias uestras, & studia vestra, & audite uocem domini dei uestri, & pęnitebit dominũ mali, qd locutus est aduersum uos. Ego autem ecce in manibus vestris sum, facite mihi quod bonum, & rectum est in oculis vestris. Verum tamen, scitote & cognoscite, quia si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istã, & habitatores eius. In ueritate enim misit me dominus ad vos, vt loquerer in autribꝰ vestris omnia verba hæc. Et dixerunt principes & omnis populus ad sacerdotes, & ad prophetas. Non est viro huic iudiciũ mortis, quia in nomine domini dei nostri, locutus est ad nos.

e ¶ Surrexerunt ergo viri de seniorib⁹ terræ, & dixerunt ad omnem cętum populi loquentes. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebꝰ Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnẽ populum Iudæ, dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Syon quasi ager arabitur, & Hierusalẽ in acerum lapidum erit, & mõs domus domini in excelsa syluarum. Numquid morte cõdemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? Nũquid non timuerunt dominum & deprecati sunt faciem domini, & pęnituit dominum mali quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque

F e ¶ Hic ponitur repressio furoris populi contra Hieremiam, per verba seniorũ. Et primo, proponunt exẽplũ iusti ad imitandũ circa factum Michææ, ponentes ipsius prædicationem [Michæas] vnus de 12. prophetis minoribus [de Morasthi] ad differentiã Michææ filii Yela, de quo 3. Reg. vlt. [Syon] Michææ. 3. Audite principes Iacob & duces domus Israel. supra 9. Et dabo Hierusalẽ in aceruos arenæ, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator. Et populi conuersionem. [Numqd] q.d. nõ. supra 6. Interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona & ambulate i ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et inducunt conclusionem [Itaque non faciamus.] Psal. 12. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipsius iniquitas eius descendet. Secundo, proponũt exemplum iniustitię ad cauẽdum, ne malis mala adiungant [fuit quoque] Et primo, ponitur ipsius prædicatio. [Et prophetauit] 1. Cor. 14. Non enim est deus dissensionis, sed pacis. & ideo omnes idem dicebant. Secũdo, ponitur persecutio & fuga [Et audiuit, fugitq;] Mat. 10. Si persecuti vos fuerit in vna ciuitate, fugite in aliam. Tertio, ipsius interfectio [Et misit rex] quia Aegyptiis fœderatus erat. Ideo autẽ iste occisus est, & Hieremias liberatus, quia deus aliquos permittit occidi de sanctis ad condemnationem malorum, & exemplum patientię bonorum. Iacobi vlt. Exemplũ accipite fratres exitus mali & longanimitatis, & laboris & patiẽtiæ, Prophetas q. locuti sunt in nomine domini. Similiter Act. 12. Iacobus occiditur, Petrꝰ liberatur. Tertio, ponitur sententiæ executio de liberatione Hieremiæ [Igitur manus] Et planum est.

nos faciamus malum grande, cõtra animas nostras. Fuit quoque vir prophetans in nomine dñi, Vrias filius Semei de Cariathiarim, & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terram hanc, iuxta oĩa verba Hieremiæ. Et audiuit rex Ioachim, & omnes potentes & principes eius verba hæc, & qræsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias & timuit, fugitque & ingressus est Aegyptum. Et misit rex Ioachim viros in Aegyptum, Helnathã filiũ Achobor & uiros cum eo in Aegyptũ. Et eduxerunt Vriam de Aegypto, & adduxerunt eum ad regem Ioachim, & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicham filij Saphan fuit cum Hieremia vt nõ traderetur in manus populi, & interficerent eum.

H a C A P. XXVII.

IN pricipio regni Ioachim filij Iosiæ regis Iuda, factũ est verbum istud ad Hieremiam a domino, dicens. Hæc dicit dominus ad me. Fac tibi vincula & cathenas, & pones eas collo tuo, & mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Amon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis, in manu nuntiorum qui venerunt Hierusalem ad Sedechiam regem Iuda, & præcipies eis vt ad dominos suos loquũtur. Hæc dicit dominus exercituũ deus Israel. Hæc dicetis ad dominos vestros. Ego feci terram, & homines, & iumenta quæ sunt super faciem terrę in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eã qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et seruient ei omnes gẽ-

I

K

qui missi fuerãt ad cõsœderandum se regi Hierusalem, vel ad resistendum Nabuchodonosor. Osee. 12. Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Ezec. 3. Et tu fili hominis. Ecce data sunt sup te vincula, & ligabũt te in eis, & non egredieris in medio eorum &c. Secundo, exprimit eam verbo [Et pręcipies] Inducit autem eos ad subdẽdum se regi Babylonis, cõtra consilium prophetarum, tripliciter. Primo, ex Nabuchodonosor potentia, quã ostendit duobus modis. Primo, ex diuina concessione, ponens rerum creationem [Ego feci terrã] quãtũ ad opus creationis & dispositionis [homines] quantũ ad opus ornatus, [brachio] quod dicit applicationem potẽtiæ ad opus. Esa. 42. Firmãs terrã & quæ germinant ex ea. Et concludens concedendi authoritatem [Et dedi eam ei] homini vel cuicũque. Daniel. 4. Dominatur excelsus ĩ regno hominum, & cuicũque uoluerit dat illud. & ostendens cõcessionem factam a deo Nabuchodonosor, quantum ad homines [Et nũc itaque] Dan. 5. Deus altissimus, regnum & magnã gloriã, & honorem, dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi tribus & linguę tremebant, & metuebãt eum &c. Et quantum ad bestias [Insuper & bestias] & est locutio hiperbolica. Vel per bestias significãt feroces homines, qui sub eo fuerunt. Vel quia subiectis hominibus, etiam bestiæ eis subiectæ illi subduntur. Vnde Daniel 4. Bestiæ requiescebant sub vmbra arboris, per quam signãbatur Nabuchodonosor. A lio modo ostendit potentiam eius, ex gentium subiectione. [Et seruiẽt] Eccle. 3. Omnia tempus habent. Tertio, inducit eos ex rebellium pœna, ponens pœnam rebellium [Gens] Et ideo Ro. 13. Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Et excludit consilium prophetarum [vos ergo nolite audire prophetas] quos dicunt gentiles per fulgorem intelligentiæ agentis, in aĩas ipsorũ etiã futura posse præscire [diuinos] qui in templis idolorum [somniando] qui ex somniis [augures] qui ex garritu auium [maleficus] qui ex coniuratione dæmonum futura prædicunt. supra 23. Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos. Visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore domini &c. Et assignat pro causa, prophetarum mendacium [quia mendacium] & imminens periculum [vt longe faciant.] & est vt consecutiuum 3. Reg. vlt. Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum. Tertio, inducit eos ex obedientium gratia, quam a domino consequentur [porro gens] infra 40. Nolite timere seruire Caldæis, habitate in terra & seruite regi Babylonis, & bene erit uobis.

b ¶ Quia illi nuntii possent dicere, quare talia suæ genti intẽtæ ad rebellionem non dixit, hic respondet se eis eadem dixisse. Et primo, ponitur admonitio ipsius ad regem. Secundo, ad sacerdotes & ad plebem, ibi [Et ad sacerdotes &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit bonum consilium, ponens ipsum [Subiicite colla] 1. Pet. 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, nõ tantum bonis & modestis, sed etiam discolis Et proponens imminens periculum [Quare moriemini] supra 21. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste, qui autem egressus fuerit, & trãsfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, viuet & erit ei anima sua quasi spolium. Secundo, excludit falsum consilium prophetarum. [Nolite audire] tribus de causis. Primo, propter fallacẽ promissionem [quia mendacium] Ezec. 22. Prophetæ eius liniebãt eos absque rẽperamento, videntes vana, & diuinantes eis mẽdaciũ, dicẽtes hæc dicit dñs, cum dominus non sit locutus. Secundo, ꝓpter præsumptã authoritatem [quoniã non misi] supra 23. Non timebam eos, & ipsi currebãt. Nõ loquebar ad eos & ipsi prophetabant. Tertio, propter pœnam imminentem [vt eliciant vos] occasionaliter. Osee. 6 Corrues tu hodie, & corruet etiam ꝓpheta tecum.

c ¶ Hic ponitur admonitio ad sacerdotes, & ad plebem. Et primo, excludit falsum consilium [Nolite audire, ecce vasa] quę asportata fuerunt in Babylonem cum Ieconia 4. Re. 24. Et assignat causam, proponens prophetarum mendaciũ [mendaciũ] seruitutis fructum [vt viuatis] rebellionis periculũ [quare datur] supra 21. Qui egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldęos qui obsidẽt vos, viuet &c. Secundo, petit veritatis indiciũ [Et si prophetæ] q. d. faciãt qd minus est, s. quæ remanserũt non asportari occurrẽdo deo orõnibus, vt credatur eis qd maius est. s. asportata reportari. Eze. 13. Nõ ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murũ pro domo Israel vt staretis in prælio, in die dñi. Tertio, proponit manifestũ falsitatis argumẽtũ per locũ a maiori: quia qd magis vt non fiet, vt. s. relicta vasa remaneãt, nec ergo qd minꝰ vt. s. asportata referantur [Quia hæc dicit dñs de colũnas] duas quæ fecit Salomon in porticu [& ad bases] earum [& ad mare] vas in quo seruabatur aqua ad ablutionem sacerdotum, quod erat positũ supra 12. bases, de quibus omnibus habetur. 3. Reg. 7. Et resumit [quæ hæc dicit dominus] ꝓp vasa templi, quia non mouerat nisi vasa quæ erant in porticu. 1. Mach. 2. Vasa gloriæ eius captiua adducta sunt. Et promittit in longum tempus futurum, eorum reportationem [Et afferri] temporibus Cyri 2. Esdr. 2. Cyrus rex protulit vasa sacra domini, quæ transtulit Nabuchodonosor de Hierusalem, & consecrauit ea idolo suo. Et proferens ea Cyrus rex Persarum tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius: per hunc autem tradita sunt Salmanasaro, præsidi Iudæ.

tes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius & ipsius, & seruient ei gentes multæ & reges magni. Gens autem & regnũ qd nõ seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis, in gladio & in fame & in peste visitabo super gentẽ illam ait dominus, donec consumã eos, in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas vestros & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicũt vobis, Nõ seruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis vt longe faciant uos de terra vestra, & eiiciãt uos & pereatis. Porro gens quę subiecerit ceruicẽ suam sub iugo regis Babylonis & seruierit ei, dimittam eam in terra sua dicit dñs, & colet eam & habitabit in ea.

b ¶ Et ad Sedechiam regem Iuda, locutus sum secundum omnia verba hæc, dicẽs. Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus, gladio & fame & peste, sicut locutus est dominus ad gentẽ q̃ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur uobis. Quia non misi eos ait dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciãt vos & pereatis tam vos quàm prophetæ, qui uaticinantur uobis.

c ¶ Et ad sacerdotes & ad populũ istum locutus sum, dicens. Hæc dicit dominus. Nolite audire verba ꝓphetarũ vestrorum, qui prophetãt vobis dicentes, Ecce vasa domini reuertent de Babylone, nũc cito. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. Quare datur hæc ciuitas in solitudinẽ? Et si prophetæ sunt, & est uerbum domini in eis, occurrant dño exercituum vt nõ veniant uasa quę derelicta fuerant in domo domini, & in domo regis Iuda, & in Hierusalem, in Babylonem. Quia hæc dicit dominus exercituum ad colũnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua uasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac quę cõtulit Nabuchodonosor rex Babylonis cum transferret Ieconiam filium Ioachim regem Iuda de Hierusalem in Babylonem, & omnes optimates Iuda, & Hierusalem. Quia hæc dicit dominus exercituum deus Israel, ad vasa quæ derelicta sunt in domo domini, & in domo regis Iuda & Hierusalem. In Babylonẽ trãsferentur, & ibi erunt usque ad diem uisitationis suæ, dicit dominus. Et afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

a C A P. XXVIII.

IT factum est in anno illo, in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur ꝓpheta de Gabaon, in domo domini, corã

A

B

D

a C A P. XXVIII.

HIc descendit specialiter ad quosdam falsos prophetas. Et primo ad quendam, qui prædicebat relictis in Hierusalem.

Secundo,

Secundo, ad quoſdam qui prophetabant captiuatis in Babylonia, cap. 29. [Et hæc ſunt verba &c. Circa primum, duo. Primo, ponitur falſa conſolatio falſi prophetæ. Secundo, falſitatis improbatio per Hieremiam, ibi. [Et factum eſt vebum &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur falſa conſolatio, quam falſus propheta fecit verbo. Secundo, quam fecit facto, ibi. [Et tulit &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur falſa conſolatio. Secūdo, Hieremiæ reſpōſio, ibi. [Et dixit Hieremias &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit falſæ prophetiæ titulum, in quo deſignatur tempus [In anno quarto] ꝓpheta [Hananias propheta] opinione: locus [in domo domini] ſupra 23. In domo mea inueni malum eorum, ait dominus. Secundo, ponit falſum cōſolationis verbum. [Hæc dicit dominus] Et primo, promittit libertatē [contriui] deſtruxi: propter certitudinē dicit in ꝑterito [imperium] quod conterēdum quidem erat, ſed non tunc. Eſa. 9. Cōputreſcet iugum a facie olei. Secūdo, prędicit impletionis propinquitatem [Adhuc duo anni dierum] ne credātur anni annorum, ſicut illud Ezec. 4. diem ꝓ anno, Diem inquàm ꝓ anno dedi tibi. Et primo, quantum ad reportationem vaſorum [ego referri faciam] de quorum captione. Tren. 1. Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. &c. Secundo, quantum ad liberationem principum ſuorū. [Et Ieconiam] contra id quod ſupra ca. præcedenti dictum eſt. ſupra 22. Terra terra terra, audi ſermonem domini.

b ¶ Hic ponit Hieremiæ reſponſio. Et primo, demoſtrat ſuum affectum, optans impleri quod ipſe dicebat [Amen] ideſt fiat. Michææ. 2. Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer. Nec obſtat quòd ſciebat dominum contrarium velle, quia hæc optatio ſub conditione intelligenda eſt, K ſcilicet ſi deus vellet, & quia in hoc ſuam voluntatem diuinæ cōformat, quòd vult quod deus eſſe vult. Secundo, ne videatur falſitati conſentire, proponit veritatis ſignum [Veruntamen audi] Et ſumitur hoc ſignum. Deut. 18. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit & non euenerit, hoc dominus non eſt locutus. Sed ipſe videtur a contrario ſenſu arguere. Et videtur quòd non valeat, quia eſt deſtructio antecedentis. Et præterea contrarium habetur, Deuter. 13. Si ſurrexerit in medio tuo prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe ſe dicat & prædixerit ſignū atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur deos alienos quos ignoras & ſeruiamus eis, non audies verba prophetæ illius, aut ſomniatoris. &c. Et dicendum, quòd argumentum efficax eſt ad oſtendendam eius falſitatem, & hoc ipſe intendit.

c ¶ Hic confirmat prophetiam ſuam, facto. Et circa hoc, tria. Primo, ponit facti ſimilitudinem [tulit & fregit] in ſignum fractionis imperii Babyloniæ. Secundo, exponit ſimilitudinem [Et ait Hananias] Hoc longe poſt futurum erat, infra 30. Conteram

ſacerdotibus & omni populo, dicens. Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael. Contriui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum iſtū omnia uaſa domini, quæ tulit Nabuchodonoſor regis Babylonis de loco iſto, & trāſtulit ea in Babylonē. Et Ieconiam filium Ioachim regem Iuda & omnem tranſmigrationē Iudæ, qui ingreſſi ſunt in Babylonem ego conuertam ad locum iſtum, ait dominus. Conteram enim iugum regis Babylonis.

b ¶ Et dixit Hieremias propheta ad Hananiā prophetā, in oculis ſacerdotum & in oculis omnis populi, qui ſtabat in domo domini. Et ait Hieremias propheta. Amē. Sic faciat dominus. Suſcitet dominus verba tua quæ prophetaſti, vt referātur vaſa in domum domini, & omnis tranſmigratio de Babylone ad locum iſtum. Veruntamen audi uerbū hoc, qđ ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuerſi populi. Prophetæ q̄ fuerūt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt ſuper terras multas & ſuper regna magna de prælio & de afflictione, & de fame, propheta q̄ vaticinatus eſt pacem, cum venerit verbum eius, tunc ſcietur propheta, quē miſit dn̄s in ueritate.

c ¶ Et tulit Hananias propheta catenā de collo Hieremiæ prophetæ, & confregit eā. Et ait Hananias in cōſpectu omnis populi, dicens. Hæc dicit dominus. Sic confringā iugū Nabuchodonoſor regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abiit Hieremias propheta, in viam ſuā.

d ¶ Et factum eſt verbum domini ad Hieremiam, poſtquam confregit Hananias propheta catenā de collo Hieremiæ prophetæ, dicens. G Vade, & dices Hananiæ. Hæc dicit dominus. Catenas ligneas contriuiſti, & facies pro eis catenas ferreas, Quia hæc dicit dominus exercituum, deus Iſrael. Iugum ferreū poſui ſuper collum cunctarum gētium iſtarum vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis, & ſeruiēt ei. Inſuper & beſtias terræ, dedi ei. Et dixit Hieremias ꝓpheta ad Hananiam prophetā. Audi Hanania. Non miſit te dominus, & tu cōfidere feciſti populum iſtum in menda H cio. Idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego mittam te a facie terræ. Hoc anno morieris. Aduerſum enim dominum locutus es. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

a CAP. XXIX.

ET hæc ſunt uerba libri, quę miſit Hieremias propheta de Hieruſalem ad reliquias ſeniorum tranſmigratio- I nis, & ad ſacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonoſor de Hieruſalem in Babylonem, poſtquàm egreſſus eſt Ieconias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda, & Hieruſalem, & faber & in-

F iugum illius de collo tuo, & vincula eius diſrumpam. Tertio, deſignatur Hieremiæ humilitas, quia patienter & libenter ſuſtinuit & abiit. Pſal. 37. Factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

d ¶ Hic ponitur falſitatis improbatio. Et primo, excludit falſam cōſolationē, facti ſimilitudine [cōtriuiſti] tu Hananias, & tu Hieremias [facies] in ſignum augmentationis pœnæ. Iob 6. Qui timent pruinā, irruet ſuper eos nix. Et ſimilitudinis expoſitionem. [Quia hæc dicit] ac ſi diceret. Iugum ſeruitutis durius erit, quàm præſignificatum ſit. Eccl. 28. Iugum illius iugum ferreum eſt, & vinculū illius vinculum ęreum eſt. Secundo, ponitur cōminatio contra ipſum prophetantem. Et primo, ponitur culpæ repreſſio [Et dixit Hieremias. Non te miſit] Eſai. 24. Poſuimus mendacium ſpē noſtrā, & mendacio protecti ſumus. Secundo, ponitur pœnæ cōminatio [Idcirco ecce mittam te] ideſt, tollam per mortē. Pſa. 1. Non ſic impii nō ſic, ſed tamq̄ puluis quē proiicit ventus a facie terræ. Tertio, ponitur prophetię impletio [Et mortuus eſt menſe ſeptimo] Vnde non ſuperuixit, niſi duobus mēſibus 1. Theſſal. 5. Cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient.

a CAP. XXIX.

HIc excludit falſas conſolationes prophetarum, qui conſolabantur captiuos in Babylonia. Et primo, excludit falſas conſolationes. Secundo, inuehit contra ipſos falſos conſolatores, ibi. Hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit prophetiæ titulum, in quo tria aſſignat, ſcilicet prophetandi modum, quia per modum epiſtolæ [verba libri] ideſt epiſtolæ. Eſa. 30. Ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud. Et erit in die nouiſſimo in teſtimoniū vſque in æternum. Prophetiæ tempus [poſtquàm egreſſus] 4. Reg. 24. Eſa. 3. Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hieruſalem validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorem, & iudicem, & prophetam &c. Et prophetiæ nuntium [in manu] quos miſit vt pacem cum Chaldæis faceret, territus ad mortē falſi conſolatoris Hananiæ, & cōminationis Hieremiæ. Prou. 19. Peſtilente flagellato, ſtultus ſapientior erit. Secundo, ponit prophetiæ verbum [Hæc dicit dominus] Et circa hoc, duo. Primo, dat eis conſilium bonum, & ſalubre, vt intendant his, quæ pertinent ad vſum neceſſitatis. [Ædificate domos] quod facere negligebant, credentes cito redire ſecundum promiſſa falſorum prophetarum. Pſ. 106. Seminauerunt agros & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiui tatis. Item vt intendant his, quæ pertinent ad ſucceſſionem prolis [accipite vxores] Gen. 1. Creſcite & multiplicamini, & replete

plete terram. Et vt intendāt his, quæ pertinent ad tranquillitatē pacis. [Et quærite pacem] Baruch. 1. Orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filii eius &c. 1. Timoth. 2. Obſecro primū omniū fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate &c. Secundo, excludit conſilium falſum & inutile [Hæc enim dicit dominus.] Et primo, excludit vanam fiduciam, quam ex prophetarum ꝓmiſſione cōceperāt. Secundo, excludit ſtultam pœnitentiā, ibi. [Quia hæc dicit dominus &c.] Circa primū, tria. Primo, excludit falſorū ꝓphetarum dictum, q̄ in breui liberationē promittebant [Non uos ſeducāt prophetæ] qui ex nomine domini vobis loquūtur [Et diuini] qui dæmonum reſponſa aptant. Ezech. 13 Væ prophetis inſipientibus qui ſequūtur ſpiritum ſuum, & nihil vident. Secūdo, dicit liberationis tempus, quantū ad conſolationem. [Quia hæc dicit dominus, viſitabo] conſolans vos, & hoſtes affligens. ſupra 25. Cū impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis & ſuper gentem illam dicit dominus iniquitatē eorum &c. Et quantum ad patriæ reſtitutionem. [Et ſuſcitabo] implebo. Eccl. 36. Suſcita prædicationes, quas locuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores. Tertio, ponit liberationis modum. Primo, promittens priſtinæ proſperitatis ſtatum, quātum ad tranquillitatē pacis [Ego enim ſcio] quaſi non alius 1. Cor. 2. Quæ ſunt dei nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Eſa. 64. Oculus non vidit abſq; te, quæ præparaſti expectantibus te [cogitationes pacis] quam vobis præparo [ſinem] captiuitatis [patientiam] laborum, vt facilius toleretis. Pſal. 27. Loquūtur pacem cum proximo ſuo, mala aūt in cordib⁹ eorum. Et quantum ad exauditionē orationis [inuocabitis] ore [& ibitis] mente [adorabitis] corpore. Vel ibitis ad templū. Eſa. 30. Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi. Alia litera habet [Inuocabitis me, & viuetis, & orabitis me, & ego exaudiam vos] Et planus eſt ſenſus. Et quantum ad auxiliū diuinæ protectionis [quæretis] deſiderio & precibus [& inuenietis] paratum ad auxilium q.d. meipſum offeram. Io. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eū, & manifeſtabo ei meipſum. Eſa. 55. Quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Secundo, promittit proprium natiuitatis locum [Et reducā] Ezec. 36. Tollā quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris & adducam vos in terram veſtram [quia dixiſtis] quaſi dicat, non fuit neceſſarium vobis ſcribere, quia in falſis prophetis confiditis.

cluſor de Hieruſalem, in manu Elaſa filij Saphan & Gamariæ filij Helchię, quos miſit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodoſor regem Babylonis in Babylonem, dicens. Hæc dicit dn̄s exercituum deus Iſrael, omni tranſmigrationi, quam tranſtuli de Hieruſalē in Babylonē. Ædificate domos, & habitate, & plantate hortos, & comedite fructū eorū. Accipite vxores & generate filios & filias, & date filiis veſtris vxores & filias veſtras date viris, & pariant filios & filias & multiplicabimini ibi, & nolite eſſe pauci numero, & quærite pacem ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad dominum, quia in pace illius erit pax vobis. Hæc dicit dominus exercituum, deus Iſrael. Non vos ſeducāt prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrum, & diuini veſtri, & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quę vos ſomniatis, quia falſo ipſi prophetant uobis in nomine meo, & non miſi eos, dicit dominus. Quia hæc dicit dominus. Cum cęperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducā vos ad locum iſtum. Ego enim ſcio cogitatiōes, quas cogito ſuper uos dicit dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. Et inuocabitis me & viuetis, & orabitis me, & ego exaudiā vos, & quæretis me & inuenietis. Cum quæſieritis me in toto corde veſtro, īueniar a vobis, dicit dominus. Et reducam captiuitatem veſtram, & cōgregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cūctis locis ad quæ expuli vos, dicit dominus. Et reuerti uos faciam de loco ad quem tranſmigrare vos feci, q̄a dixiſtis, Suſcitabit nobis dominus prophetas in Babylone. Quia hæc dicit dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid & ad omnem populū habitatorem vrbis huius, ad fratres veſtros, qui nō ſunt egreſſi uobiſcum in tranſmigrationem.

B b ¶ Hæc dicit dominus exercituū. Ecce mittam in eos gladium, & famem, & peſtem, & ponam eos quaſi ficus malas, quę comedi non poſſunt, eo ꝙ peſſimæ, ſint & pſequar eos in gladio & in fame & in peſtilentia. Et dabo eos in vexationem uniuerſis regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gētibus, ad quas ego eieci eos, eo ꝙ nō audierint uerba mea dicit dominus, quæ miſi ad eos per ſeruos C meos prophetas de nocte conſurgens & mittens, & non audiſtis, dicit dominus. Vos ergo audite verbum domini omnis trāſmigratio, quā emiſi de Hieruſalē ī Babylonē.

c ¶ Hæc dicit dominus exercituum deus Iſrael ad Achab filium Colię & ad Sedechiam filiū Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & percutiet eos in oculis veſtris. Et aſſumetur D ex eis maledictio omni tranmigrationi Iudæ, quæ eſt in Babylone, dicentium. Ponat te dominus ſicut Sedechiam & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne.

d ¶ Pro eo quòd fecerint ſtultitiā in Iſrael, & męchati ſunt in uxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt uerbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis.

A b ¶ Hic excludit falſam pœnitentiam. Poſſent enim propter lōgam captiuitatē pœnitere de hoc ꝙ ſe tradiderāt, videntes alios adhuc in Hieruſalem remanſiſſe, & ideo contra remanentes cōminatur grauem pœnam mortis [Ecce mittam] ſupra 21. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peſte: qui autē egreſſus fuerit, & trāsfugerit ad Chaldæos q obſidēt vos, viuent &c. Et afflictionis. [Et ponam] ideſt non inuenient gratiam in me, neq; in illis a quibus captiui tenentur, ſicut neq; ficus malę placent colligentibus. ſupra 24. Sicut ficus peſſimæ quæ comedi non poſſunt, eo ꝙ ſint malæ, hæc dicit dominus, ſic dabo Sedechiam regē Iuda, & principes eius & reliquos de Hieruſalem qui remanſerunt in vrbe hac, & qui habitāt in terra Aegypti &c. Et aſſignat cauſam [eo quòd nō audierint] ſcilicet, vt ſe traderent Nabuchodonoſor, & a peccatis ceſſarent. ſupra 11. Mane cōſurgēs cōteſtatus ſum, & dixi. Audite vocem meam. Et nō audierunt nec inclinauerunt aurē ſuam, ſed abierunt vnuſquiſque in prauitate cordis ſui mali &c. Secundo, inducit intentam concluſionem [Vos ergo] ne ſcilicet pœnā patiamini, quia mihi in hoc obediſtis. Prou. 4. Audite filii diſciplinam patris.

c ¶ Hic inuehit cōtra ipſos falſos prophetas. Et primo, cōtra quoſdam aſſertores falſitatis. Secundo, contra quændā impugnatorem veritatis, ibi. [Et ad Semeiam &c.] Circa primū, tria. Primo, cōminatur pœnam. Secundo, arguit culpā, ibi [pro eo quòd fecerit &c.] Tertio, arguit iudicii iuſtitiam, ibi [Ego ſum iudex &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur E ipſorum depreſſio in culpa [tradam eos] vt ſcilicet occaſionē puniendi habeat, quos primo, in poteſtate habebat. Tren. 1. Dedit me dominus in manu de qua non potero effugere. Secundo, ponitur pœnæ inflictio [Et percutiet] infra 30. Inſanabilis fractura, peſſima plaga tua. Tertio, ponitur conſequens maledicto [Et aſſumetur ex eis] Dicunt autem Hebræi, hos eſſe duos ſenes de quibus habetur Dan. 13. Vnde ex hoc loco volunt oſtendere illud fabuloſum eſſe. Ibi enim dicuntur a populo occiſi, hic autē a Nabuchodonoſor. Et præterea, ibi dicuntur lapidati, hic igne occiſi. Et dicendum ad primum, quòd vtrumque poteſt eſſe verum: quia Nabuchodonoſor occidit authoritate, a Daniele conuictos, & populus, executione ſententiæ. Ad ſecundum dicendū, ꝙ quęlibet pœna dr̄ ignis ꝑꝑ afflictionem, & hoc præcipue ꝑꝑ ſimilitudinē culpæ adulterii. Oſee. 7. Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Iob. 31. Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.

d ¶ Hic ponit culpam. Et primo, adulterium [ſtultitiam] ideſt rem ſtultam [& męchati ſunt] Daniel. 12. Sic faciebatis filiabus Iſrael.

Israel, & ille timentes loquebantur vobis, supra 5. Vnusquisque F ad vxorem proximi sui hinniebat. Secundo, mendacium. [Et locuti sunt] dicebant enim proximam esse liberationem, & Christum de eis esse nasciturum, vt sic mulieres in adulterium decipe rent. supra 23. Non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.

e ¶ Hic ponit iudicii iustitiam [iudex] ad infligendam pœnã [testis] ad cõuincendam culpam, quia diuino nutu & miraculose deprehẽsi sunt. Daniel. 13. Suscitauit dominus spiritũ pueri innioris, cui nomen Daniel &c.

f ¶ Hic inuehitur contra impugnatorem veritatis, quia cum esset pseudo ꝓpheta & populi vicinam liberationem promitteret, iratus contra Hieremiam propter epistolam, quam in Babylonẽ misit, scripsit in Hierusalem literas ad principem sacerdotum contra Hieremiam. Et circa hoc, duo. Primo, ponit veritatis impugnatio. Secundo, ponitur contra ipsum cõminatio, ibi. [Et factũ est verbum &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit tenorẽ epistolæ [pro eo, q̃ misisti] Est defectuosa locutio, quasi patieris, quod postmodum quibusdam interpositis dicet. In qua epistola, tria facit. Primo, commemorat prædecessoris exemplum [Dominus dedit te pro Ioiada] qui interfecit falsos sacerdotes, vt tu similiter facias de Hieremia falso prophe ta. Reg. 11. Secundo, commemorat officium [vt sis dux, super omnem virum arrepticium] qui a spiritu immundo arreptus prophetæ actum vsurpat. Pertinebat enim ad sacerdotis officiũ discernere inter spiritus. 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sint, quoniam multi pseudo prophetæ exierunt in mundum &c. Quædam etiam accusat, scilicet epistolam Hieremiæ [Quia super hoc] quia non est contentus nobis mala prædicere. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt 3. Reg. vlt. Ego odi eum quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Secundo, ostendit quomodo peruenit ad notitiam K phophetæ [legit ergo] vt improperaret sibi. supra 20. Factus est mihi sermo domini in opprobrium, & inderisum tota die.

g ¶ Hic ponitur contra ipsum comminatio. Et primo, arguit culpam [pro eo, q̃ uòd prepheta uit.] Esa. 28. Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Et dirigitur sermo ad captiuos per quandam aliam epistolam. Secundo, comminatur pœnam [idcirco.] Et primo, quantum ad filios [nõ erit] quasi dicat, non relinquet in populo superstitem. Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum; qui oderunt me &c. Secundo, quantum ad ipsum. [Et non videbit. supra 17. Erit enim quasi mirice in deserto, & non videbit cum venerit bonum. Tertio, resumit causam [quia præuaricationem] quia verbis suis præuaricatus est contra dominum loquens, promittens prospera, domino prædicente aduersa. Iob. 39. Nuquid qui contendit cum deo, tam facile conquiescit?

e ¶ Ego sum Iudex & testis, dicit dominus.

f ¶ Et ad Semeiã Nehelamiten, dices. Hęc dicit dominum exercituũ deus Israel. Pro eo quòd misisti in nomine meo libros ad omnem populũ, qui est in Hierusalem & ad Sophoniã filium Maasiæ sacerdotem & ad vniuersos sacerdotes dicens, Dominus dedit te sacerdo- G tem pro Ioiade sacerdote vt sis dux in domo domini super omnem ui rum arrepticium & prophetãtem, ut mittas eum in neruum & in car cerem. Et nunc quare non increpa sti Hieremiam Anathotiten, qui ꝓ phetat vobis? Quia super hoc misit in Babylonem ad nos dicens, Longum est, ędificate domos & habitate, & plantate hortos, & come dite fructus eorum. Legit ergo Sophonias sacerdos librũ istũ, in auribus Hieremię prophetæ.

g ¶ Et factum est verbum domini ad Hieremiã, dicens. Mitte ad omnem transmigrationẽ, dicens. Hæc dicit dominus ad Semeiã Nehelamiten. Pro eo quòd prophetauit uobis Semeias, & ego non misi eũ & fecit uos confidere in mẽdacio, idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego visitabo super Semeiam Neela miten & super semen eius. Non erit ei vir sedens in populo huius & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait dominus, quia præuaricationem locutus est aduersus dominum.

C A P. XXX.

POST comminationem, hic incipit consolationem ponere. Et primo, ponit consolationem ad omnes communiter. Secundo, specialiter ad ciuitatem regiam, scilicet Hierusalem, capite. 33. [Et factum est verbũ &c.] Prima, in duas. Primo, consolatur eos verbo. Secundo, designat consolationem facto. cap. 32. [verbum, quod factum est &c.] Prima, in duas. In prima consolatur eos ex euasione aduersitatis. In secunda, ex promissione prosperitatis. [In tempore &c.] Prima, in duas. In prima, promittit liberationem in generali. In secunda, prosequitur promissionem in speciali, ibi. [Et hæc verba &c.] Circa primum, duo facit. Primo, dominus ponit ad prophetam, prophetiæ conseruandæ præceptũ. [Scribe tibi omnia] quæ prædicta sunt, & quæ sequentur, quorum reuelationẽ iam intus susceperat, vt diu cõseruarẽt, in quo signat non cito implenda. Esa. 8. Sume tibi librũ grãdem, & scribe in eo stilo hominis. Velociter spolia detrahe, cito prædare. Abac. 2. Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum. Secundo, promittit liberationis beneficiũ [Ecce enim cõuertã] idest reuocabo de terra captiui atis, quantum ad terminum a quo [conuersionẽ] quia non omnes, sed tantum illos qui tali conuersione erunt digni [Israel] decẽ tribus, quantum ad illos qui ad Ezechiam regem in Hierusalem venerunt. Paral. 30. Nã cum eis captiuati sunt, & eis redeuntibus redieruut. Vel referẽdum est ad conuersionem factam ad fidem Christi [Et conuertã] quantum ad terminum ad quem. Psa. 125. In conuertendo dominus capciuitatem Syon, facti sumus sicut consolati.

b ¶ Hic prosequitur liberationis partes. Et primo, promittit eis liberationẽ ab hostiũ seruitute. Secundo, a multiplici destructione quã sustinuerunt, ibi. [Quia hæc dicit dominus &c.] Circa primum, duo. Primo, proponit oppressionem pristinam, quã designat proponens hostium timorem. [Vocem terroris] longe ante a prophetis prænunciatam [formido, & non est pax] aliquo auxilium ferente. Iob. 15. Sonitus terroris semper in auribus illius. Et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur. Timoris expressionem ex gestu corporis, quia ad similitudinem parturientium manus ad lumbos conuertebant præ stupore. [Interrogate] Psal. 47. Ibi dolores vt parturientis. Et ex immutatione tuboris. [Et couersæ sunt in auruginem] quæ est color niger permistus rubedini, contingens iratis, & ex vento vrente. Esa. 13. Facies combustæ vultus eorum. Ioelis. 2. Omnes vultus redigẽtur in ollam. Proponit etiam timoris & anxietatis magnitudinẽ Væ quia magna] magnitudine tribulationis [dies] captionis Hierusalem. Sopho. 1. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris &c. Secundo, promittit salutem futuram. Et primo, promittit liberationem. [Et ex ipso] scilicet tempore quàmuis malo. Osee. 1. Saluabo eos in domino deo

deo suo. Secundo, salutis modum & ordinem, promittens liberationem a seruitute, excludens hostium imperium [& erit illa, iugum] ipsum Nabuchodonosor. [Et non dominabitur] quod impletũ est tempore Symonis 1. Mach. in fine. Vel referendum ad liberationem factam per Christum de potestate dæmonum. Esa. 9. Iugum enim oneris eius, & virgã humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Et promittens optatum imperium [sed seruient]. i. alicui qui erit vobis sicut Dauid, sicut Symoni, & Ionathæ. Vel Zorobabel, qui fuit de stirpe Dauid, vel Christo. Dauid autẽ imperium erat eis maxime desideratum propter prosperitatẽ, & pacẽ quam tẽpore ipsius habuerunt, & quia non oppresserat eos seruitute, sicut Salomon. Ezec. 3. Dauid seruꝰ meus princeps eorũ in perpetuum. Prouidet etiam liberationem a captiuitate, excludens timorem. [Tu ergo ne timeas.] Esa. 43. Noli timere quia ego tecum sum. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. Et ponens liberationem, quantũ ad terminum a quo. [Quia ecce ego] Zachar. 8. Ecce ego saluabo populum meũ de terra orientis, & de terra occasus solis, & adducam eos, & habitabunt in medio Hierusalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in deum, in veritate, & in iustitia. Et quantum ad terminum ad quem. [Et reuertetur, & quiescet,] quantum ad pacis tranquillitatem [& in cunctis] quantum ad rerum vbertatem. Esa. 32. Sedebit populus meus in multitudine pacis & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta. Tertio, ostendit salutis authorem. Et primo, ponit saluatoris præsentiam. [Quoniam ego.], Supra 20. Dominus mecũ est tamquàm bellator fortis. Idcirco qui persequuntur me cadent & infirmi erunt, & confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod numquàm delebitur. Secundo, in hostes vindictam [faciam enim consumationem] ad finem consumptionis perducet eos. Esai. 10. Consumationem & abbreuiationem dominus deus exercituum faciet, in medio omnis terræ. Tertio, ad vos conseruationis misericordiam. [Te autem] vt scilicet non sint tuæ reliquiæ. Supra 5. Veruntamen in diebus illis ait dominus, non faciam vos in cõsumationem. Quarto, infert moderatam pœnam ad castigandum [castiga bo te.] supra 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. [In iudicio] æquitatis.

c ¶ Hic promittit liberationem a destructione & afflictione magna, quam sustinuerant. Et circa hoc, duo. Primo, proponit præcedentem destructionem, ostendens ipsius magnitudinem, quia quasi hæc erit castigationis quantitas, vt in virtute humana reparari non possis [fractura] quæ dicit interruptionem continuitatis, & significat destructionem hominum, vel ciuitatum [insanabilis] quantum in se est, licet deus saluare possit propter magnitudinem. [pessima] propter profunditatem. Tren. 2. Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Excludens etiam humani auxilii subuentionem, siue per indicium iustitiæ iudicantis de iniuria illata [non est qui iudicet] contra hostes [ad alligandum] sicut qui curant plagas ligant emplastra super ipsas. Esa. 59. Vidit dominus & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. Siue secundum affectum amicitiæ subuenientis [vtilitas non est tibi] ab amicis, scilicet, quia vere medicum offendisti. Tren. primo. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Ostendens etiam pœnæ æquitatẽ, assignans pœnæ causam [plaga enim inimici] qui percutit ad mortem, quia est insanabilis [crudelis] quia profunda [propter multitudinem] vnde oportuit esse magnam plagam, quæ omnia apostemata comprehenderet [dura] quantum ad obstinationem, & ideo oportuit eam esse vehementem & profundam quæ vsque ad intima penetraret. Tren. secundo. Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia menia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia iuda humiliatam. Et excludit murmurantium quærelam. [Quid clamas] murmurando? Non possunt sanari, nisi puluere mordacissimo, quo putridas carnes, & insanibiles amputarem. Tren. 3. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis? Secundo, promittit liberationem. Et primo, promittit subuentionis beneficium, quãtum ad vindictæ iudiciũ contra iniuriam illatam in personis, quia non est alius qui liberet [qui comedunt] occidendo [hostes] captiuantes te, supra secundo. Omnes, qui deuorãt eum delinquunt, mala venient super eos dicit dominus. Et contra iniuriam illatam in rebus. [Et qui te vastant] quantum ad bona immobilia. [prædatores] quàntum ad mobilia. Esa. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Et quãtum ad curatoris amicabilem affectum, ponens curationem. D [Obducam] idest ita perfecte curabo, quòd nec vestigium appareat præcedentis plagæ. Psal. 146. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Hæc sub Zerobabel, quando Assyrios idest Niniuem vastauerunt Babylonii, & Chaldæi, & ipsos Medi, & Persæ. Et tunc obducta est cicatrix &c. Et assignat rationem. [Quia eiectam vocauerunt] scilicet hostes. Prouer. 24. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat dominus & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Insultatio enim hostium est causa diuinæ miserationis. Secundo, ostendit subueniendi modum. [Hæc dicit dominus.] Et primo, quantum ad modum vindicandi. [Ecce turbo.] Circa primum, Primo, promittit restauratio nem ædificiorum omnium generaliter [conuertam] idest restituam ad statum pristinum [tabernaculorum] domorum. Esa. 61. Aedificabunt deserta populorum & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas, & dissipatas in generatione, B & generationem. Et quantum ad principalia specialiter. [Et ædificabitur ciuitas] idest Hierusalem. Esa. 44. Qui dico Hierusalem habitaberis, & ciuitatibus Iuda ædificabimini & deserta eius suscitabo. Secundo, promittit prosperitatem hominum, q̃tum ad cordis iucunditatem. [Et egredietur] Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis. Quantum ad populi multitudinem [multiplicabo eos, & non minuentur] quantũ in me est, & nisi ex culpa eorum proueniat. Psal. 138. Dinumerabo eos & super arenã multiplicabuntur. Vel intelligendum de his, qui ad Christũ conuertuntur. Et quantum ad hominis exaltationẽ [& glorificabo] vel corporaliter, vel spiritualiter, quantum ad virtutis sanctitatem [& erunt filii eius sicut a principio] idest similes sanctis patribus [coram me] per vitæ munditiam. [Et visitabo] quia defendam eos, & vindicabo. Iob. 29. Quis mihi tribuat vt lim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus deus custodiebat me? Tertio, quantum ad rectorum bonitatẽ, ponẽs Primo, ipsorum propinquitatẽ, q̃a ex eo-

hostes tui in captiuitatem ducent. Et omnes qui te vastant vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. Obducam enim cicatricem tibi, & a vulneribus tuis sanabo te, dicit dominꝰ. Quia eiectam uocauerunt te, Syon hæc est, quæ nõ habebat requirentem. B Hæc dicit dominus. Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor. Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus voxque ludentium, & multiplicabo eos & non minuẽtur, & glorificabo eos & non attenuabuntur, & erunt filij eius, sicut a principio, & cætus eius corã me permanebit. Et visitabo aduersum omnes qui tribulant eum, & C erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur. Et applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suũ, vt appropinquet mihi, ait dominꝰ? Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in deum.

ueas Israel, quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuũ de terra captiuitatis eorum. Et reuertetur Iacob & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quẽ formidet, quoniam tecũ ego sum, ait dominus, vt saluem te. Faciam enim consumationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te, te autem non faciam in consumationem, sed castigabo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius.

c ¶ Quia hęc dicit dominus. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum curationem tuam, utilitas non est tibi. Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent. Plaga enim inimici percussi te, castigatiõe crudeli. Propter multitudinẽ iniquitatis tuę, dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus? Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua, feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur, & vniuersi

dem genere [& erit dux]hoc refertur ad Zorobabel, vel ad Christum. Osee. 2. Dabo eis vinitores. Secundo, eorum sanctitaté. [Et applicabo eum & accedet] per iustitiam. [Quis enim iste est] in quo ostenditur author applicandi, quia nullus applicatur nisi a deo tractus. Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Tertio, tangit iustitiæ vtilitaté. [Et eritis mihi.] Ecclesi. 10. Qualis est rector ciuitatis, tales, & inhabitátes in ea. d ¶ Hic ponit modũ vindictæ. Et primo, comminatur pœnam [Ecce turbo,] vt dispergat sicut commotio aeris puluerem ꝑ captiuitatem [procella] vt absorbeat per mortem, sicut fluctus maris [impiorum] qui afflixerunt Iudæos, & qui de malis non sunt emendati [conquiescet] quasi, pœna permanens. Esa. 30. Erit trãsitus virgæ fundatus quã requiescere faciet dominus super eum. Secundo, excludit misericordiam. [Non auertet]. Esa. 5. In omnibus his non est auersus furor domini, sed adhuc manus eius extenta. Tertio, promittit scientiam horum. [In nouissimis] quando scilicet omnia ista contigerint. Psalm. 9. Cognoscetur dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

d ¶ Ecce turbo domini furor egrediens, procella ruens in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. In nouissimo dierum intelligetis ea.

a CAP. XXXI.

IN tempore illo dicit dominus, Ero deus vniuersis cognatiõibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. Hæc dicit dominus. Inuenit gratiam in deserto populus, qui remã serat gladio. Vadet ad requiem suã Israel. Longe dominus apparuit mihi, Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. Adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in mõtibus Samariæ. Plantatabunt plantãtes, & donec tempus veniat non vindemiabũt, quia erit dies in qua clamabunt custodes in mõte Samariæ in mõte Ephraim. Surgite & ascẽdamus in Syon ad dominũ deum nostrum. b ¶ Quia hæc dicit dominus. Exultate in lætitia Iacob, & hinnite cõtra caput gentium, personate & canite & dicite, Salua domine populum tuum reliquias Israel. Ecce ego adducam eos de terra aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ, inter quos erunt cæcus & claudus & pregnans & pariens simul, cætus magnus reuertentium huc. In fletu venient, & misericordia reducam eos. Et adducam eos per torrẽtes aquarum in via recta & non impingent in ea, quia factus sum Israeli pater, & Ephraim primogenitus meus est. c ¶ Audite verbum domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite. Qui dispersit Israel congregabit eum, & custodiet eum sicut pastor gregem suum. Redimet enim dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in mõte Syon, & confluent ad bona domini super frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorum & armentorum, eritque anima eorũ quasi ortus irriguus, & ultra non esuriẽt. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul. Et conuertã luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo a dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis adimplebitur, ait dominus. d ¶ Hæc dicit dñs. Vox in excelso audita est, lamẽtationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos & nolẽtis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit dñs. Quiescat vox tua a ploratu & oculi tui a lachrymis, quia est merces operi tuo ait dñs. Et reuertentur de terra inimici, & est spes nouissimis tuis ait dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. e ¶ Audiens audiui Ephraim transmigrãtẽ. Castigasti me dñe & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Cõuerte me, & conuertar, quia tu dñs deus meus. Postquàm .n. cõuertisti me egi pænitentiã, & postq̃ ostẽdisti mihi, percussi femur meũ. Cõfusus sum & erubui, qm̃ sustinuisti opprobriũ adolescẽtię meę. f ¶ Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserãs miserebor eius, ait dominus. g ¶ Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti. h ¶ Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga? Quia creauit dñs nouũ super terrã, Femina circundabit virum. i ¶ Hęc dicit dñs deus Israel. Adhuc dicẽt verbũ istud in terra Iuda

CAP. XXXI.

HIc consolatur eos ex promissione prosperitatis. Et circa hoc, duo facit. Primo, promittit prosperitatem gentis. Secundo, ampliationem ciuitatis, ibi. [Ecce dies veniunt &c.] Prima, in tres. In prima, consolatur decem tribus. In secunda, duas, ibi. [Hæc dicit dominus &c.] In tertia, vtrasque, ibi. [Ecce dies veniunt &c.] Prima, in tres. In prima, ponitur destructi populi restauratio. In secunda, restaurationis ordo, ibi. [Quia hæc dicit dominus, exultate &c.] Circa primum, tria. Primo, promittit eis restaurationem ad religionis cultum. In tempore illo] vel post reditum de Babylone [vniuersis] quantũ ad illos de decem tribubus, qui duabus adhæserunt, vel quantum ad omnes, quia omnis Israel saluus fiet, postquàm plenitudo gentium introierit. Ad Roma. 11. Apoc. 20. Ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Secundo, promittit restaurationem ad natiuitatis locum, promittens reuocationis beneficium [populus a gladio] Babylonis [in deserto] in terra captiuitatis in qua a deo deserti videbantur, per quam purgati ad terram suam redierunt, sicut per desertum ad terram ꝓmissionis quondam. [Inuenit gratiam] idest hanc misericordiã apud deum, quòd [vadet ad requiem] idest ad terram suam, in qua pacifice requiescet: quod potest mistice exponi quantum ad pacem quam tempore Symonis Machab. habuerunt 1. Mach. 14. Esai. 22. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Determinans reuocationis tempus [longe] antequàm futurum sit [apparuit] reuelans futuram liberationem. supra 28. Confrigam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos, dierum de collo omnium gentium. Abach. 2. Adhuc visus procul & apparebit in finem, & non mentietur. Et ostendens reuocantis affectum. [In charitate perpetua] quasi dicat, non ad tempus, sed in perpetuum tibi bona largitus est [attraxi] ad locum tuum [miserans] misericordiam exterius beneficio complens. Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. supra 2. Recordatus sum tui miserãs adolescentiam tuam & charitatem desponsationis tuæ. Tertio, promittit recordationem ad prosperitatis statum. Et primo, promittit prosperitatem, quantum ad reparationem gentis. [Rursumque ædificabo] secundum methaphoram, qua dicitur domus Israel. supra 24. Aedificabo eos, & non destruam, plãtabo eos & non euellam: quantum ad iucunditatem cordis, [virgo Israel, ornaberis tympanis tuis] idest ornata incedes ludens ad tactũ tympani. Esa. 30. Lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montẽ domini ad fortẽ Israel. Et quantum ad tranquillitatem pacis. [Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ] propter tres ciuitates quæ additæ sunt Iudęis 1. Mach. 10. [Plantabunt, donec tempus veniat.] quasi dicat, propter timorẽ hostium non præoccupabunt tempus vindemiæ. Esa. 65. Plãtabunt vineas & comedent fructus earũ. Secundo, assignat prosperitatis rationem. [Quia ecce dies] in quo significatur reuersio ad cultũ dei, ad quem mutuo se exhortantur [in Syon] & non in Bethel ad vitulos Hieroboam. 3. Reg. 12. Et Esa. 2. Venite ascendamus ad monte domini & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias & ambulabimus in semitis eius.

b ¶ Hic prosequitur operationis ordinem. Et circa hoc, duo. Primo, inducit eos ad exultationẽ. [Exultate in lętitia] Psa. 80. Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. Ad quã exultationẽ exprimendã, indicit hostium insultationẽ [& hinnite] insultantes [cõtra caput gentiũ] .i. regẽ Babyloniæ, vel Assyriorũ qui captiuauit vos. Abac. 2. Nũquid non repẽte consurgent q mordeant te, & suscitabũtur lacerantes te, & eris in rapinã eis? Et etiã diuinã laudẽ [personate] in psalteriis & huiusmodi. Secundo, ponit liberatiõis ordinẽ. [Ecce ego] describẽs reuersionis terminũ a quo [de terra aquilonis] & reuertentiũ cœtũ [inter quos] q. d. Nullus vel aliqua corporis infirmitate a reditu impedietur, & hoc, quia securi veniẽt. Esa. 35. Erit saliẽs sicut ceruus claudus. Et ẽt reuersionis modum [In fletu] quidã ꝑ lætitiã reuersiõis, & quidã videntes terræ vastitatẽ 1. Esdr. 3. Nec poterat quisq̃ cognoscere vocẽ clamoris lætãtiũ, & vocẽ fletus populi [& in misericordia] a rubore mẽtis. Esa. 54. In miserationibus magnis cõgregabo te [per torrentes aquarum] ꝑ quas nauigantes faciliter vadunt & iuxta eos sunt viæ bonæ, i quo excluditur labor itineris & tędiũ. Prou. 3. Ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. Tertio, assignat rationem ex paterno affectu, quo ad eos moue tur. [Quia factus sum pater.] Vnde sicut pater, non possum dimittere, quin eorum miserear. Inter omnes enim populos primogenitus Israel. Exod. 4. Filiis aũt Ioseph data sunt primogenita, sicut dicitur 1. Paral. 5. in quo Ephraim manasse prælatus est. Gen. 48. unde relinquitur Ephraim primogenitum esse.

c ¶ Hic ponitur diuulgatio liberationis. Et primo, excitat gẽtes ad attẽtionẽ. [Audite] vt oẽs in ipso cõfidãt qui taliter liberare potest. Esa. 49. Audite insulæ & attendite populi de longe. Secũdo, ꝓnũtiat populi liberationẽ, nõ impediente diuina indignatione, quia [qui dispersit.] Esa. 40. Sicut pastor gregẽ suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Nec impediente detinentium potestatẽ. [Redemit] quondam ab Aegyptiis & [potentioris] .i. Chaldæi. Psal. 71. Liberauit pauperẽ a potẽte, & pauperẽ cui nõ erat adiutor. Tertio, promittit

promittit liberatis prosperitatem. Et primo, quantum ad oẽs, promittit religionis debitam obseruantiam [in monte Syon] nõ in Bethel ad vitulos. Esa. 51. Qui redempti sunt a dño reuertentur, & venient in Syon laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Et temporalium bonorum affluentiam, ponens bonorum fertilitatem q̃tum ad terræ nascentia quæ in cibum nostrum ꝑducũtur, & condiuntur, quantũ ad aĩalia. [Et cõfluẽt & laudabunt] deum [super frumento, vino] Gẽ. 27. Frumẽto vino & oleo stabiliui eum. Et possidentiũ satietatem. [Eritque aĩa eorum quasi ortus irriguus,] qui pluuiam non expectat. Hoc potest intelligi de bonis spiritualibus collatis per Christũ, quod nunc ex parte in futuro ex toto cõplebitur. Apoc. 20. Non esurient neq; sitient amplius, neque cadet super illos sol neque vllus ęstus. Et cordis lætitia, quantum ad signa lætitię [Lętabitur virgo] supra 30. Egrediẽt de eis laus voxq; ludentium, & multiplicabo eos &c. Et q̃tũ ad cessationẽ tristitiæ [conuertã luctũ] Thob. 3. Post tẽpestatẽ tranquillũ facis, & post lachrymationẽ & fletũ, exultationẽ infundis. Secundo, specialiter quantum ad sacerdotes [Inebriabo] .i. abundanter satiabo [pinguedine] abundãtia oblationum & sacrificiorum [& populus adimplebitur] vt deo offerre possit. Hoc aũt spiritualiter intelligit de pinguedine deuotionis. Psa. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

d ¶ Hic ponitur flentium consolatio. Et primo, inducit matris fletum. [Rachel] quæ fuit mater Ioseph [plorantis destructionẽ filiorũ suorum] Figuratiue loquitur, sed hoc dr̃ hiperbolice, in parentes mortuos, tristitiam redundare de filiorũ aduersitate. Vel quia in Romana captiuitate iuxta sepulchrum Rachelis Iudæi captiui ducti sunt & venditi: vel quia figuratiue dicitur plorare pueros iuxta se occisos, cum ipsa iuxta Bethleem sepulta sit, sicut habetur. Gen. 35. [Lamentationis] quæ fit verbis dolorẽ exprimentibus [fletus] quantum ad emissionem lachrymarum [luctus] quantum ad quandam obseruantiam in expressione doloris, sicut fit in mutatione vestium & huiusmodi supra 3. Vox in viis audita ploratus & vlulatus filiorum Israel, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt dñi dei sui. Excludit consolationis remedium [& nolentis, quia non sunt] reuersi cũ aliis, quia ad nihilum redacti sunt. Osee. 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Secundo, impendit consolationis remedium. [Hæc dicit dñs] [Vox] quantũ ad lamentationem [oculi] quantum ad fletum. Apoc. 20. AbstergEt deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra &c. Tertio, promittit liberationis beneficium. Et primo, quantum ad terminum a quo, quia [merces] in quo ostenditur per meritum sanctorum patrum eos liberatos [inimici] Chaldæi. Esa. 40. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Secundo, q̃tum ad terminũ ad quem. [Et est spes nouissimis] ad significandum ꝙ in nouissimis temporibus reuertentur ad veram fidem & forte etiam ad terram suam mortuo Antichristo. Prouerb. 10. Expectatio iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit.

e ¶ Hic ponitur pænitentium susceptio, cui præmittitur confessionis cognitio. [Audiẽs audiui] .i. misericorditer exaudiui. Exo. 3. Vidẽs uidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, & clamorem eius audiui. Et subditur confessio. [Castigasti, quasi iuuenculus] qui difficile corripit & multis verberibus. Esa. 24. Sola vexatio intellectum dabit auditui. Secũdo, ponitur petitio [conuerte] Tren. vlt. Conuerte nos domine ad te & conuertemur, innoua dies nostros sicut a principio. Tertio, assignat petitionis rõ ex pænitentia, quam inchoauit. Vnde primo, ponit pœnam [postq̃ .n. conuertisti] infundendo gratiã [postquàm ostendisti] flagellis peccata [percussi femur meum] interiorem dolorem, exteriori ꝑcussione designãs ad modũ hominis dolentis: vel percussi femur, uoluptates carnales reprimendo. Iob. vlt. Auditu auris audiui te nũc aũt oculus meus videt te. Secundo, ponit pænitentiam, quia ex pœna quam sustinuit peccatum recognoscens, confusionẽ passus est, quæ signũ pęnitentiæ fuit [confusus sum] interius [erubui] exterius. [Qm̃ sustinuisti opprobriũ] .i. pęnam & cõfusionẽ pro peccatis [adolescentiæ meæ] Et nominat adolescẽtiam, tempus ante conuersionẽ. q. d. ꝙ ex ignorantia peccauit. Iob. 13. Scribis contra me amaritudinem, & consumere me vis peccatis adolescẽtię meæ.

f ¶ Hic suscipit pænitentem. Et primo, ponitur diuina miseratio. Secundo, pænitentis instructio, ibi. [Statue tibi &c. Tertio, ipsius reuocatio. ibi. [Reuertere virgo &c.] Circa primũ duo. Primo, ponit misericordiæ rationem ex parte populi [si filius honorabilis] q. d. Numquid non filius honorabilis: ꝑꝑ ius primogenituræ [si puer delicatus] ꝑꝑ teneritudinẽ ætatis, quia Ioseph quasi minimus filiorum Iacob. Et Ephraim minor filiorum Ioseph. Et hæc duo prouocãt patres magis ad miserandum. Osee. 11. Puer Israel & dilexi eũ, & ex Aegypto vocaui filium meũ. Ponit etiam rõnẽ ex parte dei [q.a. ex quo locutus sum] quasi dicat. Nõ decet vt verba dei irritentur [recordabor] verborum. Num. 23. Dixit & non faciet? locutusque est, & non implebit? Secundo, ostendit miserationem. [Idcirco conturbata] antropospatos, in quo interior compassio [miserans] in quo exterior subuentio. Osee. 11. Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est plenitudo mea.

g ¶ Hic ponitur pænitentis instructio. [Statue tibi speculam] vt consideres ꝓspera, q̃ nuntiantur, vel viam per quã redeas [amaritudines] solicitudinum de reditu. [Dirige] cõsidera viã per quã venisti vt ꝑ eam redeas, vel melius [speculam] contemplationis. [Amaritudines] pro peccatis præteritis [in viam rectã] .i. in viam iustitiæ, per quam patres tui ambulauerunt. Apocal. 2. Memor esto vnde excideris, & age pænitentiam, & prima opera fac.

h ¶ Hic ponitur reuocatio ipsorum in terram suam. Et primo, ponitur reuocatio. [Reuertere, vsquequo deliciis dissolueris filia vaga.] Hoc dicitur quantum ad illos, qui absorti delitiis Chaldæorum, in terram promissionis reuerti nolebant, qui recte propter mollitiem, mulieres uocantur. supra 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus & ego suscipiam te. Secundo, ponitur reuocationis ratio ex Christi incaratione, quæ omnes inducere debet vt a delitiis recedant, [quia creauit] quia sola diuina virtute agente, conceptio illa facta est. [Femina] propter fragilis sexus conditionẽ [circundedit] in vtero suo [virum] Christum ab initio cõceptionis suę perfectum in scientia & gratia. Vnde ad terram in qua nouum hoc euenire debet, debetis properare. Eph. 4. [Induite nouum hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Zach. 6. Ecce vir, oriens nomen eius. Et subter eum orietur. Et ædificabit templum domino.

i ¶ Hic ponit consolatio specialiter ad duas tribus. Et primo, ponitur læta annũtiatio, q.a annũtiat religionis sanctitatẽ. [Adhuc dicent] dñm & templum ipsius laudantes, non idola [pulchritudo iustitię, mons sanctus] .i. mons Syon: ex eo .n. doctrina legis & iudicium in totũ regnũ diffundebatur ꝑꝑ sacerdotes & reges, q ibi morabãtur. 144. Psal. Magnus dñs & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Vel mons, idest Christus. Dan. 2. Lapis excisus de monte. Promittit etiam pacis securitatem, [& habitabunt.] Esa. 62. Non uocaberis vltra derelicta, & terra tua non uocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur. Promittit etiam bonorũ vbertatem [quia inebriaui] abunde repleui [animã lapsam] pristinis

nis tribulationibus. Psal. 106. Quia satiauit animam inanem, & animam esurientē satiauit bonis? Secundo, ponitur annuntiatio exultatio [ideo quasi de somno] diuina scilicet reuelatione [dulcis] propter visam prosperitatem. Possunt etiam esse verba populi. Et somnus significat præcedentem miseriam [dulcis] inquātum misericordiam consequitur. Psal. 3. Ego dormiui & soporat^o sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me. Eccl. 5. Dulcis est somnus operāti^s, siue parum siue multum comedat &c.

k ¶ Hic consolatur cōster vtrosq;. Et primo, ponit promissio. Secundo, promissionis confirmatio, ibi, Hæc dicit dñs &c.] Circa primum, duo. Primo, promittit bona temporalia, quantum ad hominū & iumentorum multiplicationem [seminabo] quasi seminando multiplicabo. Zachar. 2. Absque muro habitabitur Hierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius. Quantum ad destructorum reparationem, [sicut vigilaui] diligenter expleui quæ comminatus fuerā, [vt euellerem] tollēdo omne præsidium, in quo sicut in radice firmabantur [demolirer,] idest destruerē, quantum ad occisionem hominum, & desolationem ciuitatum [dissiparē] sepem auxilii humani, & angelici, auferendo [disperderē] captiuitatem in diuersa loca [affligerem] graui onere seruitutis captiuatos. Zach. 8. Sicut cogitaui vt affligerem vos cum ad iracundiam prouocassent patres vestri me dicit dñs, & non sum misertus, sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam domui Iuda & Hierusalem. Et quantum ad pœnæ immunitatem pro peccatis patrum. In diebus illis. Ezech. 18. Quid est, quòd inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Secundo, promittit bona spiritualia. [Ecce dies]. Et primo, promittit fœderis innouationem [dies] scilicet gratiæ [fœdus nouum] nouum testamentum. Hoc est euangelium [dominatus] crudeliter & potestatiue vlciscendo. Esa. 55. Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Secundo, ponit pacti tenorem, [sed hoc erit pactum, legem] euangelium [in visceribus] non in tabulis lapideis. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. Tertio, ponit pacti veritatem. Primo, quantum ad obedientiam. [Et ero eis.] Ezech. 36. idem. Secundo, quantum ad sapientiam. [Et non docebit] in quo excludit docendi necessitatem. Et hoc quidem impletur in præsenti tēpore, quantum ad hoc quòd non p prophetiæ rationes & humanas inuentiones in diuinam veritatem venimus, neque etiam per Iudaicas traditiones, sed in futuro ex toto complebitur. Matth. 23. Nolite vocari Rabbi, Vnus est enim magister vester. Et assignat rationem. [Omnes enim cognoscēt me.] Esa. 54. Ponam omnes filios tuos doctos a domino, & multitudinem pacis filiis tuis. Io. 15. Omnia quæcumque audiui a patre meo, nota feci vobis. Tertio, quantum ad peccatorum munditiam [quia propitiabor] Psa. 102. Qui propitiatur oībus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

l ¶ Hic ponitur promissionis confirmatio. Et primo confirmat ex creaturarum immutabilitate, proponens promittentis potestatem [qui dat Solem.] Psal. 135. Qui fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis, quasi dicat. Qui hæc fecit immobilia, etiam promissionem suam firmare potest. Et comparationem [si defecerint leges istæ] quasi dicat, sicut nō deficient vsque ad finem mundi, ita nec semen Israel quantum ad illos, qui saluantur. Esa. vltim. Sicut cæli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me dicit dominus deus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Secundo, ex creaturarum immutabilitate. [Hæc dicit dominus.] Et primo, proponit mensurandi impossibilitatem. [Si mensurari] humano ingenio. Esa. 40. Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? Secundo, proponit p̄ misionem. [Et ego abiiciam] quasi dicat, sicut illud est impossibile; ita & istud [vniuersum semen] quia aliquos ex eis abiecit. Tren. 3. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.

m ¶ Hic promittitur vrbis reparatio. Et primo, promittit reædificatio. [Et ædificabitur.] Esa. 44. Qui dico Hierusalem habitaberis, & ciuitatibus Iudæ ædificabimini, & deserta eius suscitabo. Secundo, ponitur ampliatio [a turre Hanameel.] Quam quidem dicebant esse in Anatoth, quod Hyeronimus in glosa excludit [vsque ad portam anguli] vbi duo muri conuingebantur [vltra normam] pristinam [super collem Gareb] qui interpretatur scabies, vbi forte leprosi extra vrbem morabantur [Goatha] interpretatur gens peccatrix, vbi morabantur illi, qui pro aliquo peccato immundi erant [vallem cadauerum] vbi erant populi sepulchra [cineres] vbi proiiciebantur cineres mundi, sicut de sacrificiis, vel immundi, sicut de domibus leprosorum & huiusmodi. [mortis] vbi malefactores occidebantur. [vsque ad angulum portæ equorum, orientalis.] Non enim vndique poterant equi ascendere propter montis asperitatem. Esa. 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Tertio, ponitur duratio [sanctum domini] idest sanctuarium, scilicet templum, vel tota ciuitas, quæ domino sanctificata erat. supra 3. Vocabunt Hierusalem solium domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine domini in Hierusalem. Esa. 33. Tabernaculum quod nequaquàm transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur. Iudæi exponunt hoc de aurea Hierusalem, quod Hieronymus improbat in glosa, & exponit de ecclesia, quæ in se & perfectos & imperfectos & peccatores colligit, qui significantur per loca immunda extra ciuitatem. Potest etiā aliter dici, id impletū fuisse sub Esdra. Vnde habetur Nehemiæ, 3. quia inceperunt ædificare Hanameel. Et ad literam, forte aliquod spatium ciuitati addiderunt. Quod dicitur imperpetuum manere, intelligitur si nō peccauerint. supra cap. 18. Si fecerit malum in oculis meis vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei.

a CAP. XXXII.

Hic consolatur eos, facto. Et primo, designat prophetiæ tempus, ex regis tempore [in anno, ipse est] vt colligit, ex his quæ dicta sunt. supra cap. 25. Quia quartus annus Ioachim erat primus Nabuchodonosor. Ex vrbis obsidione [tunc exercitus.] Esa. 29. Circundabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciam cōtra te aggeriem, & munimenta ponam in obsidionem tuā. Et prophetæ carcerē, ponēs carceris miseriam. [Et Hieremias, carceris] Tren. 3. Circumædificauit aduersum me vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Et assignat causam. [Quare vaticinaris]quia prædicebat, vrbis captionē. [Ecce ego dabo,] regis captiuitatem. [Et Sedechias rex.] Et bellorum aduersitatem. [Si autem dimicaueritis.] supra 21. Debellabo ego vos in manu extenta & in brachio forti: & in furore, & in indignatione, & i ira grādi, & percutiā habitatores ciuitatis huius. Vnde hoc capitulum secundum historiā est illi continuandum. Secundo, ponitur propheticum factū. [Et dixit Hieremias] Et primo, ponitur emptio. Secundo, facti expositio, ibi [Et dedi librū &c.] Tertio, expositionis confirmatio, ibi. [Et orauī &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur venditoris inuitatio ad emendum, ponens reuelatum sibi inuitationis verbū [Ecce Anameel, tibi enim competit.] ne tribus commiscerenē præceperat dominus vt possessiones venderentur illis, qui essent de eadem cognatione. Num. 11. quod præcipue in possessionibus leuitarum obseruabatur. Ponit etiam inuitantis aduentum. [Et uenit ad me Anaemeel, secundum verbum] quod non potest in cassum ire. Numer. 23. Dixit & non faciet, locutus est & non implebitur? Secundo, ponitur emptio. [Intellexi] prophetali spiritu, alias stultum videbatur tali tempore agrum emere: in quo etiam notatur prophetæ obedientia, supra. 17. Ego nō sum turbatus te pastorem sequēs, & diem hominis non desideraui, tu scis: & ponitur pretii solutio. [Et appendi] in statera ponderis [septem stateres] idest siclos, quorum quilibet habet 20. obolos. Ezech. 45. [Argenteos] idem quòd stateres. Tertio, ponitur emptionis confirmatio [scripsi, signaui] sigillis venditoris & testiū, [stipulationes] quando vno interrogante & alio respondente, roboratur contractus [rata] idest ratificatio venditionis. Esa. 8. Adhibui mihi testes fideles &c.

b ¶ Hic ponitur emptionis expositio. Et primo, tradit librum [in oculis, qui sedebant] qui venerāt ad consolandum & consultandum, quia res ad omnes pertinebat. Ezech. 12. Egredieris vespere coram eis sicut egreditur migrans. Secundo, indicitur diligens custodia. [Et præcepi, qui apertus] idest non sigillatus, vt quando mitterent, inspici posset. Osee. 12. In manibus prophetarum assimilatus sum. Tertio, assignatur in custodiam [& pones illos. Hæc dicit dominus.] Hoc est quod Hieremias supra dixit se intellexisse verbum dei. Zac. 8. Vinea dabit fructum suū, & terra dabit germen suum, & cælum dabit rorem suum &c.

c ¶ Hic ponitur expositionis confirmatio: quia enim verbis prophetæ non credebāt impetrat diuinā super hoc reuelationē, vt dubitationi eorū satisfaciat. Vnde, primo ponitur prophetæ oratio. Secundo, domini respōsio, ibi. [Et factum est &c.] Circa primum, tria. Primo, commendat diuinam iustitiam. Secundo, proponit iuste inflictam pœnam, ibi. [Qui posuisti &c.] Tertio, miratur præcepti p̄teriti causam, ibi [Et tu dicis &c.] Iustitia autem si adsit, facit hominem velle iusta. Vnde ad executionē ipsius duo alia requiruntur, videlicet, scire, & posse. Vnde ad perfectam executionē iustitiæ, ostendit perfectionē scientiæ & potentiē. Et primo, potentiæ, ponens rerum creationem. [Ecce tu fecisti] supra 27. Ego feci terram & homines & iumēta q̄ sunt super faciē terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, & dedi eam ci, q placuit in oculis meis. Et cōmendat potentiæ p̄fectionem. [Non erit tibi difficile] ex quo tam magna feci sti. Luc. 1. Non erit ipossibile apud deū omne verbū. Et subiungit iustitiæ executionē mistam cū misericordia. [Qui facit misericordiam] reddens bonis præmia [in millibus]. i. vsque in mille generationem, vt misericordia pœnæ præmineat. Exod. 20. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Et prorumpit in potentiæ commendationem, ex quo potentia, in misericordiæ iustitiam vertitur. [Fortissime] inquantum omnia sustentat. Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est [magne] inquantum virtutem eius multitudo creaturarum non exhaurit, quin infinita adhuc producere possit [potens] ad omnia faciendum. Sapien. 2. Subest enim tibi cum volueris, posse. [Dominus exercituum] quantum ad gubernationem, & præcipue rationalium, cælestium, terrestrium, & infernorum. Iob. 25. Numquid est numerus militum eius? Secundo, ostendit perfectionē scientiæ. Primo, cōmunicans scientię perfectionē [magnus consilio] idest, perfectus in sapientiæ dispositione. [Et incomprehensibilis cogitatu humano. Iob. 36. Ecce deus magnus vincens scientiā nostrā. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapiētiæ & sciētiæ dei, q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Secundo, ponit iustitiæ executionem [eius oculi.] Iob. 34. Oculi eius super vias hominum, & omnes egressus eorum considerat.

d ¶ Hic ponit pœnā Iudæis inflictam ex diuina iustitia, quæ vt ostendatur

a CAP. XXXII.

Verbum quod factū est ad Hieremiam a domino in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor. Tunc exercit^s regis Babylonis obsidebat Hierusalem, & Hieremias, ppheta erat clausus ī atrio carceris, q̄ erat in domo regis Iuda, dicens. Quare vaticinaris dicens, Hæc dicit dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam? Et Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed tradetur in manus regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducet Sedechiam, & ibi erit donec visitem eū, ait dominus. Si autem dimicaueritis aduersum Chaldęos, nihil prosperum habebitis. Et dixit Hieremias. Factum est verbum domini ad me, dicēs. Ecce Anameel filius Sellum patruelis tuus, veniet ad te dicens. Eme tibi aurum meū, qui est in Anatoth. Tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Anamel filius patrui mei secundum verbum dñi ad vestibulum carceris, & ait ad me. Posside agrum meum, qui est in Anatoth in terra Beniamin, quia tibi cō petit hæreditas, & tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem, q̄ verbum domini esset. Et emi agrū ab Anameel filio patrui mei, qui domini non euelletur, & non destruetur vltra in perpetuum.

a CAP. XXXII.

Verbum quod factū est ad Hieremiam a domino in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor. Tunc exercit^s regis Babylonis obsidebat Hierusalem, & Hieremias, ppheta erat clausus ī atrio carceris, q̄ erat in domo regis Iuda, dicens. Quare vaticinaris dicens, Hæc dicit dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam? Et Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed tradetur in manus regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducet Sedechiam, & ibi erit donec visitem eū, ait dominus. Si autem dimicaueritis aduersum Chaldęos, nihil prosperum habebitis. Et dixit Hieremias. Factum est verbum domini ad me, dicēs. Ecce Anameel filius Sellum patruelis tuus, veniet ad te dicens. Eme tibi aurum meū, qui est in Anatoth. Tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Anamel filius patrui mei secundum verbum dñi ad vestibulum carceris, & ait ad me. Posside agrum meum, qui est in Anatoth in terra Beniamin, quia tibi cō petit hæreditas, & tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem, q̄ verbum domini esset. Et emi agrū ab Anameel filio patrui mei, qui

b Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filii Maasiæ ī oculis Anameel patruelis mei, & in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudæorum, qui sedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hūc qui apertus est & pones illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit dominus exercituū, deus Israel. Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.

c ¶ Et orauī ad dominum postquā tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicēs. Heu, heu, heu, domine deus. Ecce tu fecisti cælū & terrā in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento. Non erit tibi difficile omne uerbum, qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinu filiorum eorum post eos. Fortissime, magne, & potens, dominus exercituum nom ē tibi. Magn^o consilio & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas vnicuique secūdum vias suas, & sm fructum adinuentionū eius.

d ¶ Qui posuisti signa & portenta

S. Tho. super Hier.

ostendat iusta, tria facit. Primo, ponit beneficiorum exhibitionẽ in liberatione miraculosa [vsque ad diem hanc] tua signa complentur. Vel tua fortitudo in salutem Israel & aliorum, apparet. Psal. 77. Fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Thaneos. Et in habitatione opulenta. [Et dedisti] Leu. 20. Possidete terrã eorum quã dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Secundo, ponit igratitudinẽ. [Et ingressi sunt] Deut. 32. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatat⁹, Dereliquit deum factorem suũ, & recessit a deo salutari suo. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Tertio, pœnæ inflictionem. [Et euenerũt.] Aba. 1. Ipse super omnẽ munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

e ¶ Hic miratur diuinam iussionem [& tu dicis mihi] quod mirum est, cum non sit nunc tẽpus emendi. Ezech. septimo. Qui emit non lætetur, & qui vendit nõ lugeat, quia ira super omnem populum eius.

f ¶ Hic ponit domini responsio. Et primo, proponit potentiam suam. [Nũquid mihi difficile.] Gen. 18. Quare risit Sarra vxor tua dicens, Num vero paritura sum anus? Nũquid deo quicquã est difficile? Secundo, ostẽdit ex tali potentia iuste inflictam pœnã, prædicens pœnã [ppea, hæc dicit domin⁹] supra 19. Erũt domus Hierusalem, & domus regum Iuda sicut locus Tophet, immundæ. Et subiungit culpam, ostendens culpæ cõtinuitatem. [Erãt. n. facientes ab adolescentia] quando exierunt de Aegypto. supra 3. Peccauimus nos & patres nr̃i ab adolescentia nostra, vsque ad diem hãc. Ostendens etiã culpæ vniuersalitatem [quia in furore, ædificauerunt] 1. Para. 11. [Propter malitiã] Esa. 1. A planta pedis vsque ad uerticẽ, non est in eo sanitas. supra 21. Posui faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait dominus. Ostendens etiam culpæ grauitatem, quantum ad diuinum contemptum. [Et verterunt] per inobedientiam ad modum contemnentium. Zach. 7. Verterunt ad me scapulas recedentes, & aures suas ag-

in terra Aegypti, vsque ad diem hanc, & in Israel & in omnibus, & tibi fecisti nomen sicut est dies hæc. Et eduxisti populum tuum Israel de terra Aegypti, in signis, & portẽtis & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno, & dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum, vt dares eis terram fluentem lacte & melle, & ingressi sunt & possederunt eam. Et non obedierunt uoci tuę, & in lege tua non ambulauerunt, Omnia quæ mandasti eis, vt facerent, non fecerunt, & euenerunt eis omnia mala hæc. Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem, vt capiatur, & vrbs data est in manus Chaldæorum & in manus regis Babylonis, qui præliantur aduersus eam a facie gladij, & famis, & pestilentiæ, & quæcumque locutus es acciderunt vt tu ipse cernis.

e ¶ Et tu dicis mihi domine deus, Eme agrum argento & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum?

f ¶ Et factum est verbum domini ad Hieremiam, dicens. Ecce ego dominus deus vniuersæ carnis. Numquid mihi difficile erit omne verbum? Propterea hæc dicit dominus. Ecce ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis & capiẽt eam, & venient Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. Erant enim filij Israel, & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua, filij Israel qui vsq; nũc exarcebant me, in opere manuum suarum dicit dominus, quia in furore & ĩ indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, a die qua ædificauerunt eam usque ad diem istam, qua auferetur de conspectu meo, propter malitiam filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam fecerũt ad iracundiam me prouocantes ipsi, & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes, & prophetæ eorum, viri Iuda, & habitatores Hierusalem. Et uerterunt ad me terga, & non facies, cum docerem eos & erudirem diluculo, & nollent audire ut acciperent disciplinam, & posuerunt idola sua in G domo, in qua inuocatum est nomen meum, ut pollluerent eam, & ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in ualle filij Ennon ut initiarent filios suos, & filias suas Moloch, quod non mandaui eis, nec ascẽdit ĩ cor meũ, ut facerent abominationum hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter ista, hæc dicit dominus deus Israel ad ciuitatẽ hanc, de qua uos dicitis, quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, H & in peste. Ecce ego congregabo eos de uniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi, & reducam eos ad locum istum & habitare eos faciã confidenter, & erunt mihi in populum & ego ero eis in deum, & dabo eis cor unum, & uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus, & bene sit eis & filijs eorum pòst eos, & feriam eis pactum sempiternum, & non desinã eis benefacere, & timorem meum I dabo in corde eorum ut non recedant a me, & lætabor super eis cũ bene eis fecero.

g ¶ Et plantabo eos in terra ista, ĩ ueritate, in toto corde meo, & in tota anima mea, quia hæc dicit dominus. Sicut adduxi super populum istum omne malũ hoc grande, sic adducã super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos, & possidebunt agri ĩ terra ista de qua uos dicitis, quòd deserta sit, eo q nõ remanserit homo & iumentũ, K & data sit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia & scribentur in libro, & imprimetur signũ, & testis adhibebitur in terra Beniamin, & in circuitu Hierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad austrum sunt, quia conuertam captiuitatem eorum, ait dominus.

F grauauerũt ne audirent &c. Quantum ad sacrilegium in pollutione templi [Et posuerunt idola.] supra 11. Quid est quòd dilectus meus in domo mea, fecit scelera multa? Et quantum ad sacrilegium iunctum homicidio [& ædificauerunt excelsa.] Psal. 105. Immolauerũt filios suos & filias suas dæmoniis. Tertio, promittit misericordiã. Et primo, tãgit desperationem. [Et nunc propter ista,] quia q̃tum ad omnia potẽs sum, sicut potenter puniui, ita potenter liberabo. [Dicitis] desperando [q tradatur.] supra 15. Qui ad gladium ad gladiũ, & q ad famẽ ad famẽ, & q ad captiuitatẽ ad captiuitatẽ. Secũdo, ponit pmissionẽ. [Ecce ego] Et primo, promittit reuocationẽ [congregabo.] Eze. 36. Tollam quippe vos de gentibus & congregabo vos de vniuersis terris, & adducã vos in terrã vestrã. Et promittit reuocatis securitatem. [Et habitare] supra 23. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Secundo, promittit reuersis pspritatem. Et primo, quantum ad bona spiritualia. Secundo, quantum ad tẽporalia, ibi [Et plantabo &c.] Circa primum, tria. Primo, pmittit sanctitatẽ, scilicet obedientiam ad deum. [Et erunt mihi.] Apoc. 20. Ipsi populus eius erũt, & ipse deus cum eis erit eorum deus. Et concordia ad proximum. [Et dabo.] Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Secundo, sanctitatis firmitatem. [Et feriam eis, & non desinam] quantum ad fructum sanctitatis quem tetigerat [timorem] quãtum ad sanctitatis donum. Esaiæ. 55. Feriam vobiscũ pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Tertio, sanctitatis acceptationẽ. [Et lætabor] i. acceptabo bona eorũ. Psa. 103. Lætabiť dñs in operib⁹ suis.

g ¶ Hic pmittit bona tẽporalia. Et primo, firmã patriæ habitationẽ. [Et plãtabo] vt nõ facile euellantur [in veritate] sine simulatione [corde] quantum ad cognitionem [anima] q̃tum ad voluntatem. supra 24. Aedificabo eos & non destruam, plantabo eos, & non euellam Et confirmat per similitudinem [Quia hæc dicit dominus, sicut adduxi] Baruch. 4. Qui adduxit sup vos mala,

la, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorũ. Secundo, promittit liberã rerũ professionẽ, ponens possessionis plenitudinem. [Et possidebunt agri] Esa. 34. Vsq; in æternum possidebũt eam, in generatione & generatione habitabunt in ea. Seundo, cõtractuũ libertatẽ. [Agri ementur pecunia.] Psal. 125. In cõuertendo dñs captiuitatẽ Syon, facti sumus sicut consolati.

a CAP. XXXIII.

Hic ponit consolatio specialiter ad duas trib⁹, & pcipue q̃tũ ad Hierusalẽ vbi erat sedes regni & sacerdotii. Et circa hoc, duo. Primo, ponit pphetiæ titulũ, in quo ponit pphetę carcerẽ [Cũ adhuc clausus] a Sedechia. Secundo, respectu præcedẽtis visionis secũdo factæ. Promittentis authoritatẽ. [Hæc dicit domin⁹, facturus] sicut artifex pparãdo materiã [formaturus] ducẽdo ad cõplemẽtũ formæ [paratur⁹] ordinando ad finem [Dñs nomen eius,] quia ipse singulariter dñs omniũ est. Psa. 82. Q.ñ nomen tibi dñs, tu solus altissimus super oẽm terrã. Promissionis firmitatẽ & magnitudinẽ. [Clama ad me] p populo orãs [& exaudiã te] nõ vt mala nõ inferã, sed vt post mala illata liberẽ. Et sic nõ est cõtrarium ei quod supra 7. dictũ est, Tu ergo noli orare p populo hoc, & nõ assumas pro eis laudẽ & orõnem, & nõ obsistas mihi, quia non exaudiã te [quæ nescis] i. non posses humana cõiecturatiõe suspicari. Esa. 48. Audita tibi feci noua ex tũc, & cõseruata sunt quæ nescis. Secũdo, ponit prophetiæ verbũ. Et primo, ponitur promissio quo ad populũ. Secũdo, quo ad regnũ & sacerdotium, ibi. [Ecce dies &c.] Circa primũ, tria. Primo, promittit inflictæ plagæ curationẽ. Secũdo, cordis iucunditatẽ, ibi. [Hęc dicit dñs, adhuc &c.] Tertio, pacis trãquillitatem, ibi [Hæc dicit dñs exercituũ &c.] Circa primũ, tria. Primo, tangit vulnus inflictũ [quia hæc dicit dñs] q̃tũ ad destructionẽ ædificiorũ [ad domos] Tre. 2. Præcipitauit dñs, nec pepercit, oĩa speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terrã, Et q̃tũ ad occisionem hominum [& ad gladiũ venientiũ] in auxiliũ in Hierusalem, vel de Gentilibus, vel de regno duarũ tribuum. [Et impleant] occasionaliter, qa ex eis fiduciã assumentes, restiterunt hostibus, & interfecti sunt [Abscõdens faciẽ]. i. subtrahens protectionẽ. Eze. 39. Scient gẽtes qm̃ in iniquitatibus suis capta sit domus Israel, & q dereliquerit me & q absconderim faciẽ meã ab eis. Secũdo, promittit curationis beneficiũ in generali [Ecce ego obducã] supra 30. Obducã cicatricẽ tibi, & a vulneribus tuis sanabo te. Et in speciali, q̃tum ad orationis exauditionem [& reuelabo] implendo intentũ [deprecationẽ] qua a me pacẽ adinuicẽ, & veritatem religionis petiuerunt. Esa. 39. Fiat tm̃ pax & veritas in diebus meis. Quantũ ad patriæ restitutionẽ. [Et cõuertã] supra 30. Cõuertã cõuersionẽ tabernaculorũ Iacob, & tectis ei⁹ miserebor. Quantũ ad peccati remissionẽ, ẽm purgationẽ a culpa [Et emundabo] Eze. 36. Mundabimini ab oĩbus inquinamẽtis

a CAP. XXXIII.

ET factum est verbum dñi ad Hieremiã secundo, cũ adhuc clausus esset ĩ atrio carceris, dicẽs. Hæc dicit dominus qui facturus est & formaturus illud, & paraturus, Dñs nomẽ eius. Clama ad me & exaudiã te, & annũtiabo tibi grandia & firma, quę nescis. Quia hæc dicit dñs deus Israel ad domos vrbis hui⁹, & ad domos regis Iuda quę destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladiũ veniẽtium vt dimicent cũ Chaldæis, & impleãt eas cadaueribus Dominũ quos percussi in furore meo & ĩ indignatione mea, abscõdẽs faciẽ meã a ciuitate hac pp omnem malitiam eorum. Ecce ego obducã eis cicatricẽ & sanitatẽ & curabo eos, & reuelabo eis deprecationẽ pacis & veritatis. Et conuertã cõuersionem Iuda & conuersionẽ Hierusalem, & ædificabo eos sicut a principio, & emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi, & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerũt mihi, & spreuerunt me. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona quę ego facturus sum eis, & pauebũt, & turbabuntur in vniuersis locis, & in omni pace quam ego faciam eis.

b ¶ Hæc dicit dominus. Adhuc audietur in loco isto, quem vos dicitis esse desertum, eo quòd non sit homo, nec iumentum in ciuitatibus Iuda & foris Hierusalem, quæ desolatæ sunt, absque homine, absque habitatore, & absque pecore, vox gaudij, & vox lætitiæ, vox sponsi, & vox sponsæ, & vox dicentium, Confitemini domino exercituum, quoniam bonus do- B minus, quoniam in æternum misericordia eius, & portantium vota in domo domini. Reducam enim conuersionem terræ, sicut a principio, dicit dominus.

c ¶ Hæc dicit dominus exercituũ. Adhuc erit in loco isto deserto absque homine & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum pastorum, & accubantiũ gregum in ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus campestribus, & C ĩ ciuitatibus, quę ad austrum sunt, & ĩ terra Beniamin, & in circuitu Hierusalem, & in ciuitatibus Iuda. adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait dominus.

d ¶ Ecce dies venient dicit dominus, & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel, & ad domum Iuda. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur D Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabũt eum, Dominus iustus noster. Quia hæc dicit dominus. Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronum domus Israel.

A vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et ẽm absolutionẽ a pœna [Et propitius.] Psal. 102. Qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs infirmitates tuas. Tertio, ponit liberationis fructũ, q̃tum ad diuinam gloriã [Et erit mihi] supra 32. Lætabor super eis, cũ bene eis fecero. Esa. 43. Populum istũ formaui mihi, laudem meã narrabit. Quãtum ad amicorũ lætitiã [Et in exultationem] Psal. 86. Fũdať exultatione vniuersæ terræ, mons Syon latera aquilonis ciuitas regis magni. Quantũ ad inuidorum angustiã [Et pauebunt] Esa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

b ¶ Hic promittit eis iucunditatẽ. Et primo, temporalem [Vox gaudii] supra 25. Perdã ex eis vocẽ gaudii & vocẽ lætitiæ, vocẽ sponsi, & vocem sponsæ, vocẽ molæ, & lumen lucernæ. Secundo, spiritualẽ expressam diuinis laudibus [Vox dicentium:] Esa. 51. Gaudium & lætitia inuenieť ĩ ea, gratiarũ actio, & vox laudis. Thob. 13. Per oẽs vicos ei⁹, alleluia cantabiť. Et in oblationibus [& portantiũ] Esa. 19. Colent eũ in hostiis & muneribus, & vota uouebunt domino, & soluent. Tertio, assignat rationem [Reducam.] Tren. vlt. Innoua dies nostros sicut a principio.

c ¶ Hic promittit eis pacis tranquillitatẽ, quã significat p securam patriæ habitationẽ [Transibũt] quasi dicat, tanta securitate potiẽtur, q oues suas libere numerare poterunt. Ezech. trigesimo quarto. In pascuis vberrimis pascam eos, & in montibns excelsis Israel, erunt pascua earum.

d ¶ Hic ponitur consolatio, quantum ad regnũ & sacerdotium. Et primo, promittitur vtriusq; restitutio. Secundo, ponitur promissionis confirmatio, ibi [Et factum est &c.] Circa primum, duo. Primo, promittit restaurationem regni. Secundo, sacerdotii, ibi [Et de sacerdotibus &c.] Circa primum, tria. Primo, E designat temporis congruitatem [Ecce dies veniunt] scilicet gratiæ [& suscitabo] implebo [verbum bonum] quod promisi de regni restauratione. Osee. 1. Et conregabunť filii Iuda & filii Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum & ascendent de terra. quod impletum est in Christo. Secundo, regni conditionem, quantum ad regiminis nobilitatem [In diebus illis, germen iustitiæ] Christus, qui est ipsa iustitia. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet [Et faciet iudicium] in primo aduentu pro mundo, in secundo, de mundo [iustitiã] docens verbo, implens in se facto, & in aliis gratiæ dono. Psal. 118. Feci iudicium & iustitiam. Et quantum ad regiminis vtilitatem, in populi salutẽ [In diebus illis saluabitur Iuda] q̃tum ad eos qui crediderunt in primo, & credent in secũdo aduentu. Osee. 1. Saluabo eos in dño deo suo. In pacis securitate [Et Israel.] Esa. 32. Sedebit propulus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulẽta. & ĩ ueræ fidei cõfessione [Et hoc ẽ nomẽ, iust⁹] Psa. 118. Iust⁹ es dñe, & rectũ iudiciũ tuũ. Tertio, ponit

regni durationem [Quia hæc dicit dominus, vir] Christus, & membrum ipsius. Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.
e ¶Hic ponit restaurationem sacerdotii. Et sicut regnum restauratur in ipso Christo, & in membris eius, ita & sacerdotium. Ipse enim sicut rex, ita & sacerdos est. Psal. 109. Tu es sacerdos ĩ æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et mẽbra sua reges & sacerdotes fecit. Apoc. 5. Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Ephes. 5. Seipsum obtulit hostiã deo, in odorẽ suauitatis. Et membra ipsius, spirituales hostias deo offerre facit. Ezech. 44. Sacerdotes & leuitæ filii Sadoch, qui custodierunt cæremonias sanctuarij mei, cum errarent filii Israel a me, ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi, & stabunt in cõspectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait dñs deus.
f ¶Hic ponitur ꝓmissionis confirmatio. Et primo, ex creaturarum duratione. [Si irritum] quasi dicat, non potest esse irritum vsque ad finem mundi. Psal. 88. Ponã in sęculum sęculi semẽ eiꝰ, & thronũ eius, sicut dies cæli. Secũdo, earum multitudinem [sicut enumerari non possunt stellæ cæli] nisi a solo deo, ita & numerus electorũ soli deo est cognitus. Gen. 22. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cęli, & velut arenam q̃ est in littore maris.
g ¶Hic repellit hostium irrisionem. Et primo, ponitur insultatio. [Duæ cognationes] scilicet regalis & sacerdotalis, vel decem & duarum tribuum. Psal. 70. Qui custodiebãt animam meam, consilium fecerunt in vnũ dicentes. Deus dereliquit eũ, persequimini & cõprehendite eũ, quia non est qui eripiat. Secundo, ponitur improbatio. [Hæc dicit dñs.] Ro. 11. Numquid repulit deus populum suum? Absit &c.

a CAP. XXXIIII.

QVIA Iudæi adeo obstinati erant, quòd nec terrebantur tristibus, nec flectabantur lætis, decenter eius comminationem & consolationem, & tertio, cõtraditionẽ audientium ostendit. Et primo, in transgressione sententiæ. Secundo, in destructione scripturæ. ca. 36. [Et factum &c.] Tertio, in persecutione ꝓphetæ. ca. 37. [Et regnauit &c.] Circa primum, duo. Primo, conuincuntur de transgressione facto. Secundo, exemplo. 35. cap. [verbum &c.] Ostendit autem eos transgressores ex hoc, quòd etiam pactum, quod ipsi cum deo fecerãt de liberatione seruorũ F secũdum legem nõ seruauerũt. Diuiditur autem in partes duas. Primo, ponitur quoddã alleuiamentum malorum post fœderis pactionẽ. Secundo, ponitur cõminatio post pacti initi transgressionem, ibi. [Verbũ quod factum est &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit prophetiæ titulũ, in quo describit tempus [quando Nabuchodonosor] supra 1. Ecce ego cõgregabo oẽs cognationes regnorũ aquilonis ait dñs, & venient, & ponẽt vnusquisque solium suũ in introitu portarũ Hierusalẽ &c. Secũdo, ponit ꝓphetale verbum. [Hæc dicit dñs] Et facit tria. Primo, ponit cõminationẽ pro culpis præteritis, q̃tum ad destructionẽ ciuitatis. [Ecce ego, & succẽdet.] Ps. 73 Incederũt igni sanctuariũ tuũ, ĩ terra polluerũt tabernaculum nois tui. Et q̃tũ ad captiuitatẽ regis. [Et tu nõ effugies] Tre. 2. Nõ fuit in diebus furoris dñi qui effugeret & relĩqueret. Secũdo, ponit pro pacto inito remunerationẽ. [Attñ audi, nõ morieris] hoc quidem nõ fuit impletũ, quia in pacto nõ mansit, fuitq; cõfusione mortuus, q̃ñ medicinã laxatiuã in cõuiuio acceperat. Abach. 2. Væ qui potũ dat amico suo miscens fel suũ, & inebrians vt aspiciat nuditatẽ eius. Et tñ q̃tum ad hoc potest dici impletũ, quia fuit hostili gladio interfectus. supra 22. Nõ plãgẽt eum, Væ frater, & væ soror. Nõ concrepabũt ei, Væ dominine & væ inclite. Tertio, tangit imminentẽ tribulationem vt promissio sit acceptior [quia verbum hoc ego locutus sum] Abac. 1. Ipse super oẽm munitionem ridebit, & comportabit aggerẽ & capiet eam.
b ¶Hic ponitur cõminatio, post pacti transgressionem. Et primo, ponitur pacti trangressio. Secundo, contra transgredientes cõminatio, ibi. [Factum est verbum &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur pactio [Postquàm percussit rex Sedechias fœdus] & est postquàm fregit [vt dimitteret vnusquique] secundum legem. Exo. 21. Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Et Leui. 25. prohibetur quòd retineant de fratribus suis vt seruos, neque opprimant per potentiam seruitute famulorum, sed quasi mercenarii & coloni erunt. Secundo, ponitur pacti ad tempus obseruatio. [Audierunt.] Psalm. 105. Cito fecerunt obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilius eius. Tertio, ponitur pacti transgressio [Et conuersi sunt. Osee. 7. Reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus.
c ¶Hic comminatur contra transgredientes. Et primo, ponit culpam

e ¶Et de sacerdotibus & de leuitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificium & cædat victimas, omnibus diebus.

f ¶Et factum est verbum domini ad Hieremiam, dicens. Hæc dicit dominus. Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte vt non sit dies, & nox in tempore suo, & pactum meum irritum esse poterit cũ Dauid sermo meo vt non sit ex eo filius, qui regnet ĩ throno eius, & leuitæ & sacerdotes ministri mei. Sicuti enumetari non possunt stellæ cęli, & metiri arenæ maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & leuitas ministros meos.

g ¶Et factum est verbum domini ad Hieremiam, dicens. Numquid non vidisti quid populus hęc locutus sit dicẽs, Duæ cognatiões, quas elegerat dominus abiectæ sunt, & populum meum despexerunt, eo quòd non sit vltra gens coram eis? Hæc dicit dñs. Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cęlo & terræ non posui, equidem & semen Iacob & Dauid serui mei proiiciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob. Reducam enim cõuersionem eorũ, & miserebor eis.

a CAP. XXXIIII.

VErbum quod factũ est ad Hieremiã a domino, quãdo Nabuchodonosor rex Babylonis & oĩs exercitꝰ eius, vniuersaque regna terrę, quę erãt sub potestate manus eius & omnes populi bellabant contra Hierusalem & cõtra omnes vrbes eius, dicens. Hæc dicit dominus deus Israel. Vade & loquere ad Sedechiam regem Iuda, & dices ad eum. Hęc dicit dominus. Ecce ego tradam ciuitatem K hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni. Et tu non effugies de manu eius, sed comprehensione capieris & in manu eius traderis, & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum domini Sedechia, rex Iuda. Hæc dicit dominus ad te. Non morieris G in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt antè sic comburent te, & Væ domine plangent te, quia verbum hoc ego locutus sum, dicit dñs. Et locutus est Hieremias propheta ad Sedechiam regem Iuda vniuersa verba hæc in Hierusalem, & exercitus regis Babylonis pugnabat contra Hierusalem, & contra omnes ciuitates Iudæ, quæ reliquæ erant, H contra Lachis & cõtra Azecha. Hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ.

b ¶Verbum quod factum est ad Hieremiam a domino, postquàm percussit rex Sedechias fędus cum omni populo in Hierusalem, prædicãs vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisq; ancillam suã, Hebræum & Hebræam liberos, & nequaquàm dominarent eis, id est in Iudæo & fratre suo. Audierunt ergo omnes principes & vniuer- I sus populus, qui inierãt pactum vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & ancillam suam liberos, & vltra non dominarentur eis. Audierunt igitur, & dimiserunt. Et cõuersi sunt deinceps, & retraxerũt seruos suos & ancillas suas, quos dimiserunt liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas.

c ¶Et factum est verbum ad Hieremiam a domino, dicens. Hæc dicit dominus, deus Israel. Ego percussi fœdus cum patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Aegy

culpam patrum, ponens pactionem [Ego percussi fędus] supra. 31. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die qua apprehendi manum eorum vt educerẽ eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt &c. Et transgressionem [Et non audierunt] supra. 11. Non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed abierũt in prauitate cordis sui mali. Et culpam filiorum, ponẽs pactionem [Et conuersi] a transgressione patrũ [in domo] in templo. Esa. 64. Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, ubi laudauerunt te patres nostri &c. [Et transgressi estis & commaculastis nomen meum] transgrediẽdo. Exo. 20. Ne assumas nomẽ dei tui, in vanũ. Ezech. 36. Non ꝓpter vos ego faciam domus Israel, sed ꝓpter nomẽ sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. Secũdo, comminatur pęnam [propterea hæc dicit dominꝰ] Et circa hoc, duo. Primo, ponit comminationem cõmuniter quãtum ad omnes, prædicens occisionẽ [Ecce ego, libertatẽ] vt libere occidamini. supra. 15. Qui ad gladiũ ad gladium, qui ad famẽ ad famem, & qui ad captiuitatem ad captiuitatẽ. & reliquiarum seruitutem [Et dabo viros, vitulum] id est, quod pactum per diuisionem vituli firmauerunt sacrificando deo. Vnde inoleuit iste vsus loquendi, percutere, vel ferire fędus. Tren. 1. Dedit me dominus in manu de qua nõ potero effugere. prædicit etiam deuorationem cadauerum [Et erit morticiniũ] Psa. 78. Posuerunt morticinia seruorũ tuorũ escas volatilibꝰ cęli, carnes sanctorũ tuorũ bestiis terræ. Et q̃tũ ad principes specialiter [Et Sedechiã] Deut. 28. Ducet te dñs & regẽ tuũ quẽ cõstitues super te, in gẽtẽ quã ignoras tu & patres tui [qui recesserũt a vobis] aut alienus habebat. infra. 37. Secũdo, ponit expletionis ordinem [Ecce ego] supra. 12. Dederũt portionem meam desiderabilem in desertũ solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me.

a CAP. XXXV.

HIc cõuincit eos de transgressione, exemplo quorundã obedientium. Et primo, ponitur obedientiæ experimentum. Se A cundo, ponitur inobediẽtium condemnatio, ibi [Et factũ est &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur experiendi iussio a domino ad prophetam [Vade, Rechabitarum] qui dediti erant studio scripturæ, & ideo a vino abstinebant, de quibus Paral. 2. Cognationes scribarum habitantium in Iabes, canentes atque resonantes & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinei qui venerunt de calore patris domus Rechab [exedram] quasi camerã extra principalem ædem [dabis] probans eorum obedientiam. supra. 6. Probatorẽ dedi te in populo meo robustum, & scies & probabis vias eorum [Et assumpsi, ad Gazophilatium] in quo diuitiæ templi conseruabantur. Gaze, diuitiæ, Philaxæ, conseruatio in Græco dicitur [Maasiæ] qui tẽpore Dauid hoc ministerium acceperat. Paralip. 34. [Vestibuli] atrii. Quia enim domus ante cameram principum vbi vestes custodiuntur, vestibulum dicitur, inoleuit vsus, vt omne atrium, vestibulum dicatur [calices] ad aquã [bibe vinũ] vt experimentũ sumat misteriorum. Prouerbiorum. 9. Comedite panẽ meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Tertio, ponitur obedientiæ protestatio [qui responderunt] Et primo, inducitur paterna iussio de nõ bibendo vino [non bibetis] Eccl. 2. Cogitaui a vino abstrahere carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapiẽtiam. Et de paupertate, ne solicitudine temporalium, sapientiæ studium intermitterent [& domũ] 2. Corinth. 6. Tamquàm nihil habentes & omnia possidẽtes. Secundo, ponitur adimpletio [obediuimus ergo] Prou. 3. Fili mi ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat [in tabernaculis] Sapien. 11. In locis desertis fecerunt casas. Tertio, excusatur necessaria trãsgressio [Cũ autem ascendisset &c.]
b ¶Hic ponitur inobedientium condemnatio. Et primo, comparantur diuersa merita: vbi ponitur inobedientiæ admiratio [Numquid non recipietis disciplinam] etiam flagellis & exemplis. supra. 2. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non susceperunt. Ponitur etiã admirationis ratio [præualuerũt] quasi dicat, maiorem efficaciam habuerũt sermones patris carnalis, quàm

pti de domo seruitutis, dicens. Cũ completi fuerint septem anni, dimittat vnusquisque fratrem suum Hebræum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis & dimittes eum a te, liberum. Et non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurem suam. Et conuersi estis vos hodie & fecistis quod B rectum est in oculis meis vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicũ suum & inistis pactum in conspectu meo, in domo in quã inuocatum est nomẽ meũ, super eã. Et reuersi estis & commaculastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruũ suum & vnusquisque ancillam suam, quos dimiseratis vt essent liberi & suę ptãtis, et subiugastis eos vt sint vobis serui & ancillæ. Propterea hæc dicit dominus. Vos non audistis me vt C prædicaretis libertatem, vnusquisque fratri suo & vnusquisque amico suo, Ecce ego prædico libertatem ait dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. Et dabo viros, qui præuaricantur fędus meum, & non obseruauerunt verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem cõciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius, Principes Iuda & princi- D pes Hierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terrę, qui trãsierunt inter diuisiones vituli. Et dabo eos in manus inimicorũ suorũ, & in manus quęrentiũ aĩas eorum, & erit morticinum eorũ in escam volatilibus cęli, & bestiis terrę. Et Sedechiam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorũ, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt a vobis. Ecce ego præcipio dicit dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præ- E liabuntur aduersus eam, & capient eam, & incendunt igni. Et ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator.

a CAP. XXXV.

VErbum quod factũ est ad Hieremiam a dño, in diebus Ioachim filii Iosię regis Iuda, dicens. Vade ad domũ Rechabitarũ & loquere eis, & introduces eos in domũ domini in vnã exedram thesaurorũ, & dabis eis bibere vinum. Et assumpsi Ieconiã filiũ Hieremię filii Habsamæ & fratres eius & oẽs filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum, & introduxi eos in domũ domini ad Gazophilatium filiorum Hanan filii Iezedelię hominis dei, qđ erat iuxta Gazophilatium principũ super thesaurum Maasiæ filii Sellũ, qui erat custos vestibuli. Et posui corã filiis domus Rechabitarum Scyphos plenos vino & calices, & dixi ad eos. Bibite vinum. Qui responderũt. Nõ bibemus vinũ, quia Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinũ vos & filii vestri, vsque in sempiternũ. Et domũ non ædificabitis & sementẽ nõ seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filii Rechab patris nostri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita vt nõ biberemus vinũ cũctis diebus nostris, nos & mulieres nostrę, filii & filiæ nostræ, & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam & agrum & sementem non habuimus, Sed habitauimus ĩ tabernaculis, & odedientes fuimus iuxta omnia, quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Cum aũt ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus, Venite & ingrediamur in Hierusalem a facie exercitus Chaldæorum, & a facie exercitus Syrię, & mansimus in Hierusalem.

b ¶Et factum est verbum domini ad Hieremiam, dicens. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel.

q̃ patris spiritualis. Heb.12. Patres quidē carnis nostrę eruditores habuimus & reuerebamur eos, num multo magis obtemperabimus patri spirituum & viuemus? Et cōparationis probatio, quia illis obedientibus, hi non obedierunt [Ego autem] supra. 7. Locutus sum ad vos mane consurgens & loquens, & non audistis. Vocaui vos, & non respondistis mihi. Secundo, promittūtur diuersa præmia. Et primo, promittit inobedientibus pēnam [Idcirco] Prouerb. 1. Quia vocaui & renuistis, extendi manum meā & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consiliū meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cū vobis id qd timebatis aduenerit &c. Secundo, obedientibus misericordiam [Domui autem Rechabitarū] 1. Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ, & auscultare, quàm offerre adipem arietum.

a CAP. XXXVI.

HIc primo ponit scripturę descriptio. Secundo, scripturæ destructio, ibi [Rex autem &c.] Tertio, restauratio, ibi [Et factū est &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit scribēdi præceptum [Tolle volumen] Abach. 2. Scribe visum & explana eum super tabulas, vt percurrat qui legerit eum. Secundo, ponit scripturæ fructum [si forte] Ezech. 61. Si impius egerit pœnitentiā ab omnib⁹ peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia pcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet & nō morietur. Tertio, scripturę ministrum [Vocauit ergo] Apoc. 1. Quod vides scribe in libro, & mitte septē ecclesiis, quæ sunt in Asia.

b ¶Hic ponitur denūtiatio ad plebem. Secundo, ad principes, ibi [Cumque audisset &c.] Tertio, ad regem, ibi [Et dixi &c.] Circa primum, Primo, ponitur denuntiandi præceptum [Ego clausus] 2. Thim. 2. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Phil. 1. Vt plures e fratribus in domino, cōfidētes i vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum dei loqui. Secundo, ponitur denuntiandi modus, quantum ad locum [In domo domini] qui est locus deuotionis. Esa. 56. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis, ait dominus deus. Quantum ad tempus [in die ieiunii] quod est tēpus contritionis. Esa. 58. Nōne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onꝰ disrumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuā ne despexeris. Quantum ad audiētes [audiente populo] quantum ad audienas] insuper] Denuntiationis fructum, ponens vtilitatē [si forte cadat] idest accepterur. Et cōsequētia sanctitatē [Et reuertatur, quoniam magnus] 4. Reg. 22. Magna ira domini succensa est cōtra nos, quia nō audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptū est nobis. Secundo, ponitur præcepti complementum, quantum ad actum [Et fecit Baruch] Hebr. vlt. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Quantum ad tēpus [Factum est] Iocl. 2. Sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera. Quantū ad locum [legitque Baruch, portę nouæ] quam fecerat Ioas. 2. Paral. 27. [In vestibulo superiori]. i. in superiori parte atrii, in quo sacerdotes immolabant. 2. Esdre. 9. Legerūt in volumine domini dei sui, quater in die & quater in nocte.

c ¶Hic ponitur denuntiatio ad principes. Et primo, ponitur de scriptura ꝓphetię, facta signi hcatio ad principes [Et nuntiauit] Apo. vltimo. Qui audit dicat, veni. Secundo, scripturæ petitio [Miserunt itaque in manu] mistice, in operatione. Eccl. 30. Qd cumque potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo, tu properas. apportatio [Tulit ergo] Tertio, ponitur scripturæ recitatio [Et dixerunt] Act. 20. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarē omne

Vade & dic viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem. Nūquid non recipietis disciplinā ut obediatis verbis meis, dicit dominus? Prævalueruṇt sermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum, & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierūt pręcepto patris sui. Ego autem locutus sum ad vos de mane cōsurgens & loquēs, & nō obedistis mihi. Misiq̃ ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgēs diluculo mittēsque, & dicens. Cōuertimini vnusquisq; a via sua pessima, et bona facite studia vestra, et nolite sequi deos alienos neq; colatis eos, et habitabitis i terra quā dedi vobis, & patribus vestris. Et non inclinastis aurem vestrā, neq; audistis me. Firmauerunt igit filii Ionadab filii Rechab præceptum patris sui, qd pręceperat eis, populus autē iste nō obediuit mihi. Idcirco hęc dicit dominꝰ exercituū, deus Israel. Ecce ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Hierusalem vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersum illos, eo quòd locutus sum ad illos & non audierunt, vocaui illos, & nō responderunt mihi. Domui autem Rechabitarū dixit Hieremias. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Pro eo quòd obedistis pręcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius & fecistis vniuersa, quæ pręcepit vobis, ꝓpterea hęc dicit dominus exercituum, deus Israel. Nō deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu meo, cunctis diebus.

a CAP. XXXVI.

ET factū est in anno quarto Ioachim filii Iosiæ regis Iuda, factum est verbū hoc ad Hieremiam a domino, dicens. Tolle volumen libri & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudā & aduersum omnes gētes a die qua locutus sum ad te, ex diebus Iosiæ vsque ad diem hanc, si forte audiente domo Iuda, vniuersa mala quæ ego cogito facere eis reuertatur vnusquisque a via sua pessima & propitius ero iniquitati & peccato eorum. Vocauit ergo Hieremias Baruch filiū Neriæ, & scripsit Baruch ex ore Hieremiæ oēs sermones domini, quos locutus ē ad eum in volumine libri.

b ¶Et pręcepit Hieremias Baruch dicēs. Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum domini. Ingredere ergo tu & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba domini, audiēte populo in domo domini in die ieiunii, insuper & audiente vniuerso Iuda, qui veniunt de ciuitatibus suis. Leges eis, si forte cadat oratio eorum in cōspectu domini, & reuertatur vnusquisq, a via sua pessima, quoniā magnus furor & indignatio est, quam locutus est dominus aduersus populū hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ, iuxta oīa quæ pręceperat ei Hieremias propheta, legens ex volumine sermones domini in domo domini. Factū est autem in anno quinto Ioachim filii Iosiæ regis Iuda in mense nono, prædicauerunt ieiunium in conspectu domini omni populo in Hierusalē & vniuersę multitudini, quæ cōfluxerat de ciuitatibus Iuda in Hierusalē. Legitq; Baruch ex volumine sermones Hieremiæ in domo domini in gazophilatio Gamariæ filii Saphā scribę, in vestibulo superiori in introitu portæ nouæ domus domini, audiente omni populo.

c ¶Cumque audisset Micheas filius Gamariæ filii Saphan omnes sermones domini ex libro, descendit in domum regis ad gazophilatiū scribæ. Et ecce ibi omnes principes sedebāt, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Helnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedechias filius Hananiæ, & vniuersi principes. Et nuntiauit eis Micheas omnia verba, quę audiuit legentē Baruch ex volumine in auribus populi. Miserūt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filii Selemiæ filii Chusi, dicētes. Volumē ex quo legisti audiēte populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumē in manu sua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eū,

omne consilium dei vobis. Et lectionis effectus [Igitur cum audissent] supra. 23. Numquid non verba mea sunt quasi ignis ardens dicit dominus, & quasi malleus conterens petras?

d ¶Hic ponitur denuntiatio ad regem. Et primo, ponitur denuntiationis præparatio. Exponunt enim denuntiandi propositum [Nuntiare debemus] quia ipse pōt peccata populi corrigere. Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. Perscrutantur editionis modum. Vnde primo, ponitur quæstio [Et interrogauerunt, quomodo] vt ex modo scirēt, vtrū diuino spiritu edita scriptura esset. 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probāte spiritus an ex deo sint, quoniā multi pseudo prophetæ exierunt in mundum. Et ponitur responsio [Dixit autem Baruch, quasi legēs] sine impedimento & præmeditatione. Matt. 10. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora q̃d loquamini. Non n. vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. supra. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo &c. Et datum abscōsionis consilium [ab scōdere] timētes de pertinacia & crudelitate regis. 3. Reg. 18. Numquid non indicatū est tibi domino meo quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini, quòd abscōderim de prophetis domini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in spelūcis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis. Vade & dic domino tuo, Adest Helias vt interficiat me? Secundo, ponitur denuntiatio [Et ingressi sunt] Sapien. 6. Ad vos ergo o reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, ne excidatis. Tertio, ponitur scripturæ recitatio [Misit itaque] Iob. 29. Cumque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mærentium consolator.

e ¶Hic ponitur scripturæ destructio. Et circa hoc, duo. Primo, ponitur scripturæ destructio. Secundo, scribentium persecutio, ibi [Et præcepit &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur dispositio ad destructionem [posita erat] in domo hiemali, habebat enim propter delitias domos ad hyemem speciales, & æstatem. Amos 3. Percutiam domū hyemalem cum domo æstiua, & peribunt domus eburneę, & dissipabuntur ædes multæ. Secundo, ponitur destructio [Cumque legisset pagellas] paruas paginas [scalpello] cultello, quo parabat pēnā. Esa. 30. Auferte a me viā, declinate a me semitam, cesset a facie vestra sanctus Israel. Et sic fecerunt, quod facere non debuerunt, omiserunt etiam quod facere debuerunt [Et non timuerunt] exemplo Iosiæ. 4. Reg. 22. Cum audisset rex verba libri legis scidit vestimenta sua &c. Tertio, ponitur principū cōtradictio [Veruntamen] similē 2. Reg. vlt. Obtinuit sermo regis verba Ioab & principum eius &c.

f ¶Hic, ponitur scribentium persecutio. Et primo, ponitur iniquum præceptū [vt cōprehenderēt] Secundo, ponitur diuinum auxilium [abscōdit] & fecit quòd inuenirī nō possent. Psalm. 33. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.

g ¶Hic ponitur scripturę restauratio. Et primo, ponitur restaurandi præceptū [Rursum tolle] supra. 1. Pugnabūt adversum te & nō prævalebunt, quia ego tecum sum ait dominus, vt liberē te. Secundo, destruenti cōminatur interitū, ibi [Et ad Ioachim &c.] Vnde arguit culpam [Tu cōbussisti] Prouerb. 29. Viro qui corripientē dura cervice contemnit, repēdo ei superueniet interitus, & cum sanitas non sequētur. Et comminatur pēnam [propterea hæc dicit dominus] Regalis successionis terminationem [Non erit] supra. 22. Non erit de semine eiꝰ vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda. Cadaueris abiectionem [cadauer] & sepultura asini. Esa. 14. Tu autē proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt vsque ad fundamenta lacū. Subditorum destructionem, quantum ad domesticos [visitabo] Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum. Et quantū ad alios [& adducā.] Esa. 45. Ego dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego dominus faciens omnia hæc. Tertio, ponit præcepti complementum [Hieremias autem] Sapien. 7. Sapientia autem, vincit malitiam.

a CAP. XXXVII.

HIc ostenditur contradictio, ex prophetæ persecutione. Et primo, ponitur persecutio ipsius propter falsam suspitionē. Secundo, propter veram prædicationē. cap. 38. [Audiui &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit suspitionis occasionem. Secundo, ponit suspitionem, ibi [Cumque &c.] Tertio, persecutionem, ibi [Et comprehēdit &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur occasio sumpta ex prophetæ verbo. Secundo, occasio sumpta ex ipsius facto, ibi [Cumque &c.] Circa primum,

Sede, & lege hęc i auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorum.

d ¶Igitur cū audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch. Nuntiare debemus regi omnes sermones istos? Et interrogauerunt eū, dicentes. Indica nobis, quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch. Ex ore suo loquebatur, quasi legens ad me oēs sermones istos, & ego scribebam in volumine atramento. Et dixerunt principes ad Baruch. Vade & abscondere tu & Hieremias, & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porro volumen commendauerunt in gazophilatio Elisamæ scribæ & nuntiauerūt audiente rege omnes sermones. Misitque rex Iudi vt sumeret volumen, qui tollens illud de gazophilatio Elisamæ scribæ, legit audiēte rege, & vniuersis principibus, qui stabant circa regem.

e ¶Rex autem sedebat in domo hiemali in mense nono, & posita erat arula coram eo plena prunis. Cūque legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ & proiecit in ignem, qui erat super arulam donec consumeretur omne volumen igni, qui erat in arula. Et non timuerūt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius, qui audierūt vniuersos sermones istos. Veruntamen Helnathan & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne cōbureret librū, & non audiuit eos.

f ¶Et præcepit rex Hieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezrihel, et Selemiæ filio Abdchel vt comprehenderent Baruch scribam, & Hieremiam prophetam. Abscōdit autem eos dominus.

g ¶Et factum est verbum domini ad Hieremiam prophetam, postq̃ cōbusserat rex volumen & sermones, quos scripserat Baruch ex ore Hieremiæ, dicens. Rursum tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores, qui erāt in primo volumine, quod combussit Ioachim rex Iuda. Et ad Ioachim regem Iuda, dices. Hæc dicit dominus. Tu combussisti volumē istud dicens, Quare scripsisti in eo annuntiās, Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cōssare faciet ex illa hominem & iumentum? Proptereа hæc dicit dominus deus, contra Ioachim regē Iuda. Non erit ex eo, qui sedeat super soliū Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. Et visitabo cōtra eum, & contra semē eius, & cōtra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos, & super habitatores Hierusalem, & super viros Iuda omne malum, quod locutus sum ad eos & non audierunt. Hieremias autem tulit volumē aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ, qui scripsit in eo ex ore Hieremiæ omnes sermones libri, quē cōbusserat Ioachim rex Iuda igni, & in super additū sunt sermones multo plures quàm antea fuerant.

a CAP. XXXVII.

ET regnauit rex Sedechias filius Iosiæ pro Ieconia filio Ioachim, quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda, & nō obediuit ipse & serui eius & populus terræ verbis domini, quæ locutus est in manu Hieremiæ prophetæ. Et misit rex Sedechias Iuchal filiū Selemiæ, & Sophoniā filium Maasiæ sacerdotem ad Hieremiā prophetam, dicens. Ora pro nobis do

mum, duo. Primo, ponitur consultatio. Secundo, ponitur prophetæ displicens illis responsio, ibi [Et factum est &c.] Circa primum, tria. Primo, describit consultantium conditionem [Constituit] 1. Reg. 24. [& non obediuit] vt tributum regi Babylonis solueret, & a peccatis cesseret. Matth. 22. Reddite q̃ sunt Cęsaris Cęsari, & q̃ sũt dei, deo [seruit] familiares [populus] Eccles. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Secundo, ponitur consultatio [Et misit rex, ora pro nobis] vt indicet nobis, quid agere de beamus, & ab hostibus liberemur. Esa. 37. Leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. Tertio, ponitur consultantis ratio: fiduciã enim sumpserãt, ex prophetæ libertate, quẽ nondũ affligerant [Hieremias autem ambulabat i medio populi] & ex obsidionis solutione [Igitur exercitus] Exuerat enim rex Aegypti vt liberaret Iudæos. Quo deuicto, tamen exercitus rediit. Esa. 36. Ecce confidis super baculum arundineũ confractum istũ, super Aegyptum &c. b ¶Hic ponitur prophetæ responsio. Et primo, excludit Aegyptiorum auxiliũ [Ecce exercitus] Esa. 30. Aegyptus frustra & vane auxiliabit. Secundo, prædicit Chaldæorum reditũ [Et rediẽt Chaldęi. Nolite decipere] falsa spe. Tren. 1. Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me. Tertio, excludit impedimentum [sed si percusseritis] Deut. 32. Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugabant decem millia? Nonne ideo quia dns deus tus vẽdidit eos, & dns cõclusit illos?

c ¶Hic ponit occasionem sumptam ex facto [Et diuideret ibi possessionẽ] quã emerat, idest distingueret ab aliis agris, Vel distribueret aliis vt ipse sine solicitudine remaneret. 2. Corinth. 6. Tamquàm nihil habentes & omnia possidentes.

d ¶Hic ponitur falsa suspitio. Psal. 26. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

e ¶Hic ponitur persecutio in tribus. In captione. Tren. 3. Venatione ceperunt. In flagellatione [cæsum] simile Actuum. 8. Hebr. 11. Ludibria & verbera experti. Et incarceratione. [Itaque ingressus.] Psal. 87. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. [Ergastulum] & est proprie carcer in quo damnatur quis ad aliquod opus. Secundo, ponitur liberatio. [Mittens.] Et circa hoc, tria. Primo, ponitur liberationis occasio, ponens regis interrogationem [putas ne est sermo,] scilicet prænuncians futura, cibi reuelatus? Esa. 8. Numquid non populus a deo suo requirit visionem pro viuis ac mortuis? Et ponit responsionem [Et dixit Hieremias.] 3. Reg. 14. Ego autem missus sum ad te durus nuntius. Secundo, ponitur liberationis petitio. [Et dixit Hieremias ad regem] vbi monstrat iniustã pœnã. [Quid peccaui.] Iob. 6. Nõ inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personabit. Excusat impositam culpam, [vbi sunt prophetæ vestri,] quasi dicat. Patet eorum falsitas & mea veritas. Iam enim exercitus Chaldæorum reuersus erat, quem, illi reuersurum negauerant. Supra. 28. Propheta qui vatici natus est pacem, cũ venerit verbum eius tunc scietur propheta quem misit dominus in veritate. Et petit misericordiam. [Nunc ergo.] Prou. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem. Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Tertio, ponitur petitionis impetratio. [præcepit ergo, pulmento] quod addi noluit [vestibulo] idest atrio.

a CAP. XXXVIII.

Vdiuit autem Saphacias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ sermones, quos Hieremias loquebatur ad omnem populum, dicẽs, Hæc dicit dominus, Quicumque manserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste, qui autẽ profugerit ad Chaldæos viuet, & erit anima eius sospes & viuẽt. Hæc dicit dominus. Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eam. Et dixerunt principes regi. Rogamus vt occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus virorum bellãtium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquẽs ad eos vniuersa verba hæc. Si quidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum. Et dixit rex Sedechias. Ecce ego ipse in manibus vestris est, nec enim fas est, multis. Mittẽs aũt Sedechias rex tulit eũ, & interrogauit eũ in domo sua abscõdite, & dixit. Putas ne est sermo a domino? Et dixit Hieremias. Est. Et ait. In manus regis Babylonis traderis. Et dixit Hieremias ad regem Sedechiam. Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt prophete vestri, qui prophetabant vobis & dicebant, Non veniet rex Babylonis super vos & super terram hanc? Nũc ergo audi obsecro, domine mi rex. Valeat deprecatio mea in conspectu tuo, & ne me remittas in domũ Ionathæ scribæ ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedechias vt traderetur Hieremias in vestibulum carceris, & daretur ei torta quotidie panis excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate. Et mãsit Hieremias in vestibulo carceris.

a CAP. XXXVIII.

IN parte ista ostenditur persecutio prophetæ ,ppter veram prædicationem. Et diuidit in partes, tres. Primo, ponit prædicationem [loquebatur] quàmuis enim esset in carcere multi tamen veniebant ad eum, in quo comminatur remanentibus mortẽ [quicumque.] Et promittebat fugientibus salutem. [Qui autem profugerit.] Vrbis captionem [tradenda.] Et hæc tria potuit supra. 21. unde videtur continuari secundum historiæ ordinem ad illud. Secundo, ponit persecutionem: vbi ponit principum impiam petitionem. Petunt enim mortem. [Et dixerunt principes.] Sapiẽ. 2. Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris. Accusant prædicationem. [De industria] quod est contra officium prophetale. Esa. 35. Confortate manus dissolutas, & debilia genua roborate. Et peruertunt intentionem. [Si quidem homo.] Gal. 4. Ergo inimicus factus sum, verum dicens vobis? Nolebat autem Hieremias auferre cor resistendi, sed propter bonum & salutem populi ex iussu domini, illa dicebat. Ponit etiam stultam

stultam regis exauditionem. [Et dixit rex Sedechias.] Vnde nõ excusatur quàmuis minus peccauerit. Ioan. 19. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ponit etiam solicitam executionẽ. [Tulerunt ergo, lacum] cisternam sine aqua. Psal. 87. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in vmbra mortis. Et designat prophetæ intromissionem. [Et descendit.] Psa. 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Tertio, ponitur liberatio. Hic duo ponit. Primo, quòd liberatur a carcere. Secundo, quòd liberatur a mortis timore, ibi [Et misit Rex &c.] Circa primum, quatuor. Primo, describit petentem. [Abde-melech] .i. seruus regis, significans, ꝓ dicit propter humilitatem. Rom. 1. Paulus seruus Christi Iesu &c Aethiops.] ꝓpter carnis mortificationem. Psalm. 67. Aethiopia præueniet manꝰ eius deo. Cãt. 1. Nigra sum sed formosa. [Vir] propter animi virtutem. [Eunuchus] propter castitatem. Matth. 19. Sũt eunuchi qui seipsos castrauerunt ꝓp regnum cælorũ [qui erat.] Philip. 3. Nostra cõuersatio in cælis est. Sapien. 3. Spado qui non est operatus per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus deũ nequissima. Dabitur enim illi fidei donũ electum, & sors in templo dei acceptissima. Secundo, ponit petitionem, designans petitionis locum [porro rex, Beniamin] quæ scilicet ducebat in tribum Beniamin. Et ponit petitionẽ. [Et egressus ẽ, nõ enim sunt] quasi dicat. Ex quo inc]usus est, panis defecit. Vel non erat necessarium includi, cum omnes obsessi, & in penuria simus. Sapien. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Tertio, ponitur impetratio. [præcepit itaq; rex] Quarto, ponitur executio. [Assumptis ergo, computruerant] propter tribulationes, quas sustinuerunt. Hebr. vltimo. Mementote præpositorum qui vobis locuti sunt verbum dei, quorum intuentes exitum, conuersationis imitamini fidem. vel quia ad literam, molliores sunt [per funiculos] præceptorum dei. Eccl. 4. Funiculus triplex difficile rumpitur. [in vestibulo carceris] idest in atrio. Dicitur enim vestibulum, domus antę cameram regis, vbi custodiuntur vestes. Vnde omne atrium, vestibulum dicitur.

b ¶Hic liberatur a timore mortis, concessa sibi securitate a rege. Et primo, ponitur securitatis pactio. Secundo, pacti obseruatio, ibi [Mansit ergo. &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur mutua petitio. Petit enim rex diuinum responsum vel consilium [Interrogo] 3. Reg. vlt. Iterũ atque iterum te adiuro vt non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine domini. Et prophetæ petit securitatis promissum. [dixit autem.] Luc. 22. Si vobis dixero, non credetis mihi &c. Potest enim legis interrogatiue, vel remissiue. Secundo, ponitur mutua solutio. Primo, enim rex dat securitatis promissũ [iurauit, si occidero] male mihi accidat. Esa. 42. Ego dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. Secundo, propheta dat salutis consilium. Et circa hoc, quatuor facit. Primo, ponitur salubris prophetæ exhortatio. [Et dixit Hieremias.] [Et datur regi optio eligendi bonum vel malum. Eccles. 15. Ante hominem vita & mors, bonum & malũ, quod placuerit ei dabitur illi. Secundo, ponitur regis excusatio. [Et dixit rex, propter Iudæos] quorũ bona destruxerat ,ꝓpter hoc quod ad Chaldæos confugerãt. supra. 10. Vnusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciã. Quoniam omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Tertio, ponitur respõsionis exclusio. [Respondit Hieremias] in qua excludit timorẽ, si cõsilium audiat. [Non te tradent.] Esa. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ponit cõminationem si audire contẽnat. [Quia si nolueris] comminatur autem mulierũ insultationem. [Ecce omnes mulieres dicent.] Insultando autem improperant stultum amicorũ consilium. [Seduxerunt] quantum in se fuit [& præualuerũt] qa eis credidisti [pacifici tui] qui pacem tibi promittebant. Esa. 4. Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. consequens damnum. [Demerserunt te in cæno] peccati. [In lubricum] pœnæ. Psalm. 34. Fiant viæ illorum tenebrę & lubricum. Et eorum recessum [& recesserunt a te. Eccl. 6. Est amicus secundũ tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Comminatur etiam captionem familiæ. [Et omnes vxores] Esa. 39. De filiis tuis qui exibunt de vtero, quos genueris tollent, & erũt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et personæ propriæ. [Et tu nõ effugies.] Tren. 2. Non fuit in die furoris domini, qui effugeret & relinqueretur. Comminatur etiam vrbis captionẽ [& ciuitatem] Amos. 1. Succendam ignem in muro Rabaa, & deuorabit ędes

vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Hieremiam, & proiecerunt eum in lacum Helchiæ filii Amelech, qui erat in vestibulo carceris & submiserunt Hieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. Descendit itaque Hieremias in cœnum. Audiuit autẽ Abde-melech Ethiops, vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Hieremiam in lacum, Porro rex sedebat in porta Beniamin. Et egressus est Abdemelech de domo regis, & locutus & ad regem, dicens. Domine mi rex male fecerũt viri isti omnia quę cumque perpetrarunt contra Hieremiam prophetam, mittentes eũ in lacũ, vt moriatur ibi fame. Non sunt enim panes vltra in ciuitate. Præcepit itaque rex Abde-melech Aethiopi, dicẽs. Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Hieremiam prophetam de lacu, antequàm moriatur. Assumptis ergo Abde-melech secũ viris ingressus ẽ domũ regis, q̃ erat sub cellario, & tulit inde veteres pannos & antiqua uestimẽta q̃ cõputruerant, & sũmisit ea ad Hieremiam in lacum per funiculos. Dixitq; Abde-melech æthiops ad Hieremiã prophetam. Pone veteres pannos & hęc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum, et super funes. Fecit ergo Hieremias sic. Et extraxerunt Hieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. Mansit autem Hieremias in vestibulo carceris.

b ¶Et misit rex Sedechias & tulit ad se Hieremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo domini. Et dixit rex ad Hieremiam. Interrogo ego te sermonem, ne abscondas a me aliquid. Dixit autem Hieremias ad Sedechiam. Si annuntiauero tibi, numquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, nõ me audies. Iurauit ergo rex Sedechias Hieremię clam, dicens. Viuit dominus qui fecit nobis animã hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam. Et dixit Hieremias ad Sedechiam. Hæc dicit dominus exercituum, deus Israel. Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris tu, & domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum & succendẽt eam igni, & tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedechias ad Hieremiam. Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldęos, ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Hieremias, & dixit ei. Non te tradent. Audi quæso vocem domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd si nolueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi dominus. Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Iuda educentur ad principes regis Babylonis, & ipsi dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt te in cęno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt a te. Et omnes vxores tuæ & filii tui educentur ad Chaldæos & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedechias ad Hieremiam. Nullus sciat verba hæc, & non morieris. Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus sis cũ rege, ne cæles nos, & nõ te interficiemus, & quid locutus est tecũ rex, dices ad eos. Prostraui ego præces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan &

ædes eius. Quarto, petitur a rege consilii dati occultatio. [Dixit ergo rex &c.] Et circa hoc, tria facit, Primo, petit occultari consilium. [Nullus sciat.] Thob. 12. Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei reuelare & confiteri honorificũ est. Secundo, docet cælandi modum. [Si autem audierint] vt veritatem taceat, & falsum non dicat. Prouer. 10. Qui moderat labia sua prudentissimus est. Tertio, ponitur petitionis complementum [venerũt ergo.] Prouer. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana, qui autem amicus est, cælat amici cõmissum.

c ¶Hic ponitur petitionis obseruatio. [in vestibulo] nõ missus in lacum secundum petitionẽ suã.

a CAP. XXXIX.

HIc ponitur instructio reliquarum populi, post ipsius populi captiuitatem. Et diuiditur in tres partes. In prima, ponitur captiuatio. In secunda, reliquiarũ conseruatio. ca. 40. [Sermo &c.] Tertio, reliquiarum instructio. ca. 42. [Et ac cesserunt &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur populi captiuatio. Secundo, quorundã liberatio, ibi [Et de plebe &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit obsidionẽ. [Et obsidebant.] Esa. 29. Circundabo quasi spheram in circuitu tuo, & iaciã cõtra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionẽ tuam. Secundo, ponit captionem vrbis. [vndecimo anno, mense quarto] scilicet: Iulio. Tamen combusta est mense quinto, septima die mensis, sicut habetur. 2. Reg. vlt. [Quinta mensis] cõtra 2. Reg. vlt. dicitur, quòd nona mensis. Et potuit esse ꝙ quinta die cæperunt homines fugere præ fame, & nona, ciuitas aperta est, custodibus ablatis. Et quia primo ceperunt antemurale. Et tunc habebant vrbem quasi captam, & postea ceperunt vrbem, vnde sequitur [sederunt in porta media] idest medio duorum murorũ, vel quæ erat inter duas portas ex eadem parte ciuitatis. supra. 1. Ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Hierusalem, & super muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. Ponit etiam captionem regis, designans fugam. [Cũque vidisset eos Sedechias, inter duos muros] qui coniungebantur muro ciuitatis iuxta domum regis, & cingebãt hortum regium, inter quos erat & via, & porta secundum æquidistantiam ab vtroque. Ten. 1. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua, abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Et subiungit captionem. [Et persecutus.] Tren. 4. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli. Tertio, ponit captorum condemnationem. Et primo, regis & principum, in occisionem. [Et captum] regem, scilicet in sententiæ pronunciationem. [Et locutus.] Ezech. 16. Iudicabo te iudiciis adulterarum & effundentium sanguinem. Et executionem sententiæ principum. [Et occidit.] Sap. 6. Potẽtes potenter tormenta patientur. Et oculorũ cęcitate [oculos quoque, vt duceretur in Babylonẽ] 4. Reg. 25. idem. Secundo, condemnationem vrbis in destructionem. [Domũ quoq;.] Tren. 2. Præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius. Tertio, condemnationẽ plebis in transmigrationẽ. [Et reliquias.] Baruch. 4. Delicati mei ambulauerunt vias asperas, ducti sunt enim vt grex directus ab inimicis.

b ¶Hic ponit quorundam liberationẽ. Primo, [pauperum qui nihil, & cisternas] quia terra penuriã in aquis patitur. supra. 5. Verumtamẽ in diebus illis ait dominus non faciam vos in consumationem. Secũdo, liberationem iustorum. Primo, prophetæ, ponens iussionẽ [præceperat] & executionem. [Misit ergo in domum] suam. Prou. 11. Iustus de angustia liberatus ẽ, & tradetur impius pro eo. Prou. 10. Qd timet impius veniet super eum, desiderium suum iustis dabitur. Et ca. 16. Cũ placuerint domino viæ hominis, etiam inimicos eius cõuertet ad pacem. Secũdo, liberationem eunuchi. [Ad Hieremiam autẽ.] Et primo, promittit liberationem ab hostium dominio. [Et nõ traderis.] Sap. 10. Custodiuit illum ab inimicis, & a seductoribus tutauit illũ. Tertio, ab occisionis gladio. [Et gladius.] Psalm. 90. Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tui, ad te autem nõ appropinquabit. supra. 17. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Eccl. 2. Crede deo & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum.

a CAP. XL.

POsita destructione vrbis & populi captiuitate, ponit reliquiarum salutem. Et primo, ponitur populi congregatio. Secundo, congregati populi disturbatio. ca. 41. [Et factum &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur congregatio. Secundo, quorundam insidiarũ reuelatio, quæ pacem populi perturbabãt, ibi [Iohanan &c.] Circa primum, tria. Primo, ponitur congregatio populi quantum ad prophetam. Secundo, quantum ad principes, ibi [Cumque audissent &c.] Tertio, quantum ad plebem, ibi [Sed & omnes &c.] Circa primum, quatuor. Primo, ponitur liberationis pronunciatio. [Sermo qui factus.] Cum nullus sermo sequatur, intelligitur hoc, primum sermone reuelatum quod postea opere narrarur explectum. Psal. 68. Exaudinit pauperes, & vinctos suos non despexit. Secundo, ponitur prophetæ liberatio. [Tollens ergo] & assignat rationẽ, veritatẽ scilicet prophetæ [locutus est] per te. Amos. 3. Nõ est malum in ciuitate quod dominus nõ fecerit. Et excludit liberationem. [Nunc ergo.] Psal. 106. Eduxit eos de tenebris et vincula eorum disrupit. Tertio, datur ei optio, vtrũ vadat in Babylonẽ, vel cum Godolia remaneat, vel quocumque placeat, pergat. [Si placet.] Gen. 13. Ecce terra in cõspectu tuo est &c. Prou. 4. Ducam te per semitas æquitatis quas cũ ingressus fueris non arctabunt gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Et ponitur prouisio sibi facta. [Dedit ergo.] Iudic. 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quarto, ponit prophetæ electio. [Venit autem Hieremias.] Ideo nõ in Chaldæam iuit, quia illi habebãt ad consolationem Daniele, & Ezech. Esa. 61. Ad annunciandũ mãsuetis misit me, vt mederer cõtritis corde & ꝓdicarẽ captiuis ĩdulgẽtiã, & clausis apertionẽ, vt ꝓdicarem annũ placabilem domino, & diẽ vltionis deo nostro, vt consolarer omnes lugẽtes, & ponerem consolationem lugẽtibus Syon.

b ¶Hic ponitur cõgregatio principum. Et primo, ponitur eorum congregatio [Cũque audissent.] Eccl. 10. Rex insipiens perdet populũ suum, & ciuitates inhabitabunt per sẽsum prudentium. Secundo, ponitur congregatorum assecuratio. [Et iurauit.] 2. Petri 2. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Tertio, ostendit securitatis modum. [Ecce ego] quasi dicat. Ego sustinebo totum onus, vt vos in pace sitis. 1. Corinth. 4. Nos stulti propter christum, vos autem prudentes in christo. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolor nostros ipse portauit. Ioan. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis.

ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Hieremiam, & interrogauerunt eum. Et locutus est eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei rex. Et cessauerũt ab eo. Nihil enim fuerat auditum.

c ¶Mansit vero Hieremias in vestibulo carceris, vsque ad diẽ quo capta est Hierusalem. Et factum est vt caperetur Hierusalem.

a CAP. XXXIX.

ANno nono Sedechię regis Iuda mẽse decimo venit Nabuchodonosor rex Babylonis & oĩs exercitus eius ad Hierusalem, & obsidebant eam. Vndecimo autem anno Sedechię, mense quarto, quinta mensis, aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis & sederunt in porta media, Neregel, Sereser, Semegar-nabu, Sar-sachim, Rab-sares, Neregel, Sereser, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cũque vidisset eos Sedechias rex Iuda & omnes viri bellatores, fugerunt & egressi sunt nocte de ciuitate per viã horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, et egressi sunt ad viam deserti. Persecutus est autẽ eos exercitus Chaldæorum, & comprehenderunt Sedechiam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis ĩ Reblatha, quæ ẽ in terra Emath, & locutus est ad eum iudicia. Et occidit rex Babylonis filios Sedechiæ ĩ Reblatha in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Oculos quoque Sedechię eruit, & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. Domum quoque regis & domũ vulgi, succenderunt Chaldæi igni, & murum Hierusalẽ subuerterũt. Et reliquias populi, quæ remanserant in ciuitate, & profugos qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remãserant, trãstulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

b ¶Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militię in terra Iuda, & dedit eis vineas & cisternas in die illa. Præceperat autẽ Nabuchodonosor rex Babylonis de Hieremia, Nabuzardan magistro militum, dicens. Tolle illũ & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias, sed vt voluerit sic facies ei. Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ & Nabusezbaz, & Rab-sares, & Neregel, & Sereser, & Reb mag, & omnes optimates regis Babylonis, miserũt & tulerunt Hieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godolię filio Ahicam filii Safphan vt intraret in domum et habitaret in populo. Ad Hieremiam autem factũ fuerat sermo domini cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens. Vade & dic Abde-melech Aethiopi, dicens. Hæc dicit dominus exercituum deus Israel. Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum & non in bonum, & erunt in cõspectu tuo in die illa, & liberabo te in die illa, ait dominus. Et traderis in manus virorũ quos tu formidas, sed eruens liberabo te & gladio non cades, sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait dominus.

a CAP. XL.

SERMO qui factus est ad Hieremiã a domino, post quàm dimissus est a Nabuzardan magistro Militię de Rama quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Hierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Hieremiam, dixit ad eũ. Dominus deus tuus locutus est malũ hoc super locum istum, & adduxit & fecit dominus sicut locutus ẽ, quia peccastis domino & non audistis vocẽ eius, & factus est vobis sermo hic. Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis, quæ sunt ĩ manibus tuis. Si placet tibi vt venias mecum in Babylonem, veni, & ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. Quod elegeris, & quo placuerit tibi vt vadas, illuc perge, & mecũ noli venire, sed habita apud Godoliã filium Ahicam filii Saphan, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ, Habita ergo cum eo in medio populi, vel quocumque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria & munuscula, & dimisit eum. Venit autem Hieremias ad Godoliam filiũ Ahicam in Masphat, & habitauit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra.

b ¶Cũque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socii eorum quod præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quod commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem, venerunt ad Godoliam in Masphat & Hismael filius Nathaniæ, & Iohanan filius Caree & Ionathan & Sareas filiꝰ Theneumet & filii Ophi, qui erant de Nethophati & Iechonias filius Maachati, ipsi & viri eorum. Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan & comitibus eorum, dicens. Nolite timere seruire Chaldęis. Habitate in terra & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos. Vos autem colligite vindemiã, & messem, & oleũ, & cõdite ĩ vasis vestris, & manete in vrbibꝰ vestris, quas tenetis. Sed & oẽs Iudei qui erãt in Moab, & in finibꝰ Ammõ & in Idumęa & ĩuniuersis regionibus, audito ꝙ dedisset rex Babylonis reliquias in Iudea, & ꝙ præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan, reuersi sunt inq̃ omnes Iudæi de vniuersis locis ad quæ profugerant, & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Masphat, & collegerunt vinum & messem multam ninis.

c ¶Iohanan autem filius Caree & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphat, & dixerunt ei. Scito quòd Baalis rex filiorum Amon misit Hismael filium Nathanię percutere animam tuam. Et nõ credidit eis Godolias filius Ahicam. Iohanan autem filius Caree, dixit ad Godoliam seorsum in Masphat, loquens. Ibo & percutiam Hismael filium Nathaniæ nullo sciẽte ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi qui cõgregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filiũ Caree. Noli facere verbũ hoc, Falsum .n. tu loqueris de Hismael.

a CAP. XLI.

ET factũ est in mense septimo, venit Hismael filius Nathanię filii Elisama de semine regali & optimates regis, & decẽ viri cum eo ad Golodiã filium Aicham in Masphat, et comederũt ibi panes simul in Masphat. Surrexit autem Hismael filius Nathaniæ & decem viri, qui cum eo erant, & percusserunt Godoliã filiũ Ahicam, filii Saphan gladio, & interfecerunt eũ, quem præfecerat rex Babylonis terræ, Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Masphat, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores, percussit Hismael.

b ¶Secundo autem die postquàm occiderat Godoliam, nullo adhuc sed [omnes Iudæi &c.] Hic ponitur congregatio plebis. Psa. 146. Dispersiones Israelis congregauit.

c ¶Hic ponit insidiarum machinatio. Et primo, facta a principibus communiter. [Scito quòd Baalis] qui adhuc Chaldæis resistebat [& non credidit] credens dolosis verbis Hismaelis. Prouerb. 13. Innocẽs credit omni verbo, asturus considerat gressus suos. Secundo, facta a quodam specialiter. [Iohanan.] Et primo, excogitatio [ibo.] Prouer. 11. In bonis iustorũ exaltabitur ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Secundo, ponitur repulsio. [Et ait Godolias.] supra. 11. Et non cognoui quia cogitauerunt super me consilia dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamꝰ eum de terra viuentium &c.

a CAP. XLI.

HIc ponit congregati populi disturbatiõ p nequitiam Hismaelis. Et primo, ponitur quorundam fraudulenta occisio. Secundo, cadauerum intumulatio, ibi [Lacus autem &c.] Tertio, aliorum violenta captiuatio, ibi [Et captiuos &c.] Circa primũ, duo. Primo, ponitur occisio ducis et familiarium. Secundo, occisio quorundã peregrinorũ, ibi [Secundo, autẽ die &c.] Circa primum, tria. Primo, ponit simulatæ pacis dolũ [de semine regali] propter quod inuidia mouebatur ad eum quem videbat Iudæis præpositum, se a regno excluso. Eccl. 6. Est amicus socius mẽsæ & nõ permanebit in die necessitatis. Secũdo, ponit parratũ ducis homicidiũ [surrexerunt] de mensa [decem viri] & prævaluerunt, aliis nihil tale suspicantibus. 2. Reg. 3. Nequaquàm vt mori solent ignaui mortuus es Abner. Tertio, ponit occisionẽ familiariũ [omnes quoque Iudæos.] Eccl. 10. Ab vna scintilla augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis.

b ¶Hic ponit occisionem peregrinorum. Et primo, describit eorum conditionem, quãtum ad luctum [rasi barba.] Tren. 1. Sacerdotes eius gementes. Baruch. 4. Adduxit mihi dies luctum magnum &c. Et quantum ad votum [munera] habebant [thus] quod in omni oblatione offerebatur. Leui. 2. [In domo domini] idest in loco templi. Esa. 19. Colent eum in hostiis & muneribus & vota

& vota vouebunt domino & soluent . Secundo , ponit occisionem , præmittēs dolum in tristitiæ simulatione. [Egressus est plorans.] Eccl 12. Et si humiliatus vadat curuus, abiice animū tuum & custodi te ab illo . Et infraudulento consilio. [Cum autem occurrisset.] Prouer. 26. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas . & subiungit homicidiū [qui cum venissent.] Tren. 3. Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me. Osee. 3. Sāguis sanguinem tetigit . Tertio , ponit quorundam liberationem, propter promissionem diuitiarū quas se habere dicebant. [Decem autē viri.] Prouer. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ multæ , qui aūt pauper est, increpationē nō sustinet.

c ¶Hic ponit cadauerum intumulationem. [Asa rex.] 3. Reg. 16. dicitur q̄ Asa fecit cōstrui Gabaa Beniamin in masphat , de his quæ præparauerat Baasa ad ædificandum contra ipsum Rama , & forte fecit in munitionem loci cisternā aliquam. Psalm. 87. Aestimatus sum cū descendentibus in lacum , factus sum sine adiutorio inter mortuos liber .

d ¶Hic ponit captiuationem . Et primo , ponitur remanentium captiuatio [reliquias] quia quosdam interfecerat qui erāt de Godoliæ familia. Esa. 5. Dilatauit infernus animam suam , & aperuit os suum absque vllo termino. Secundo, ponit liberatio, præmittens liberantium præparationem [Audiuit.] Prou. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem , & qui traduntur ad interitum liberare ne cesses . Et subiungit captiuorum liberationem. [Cumque vidisset.] Prou. 11. In bonis iustorū exaltabitur ciuitas ; & in perditione impiorum erit laudatio. Et subdit captiuantis euasionem. [Hismael autem, cum octo] duobus interfectis . Esa. 33. Væ qui prædaris, nōne & ipse p̄daberis ? Tertio, ponit eorum timorē. Et circa hoc, duo. Primo, ponit timoris signū, scilicet propositum fugiendi. [Tulit ergo.] Prou. 28. Fugit impius, nemine persequēte . Secūdo, ponit timoris incitatiuum [timebant enim] Sap. 17. Semper enim præsumit sæua, perturbata cōscientia. Iob. 15: Cum pax sit, ille semper insidias suspicatur .

a CAP. XLII.

Hic incipit populi congregati instructio. Et diuiditur in partes duas. Primo , ponitur populi instructio generalis. Secūdo, specialis Baruch. ca. 45. [Verbū &c.] Circa primum, duo. Primo, ponitur prophetæ instructio . Secundo , populi contradictio , ibi [Factū est autem &c.] Circa primum, duo. Primo , ponitur instructionis petitio . Secundo , ponitur instructio , ibi [Cum autem cōpleti &c.] Circa primum, duo. Primo , petunt orationis suffragia , vbi ponitur petitio [cadat] quasi dicant, locum habeat apud te. Eccl. 35. Oratio humiliantis se , nubes penetrabit , & donec ppinquet nō consolabitur, & non discedet donec altissimo aspiciat: in quo captant beneuolentiam [& ora pro nobis.] Vbi petunt beneficium. Esa. 37. Leua orationem pro reliquiis quæ reperte sunt. [quia derelicti] in quo flectunt ad misericordiā. Deut. 28 . Remanebitis pauci numero , qui pri eratis sicut astra cæli præ multitudine. [& annuntiet] in quo expetitur orationis fructus. [Dominus.] Esa. 8. Nūquid non populus a deo suo requiret visionem pro viuis ac mortuis ? [viū] quia non in Aegyptū ire decreuerāt. supra. 10. Non est hominis via eius , nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus , hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te . Ponitur etiam prophetæ promissio. [dixit] promittit autem orationes. [Ecce ego.] 1. Reg. 12. Absit a me peccatum hoc in domino, vt cessem orare pro vobis. Et denūciationem [omne verbū.] Act. 20. Non enim subterfugi quo minus annuntiarē omne consilium dei vobis. Secundo, promittunt obediētiam , quam tamen seruaturi non erant . [Et illi dixerunt] simile. Exod. 19. Cuncta quæ locutus est nobis dominus, faciemus .

b ¶Hic ponitur instructio. Et circa hoc, tria . Primo , inducit reuelantis

qui erant cum eo , vniuersas reliquias vulgi , quas reduxerant ab Hismael filio Nathaniæ de Masphat, postquàm percussit Godoliā filium Ahicam fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaō, & abierunt , & sederunt peregrinantes in Chamaan, quæ est iuxta Beth-leem, vt pergerēt & itroirēt Aegyptum a facie Chaldæorū. Timebāt enim eos , quia percusserat Hismael filius Nathaniæ Godoliā filium Ahicham, quæ prepositerat rex Babylonis in terra Iuda .

a CAP. XLII.

Et accesserūt omnes principes bellatorum, & Iohanan filius Caree, & Iechonias filius Oziæ, & reliquum vulgus a paruo vsque ad magnum, diixeruntq; ad Hieremiā prophetā. Cadat oratio nostra in conspectū tuo, & ora pro nobis ad dominū deum tuū pro vniuersis reliquiis istis , quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur, & annuntiet nobis dominus deus tuus viam per quam pergamus, & verbum, quod faciamus. Dixit autē ad eos Hieremias propheta . Audiui . Ecce ego oro ad dominum deum vestrum, secūdum verba vestra. Omne verbum quodcumque respōderit mihi indicabo vobis, nec cælabo vos quicquam . Et illi dixerunt ad Hieremiam . Sit dominus inter nos testis veritatis & fidei, si nō iuxta oē verbum in quo miserit te dominus deus tuus ad nos, sic faciemus , siue bonum est , siue malum . Voci domini dei nostri ad quem mittimus te obediemus, vt bene sit nobis cum audierimus vocem domini dei nostri .

b ¶Cum autem completi essent decem dies , factum est verbum domini ad Hieremiam . Vocauitque Iohanan filium Caree & omnes principes bellatorum, qui erant cū eo, & vniuersum populum a minimo vsque ad magnum , & dixit ad eos. Hæc dicit dominus deus Israel ad quem misistis me, vt pro

reuelātis authoritatem. [Hæc dicit dominus] quasi mediator inter vos & deū, deferēs orationes vestras ad deum, & responsum ipsius ad vos. Deut. 5. Ego sequester & medius fui inter deū & vos in tempore illo , vt annuntiarem vobis verba eius . Secundo, hortatur ad quietem dupliciter , excludendo mala diuinæ punitionis : ponens promissum [ędificabo] bona conferendo [plantabo] confirmādo . Et excludens impedimentum [Iam enim placatus.] Exod. 32. Et placatus est dominus ne faceret malū aduersus populum suum . Psalm. 102. Non in perpetuum irascetur , neque in æternum comminabitur . Et excludit timorem hostilis persecutionis, faciens securitatem . [Nolite timere.] Esai. 51. Quis tu , vt timeas sternerem preces vestras in cōspectu eius . Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos & non destruam, plantabo, & non eūellam . Iam enim placatus sum super malo, quod feci vobis. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum dicit dominus, quia vobiscum sum ego vt saluos vos faciam, & eruā de manu eius. Et dabo vobis misericordias & miserebor vestri , & habitare vos faciam in terra vestra . Si autem dixeritis vos, Nō habitabimus in terra ista, nec audiemus vocē domini dei nostri dicentes, Nequaquam, sed ad terram Aegypti pergemus vbi non videbimus bellū, & clangorem tubæ nō audiemus, & famen non sustinebimus, & ibi habitabimus, Propter hoc, nūc audite verbum domini reliquiæ Iuda. Hæc dicit dominus deus exercituum, deus Israel. Si posueritis faciē vestram vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis, gladius quem vos formidatis, ibi comprehēdet vos in terra Aegypti, & fames pro qua estis solliciti adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Omnesque viri qui posuerint faciem suam vt ingrediantur Aegyptum vt habitent ibi , morientur gladio , & fame, & peste. Nullus de eis remanebit , nec effugiet a facie mali, quod ego afferam super eos . Quia hęc dicit dominus exercituū, deus Israel. Sicut conflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores Hierusalem, sic conflabitur indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Aegyptū. Et eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & ī opprobrium, & nequaquàm vltra videbitis locum istum. Verbum domini super vos reliquiæ Iuda . Nolite intrare Aegyptum. Scientes scietis , quia obtestatus sum vobis hodie , quia decepistis animas vestras. Vos enim misistis me ad dominum deum nostrum dicentes, Ora pro nobis ad dominū deū nostrū, & iuxta omnia quæcūque dixerit tibi dominus deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie , & non audistis vocem domini dei vestri super vniuersis, pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis , quia gladio , & fame, & peste , moriemini in loco ad quem voluistis intrare , vt habitaretis ibi .

ab homine mortali, & a filio hominis , qui quasi fenum ita arescet? Et promittit auxilii opem, [quia vobis.] supra. 20. Dominus mecū est tamquàm bellator fortis . Idcirco qui persequūtur me cadent , & infirmi erunt, & confundentur vehemēter, quia nō intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquā delebitur. Esai. 50. Dominus deus auxiliator meus , & ideo non sum cōfusus.

Explicit expositio literalis S. Thomæ de Aquino Ord. Prædicatorum, super Hieremiam: quam morte præuentus complere non potuit.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI, IN TRENOS HIEREMIAE EXPOSITIO.

PROOEMIVM.

ECce manus missa est ad me in qua erat liber inuolutus. Et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Ezech. 2. cap. Ex verbis istis quatuor possunt accipi circa præsens opus lamentationum Hieremiæ: scilicet author, modus, vtilitas, & materia. In authore designatur benignitas. Vnde dicit. [Ecce manus missa est.] Hæc manus sapientiæ dei est, qua omnia facta sunt, sicut dicitur in Psal. 103. Omnia in sapiẽtia fecisti. Ipsa est quæ intellectum aperit ad videndum. Ezech. 40. Facta est super me manus domini, & adduxit me illuc in visionibus dei. Ipsa est quæ linguam expedit ad loquendum. Hierem. 1. Misit manum suam & tetigit os meũ & dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ipsa est quæ manum dirigit ad scribendum. Daniel. 5. Apparuerunt digiti quasi hominis scribentis. Qui sunt prophetæ, & alii doctores in quibus sapientiæ dona diuidimus, vt totum, quod homo tradendo diuinam sapientiam, exterius agit ministerio, ipsa interius perficiat authoritate. Esai. 26. Omnia opera nostra operatus & in nobis 1. Corinthiorum, 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis tamquàm ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Hæc quidem sapientia tam alta est, vt dum nos in infimo sumus, nihil ab ipsa, possemus accipere, nisi nobis mitteretur. Et ideo benignitas authoris designatur in missione manus. Roma. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Mittitur quasi nobis præposita tripliciter. In rerum creatione, ex quibus perpenditur. Roma. 2. Inuisibilia dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sapien. 13. A magnitudine speciei & creaturæ, poterit horum creator videri. Mittitur etiam interna inspiratione. Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se transfert, amicos dei & prophetas ipsa constituit. Missa est eminentissime in incarnatione, quando coram oculis corporalibus, inuisibilis sapientia apparuit. Sap. 7. Mitte illam de cælis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ vt mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. In modo ostenditur difficultas. Vnde sequitur. [In qua erat liber inuolutus.] Est idem iste liber inuolutus, ornatu verborum: vnde & metrice descriptus & rhetoricis est ornamentis coloratus. Prouer. 15. Lingua sapientum ornat scientiam. Est etiam inuolutus, profunditate misteriorum 2. Corinthior. 13. Spritus enim loquitur misteria: & Apostolis dicitur in persona omnium qui sacras scripturas ediderunt. Vobis datum est nosse misterium regni dei. Matth. 13. Est etiam inuolutus, varietate similitudinum, sicut & ceteri prophetarum libri. Prouerbio. 1. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapiẽtum, & ænigmata eorum. Osee 12. Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Et hoc signatum est per stola inuolumenta, quibus vasa sanctuarii inuoluebantur. Num. 4. Per velum enim quod diuersis coloribus & pulchra varietate erat distinctum, vt dicitur Exod. 26. significatur diuersitas similitudinum. Per pelles & pallium hyacintini coloris, significantur cælestia misteria, quibus quasi impregnatus est liber iste. Per pallium purpureum, significatur ornatus verborum. Hæc enim inuolutio spiritussancti, explicatur a sacris expositoribus: quia sacræ scripturæ eodem spiritu sunt expositæ quo sunt editæ, sicut dicit Augustinus. Et ideo sequitur. [Expandit illum coram me] Deus enim aperit scripturarum verba: vnde dicitur. Luc. vlt. Aperuit illis sensum, vt intelligerẽt scripturas. Reuelat occulta misteria. Dani. 2. Vere deus noster deus deorum, & dominus, regum reuelans misteria. Explicat similitudinem. Psal. 17. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt. In multiplicitate etiam ostenditur vtilitas. Vnde sequitur. [Qui erat scriptus intus & foris.] Vtrobique enim sapientiam scriptã continet: scilicet in cortice literalis sensus, in abditis sententialis intelligentiæ, vt sit verum quod dicitur. Ioan. 10. Ingredietur & egredietur & pascua inueniet. In materia ostenditur diuersitas. Vnde sequitur. [Et erant scriptę in eo lamentationes, & carmen, & væ] Deplorat Iosiæ necem, & quantum ad hoc, continet lamentationes 2. Para. 35. Vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum, Hieremias maxime, cuius omnes cantores & cantatrices vsque in præsentem diem, lamentationes super Iosiam replicant. Deplorat populi conculcationem, & quantum ad hoc continet carmen. Ezec. 32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudine. Deplorat etiam Hierusalem & totius ciuitatis vastationem: & quantum ad hoc continet, væ. Hier. 4. Væ nobis, quia vastati sumus. Vel possunt hæc tria ad triplicem sensum referri, quo liber iste in glossis exponitur: vt væ, referatur ad sensum typicum, tropologicum, vel moralem, quo deplorat peccati seruitutem. Infra vltimo. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. Carmen refertur ad sensum mysticum, quo deplorat ecclesiæ viduitatem. Psalm. 39. Immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Lamentationes, quantum ad sensum historicum, quo deplorat Iudæorum captiuitatem. Hierem. 9. Vox lamentationis audita est de Syon, quo modo vastati sumus, & confusi vehementer. Et ab hoc liber iste denominatur, vnde alio nomine dicitur Treni, qd in greco sonat lamentationem: quàmuis a quibusdam dicuntur Treni, quasi Terni, quia quasi ternis versibus sub vna litera procedit in principio libri: vnde tribus ordinibus literarum variatur. Primo, sub vna litera tres clausulas vsque ad tertium capitulum, vbi tribus clausulis singulis eandem literam proponit. In quarto capitulo, duas clausulas sub eadem litera concludit. Notandum, quòd in hæbreo in singulis literis per ordinem incipiant distinctiones singulæ, sicut vocantur, sicut apud nos illo hymno, A solis ortus cardine. Et secũdũ hmõi interpretationem literarum, singulæ litteræ consonant sententiis clausularum, quibus præponuntur.

ECce manus missa est ad me in qua erat liber inuolutus. Et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

INCIPIVNT TRENI: IDEST LAMENTATIONES HIEREMIAE.

HVIC autem operi præmittitur procemium, in quo describitur tempus [Postquàm in captiuitatem] author [sedit Hieremias] more plangentis, quasi in terra. Esa. 41. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Materia [planxit lamentatione] Hierem. 9. Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti plãctum, quoniam incensa sunt &c. Authoris affectus [amaro animo] infra. 3. Repleuit me amaritudinibus & inebriauit me absinthio.

INCIPIVNT TRENI, IDEST lamentationes Hieremiæ.

a CAP. I.

DIVIDITVR iste liber in partes duas. In prima, propheta deplorat populi misteriam. In secunda, oratione cõuertit se ad diuinam misericordiam. cap. 5. [Recordare &c.] Prima, diuiditur in tres. In prima, plãgit misteriam seruitutis. In secunda, misteriam destructionis. 2. cap. [Quomodo obtexit.] In tertia, misteriam obsidionis. 4. cap. [Quomodo obscuratum.] Prima, in duas. In prima, deplorat propheta gentis suæ deiectionem. In secunda, inducit plebis, vel ciuitatis conquestionem, ibi [O vos omnes qui transitis] Prima, in duas. In prima, plangit seruitutem. In secunda, prosequitur per partes, seruitutis magnitudinem, ibi [Migrauit Iudas &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit populi seruitutem seu abiectionem, quantum ad amissionem gloriæ. Secundo, quantum ad violationem amicitiæ, ibi [Plorans plorauit &c.] Ostendit autem gloriam suam, ex tribus. Primo, quia populosa ciuibus [Quomodo sedet] vilis & deiecta [sola] desolata habitatoribus. Baruch. 4. Ego autem derelicta sum sola, exui me stola pacis [plena] quondam. 2. Paral. 1. Iuda & Israel innumerabiles. Esa. 22. Vrbs frequens, ciuitas exultans. Secundo, quia honorata principibus: erat enim ciuitas regalis, & sacerdotalis [Facta est quasi vidua] Regibus, vel sacerdotibus. Esa. 48. Venient tibi duo hæc simul in vna die: sterilitas, & viduitas [Domina gentium] quondam ei subditarum. Ezech. 5. Ista est Hierusalem in medio gentium posita. Tertio, ditata tributis [Princeps prouinciarum] quas tributarias fecerat. 2. Reg. 8. Factus est Moab & Syria Dauid seruiens sub tributo, vel in quas Salomon regnum suum diuiserat, singulis singulos præpositos præponens. 3. Reg. 4. Iam est sub tributo Chaldæorum. Prouerb. 12. Manus fortium dominabitur, quæ autem remissa est, tributis seruiet. Huic autem versui præponitur litera [Aleph] quæ interpretatur doctrina, ad ostendendum quòd quia populus caruit doctrina dei in obseruatione, quam tenebat in cognitione, ideo captiuatus est. Esa. 6. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Sciendum est etiam, quòd cum plerumque vtatur coloribus & locis rhetoricis in hac lamentatione, est quartus locus conquestionis. Allegorice [ciuitas] præsens ecclesia [plena populo] ex diuersis gentibus congregata. [Domina gentium] fidei obedientium [Princeps prouinciarum] diuersarum ecclesiarum, quibus viuendi vitam decernit [facta est sola] destituta angelorum custodia, vel auxilio [vidua] subtracta [ponsi præsentia [tributaria] tyrannis exposita. Moraliter [ciuitas] anima [plena populo] bonarũ affectionũ [Domina gentium] vitiorum [Princeps prouinciarũ] sensuũ [desolata] bonorũ suffragiis [vidua] sponsi amplexibus [sub tributo] vitiorum.



B

T factum est postquàm in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Hieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Hierusalem: & amaro animo suspirans, & eiulans, & dixit.

a CAP. I.

ALEPH.

C

Vomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo?

BETH.

b ¶ Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

GIMEL.

c ¶ Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eã, inter angustias.

DELETH.

d ¶ Viæ Syon lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solennitatem gentium, princeps prouinciarum facta est sub tributo?

BETH.

b ¶ Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam, ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

GIMEL.

c ¶ Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eã, inter angustias.

DELETH.

d ¶ Viæ Syon lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solennitatem. Secundo, auxilii subtractionem, [non est qui consoletur eam] auxilium contra hostes præbens [ex omnibus charis] Aegyptiis & aliis eis fœderatis. Eccl. 4. Vidi calumnias quæ sub Sole feruntur, & lachrymas innocentum, & cõsolatorem neminẽ. Tertio, affectus immutationem [omnes amici] Iob. 19. Fratres meos longe fecit a me, & noti mei quasi alieni recesserunt a me. Huic præponitur litera [Beth] quæ interpretatur domus, quia domus Iacob est plorans. Tertiusdecimus conquestionis locus. Allegorice. Ecclesia plorat aduersitates [i maxillis] prælatis [ex omnibus charis] angelis sanctis [spreuerunt] conformantes se diuinæ iustitiæ. Moraliter, anima plorat [in nocte] peccata [in maxillis] conscientiæ, in qua loquit hominis operatio [Ex omnibus charis] priuatis affectionibus [spreuerunt] affectus prauæ delectationis.

c ¶ Hic prosequitur misteriam seruitutis per partes, vt ostendat ipsius magnitudinem. Et diuiditur in duas partes. In prima, plangit ipsam, quantum ad hominum oppressionem. Secundo, quantum ad bonorũ direptionem, ibi [Manum suam misit &c.] Prima, in duas. In prima, plangit oppressionis misteriam. In secunda, ostendit misteriæ rationem, ibi [Peccatum peccauit &c.] Circa primum, duo facit. Primo, plangit eorum misteriam, quantũ ad præsentia quæ sustinebant. Secundo, quãtum ad præterita quæ recogitabant, ibi [Et recordata est &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, misteriam seruitutis quantum ad fugientes. Secundo, quantum ad remanentes, ibi [Viæ Syon lugent &c.] Tertio, quantum ad captiuos, ibi [Facti sunt hostes eius &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, fugam [Migrauit] fugiẽs a terra sua ad terras vicinas [Propter afflictionem] in personis [& multitudinem seruitutis] in tributis, quam in terra sua a Chaldæis patiebantur. Esa. 16. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum. Esa. 21. Qui habitatis terram austri, cum panibus occurrite fugienti: a facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladii imminẽtis. Secundo, plangit fugientium imminentem angustiam [habitauit inter gentes] Moabitas, & Ismaelitas [nec inuenit requiem] quia ibi quoque angustiam passa est ab illis. Deut. 28. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Tertio, prædicit angustias, superueniente hostium potentia [Omnes persecutores] Chaldæi [inter angustias] quas ab illis ad quos fugerant patiebantur, sicut in Aegypto. Hierem. 24. Gladius quem vos formidatis apprehendet vos in terra Aegypti, & fames pro qua estis soliciti, adhærebit vobis. Ezech. 6. Qui quærunt eam non deficient, in menstruis eius quærent eam. Huic versui præponitur litera [Gimel] quod interpretatur plenitudo: quia ex multitudinæ peccatorum passi sunt plenitudinem miseriæ. Matth. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Luc. 6. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Decimus conquestionis locus. Allegorice [Iudas] ecclesia quæ Christo coniungitur [migrauit] de hostibus in hostes apud quos requiem petit [& non inuenit] sed ab omnibus ad libitum opprimitur. Moraliter [Iudas] anima quæ deum confiteri debet [migrauit] ad vitia [inter gentes] vitia, vel dæmones [requiem] illudentibus vitiis, vel dæmonibus [persecutores] dæmones [apprehenderunt] in morte.

d ¶ Hic plangit misteriam remanentium. Primo, quantum ad peregrinos quibus frequentabatur [viæ] lugent, luctum

excitant [ad ſolennitatem] triplicem , Paſca , Pentecoſten , ſcenophegia. Eſai. trigeſimotertio. Diſſipatæ ſunt viæ , ceſſauit tranſiens per ſemitam , irritum factum eſt pactum . Secundo , quantum ad perſonas quibus ciuitas ornabatur, ſcilicet principibus . [Omnes portæ eius] quia iudicia in portis fiebant. Eſai. tertio. Merebunt atque lugebunt portæ eiº, & deſolata in terra ſedebit. Sacerdotibus [Sacerdotes] Ioel. 2. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes . Virginibus [Virgines eius ſqualidæ] & deturpatæ. Iob. 30. Squalentes calamitate & miſeria , & manducabant herbas arborum . Machab. primo. Et ingemuerunt principes . Tertio , quantum ad populum , quo replebatur [Et ipſa] plebs , vel ciuitas. Ruth. 1. Valde amaritudine me repleuit omnipotēs. Huic præponitur litera. Deleth , ideſt tabularū , quia plangit deſtructionem tēpli , habentis tabulata cedrina & deauratā , vt dicitur. 3. Reg. 6. Octauus locus conquæſtionis . Allegorice [viæ] ducentes , ad cœlum[Syon] prophetæ & prædicatores [ad ſolennitatem] cœleſtis patriæ [portæ]prælati eccleſiæ , introducentes [Sacerdotes] qui ſacra miniſtrant [Virgines] quæ in eccleſia primum gradum obtinent: iſti omnes pro peccatis concutiuntur , quibus concuſſis , & ipſa plebs ſubdita, amaritudine repletur. Vnde Exod. 32. Moyſes tabulas fregit . Moraliter, Viæ ſunt animæ virtutes ad ſolennitatem contemplationis, Portæ, ſenſus, Sacerdotes, animæ in ſanctitate diuinæ religionis, Virgines in puritate conſcientiæ, quibus concuſſis ipſa anima vitiorum amaritudine opprimitur .

e ¶ Hic plangit opprеſſionem, quantum ad captiuatos. Et primo , plangit captiuitatem minorum . Secundo , maiorum , ibi [Et egreſſa eſt &c.] Circa primum , tria proponit . Primo, hoſtium exaltationem in potentia [hoſtes] ſcilicet Chaldæi [in capite] quaſi principantes ipſis . Et quantum ad diuitias [locupletati ſunt] Deut. 28. Ipſe erit in caput & tu eris in caudā.] Secundo , aſſignat exaltationis rationem [quia dominus locutus eſt] quaſi ſententians contra ipſam, inſpirās gentibus ad veniendum , vel prædicens per Moyſen. Et hoc [propter multitudinem iniquitatum]Hierem. 28. Loquar aduerſus gentem & aduerſus regnum vt deſtruam, & diſperdam illud . Tertio , proponit captiuitatem [Paruuli eius] ideſt paruuli de populo . Eſaiæ ſexto. Propterea captiuus ductus eſt populus meus , quia non habuit ſcientiam . Allegorice [hoſtes] hæretici , deficiente ſcientia in eccleſia [facti ſunt in capite] præualentes in contentionibus [locupletati] eloquentia [Dominus locutus eſt] permiſſiue [paruuli] incipientes [in captiuitate] ab eccleſia abducti. Moraliter [hoſtes] dæmones [in capite] intentionem corrumpentes [locupletati] multiplicitate peccatorum [locutus] permittens [paruuli] motus & affectus [tribulantis] dæmonis. Pſalm. 12. Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero. Huic præmittitur litera, He, ideſt iſta ſunt iudicia, quæ dominus per Moyſem dixerat. Et octauus locus cōqueſtionis. Hoc quod dicitur [propter multitudinem] eſt prima pars aſſumptæ conditionis generalis, quæ dicitur conceſſio.

f ¶ Hic plangit maiorum captiuationem . Et circa hoc, tria facit . Primo , proponit ornamentorum amiſſionem [A filia Syon] ideſt Hieruſalem [omnis decor] quantum ad vaſa quæ ablata ſunt , & theſauros & principes & ſacerdotes cum Ioachim nepote Ioſiæ . 4. Reg. 24. Ezech. 19. Auferentur vaſa decoris tui . Secundo, indigentiam victualium [facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua] nec ſibi , nec populo , quia deficit etiam panis in ciuitate , quando obſidebatur tempore Sedechiæ ſicut dicitur Hierem. trigeſimoquarto. Eſai. 6. Nobiles eius interierunt fame , & multitudo eius ſiti exaruit. Tertio, ponit captiuitatem principum [& abierunt abſque fortitudine] non potentes reſiſtere [ante faciem ſubſequentis] fugientes , ſicut legitur Hierem. vltimo. Fugati ſunt principes in campis Iericontinis. Pſalm. 37. Dereliquit me virtus mea. Huic verſui præponitur litera, Vau, quæ interpretatur, &, quaſi etiā hęc adiuncta ſunt ſuperioribus in vindictā noſtram a domino. Et eſt quintus conqueſtionis locus. Allegorice , ab eccleſia [filia] cœleſtis [Syon] a qua exemplata eſt, quandoque egreſſus eſt decor fidei [& principes] prælati vadunt in diuerſos errores [ante faciem ſubſequentis] diaboli, vel hæretici fidem peruertentis [non inuenientes] in ſcripturis [paſcua] verbi dei & domini Ieſu Chriſti.

g ¶ Hic deplorat miſeriam, ex præteritorum memoria . Et primo , tangit memoriam præteritorum , ideſt [afflictionis] præteritæ, quæ memorata , excitat tædium [præuaricationis] ideſt peccatorum, quæ excitant conſcientiæ remorſum [deſiderabiliū] ideſt proſperitatum , quæ cauſant & incendunt concupiſcentiæ deſiderium. Eſai. trigeſimooctauo. Recogitabo tibi annos meos, in amaritudine animæ meæ . Secundo , proponit paſſionem præſentium malorum [cum caderet] Pſalmus. 21. Tribulatio proxima eſt , & non eſt qui adiuuet . Tertio, contemptum hoſtium [viderunt, ſabbatha] & omnia quæ ad cultum religionis pertinebant . Machāb. primo. Dies feſti eius conuerſi ſunt in luctum , Sabbatha eius in opprobrium , honores eius in nihilum . Expoſitiones literarum loci rhetorici , & ſenſus miſtici, ſufficienter tanguntur in gloſſis .

h ¶ Hic oſtendit cauſam tante miſeriæ . Et primo , proponit ipſum peccatum . Secundo , peccati progreſſum , ibi [Sordes eius & cæt.] Circa primum , duo facit . Primo , proponit peccatum [peccatum] anthonomaſice infidelitatis, & idolatriæ . Prouerb. decimoquarto . Miſeros facit populos peccatum . Secundo , ponit peccati effectum . Primo , inſtabilitatis miſeriam [Propterea inſtabilis] ideſt non ſtetit in terra ſua, ſed captiuata eſt, & fugit in alias regiones . Eſaiæ quinquageſimoſeptimo. Impii quaſi mare feruens , quod quieſcere non poteſt . Secundo , confuſionis ignominiam [omnes qui glorificabant] benedicebant tempore proſperitatis [ignominiam] aduerſitatis. Iob. 29. Auris audiens beatificebat me , & oculus videns, teſtimonium reddebat mihi . Tertio , cordis triſtitiam [ipſa autem gemens , conuerſa eſt retrorſum] a proſperitate , qua in deo proficiebat . Pſalm. 69. Conuertantur retrorſum & erubeſcant, qui volunt mihi mala.

i ¶ Hic ponit peccati progreſſum . Et primo , ponit culpam [Sordes] ſcilicet peccatorum [in pedibus] ſcilicet in affectibus , quaſi ad progrediendum in peccato [finis] ſcilicet mortis , vel iudicii diuini. Eccleſiaſt. 8. Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis . Secundo , ponit pœnam [Depoſita eſt] a ſtatu dignitatis [vehementer] ideſt in ſex tromam miſeriam. Pſalm. 58 . Diſperde illos in virtute tua, & depone eos . Tertio , expoſcit miſericordiam [Vide domine] ſcilicet miſericordiæ affectu. Pſalm. 118. Vide humilitatem meam , & eripe me, quia legem tuam non ſum oblitus.

k ¶ Hic plangit ſeruitutem, quantum ad expoliationem bonorum, quam ab hoſtibus victoribus patiebantur . Et primo , ponit, bonorum expoliationem, quantum ad ea, quæ hoſtes auferebant . Secundo , quantum ad ea, quæ ipſimet deſtruebant , ibi [Omnis populus eius & cætera] Circa primum , duo ponit . Primo , bonorum direptionem [hoſtis] Chaldæus victor [deſiderabilia] ſcilicet theſauros domus dei & domus regiæ , & omnium aliorum. Eſa. 64. Omnia deſiderabilia veſtra

veſtra verſa ſunt in ruinas . Secundo , ponit iſtorum prophanationem [quia vidit] ſcilicet plebs Iudæorum : ac ſi diceret, hoc ordine potuit fieri vt omnia auferentur , etiam quæ in templo erant. 1. Machab. 2. Sancta in manu extraneorum facta ſunt. Vel aliter [vidit] ſcilicet dominus [gentes] Sacerdotes gentes ingreſſas ſanctuarium ſuū, de quibus præceperas ne intrarēt in eccleſiam tuam .

G A P H.

l ¶ Omnis populus eius gemens , & quærens panem. Dederunt pretiosa queque pro cibo ad reſocillandam animam . Vide domine & conſidera, quoniā facta ſum vilis .

L A M E C H.

m ¶ O vos omnes qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor , ſicut dolor meus . Quoniam vindemiauit me vt locutus eſt dominus, in die furoris ſui .

M E M.

n ¶ De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me. Expandit rete pedibus meis , conuertit me retrorſum . Poſuit me deſolatam , tota die mœrore confectā .

N V M.

o ¶ Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius , conuolutæ ſunt & impoſitæ collo meo. Infirmata eſt virtus mea, dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere.

S A M E C H.

p ¶ Abſtulit oēs magnificos meos dominus de medio mei, vocauit aduerſum me tēpus vt contereret electos meos . Turcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda .

A I N.

q ¶ Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquas , quia longe factus eſt a me conſolator, conuertens animam meā . Facti ſunt filii mei perditi , quoniam inualuit inimicus .

P H E.

r ¶ Expandit Syon manus ſuas , non eſt qui conſoletur eam. Mandauit dominus aduerſum Iacob, in circuitu eius hoſtes eius. Facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos .

non ad ſatiandum [animam] vilem vitam : ſic legitur de Aegyptiis, Gen. 48. Tertio , prouocat deum ad pietatem [Vide domine] Hierem. 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas ? Et hoc vltimum ponitur ex perſona ipſius ciuitatis vel plebis , quæ quaſi propheta proponente miſeriam ſuam , audiens ſuſtinere amplius non poſſit , ſed in verba lamentationis ſingultans prorumpit .

m ¶ Hic ponitur conqueſtio ex parte ipſius ciuitatis & plebis. Et primo , conqueritur ad aſtantes de ſeueritate iudicis. Secundo, ad iudicem de crudelitate hoſtis, ibi [Vide domine &c.] Circa primum , duo facit . Primo , proponit ſeueritatem iudicis in generali. Secundo , proſequitur in ſpeciali, ibi [Abſtulit omnes &c .] Circa primum , tria facit . Primo , proponit dei indignationem, inquantum puniendo vindicauit . Secundo , proponit diſciplinæ diuinæ ſeueritatem, inquantum puniendo erudiuit , ibi [De excelſo &c.] Tertio , proponit iuſtitiæ rigorem, inquantum puniendo officium iudicis exercuit , ibi [Vigilauit &c.] Circa primum , tria facit . Primo , ponitur inuocatio [O vos omnes qui tranſitis per viam] regionis huius deſertę. Hierem. 22. Pertranſibunt gentes per ciuitatem hanc , & dicet vnuſquiſque proximo ſuo . Quare fecit dominus ſic ciuitati huic grandi ? Secundo , proponitur doloris magnitudo [attendite] Dum enim ſuum conſiderat , nullum ſimilem putat . Maximus etiam fuit , quia maxima amiſſa: ſpiritualia , ſcilicet & temporalia . Hierem. 8. Super contritione Hieruſalem contritus. Tertio , ponitur dei indignatio , quæ eſt ratio doloris , quia [vindemiauit] captiuatis & interfectis habitatoribus , ſicut vinea racemis . Eſai. 6. Vinea domini exercituum , domus Iſrael eſt . Pſalm. 79. Vindemiauerunt eam omnes qui prætergrediuntur viam [locutus eſt] comminando per prophetas .

n ¶ Hic ponit ſeueritatem diſciplinæ , inquantum quaſi magiſter duris caſtigationibus erudiuit. Et primo , ponit ſeueritatem in corrigendo commiſſa [de excelſo] ideſt in alto conſilio ſuo [igne] afflictionis, vel quo ciuitas & caſtrum ad literam combuſta ſunt [in oſſibus] ideſt in potentibus & munitionibus , & ſic per grauia flagella [eruditiuit me] Eſai. vigeſimooctauo . Et tantummodo vexatio ſola dabit intellectum. Secundo , oſtendit ſeueritatem in cauendo futura [expandit rete] ideſt impedimentum quo a peccato retraxit . Oſee. 12. Sepiam viam tuam ſpinis . Tertio , oſtendit ſeueritatem, ſubtrahendo conſolationis beneficia [poſuit me] quaſi dicat , nullam conſolationem poſt flagella adhibuit , ſicut ſolet magiſter pueris facere . Baruch. 4. Adduxit mihi deus luctum magnum .

o ¶ Hic oſtendit rigorem iuſtitiæ ipſius dei, inquantum iudex eſt . Et circa hoc, tria facit. Primo , ponit diligentem peccatorum conſideratione [Vigilauit] quaſi vigilanter conſiderauit [iugum] afflictionis, mihi pro peccatis meis manibus imponendum . Hierem. 1. Quid tu vides Hieremia? Virgam vigilantem ego video. Secundo , ponit duram pœnæ afflictionem , ſcilicet , iniquitates ad modum catenæ indiſſolubili vinculo impoſitę, dum pro his pœnā patior . Pſalm. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me . Tertio , excludit cuſationem, tum propter debilitatem [infirmata eſt] tum propter hoſtis poteſtatem [dedit me dominus in manu] Chaldæorum , Pſalmus. 30. Infirmata eſt in paupertate virtus mea.

p ¶ Hic proſequitur miſeriam ſeruitutis per partes . Et primo , quātum ad primam captiuitatē ſub Ioachim nepote Ioſię, de quo quarti Regum penultimo . Secundo , de vltima quæ fuit ſub Sedechia , de qua. 4. Regum vltimo. & Hierem. vltimo, ibi [Expandit Syon &c.] Circa primum , duo facit. Quia primo , plangit hominum captiuationē. Secundo , conſolationis ſubtractionem , ibi [Idcirco ego plorans &c.] Circa primum , tria facit . Primo, ponit captiuitatem eorum, qui erant eminentes dignitate [magnificos] principes , quorum eſt magna facere , quia aliis remanentibus ipſi captiuati ſunt . Eſai. 3. Auferet dominus a Iuda & Hieruſalem validum & fortem . Secundo , eos qui erant eminentes in virtute [vocauit aduerſum me tempus] aptum deſtructioni , vt contererе electos virtute præeminentes. Pſalmus . 74 . Cum accepero tempus , ego iuſtitias iudicabo . Exod. 32. Ego autem in die vltionis viſitabo, & hoc peccatum eorum . Eccleſiaſt. 3. Omnia tempus habent. Tertio, eorum afflictionem, qui præeminebant puritate, vel etiam pietate [torcular] ideſt afflictionem [virgini] ad literam , vel ipſi plebi, quæ vſque tunc quaſi virgo fuerat , quæ fuit etiam captiuata . Hierem. vigeſimoquinto. Celeuſma quaſi calcantium continetur aduerſus omnes habitatores terræ . Hic debet præſcribi litera ſecundum gloſſ. ſed melius eſt quòd in ſequenti præſcribatur , quia per tres vadit .

q ¶ Hic plangit conſolationis ſubtractionem . Et primo , ponit doloris planctum [plorans] Hierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam ? Secundo , doloris materiam [quia longe, conſolator] Aegyptius [conuertens] a miſeria quam patior, in priſtinam proſperitatem . Pſalmus. 87. Longe feciſti notos meos a me . Tertio , ponit illius effectum [Facti ſunt filii] Ex defectu enim auxilii ſecuta eſt poteſtas aduerſarii , & captiuitas populi. Hierem. 50. Grex perditus factus eſt populus meus .

r ¶ Hic plangit ſecundo captiuitatem, quæ facta eſt ſub Sedechia, quando vniuerſaliter populus captiuatus eſt. Et circa hoc, tria facit. Primo, plangit obſidionem . Secundo , captiuitatem, ibi [Iuſtus dominus &c.] Tertio, famis conſumptionem, ibi [Vocaui amicos &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit defectū amicorum qui addiuuare debuerant & prohibere obſidionem [expandit] quaſi petens auxilium ab Aegyptiis. infra vlt. Aegypto dedimus manum & Aſſyriis. vel a deo. Eſaiæ. 1. Cum extenderiis manus veſtras , auertam oculos meos . Secundo, ponit aduentum hoſtium [mandauit] iuſte diſpenſando [in circuitu] per modum obſidionis [hoſtes] Chaldæos. Eſa. 10. Contra ſubtrahendo conſolationis beneficia [poſuit me] quaſi dicat , nullam conſolationem poſt flagella adhibuit , ſicut ſolet magiſter pueris facere . Baruch. 4. Adduxit mihi deus luctum magnum .

s ¶Hic plangit captiuitatem. Et circa hoc, tria facit. Primo, confitetur iudicis iustitiam [iustus dominus] Daniel. 9. Iustus dominus deus noster in omnibus operibus suis, quæ facit. Secundo, captat auditorum beneuolentiam, prouocans eos ad compassionem [Audite obsecro] Hierem. 4. Audite ciuitates Syon. Tertio, plangit captiuitatis miseriã [virgines meæ & iuuenes mei] qui potuerũt ꝑpter robur ætatis famis mortẽ euadere. Hiere. 51. Impleuit ventrem suum teneritudine mea & eiecit.

t ¶Hic plangit consumptionem eorum, qui famæ in obsidione mortui sunt. Et primo, præmittit amicorum deceptionem [amicos] Aegyptios, quia non adiuuerũt sicut sperabam. Esa. 30. Aegyptus frustra & vane auxiliabitur, ideo clamaui super hoc. Secundo, ponit cõsumptionem ex hoc occasionatam. [Sacerdotes] de quibus videtur magis indignum [consumpti fame] Esai. 5. Nobiles enim interierunt fame. Tertio, assignat consumptionis rationem [quia quæsierunt] ad refocillandum non ad satiandum, & non inuenerunt. Vel assignat in hoc rationem culpã eorũ qa quæsierunt sibi non populo. Ezech. 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.

SADE.

s ¶Iustus est dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum. Virgines meæ & iuuenes mei, abierunt in captiuitatem.

COPH.

t ¶Vocaui amicos meos, & ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt, quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animas suas.

RES.

v ¶Vide domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Foris ĩterficit gladius, & domi mors similis est.

SIN.

x ¶Audierũt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

THAV.

y ¶Ingrediatur omne malum eorum coram te, & deuindemia eos sicut vindemiasti me, propter iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

v ¶Hic incipit conqueri ipsi iudici. Et circa hoc, tria facit. Primo, exponit propriam miseriam. Secundo, accusat aduersariorum culpam, ibi [Audierunt quia &c.] Tertio, petit vindictam, ibi [Ingrediatur omne malum &c.] Circa primum, tria facit. Primo, excitat attentionem [Vide domine] Psalm. 30. Miserere mei domine, quoniam tribulor. Secundo, proponit dolorem sub methaphora doloris interioris & angustiæ cordis [conturbatus] quam exponit [quoniam amaritudine] Hierem. 4. Ventrem meum doleo. Ruth. 1. Valde amaritudine me repleuit omnipotens. Tertio, assignat doloris rationem [foris interficit] Deut. 32. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor.

x ¶Hic accusat aliorum culpam. Et circa hoc, tria facit. Primo, accusat adiutoris defectum [Audierunt] scilicet Aegyptii & alii de quibus confidebam. Hierem. 31. Vox in excelso audita est, lamentationis fletus & planctus. Secundo, accusat inimicorum gaudium [omnes inimici] Psalm. 12. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Tertio, quasi securus de diuina iustitia, prædicit eorum interitum [adduxisti] hoc est adduces propter certitudinem [consolationis] mihi [similes] dolores & afflictiones. Esai. sexagesimoquinto. Ecce serui mei comedẽt & uos esurietis.

y ¶Hic petit vindictam. Et primo, reducit culpam in memoriam [ingrediatur omne malum] peccatum. Psalm. 108. In memoriã redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Secundo, petit pœnam [deuindemia] supra eodem. Vindemiauit me dominus vt locutus est in die furoris sui. Tertio, assignat causam [multi enim gemitus] propter mala quæ ab ipsis patior. Hiere. 8. Dolor meus super dolores.

a CAP. II.

Hic plangit destructionem ciuitatis, populi, & totius regionis. Et diuiditur in duas partes. In prima, deplorat destructionem. In secunda, excludit populi desperationem 3. cap. Ego vir videns &c.] Prima, in duas. In prima, plangit destructionis miseriam. In secunda, conuertit se ad impetrandam diuinam misericordiam, ibi [Clamauit cor eorũ &c.] Circa primum, duo facit. Primo, plangit in generali destructionem. Secundo, in speciali, ibi [Præcipitauit &c.] Circa primum, admiratur destructionem propter multiplicẽ gloriam quæ præcesserat. Et primo, quãtum ad prærogatiuã diuinæ cognitionis, de qua. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & contra hoc dicit [Quomodo obtexit caligine] ignorãtiæ vel tristitiæ. Esai. 59. Impegimus in meridiæ quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Secundo, quantũ ad potentiam regalis dignitatis: contra qđ 1. Esdræ. 4. Reges fortissimi fuerunt in Hierusalem qui dominati sunt omni regioni, quæ trans flumen est. contra qđ dicit [Proiecit de cælo] hoc est de culmine dignitatis & potestatis, vel de cælesti conuersatione. Apoc. 6. Stellę cæli ceciderunt de cælo. Tertio, quantum ad cultum diuinæ religionis. Psalm. 147. Beatus populus cuius dominus deus eius contra quod dicit [Nõ est recordatus] in bonum [scabelli] templi in quo adorabatur sicut rex ad scabellum pedis. Exech. 43. Locus solii mei & locus vestigiorum pedorum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum.

b ¶Hic prosequitur in speciali ea, quæ circa destructionem acciderunt. Et primo, plangit destructioni adiuncta. Secundo, destructionem consequentia, ibi [Cui comparabo & cæt.] Circa primum, duo facit. Primo, plangit destructionem ædificiorum communium. Secundo, eminentium, ibi [Et dissipauit quasi ortum & cæt.] Circa primum, duo facit. Primo, plangit destructionem ædificiorum, quæ pertinent ad robur regis. Secundo, eorum quæ pertinent ad vsum populi, ibi [Tetendit arcum suum & cæt.] Circa primum, duo facit. Primo, plangit destructionem. Secundo, resistentium impotentiam, ibi [Confregit & cæt.] Circa primum, tria facit. Primo, plangit eorum destructionem, quæ sunt ad decorem [omnia speciosa] Ioel. 1. Ignis comedit speciosa deserti. Secundo, eorum quæ pertinent ad fortitudinem [destruxit munitiones] Esai. vigesimoquinto. Munimenta sublimium murorum tuorum concidere, & humiliabuntur & detrahentur ad terram vsque ad puluerem. Hierem. trigesimotertio. Hæc dicit dominus ad domos vrbis huius & ad domos regis Iuda, quæ destructæ sunt. Tertio, concludit regni deturpationem [Polluit regnum] Ezech. vigesimooctauo. Polluerunt decorem tuum, interficient & detrahent te, & morieris in interitu occisorum in corde maris.

c ¶Hic ostendit resistendi impotentiam. Et primo, excludit robur humanum [cornu] idest potestatem. Psalmus. 74. Omnia cornua peccatorum confringam. Secundo, auxilium diuinum [auertit] quasi a defensione, qua prius eos defendebat. Psalmus. 73. Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam. Tertio, concludit terræ incendium [Et succendit eum] & non intellexit.

d ¶Hic plangit destructionem eorum, quæ pertinẽt ad vsum populi. Et primo, eorum quæ pertinẽt ad decorem. Secundo, eorũ quæ pertinent ad defensionem, ibi [Factus est dñs &c.] Circa primum,

a CAP. II.

ALEPH.

Quomodo obtexit caligine in furore suo dominus filiam Syon, proiecit de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui?

BETH.

b ¶Præcipitauit dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terrã. Polluit regnum, & principes eius.

GIMEL.

c ¶Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel, auertit retrorsum dexteram suam a facie inimici, & succendet in Iacob quasi ignem flammæ deuorãtis in gyro.

DELETH.

d ¶Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis, & occidit omne, quod pulchrum erat visu in

tabernaculo filiæ Syon, effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

e ¶Factus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel. Præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda, humiliatum, & humiliatam.

VAV.

f ¶Et dissipauit quasi hortum tentorium suũ, demolitus est tabernaculum suum. Obliuioni tradidit dominus in Syon festiuitatem & sabbathum, & in opprobrium & in indignationem furoris sui, regem & sacerdotem.

ZAI.

g ¶Repulit dominus altare suũ, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in domo domini, sicut in die solenni.

HETH.

h ¶Cogitauit dominus dissipare murum filiæ Syon, tetendit funiculũ suũ, & non auertit manũ suã a perditione. Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

TETH.

i ¶Defixæ sunt ĩ terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius, regem eius & principes eius in gẽtibus. Nõ est lex: & prophetæ eius non inuenerunt visionem a dño.

IOTH.

k ¶Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Syon, consperserũt cinere capita sua, accinctæ sunt ciliciis. Abiecerunt in terrã capita sua, virgines Hierusalem.

CAPH.

l ¶Defecerunt præ lachrymis oculi mei, cõturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meũ super contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactẽs in plateis oppidi.

LAMECH.

m ¶Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

mũ, tria facit. Primo, ostendit diuinam indignationem [arcum]. idest iudicium, vel exercitum Chaldæorũ, vt quasi a longinquis feriret [firmauit] ad percutiendum [dexteram] vt feriat de prope Psalm. 7. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum. Secundo, ponit pœnæ inflictionẽ [Occidit] destruxit [oẽ qđ pulchrũ] homines, ędificia, & alia huiusmodi. Numer. 21. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob. Tertio, ostendit pœnę magnitudinem: & quantũ ad copiam siue numerũ [Effudit] Et quantũ ad acerbitatem [quasi ignem] vel quantum ad speciẽ, quia ciuitas cõbusta fuit. Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad iferni nouissima. Psalm. 68. Effunde super eos iram tuam.

e ¶Hic plangit destructionem ædificiorum pertinentiũ ad defensionem. Et circa hoc, tria facit. Primo, tangit dei indignationẽ [Velut inimicus] quasi in pugna suum adiuuans inimicum. Esa. 63. Conuersus est eis in inimicum & ipse debellauit eos. Secundo, ædificiorum destructionem [præcipitauit omnia mœnia] Psalm. 79. Destruxisti omnes sepes eius. Tertio, concludit populi humiliationem [& repleuit] idest multiplicauit. Psalm. 43. Humiliata est in puluere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster.

f ¶Hic plangit destructionem ædificiorum principaliũ. Et primo, templi. Secundo, domus regiæ, ibi [Cogitauit dominus &c.] Prima, in duas. In prima, tangit destructionem ipsius tẽpli. Secundo, eorum quæ erant in templo, ibi [Repulit dominus &c.] Circa primum, tria facit. Primo, tangit templi destructionẽ [tentorium] quod in deserto factum, in Sylo positum fuerat [tabernaculum] quod Salomon ædificauerat, quasi hortum qui facile destruitur. Psalm. 77. Repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus. Hier. 26. Dabo domũ istam sicut Sylo, & vrbem hanc dabo in maledictionem. Secundo, festorum tẽpli cessationẽ [obliuioni] quasi, non placent sicut ante. Esa. 1. Calendas vestras & solẽnitates vestras, odiuit anima mea. Tertio, ministrorum reprobationem [& in opprobriũ] scilicet dedit regem ad quem pertinebat templi defensio [& sacerdotẽ] ad quem pertinebat administratio. Iob. 12. Ducit sacerdotes eorũ inglorios & optimates supplantat.

g ¶Hic tangit destructionem ædificiorum, quæ in templo erant. Et primo, altaris pertinentis ad religionẽ [altare] holocaustorum [repulit] tradens illud hostibus ad prophanandum [sanctificationi] sacrificiis placationis, quę offerebantur. Mach. 4. Viderunt sanctificationẽ desertam, altare prophanatum [tradidit in manus] 1. Mach. 2. Sancta facta sunt extraneorum. Tertio, templi ab hominibus combustionem [vocem dederunt] blasphemiæ vel tumultus bellici [sicut in die solenni] consueuerant sacerdotes laudantes deum. Esa. vlti. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis.

h ¶Hic tangit destructionem arcis Syon. Et primo, ponit diuinam deliberationem [cogitauit] quasi cogitans statuit, non statim implens [filiæ syon] arcis, vel ipsam Hierusalẽ. Esa. 14. Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram &c. Secundo, iustum iudicium [tetendit funiculum] quasi ad metiendum iustitiã suam, vt pœna culpæ æquaretur [non auertit] quia nihil dimisit de pœna iusta. Esa. 34. Extendetur super ipsam mensuram, vt redigatur in nihilum. Tertio, ostendit iustitiæ effectum [luxitque ante murale] idest destructum ad luctum prouocauit, sicut supra. 1. Viæ Syon lugent. Esa. 24. Luxit & defluxit terra & infirmata est, defluxit orbis.

i ¶Hic plangit destructionem hominum. Et primo, eorum, quorum miseria est valde miserabilis, secundum gradum dignitatis. Secundo, quorum est miserabilis propter reuerentiam conditionis, ibi [Sederunt &c.] Tertio, illorum, quorum est miserabiles propter defectum etatis, ibi [Defecerunt præ lachrimis &c.] Circa primum, duo. Primo, quantũ ad principes sæculares ꝑmittit parabolã uel metaphorã [Defixæ, in terra] idest tribulationibus implicati vt facile euelli nõ possint. Psalm. 68. Infixus sum in limo profundi & non substantia [portę] reges, quorũ erat potestas iudicii, quod in portis exercebatur [perdidit captiuando & contriuit] in captiuitatem redigendo [vectes] principes, quibus confirmatur regnum, sicut vectibus portę, & exponit [regem &c. In gentibus] inter gentes. Psal. 106. Contriuit portas ęreas, & vectes ferreos cõfregit. Esa. 3. Mærebunt atque lugebunt portę eius, & desolatę erunt. Secundo, quantum ad principes spirituales .s. sacerdotes [Non est lex] per sacerdotes edocẽda. Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, & prophetas [& prophetæ eius.] Psal. 73. Iam non est propheta & nos non cognoscet amplius.

k ¶Hic plangit destructionem eorum, qui sunt miserabiles propter reuerentiam conditionis: & primo senum [Sederunt in terra, conticuerunt] quæ sunt signa magnæ tristitiæ. Iob. 2. Sederũt cum eo in terra sex diebus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem. Secundo, quantum ad virgines filiæ Syon quæ erant in arce, vel iuxta templum filiæ sacerdotũ [consperserunt] in signum tristitiæ [virgines Hierusalem] quantum ad illas quæ habitabant in ciuitate [accinctæ] abiecerunt in terram] præ confusione & timore [virgines, Iuda] quantum ad illas, quæ per regnum vndique habitabant. Esa. 3. Erit pro suaui odore fętor & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium.

l ¶Hic plangit illos, qui sunt miserabiles propter defectum ætatis. Et primo, tangit eorum mortem. Secundo, mortis ordinem, ibi [Matribus suis &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit suam compassionem ex lachrymarum effusione [defecerunt] quasi vltra non valentes flere. Hierem. 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrimarum? Ex viscerum cõmotione [conturbata sunt] quasi tantum doleo, sicut est dolor conturbationis viscerũ: vel quia peruenit vsque ad intima cordis. Hier. 31. Conturbata sunt viscera mea super eũ. quantũ ad iecoris effusionẽ [Effusum est in terra iecur meũ] idest ita doleo ac si effusum esset: vel quia amor meꝰ cuius sedes in epate est, ad terrã proiectus est, illis quos amabã prostratis. Osee. 13. Rumpã interiora iecoris, & consumã eos. Secũdo, cõpassionis misericordiam [super contritione oppidi] idest Hierusalem, quia vilis facta est, vel cuiuscumque alterius. Hier. 51. Collidam in te senem, & puerum, iuuenem, & virginem.

m ¶Hic exponit ordinem mortis, vt magis misericordiam excitet. Et primo, illorum petitionem a matribus [Vbi est] quasi, defecit. Date nobis ad comedendum. infra. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Secundo, petendi necessitatem [cum deficerent] præ famæ morerentur [in plateis] quasi omnibus videntibus & non valentibus proferre remedium. Hierem. vigesimoprimo. Omnis qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio peste & fame. Tertio, amarissimam mortem [exhalauerunt] 4. Reg. 4. Posuit eum illa super genua sua vsque ad meridiem, & mortuus est.

n ¶ Hic ponuntur consequentia destructionem, quæ. s. solent prouenire post peractum negocium. Et primo, excludit plagæ curationem. Secundo, ponit uidentiũ admirationem, ibi [planxerũt super te, &c.] Tertio, iudicis commendationẽ qui talem vindictã intulit, ibi [Fecit dominus &c.] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit plagam incurabilem. Secundo, assignat causam, ibi [Prophetæ tui &c.] Circa primũ, duo facit. Primo, ostẽdit quod nõ potest leniri consolationibus ex cõparatione aliorum: quod solet esse afflictis aliqualis consolatio [cui cõparabo] similitudo plus est quam comparatio. Qualibet n. distantia eiusdem rationis compatabilia sunt, dũmodo in infinitum non distent: nec tñ similia, si eandem qualitatẽ participent, nec oĩa æqualia: sed tantũ illa, quorum vnũ in participatione qualitatis alterum non excedit. Excedit aũt plagas aliorũ: quia & temporalẽ & spiritualem gloriã amisit: qua aliæ gentes caruerũt: in hoc [Cõsolabor.] q.d. nihil alij peius vel simile tibi passi sunt, supra primo. Aduxisti diẽ consolationis, & fiẽt similes mei. Secundo, ostendit quòd non potest sanari medicinis propter suam magnitudinem [magna velut mare] quod latissimum est & inquietum. Hiere. 30. Insanabilis plaga tua.

M E M.

n ¶ Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exequabo te, & consolabor te, virgo filia Syon? Magna est enim velut mare contritio tua. Quis medebitur tui?

N V M.

o ¶ Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent. Viderũt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

S A M E C H.

p ¶ Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem, Heccine est vrbs dicentes, perfecti decoris, & gaudium vniuersæ terræ?

P H E.

q ¶ Aperuerunt super te os suum, omnes inimici tui, sibilauerunt & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, Deuorabimus. En ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus.

o ¶ Hic assignat causam incurabilitatis: quia. s. medici suo tpe curare neglexerunt. s. prophetæ. Et primo ostẽdit falsitatẽ prophetarũ, quantum ad falsa quæ prædicabant [viderunt] videre se dicebãt [falsa] & stulta: quia stultum erat credere, quod deus peccatores nõ puniret. Ezec. 22. Prophetæ eius liniebant eos absq; temperamẽto. 2. Pe. 2. Fuerunt. n. pseudo Prophetæ: sicut & in nobis erunt magistri mendaces. Et quantum ad ea quæ reticebant [nec aperiebant.] Esa. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuã: annuntia populo meo scelera eorum. Secũdo, exponit cuiusmodi falsa videbant [Viderunt autem tibi assumptiones.] s. onera deprimentia, sicut onus assumptum in altum magis comprimit. Mich. 1. Hæc dicit dominus super prophetas, qui seducunt populum meum [eiectiones] liberationes. Hier. 28. Confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum. Vel [assumptiones] quòd deus vos ad se sumet [eiectiones] quòd aduersarii eorum eiicerentur.

p ¶ Hic ponit admirationẽ vidẽtiũ. Et primo amicorũ, Secũdo inimicorum, ibi [Aperuerunt super te &c.] Circa primũ, ponit compassionis amicorum admirationẽ expressam quatuor signis. Plausu manuum [plauserunt omnes transeuntes per viam] terræ tuæ videntes terræ vastitatem. Sibilo [sibilauerunt] motu capitis [& mouerunt capita sua] verbo [Heccine est vrbs perfecti] quia in spiritualibus & temporalibus. Erat n. ciuitas regalis & sacerdotalis [vniuersæ terræ] quia cõueniebant vndiq; in solẽnitatibus. Psal. 47. Fundantur exultatione vniuersæ terræ, mons Syon latera aquilonis, ciuitas regis magni. Esa. 22. Vrbs frequens, ciuitas exultans. Hiere. 22. Pertransibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisque proximo suo. Quare fecit dominus sic ciuitati huic grandi?

q ¶ Hic ponit insultationem hostiũ [aperuerunt] accusando [inimici] Idumæi, Moabitæ & alij [sibilauerunt] detrahendo [fremuerunt] cõminando [deuorabimus] insultando. Psal. 21. Aperuerũt super me os suum, sicut leo rapiẽs & rugiens. Hier. 51. Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis. Psal. 34. Dixerunt euge euge animæ nostræ, viderunt oculi nostri

r ¶ Hic ponit iudicis cõmendationẽ. Et primo, ponitur constantia in proposito [fecit dominus] quæ cogitauit. Esa. 54. Hoc est consilium quod cogitaui. Secundo, ostenditur verax in verbo [compleuit] pręceperat enim destructionẽ populi [a diebus antiquis], Deut. 28. Vel etiam per priores prophetas. Numeri. 23. Dixit & non faciet, locutus est & non implebit? Tertio, ostenditur iustus in facto [Destruxit] Iudæam. [Et non pepercit] quasi deferens rigorem iustitiæ [cornu] potestatẽ. Psal. 88. Exaltasti dexterã deprimẽtiũ eum.

s ¶ Hic cõuertit se ad petẽdam iudicis misericordiam per orationẽ. Et primo, inuitat ad orandũ. Secundo, ponit orationẽ, ibi [Vide domine &c.] Circa primũ, duo. Primo, docet præparare locũ orationi per lachrymas. Secundo, docet orandi modum, ibi, [Consurge lauda.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit planctus rationem [cor eorũ]. s. hostiũ [clamauit] blasphemans ad dominum, idest contra eum [super muros] quasi destructio ciuitatis esset occasio blasphemiæ, quasi deus nõ fuerit potens defendere. Exod. 16. Non contra nos, sed contra dominũ est murmur vestrum. Vel cor eorum, s. Iudæorum: vt dolorẽ cordis in lachrymosam orõnẽ prodire doceat. Psa. 118. Clamaui in toto corde exaudi me domine. Secundo, inuitat ad lachrymarũ multitudinem [Deduc quasi torrentem] Hiere. 9. Deducant oculi nostri lachrymas: & palpebræ nostræ defluant aquis. Tertio, inuitat ad luctus continuitatem [Per diem ac noctem.] i. in prosperis & in aduersis: vel ad literam omni tempore, actu, vel habitu. Hier. 15. Deducant oculi tui lachrymam per diem ac noctem.

A I N.

r ¶ Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suũ, quem præceperat a diebus antiquis. Destruxit & non pepercit, & lætificauit super te inimicũ, & exaltauit cornu hostium tuorum.

S A D I.

s ¶ Clamauit cor eorum ad dominum, super muros filiæ Sion. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

C O P H.

t ¶ Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarũ, effunde sicut aquam cor tuum ante cõspectum domini. Leua ad eum manus tuas, pro anima paruulorum tuorum, defecerunt qui fame in capite omnium compitorum.

R E S.

u ¶ Vide domine & cõsidera, quẽ vindemiaueris ita? Ergo ne comedẽt mulieres fructũ suũ, paruulos ad mẽsurã palmæ? Si occiditur in sanctuario dñi, sacerdos & propheta?

t ¶ Hic docet orandi modum. Et circa hoc, duo facit. Primo, docet modum orandi, inquantum ad tempus [consurge] de somno [lauda deũ] per orationẽ [in nocte] quãdo magis vacat tps, & propter tpis quietẽ [In princ. vigiliarũ] vigiliæ noctis distinguebãtur sm custodias illorũ, qui ciuitatẽ custodiebant, sicut dr Cant. 3. Inuenerunt me vigiles qui custodiebant ciuitatẽ. Et erãt quatuor. Prima vocatur conticiniũ, quãdo tegitur ignis. Secunda, vocatur intẽpestũ circa mediã noctẽ, quia tps illud nõ est opportunũ ad aliquid faciẽdũ. Dicitur. n. tẽpestum apud antiquos, opportunũ. Tertia, galli cãtus. Quarta, dr ante lucanũ. Dicit ergo, quod surgat [i prin. vigiliarũ] i. in prima vigilia: vel in princ. cuiuslibet vigiliæ. Esa. 26. Aĩa mea desiderauit te in nocte: sed & spũ meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Et quantũ ad deuotionẽ cordis [effunde sicut aquã] quasi liquefiat amore & deuotione, sicut aqua cõgelata. Psa. 41. Hæc recordatus sum & effudi in me aĩam meã. Et quantum ad deuotionis signum [leua ad eum] i. Thi. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione. Secundo, ponit materiam orationis, [pro animabus,] idest pro separatione animarum a corporibus, uel anima, pro vita ipsa ponitur [compitorũ] idest quatuor viarũ quæ in vnã cõcurrunt, supra. 1. Cum deficeret paruulus: & lactans in plateis oppidi.

u ¶ Hic ponit orõnẽ. Et primo, prouocat ad misericordiã ex pœnæ crudelitate. Scdo, ex ipsius vtilitate, ibi [Iacuerunt &c.] Tertio, ex euadẽdi impossibilitate, ibi [Vocasti quasi &c.] Circa primũ, duo ponit. Primo attẽtionẽ [quẽ vindemiaueris] q.d. nulliũ aliũ preter me; vel quis sicut ego, qui ex patribus electus, supra. 1. Vindemiauit me dñs in ira furoris sui. Scdo ponit pœnæ crudelitatẽ, cõtra naturalẽ pietatem. [Ergo ne comedent] q.d. nunquid hoc sustinebis? Qd impletũ legitur in obsidione Romanorũ in Iosepho; & Egisippo, & 4. Reg. 6. & 7. in obsidione Samariæ, infra 4. Manus mulierum misericordium, coxerunt filios suos. Et etiam contra religionis honestatẽ. [Si occiditur] q.d. nunquid sustinebis, uel quòd occidatur? Ezech. 9. A sanctuario meo incipite.

x ¶Hic

x ¶ Hic ponit pœnæ vniuersalitatem. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit pœnam omnibus communem. [Iacuerunt] mortui, vel deiecti [foris] idest in plateis, vel extra ciuitatem. Hier. 51. Collidam in te senem & puerum, iuuenem & virginem. Secundo, punientis indignationem [interfecisti] tua authoritate, quibus Chaldæi ministerio, Esa. 63. Calcaui eos in furore meo & cõculcaui eos in ira mea. Tertio, concludit miserationẽ [Percussisti, nec misertus es] Deut. 32. Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Iob. 5. Percutit manus eius & sanabit: in sex tribulationibus liberabit te, & in septima nõ tanget te malũ.

y ¶ Hic proponit euadendi impossibilitatẽ. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit obsidionem [quasi ad diem solennẽ] idest sicut ad solennitates consueuerũt Iudei venire, ita nũc te inspirante venerunt ad obsidendum, Esa. 29. Circundabo quasi spheram in circuitu tuo & iaciã contra te aggerem, munimenta ponam in obsidione tua. Secundo, euadendi impossibilitatem [Non fuit qui effugeret] Esaiæ. 41. Suscitaui ab aquilone, & veniet a Solis ortu. Tertio, comprehensorum destructionem, quos educaui Baruch. Nutriui illos cum iucunditate.

S I N.

x ¶ Iacuerunt in terra foris, puer & senex, virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui, percussisti, nec misertus es.

T H A V.

y ¶ Vocasti quasi ad diẽ solennẽ, qui terrerent me de circuitu, & nõ fuit in die furoris domini, qui effugeret, & relinqueretur. Quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

a CAP. III.

A L E P H.

EGo vir uidens paupertatẽ meam, in virga indignationis eius. Aleph. Me minauit & adduxit in tenebras, & nõ in lucem. Aleph. Tm in me vertit, & conuertit manũ suam tota die.

B E T H.

b ¶ Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea. Beth. Aedificauit ĩ gyro meo, & circundedit me felle & labore. Beth. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.

G I M E L.

c ¶ Circumædificauit aduersum me vt non egrediar, aggrauauit cõpedem meum. Gimel. Sed & cum clamauero & cum rogauero, exclusit orationem meam. Gimel. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.

D E L E T H.

d ¶ Vrsus insidians factus es mihi, leo in abscondito. Deleth. Semitas meas subuertit & confregit me, posuit me desolatam. Deleth. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.

H E.

e ¶ Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. He. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. He. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.

V A V.

f ¶ Confregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. Vau. Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum. Vau. Et dixi, Pe-

a CAP. III.

HIc post multarum pœnarum enumerationem, excludit populi desperationem. Et diuiditur in partes tres. In prima, ponit desperationem prouocantia. In secunda, accipiendæ fiduciæ argumenta, ibi. [Recordare paupertatis] In tertia, assumpta fiducia conuertit se ad petendam misericordiam, ibi. [Scrutemur vias nostras.] Circa primum, tria. Primo, proponit afflictionem. In secunda, assumit reprobationem, ibi. [Et repulsa.] Tertio, concludit desperationem, ibi. [Et dixi, periit] Circa primum, duo. Primo, ponit afflictionem quam ex percussione manus sustinuerunt. Secundo, affligendi modum, ibi. [Vrsus insidians.] Circa primum, tria. Primo, ponitur diuinæ passionis flagellum. Secundo, percussionis effectum, ibi. [Vetustam.] Tertio, excludit euasionis remedium. ibi. [Circumædificauit.] Circa primum, tria. Primo, ponit percutientis indignationem. [Ego vir videns paupertatem meam.] loquitur Hierem. in persona sua, quia etiam cum aliis afflictus fuerat, vel in persona populi, cuius miseriam suam reputabat. Apo. 3. Nescis, quia cæcus es & pauper & miser & miserabilis. Allegorice de Christo & ecclesia, moraliter de anima. Secundo, ponit consolationis subtractionem. [Me minauit, in tenebras] tribulationum [& non in lucem] consolationis, quia post flagella non adhibuit consolationem solito more. Iob. 3. Circundedit me deus tenebris. Tertio, flagellorum conditionem [tantũ in me] more afflictorum loquitur, qui solum suas plagas considerant [vertit & conuertit.] Percutiens & iterum percutiens Esa. 8. In manu forti erudiuit me. Et in hoc capitulo tribus clausulis, singulis p ordinẽ pscribit eadẽ lrã, & aliis trib9 singulis sequens.

b ¶ Hic ponit effectum diuinæ percussionis, sicut liuor est effectus virgæ. Et circa hoc, tria facit. Primo, consumptionem virium in toto populo, quia [pellem] in qua plebs quasi exterius, circunstans [carnem] in qua delicati & teneri [ossa] in quibus fortes de populo bellatores. i. totum vetustate tabescit. Baruch. 3. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena. Secundo, obsidionem iam debilitatorum [ædificauit] idest exercitum obsidentem [felle] idest exercitu, qui mihi laborem & fel intulit. Iob. 5. Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere? Tertio, iam captorum incarcerationem [in tenebrosis] carcere [quasi mortuos] illos qui morti adiudicati sunt. Psa. 142. Posuit me in obscuris, sicut mortuos sæculi. Possunt etiam ex persona Hierem. intelligi, qui pre multis angustiis & in corpore cõsumptus, & ĩ carcere reclusus est.

c ¶ Hic excludit euasionis remedium. Primo, propter hostium obsidionem. [Circũædificauit] idest exercitum obsidentẽ [cõpedem] idem significat quod obsidio, sicut eis, qui mittuntur in carcere, vt nõ possint effugere. Psa. 87. Traditus sum, & non egrediebar. Iob. 13. Posuisti in neruo pedem meum, obseruasti omnes semitas meas. Secundo, propter orationis exclusionem. [Sed & cum clamauero]. Psal. 21. Clamabo per diem, & non exaudies. Tertio, propter consiliorum impeditionem, [conclusit vias] consilia euadendi [lapidibus] grauibus impedimentis. Osee. 2. Sepiam vias tuas spinis.

d ¶ Hic ostendit affligendi modum. Et primo, quia insidiose. Secundo, quia aperte, ibi. [Tetendit] Tertio, quia copiose, ibi [repleuit me.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit insidias hostium [factus est mihi] Nabuchodonosor pugnans contra me ex insidiis [sicut vrsus] in quo crudelitas & [leo] in quo potestas eius designatur. Osee decimo tertio. Ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. Secundo, excludit insidias, vel consilia ipsorum, quibus insidias hostium repellerent [semitas meas] supra secundo. Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. [Tetendit] hic ostendit, quòd publice, & patenter ipsam afflixit. Et circa hoc, tria facit. Primo, ponit propositionem [arcum] iudicium, vel exercitum hostium [quasi signum] ad quod omnes publice sagittant. Psalm. 7. Arcum suum tetendit. Iob. decimosexto. Confregit me & posuit me quasi signum ad sagittam.

e ¶ Hic secundo, ponit pœnæ afflictionem [in renibus] in quo designatur luxuria populi [filias] sagittas, vel pœnas diuersas de prouidentia eius exeuntes. Iob trigesimo. Pharetram suam aperuit & afflixit me. Tertio, ponit puniti delusionem, [factus sum] hoc est impletum Hierem. vigesimo. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. sicut etiam populus ab aliis derisui habitus est. [Repleuit me.] hic ostendit, quòd copiose. Et primo, quantum ad multitudinem pœnarum [repleuit amaritudine] angustiis diuersis [inebriauit] abundanter intulit. Hierem. 41. Secundo, ibi. [Confregit] quantum ad numerum punitorum.

f ¶ Hic prosequitur afflictiones [dentes] bellatores, quibus defendebantur, sicut bestia dentibus [ad numerum] vt nullus remaneret [cinere] vilitate. Iob. 4. Dentes catulorum leonum contriti sunt. Psal. 142. Cinerem tanquam panem manducabam. [Et repulsa] hic assumit reprobationẽ [repulsa a misericordia dei] Psal 88. Tu aũt repulisti & despexisti [oblitus sum] per experientiã malorum. Eccl. 11. Malitia vnius horæ obliuionẽ facit luxuriæ magnæ. [Et dixi] Hic concludit desperationem q.d. quia in angustiis sum, & dominus repulit me, vt non adiuuer [dixi] in corde meo ex persona desperantium [periit finis] quasi non consequar quod expectabam. Hierem. 2. Desperaui, nequaquam faciam. Malach. 3. Et dixistis. Vanus est qui seruit deo.

g ¶Hic

riit finis meus, & spes mea a dño.

ZAI.

g ¶Recordare paupertatis & trãsgressionis meæ, absinthij & fellis. Zai. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Zai Hæc recolẽs in corde meo, ĩ deo sperabo.

HETH.

h ¶Misericordiæ domini, quia nõ sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Heth. Noui diluculo, multa est fides tua. Heth. Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eũ.

TETH.

i ¶Bonus est dominus sperantib⁹ in eũ, animæ quærenti illum. Teth. Bonũ est præstolari cum silentio, salutare domini. Teth. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

IOTH.

k ¶Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se. Ioth. Ponet in puluere os suum, si forte sit spes. Ioth. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

g ¶Hic ponit argumenta ad excludendam desperationem. Et primo, ex diuina misericordia. Secundo, ex diuina iustitia, ibi. [Et conteret sub pedibus. Tertio, ex diuina potentia, ibi. [Quis est qui dixit] Circa primum, duo facit. Primo, ostendit diuinam misericordiam, quantum ad collationem beneficiorum. Secundo, quantum ad relaxationẽ pœnarũ, ibi. [Quia non repulit &c.] Circa primũ tria ponit. Primo, p̃teritorum beneficiorum memoriam. Secũdo, pręsentium experientiam, ibi. [Misericordiæ dñi &c.] Tertio, quantum ad expectationem futurorum, ibi. [Bonus est domin⁹ &c.] Circa primum, tria. Primo, pp̃heta inducit deum ad cõsiderationẽ malorũ, q̃ sustinuerunt dicens. Domine qui dissimulãs oblit⁹ nostri videris [Recordare] liberãs [paupertatis] quãtũ ad spoliationẽ bonorum [trãsgressionis] culpæ, quæ est causa tantæ miseriæ [absinthij] quantũ ad amaritudinẽ, & afflictionem hominum. infra vlt. Recordare domine quid acciderit nobis. Secundo, reducit seipsam in memoriam beneficiorum, quæ receperunt [memoria memor ero] scilicet beneficiorum [& tabescet] deficiet ex admiratione vel desiderio. Psal. 41. Hæc recordatus sum & effudi in me animam meam. Tertio, concludit fiduciã. [Hæc] scilicet beneficia. Ecc. vlt. Memorat⁹ sum misericordiæ tuæ dñe.

h ¶Hic ponit experientiam diuinæ misericordiæ, in præsenti. Et primo, ponitur ipsius recognitio [misericordiæ domini] qua si non puniens ac si immisericors, quia citra condignum puniuit, non ad nihilum redigens nos Hier. 10. Corripe me domine, veruntamen in iudicio non in furore, ne forte ad nihilum redigas me. Secundo, ponitur huius a domino approbatio [noui diluculo] idest aperte ego dominus [tua] idest Hieremiæ, qui inter supplicia recognoscis beneficia. Matth. 15. Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Tertio, ponit intentam conclusionẽ [pars mea dominus,] quia ipsum mihi aliis spretis in partem elegi. Psal. 22. Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei.

i ¶Hic ostendit diuinam misericordiam, ex expectatione futurorum. Et primo, ponit expectationem. Secundo, expectationis conditionem ibi. [Sedebit &c.] Circa primum, tria facit. Primo, ponit expectationis fructum [bonus] quasi propria bona diffundens. Psal. 72. Quàm bonus Israel deus his, qui recto sunt corde. Secundo, ponit expectandi modum. [Bonum est præstolari cum silentio] patienter, sine murmure. Esa. 30. In silentio, & spe, erit fortitudo vestra. Tertio, expectationis tempus [bonum est viro, iugum] timoris domini & amoris. [adolescentia] vt teruës ætas deprimatur & facilius ad bona assuescat. Prou 22. Adolescens iuxta viã suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea.

k ¶Hic ponit expectantis conditionem. Et primo, quantum ad altitudinem contemplationis. [Solitarius] vt non impediatur [tacebit] a tumultibus cogitationum & desideriorum, quia per hoc [leuauit se supra se] & ad diuina consideranda. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. vel in hoc ostendit expectantis deiectionem, quia manet ad expectandum [solitarius, tacebit] quia abiectus & [leuauit] superbiendo. Secundo, quantum ad humilitatem locutionis [ponet in puluere] humiliter loquens. Esa. 29. De humo audietur eloquium tuum. Tertio, quantum ad patientiam tribulationis. [Dabit p̃cutiẽti se] parabitur dare. Matth. 5. Si quis percusserit te in vnã maxillã præbe ei & alteram [saturabitur] delectabitur, quasi per hoc veniam sperans. Rom. 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus nostris. Esa. 59. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus.

CAPH.

l ¶Quia non repellet in sempiternum dominus. Caph. Quia si abiecit & miserebitur, secundum multitudinem misericordiarum suarũ. Caph. Non. n. humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum.

LAMECH.

m ¶Vt cõtereret sub pedib⁹ suis, omnes vinctos terræ. Lamech. Vt declinaret iudicium viri, in conspectu vultus altissimi. Lamech. Vt peruerteret hominem in iudicio suo, dominus ignorauit.

MEM.

n ¶Quis est iste qui dixit vt fieret, domino non iubente? Mem. Ex ore altissimi, non egredientur nec mala nec bona? Mem. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis suis?

NVN.

o ¶Scrutemur vias nostras, & quę ramus, & reuertamur ad dominũ. Nun. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum, in cælos. Nun. Nos inique egimus, & ad

l ¶Hic ostendit diuinam misericordiam, quantum ad relaxationem pœnarum. Et primo, ponit a pœnis absolutionem [non repellet] quia non semper puniet. Psal. 94. Non repellet dominus plebem suam. Eia. 28. Non imperpetuum triturans, triturabit illum, nec vexabit illum. Secundo, sumit ad hoc rationem ex diuina pietate [quia abiecit & miserebitur] pii enim patris est postquàm percusserit ad corrigendũ, consolari. Tho. 63. Si in correctione fuerit, ad misericordiã tuam peruenire licebit. & ex hominum amore. Non enim humiliauit] idest deposuit ab amore suo Psal. 35. Filii autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

m ¶Hic sumit argumentum a diuina iustitia. Et primo, excludit ab ipsa tyrannicam oppressionem. [Dñs ignorauit] pratice [vt contereret] quasi tyrannus, qui præter iudiciũ opprimit [vinctos] afflictos. Psal. 68. Exaudiuit pauperes dominus, & vinctos suos non despexit. Secundo, excludit iudicis peruersitatem [vt declinaret] scilicet a rectitudine. [Dominus ignorauit] Iob. 34. Vere deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Tertio, excludit in iudicio peruersam intentionem, sicut est in illis, qui sub pallio iustitiæ alios opprimere intendunt [vt peruerteret in iudicio] idest per iudicium [Dominus ignorauit] Prou. 4. Vias quæ a dextris sunt, nouit dominus.

n ¶Hic sumit argumenta a diuina potentia, qua omnia gubernat & prouidet. Et primo, contra illos, qui derogant diuinæ prouidentiæ infideliter blasphemando [vt fieret] aliquid, etsi non omnia sine dei prouidentia. In quo excluditur hæresis illorum, qui dicunt quòd prouidentia dei extendet se vsque ad vniuersalia, & incorporalia, sicut corpora cælestia, & etiam vsque ad homines propter conformitatem naturæ humanæ ad deum, vt dicit rabbi Moyses. Alia autem particularia non cognoscit deus [ex ore altissimi] idest sententia [bona] prospera [mala] aduersa: in quo excludit errorem illorum, qui dicunt omnia a casu fieri. Et etiam qui dicunt a deo non esse aliquam pœnam, sicut dicit Tullius. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Esa. 45. Ego dominus faciens bona & creans mala. Secundo, loquitur contra eos, qui derogant per impatientiam murmurando. [Quid murmurauit] idest quare [pro peccatis suis] idest pro his, quæ pro peccatis suis patitur? Sapien. 1. Custodite vos a murmuratione, quæ nihil p̃dest, & a detractione parcite linguæ.

o ¶Hic iam assumpta fiducia, conuertit se ad petendum diuinã misericordiam. Et circa hoc, duo facit. Primo, ponit præparationem ad orationem. Secundo, ponitur oratio, ibi. [Nos inique egimus.] Circa primum, duo. Primo, paratur locus orationi p̃ vitæ emendationem [scrutemur] discutiendo peccata præterita. [Et quæramus] dominum, desiderio cordis & petentes auxilium, quo accepto [reuertamur] bene operãdo. Hier. 2. Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Secundo, paratur locus per deuotionẽ [leuemus corda] 1. Thim. 2. Volo viros orare in omni loco leuantes manus suas. [Nos inique.] Hic incipit oratio: & primo, captat beneuolentiam. Secundo accusat culpã, ibi. [Vidisti domine iniquitatem] Tertio, petit vindictam, ibi. [Reddes vicem &c.] Circa primum, tria. Primo, captat beneuolentiam ex persona sua & populi conquerentis. Secundo, ex persona aduersarii, ibi. [Aperuerunt super nos &c. [Tertio, ex persona iudicis, ibi. [Inuocaui nomen &c.] Beneuolentiam autem ex persona sua & populi captat, proponendo sua incommoda. Vnde circa primum, duo facit. Primo, ponit populi afflictionem Secundo,

iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es.

SAMECH.

p ¶Operuisti in furore & p̃cussisti, occidisti, nec pepercisti. Samech. opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Samech. Eradicationem & abiectionem posuisti me, in medio populorum.

PHE.

q ¶Aperuerunt super nos os suũ, omnes inimici. Phe. Formido & laqueus facta est nobis, vaticinatio & contritio. Phe. Diuisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.

AIN.

r ¶Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies. Ain. Donec respiceret & videret de⁹ de cælis. Ain. Oculus meus deprędatus est animam meam, in cunctis filiabus vrbis meæ.

SADE.

s ¶Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. Sade. Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me. Sade. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi, Perij.

COPH.

t ¶Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo. Coph. Vocẽ meã audisti, ne auertas aurẽ tuã a singultu meo, & clamorib⁹. Coph. Appropinquasti in die quando vocaui te, dixisti, Ne timeas.

RES.

u ¶Iudicasti domine causam animæ meæ, redẽptor vitæ meę. Res. Vidisti domine iniquitatem illorũ aduersum me, iudica iudicium meum. Res. Vidisti omnẽ furorẽ, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.

SIN.

x ¶Audisti opprobrium eorũ domine, omnes cogitationes aduersum me. Syn. Labia insurgentium mihi & meditationes eorum, aduersum me tota die. Syn. Sessionẽ eorum & resurrectionẽ eorum vide, ego sum psalmus eorum.

THAV.

y ¶Redde eis vicem domine, iuxta opera manuũ suarum. Thau. Dabis ei scutum cordis, laborem tuum. Thau. Persequeris ĩ furore, & conteres eos sub cælis domine.

a CAP. IIII.

ALEPH.

QVomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt

Secundo, suam compassionem, ibi. [Oculus meus afflictus &c.] Circa primum, duo. Primo, confitetur culpam, ne sequens pœna vergat in iudicis crudelitatem [inique] peccando contra proximum [ad iracundiam] peccando in deum [in exorabilis] quia non flexibilis ad orationes nostras. Hier. 7. Tu ergo noli orare pro populo isto, neque assumas orationem & laudẽ, quia te non exaudiã. Ioã. 9. Peccatores deus non exaudit, sed si quis cultor dei est, hunc exaudit. Secundo, p̃ponit peccatũ.

p ¶Primo, tribulationibus diuersis, & ad vltimum [occidisti.] Prouer. 6. Quia zelus, & furor viri nõ parcet in die vindictæ. Secundo, q̃tum ad peccantium orationis repulsionẽ [opposuisti nubem] idest peccata nostra, apponens ea, contra orationem nostram. Esa. Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. Tertio, quantum ad ipsorum dispersionẽ [eradicationẽ] quasi eradicatos a firmitate p̃tectionis tuę, & indignatione tua plenos. Sap. 4. A nimietate ventorum eradicabuntur, confringent rami inconsumati.

q ¶Hic captat beneuolentiam ex parte aduersarii, excitans contra ipsum indignationẽ ex malis, quæ sibi intulit. Et primo, ponitur p̃paratio ad capiendum. Secundo, ipsa captiuatio, ibi. [Venatione &c.] Circa primum, tria. Primo, hostium præparatio [aperuerunt] quasi præparati ad deuorandum. Psal. 21. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Secundo, ponitur prophetarum deceptio per quos contra hostes muniri debuerunt [formido] causa formidinis ante captiuitatem [& laqueus] in captiuitate [contritio] post captiuitatem. [Vaticinatio] falsorum prophetarum. Esa. 24. Formido & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. Tertio, ponitur sua compassio [Diuisiões] quasi pro singulis miseriis plorans. Psa. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sciendum tamen, quòd isti tres versus secundum quosdam debent præponi præcedentibus, vt Phe litera, sit ante Ain, præter solitum morem.

r ¶Hic ponitur prophetæ compassio. Et primo, quantum ad exteriorem planctum [afflictus] lachrymãs [nec tacuit] a lachrymis, [requies] a tribulationibus populo. Hier. 9. Dederunt oculi mei lachrimas, quia vox lamentationis audita est de Syon. Et planctus terminans [donec respiceret] misericordiæ oculo. Psal. 142. Quoniam prospexit de excelso sancto suo. Secundo, quantum ad interioris doloris aculeum [oculus meus] videns deprædationẽ terræ [deprædatus est animam meam] spolians ea lætitia, vel plangens, totum dolorem cordis exterius traxit.

s ¶Hic ponitur afflictio, in qua inciderunt. Et primo, ponitur ipsa captio [venatione] quasi, insidiis, ingeniis, & viribus operantes [inimici] scilicet Chaldæi [gratis] quia scilicet nihil eos læseram, nihil mihi profuerant. Esa. 52. Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Hier. 19. Post hæc mittam venatores multos, & venabuntur eos. Secundo, ponitur captorum incarceratio [lapsa est in lacum] carceris & captiuitatis. Psal. 87. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Tertio, incarceratorum afflictio. [Inundauerunt] multiplicatæ sunt [aquę] tribulationum [dixi] desperans impatiens. Ionæ. 2. Omnes gurgites tui super me transierunt.

t ¶Hic captat beneuolentiam, ex iudicis persona. Et primo, ostendit eius misericordiam ad miseros. Secundo, ostendit ipsius iustitiam, ibi. [Iudicasti domine &c.] Circa primum, tria ponit. Primo, miserorum orationem. [Inuocaui] alias in angustiis existens [de lacu nouissimo] de maximis tribulationibus, sicut in Aegypto, & in libro Iudicum frequenter. Eccles. 51. Inuocaui dominum patrẽ domini mei vt non derelinquat me. Secũdo, ponit orationis misericordem exauditionem [vocẽ meã audisti] ita & nunc [ne auertas.] Psalm. 6. Exaudiuit orationem meam, dñs orationẽ meã suscepit. Tertio, commemorat post auditam orationem, confortationem. [Appropinquasti in die] confirmãs me auxilio tuo, & ita nunc. Iob. 11. Pone me iuxta te. Esa. 41. Ne timeas seruus meus, quia ego tecum sum, ne declines.

u ¶Hic commẽdat iudicem de iustitia [iudicasti] in præteritis temporibus, ita nunc fac. Psalm. 42. Iudica me de⁹, & discerne causam meã. [vidisti] Hic captata beneuolentia iudicis, proponit accusationẽ contra aduersarium. Et primo, accusat iniquitatem operis [vidisti domine] q. d. non possum negare tibi notum, supra 1. Intret omne malum eorum corã te & vindemia eos, sicut vindemiasti me. Secundo, accusat furorẽ cordis. [Vidisti omnem furorem.] Hier. 28. Venite cogitemus contra Hieremiam cogitationes. Tertio, accusat peccatum oris [audisti opprobrium.]

x ¶Hic accusat peccatũ eius. Et primo, q̃tũ ad opprobriorũ irrogationẽ [Audisti opprobrium] q.d. non indiget probatione. Dan. 9. Hierusalem & populus tuus opprobriũ sunt oĩbus p̃ circuitum nostrum. Secundo, q̃tum ad comminationes [labia insurgentiũ.] Psa. 37. Qui inquirebãt mala mihi locuti sunt vanitates. Tertio, quantũ ad irrisionẽ & insultationẽ [sessionẽ] qua sedẽt in cõcilio ad me destruendũ [resurrectionẽ] exaltationem [psalmus eorũ,] quia de me irrisoria cantica faciunt. Et possunt omnia hæc intelligi in persona prophetæ, vel in persona populi, vt prius dictum est. Iob. 30. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum illis in prouerbium. Psal. 68. In me psallebãt qui bibebant vinũ.

y ¶Hic petit vindictã de aduersariis. Et propter securitatẽ exauditæ orationis ponit magis p̃dicendo, q̃ orando. Vnde, duo facit Primo, prædicit iustã peccatorũ retributionem [reddes vicẽ] i. pęnas. Psa. 27. Secundum opera eorũ tribue illis, redde retributionẽ eorũ ipsis. Secundo, ponit pęnæ determinationẽ. Et primo, q̃tũ ad durationem [dabis eis] laborẽ tuũ, idest peccatũ in quo te laborare fecerunt. Esa. 1. Laboraui sustinens [scutũ cordis] idest pro peccato eorum retribues scutum cordis. s. duritiã, vt nõ penetrẽt sagittis gratiæ tuæ in gladio verbi tui Iob. 40. Corpus illius quasi scuta fusilia. Secundo, quãtũ ad pœnã corporis [persequeris] diuersis afflictionibus, & tandẽ [conteres] per mortẽ, & æternam damnationem [sub cælis] qui in cælis esse voluerunt. Hierem. 17. Indue super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine deus noster. Psalm. 82. Ita persequeris eos in tẽpestate tua, & in ira tua turbabis eos.

a CAP. IIII.

HIc principaliter plangit miseriam obsidionis. Et diuiditur in partes duas. In prima, plangit populi miseriam. In secunda,

cunda, arguit insultantium lætitiã, ibi. [Gaude & lætare &c.] F
Circa primũ, duo. Primo, plangit populi afflictionem. Secundo, resistendi impotentiam, ibi. [Cum adhuc sustineremus &c.] Prima, in duas. In prima, plangit populi miseriam in generali. Secundo, exequitur per partes, ibi. [Sed & lamiæ &c.] Circa primũ, duo. In prima, ponit metaphoram. In secunda, exponit, ibi. [Filii Syon &c.] Fuerunt Iudæi eminentes in tribus. In subtilitate diuinæ cognitionis. Psa. 147. Nõ fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nõ manifestauit eis, ideo dicit [aurum.] Prou. 20. Est aurũ & multitudo gemmarum uas &cæt. & hoc obscuratum est] infidelitatis ignominia. Esa. 5. Captiuus ductus est populus, quia non habuit scientiam. Eminebant, secundo, in pulchritudine honestatis. Eccl. 44. Pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis, Et ideo dicitur [color optimus] quasi mutatus est in nigredinem peccati, & tristitiæ 2. Mach. 3. Facies & color immutatus est. Tertio, eminebant in cultu religionis. Ideo dicitur [lapides sanctuarii dispersi per caput platearum] diuersarum gentium 1. Mach. 4. Tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

lapides sanctuarij in capite omnium platearum.

BETH.

b ¶Filij Syon incliti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuũ figuli?

GIMEL.

c ¶Sed & lamiæ nudauerũt mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto. G

DELETH.

d ¶Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti, paruuli petierunt panem, & nõ erat qui frãgeret eis.

HE.

e ¶Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis, qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

VAV.

f ¶Et maior effecta est iniquitas filię populi mei peccato Sodomorũ, H quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.

ZAI.

g ¶Cãdidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.

b ¶Hic exponit quod supra dixerat [inclyti] quia ex genere sanctorum [auro primo] scilicet sapientia. Sap. 7. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua [in vasa testea] idest populum fragilem & vilem. Esai. 64. Et nunc domine pater noster es tu, nos vero lutum.

c ¶Hic prosequitur miseriã per partes. Et primo, ponit afflictionẽ obsidionis, quãtum ad famẽ. Secundo, ciuitatis captionem & destructionẽ, ibi. [Compleuit dñs &c.] Tertio, ciuium captorũ irrisionẽ, ibi. [Recedite polluti &c.] Circa primũ, quatuor. Primo, tangit famem paruulorum. Secundo, famem delicatorum, ibi. [Qui vescebantur &c.] Tertio, famen deo cõsecratorũ, ibi. [Candidiores &c.] Quarto, immensam famẽ ipsarum matrum, ibi. [Manus mulierum &c.] Circa primum, duo. Primo, famẽ lactẽtium. Secundo, paruulorũ & adolescẽtũ, ibi. [Paruuli petierunt] Circa primũ, duo. Primo, defectũ lactis. Secũdo, defectus effectũ, ibi. [Adhæsit &c.] Lamiæ mõstra quædã habentia corpora feminea, pedes equinos, a laniando dicta, quia filios suos laniãt. [Crudelis] quasi struthio de quo. Iob. 39. Induratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente. Et comparantur his mulieres Hierusalem, non pp crudelitatem affectus, sed propter similitudinem actus, quia lac filiis non pręebant, quod erat ex defectu nutrimenti.

d ¶Hic ponit effectum. s. sitim puerorum. [Adhæsit.] Propter siccitatẽ. [Paruuli] qui iã crescẽtes solido cibo vti poterãt, nec lacte K egebãt Amos. 8. Deficiẽt virgines pulchræ & adolescẽtes in siti. supra 3. Matribus suis dixerunt, vbi est triticum & vinum?

e ¶Hic ponit famen delicate nutritorum. Et primo, ponit famis afflictionem. Secundo, ponit comparationem, ibi. [Et maior effecta &c.] Fames autem ostenditur duobus signis: morte [interierunt] & vilium comestione. [Qui nutriebantur] ab ore subtractis cibariis [amplexati sunt stercora] idest auide sumpserunt vilia cibaria, vel ad literam 4. Reg. 7. simile. Iob. 6. Animæ esurienti, etiam amara dulcia esse videntur.

f ¶Hic exaggerat pœnam in comparatione ad pęnam Sodomorũ [maior effecta est] maior in pœna ostensa, & maior fuit culpa propter ingratitudinem, & propter sanctorum prophanationem, & maior pœna, quia diuturnior. Ezec. 16. Non fecit Sodoma soror tua ipsa & filiæ eius sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Mat. 11. Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii q̃ tibi. Iob. 9. Si flagellat occidat semel, & de pœnis innocentum non rideat. Glo. Moraliter de peccato simulationis, quod est maius peccatũ, peccato sodomorum. Contrarium est quod dicitur. Esa. 3. super illud, Peccatum suũ sicut Sodoma prædicauerũt, in glo. ꝙ secunda tabula post naufragium est peccatum abscondere. Ad quod dicitur, ꝙ absconse peccare est conditio alleuians. Peccatum vero simulationis vitium maius est, quando per huiusmodi quęritur deceptio, & gloria apud alios. Et quidem maius dicitur non simpliciter, sed quantum ad effectũ deceptionis, vel q̃tum ad materiã, qa circa spiritualia peccatur, in quibus qui falsitatem facit, plus est accusand⁹ quàm, qui uiolat numisma vt dicit Philosoph. g ¶Hic describit famem cõsecratorum deo, scilicet Nazareorum. De quorum consecratione legitur Num. 6. Et primo, eorum pulchritudinem. Secundo, ex fame consecutam turpitudinem, ibi. [Denigrata est &c.] Tertio, ponit pœnæ comparationem, ibi. [Melius fuit &c.] Ad pulchritudinem aũt corporalem hominis requiritur aspectus decens, quo ad hilaritatem vultus: & quantum ad hoc, dicit [sapphiro pulchriores] qui quidem cælestis coloris existens mentẽ lætificat. Requiritur etiã debitus color duplex, s. rubor & quantum ad hoc, dicit [rubicundiores] & candor, & quantum ad hoc, dicit [candidiores] Et quia vt dicit Philosophus, albus color maxime receptiuus est aliorũ, oportet ꝙ sit candor sine macula, & quantum ad hoc, dicit [nitidiores. [Et sunt locutiones hiperbolicæ, nec tñ falsę, quia figuratæ, quibus aliud dicitur & aliud significatur. Et ad literã decori erant pp vitæ munditiam & abstinentiã, sicut legitur de Daniele & sociis eius. Dan. 1. Benedictio eius, qui apparuit in rubo. I

HETH.

h ¶Denigrata est super carbones facies eorum & non sunt cogniti in plateis. Adhæsit cutis eorũ ossibus, aruit & facta est quasi lignum

TETH.

i ¶Melius fuit occisis gladio q̃ interfectis fame, quoniam isti extabuerũt cõsumpti a sterilitate terrę.

IOHT.

k ¶Manus mulierum misericordium coxerũt filios suos, facti sunt cibus earum in cõtritione filiæ populi mei.

CAPH.

l ¶Compleuit dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ. Et succendit ignem in Syon, & deuorauit fundamenta eius.

LAMECH.

m ¶Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalem.

MEM.

n ¶Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum.

h ¶Hic ponit turpitudinem ex fame sequẽtem, quantum ad coloris mutationem [denigrata est, & nõ agniti] pp deturpationẽ: & ad desiccationem pinguedinis [adhæsit cutis] Nahũ. 2. Facies omnium sicut nigredo ollæ, vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum. Iob. 7. Cutis mea aruit.

i ¶Hic ponit comparationem [extabuerunt] defecerunt diu afflicti. Eccl. 34. Melior est mors, quàm vita amara.

k ¶Hic ponit immensam famem matrum, quæ præ nimietate famis filios suos comederunt. supra 2. Ergo ne comedent mulieres fructum suum & paruulos suos?

l ¶Hic plangit captiuitatem & destructionem ciuitatis. Et primo, ponit destructionem. Secundo, facti admirationem, ibi. [Non crediderunt &c.] Tertio, assignat destructionis rõnem, ibi Propter peccata prophetarum. [Compleuit] pœnam inducens [effudit] ppter copiã [succendit ignẽ] pp pænæ determinationẽ, quia ciuitas cõbusta fuit [fundaměta] quicquid forte. Vel quia vsque ad fundamenta domus destructæ sunt. Deu. 34. Ignis succensus est in furore meo & ardebit vsque ad inferni nouissima.

m ¶Hic ostẽdit factũ eẽ admirabile, quia prius erat incredibile. [Non crederũt] qñ erant in ea reges potẽtes & diuina ptectione munita [hostis] apertus, violẽter [inimicus] latentes, fraudulẽter Esa. 25. Quis cogitauit hoc super Tyrũ quondam coronatã? Eze. 31. Subito dum non speratur venit contritio eius.

n ¶Hic assignat rationem destructionis, vt admiratio cesset. Et primo, prælatorum culpam [prophetarum, & sacerdotum] qui populum gubernare debebant. Dan. 2. Egressa est iniquitas a senioribus, qui videbantur regere populum,

o ¶Secundo,

o ¶Secundo, ponit insufficientem emendam, quia abstinentes A tantum ab ingressu templi se satisfacere credebant. [Errauerunt] vagantes per plateas [cæci] Excæcauit enim eos malitia eorum. Sap. 2. [Intrare] templum [lacinias suas] vestes scissas ad modũ ioculatorum a lacero laceras, dictas: in quo ostenditur quòd a voluptatibus non cessabant, vel secundum aliam literam, lascinias, & planius est. Esa. 59. Manus vestrę pollutæ sunt sanguine, digiti vestri iniquitate. vel potest exponi de illis, qui excæcati corporaliter, fuerũt ab hostibus capti, qui domos p se intrare nõ poterant, nisi ductoris fimbrias tenerẽt, & tenet se cum sequente.

p ¶Hic ponit ciuiũ captorum irrisionẽ ab hostibus. Et primo, improperat eis sanctorum prophanationem [clamauerunt] scilicet hostes [eis] scilicet Iudæis [recedite] in captiuitate de loco sancto [nolite tangere] sancta vos immũdi. Leuit. 21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron, nõ accedet offerre hostiam. Secundo, improperat eis dei indignationem, quantũ ad diuini auxilii destitutionẽ. [Iurgati sunt] hostes contra Iudæos [& commoti] vtique isti obiurgando, & illi dolendo [vt inhabitet] deus vos defendens. Psal. 21. Dicentes deus dereliquit eum. & quantum ad pœnæ inflictionem, cum dicit.

NVN.

o ¶Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt sanguine. Cumq; non possent ĩtrare, tenuerũt lacinias suas.

SAMECH.

p ¶Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe sunt, & cõmoti dixerunt inter gentes, Non addet vltra vt inhabitet in eis.

PHE.

q ¶Facies domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos. Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

AIN.

r ¶Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanũ, cum respiceremus attenti ad gentem, quæ saluare nos non poterat.

SADI.

s ¶Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

COPH.

t ¶Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

q ¶[Facies domini] præscientia [diuisit] in gentes dispersit. Psal. 54. Diuisi sunt ab ira vultus eius. Tertio, improperat eis seniorũ irreuerentiam: & sunt verba hostium cum Iudæis [facies sacerdotum] Esa. 30. Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Vel possunt esse verba prophetæ de hostibus.

r ¶Hic excludit euadendi facultatem, concludens quatuor p quæ possent euadere. Primo, auxilium amicorum [cum adhuc subsisteremus] expectaremus [auxilium nostrum vanum] scilicet Aegyptiorum. Esa. 31. Aegyptus frustra & vane auxiliabitur. Secundo, excludit propriarum virium.

s ¶[Lubricauerunt] quasi, præ debilitate non poteramus firmiter stare, ac si tenebræ lubricæ. Psal. 34. Fiãt viæ illorũ tenebræ & lubricum, & angelus domini persequens eos. Hier. 24. Viæ illorum erunt quasi lubricum in tenebris. Et ideo [appropinquauit finis] scilicet captiuitatis, vel mortis, & tãdem [cõpleti sunt.] Eze. 7. Finis venit, venit finis. Tertio, excludit fugæ remedia. E

t ¶Tangit historiam hic, quæ dicitur Hier. vlt. quòd Chaldæi comprehenderunt Sedechiam fugientem per viam solitudinis. locutio hiperbolica. Abach. 2. Volabunt quasi aquila festinans. Quarto, excludit protectionem regum.

u ¶[Spiritus oris] quo respirabamus inter angustias, [Christus dominus] Iosias [captus est] interfectus est ab Aegyptiis 4. Re. 24. [Pro peccatis nostris] quia ipse iustus erat, vel potest exponi de Sedechia, secundum consequentiam historiæ, vel melius de Christo. Esa. 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras [in vmbra] protectione. Cantic. 2. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi.

x ¶Hic comminatur insultantibus, & præcipue Idumæis. Quibus primo, comminatur, Et secundo, Iudæos consolatur, ibi. [Completa est &c.] Circa primum, duo. Primo, excludit lætitiam. [Gaude] irrisorie, 2. Reg. 1. Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis, filia Edom, plebs Idumæorum in terra Hus. Contra. Deut. 2. In possessionẽ Esau de- A di montem Seir. Præterea Hus fuit primogenitus Nachor. Gen. 22. Et dicendũ, ꝙ nõ est mẽtio de hoĩe Hus, sed de terra Hus q̃ alio nomine dr̃ Ausitidis, vt dicit glo. Hiere. 25. Cunctis regibus Ausitidis, quæ est in confinio Idumæorum & Arabum. Secũdo, comminatur pęnam [ad te quoque calix] ira dei [inebriaris] miseria repleberis, [nudaberis] spoliaberis omnibus bonis. Hier. 49. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent.

RES.

u ¶Spiritus oris nostri Christ⁹ domin⁹ captus est in peccatis nostris, cui diximus, In vmbra tua viuemus in gentibus.

SIN.

x ¶Gaude & lætare filia Edom, q̃ habitas ĩ terra Hus. Ad te quoque B perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

THAV.

y ¶Cõpleta est iniquitas tua filia Syon, non addet vltra vt transmigret te. Visitabit iniquitatem tuam filia Edom, discooperiet pctã tua.

y ¶Hic consolatur Iudæos. Et primo, ex eorum liberatiõe [completa] pœnis purgata [non addet] pro peccatis præteritis nisi peccata iteres Esa. 40. Completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Secundo, ex hostium punitione [Visitabit] quasi Iudex, vel ipsas inquirens vindictas [discooperiet] manifestans p pœnas. Hiere. 49. Ego discooperui Esau, reuelaui abscondita eius.

ORATIO HIEREMIAE.

CAP. V.

C RECORDARE domine quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostra versa est ad alienos, dom⁹ nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduę. Aquam nostrã pecunia bibimus, ligna nostra pretio cõparauimus. Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Aegypto dedimus manum & Assyrijs, vt saturare-

CAP. V.

HIc propheta post multiplicia lamenta, conuertit se ad orationis remedium. Et primo, exponit populi miseriam. Secundo, petit misericordiã, ibi. [Tu aũt dñe &c.] Prima, in duas. Primo, exponit miseriã populi, quantum ad mala quæ incurrerunt. Secundo, quantũ D ad bona quæ amiserunt, ibi. [Senes de portis &c.] Circa primũ, duo. Primo, excitat attentionem. [Recordare] attende ad miserias meas. supra 3. Recordare paupertatis & transgressionis meæ [Recordare] quasi dicat, in notitia tene [intuere] idest notitia recondita, considerationem defige [respice] cogitando, & discutiendo. Secundo, ibi [Hæreditas &c.] Ponit populi afflictionem. Et primo, in generali. Secundo, descendendo ad speciales personas, ibi. [Mulieres in Syon &c.] Circa primum, duo. Primo, excludit ex quibus contra miserias sustentabantur, scilicet proprias possessiones, quæ in potestate hostiũ trãsierunt [hæreditas] supra 1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Hier. 6. Non transibunt domos eorum ad alteros, & agri, & vxores & diuinam protectionem. [Pupilli facti sumus] quia destituti diuina, quasi paterna consolatione [matres nostræ] synagogę [quasi viduæ] quarum, acus sponsus dicebatur. Esa. 9. Pupillorum & viduarum eius non miserebitur, quia omnis hipocrita est & nequam. Secundo, ibi [Aquã nostram &c.] Prosequitur speciales miserias, quas patiebantur. Et primo, seruitutem. Secundo, afflictionem, ibi [In animabus nostris &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit populi seruitutem. Secundo, exaggerat ipsam, ibi. [Patres nostri &c.] Circa primum, duo. Primo, ponit seruitutem quam patiebantur, quantum ad bona ipsorum [aquam nostram] hostibus tyrannice nos opprimentibus. Deu. 2. Aquam emptam haurietis & bibetis. Secundo, ponit seruitutem, quantũ ad proprias personas. Et primo, coactam [ceruicibus minabamur] quasi in percussione ceruicum persistere in via nolebamus, vel ligati ceruicibus. Deut. 28. In gentibus quoque illis nõ quiesces, nec erit requies tibi. Secundo, ponit seruitutem personalem voluntariam qua inopia compulsi se aliis in seruos vendebant, vel simpliciter, vel ad tempus. Et hoc est [Aegypto dedimus manũ] quasi eis nos subiugantes 1. Reg. 2. Repleti prius pro panibus se locauerunt. vel [dedimus manum] auxilium postulantes. Hierem. 2. Quid tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? [Patres nostri] Hic exaggerat seruitutem. Et primo, ex conditione

ne seruientium, quia pro peccatis aliorum puniuntur [& non sunt] quia sunt mortui. [Portauimus] pœnam eorum substinẽtes. Sed contra Ezec. 18. Quid est quòd inter vos vertitis parabolam in prouerbium dicentes, Patres nostri comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt? Solutio. Exo. 20. Ego sum deꝰ zelotes &c.

His qui oderunt me retribuam. Secundo, exaggerat ex conditione dominantium [serui dominati sũt] sicut Moabitæ, & Idumæi, & alii vicini, quorum prius dominati fuerant. Prouer. 30. Per tria mala mouet terra. Per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit &c. [In animabus.] Hic ponit afflictionẽ famis: & ostẽdit primo penuriã. [In animabus] idest in periculo animarũ nostrarum, scilicet vitæ nostræ fugientes in deserto a facie gladii Babylonis, vel quòd onerantes se victualibus periculis se exponebant vt hostes insequẽtes, in deserto effugerent: vel quia nimio labore ad conquirendum cibum corpus suũ cõsumebant. Esa. 21. Qui habitatis in terra austri cum panibus occurrite fugienti. Secundo, ponit famis officium. [Pellis nostra exusta.] Fame desiccata [tempestatum] quia obsessi & fugientes famem passi sunt diu. Osee. 5. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Iob. 9. Pelli meæ consumptis carnibus, adhæsit os meum. [Mulieres] Hic descẽdit ad speciales personas. Et primo ad mulieres [humiliauerunt] corrumpendo eas. Deut. 28. Vxorem accipies, & alius dormiet cum ea: filiæ tuæ tradentur alteri populo videntibus oculis tuis. Secundo, quantum ad principes. [Principes manu] quasi in eculeo ad manifestandum diuitias suas. Deut. 28. Adducet super te gentem de longinquo & de extremis finibus terræ in similitudinem aquilæ cum impetu, cuius intelligere linguam non possis, gentem procacissimam quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli. Tertio, quantum ad iuuenes [adolescentibus] Ioel 4. Posuerunt puerum in postribulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. [Senes de portis] Hic ponit miseriam, quantum ad bona quæ defecerunt. Et primo, quantum ad officcia personarum [de portis defecerunt]

mur pane. Patres nostri peccauerunt, & non sunt, & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi clibanꝰ exusta est, a facie tẽpestatum famis. Mulieres in Syon humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu suspẽsi sunt, facies senum non erubuerunt. Adolescentibus impudice abusi sunt, & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri, Væ nobis quia peccauimus. Propterea mæstum factum est in dolore cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montẽ Syon, quia disperiit, vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem domine in æternum permanebis, solium tuũ in generationem & generationem. Quare in perpetuum obliuisceris nostri, derelinqnes nos in longitudine dierum? Conuerte nos domine ad te & conuertemur, innoua dies nostros sicut a principio. Sed proiiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

quasi ad exercendum iudicia in portis [de choro] quasi non chorezant: quod erat officium dominorum. Mach. 2. Trucidati sunt senes eius in platea, & iuuenes eius ceciderunt gladio. Secundo, quantum ad exercitium gaudiorum. [Defecit gaudium] Amos. 4. Conuertam festiuitatem vestram in luctum, & omnia cantica vestra in plãctum. Tertio, quantum ad gloriam dignitatum. Et primo, quantum ad gloriã regni [cecidit corona.] Iob. 19. Spoliauit me gloria mea & abstulit coronam de capite meo. Secũdo, quantum ad gloriam templi, ponens super hoc tristitiam [Propterea mæstũ, contenebrati sunt.] præ multitudine lachrimarum. Hier. 8. Dolor meus super dolorem. Et tristitiæ causam. [Propter montem Syon] vbi templũ [vulpes ambulauerunt] quasi in locis desertis. Mich. 3. Syon quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum. [Tu autem domine.] Hic conuertit iam se ad petendum. Et primo, confitetur ipsam maiestatem, quantum ad æternitatem substatiæ [in æternum permanebis.] Et quantum ad durationem regalis gloriæ [solium tuum.] Psalm. 100. Tu autem domine in æternum permanebis, memoriale tuum in generatione & generationem. Secundo, miratur indignationem, [quare in perpetuum.] Esa. 49. Numquid obliuisci potest mulier infantem suũ, vt non misereatur filio veteri sui? Tertio, porrigit peticionem. [Conuerte non domine.] Hierem. trigesimoprimo. Conuerte me domine & conuertar, quia tu es dominus deus meus. Sed contra. Zach. primo. Conuertimini ad me &c. Et dicendum, quòd vtrumque est verum propter hoc, quòd ad opus meritorũ exigitur liberi arbitrii præparatio, & gratiæ ifusio. [Innoua dies nostros. Iob. vigesimonono. Quis tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quando deus custodiebat me? Quarto, ponit petendi necessitatem. [Sed proiiciens repulisti nos.] Hierem. decimoquarto. Numquid proiiciens abiecisti Iudam, aut Syon abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, vt nulla sit sanitas?

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E

Omnes sunt Quaterniones.

ROMAE,
Apud Iulium Accoltum. M. D. LXX.